
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01519959 9

GALLIA CHRISTIANA NOVISSIMA

HISTOIRE

DES

ARCHEVÊCHÉS, ÉVÊCHÉS & ABBAYES

DE

FRANCE

D'après les Documents authentiques recueillis dans les Registres du Vatican et les Archives locales

PAR

FEU LE CHANOINE **J.-H. ALBANÉS**

MEMBRE NON RÉSIDANT DU COMITÉ DES TRAVAUX HISTORIQUES

COMPLÉTÉE, ANNOTÉE ET PUBLIÉE

PAR

LE CHANOINE **ULYSSE CHEVALIER**

CORRESPONDANT DE L'INSTITUT

ARLES

(ARCHEVÊQUES, CONCILES, PRÉVOTS, STATUTS)

Avec 28 sceaux et 1 fac-simile

EN VENTE

A L'IMPRIMERIE VALENTINOISE, PLACE SAINT-JEAN, VALENCE

A. DE CHALÉON, Directeur


MCMI





L'impression de ce volume
(tiré à cinq cents exemplaires)
commencée le 5 janvier 1899, a été achevée le 15 octobre 1900
à l'Imprimerie Valentinoise, à Valence
A. de Chaléon, Directeur.





Vizet
22

GALLIA CHRISTIANA NOVISSIMA

ARLES



ARCHEVÊQUES D'ARLES

1

[*Catalogues anciens des archevêques d'Arles.*

Les diptyques de la métropole d'Arles nous ont été transmis par deux manuscrits, conservés tous les deux à la bibliothèque nationale de Paris.

A. Lat. 2812, f° 2 v° sur trois col., à la fin du canon de la messe d'un Sacramentaire de l'église d'Arles [1], dont la date doit être circonscrite entre 890 et 901, car dans les oraisons où figure le nom de Louis l'Aveugle, les expressions « regni fastigium, regalis dignitatis officium » indiquent qu'il n'avait pas encore ceint la couronne impériale (15 fév. 901). La liste primitive s'arrêtait à Rotland ; divers suppléments l'ont continuée jusqu'à Jean de Cardone (1341). Publiée par Mabillon *(Vet. anal.*, 1682, t. III, p. 432 ; 2ª ed., p. 220), elle a été reproduite, avec ses incorrections, dans la *Patrol. lat.* de Migne (t. CLI, c. 733-4) et par les éditeurs des *Monum. German. histor.* (1859, Script. t. XIII, p. 377), qui n'ont pas su remonter à la source originale.

B. Lat. 5295, f° 101 v°, à la fin d'un Lectionnaire de l'église d'Arles, qui comprend, à la suite d'homélies en l'honneur de s[t] Trophime [2], les vies des saints Rieul, Honorat, Hilaire, Césaire et Virgile, celle-ci écrite au XII[e] siècle, les autres au XI[e]. La partie primitive de la liste s'arrête à Raimond de Bollène (1163) ; plusieurs mains l'ont continuée jusqu'au commencement du XVII[e] siècle. Les *Mon. Germ. hist.* l'ont reproduite (l. c.)

Ces deux listes ne sont pas indépendantes. Elles omettent les noms d'évêques hétérodoxes (Marcien, Saturnin) ; elles en comprennent d'étrangers à l'église d'Arles (Ambroise, Martin, Augustin, Jérome) et d'autres forcément écartés par la succession certaine du suivant au précédent (Eulade, Jean, Paschase).]

A		*B*
		Ista sunt nomina Arelatensium archiepiscoporum.
[a] ✝ Trofimi epi. [b]	1	Trophimus. [d]
✝ Reguli epi. [c]	2	Regulus.
✝ Marini epi.	3	Marinus. [e]
Martini epi.	4	Martinus.
Nicasi epi.	5	Nicasius.
✝ Crescenti epi.	6	Crescentius.
✝ Concordi epi.	7	Concordius.
Grati epi.	8	Gratius.
Ambrosi epi.	9	Ambrosius.
Martini epi.	10	Martinus.
Ingenui epi.	11	Ingenuus.
Agustini epi.	12	Augustinus.
Geronimi epi. [a]	13	Jheronimus.
Savini epi.	14	Savinus.
Erotis epi.	15	Erotius.
✝ Patruli epi.	16	Patrulus.
Euladi epi.	17	Euladius.
✝ Honorati epi.	18	Honoratus.
✝ Helarii epi. [b]	19	Hylarius.
✝ Ravenni epi.	20	Ravennus.
✝ Leonti epi.	21	Leontius.
✝ Eonii epi.	22	Johannes.
Johannis epi. [c]	23	Eonius.
✝ Cesari epi.	24	Cesarius.
Saturnini epi. [d]	25	Ahylorius (?) [e]
Presai epi.	26	Presaius.
Osani epi.	27	Osanius.
✝ Aureliani epi.	28	Aurelianus.
✝ Sapaudi epi.	29	Sapaudus.
Liceri epi.	30	Licerius.
Paschasii epi.	31	Paschasius.
✝ Virgilii epi.	32	Virgilius.
Floriani epi.	33	Florianus.
Teudosi epi.	34	Theudosius.
Johannis epi.	35	Johannes.
Item Johannis epi.	36	Item Johannes.
Anastasi epi.	37	Anastasius.
Austroberti epi.	38	Austrobertus.
Vulberti epi.	39	Wlbertus.
✝ Aureli epi.	40	Aurelius.
✝ Policarpi epi.	41	Policarpus.
Martini epi.	42	Martinus.
Protasi epi.	43	Prothasius.
Imnodi epi.	44	Imnodius.
Georgi epi.	45	Georgius.
Ratberti epi.	46	Ratbertus.
Kautsari epi.	47	Kavisarius.
Vuilimaris epi.	48	Wilimaris.
Vuiliaris epi.	49	Wiliaris.
Arladis epi.	50	Arladis.

1. Léop. Delisle, *Cabinet des mss.*, t. III, p. 270-1, pl. 31 ; dans *Hist. litt. de la France*, t. XXIX, p. 392 ; *Mém. sur d'anc. Sacrament.*, p. 151-2.

2. Faillon en a donné des fragments dans ses *Monum. inéd. de s[te] Marie-Madel.* (t. II, c. 359-61), où on trouve un fac-simile du début de la liste épiscopale du ms. 5295.

a. Les ✝ sont toutes de seconde main, XIV[e] ou XV[e] siècle.

b. Repassé à l'encre au XI[e] ou XII[e] s. On a ajouté d'une encre verdâtre, XIV/XV[e] s. : ✝ Dyonisii ; *et au-dessous :* ✝ Felicicimi.

c. Ajouté en interligne, XI/XII[e] s.

d. Addition au-dessus de cette ligne : Dionisius.

e. Addition au-dessus : Felicicimi.

a. Repassé à l'encre, même époque.

b. Corrigé en Hilarii, *même époque.*

c. Ces trois derniers noms repassés à l'encre.

d. Ajouté en interligne, XI/XII[e] s.

e. Intercalé au XV/XVI[e] siècle.

Alæfanti epi.	51	Alefantus.
Luponi epi.	52	Lupo.
Johannis epi.	53	Johannes.
Notoni epi.	54	Noto
✝ Rotlandi epi.	55	Rotlandus.
Rostagni epi. [a]	56	Rostagnus.
Manassei epi.	57	Manasses.
Hytherii epi.	58	Iterius.
Annoni epi.	59	Annonus.
Poncii epi.	60	Pontius.
Raimbaldi epi.	61	Raimbaldus.
Aicardi archiepi.	62	Aicardus.
Gibilini archiepi.	63	Gibilinus.
Attoni archiepi.	64	Ato.
Bernardi archiepi.	65	Bernardus.
Villelmi archiepi.	66	W[illelmus].
R[aimundi] bone memorie archiepi.	67	Raimundus.
Item R[aimundus].	68	Item Raimundus.
	69	[b] Petrus.
	70	Ymbertus.
	71	Michael.
Hugo.	72	Hugo.
Hugo.	73	Item Hugo.
Jhoannes.	74	Johannes.
Bertrandus.	75	Bertrandus.
Florencius.	76	Florentius.
Bertrandus.	77	Bertrandus, qui postea fuit episcopus Sabinensis cardinalis.
Bernardus.	78	Bernardus, qui postea fuit episcopus Portuensis cardinalis.
Bertrandus.	79	Bertrandus.
Rostagnus.	80	Rostangnus.
Petrus.	81	Petrus.
Arnaldus.	82	Arnaldus, qui postea fuit episcopus Sabinensis.
Galhardus.	83	Gualhardus frater ejus.
Galhardus.	84	Gualhardus Saumate.
Gasbertus.	85	Gasbertus, post Narbonensis.
Jhoannes.	86	Johannes.
	87	Stephanus.
	88	Guillermus.
	89	Petrus.
	90	Franciscus.
	91	Johannes.
	92	Artaudus.
	93	Johannes.
	94	Ludovicus.
	95	Johannes.
	96	Petrus.
	97	Philippus.
	98	Eustachius.
	99	Nicolaus.
	100	Johannes.
	101	Johannes alter.
	102	Jacobus de Bruilat.
	103	Robertus de Lenoncourt.
	104	Prosperus de Ste Croix.
	105	Sylvius de Ste Croix.
	106	Horatius Montano.
	107	Gaspar Laurentius.

a. Addition d'une encre rougeâtre. Quatre mains différentes ont ajouté les nos 57 à 59, 60-1, 62 à 66 et 67.
b. Changement de main.

2

Ista sunt nomina Arelatensium episcoporum et archiepiscoporum a primeva fundatione.

Beatus Trophimus episcopus, fundator ecclesie predicte Arelaten.
S. Dionisius Areopagita.
S. Regulus .·. Felicissimus.
S. Marinus .·. Martinus.
Nicasius .·. Crescentius.
Concordius .·. Gredius.
Ambrosius .·. Martinus.
Ingenuus .·. Augustinus.
Jeronimus .·. Savinus.
Grocius .·. Patrulus.
Euladius .·.
S. Honoratus .·.
S. Hilarius .·. Ravennius.
Leoncius .·. Patroclus.
Johannes .·. S. Eonius.
S. Cezarius, primus archiepiscopus.
Prezayus .·. Auxanius.
Aurelianus .·. Sapaudus.
Hytarius .·. Pascasius.
S. Virgilius .·. Florianus.
Theodosius .·. Johannes.
It. Johannes .·. Anastasius.
Austrobertus .·. Ulbertus.
S. Aurelius .·. Pollicarpus.
Martinus .·. Protasius.
Innodius .·. Georgius.
Ratbertus .·. Kavelarius.
Virimarius .·. Viriarich.
Arladius .·. Alefantus.
Lupus .·. Johannes.
Notus .·. Rotlandus.
Rostagnus .·. Manasses.
Iterius .·. Aymonius.
Poncius .·. Raymbaldus.
Aicardus .·. Gibilinus.
Ato .·. Bernardus.
Guilhermus .·. Raymundus.
It. Raymundus .·. Petrus.
Ymbertus .·. Michael.
Hugo .·. Item Hugo.
Johannes .·. Bertrandus.
Florencius .·. Bernardus.
Bertrandus .·. B^us Rostagnus Capre .·. Arnaldus.
Galhardus .·. Item Galhardus.
Galbertus .·. Johannes.
Stephanus .·. Item Stephanus.
Guilhermus.

Carpentras, mss. de Peiresc, reg. LXXIV, t. I, f° 6 : « Arelatensium pontificum series, prout jacet in veteri Breviario annorum circiter trecentorum. »

3

Catalogus episcoporum et archiepiscoporum Arelatensium.

Sanctus Dionisius Areopagita, secundus ecclesie Arelatensis episcopus fuit, et post beatum Trophimum predictam ecclesiam per XXV annos rexit, et demum cessessit Parisius, relinquens Arelate beatum Regulum, condiscipulum suum.

Sanctus Regulus, tertius ecclesie Arelatensis episcopus, de nobili prosapia ortus, cuncta bona que possidebat pauperibus distribuit; et anno dominice Incarnationis quinquagesimo, dum beatus Johannes apostolus et evangelista verbum Christi in Asia predicaret, beatus Regulus a beato Johanne evangelista sacri baptismatis intinctione spiritualiter regeneratus, pariterque sanctarum Scripturarum mirabiliter instructus fuit, et ab ipso evangelista clericatus suscepit honorem. Post hec, Do-

mitianus imperator beatum Johannem evangelistam in Pathmos insulam in exilium deportari jussit. Videns igitur beatus Regulus se magistri sui solatio destitutus, ultra modum desolatus remansit. Et deinde ad ejus aures pervenit quod beatus Dionisius Areopagita cum sociis suis Rustico et Eleuterio Rome essent. Continuo Romam pergens, inventoque beato Dionisio cum predictis sociis suis, eorum sanctissimo apostolice dignitatis consorcio, utraque parte sancti Spiritus gratia suggerente, conjungi meruit.

Felicissimus quartus Arelatensis ecclesie episcopus fuit. (Hic in gestis S. Reguli commendatur.)

Sanctus Maurinus, alias Mauricius, quintus dicte ecclesie episcopus.

Martinus sextus ejusdem ecclesie episcopus fuit.

Nicasius septimus ecclesie predicte episcopus fuit.

Crescencius octavus episcopus dicte Arelatensis ecclesie fuit.

Sanctus Concordius Arelatensis ecclesie nonus episcopus.

Gracianus decimus episcopus Arelatensis.

Ambrosius undecimus episcopus fuit.

Martinus duodesimus episcopus.

Ingenuus decimus tercius episcopus Arelatensis fuit.

Augustinus decimus quartus episcopus.

Jeronimus decimus quintus episcopus.

Savinus decimus sextus episcopus.

Erocius decimus septimus episcopus.

Panteulus decimus octavus episcopus.

Euladius decimus nonus episcopus fuit.

Sanctus Honoratus, hujus ecclesie Arelatensis invite ordinatus, hujus sancte Arelatensis ecclesie vicesimus episcopus fuit.

Sanctus Yllarius vicesimus primus ecclesie Arelatensis episcopus fuit, successor beati Honorati ; quem Gennadius Massiliensis episcopus, qui librum *De viris illustribus* qui fuerunt a tempore sancti Jeronimi usque ad tempus suum compillavit, inter viros illustres commemorat, sic de illo inquiens. Gennadius, *De viris illustribus :* « Yllarius, episcopus Arelatensis, vir in sanctis Scripturis doctus, paupertatis amator, et erga inopum provisionem non solum mentis pietate, sed corporis sui labore solicitus. Nam pro reficiendis pauperibus, eciam rusticationem contra vires suas, homo generis clarus et longe aliter educatus, exercuit. Sed nec spiritualibus negligens ; nam in docendo gratiam habuit, et absque personarum acceptione omnibus castigationem ingessit. Ingenium[a] vero immortali aliqua et parva edidit, que erudite anime et fidelis linga inditio sunt. In quibus precipito et ad multorum utilitatem neccessario opere, vitam sancti Honorati decessoris sui composuit. Moritur Valentiniano et Marciano imperantibus, et in ecclesia Sancti Honorati, extra muros civitatis Arelatensis, sacrum corpus ejus quiescit. » De ipso sic legitur in libro Martirologiorum : « Tercio nonas maii. In Galliis, civitate Arelatensi, beati Yllarii episcopi et confessoris, preclarissimi viri et nobilis. » Corpus ejusdem namque in predicta ecclesia Sancti Honorati quiescere attestatur scriptura sepulcro ejus marmoreo impressa, hunc habens modum :

a. *Lire* Ingenio.

Epitaphium sancti Yllarii.

Antistes Domini, qui paupertatis amorem
Preponens auro, rapuit celestia regna,
Yllarius, cui palma obitus, et vivere Christus.
Contempnens orat terreni corporis usum.
Hic carnis spolium liquit ad astra volans.
Spernit opes, dum querit opes, mortalia vitans.
Perpetuis celum donis terrestribus emit.
Gemma sacerdotum, plebis orbisque magister.
Rustica quin etiam pro Christo munia sumens,
Officio vixit minimus et culmine summus.
Nec mirum si post hanc meruit limina Christi,
Angelicasque domos intravit et aurea regna.
Divicias, paradise, tuas, fragrancia semper
Gramina natantes divinis floribus ortos,
Subjectasque nubes vidit et sidera celi.

Ravennius, ecclesie Arelatensis XXII episcopus.

Leoncius predicte ecclesie XXIII episcopus.

Patroclus ejusdem ecclesie XXIIII episcopus.

Johannes dicte sancte Arelatensis [ecclesie] XXV episcopus.

Sanctus Eonius hujus ecclesie Arelatensis XXVI episcopus, qui in ecclesia Sancti Honorati quiescit ; solemnitas ejus celebratur XVI die mensis augusti.

Sanctus Cezarius, ultimus ecclesie Arelatensis episcopus, et primus ejusdem ecclesie archiepiscopus.

Presavus secundus Arelatensis ecclesie archiepiscopus.

Auxanius tercius ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Aurelianus quartus ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Sapaudus quintus ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Literius sextus ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Paschasius septimus ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Sanctus Virgilius octavus ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Florianus post beatum Cezarium nonus archiepiscopus Arelatensis.

Theudosius decimus ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Johannes undecimus ecclesie Arelatensis post beatum Cezarium archiepiscopus.

Alius Johannes duodecimus archiepiscopus.

Anastasius decimus tercius ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Austrobertus decimus quartus Arelatensis archiepiscopus.

Vulbertus decimus quintus ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Sanctus Aurelius ecclesie Arelatensis decimus sextus archiepiscopus. Iste dessessit Lugdunum, et ejus solennitas celebratur XVI junii. Et gloriosum corpus ejus translatum fuit et sepultum in ecclesia Sancti Honorati, ut refert Kavilarius XXIII ecclesie Arelatensis archiepiscopus, in gestis suis.

Sanctus Polycarpus ecclesie Arelatensis decimus septimus archiepiscopus. Iste sepultus fuit in parva cappella que est extra ecclesiam Sancti Honorati, a parte paludum.

Dompnus Martinus ecclesie Arelatensis decimus octavus archiepiscopus.

Dompnus Procasius decimus nonus archiepiscopus.

Dompnus Innodius vicesimus post beatum Cezarium archiepiscopus.

Dompnus Gregorius vicesimus primus archiepiscopus.

Dompnus Ratbertus vicesimus secundus archiepiscopus.

Dompnus Kavilarius vicesimus tercius ecclesie Arelatensis archiepiscopus. Iste per suas patentes litteras exortatus fuit omnes Christi fideles, tam ecclesiasticos quam seculares, ut dignarentur auxilium prebere in refectione ecclesie Sancti Honorati, prout sequitur in hec verba, narrando mirabilia dicte ecclesie et sui cimiterii : « Venerabilibus... Kavilarius... quot et quantis mirabilium insignibus... misericordie retributorem. » [*C'est la lettre circulaire de Michel de Moriès, attribuée à Kavilarius ; quatre pages de texte.*]

Vilimarius ecclesie Arelatensis post beatum Cezarium vicesimus quartus archiepiscopus.

Virvaldus vicesimus quintus archiepiscopus.

Arladdus vicesimus sextus archiepiscopus.

Alephantus vicesimus septimus archiepiscopus.

Luppus vicesimus octavus archiepiscopus.

Johannes vicesimus nonus archiepiscopus.

Notus tricesimus ecclesie Arelatensis archiepiscopus.

Sanctus Rotlandus, xxx primus archiepiscopus. Iste sepultus fuit infra ecclesiam Sancti Honorati.

Rostangnus tricesimus secundus archiepiscopus.

Mannasses tricesimus tercius archiepiscopus.

Iterius tricesimus quartus archiepiscopus. Iste obiit xviii decembris.

Aymonus tricesimus quintus archiepiscopus.

Poncius xxxvi archiepiscopus. Obiit ix kalendas julii.

Raymbaldus xxxvii archiepiscopus. Obiit anno M.XXXIII, xii kalendas marcii.

Artaldus xxxviii archiepiscopus. (Alibi dicitur iste Aycardus, quod verius esse credo.)

Gibelinus xxxix archiepiscopus. Obiit viii kal. aprilis.[a]

Atho xl archiepiscopus. Obiit viii idus novembris.

Bernardus xl primus archiepiscopus.

Willelmus Monachi xlii archiepiscopus. Iste fuit sancte Sedis apostolice legatus. Obiit xxviii dec. [b]

Raymundus de Monterotundo xliii archiepiscopus. Iste obiit anno Domini M.C.L.X°, xviii° kal. maii. Sepultus fuit infra murum extra capellam Sancti Petri. (Ut ejus epitaphium in lapide scriptum marmoreo manifestat.)

Raymundus de Arbolena xliiii archiepiscopus, obiit x kal. julii, anno Domini M.C.LXXXII. Sepultus in sua Arelatensi ecclesia, infra murum, secus altare Sancti Laurentii, a parte claustri, secus carnerium. (Probat hoc ejus epygramma lapide marmoreo sculptum.) [*En marge, de la même main :*] Iste anno Domini M.C.LXXVIII, die ultima mensis julii, infra ecclesiam Arelatensem, coronavit illustrissimum D. Fredericum, Romanorum imperatorem.

Petrus Ysnardi xlv archiepiscopus. Obiit xxx novembris, et sepultus in obsidione Aconis, et postea translatus in Jherusalem.

Ymbertus de Aqueria xlvi archiepiscopus. Obiit anno Domini M°.CC.II°, viii kalendas augusti. Sepultus est super altare cappelle Sanctorum Simonis et Jude, in ecclesia Arelatensi. (Quod ejus declarat epitaphium in lapide marmoreo sculptum.)

Michael de Moresio xlvii archiepiscopus. Obiit xii kal. augusti, anno Domini M°.CC.XVII°. Sepultus in Arelatensi ecclesia, infra murum, supra portam per quam intratur de pallatio archiepiscopali in dictam ecclesiam. (Testatur hoc ejus epitaphium lapide marmoreo sculptum.)

Alius Hugo xlix archiepiscopus post beatum Cezarium. Qui obiit iii° kal. septembris, anno Domini M.CC.XVII°. [*Les lettres* b, a, *qu'on a mises en marge, indiquent la transposition à faire, pour corriger l'erreur commise en plaçant Hugues Béroard avant l'autre Hugues, qui l'a précédé.*]

Hugo Beroardi xlviii archiepiscopus. Obiit xiiii^to kal. decembris, anno Domini M.CC.XXXII°. Sepultus in sua Arelatensi ecclesia, infra murum, subtus tribunam in qua est altare S. Laurentii. Extat ejus epitaphium lapide marmoreo eidem muro affixo sculptum.

Johannes l archiepiscopus.

Bertrandus de Sancto Martino, quinquagesimus primus archiepiscopus, cardinalis Sabinensis. Obiit v kalendas aprilis. [*On a confondu en un seul Bertrand Malferrat et Bertrand de S. Martin.*]

Florencius lii archiepiscopus, qui obiit anno Domini M°.CC.LXVI°, iii kal. julii.

Bernardus de Languissello liii archiepiscopus, cardinalis Portuensis.

Bertrandus Amalrici liiii archiepiscopus.

Beatus Rostangnus Capre, oriundus loci de Granis, Arelatensis diocesis, lv archiepiscopus. Claruit miraculis. Obiit xi kal. septembris, anno Domini M°.CCC.III°. Corpus ejus jacet infra cappellam Sanctarum Marie Jacobi et Salome, in ecclesia Arelatensi.

Petrus de Ferrariis lvi archiepiscopus. Iste fuit regni Sicilie cancellarius. Obiit viii novembris M°.CCC.VII°.

Arnaldus lvii archiepiscopus Arelatensis. Iste fuit cardinalis Sabinensis.

Galhardus lix Arelatensis ecclesie archiepiscopus. (Hic fuit frater dicti Arnaldi.) [*Lettres de transposition.*]

Galhardus Saumate lviii archiepiscopus Arelatensis. Obiit pridie kal. augusti M°.CCC.XXIII.

Gasbertus de Valle lx Arelatensis ecclesie archiepiscopus. Tempore istius facta fuit archa argentea in qua quiescit corpus beati Trophimi, hujus ecclesie primi fundatoris. Iste construi fecit cappellam ad honorem omnium sanctorum in presenti ecclesia Arelatensi, et illam dotavit, ac sepulcrum suum honorifice in eadem fieri fecit. Et demum translatus ad ecclesiam Narbonensem ; et titulo Narbonensis hedificari et construi fecit unum colegium studentium in civitate Tolose, et illud in reditibus dotavit.

Johannes Bausani, lxi ecclesie Arelatensis archiepiscopus. Obiit anno Domini M°.CCC.LVIII°, viii° kal. decembris.

Stephanus lxii archiepiscopus.

a. *Effacé depuis* Obiit.

b. *Effacé depuis* Iste.

Alius STEPHANUS cognomento DE GARDA, LXIII hujus ecclesie archiepiscopus. Obiit XIIII kal. junii, et sepultus infra cappellam sacristie anterioris.

GUILHERMUS DE GARDA, LXIIII ecclesie Arelatensis archiepiscopus, et patriarcha Jherosolimitanus. Iste anno Domini M.CCC.LXIIII, et die mercuri IIII^or temporum post festum Penthecostes, in sancta Arelatensi ecclesia coronavit illustrissimum principem d. d. Karolum Romanorum imperatorem. Iste construi et hedificari fecit in dicta ecclesia cappellam anterioris sacristie, et in ea fundavit quatuor capellanias, et eas dotavit, et reditus percipiuntur in loco de Granis, Arelatensis diocesis. Obiit anno Domini M°CCC.LXXIIII^to, et die XXII julii; et sepultus fuit in predicta capella.

PETRUS DE CROSO, cardinalis Sanctorum Nerey et Archiley, archiepiscopus Arelatensis. Tempore istius, constructum fuit capud argenteum beati Trophimi, in quo ejus arma sculta sunt. Iste anno Domini M°.CCC.LXXVI et die VII augusti presidebat in dicta ecclesia Arelatensi, et fundavit missas duas perpetuas in ecclesia Arelatensi singulis diebus celebrandas, unam per dominos canonicos, ad honorem beate Marie et in cappellam ejusdem, aliam per dominos presbiteros de numero XX^ti beneficiatos, ad honorem Sancti Marcialis. Et illam decoravit, tam in reliquiis argenteis quam ornamentis altaris. Et in servicio magni altaris dedit unam capellam de cerico albo, cum duabus capis, in quibus sunt capita Christi et beate Marie ex auro texta. Iste hedificari fecit magnam turrim cadratam castri Sallonis. Obiit Avinione et sepultus infra chorum monasterii Sancti Marcialis Avinionensis, anno Domini M°.CCC.LXXXVI, et die mensis .

JOHANNES episcopus Hostiensis, sancte Romane ecclesie cardinalis, Vivariensis vulgariter nuncupatus, archiepiscopus Arelatensis ac Romane curie vicecancellarius. Iste a fundamentis hedificari fecit collegium Sancti Nycolay in civitate Avinionensi, et illud honorifice tam in libraria quam in redditibus dotavit.

FRANCISCUS DE CONSIACO, camerarius pape, ecclesie Arelatensis archiepiscopus, deinde Tholosanus, et successive ad ecclesiam Narbonensem translatus. Iste fuit avunculus beati Ludovici Alamandi, cardinalis Arelatensis.

Beatus LUDOVICUS ALAMANDI, archiepiscopus Arelatensis, de nobili ac militari genere procreatus, oriundus de loco Arbencii, diocesis. Iste primo fuit canonicus Lugdunensis, deinde episcopus Magalonensis, successive archiepiscopus Arelatensis, et presbyter cardinalis Sancte Cecilie, ac legatus apostolice sedis a latere in civitate Bononiensi, ac camerarius, et columpna in consilio Basiliensi.

PETRUS DE FUXO, archiepiscopus Arelatensis. Iste fuit filius comitis de Fuxo, et a pueritia datus Deo et beato Francisco, et professus ad regulam Beati Francisci. Deinde effectus est episcopus cardinalis Albanensis. Et tempore domini Martini pape quinti fuit factus legatus a latere, et recepit possessionem sue legationis in palatio apostolico Avinionis, die VII mensis julii, anno Domini M°.CCCC.XXXIII°. Et demum, tempore dni Eugenii pape quarti, die XV^a mensis septembris, anno Domini M°.CCCC.XLIII°, nonnulli perfidi proditores proditorie volentes eum expellere, tam a palatio apostolico quam a sua legatura, cum multitudine gentium armorum, capti fuerunt, et quamplurimi patibulo interempti, alii in Rodano submerci, alii in fenestris domorum suarum suspensi. Iste ad requisitionem serenissimi principis domini Renati, Jherusalem et Scicilie regis, et serenissime Johanne, dictorum regnorum regine, auctoritate sanctissimi domini Nicholay pape quinti, anno Domini M°.CCCC.XLVIII°, et die tertia mensis decembris, in presencia dictorum regis et regine, relevavit corpora sanctarum Marie Jacobi et Salome, in ecclesia ville Beate Marie de Mari, Arelatensis diocesis ; in qua quidem relevatione fuerunt presentes *(blanc)*. Postmodum, per obitum beati Ludovici Alamandi, ad postulationem canonicorum, et ad requisitionem serenissimi regis Renati, Jherusalem et Scicilie regis, ac nobilium et plebium hujus civitatis, dnus Nicholaus papa quintus, anno Domini M°CCCC°L^mo, et die X^a mensis novembris, contulit eidem archiepiscopatum ecclesie Arelatensis. Iste hedificari fecit in dicta ecclesia Arelatensi unam capellam retro magnum altare dicte ecclesie, ad honorem Sancti Jeronimi, Francisci et Anthonii de Padua ; et in eadem fundavit et dotavit unam missam perpetuam singulis diebus celebrandam, una septimana per unum ex dnis canonicis dicte ecclesie, et alia septimana per unum ex dominis presbyteris de numero viginti in eadem ecclesia beneficiatis. Necnon dedit ecclesie unam cappellam indumentorum de cerico rubei coloris de auro texam. Iste reparari fecit splendide et honorifice domum archiepiscopalem Arelatensem, et castrum Sallonis. Iste in ecclesia Arelatensi celebravit consilium provinciale, cum suis suffraganeis, in quo quidem consilio fuerunt presentes reverendi in Christo patres *(blanc)*. Iste decessit Avinione, anno Domini M°.CCCC.LXIIII^to et die XIII mensis decembris, et sepultus fuit in medio chori ecclesie fratrum Minorum Avinionis, cum maxima reverencia. Et sic tenuit legaturam XXXI annos, et patriam in pace.

Bibl. de la ville d'Arles. Ms. 108, p. 135-168. Le 1er feuillet, où était S. Trophime, manque. — A la fin : « Ce catalogue, qui a été composé du temps du cardinal de Foix, vers l'an 1460, est conservé dans le cabinet de M. Raybaud, avocat à Arles. — *Bibliothèque* du P. LE LONG, p. 151 [2e éd., t. I, p. 548, n° 7973]. — M. André Raybaud, avocat d'Arles, fils de M. Jean Raybaud, dont il est parlé dans la note précédente, m'a vendu ce manuscrit et plusieurs autres, le 12 du mois d'aout 1767. Laurent BONNEMANT. » Ce catalogue s'arrête en effet à la mort du cardinal de Foix, mais il est aisé de voir qu'il finit en réalité avant la fin du XIVe siècle, les derniers articles y ayant été ajoutés d'après un système tout différent. En les écrivant, on n'a plus su désigner le numéro afférent aux nouveaux archevêques, que l'on ne manquait jamais d'indiquer ; et non seulement on a mis hors de son rang François de Conzié, mais on a complètement omis Jean de Rochechouard et Artaud de Mélan, qui terminent le XIVe siècle et commencent le XVe. On a dans ce catalogue l'état des traditions arlésiennes sur la série des archevêques, telles qu'on les possédait à la fin du XIVe siècle. On y cherchera vainement les archevêques Garin et Silve, qui sont d'invention moderne. Par contre, la confusion de Bertrand Malferrat avec Bertrand de Saint-Martin était déjà faite. On connaissait dès lors les deux Hugues de 1217. L'écriture du catalogue est bien du XVe siècle, et peu postérieure à Pierre de Foix. Il y a de nombreuses additions plus récentes, des XVe, XVIe et XVIIe siècles ; je n'ai pris que le texte primitif. — Aux pages 81-4 du même ms. se trouve un « Catalogue des prélats qui ont gouverné l'église d'Arles, dressé par Laurent Bonnemant, prêtre, en 1771 ».

SAINT TROPHIME. Ier siècle.

4

Lettre du pape Zosime à Patrocle, métropolitain d'Arles : ... Metropolitanae Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus antistes, ex cujus fonte totae Galliae fidei rivulos acceperunt, directus est.

Voir plus loin, à la date du 22 mars 417 (n° 37).

5

Lettre du même à l'évêque de Narbonne Hilaire : ... Sanctae memoriae Trophimus sacerdos, quondam Arelatensi urbi ab apostolica sede transmissus, ad illas regiones et tanti nominis reverentiam primus exhibuit, et in alias non immerito ea quam acceperat auctoritate transfudit, *etc.*

Voir plus loin, à la date du 26 sept. 417 (n° 39).

6

Lettre du même aux évêques de la Viennoise et des Narbonnaises : ... Contra statuta patrum et sancti Trophimi reverentiam, qui primus metropolitanus Arelatensis civitatis ex hac sede directus est.

Voir plus loin, à la date du 29 sept. 417 (n° 41).

7

Lettre des évêques de la province d'Arles au pape s^t Léon : ... Omnibus Gallicanis regionibus notum est, sed nec sacrosanctae ecclesiae Romanae habetur incognitum, quod prima inter Gallias Arelatensis civitas missum a beatissimo Petro apostolo sanctum Trophimum habere meruit sacerdotem, et exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum *al.* donum fidei et religionis infusum....

Voir plus loin, à la date du commencement de 450 (n° 65).

8

Sub Decio imperatore multa bella adversum nomen christianum exoriuntur... Valentinianus et Novatianus, maximi tunc haereticorum principes... Hujus tempore septem viri episcopi ordinati ad praedicandum in Gallias missi sunt... Hi ergo missi sunt : Turonicis, Gatianus episcopus ; Arelatensibus, Trophimus episcopus ;... Gatianus vero, Trophimus,... in summa sanctitate viventes, post acquisitos Ecclesiae populos ac fidem Christi per omnia dilatatam, felici confessione migrarunt.

S. Grégoire de Tours, *Hist. Franc.*, lib. I, c. 28 (Bouquet, *Recueil des hist. de la France*, t. II, p. [illegible]).

9

v. kal. januarii... Apud Arelatem prime Narbone, natalis sancti Trophimi episcopi et confessoris, apostoli scilicet Galliarum, et discipuli apostolorum Petri et Pauli ; de quo idem Apostolus scribit ad Tymotheum : « Trophimum autem reliqui infirmum Mileti ». Hic ab apostolis Rome ordinatus episcopus, primus ad Arelatem urbem Gallie ob Xpisti euvangelium predicandum directus est ; « ex cujus fonte, ut beatus papa Zosimus scribit, tote Gallie fidei rivos acceperunt ». Ubi divini et salutaris verbi copiam barbarorum procacibus iniciens verbis, maxima de parte gentem ad fidei agnicionem perduxit. Et quia pristino corporis, quo sepissime laborabat, langore resolutus preripitur, non sui quod ardebat voti exordinandis ecclesie sue gradibus compos, committens Deo quod ipse nequibat, apud eandem urbem quievit in pace ; sepultus a fidelibus extra civitatem, in quodam oratorio Sancte Marie semper virginis, non longe a muro ipsius civitatis. Adest enim testimonium ipsum oratorium quod ipse construxerat atque ad sepulchrum digno cultu venerandum ; sed epitaphium, elegiaco carmine editum, parieti innexum [1] ; ubi divina exorantibus, Deo favente, subveniunt beneficia. Inde post a patribus translatum est corpus ejus in basilica Sancti Stephani, intra civitatem, ubi ipse cathedram locaverat, honorabiliter venerandum.

Martyrologe d'Arles-Toulon (Bibl. Vatic., ms. Reg. 540, f° 185 v°). — Voir plus loin la translation du 27 déc. 1152.

10

Accord entre l'archevêque d'Arles et l'abbaye de Saint-Césaire (13 juin 1221) : ... Respondebat monasterium, cimiterium de Aliscampis a beato Trophimo et a VII. aliis episcopis Jhesu Xpisti discipulis consecratum, scilicet a Maximino Aquensi, Eutropio Aurasicensi, Sergio Paulo Narbonensi, Martiali Lemovicensi, Saturnino Tholo[sa]nensi, astante beata Marta Xpisti ospita,...

Voir la pièce à l'abbaye de St-Césaire et l'inscription de St-Séverin de Bordeaux (CHANTELOU, *Hist. de Montmajour*, p. 12).

SAINT RIEUL. *Regulus*. Ier/IIIe siècle.

11

IX. kal. maii... Eodem die, natalis sancti Reguli, episcopi et confessoris, qui Arelato post discessum sancti Trophimi a sancto Dionisio ordinatus episcopus, pluribus annis ibi degens, populum fideliter predicatione sua Xpistum credere fecit ; ac postquam sanctus Dionisius Parisium adiit et palmam est adeptus martirii, spiritus cognitione premotus Regulus, eorum ac novit martirium, vectore Archadio, illum adiit quesiturus, et ad Silvanitensium apulsus civitatem, multum ibi faciens tempus, predicans Xpistum et baptizans omnes, apud eandem urbem requievit. Cujus vitam virtutibus plenam Celestinus luculenter digessit.

Martyrologe d'Arles-Toulon (Bibl. Vatic., ms. Reg. 540, f° 46 v°). — Voir aussi la notice du n° 3 (c. 4-5) et le *Martyrol. Roman.*

MARCIEN, vers 254.

12 Vers 254.

A l'instigation de l'évêque de Lyon Faustin, celui de Carthage, Cyprien, écrit au pape Etienne pour faire déposer Marcien, adhérent au schisme de Novatien.

CYPRIANUS Stephano fratri, salutem. Faustinus collega noster Lugduni consistens, frater carissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea quae etiam

1. Voir cette inscription dans SAXI, *Pontific. Arelat.* (1629), p. 3 ; et dans TRICHAUD, *Hist. de la s^te égl. d'Arles* (1857), t. I, p. 96-7.

vobis scio utique nuntiata, tam ab eo quam a ceteris coepiscopis nostris in eadem provincia constitutis, quod *Marcianus Arelate* consistens Novatiano se conjunxerit, et a catholicae ecclesiae unitate atque a corporis nostri et sacerdotum consensione discesserit, tenens haereticae praesumtionis durissimam pravitatem ; ut servis Dei poenitentibus et dolentibus, et ecclesiam lacrymis et gemitu et dolore pulsantibus, divinae pietatis et lenitatis paternae solatia et subsidia claudantur, nec ad fovenda vulnera admittantur vulnerati, sed sine spe pacis et communicationis relicti ad luporum rapinam et praedam diaboli projiciantur. Cui rei nostrum est consulere et subvenire, frater carissime, qui divinam clementiam cogitantes et gubernandae ecclesiae libram tenentes, sic censuram vigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis erigendis et curandis vulneratis bonitatis et misericordiae divinae medicinam non denegemus. Quapropter, facere te oportet plenissimas litteras ad coepiscopos nostros in Galliis constitutos, ne ultra Marcianum pervicacem et superbum, et divinae pietatis ac fraternae salutis inimicum, collegio nostro insultare patiantur, quod necdum a nobis videatur abstentus, qui jam pridem jactat et praedicat quod Novatiano studens et ejus pervicaciam sequens, a communicatione se nostra segregaverit ; cum Novatianus ipse, quem sequitur, olim abstentus et hostis ecclesiae judicatus sit ; et cum ad nos in Africam legatos misisset, optans ad communionem nostram admitti, hinc a concilio plurimorum sacerdotum, qui praesentes eramus, sententiam retulerit se foris esse coepisse, nec posse a quoquam nostrum sibi communicari qui episcopo Cornelio, in catholica ecclesia de Dei judicio et cleri ac plebis suffragio ordinato, profanum altare erigere et adulteram cathedram collocare, et sacrilega contra verum sacerdotem sacrificia offerre tentaverit ; proinde, si resipiscere et ad sanae mentis consilium redire vellet, ageret poenitentiam et ad ecclesiam supplex rediret. Quam vanum est, frater carissime, ut Novatiano nuper retuso et refutato et per totum orbem a sacerdotibus Dei abstento, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere, et de majestate ac dignitate ecclesiae judicare. Dirigantur in Provinciam et ad plebem Arelate consistentem a te litterae, quibus, abstento Marciano, alius in locum ejus substituatur, et grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus et vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat multos illic ex fratribus nostris, annis istis superioribus, excessisse sine pace ; vel ceteris subveniatur qui supersunt et diebus ac noctibus ingemiscunt, et divinam ac paternam misericordiam deprecantes solatium nostrae opitulationis exposcunt. Idcirco enim, frater carissime, copiosum corpus est sacerdotum, concordiae mutuae glutino atque unitatis vinculo copulatum, ut si quis ex collegio nostro haeresim facere et gregem Christi lacerare et vastare tentaverit, subveniant ceteri, et quasi pastores utiles et misericordes, oves dominicas in gregem colligant. Quid enim si in mari portus aliquis, munitionibus suis ruptis, infestus et periculosus esse navibus coeperit, nonne navigantes ad alios proximos portus naves suas dirigunt, ubi sit tutus et salutaris introitus et statio secura ? Aut si in via stabulum aliquod obsideri et teneri a latronibus coeperit, ut quisquis ingressus fuerit insidiantium illic infestatione capiatur, nonne commeantes, hac opinione comperta, stabula alia in itinere appetunt tutiora, ubi sint fida hospitia et receptacula commeantibus tuta ? Quod nunc esse apud nos debet, frater carissime, ut fratres nostros, qui vitalis Marciani scopulis petunt ecclesiae portus salutares, suscipiamus ad nos prompta et benigna humanitate, et stabulum commeantibus praebeamus, tale quale est in evangelio, quo a latronibus sauciati et vulnerati suscipi et foveri et tutari ab stabulario possint. Quae est enim major aut melior cura praepositorum, quam diligenti sollicitudine et medela salubri fovendis et conservandis ovibus providere ? Cum Dominus loquatur et dicat : « Quod infirmatum est non confortastis, et quod male habuit non corroborastis, et quod contribulatum est non consolidastis, et quod erravit non revocastis, et quod periit non inquisistis ; et dispersae sunt oves meae eo quod non sint pastores, et factae sunt in comesturam omnibus bestiis agri... » Cum ergo pastoribus talibus, per quos dominicae oves negliguntur et pereunt, sic Dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet, frater carissime, quam colligendis et refovendis Christi ovibus exhibere diligentiam plenam, et curandis lapsorum vulneribus paternae pietatis adhibere medicinam ? Quando et Dominus in evangelio moneat et dicat : « Non est opus sanis medicus sed male habentibus ». Nam etsi pastores multi sumus, unum tamen gregem pascimus, et oves universas quas Christus sanguine suo et passione quaesivit colligere et fovere debemus, nec pati supplices et dolentes fratres nostros crudeliter despici, et superba quorumdam praesumptione calcari. Cum scriptum sit : « Ille autem qui contumax est vir, sui jactans, nihil omnino perficiet, qui dilatavit tanquam inferi animam suam » ; et ejusmodi homines Dominus in evangelio suo culpet et damnet, dicens : « Vos estis qui justificatis vos in conspectu hominum, Deus autem dignoscit corda vestra ; quoniam quod excelsum est in hominibus, exsecratio est in conspectu Dei ». Exsecrabiles et detestabiles dicit esse qui sibi placeant, qui tumidi et inflati aliquid sibi arroganter assumant. Ex quibus cum Marcianus esse coeperit, et se Novatiano conjungens, adversarius misericordiae et pietatis exstiterit, sententiam non dicat, sed accipiat ; nec sic agat quasi ipse judicaverit de collegio sacerdotum, quando ipse sit ab universis sacerdotibus judicatus. Servandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelii et Lucii honor gloriosus, quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, frater carissime, honorificare et servare gravitate et auctoritate tua debes, qui vicarius et successor eorum factus es. Illi enim pleni Spiritu Dei et in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt, et poenitentia acta, fructum communicationis et pacis negandum non esse litteris suis signaverunt ; quam rem omnes omnino ubique censuimus. Neque enim poterat esse apud nos sensus diversus, in quibus unus esset Spiritus. Et ideo manifestum est eum Spiritus sancti veritatem cum ceteris non tenere, quem videmus diversa sentire. Significa plane nobis quis in locum Marciani Arelate fuerit substitutus, ut sciamus ad quem fratres nostros dirigere, et cui scribere debeamus. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

COUSTANT, *Epistolae Romanorum pontificum*, col. [illegible].

MARIN, 313-314.

13 313.

Lettre de l'empereur Constantin au pape Milliade, au sujet de Cécilien, évêque de Carthage, qu'il désire voir juger à Rome par un concile, ut ibi coram vobis, necnon Rheticio *(évêq. d'Autun)*, Materno *(de Cologne)* et Marino *(d'Arles)*, collegis vestris, quos hujus rei causa Romam properare praecepi, possit audiri.

CONSTANT, *Epist. Roman. pontif.*, c. 3-6. *Patrol. latina*, t. VIII, c. 477-80, texte grec et deux versions latines.

14 Latran, 2 octobre 313.

Concile de Rome contre les Donatistes.

Dati sunt judices, Maternus ex Agrippina civitate, Reticius ab Augustoduno civitate, Marinus Arelatensis. Ad urbem Romam ventum est ab his tribus Gallis... Cum consedissent Miltiades episcopus urbis Romae, et Reticius et Maternus et Marinus episcopi Gallicani...

OPTAT. Milevit. *De schismate Donatist.*, l. I, c. 23-4 *(Patrol. lat.*, t. XI, c. 930-4). JAFFÉ, *Reg. Pont. Rom.*, p. 28 (13), add.

15 (1er août ?) 314.

Concile d'Arles contre les Donatistes.

Synodus episcoporum, qui in civitate Arelatensium apud Marinum episcopum ecclesiae catholicae temporibus Constantini augusti, Volusiano et Anniano coss., convenerunt.

Breviarium epistolae : Dno sanctissimo fratri Silvestro Marinus vel coetus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi.

Marinus episcopus, Salamas presbyter, Nicasius, Afer, Ursinus et Petrus, diacones de civitate Arelatensium, provincia Viennensi.

SIRMOND, *Concilia antiqua Galliae*, t. I, p. 8. CONSTANT, *Epist. Rom. pont.*, c. 341 et les autres sources indiquées dans le *Répert. d. sourc. histor. du moyen âge*, t. II, c. 212-3.]

VALENTIN, 346-347.

16 12 mai 346.

Concile de Cologne contre l'évêque Euphrate.

Post consulatum Amantii et Albini, IV. idus maias, cum consedissent episcopi in Agrippinensium civitate, id est Maximinus Trevirorum, Valentinus ab Arelato...

Valentinus episcopus dixit : Quia Euphrata Christum Deum negat, consentio eum episcopum esse non posse, qui nec laicam debet communionem accipere.

SIRMOND, *Conc. ant. Galliae*, t. I, p. [illegible]. Le P. Victor de Buck [illegible] dans son article sur s' Amand, évêque de Strasbourg (*Acta SS. Bolland.*, octob. t. XI, p. [illegible]), l'authenticité de [illegible] que quelques-uns ont attaquée. Elle l'a été en dernier lieu par [illegible], t. I, p. [illegible], à la suite de [illegible], [illegible] *Gesch. deutsch. Concil.*, et [illegible] J. FRIEDRICH les a longuement défendus *(Kirchengesch. Deutschl.*, t. I, p. 277-300) et MŒHLER croit que le fond en est authentique *(Hist. de l'Égl.*, [illegible]

17 347.

Concile de Sardique, en Illyrie, contre les Ariens.

Parmi les évêques Galliae, *qui y adhérèrent, figure* Valentinus.

LABBE, *Concilia*, t. II, c. 679. *Gallia christ.*, t. I, c. 523, n. 6.

SATURNIN, 353-362.

18 *Concile arien d'Arles.* 353.

SIRMOND, *Conc. antiq. Galliae*, t. I, p. 13.

19 *Concile arien de Milan.* 355.

20 *Concile arien de Béziers.* 356.

21 *Concile de Rimini.* 359.

22 *Concile de Constantinople.* 360.

23 *Concile de Paris ; Saturnin y est déposé.* 362.

... Gratulatus sum... vos [Galliæ episcopos] comparticipes exsilii mei, in quod me Saturninus, ipsam conscientiam suam veritus, circumvento imperatore, detruserat, negata ipsi usque hoc tempus toto jam triennio communione, fide mihi ac spiritu cohaerere....

Exspectastis enim... perseverantiae gloriosum triumphum, non cedendo Saturnini minis, potestatibus, bellis....

S. HILARII Pictav. *Liber de Synodis* (c. 358), § 2-3 (*Patrol. lat.*, t. X, c. 481-2).

... Ipse quoque [Saturninus] vel minister vel auctor gestorum omnium intra hanc urbem [Constantinopolim] est. Circumventum te Augustum illusumque Caesarem tuum....

... Dabis quidem id in praesens instructionis ad causam, ut praesentem eum, cujus ministerio exsulo, usque ad confessionem falsorum quae gessit adducam. Sed nihil de eo, nisi cum jusseris, loquar...

... Gravissimum fidei periculum longe antea praevidens, ... quinto abhinc anno, a Saturnini et Ursacii et Valentis communione me cum Gallicanis episcopis separavi... Qui postea per factionem eorum pseudoapostolorum ad Biterrensem synodum compulsus....

Ejusdem *Ad Constantium aug.* lib. II (a. 360), § 2-3 (*Patrol. lat.*, t. X, c. 565 ; *Contra Constant. imp. lib.*, § 2 (ibid., c. 578-9).

... [Auxentius] de persona calumniatus est, damnatum quondam me a Saturnino, audiri ut episcopum non oportere.

Ejusdem *Liber contra Auxentium* (a. 364), § 7 (ibid., c. 614).

... Caeterum a nostris tum apud Arelatem ac Biterras, oppida Galliarum, episcoporum concilia fuere...

... Gallias nostras Saturni[n]us, Arelatensium episcopus, homo impotens et factiosus, premebat....

... Resistebat sanis consiliis Saturninus, Arelatensium episcopus, vir sane pessimus, et ingenio malo pravoque ; verum etiam, praeter haeresis infamiam, multis atque infandis criminibus convictus, ecclesia ejectus est : ita partium vires, amisso duce, infractae....

SULPICII SEVERI *Historia sacra*, lib. II, capp. 39, 40 et 45 (*Patrol. lat.*, t. XX, cc. 151, 152 et 155).

Hilarius episcopus Pictaviensis, factione Saturnini Arelatensis episcopi, aliorumque qui cum eo erant Arrianorum, in Frygiam pulsus.

Prosperi Tironis Epitoma Chronicon, ed. Theod. Mommsen, dans *Mon. Germ. hist.*, Auct. antiq. t. IX (Cronica minora saec. IV-VII), p. 455.

... Ignorasse vos negabitis, Athanasio, cujus damnationem a vobis Valens, Ursacius, Saturninus exigunt, ab Ossio, Maximino, Julio redditam communionem?. .

Fides catholica exposita apud Fariseam [Parisiam] civitatem ad episcopis Gallicanis... — ... [Hilarius] dignus erit sanctitate sacerdotii nominis judicandus : a quo etiam Saturninum, qui statutis salubribus impiissime contradicit, secundum fratrum nostrorum geminas jam litteras excommunicatum ab omnibus Gallicanis episcopis charitas vestra cognoscat ; quem et vetera dissimulata, jam diu licet, crimina, et caetera edita epistolis suis novae temeritatis irreligiositas indignum episcopi nomine esse fecerunt.

S. Hilarii *Ex opere historico* fragm. ii, § 18 ; xi, § 4 (*Patrol. lat.*, t. X, cc. 644 et 712-3).

Saint CONCORDE, *Concordius*, 374 380 ?

24 12 juillet 374.

Concile de Valence, sur la discipline.

Dilectissimis fratribus per Gallias... Concordius....

Ego Concordius episcopus opto vos, fratres, in Domino bene valere.

Dilectissimis fratribus clero et plebi ecclesiae Forojuliensis ... Concordius... — Quamvis tam ea benedictus frater noster Concordius de sanctissimi Accepti persona suggesserit, quae prudenti et christiano viro digna sunt, quam quod studio omnium vestrum ad honorem sacerdotii poscatur, edixerit...

Sirmond, *Conc. antiq. Galliae*, t. I, c. 18-20. *Gallia christ. noviss.*, Aix, p. 311, instr. c. 193.

25 Avignon, après 374.

Obiit autem beatus Paulus episcopus [Tricastinensis] kalendis februariis, in Avennica civitate. Cujus sanctas exuvias venerabilis antistes Arelatensis atque Avennicae vel Aurasicae civitatis canone succiduo, non solum prosequentes vestigio, sed etiam propriis [h]umeris detulerunt, *etc.*

Vita s. Pauli Tricastinen. episc., d'après un ms. de Grenoble du XIIIe siècle (*Anal. Bolland.*, t. XI, p. 382).

26 380 ?

Epitaphe de s^t Concorde, évêque d'Arles.

INTEGER ADQVE PIVS VITA ET CORPORE PVRVS
AETERNO HIC POSITVS VIVIT CONCORDIVS AEVO
QVI TENERIS PRIMVM MINISTRVM FVLSIT IN ANNIS
POST ETIAM LECTVS CAELESTI LEGE SACERDOS
TRIGINTA ET GEMINOS DECIM VI^x REDDIDIT ANNOS
HVNC CITO SIDEREAM RAPTVM OMNIPOTENTIS IN AVLAM
ET MATER BLANDA ET FRATER SINE FVNERE QVAERVNT
Colombe A ☧ ω *Colombe*

[Dumont], *Descr. des anc. monum. d'Arles*, p. xxiij. Edm. Le Blant, *Les Sarcophages chrétiens de la Gaule*, 1886, p. 32. Otto Hirschfeld, *Inscript. Galliae Narbon. lat.* (*Corpus I. L.*, XII), 1888, p. 100, n° 942. — Voir encore l'encyclique de Michel de Moriès (1905).

27 16 mars 1051.

Rouleau mortuaire de Guifred, comte de Cerdagne.

xviii [= xvii ? kalendas] aprelis. Celebrantibus, hora sexta, adiit portitor vester, limina apostoli principis Petri Bissullunensis cenobii [*Besalù*], ubi requiescet gloriosissimus martyr Primus, atque Concordius, Arelatensis archiepiscopus, necnon et beatissimus confessor Christi Marinus, et alia nonnulla corpora sanctorum....

Léop. Delisle, *Rouleaux des morts*, 1866, p. 66.

INGÉNU, *Ingenuus*, 394.

28 1er octobre 394.

Concile de Nimes.

Ego Ingenuus subscripsi.

Hefele, *Conciliengesch.*, 2e Aufl., 1875, t. II, p. 64.

29 22 septembre 401.

Concile de Turin.

Synodica ad universos episcopos Galliarum *(voir Marseille, c. 8)*.

ii. De primatu Arelatensis et Viennensis ecclesiae. Illud deinde, inter episcopos urbium Arelatensis et Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabant, a sancta synodo definitum est, ut qui ex eis adprobaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciae honorem primatus obtineat, et ipse, juxta canonum praeceptum, ordinationum habeat potestatem. Certe, ad pacis vinculum conservandum, hoc consilio utiliore decretum est, ut si placet memoratarum urbium episcopis, unaquaeque de his viciniores sibi intra provinciam vindicet civitates, atque eas ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit ; ita ut memores unanimitatis atque concordiae, non alter alterum, longius sibi usurpando quod est alii propius, inquietet.

Sirmond, *Concilia antiqua Galliae*, t. I, p. 28.

HÉROS, 412.

30 412.

Prosperi Tironis *Epitoma Chronicon.*

Honorio viii et Theodosio v coss.

Eodem tempore Heros, vir sanctus et beati Martini discipulus, cum Arelatensi oppido episcopus praesideret, a populo ejusdem civitatis insons et nulli insimulationi obnoxius pulsus est, inque ejus locum Patroclus ordinatus, amicus et familiaris Constantii, magistri militum, cujus per ipsum gratia quaerebatur, eaque res inter episcopos regionis illius magnarum discordiarum materia fuit.

Ed. Theod. Mommsen, dans *Mon. Germ. hist.*, auct. antiq. t. IX, p. 466.

31 416.

Lettre du concile de Carthage au pape Innocent I.

Cum ex more ad Carthaginensem ecclesiam solemniter venissemus, atque ex diversis causis congregata ex nobis synodus haberetur, compresbyter noster Orosius nobis litteras sanctorum fratrum et consacerdotum nostrorum dedit Herotis et Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. His ergo lectis....

Coustant, *Epist. Roman. pontif.*, c. [illegible].

32 Commenc' 417.

S. Augustini Hippon. *De gestis Pelagii.*

2.... In his quae de libello, quem dederunt [*au concile de Diospolis, 20 déc. 415*] sancti fratres et coepiscopi nostri Galli, Heros et Lazarus, qui propter gravem, sicut postea probabilius comperimus, unius eorum aegritudinem, praesentes esse minime potuerunt, recitata sunt objecta Pelagio.... *Cf. n° 10.*

39.... Quidquid dixit episcopus Joannes [Jerosolymit.] de absentibus fratribus nostris sive coepiscopis Herote ac Lazaro, sive de presbytero Orosio, ... credo quod intelligat ad eorum praejudicium non valere ; *etc.*

62.... Recitatis omnibus quae in libello contra eum dicto Heros et Lazarus, episcopi Galli, posuerant : illis quidem absentibus, et de aegritudine unius eorum excusantibus....

Patrol. latine, t. XLIV, cc. 3.., 343 et 355.

33 417.

Lettre du pape Zosime Aurelio et universis episcopis per Africam constitutis.

4. Unum sane movet nos, ut cum in praesenti ibi Caelestium habueritis, nihil liquido judicatum sit. Ad litteras Herotis et Lazari priori relatione destinatas, equidem ob fervorem fidei praefestinatum esse promtissimum est. Sed cum de his interrogaretur, asseruit nullum sibi de talibus contentionibus umquam cum antedictis fuisse sermonem ; nec ante sibi quam de se scriberent, visu fuisse compertos, Lazarum sane in transitu cognitum ; Herotem vero etiam satisfactione interposita, quod secus de ignoto et absente sensisset, cum gratia recessisse. Tam caduco ac nullo fundamine criminationis ignotae, procul dubio e re fuit, ut persona talium, quae tam variis et levis exstiterat, quaereretur, si saltem illis loci sui ratio vitaeque constaret, ut fides absentibus in absentes debuerit adhiberi, tantumque pondus in litteris eorum, ut auctoritatem testimonii mererentur. Patuit hos, inobservatis ordinationibus, plebe cleroque contradicente, ignotos alienigenas, intra Gallias sacerdotia vindicasse, quibus se ipsi propria abdicavere sententia ; nosque, licet et alia, tamen eorum de se poenitudinem et confessionem secuti, sacerdotali eos loco et omni communione submovimus. Satis urget, causam a talibus processisse per litteras in absentis ejus accusationem, qui se praesens tuetur, qui exponit fidem, qui provocat accusantem.

Coustant, *Epist. Roman. pontif.*, c. [illegible]. Jaffé, [illegible].

34 21 septembre 417.

Lettre du même pape aux mêmes évêques.

3. Video etiam hunc Pelagium Herote et Lazaro scribentibus infamari. Itane, fratres dilectissimi, ad aures vestras qui sunt isti turbines ecclesiae vel procellae nec opinione pervenit ? Ita vero vos latuit vita horum atque damnatio ? Sed quamquam specialis illos apostolicae sedis auctoritas omni communione submoverit, discite et in hac epistola, licet strictim, hominum mores. Vetus Lazaro consuetudo est innocentiam criminandi. Per multa concilia in S. Britium, coepiscopum nostrum Turonicae civitatis, diabolicus accusator inventus est. Ab Proculo Massiliensi in synodo Taurini oppidi sententiam calumniatoris excepit. Ab eodem Proculo fit post multos annos sacerdos, tyrannici judicii defensor, civitatis Aquensium ; cum contrairet addicta, in ipsum penetrale et sacerdotale solium sanguine innocentis pene respersum irrupit. Stetitque in eo hactenus umbra sacerdotii, donec in tyranno [Constantino] imago staret imperii ; quo loco post internecionem patroni, sponte se exuit, et propria cessione damnavit. De Herote vero omnia similia, idem tyrannus patronus, caedes, turbae, presbyterorum contradicentium vincula et custodiae, et totius civitatis addictio, similis poenitentia de abdicatione sacerdotii. Mirum est si isti laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum servitute nitentem, falsis litteris percellere noluerunt, qui in fratres et coepiscopos tanta machinati sunt, qui tot tempestates ecclesiae reddiderunt. Non decet episcopalem auctoritatem, et praecipue prudentiam vestram, ad levium susurronum scripta pendere. Ecce Pelagius Coelestiusque apostolicae sedi in litteris suis et confessionibus suis praesto sunt. Ubi Heros, ubi Lazarus, erubescenda factis et tot damnationibus nomina ?...

7. Grave fuit Lazaro et Heroti litterarum suarum pedissequos esse. An nesciebant dilectionem vestram ad sedem apost. relaturam ? Huc certo calumniae compendio navigassent. Ubi de episcopatu ambiendo agitur, maria terrasque lustrant ; nec ulla suffragia praetermittunt. Ubi vero innocentium fama percellitur, otiosi et delicati, sive accusatores sive testes, in utroque enim fallentibus nomen infame est, in cubilibus et lectulis suis litteris abutuntur, et totam Africam, universumque tranquillum catholicae serenitatis innubilant ad libidines suas duae pestes.

Coustant, *Epist. Roman. pontif.*, c. 950. Jaffé, 330 (135).

35 Après 420.

Epitaphe d'Héros, évêque d'Arles.

SANCTVS
HEROS SVMMus
ANTEstis
Obiit

Balthazar, *Notes sur des inscriptions tumulaires découvertes à Arles, près du cimetière...*, dans *Congrès archéol. France* (1855), t. XXII, p. [illegible] ; Otto Hirschfeld, *Inscript. Galliae Narbon. lat.* 1888, p. [illegible], n° 946 ; cf. n° 6.. Le Blant, *Inscript. chrét. de la Gaule* (1892), Supp. n° [illegible].

PATROCLE, 412-426.

Voir sur l'ordination de cet évêque, le n° 30.

36 414?

Chronica Gallica (écrite à Marseille en 452).

Patroclus, Arelatensis episcopus, infami mercatu sacerdotia venditare ausus.

Éd. Mommsen, dans *Mon. Germ. hist.*, Auct. antiq. t. IX, p. 654.

37 22 mars 417.

Le pape Zosime réserve à Patrocle, métropolitain d'Arles, le droit de délivrer des lettres formées et d'ordonner les évêques dans la Viennoise et les deux Narbonnaises.

Zosimus universis episcopis per Gallias et septem provincias constitutis. Placuit apostholicae sedi ut si quis ex qualibet Galliarum parte, sub quolibet ecclesiastico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel ad alia terrarum ire disponit, non aliter proficiscatur nisi metropolytani Arelatensis episcopi formatas acceperit, quibus sacerdotium suum, vel locum ecclesiasticum quem habet, scriptorum ejus adstipulatione perdoceat. Quod ea gratia statuimus quia plurimi se episcopos, presbyteros sive ecclesiasticos simulantes, quia nullum documentum formatarum extat, per quod valeant confutari, in nomen venerationis inrepunt et indebitam reverentiam promerentur. Quisquis igitur, fratres carissimi, praetermissa supradicti formata, sive ille episcopus, seu presbyter, sive diaconus, aut deinceps inferiore gradu sit, ad nos venerit, sciat se suscipi omnino non posse. Quam auctoritatem ubique nos misisse manifestum est, ut cunctis regionibus innotescat id quod statuimus omnimodis esse servandum. Si quis autem haec salubriter constituta temerare temptaverit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum. Hoc autem privilegium formatarum sancto *Patroclo*, fratri et *coepiscopo* nostro, meritorum ejus specialiter contemplatione concessimus. Jussimus autem praecipuam, sicuti semper habuit, metropolytanus episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis sacerdotibus obtineat auctoritatem, Viennensem, Narbonensem primam et Narbonensem secundam provincias ad pontificium suum revocet. Quisquis vero posthac, contra apostholicae sedis statuta et praecepta majorum, omisso metropolytano episcopo, in provinciis supradictis quemquam ordinare praesumpserit, vel is qui ordinari se inlicite sciverit, uterque sacerdotio se carere cognoscat. Quomodo enim potest auctoritatem summi pontificis optinere, qui quae erant pontificis servare contempsit? Omnes sane admonemus ut quique finibus territoriisque suis contenti sint; nam barbara et impia ista confusio est aliena praesumere; de qua re ne ad nos querella ulterius redeat, admonemus. Dedit enim exemplum Arelatensis ecclesia, quae sibi Cytharistam et Gargarium parrochias, in territorio suo sitas [1], incorporari jure desiderat; ne de cetero ullus sacerdos in alterius sacerdotis praesumat injuriam. Sane, quoniam metropolytanae Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophymus summus antistes, ex cujus fonte totae Galliae fidei rivulos acceperunt, directus est. Idcirco, quascumque parrochias in quibuslibet territoriis, etiam extra provincias suas, antiquitus habuit, intemerata auctoritate possideat. Ad cujus notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censemus, nisi magnitudo causae etiam nostrum requirat examen. Data XI. kalendas apriles, Honorio Augusto XI et Constantio II consulibus.

1. On a mis en note ces singulières choses : « Citharista, jam a Plinio Hist. Nat. l. III. c. IV commemorata, paroecia finibus dioecesis Tolonensis inclusa, est Ceyreste, vicus apud La Ciotat. — Cf. Vita Cesarii. l. II. c. II. Acta SS. Aug. VI. 79. — Gargarius, paroecia finibus dioec. Forojuliensis inclusa, est Gemenos apud Roquevaire ».

Éd. Wilh. Gundlach, dans *Mon. Germ. hist.*, Epistol. t. III, p. 6. L'éditeur cite comme ses sources les mss. : Par. lat. 2777, f° 20 (IX. s.); Par. 3849, f° 3 (IX. s.); Par. 5537, f° 3 (X-XII. s.); Par. 3880, f° 72 (XII. s.); Col. 212, f° 122 (VII. s.); Tolos. 364. B. 63, f° 88 (VIII-IX. s.); et les édd. de Baronius, an. 417, n° 41; Sirmond, *Conc.* I, 42; Saxi, *Pontif. Arel.* p. 29; Coustant, *Ep. Pont.* c. 935; Mansi, *Conc.* IV. 359; Migne, *P. L.* XX, 642; Jaffé, *Reg.* 328 (143). — Nous publions les principales, ou les plus personnelles de ces *Epistolae Arelatenses,* celles où il y a le plus à puiser pour l'histoire de ces vieux temps. Tout en prenant le texte de Gundlach en général, nous sommes forcés souvent de le corriger par les variantes qu'il a renvoyées en note, et qui ont le vrai texte, celui qu'il adopte étant inadmissible et souvent inintelligible. Ainsi dans la lettre ci-dessus comment accepter : « Roma venire sacerdutium... episcopus, presbyterus sive ecclesiasticus...; ne de cetero ullus sacerdus in alterius sacerdotes pr..., primus ex ac sedes Trophymus summus antestites... rivolos... terretoriis... intimerata. » Tout cela est absurde et en contradiction souvent avec la plupart des mss., dont on rejette la bonne leçon. Je ne vois guère en quoi cette édition, faite en réalité sur les anciens mss. d'Arles, l'emporte sur les autres.

La preuve des faussetés historiques alléguées dans cette 1re bulle de Zosime, c'est qu'en formant au VIe siècle cette collection de pièces pour les privilèges d'Arles, on n'a rien trouvé d'antérieur : c'est qu'en réalité c'est le point de départ. [M. Gundlach avait préludé à l'édition de cette correspondance dans les *Mon.* par une étude développée sur la compétition des églises d'Arles et de Vienne pour la primatie des Gaules : *Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum, ein philologisch-diplomatisch-historischer Beitrag zum Kirchenrecht*, dans *Neues Archiv der Gesellschaft fur ältere deutsche Geschichtskunde* (1889-90), t. XIV, p. 251-342; t. XV, pp. 11-102 et 235-92; Hannover, 1890, in-8°. xxij-294 p.

38 22 septembre 417.

Lettre du même aux évêques d'Afrique, de Gaule et d'Espagne, au sujet de Tuentius *et* Ursus *ordonnés par l'évêque de Marseille Procule illicitement sur des territoires dépendants de la métropole d'Arles.*

Voir cette lettre à l'évêché de Marseille, n° 12.

39 26 septembre 417.

Zosime signifie à l'évêque de Narbonne Hilaire de s'abstenir de sacrer des évêques dans la 1re Narbonnaise, ce droit étant réservé au siège d'Arles.

Zosimus Hilario, episcopo Narbonensis primae Provintiae. Mirati admodum sumus, dum nobis studiosius requirentibus, relatio tua de ordinandis in provintia Narbonensi prima sacerdotibus legeretur, quod dum adsertioni et desideriis tuis cupis esse consultum, praetermissa veri fide, relationem tuam sub honestatis specie colorasti, asserens in aliena provintia ab alio non debere fieri sacerdotes; cum utique debueris non quid tibi rectum videatur, sed quid habuerit antiqua consuetudo suggerere. Ideoque, evacuato eo quod obtinuisse a sede

apostolicae auctoritate comprobatus, qui satis constitit Arelatensi sacerdoti priscae institutione concessum, et non solum in provintia Viennensi, sed etiam per duas Narbonenses episcopos faciat ; nam sanctae memoriae Trophymus, sacerdos quondam Arelatensi urbi ab apostolica sede transmissus, ad illas regiones et tanti nominis reverentiam primus exhibuit, et in alias non minore nomen quam acceperat auctoritate transfudit, atque hunc ordinandi consuetudinem et pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus et justus, custoditum usque in proximum tempus, gestis apud nos habitis, multorum consacerdotum testimoniis adprobatur. Ergo, licet sola quae in sede apostolica habita sunt potuissent gesta sufficere, tamen etiam hac te auctoritate constringimus, ut praesumptioni tuae, quam extulisse contra veterem consuetudinem videberis, modum noveris justae praescriptionis indictum ; neque aestimes tibi ulterius pontificatum de ordinandis sacerdotibus vindicandum, cum hoc videas Arelatensis episcopo civitatis, et per apostolicam sedem, et per sancti Trophymi reverentiam, et per veterem consuetudinem, et nostra recenti evidentissima definitione deferri. Si quid contra haec, frater carissime, quae a nobis sunt sub Dei judicio statuta temtaveris, non solum quos faciendos credideris episcopatum optinere non possint, sed etiam ipse catholica communione discretus sero de illicitis praesumptionibus ingemiscas. Data sub die vi kalendas octobris, Honorio xi et Constantio ii consulibus.

Mon. Germ. hist., Epistol. t. III, p. 9. Jaffé, 332 (127).

40 — 26 septembre 417.

Confirmation des privilèges de la métropole d'Arles.

Zosimus *Patroclo, episcopo Arelatensi.* Quid de Proculi damnatione censuerim tenet conscientia tua, cum meo interesses examini ; nec te gestorum nostrorum auctoritas latet, vel scriptorum que de ipsius damnatione per terrarum diversa direximus. Unde metropolitani in te dignitatem atque personam, etiam apostolicae sedis auctoritate considera, in quem furtive locum per indebitam synodum Proculus usurpator inrespserat. Quicumque igitur ex Gallicanis unde regionibus veniunt, sub quovis ecclesiastico nomine graduve, formatas per te communiti ad nos mittendas esse cognoscant ; alioquin, sibi inputabunt si inefficaciter hac sollemnitate postposita, te inconsulto ad nos venire temptaverint. Quod ab episcopis usque ad ultimum ecclesiasticorum gradum observare conveniet, frater carissime. Et quia nonnulli ex quorumque militia se ad ecclesiam transferentes, statim saltu quodam summatim locum religionis affectant, qui gradatim per ecclesiastica stipendia venientibus explorata solet discussione differri, idcirco, quoniam in nonnullis factum infirmare non possumus, si qui jam ordinati sunt, in eo gradu ad quem saltu subito pervenerunt, perdurare debebunt. Si enim apostolus neophytum sacerdotio non statim commulari jubet, et hoc idem canonum statuta sanxerunt ; hoc addimus nostra sententia, ut quisquis de cetero vel summo sacerdotio vel presbiterii gradu vel diaconatus crediderit cumulandum, sciat et se gradus sui subire jacturam, nec in illo valitura esse quae contulit, ut saltim ab ordinatione praecipiti metus iste summovèat, quos examinata discussio cohercere debuisset. Scripta nostra in omnium facies noticiam pervenire, ut ne hoc quidem ipsum tibi, quod omnibus interdictum est, licere cognoscas. Data vi. kalendas octobres. Honorio xi. et Constantio ii. consulibus.

Mon. Germ. hist., Epistol. t. III, p. 10. Jaffé, 333 (128).

41 — 29 septembre 417.

Le pape notifie la prééminence du siège d'Arles aux évêques Procule de Marseille et Simplice de Vienne.

Zosimus episcopis provintiae Viennensis et Narbonensis secundae, a pari. Multa contra veterem formam Proculus usurpasse detectus est in ordinationibus nonnullorum indebite celebrandis, quas proxime numerosa cognitione discussimus, licet ipse diu expectatus, fastidiose ferens sibi indutias adtributas, convenire dissimulet. Adtamen, illa praesumptio nos admodum movit quod in synodo Taurinensi, cum longe aliud ageretur, in apostolicae sedis injuriam, subripiendum putavit ut sibi concilii illius emendicata praestaret obreptio ordinandorum sacerdotum, veluti metropolitano, in Narbonensi secunda provintia potestatem. Et ne solus impudenter indebita postulando huic sedi videretur intulisse convitium, socium sibi Simplicium Viennensis civitatis [episcopum] adscivit, qui non dissimili impudentia postularet ut sibi quoque in Viennensium provintia creandorum sacerdotum permitteretur arbitrium. Indecens ausus et in ipso vestibulo resecandus, hoc ab episcopis ob certas causas concilium agitantibus extorquere, quod contra statuta patrum et sancti Trophymi reverentiam, qui primus metropolytanus Arelatensis civitatis ex hac sede directus est, concedere vel mutare ne hujus quidem sedis possit auctoritas ! Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam. Et quia redire in ordinem suum intermissa praecepimus, fratres carissimi, metropolitanus Arelatensis civitatis episcopus, jam inde a Trophymo, ordinationis seriem temporibus roboratam inviolabili in utraque Narbonensi et Viennensi auctoritate possideat. Data iii kalendas octobris, Honorio Augusto xi et Constantio ii consulibus.

Mon. Germ. hist., Epistol. t. III, p. 11. Jaffé, 334 (129).

42 — 1er octobre 417.

Le pape réserve en faveur de Simplice, archevêque de Vienne, les anciens droits de son siège, nonobstant la concession précéd. au métropolitain d'Arles.

Coustant, *Epist. Rom. pont.*, app. c. iii. Jaffé, 335 (clxxxj). Pièce fausse.

43 — 4 mars 418.

Zosime exprime à Patrocle, évêque d'Arles, son étonnement de ce qu'il ne s'est point opposé aux empiètements de Procule, évêque de Marseille.

Voir cette lettre à l'évêché de Marseille, n° 13 ; cf. n° 14.

44 13 juin 419.

Lettre du pape Boniface Patroclo... et caeteris episcopis per Gallias et septem provincias, *leur ordonnant de tenir un synode, avant le 1[er] novembre, pour juger Maxime, évêque de Valence.*

Coustant, *Epist. Roman. pontif.*, c. 1015. Jaffé, 349 (141).

45 9 février 422.

Lettre du même à l'évêque de Narbonne Hilaire, où il blâme Patrocle d'avoir ordonné un évêque de Lodève.

Coustant, *Epist. Roman. pontif.*, c. 1032. Jaffé, 362 (145).

46 426.

L'évêque Patrocle meurt assassiné.

Theodosio xii et Valentiniano Aug. ii. coss.
Patroclus Arelatensis episcopus a tribuno quodam Barnabo multis vulneribus concisus occiditur; quod facinus ad praeceptum Felicis magistri militum referebatur, cujus impulsu etiam Titus diaconus, vir sanctus, Romae pecunias pauperibus distribuens interfectus.

Prosperi Tironis *Epit. Chronicon*, ed. Th. Mommsen, dans *Mon. Germ. hist.*, auct. antiquiss. t. IX, p. 471.

Saint HONORAT, 426-429.

Voir les antécédents de ce saint à l'abbaye de Lérins, dont il fut le fondateur vers 410.

47 428.

Le pape Célestin, dans une lettre universis episcopis per Viennen. et Narbonen. provincias constitutis, *rappelle avoir* missum ad Arelatensem episcopum, per Fortunatum subdiaconum nostrum, ut ad judicium [Daniel] destinaretur, epistolium.

Coustant, *Epist. Roman. pontif.*, c. 1069. Jaffé, 368 (151), qui désigne à tort Patrocle comme destinataire de cette lettre.

48

xvii kal. februarii. Apud Arelatem civitatem, sancti Honorati archiepiscopi, cujus vita doctrina et miraculis effulsit, quam scribit beatus Hylarius, precipuus doctor, qui eidem successit in urbe.

Martyrologe d'Arles-Toulon (Bibl. Vatic., ms. Reg. 540, f° 16).

[Honorat mourut du 14 au 15 janvier 429; on l'honore le 16. Son oraison funèbre (*sermo*) fut prononcée, au jour anniversaire, par son successeur Hilaire : « Agnoscitis, dilectissimi, diem publicis fidelium moeroribus consecratum... Hodie ille sanctae recordationis ecclesiae hujus antistes, virtute, sacerdotio, nomine Honoratus, corpore exutus est... » Elle donne une triste idée de l'état où se trouvait l'église d'Arles quand il fut appelé à succéder à Patrocle : « Crevit gratiis, decrevit metallis; ingressa videlicet disciplina, domo sua tamquam domo Dominica mammona iniquitatis exclusit, et quae otiosae diu congestae fuerant [opes], dignis tandem usibus deputavit; ... hoc solum quod ministerio suo sufficiens erat reservavit ». Potthast en indique neuf éditions ; les plus accessibles sont celles des *Acta SS. Bolland.* et de la *Patrol. lat.* (t. L, c. 1249).

Au XIII[e] siècle (première moitié), un anonyme composa une vie fabuleuse de s[t] Honorat, qui commence par ces mots : « Cum diabolus, pronus et sollicitus humani generis inimicus, intrasset in cor Johannis Gauni, et una cum Machometo mago pervertisset Affricam et occasum... » On en connaît actuellement quatre manuscrits :

A. Dublin, Trinity college, 34 × 23 cent., à la suite de 14 vies de saints anglais, parchemin, 27 feuillets, commencement du XIV[e] siècle. Le texte est divisé en 49 alinéas. M. Paul Meyer, à qui revient le mérite de l'avoir découvert, en a donné des fragments dans un article intitulé : *La vie latine de saint Honorat et Raimon Féraut*[1].

B. Fonds Albanès, 192 × 132 mill., parchemin, 58 feuillets paginés i à lvii (48 a un bis oublié), XIV/XV[e] siècle ; a appartenu à l'érudit « Jos. Antelmius, Forojul. canonicus ». F° i r° : De vita et gestis sancti Honorati (rouge) ; cette partie principale comprend xliii c[apitula], ordinairement accompagnés en marge de sommaires développés ; fin : « residuum civitatem et patriam anno integro saciavit ». Avec le chap. xxxxiiii (f° xxvi v°) commencent (sans rubrique) les miracles accomplis du vivant du saint : « Apud Melgorium, vir quidam nobilis nomine Alphonsus, multum locuplex » ; ils se poursuivent jusqu'au chap. lxv (f° xxxviii); fin : « corpus sancti Honorati in eadem ecclesia tumulantes, ubi prestantur a Deo cotidie beneficia graciosa petentibus confidenter. Amen ». F° xxxviii r° : « De miraculis sancti Honorati post mortem, et de vita Nazarii abbatis monasterii Lirinensis et aliorum plurimorum monacorum dicti monasterii, qui sanctissime in eorum vita peregerunt et post mortem (rubr.). Translato igitur sanctissimo Honorato ad societatem civium supernorum... » ; semblent finir : « religiose in Domino obdormivit ». La vie de saint Porcaire, qui suit comme dans le ms. *A*, n'est indiquée que par une lettre plus ornée (f° liiii v°) : « Postquam vero Karolus in sancta et venerabili senectute migravit ab hac vita et sui diviserant regnum ejus, instigante diabolo ... » ; finit (f° lxii v°) : « et significarunt summo pontifici sanctorum monachorum et monasterii Lirin. interitum et ruinam. A.m.e.n ». Suit, d'une écriture plus récente : « Iste liber est prioratus Sancti Stephani de Bargemono [Bargemont (Var)], datus prioratui et non priori, reservato usu priori ipsi, de mense junii anno M cccc xliiij°. Amen ».

C. Paris, Biblioth. Nation., n. acq. lat. 575, petit format, parchemin, 27 feuillets, XIV[e] siècle : « Vita beatissimi Honorati, Aralatensis archiepiscopi et patroni sanctissime insule Lirinensis » [2].

D. Oxford, Bodléienne, ms. exécuté en 1449 et décrit par M. E. Stengel, qui en a fait la découverte, dans un article qui a pour titre : *Die Wiederaufgefundene Quelle*

1. *Romania*, 1879, t. VIII, p. 481-508 ; à part, Paris, 1879, in 8°.
2. *Biblioth. de l'école d. Chartes* (1896), t. LVII, p. 168. Indiqué par M. P. Meyer, dans l'*Hist. litt. de la France*, t. XXXII, p. 80.

von R. Feraut's provenz. Gedicht auf den heil. Honoratus [1], il ne contient pas la légende de s[t] Porcaire.

Cette œuvre d'édification, où l'on fait vivre un évêque du V[e] siècle avec les héros de l'épopée carolingienne, paraît avoir obtenu un grand succès. On en connaît plusieurs versions en langue vulgaire.

a. En vers provençaux, par le prieur bénédictin Raimon Feraud, qui dédia son œuvre à Marie de Hongrie, femme de Charles II, comte de Provence, et la termina en 1300. M. P. Meyer en connaissait, il y a une vingtaine d'années [2] huit manuscrits : Paris, Bibl. Nat., franç. [illegible] anc. 351, puis 7958,1) [3], 13509 et 24954 anc. La Vall. 152 ; — Aix, n° 159 [4] ; — Passy, ms. de Raynouard, puis de Guessard ; — Tours, n° 943 [5] ; — Londres, Mus. Brit., add. 10323 [6] ; — Ashburnham palace, n° 106 du fonds Libri [7]. M. A.-L. Sardou a publié cette œuvre de R. Féraud, d'après le ms. Guessard, avec les compléments de 13509 et les variantes de 24954 : *La vida de sant Honorat, légende en vers provençaux par Raymond Féraud, troubadour niçois du XIII[e] siècle* [8] ; Nice, s. d., gr. in-8° de xx-214 p.

b. En prose catalane ; elle existe en manuscrit à Paris, Bibl. Nat., esp. 128 (anc. 154), 28 × 20 cent., papier, 68 ff., XV[e] siècle. Incipit : « En aquest temps, com lo diable enic e coratjos enemich dels homens ». Explicit : « per los seus sants merits puscham venir al gog de paradis. Amen. » [9]. En 1485, le 8 déc., « Lope de la Roca Alamany » en acheva à Valence (Esp.) une édition qui se compose de 86 ff. : « Aci comenca la vida del benaventurat sant Honorat ». Le texte débute à peu près comme ci-dessus : [E]n aquell temps, como lo diable enemic e coratjos del humanall linaje » ; il est divisé en 92 paragraphes. La fin est conforme au latin : « E recitaren al sant papa la mort e destruccio dels sans pares e de la sancta ylla d' Lirin. Amen. Deo gracias ». La table a pour titre : « Taula del present libre de sant Honorat al la sua vida et ab diversos miracles quo ell ha fets axi en vida com apres mort » [1].

L'original latin fut encore abrégé au commencement du XVI[e] siècle ; on en connaît deux éditions.

La 1[re] se compose de 95 ff. in-8° gothique ; à la fin : « Impressum Venetiis,... cura et impensis nob. viri Luce Antonii de Giunta Florentini, arte et solerti ingenio mag. Johannis de Spira, anno gratie salutaris millesimo quingentesimo primo, pridie kal. augusti ». Le prologue indique la division de l'œuvre en trois livres : « in prima ...parte, quid ante episcopatum vir beatus egerit ; qualiter vero in episcopatu vixerit, in secunda ; tertia quoque quibus post obitum miraculis claruerit seu quomodo ejus monasterium, quod Lyrinense nuncupatur, pro ejus orationibus creverit,... descripsimus ». On y a inséré des bulles et diplômes d'une insigne fausseté [2].

La 2[e] édition comprend seulement 45 ff. in-4° ; en voici l'explicit : « Impressum Parrhisiis,... cura et impensis Joannis Parvi, in vico ad Sanctum Jacobum ducente ad intersignium Lilii aurei commorantis, arte et solertia Joannis Marchant, anno salutis 1511, quarto kalendas augusti ». Elle offre des différences avec la précédente [3]. Les Bollandistes l'ont connue, mais ont rejeté cette rapsodie comme « fabulis et deliriis conferta » [4].

Cet abrégé a eu à son tour les honneurs de deux traductions :

a. En langue provençale : manuscrit 1350 (anc. 1222) de la grande bibliothèque de Lyon, 144 × 90 mill., papier, 193 ff., XVI[e] siècle ; début du prologue (f° 1) : « A la glorio..., si acomensso la vido e ligendo dal sacratissime e glorios evesque et confessor de Jesus Crist monsur sanct Honorat, premieroment fundador et abat de la sacrado insula de Lerins, filh dal rei de Omgrio et evesque de Arle... » ; fin (f° 152) « ... per los meritis et orations del glorios confessor et amic de Dieu et evesque monsur sanct Honorat, nostre bom avoccat, amen ». F[os] 154-192, légende de S. Porcaire et des cinq cents martyrs de Lérins ; début : « Aisit conto l'istorio como prenguerunt mort et passium los sinc cens munges et martiris de la sancto insulo de Lerins... » ; fin : « ... Aisot sio a la honor de Jesus. Amen. Finis » [5].

1. *Zeitschr. f. roman. Philol.*, 1878, t. II, p. 384 ss.

2. *[illegible]*, 187[illegible], 6[e] sér., t. II, p. 57-8.

3. Pet. in-4°, [illegible] ff., XV[e] siècle. F° 1 : « Vita S. Honorati vulgari [illegible] que je crois de la main de Peiresc. Incipit sancti Honorati vita [illegible]

Adam lo premier payre | Dont nosmes a dolors
[illegible] en paradis, | Embe Heva nostro mayre,
Per gardar lo repayre | Quar lo li presentet.
Tro que lo serpent lo conquis, | Tro que lo glorios payre
Que li mostret lo fruch | Que tot lo mont formet
De l'aubre prescios ; | Mandet lo messagier
[illegible] | A la verge Mario... »

Continue ainsi jusqu'au f° 254 v°, où : « Explicit vita sancti Honorati et miracula beatissimi confessoris atque archiepiscopi Arelatensis ». Suit immédiatement : « Incipit passio sancti Porcarii et quinque centum aliorum monachorum Lirinensium (rouge).

Ar comensaran gesta de complida passon
Dont l'aygo de mon vis cayra sus al menton,
Adonc mi covendra plorar de pietat
[illegible] que puesco complir l'obro que ay acomensat.
[illegible] pallays dal sevi Dedallus,
Cant pensi esser deors yeu se dedins enclus ;
Ben pensava esser quiti daquelli hora henant,
Pueys que avia complida la vida del cors sanct.
[illegible] drat payre hen Crist
[illegible] que tant m'en a requis,
E dintre lo monestier tot nostre convent
D'escrivre lo martiri dellos monges V[c]
Que al temps de sanct Porcari lains lilo de Lerins
[illegible] per [illegible] Sarrasins »

Parait manquer de la fin.

4. [illegible] *Biblioth. publ. de France*, 1894, t. XVI (Aix), p. 93-5. Le complément de ce ms. se trouve [illegible]

5. [illegible], 187[illegible], in-4°.

6. [illegible] (1836-40), [illegible]

7. [illegible], 1888, p. [illegible]

8. *Ann. de la soc. d. lettres, sciences et arts des Alpes-Marit.*, 1875, t. III [illegible]

9. [illegible] *Bibliotk.* [illegible] M. P. Meyer en a donné des extraits dans *Romania*, t. VIII, pp. [illegible] et [illegible].

1. Mendez (Francis), *Tipografia Española*, 2ª ed. correg. y adic. por Dion. Hidalgo, 1866, p. 36.

2. Exempl. à la biblioth. Ste-Geneviève de Paris, décrit par M. P. Meyer, dans *Romania*, 1876, t. V, p. 239-50. Un autre se trouve à Munich ; il a été signalé et mis à profit par M. S. Hosch, dans sa dissertation : *Untersuchungen über die Quellen und das Verhältniss der provenzalischen und der lateinischen Lebensbeschreibung des heil. Honoratus* ; Berlin, 1877, gr. in-8. Cf. E. Stengel, dans *Zeitschr.* cité, t. II, p. 136-42.

3. Exempl. à la Biblioth. Nation. de Paris, Rés. H. 1584. Egalement décrit par M. P. Meyer, dans *Romania*, t. VIII, pp. 483, 491-2, 497 et 506.

4. *Acta SS.*, 16 januar. t. II, p. 16 (éd. Palmé, t. II, p. 380). Cf. Baronius, *Ann.*, a. 418, n. 19.

5. Delandine, *Mss. de la biblioth. de Lyon*, 1812, t. III, p. 142-3 ; G. Paris, *Hist. poét. de Charlem.*, 1865, p. 88 ; P. Meyer, dans *Bibl. de l'éc. d. Chartes*, 6[e] sér., t. III, p. 61 ; *Romania*, t. V, p. 238.

b. En langue française par « Jehan Vincens, docteur très petit en la cour de parlement de Provence, l'an mil cinq cens cinquante ung, au temps des vacations » : ms. 462 de Carpentras, in-4°, 282 ff. ; préface, prologue, division en trois livres [1].

On a exprimé le vœu de voir publier « le texte des légendes latines de saint Honorat et de saint Porcarius, établi d'après les mss. de Dublin et d'Oxford, avec l'aide de la version catalane ». Nous ne saurions nous y associer ici, même quant aux miracles ; plus loin, on trouvera le texte du 33e relatif à l'évêque Eone : il ne fera guère regretter les autres, qui concernent des personnages ignorés ou de simples particuliers. Quant à une édition « critique du poème de Féraut d'après les nombreux mss. qu'on en possède, c'est affaire aux philologues.

Une « Historia translationis corporis sancti Honorati, episcopi Arelatensis, a dicta civitate ad suum monasterium, anno 1391 », se trouve dans le « Chaos d'Arles », t. I (ms. de la Bibliothèque d'Aix 908), p. 72.]

Saint HILAIRE, *Hilarius*, 429-449.

49 436.

Hilarius, Arelatensis episcopus, *assiste à la consécration de la nouvelle église de Saint-Paul d'Avignon.*

Voir la pièce [fausse] à l'archevêché d'Avignon.

50 29 novembre 439.

Concile de Riez, au sujet d'Embrun.

Ego Hilarius episcopus, juxta id quod universis sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit, definita patrum secutus, his definitionibus, sub die III. kal. decembris, Theodosio aug. XVII. et Festo VV. CC. coss., subscripsi.

SIRMOND, *Concilia antiqua Galliae*, t. I, p. 69.

51 8 novembre 441.

Concile d'Orange, sur la discipline.

Ego Hilarius episcopus subscripsi.

SIRMOND, *Concilia antiqua Galliae*, t. I, p. 75.

Ex provincia Viennensi Arelat's civit., Helarius episcopus, Ravennius presbyter, Petronius diaconus.

Fried. MAASSEN, *Gesch. d. canon. Rechts* (1870), t. I, p. 951 (d'après un ms. de Cologne, à Darmstadt, VIIe s.).

52 13 novembre 442.

Concile de Vaison, sur la discipline.

Ex provincia o's civit. Arelatensium, Helarius episcopus, Petronius presbyter, Leontius diaconus.

MAASSEN, ouvr. cité, t. I, p. 952 (même source).

1. LAMBERT, *Catal. des mss. de la biblioth. de Carpentras*, 1862, t. I, p. 180-1.

53 444.

Concile de Besançon, présidé par Hilaire.

LABBE, *Concilia*, t. II, c. 1461-3.

54

HEIRICI *Vita s. Germani episc. Antissiodor.* lib. IV.

v. 308. Obvia Germano fusis quacumque catervis
Urbs Arelas. Fundatoris cognomine primi
Hoc duxisse ferunt incerto tempore nomen.
Hic tunc Hilarius, hinc usque ad sidera notus,
Praesulis officium verboque manuque gerebat.
Igneus ille fide, caelesti famine torrens,
Praeceptis operam dabat indefesse beatis ;
Hic, ut apostolicum praeclari temporis instar
Excipiens, prona sanctum pietate colebat
Affectu patrem, meriti splendore magistrum.
Frenabat rigidam praefecti nomine gentem
Auxiliaris item...

Mon. Germ. hist., Poetae lat. aevi Carol., t. III, p. 483.

55 445 ?

Lettre du préfet Auxiliaris à l'évêque Hilaire.

SANCTOS Nectarium et Constantium sacerdotes de Beatitudinis tuae parte venientes digna admiratione suscepi. Cum his saepius sum loquutus de virtute animi atque constantia, contemptuque rerum humanarum quo inter fragilitates nostras semper beatus es. Nam quid potest in hac corporea vita esse secundum, quae quum sit misera, tamen non potest esse perpetua ? Loquutus sum etiam cum sancto papa Leone. Hoc loco, credo, aliquantum animo perhorrescis ; sed quum propositi tui tenax sis et semper aequalis, nulloque commotionis felle rapiaris, sicut nullis extolleris illecebris gaudiorum, ego nec minimum quidem factum Beatitudinis tuae arrogantiae memini contagione fuscari. Sed impatienter ferunt homines si sic loquamur quomodo nobis conscii sumus. Aures praeterea Romanorum quadam teneritudine plus trahuntur ; in quam si se Sanctitas tua subinde demittat, plurimum tu, nihil perditurus, acquiris. Da mihi hoc, et exiguas nubes parvae mutationis serenitate compesce.

HONORATI Massil. *Vita s. Hilarii*, ed. Salinas, p. 295. [*Patrol. lat.*, t. L, c. 1238-9 ; voir la note *h* sur l'auteur de cette lettre et sa date.]

56 Juillet ? 445.

Le pape Léon fait le récit des usurpations de l'évêque d'Arles Hilaire contre les canons et le dépouille des privilèges qu'il tenait du siège apostolique.

DILECTISSIMIS fratribus universis episcopis per provinciam Viennensem constitutis, Leo. Divinae cultum religionis... Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat apostolicam sedem, pro sui reverentia, a vestrae etiam provinciae sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, et per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem causarum, aut retractata aut confirmata fuisse judicia ; adeo ut servata unitate spiritus in vinculo pacis, commeantibus hinc

[illegible] proficeret caritas. Quam [illegible] nostra, non sua quaerens sed quae sunt Christi, dignitatem divinitus datam nec [illegible] sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem semper inter majores nostros et bene tentum et salubriter custoditum, *Hilarius* ecclesiarum statum et concordiam sacerdotum novis praesumptionibus turbaturus excessit ; ita suae vos cupiens subdere potestati, ut se beato apostolo Petro non patiatur esse subjectum, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vindicans, et debitam metropolitanis sacerdotibus in suam transferens dignitatem ; ipsius quoque beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo, cui cum prae caeteris solvendi et ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium cura specialius mandata est. Cui quisquis principatum aestimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem ; sed inflatus spiritu superbiae suae, semetipsum in inferna demergit. Quae igitur apud nos in causa Celidonii episcopi gesta confecta sint, et quae Hilarius dixerit, dum cum eodem, praesente supradicto episcopo, audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Ubi postquam Hilarius rationabile, quod in sanctorum concilio sacerdotum posset respondere, non habuit, ad ea se occulta cordis ipsius transtulerunt, quae nullus laicorum dicere, nullus sacerdotum posset audire. Dolemus, [illegible], fratres, et hunc ejus mentis tumorem medelis patientiae nostrae curare tentavimus. Nolebamus etenim ea illi exacerbare vulnera, quae suae animae insolentibus subinde sermonibus infligebat, et quem susceperamus ut fratrem, delinire magis ipsum, quamvis ipse se suis responsionibus innodaret, quam contristare nostris interlocutionibus, nitebamur. Absolutus est Celidonius episcopus, quoniam se injuste sacerdotio fuisse dejectum, manifesta testium responsione, ipso etiam praesente, monstraverat, ita ut quod Hilarius nobiscum residens posset opponere, non haberet. Remotum est ergo judicium quod prolatum in hac sententia legebatur, quod tamquam viduae maritus sacerdotium tenere non posset... Mansisset namque in illum prolata sententia, si objectorum veritas extitisset. Redditus itaque est ecclesiae suae, et huic quam amittere non debuit dignitati, coepiscopus noster Celidonius, sicut gestorum series, et post decursam cognitionem sententia quae a nobis est prolata, testatur. Huic negotio sic finito, fratris et coepiscopi nostri Projecti querela successit, cujus ad nos litterae lacrymabiles et dolendae, de superordinato sibi episcopo, sunt directae. Epistola quoque ingesta est civium ipsius, et numerosa singulorum subscriptione firmata, invidiosissimis contra Hilarium plena querimoniis, quod Projecto episcopo [illegible] ejusque sacerdotium in alium, praeter suam notitiam, esse translatum, et tanquam in vacuam possessionem ab Hilario pervasore [illegible]. Quid hic fraternitas vestra [illegible] de vestris animis nostra non debeat sententia dubitare, cum fratrem in [illegible] aggravari [illegible]. Quae spes illi de vita relinquitur, cui de sacerdotio suo desperatio, dum illi alter substituitur, irrogatur ? Apparet quam miti sit corde Hilarius, qui obesse praesumtioni suae fraternae mortis credidit tarditatem. Quantum enim in se fuit, illi subtraxit lucem, abstulit vitam, qui hunc dolorem, in locum ejus alterum subrogando, ne ad salutem illi recursus esset injecit. Esto ut brevi fratri evenerit humanae conditionis consueta migratio, quid sibi Hilarius quaerit in aliena provincia, et id quod nullus decessorum ipsius ante Patroclum habuit, quid usurpat ? Cum et ipsum quod Patroclo a sede apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit sententia meliore sublatum ? Expectarentur certe vota civium, testimonia populorum ; quaereretur honoratorum arbitrium, electio clericorum, quae in sacerdotum solent ordinationibus ab his qui noverunt Patrum regulas custodiri, ut apostolicae auctoritatis norma in omnibus servaretur, qua praecipitur, ut sacerdos ecclesiae praefuturus, non solum attestatione fidelium, sed etiam eorum qui foris sunt testimonio muniatur, neque ullius scandali relinquatur occasio, cum per pacem et Deo placitam concordiam, consonis omnium studiis, qui doctor pacis futurus est ordinatur. Sed ille insperatus nescientibus supervenit, et improvisus abscessit, cursu, ut didicimus, celeri itinera multa conficiens, et per longinquas provincias tanta immaturitate discurrens, ut videatur gloriam de scurrili velocitate, potius quam de sacerdotali moderatione captasse. Haec enim directarum ad nos civium verba sunt litterarum : « Ante abscessit quam eum venisse nossemus ». Non est hoc redire, sed fugere, nec salubritatem impendere diligentiae pastoralis, sed vim inferre latronis et furis, dicente Domino : « Qui non intrat per januam in cortem ovium, sed ascendit aliunde, ille fur et latro est. » Non ergo Hilarius tam studuit episcopum consecrare, quam eum potius qui aegrotabat occidere, et ipsum quem superposuit male ordinando decipere. Nos tamen, quod vobis credimus Deo judice placiturum, in commune cunctis fratribus consulentes, et male ordinatum submoveri, et episcopum Projectum in suo sacerdotio permanere debere decrevimus ; id statuentes ut, si quisquam fratrum nostrorum in quacumque provincia decesserit, is sibi ordinationem vindicet sacerdotis, quem illius provinciae metropolitanum esse constiterit. Duae, ut videmus, causae transactae sunt, in quibus tamen multa sunt quae praeter rationem ecclesiasticam videantur esse commissa, et justi judicii debeant expectare censuram. Sed nos diutius hic non possumus immorari, cum ad alia quae nobis cum vestra sanctitate sollicitius conferenda sunt provocemur. Militaris manus, ut didicimus, per provincias sequitur sacerdotem, et armati praesidii praesumtione suffulto ad invadendas per tumultum famulatur ecclesias, quae proprios amiserint sacerdotes. Trahuntur ordinandi ante hoc officium, his quibus praeficiendi sunt civitatibus ignorati. Ut enim notus qui fuerit et probatus, per pacem petitur, ita per vim necesse est qui ignotus adducitur imponatur. Obtestor et obsecro, et sub Dei vos invocatione convenio : prohibete fratres talia, et omnem dissensionis materiam de vestris provinciis removete... Suis unaquaeque provincia sit contenta conciliis, nec ultra Hilarius audeat conventus indicere synodales, et sacerdotum Domini judicia se interserendo turbare. Qui non tantum noverit se ab alieno jure depulsum, sed etiam Viennensis pro-

vinciae, quam male usurpaverat, potestate privatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statuta reparari, cum is qui sibi ordinationem provinciae indebitae vindicabat, talis in praesenti etiam probatus fuerit extitisse, ut cum ipse frequentius temerariis et insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, suae tantum civitatis illi sacerdotium, pro sedis apostolicae pietate, praeceptio nostra servaverit. Non ergo intersit ulli ordinationi, non ordinet, qui meriti sui conscius, cum quaereretur ad causam, turpi fuga se credidit subtrahendum, exors apostolicae communionis, cujus particeps esse non meruit. Deo, ut credimus, hoc agente, qui illum, inopinantibus nobis, et ad judicia nostra pertraxit, et inter examinationes habitas, ne communionis nostrae consors fieret, ut abscederet latenter effecit... Ad unitatem vos vinculo caritatis hortantes, et obtestamur et affectione congrua commonemus, ut ea quae a nobis, Deo inspirante et beatissimo Petro apostolo, discussis probatisque nunc omnibus causis decreta sunt, pro vestra pace et dignitate servetis ; certi non tam nostro quam vestro honori proficere, quod talia statuisse cognoscimur. Non enim nobis ordinationes vestrarum provinciarum defendimus, quod potest forsitan ad depravandos vestrae sanctitatis animos Hilarius, pro suo more, mentiri ; sed vobis per nostram sollicitudinem vindicamus, ne quid ulterius liceat novitati, nec praesumtori locus ultra jam pateat privilegia vestra cassandi. Nostrae etiam gratulationi hoc solum crescere profitemur, si et apostolicae sedis diligentia apud vos illibata servetur, et per sacerdotalis disciplinae custodiam, honori vestro perire quod suum est, improbis usurpationibus non sinamus. Et quoniam honoranda est semper antiquitas, fratrem et coepiscopum nostrum Leontium, probabilem sacerdotem, hac, si vobis placet, dignitate volumus decorari, ut praeter ejus consensum alterius provinciae non indicetur a vestra sanctitate concilium, et a vobis omnibus, quemadmodum vetustas ejus et probitas exigit, honoretur, metropolitanis privilegii sui dignitate servata. Æquum est enim, nec ulli de fratribus fieri videtur injuria, si his qui sacerdotii vetustate praecedunt, pro aetatis suae merito, in suis provinciis, a sacerdotibus caeteris deferatur. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

Ballerini, *S. Leonis Opera*, t. I. col. 633. Jaffé, 407 (185).

57 8 juillet 445.

Constitution des empereurs Théodose II et Valentinien III, confirmant la sentence du pape Léon contre Hilaire.

Imperatores Theodosius et Valentinianus augusti, Aetio, viro illustri, comiti et magistro utriusque militiae et patricio. Certum est et nobis et imperio nostro unicum esse praesidium in supernae divinitatis favore, ad quem promerendum praecipue christiana fides et veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis apostolicae primatum sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronae, et Romanae dignitas civitatis, sacrae etiam synodi firmarit auctoritas, ne quid praeter auctoritatem sedis istius inlicitum praesumtio attentare nitatur. Tunc enim demum ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agnoscat universitas. Haec cum hactenus inviolabiliter fuerint custodita, Hilarius Arelatensis, sicut venerabilis viri Leonis romani papae fideli relatione comperimus, contumaci ausu inlicita quaedam praesumendo tentavit, et ideo transalpinas ecclesias abominabilis tumultus invasit, quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius enim, qui episcopus Arelatensis vocatur, ecclesiae romanae urbis inconsulto pontifice, judicia sive ordinationes episcoporum sola temeritate usurpans invasit. Nam alios incompetenter removit, indecenter alios, invitis et repugnantibus civibus, ordinavit. Qui quidem, quoniam non facile ab his qui non elegerant recipiebantur, manum sibi contrahebat armatam, et claustra murorum in hostilem morem, vel obsidione cingebat vel aggressione reserabat, et ad sedem quietis pacem praedicaturos per bella ducebat. His talibus et contra imperii majestatem et contra reverentiam apostolicae sedis admissis, per ordinem religiosi viri Urbis Papae cognitione discussis, certa in eum et de his quos male ordinaverat lata sententia est. Et erat quidem ipsa sententia per Gallias, etiam sine imperiali sanctione, valitura. Quid enim tanti pontificis auctoritati in ecclesiis non liceret ? Sed nostram quoque praeceptionem haec ratio probavit, ne ulterius nec Hilario, quem adhuc episcopum nuncupari sola mansueti praesulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri ecclesiasticis rebus arma miscere, aut praeceptis Romani antistitis liceat obviare. Ausibus enim talibus fides et reverentia nostri violatur imperii. Nec hoc solum, quod est maximi criminis, submovemus, verum, ne levi saltem inter ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione censemus, ne quid tam episcopis Gallicanis quam aliarum provinciarum contra consuetudinem veterem liceat, sine viri venerabilis Papae Urbis aeternae auctoritate tentare. Sed hoc illis omnibusque pro lege sit quidquid sanxit vel sanxerit apostolicae sedis auctoritas ; ita ut quisquis episcoporum ad judicium Romani antistitis evocatus venire neglexerit, per moderatorem ejusdem provinciae adesse cogatur. Per omnia servatis quae divi parentes nostri romanae ecclesiae contulerunt Aeti P. K. A. Unde inlustris et praeclara magnificentia tua praesentis edictalis legis auctoritate faciet quae sunt superius statuta servari, decem librarum auri multa protinus exigenda ab unoquòque judice, qui passus fuerit praecepta nostra violari. *Et manu divina :* Divinitas te servet per multos annos, parens karissime. Data viii idus julii, Romae Valentiniano A. vi et Nomo v. c. consulibus.

Ballerini, *S. Leonis Opera*, t. I, c. 642.

58 449

Eucherius Lugdunensis episcopus et Hilarius Arelatensis egregiam vitam morte consummant.

Chronica Gallica, ed. Mommsen, dans *Mon. Germ. hist.*, Auct. antiquiss. t. IX., p. 662.

59 5 mai 449.

iii nonas maii. In Galliis, civitate Arelatensi, sancti Hylarii episcopi, magni ex discipulatu Honorati ejus predecessoris. Hic adprime in phylosophye studiis et

rethoricum facundia exuberans, plene eruditus, docte perfectissimus et preclare doctissimus vir, admodum suo more nobilitate nemini inferius. Qui paupertatis amator, non genuum decore inferior in laborum exerciciis et votis paratiate. Hic erga inopum provisionem, non solum mentis pietate, sed et corporis sui labore sollicitus, incredibili fervore estuabat : nam pro reficiendis pauperibus etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus, quo ut ita per summam nemo clarior, et longe aliter educatus exercuit. Sed nec ad pro... in spiritualibus neglexit ; nam et in docendo gratiam habuit et absque personarum acceptione omnibus castigationem ingessit. Inter sua vero opera ingenio immortali ad multorum utilitatem necessario opere, vitam sancti Honorati, decessoris sui, elucubrare efficaci sensu politam, composuit. Fecit etiam festivis et parsimonie dedicatis diebus congruentes accuratos sermones. Versum etiam ad non fictam peccantium confessionem, ordine alphabeti decurrentem, edidit. De quo, inter reliqua virtutum ejus insignia que gessit innumera, unum fertur, dixisse cuidam demoniaco sibi sermocinanti ad plebem, quod assidue exercebat, adplaudenti, videlicet ut exiret ab homine diu possesso, ipso dicente : « Si hinc exiero, quo redeam ? » Et ille : « Maximum indicium est purgati orbis, te nescire quo redeas ». Morte vero preciosa resolvitur, Valentiniano et Marciano regnantibus.

Martyrologe d'Arles-Toulon (Bibl. Vatic., ms. Reg. 540, f° 54 v°). — Voir aussi la notice du n° [illegible].

60

Epitaphe d'Hilaire, évêque d'Arles.

Sur le couvercle :

SACRO
SANCTAE LE
GIS ANTESTIS
HILARIVS
☧ HIC QVIESCIT

Sur le devant du sarcophage :

ANTISTES DOMINI QVI PAVPERTATIS AMOREM
PRAEPONENS AVRO RAPVIT CAELESTIA REGNA
HILARIVS CVI PALMA O[B]ITVS E[T VIV]ERE XP*istu*S
CONTEMNENS FRAGILEM TERRENI CORPORIS VSVM
HIC CARNIS SPOLIVM LIQVIT AD ASTRA VOLANS
SPREVIT OPES DVM QVAERIT OPES MORTALIA MVTANS
PERPETVIS CAELVM DONIS TERRESTRIBVS EMIT
GEMMA SACERDOTVM PLEBISQVE ORBISQVE MAGISTER
RVSTICA QVIN ETIAM PRO XP*isto* MVNIA SVMENS
SERVILE OBSEQVIVM NON DEDIGNATVS ADIRE
OFFICIO VIXIT MINIMVS ET CVLMINE SVMMVS
NEC MIRVM SI POST HAEC MERVIT TVA LIMINA XP*ist*E
ANGELICASQVE DOMOS INTRAVIT ET AVREA REGNA
DIVITIAS PARADISE TVAS FLAGRANTIA SEMPER
GRAMINA ET HALANTES DIVINIS FLORIBVS HORTOS
SVBIECTASQVE VIDET NVBES ET SIDERA CAELI

Sur le versant de droite :

GHISLEBERTVS ELECT HV. . . . . S

[illegible]

[La vie de s' Hilaire a été écrite par un contemporain : « Conscius imperitiae meae et non ignarus ignaviae... » Sur le témoignage de Gennade, on l'a attribuée à Honorat, évêque de Marseille ; les frères Ballerini ont montré la difficulté de suivre ce sentiment (*Patrol. lat.*, t. L, c. 1219).]

RAVENNE. *Ravennius*. 449-455 ?

61

26 août 449.

Lettre du pape Léon, félicitant les évêques des Gaules de l'ordination de Ravennius.

Dilectissimis fratribus Constantino, Audentio, Rustico, Auspicio, Nicetae, Nectario, Floro, Asclepio, Justo, Augustali, Antonio, Ynantio et Chrisafo, Leo. Justa et rationabilis nobis causa gaudendi est, cum a sacerdotibus Domini ea gesta cognoscimus, quae et paternorum canonum regulis et apostolicis congruant institutis. Necesse est enim ut omne corpus Ecclesiae salubri crescat augmento, si membra quae praesunt et vigore excellant auctoritatis et tranquillitate moderaminis. Quod ergo in Arelatensium civitate, defuncto sanctę memoriae Hilario, virum etiam nobis probatum fratrem *Ravennium*, secundum desideria cleri, honoratorum et plebis, unanimiter consecrastis, bonum fraternitatis vestrae opus nostro judicio roboramus. Quia electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum, nec studia civium defuerunt, postulationis quidem humanae, sed inspirationis credimus fuisse divinae. Utatur itaque, fratres carissimi, Dei munere memoratus antistes, et secundum consonantia omnium ordinum vota, quid ex ipso devotionis expectetur intelligat, ut dispensationis sibi creditae diligens ac temperans executor, vestro testimonio non inferior et nostro per omnia favore sit dignior. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data vii. kalendas septembris, Asturio et Protogene viris clarissimis consulibus.

Mon. Germ. hist., Epistol. t. III, p. 15. Jaffé, 434 (213), à la date du 22 août (xi kal. sept.), que portent les éditions antérieures.

62

26 août ? 449.

Lettre du même à Ravennius, le félicitant de sa promotion sur le siège d'Arles.

Dilectissimo fratri *Ravennio*, Leo. Provectionem dilectionis tuae, quae summi sacerdotii adepta est dignitatem, ita nobis placere cognosce, ut non solum tibi de honoris augmento, sed etiam Arelatensi ecclesiae, cui tę Dominus praeposuit, gaudeamus. Ad omnium enim fidelium decus atque utilitatem redundat, cum talis habetur antistes cujus plurimi et adjuventur praesidio et incitentur exemplo. Unde, quia non ignoras quid de sinceritate animi tui secundum praecedentem notitiam senserimus, justissime nos agnoscis exigere ut, quod praesumpsimus, hoc probemus, frater carissime. Modestiae igitur tuae non desit auctoritas, constantiam mansuetudo commendet, justitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem ; et declinata superbia, cui proximum est ut decidat, ametur humilitas, cui

semper debetur ut crescat. Ecclesiasticarum legum non ignara est dilectio tua, ut intra earum regulas atque mensuras omnia potestatis tuae jura contineas. « Justo » quippe ideo dicitur « lex non esse posita », quia normam praeceptionis implet judicio voluntatis, cum verus recti amor in semetipso habet[1], et apostolicas auctoritates et canonicas sanctiones. Quarum devotus sectator et diligens exsequutor in eorum procul dubio consortio gloriaberis, qui de creditorum sibi profectibus talentorum audire meruerunt : « Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui ». Ut autem fiduciam dilectionis erga te nostrae habere non dubites, saepius nos de processu actuum tuorum facias certiores, quoniam judicii nostri memores cupimus semper de tuis profectibus in Domino gloriari. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Mon. Germ. hist., Epistol. t. III, p. 16. Jaffé, 435 (214).

63 26 août 449.

Lettre du même au même, lui mandant d'exclure de la communion des églises Pétronien, qui se disait diacre du pape.

Patrol. lat., t. LIV, c. 816. Jaffé, 436 (215).

64 6 janvier 450.

Le pape annonce aux évêques des Gaules et de la province de Vienne que, l'évêque Hilaire ayant décliné son jugement, les privilèges de l'église d'Arles sont transférés à celle de Vienne.

Patrol. lat., t. LIV, c. 1237. Jaffé, 446 (cxciv). Pièce fausse.

65 Commenc[t] 450.

Supplique de dix-neuf évêques des Gaules, qui demandent au pape de rendre à la métropole d'Arles son ancienne suprématie.

Preces missę ab universis episcopis ad Leonem papam. Memores quantum honoris et reverentiae beatissimae sedi apostolicae, cui vos Dominus noster Jesus Christus pro meritis sanctitatis voluit praesidere, semper debitum fuerit semperque debeatur, ordinationem qua sanctus frater et *coepiscopus* noster *Ravennius* in civitate *Arelatensi*, post transitum beatę recordationis Hilarii episcopi, concordantibus omnium votis, ad summum pontificium, Domino favente, provectus est, missis continuo litteris apostolatui vestro indicare curavimus. Quibus a beatitudine vestra tanta dignatione et caritate fuisse responsum, immensas gratias agimus, etsi tantas quantas debemus referre non possumus. Notum licet nobis ante jam fuerit praedictum sanctum fratrem et coepiscopum nostrum maximam coronae vestrae gratiam, morum suorum mansuetudine et sanctitate, meruisse, perceptis nunc tamen beatitudinis vestrae litteris, quanta eum caritate complectamini evidenter agnovimus. Unde, praemissis officiis quae apostolatui vestro jure debentur, suggestionem nostram quae justitiae partibus fungitur, audiendam a corona vestra minime dubitamus ; quippe cum non aliqua nova institui, sed prisca per vos optemus et antiqua reparari. Nec enim justum est ut honorem ejus, quem, ut probavimus, inpense diligitis, illa res minuat qua pietatem vestram alter offendit. Et sane manifestum ecclesiae Arelatensi divinae gratiae favorem perspicimus, cui talem habere contigit sacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiquae, quae dolebat sibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus apostolicae sedis auctoritatibus reformata. Omnibus etenim Gallicanis regionibus notum est, sed nec sacrosanctae ecclesiae Romanae habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatensis civitas missum a beatissimo Petro apostolo sanctum Trophymum habere meruit sacerdotem, et exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei et religionis infusum ; priusque alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos apostolicae institutionis fluenta miserunt meruisse manifestum est sacerdotes, quam Viennensem civitatem, quae sibi nunc impudenter ac notabiliter primatus poscit indebitos. Jure enim ac merito ea urbs semper apicem sanctae dignitatis obtinuit, quae in sancto Trophymo primitias nostrae religionis prima suscepit, ac postea intra Gallias hoc quod divino munere fuerat consequuta, studio doctrinae salutaris effudit. Cujus honoris obtentu, ecclesiam Arelatensem omnes decessores predecessoresque nostri velut matrem debito semper honore coluerunt, tenentesque traditionem tutam, ab hac sibi civitates nostrae sede episcopos postularunt. Ab hujus ecclesiae sacerdote tam decessores nostros quam nos ipsos constat in summum sacerdotium, donante Domino, consecratos. Quam quidem antiquitatem sequentes predecessores beatitudinis vestrae, hoc quod erga privilegia Arelatensis ecclesiae institutio vetusta tradiderat, promulgatis, sicut et scrinia apostolicae sedis procul dubio continent, auctoritatibus confirmarunt, credentes plenum esse rationis atque justitiae, ut sicut per beatissimum Petrum apostolorum principem sacrosancta ecclesia Romana teneret supra omnes mundi ecclesias principatum, ita etiam intra Gallias Arelatensis ecclesia, quae sanctum Trophymum ab apostolis missum sacerdotem habere meruisset, ordinandi pontificium vindicaret. His secundum religionem utitur privilegiis ecclesia memorata. Ceterum, multa sunt quibus, secundum instituta principum, cunctis intra regiones nostras civitatibus praeferatur. Haec in tantum a gloriosissimę memoriae Constantino peculiariter honorata est, ut ab ejus vocabulo, praeter proprium nomen quo Arelas vocitatur, Constantina nomen acceperit. Hanc clementissimę recordationis Valentinianus et Honorius, fidelissimi principes, specialibus privilegiis, et, ut verbo ipsorum utamur, matrem omnium Galliarum appellando decorarunt. In hac urbe, quicumque intra Gallias, ex tempore praedictorum, ostentare voluit insignia dignitatis, consulatum suscepit et dedit. Hanc sublimissima praefectura, hanc reliquę potestates, velut communem omnibus patriam semper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus multarum utilitatum causa concurritur. Et plane, ita sibi erga privilegia memoratę vel ecclesiae vel civitatis, divina ut credimus dispensatione omnia consenserunt, ut semper, sicut ecclesia

1. *Var.* in semetipso non habeat.

Arelatensis intra Gallias primatum in sacerdotio, antiquitatis merito, ita etiam civitas ipsa principatum in saecularibus potestatibus gloria possederit. Unde factum est ut non solum provinciae Viennensis ordinationem, sed etiam totium provinciarum, contemplatione sancti Trophimi, sicut et sanctorum praedecessorum vestrorum patefacta sibi testatur auctoritas, Arelatensis ecclesiae sacerdos ad sollicitudinem semper suam curamque revocaret. Cui etiam honoris dignitatisque collatum est, ut non tantum has provincias potestate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias sibi apostolicae sedis vice mandatas, sub omni ecclesiastica regula contineret. His itaque omnibus intimatis, et in notitiam beatitudinis vestrae fideli adsertione perlatis, quaesumus et obsecramus coronam sanctimoniae vestrae, per nomen Domini nostri Jesu Christi, qui in vobis justitiam, patientiam, tranquillitatem, et bona totius sanctitatis ac perfectionis elegit, et per beatissimum Petrum apostolum, quem vita et conversatione vestra nobis divino munere redditum credimus, ut quidquid Arelatensis ecclesia, sicut superius indicavimus, vel ab antiquitate suscepit, vel postea auctoritate sedis apostolicae vindicavit, id omne ad suum pontificium revocare ejusdem ecclesiae sacerdotem beatitudinis vestrae auctoritas in perpetuum mansura praecipiat. Ipsi autem, vel officiorum causa vel hujus legationis obtentu, sanctimoniae vestrae nos praesentassemus aspectibus, nisi alios infirmitas, alios anni praesentis paenuria ab hac votorum nostrorum cupiditate revocasset. Sed confidimus in Domino Jesu Christo, qui precibus et desideriis nostris effectum promptissime pietatis vestrae praestabit, quod qui nunc legationis officio fraudamur, gratiarum postea referendarum per nosmetipsos actione fungemur.

Mon. Germ. hist., Epistolarum t. III, p. 18. Cette lettre adressée par les évêques de la province d'Arles, en faveur des privilèges à rendre à ce siège, à laquelle S. Léon répondit par la suiv., dut être écrite assez longtemps avant celle-ci, qui est datée du 5 mai (450). Dans sa lettre du même jour (n° 67), Léon dit qu'il a retenu longtemps les porteurs de leur lettre : « dudum filios nostros Petronium presb. et Regulum diac. in urbe tenuimus ». Cela fait bien supposer quelques mois.

66 — 5 mai 450.

Décret du pape attribuant à l'église de Vienne, Valence, Tarentaise, Genève et Grenoble, et les autres de la province à celle d'Arles.

Dilectissimis fratribus Constantiano, Armentario, Audentio, Severiano, Valeriano, Urso, Stephano, Nectario, Constantio, Maximo, Asclepio, Theodoro, Justo, Ingenuo, Augustali, Superventori, Ynantio, Fonteio et Palladio, Leo. Lectis dilectionis vestrae litteris, quas ad nos filii nostri Petronius presbyter et Regulus diaconus detulerunt, quem circa fratrem et *coepiscopo* nostro *Ravennio* impendatis affectum evidenter agnovimus; siquidem postuletis ut ei quod decessor ipsius merito nimiae praesumptionis amiserat, reformetur. Sed petitionem fraternitatis vestrae Viennensis episcopus, missis litteris et legatis, sua suggestione praevenerat, conquaerens Arelatensem episcopum ordinationem sibi Vasensis usurpasse. Cum itaque nobis ita et paternarum reverentia sanctionum, et omnium vestrum servanda sit gratia, ut in ecclesiarum privilegiis nihil convelli, nihil patiamur excidi, consequens fuit ut ad conservandum intra Viennensem provinciam pacem, adhiberetur justa moderatio, quae nec antiquitatis usum nec desideria vestra negligeret. Consideratis enim adlegationibus utriusque partis praesentium clericorum, ita semper intra provinciam vestram et Viennensem et Arelatensem civitates claras fuisse repperimus, ut quarumdam causarum alterna ratione nunc illa in ecclesiasticis privilegiis, nunc ista praecelleret, cum tamen eisdem commune jus quondam fuisse ab agentibus proderetur. Unde Viennensem civitatem, quantum ad ecclesiasticam justitiam pertinet, inhonoratam penitus esse non patimur; praesertim cum de receptione privilegii auctoritate jam nostrae dispositionis utatur, qua potestatem Hilario episcopo ablatam Viennensi episcopo credidimus deputandam. Qui ne repente semetipso factus videatur inferior, vicinis quatuor oppidis praesidebit, id est Valentiae, et Tarantasiae, et Genavae et Gratianopoli, ut cum eis ipsa Vienna sit quinta; ad cujus episcopum omnium praedictarum ecclesiarum sollicitudo pertineat. Reliquę vero civitates ejusdem provinciae sub Arelatensis antistitis auctoritate et ordinatione consistant; quem pro modestiae suae temperantia ita futurum credimus studiosum caritatis et pacis, ut nequaquam sibi credat ablatum, quod fratri videat esse concessum. Data III. nonas maias, Valentiniano augusto VII. et Abieno viro clarissimo consulibus.

Hoc praeceptum domni Leonis confirmatum est a sede apostolica, praesidente papa Symmacho, Probo viro clarissimo consule.

Mon. Germ. hist., Epistol. t. III, p. 20. Jaffé, 450 (228). Les sièges des signataires de la supplique (n° 65), dont les noms se trouvent dans l'adresse de cette réponse, seraient, d'après M. Gundlach, les suivants : Carpentras, Antibes, Die, Thorame, Cimiez, Senez, ?, Avignon ou Digne, Uzès, Riez, Cavaillon, Fréjus, Orange, Embrun, Toulon, ?, ?, Vaison et ? Je n'hésiterais pas à mettre « Severianus » à « Caturrigae » et « Superventor » à « Salinae » (successeur de Claudes).

67 — 5 mai 450.

Lettre du même à Ravennius, évêque d'Arles, le chargeant de communiquer à tous les évêques sa lettre à Flavien et celle de st Cyrille à Nestorius.

Patrol. lat., t. LIV, c. 886. Jaffé, 451 (229).

68 — 451.

Le même avise Ravennius que la fête de Pâques devra être célébrée le 23 mars l'année suivante.

Patrol. lat., t. LIV, c. 945. Jaffé, 477 (255).

69 — Vers décembre 451.

Réponse des évêques des Gaules, réunis en concile à Arles, à la lettre du pape Léon (n° 66).

Domino... papae Leoni, Ravennius... Nobis difficultatem, qua in unum celeriter non potuimus convenire, vel spatia, quibus a nobis dispalati sumus, longa terrarum, vel aurarum, quae in regionibus nostris praeter consuetudinem fuit, intemperies attulisset....

Ora pro me, domine merito beatissime et apostolico honore venerande papa.

Patrol. lat., t. LIV, c. 966-70. Voir Marseille, n° 17.

70 27 janvier 452.

Réponse du pape à la précédente : Ravennio, *etc.*

Patrol. lat., t. LIV, c. 984. Voir Marseille, n° 18.

71 452.

Lettre du même aux mêmes évêques : Ravennio, *etc.*

Patrol. lat., t. LIV, c. 988. Voir Marseille, n° 19.

72 Vers 452.

Concile d'Arles, sur la discipline.

SIRMOND, *Conc. antiq. Galliae*, t. I, p. 102 (pas de souscriptions).

73 30 décembre 455 ?

Concile d'Arles, touchant l'exemption de Lérins.

Institutio sanctorum episcoporum Ravennii, Rustici, Nectarii, *etc.*

Voir le texte à l'abbaye de Lérins.

Saint AUGUSTAL, *Augustalis*, vers 455 ?

74

VII. idus septemb. Arelato civitate in Galliis, Agustalis episcopi.

Martyrologium Hieronymianum, éd. DE ROSSI et DUCHESNE, p. 117; n'est pas dans les diptyques (n° 1).

LÉONCE, *Leontius*, 462-491 ?

75 25 janvier 462.

Lettre du pape Hilaire à Léonce, évêque d'Arles, lui notifiant son élévation au souverain pontifical, ut dispositione tuae fraternitatis omnibus per universam provinciam fratribus et consacerdotibus innotescat....

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 137-8. JAFFÉ, 552 (327).

76 462.

Réponse de Léonce : ...quum nobis nuntius ille per Concordium, ecclesiae nostrae diaconum, qui tunc praesens erat, quum sanctitas tua ad id honoris fastigatum culmen evecta est, relatus est, gratias Deo nostro reddidimus... Ceterum quum ecclesia nostra Arelatensis semper ab apostolica sede amplis favoribus et privilegiis fuerit decorata, rogamus sanctitatem tuam, ut per eam nihil nobis decedat, sed potius augeatur...

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 138-9. [L'authenticité de cette lettre a été révoquée en doute par Jul. HAVET (*Biblioth. de l'école d. Chartes,* 1885, t. XLVI, p. 250-2) et elle participe à la suspicion qui plane sur toutes les pièces publiées par D'ACHÉRY sur les copies de Jér. Vignier; elle ne peut donc servir pour fixer à 461 l'avènement de Léonce.]

77 462.

Lettre d'Hilaire à Léonce : ...per virum spectabilem Pappolum, filium nostrum, sermonis tui ad me sunt delata principia...; vicissim frequentandis studeamus alloquiis, ut vicem nobis communis praesentiae scribendi cura compenset....

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 139-40. JAFFÉ, 553 (328).

78 3 novembre 462.

Nouvelle lettre au sujet de l'usurpation du siège de Narbonne par Hermès : miramur fraternitatem tuam ita legis catholicae immemorem esse, ut quaeque iniqua et contra patrum nostrorum statuta in provincia, quae ad monarchiam tuam pertinet, si ipse aut non vis aut non potes, etiam nec nos silentii tui taciturnitate permittas corrigere...

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 140-1. JAFFÉ, 554 (329).

79 3 décembre 462.

Lettre d'Hilaire.. episcopis provinciae Viennensis, Lugdunen., Narbonen. I et II, et Alpinae. *Il leur notifie les décisions d'un concile de Rome, tenu le 12 nov. précéd. :* Per annos singulos, ex provinciis quibus potuerit congregari, habeatur episcopale concilium; ita ut opportunis locis atque temporibus, secundum dispositionem fratris et coepiscopi nostri Leontii, cui sollicitudinem in congregandis fratribus delegavimus, metropolitanis per litteras ejus admonitis celebretur... Ejusdem fratris libellus oblatus est nobis, quo perhibet paroecias Arelatensis ecclesiae, praedecessore suo Hilario, in alios, quod non licuit, fuisse translatas, petens illas pristino juri nostra auctoritate restitui...

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 143-6. JAFFÉ, 555 (330).

80 10 octobre 463.

Lettre du pape à Léonce, lui demandant de tenir un synode pour y juger la conduite de Mamert, évêque de Vienne, qui avait ordonné un évêque de Die contre le gré des habitants.

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 146-7. JAFFÉ, 556 (331).

81 463.

Concile d'Arles, composé d'une vingtaine d'évêques, au sujet de l'empiètement de Mamert.

Les actes n'en ont pas été conservés ; d'après le n° 82.

82 25 février 464.

Lettre d'Hilaire aux évêques du concile précéd.

DILECTISSIMIS fratribus Victuro, Ingenuo, Ydatio, Eustasio, Fonteio, Viventio, Eulalio, Veranio, Fausto, Auxanio, Proculo, Ausonio, Paulo, Memoriali, Caelestio, Projecto, Eutropio, Avitiano, Urso et Leontio, Hilarus. Sollicitis admodum nobis, et ex his quae proxime ad nos relatio certa detulerat multa expectatione suspensis, litterę dilectionis vestrae, fratre et coepiscopo nostro Antonio, quem dignum tantae legationis probamus interpretem, deferente, sunt traditae, quae nos ipsis contextus sui contristavere principiis. Nam qui requiescere sollicitudinem nostram et magna ex parte

relevari in his quae a sanctae memoriae decessore meo de Viennensi episcopo praefixa sunt credebamus, evidenti ad nostram cognitionem venimus et non sine dolore miramur, definitiones illas a Mamerto episcopo nunc potuisse transcendi, per quas ecclesiae privilegium probarat ad priorem propriumque sancti fratris et coepiscopi nostri *Leontii* moderatione formam continentiae praebere debuerit auctoritati, aut si spiritu aemulationis inflatus eum, quod non oportuit, arbitratus est negligendum, decessoris sui saltem instructus exemplo, illius imitaretur temperantiam cujus honore perfungitur, nec transgrediendo violarit quod jam nunc, nisi patientiae moderamina teneremus, posset amittere. Cui umquam profuit mens rebellis, aut quem superbiae non inclinavit elatio? Altior est humilitatis gratia, cui per paupertatem spiritus ad praemium promissae beatitudinis iter regni caelestis aperitur. Nec perfunctorium praevaricator existimet esse quod fecit, si eruditus doctrinis ecclesiasticis, quid uterque mereatur agnoscit ; cum alter, secundum propheticam vocem, in medio dominicae domus habitare prohibetur, alter respicienti se Deo semper junctus asseritur, cujus consolatione salvatur. Possint venerabilium veterum multa replicari, quae juxta veritatem dicta monstrantur, sed ab eadem causa quę se ut loqueremur ingessit, recentiora sunt exempla sumenda. Non dignitatem Viennensis ecclesiae Mamertus episcopus meminit Arelatensis antistitis quondam transgressione crevisse, et pro corrigendis quae perperam gerebantur inviolabili postea definitione compositum, ne alter inglorius, alter in totum veteri honore per vitium praecessoris reperiretur exutus. Sicut ergo et vestrae dilectionis relatio et fratris et coepiscopi nostri Antonii insinuatio reseravit, claret praedictum privilegia, certis conclusa terminis, velle perdere plus volendo, qui abusus fratris et consacerdotis *Leontii* moderantia, Diensibus contra fas episcopum, etiamsi est meritus, non timuit consecrare. In quo factum ejus convenerat sic resolvi, ut juxta eorum quae perpetrata sunt qualitatem, non sine jactura proprii ordinis, etiam illum a sacerdotali consortio submoveri cerneret quem creavit indebite, quemque indignissime fecisse convincitur, correptum justa ultione sentiret, ne conceptae audaciae incastigata temeritas licentiae se peperisse putaret exemplum. Verum, ad ecclesiarum quietem, tantę transgressionis vulnera, memores apostolicę sapientiae, curari volumus ante fomentis, ut corporis nostri membrum forte sanandum, in integritatem pristinam per mitiora medicamenta revocetur, nec credatur negligi, quod interim non monetur abscidi. Praevia medendi semper austeritatis est lenitas, [illegible] ejus [illegible] statim culpa compescitur aut inexplorato, vel quod facile prodesse possit offertur. Nunc enim temporis opportunitas, nunc languentis necessitas, nunc medicinae ipsius et modus est quaerendus et qualitas, ut omnis per sapientiam facta in vitiis reprimendis sollicitudo curantis gaudeat reparatione, quod salvat, nec careat moderatione, quod resecat. His igitur vestra fraternitas graviter prudenterque perpensis, talia apud nos dissimulare posse non ęstimet, in quorum se maxime contumeliam qui non immerito pulsatur erexit. Fratri enim nostro *Leontio* nihil constituti a sanctę memoriae decessore meo juris potuit abrogari, nihil valuit quod honori ejus debetur auferri. Quia christianorum quoque principum lege decretum est, ut quicquid ecclesiis earumque rectoribus, pro quiete omnium Domini sacerdotum, atque ipsius observantia disciplinae in auferendis confusionibus, apostolicae sedis antistes suo pronuntiasset examine, veneranter recipi tenaciterque servari, cum suis plebibus caritas vestra cognosceret, nec umquam posse convelli quae et sacerdotali ecclesiastica pręceptione fulcirentur et regia. Unde, fratres carissimi, praesumptionem praedicti, quae in fratris et coepiscopi nostri *Leontii* processit injuriam, ita convenit tolerari digne nunc interim ultionis immunem, ut si transgressor remediis abutitur satisfactionis et venię, nec culpam praesentis excessus curandam futurae observantiae sedulitate promittit, redeunte querimonia, eo privilegia Viennensis ecclesiae ad Arelatensem antistitem transferantur extemplo, quo migravere principio. Unde moderationis nostrae nomen tenentes, ad Veranum fratrem et coepiscopum nostrum scripta direximus, ut prędictum ex nostra delegatione conveniat, quatinus quid de eo retuleritis agnoscat ; quia honerosum esse non debet delinquentem fratrem de propriis excessibus increpare, quibus praeceptum constat frequenter ignoscere. Necesse est autem, si in nullo correctionis ejus indicium sumserimus, quod illa est professione retinendum, qua definitione sedis apostolicae periculum ordinis sui conservandam semper sine ulla deinceps transgressione testetur, ad Arelatensem ecclesiam easdem quattuor civitates, quarum non fuit aut non fuerit Mamertus episcopus ordinatione [contentus], esse revocandas. Quod etiam tunc oportebit fieri, si ullus umquam post eum, quem nunc caritate corripimus et ulterius ab inlicitis confidimus abstinere, praesumptionis hujus imitator extiterit. De hoc sane qui, licet indebite, Diensibus cognoscitur ordinatus, justitiae ratione censuimus ut sacerdotium ejus fratris et coepiscopi nostri *Leontii* confirmetur arbitrio, a quo rite debuit consecrari. Deus vos custodiat, fratres carissimi, aevo longiore. Data VI. kalendas martias, post consulatum Basili, viri clarissimi, consulis.

Mon. Germ. hist., Epistol., t. III, p. 30. JAFFÉ, 557 (332). Voici, d'après M. Gundlach, les sièges des prélats nommés en tête de cette lettre : ?, Embrun, ?, Marseille, Vaison, Grenoble, Viviers, Vence, Riez, Aix, ?, Cimiez, Cavaillon, Digne, ?, Die ?, Orange, ?, Senez, Apt ou Fréjus.

83 464.

Autre lettre episcopis *(comme au n° 79)* : ...Synodalia quotannis concilia, quorum maxime in fratre et coepiscopo nostro Leontio Arelatensis ecclesiae sacerdote summam placuit esse, celebrentur... Confirmationem (*de l'évêque de Die*)... fratris et coepiscopi nostri Leontii reliquimus voluntati....

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 151-2. JAFFÉ, 559 (334).

84 463/465

Autre lettre Leontio, Verano et Victuro episcopis, *au sujet d'un différend entre* Ingenuus, *métropolitain d'Embrun, et* Auxanius, *évêque d'Aix*.

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 152-3. JAFFÉ, 560 (337).

85 Vers 472.

Lettre de Sidoine Apollinaire, évêque de Clermont, domino papae Leontio : ... nostra mediocritas aetate vitae, tempore dignitatis, privilegio loci, laude scientiae, dono conscientiae vestrae facile vincatur....

Epist. lib. vi, ep. 3 (*Patrol. lat.*, t. LVIII, c. 553-4).

86 Vers 475.

Autre lettre de Sidoine dno papae Basilio (*évêq. d'Aix*) : ...Tu sacratissimorum pontificum Leontii, Fausti, Graeci, urbe, ordine, caritate medius inveneris : per vos mala foederum currunt, per vos regni utriusque pacta conditionesque portantur. Agite quatenus haec sit amicitia, concordia principalis, ut episcopali ordinatione permissa, populos Galliarum, quos limes Gothicae sortis incluserit, teneamus ex fide, etsi non tenemus ex foedere...

Epist. lib. vii, ep. 6 (*Patrol. lat.*, t. LVIII, c. 572).

87 475.

Concile d'Arles contre les Prédestinatiens.

Dno beatissimo ac reverendissimo Leontio papae, Faustus (*évêque de Riez*). Quod pro sollicitudine pastorali, beate papa Leonti, in contemnendo Praedestinationis errore concilium summorum antistitum congregastis, universis Galliarum ecclesiis praestitistis.... Dnis... Leontio, *etc.* (*voir Marseille, n° 23*).

Sirmond, *Conc. antiq. Galliae*, t. I, p. 147.

Saint ÉONE, *Aeonius*, 491 ?-502.

88 491 ?

Rurice, évêque de Limoges, félicite Éone d'avoir succédé à Léonce sur le siège d'Arles.

Domino suo peculiari in Christo, domino patrono *Aeonio episcopo* Ruricius. Agnito transitu sanctae et venerabilis apud me recordationis domini mei decessoris vestri Leontii, animo et mente confusus diu multumque tristatus sum, quod et impedientibus peccatis meis tanto antistiti occurrere non merueram, et tali essem parente privatus. Cujus etsi exterioris hominis non fruebar aspectu, interioris tamen gratia delectabar et mentis acie jugiter adhaerebam ; per quem et in quo mihi praesens quodam modo et cernebatur obtutu, et audiebatur affatu, et palpabatur attactu, et tenebatur amplexu. Siquidem cari nullo se melius loco quam in corde, caritatis ipsius sede, conspiciunt. Unde et amplius desiderabam oculis videre carnalibus quem ita spiritalibus intuebar ; sed dolori meo consolationem ea quae prius tribuerant solacium ipsius merita dederunt, quia confido quod quem paterna pietas dilexit et sedula intercessione custodiat. Sed haec sanctitati vestrae, quasi vobiscum colloquens atque a vobis maeroris ipsius levamen requirens, dictante dilectione rettulerim. Nunc vero, ut dicere institueram, accersione ipsius domini mei et apostolatus vestri ordinatione comperta, ad officium vestrum mittere cogitabam ; sed muneribus vestris humilitatis meae prevenistis obsequium, quae mihi majorem scribendi fiduciam contulerunt, quia praesumo quod quem liberalitate feceritis dignum, ab animis vestris non habeatis alienum. Et ideo, sicut datis intelligi, quoniam tanti habere dignamini, sospitatem beatitudini vestrae per litteras uberem dico ; simulque peculiari prece deposco, eo mecum agere tanti habeatis affectu, ut domnum Leontium praemisisse et commutasse potius quam perdidisse cognoscam.

Mon. Germ. hist., Auct. antiq. t. VIII, p. 308. Ruricii epistolae, i, 15. Les lettres 8 et 15 du iie livre sont également adressées à Eone.

89 25 janvier 494.

Lettre du pape Gélase à Rustique, évêque de Lyon :... Scit frater noster et coepiscopus Aeonius, quam utile fuerit, et quod misit et quod ad nos misisti, subsidium...

Thiel, *Epist. Roman. pontif.*, p. 358-9. Jaffé, 634 (390). [Jul. Havet a montré (*Bibl. de l'éc. d. Chartes*, t. XLVI, p. 254-6) que cette lettre, provenant de Jér. Vignier (voir n° 76), ne s'accorde pas avec la suivante et qu'elle renferme une formule insolite dans la diplomatique pontificale de ce temps.]

90 23 août 494.

Lettre du même à Eone : ... Per divinam gratiam sedis apostolicae regimen nos adisse pandentes... Dilectionem tuam duximus admonendam, quatenus et vigere apud nos alternae viscera gratiae fratres et coepiscopi nostri per Gallias constituti caritate tua vulgante cognoscerent....

Thiel, *Epist. Roman. pontif.*, p. 385-6. Jaffé, 640 (394).

91 496/498.

Le pape Anastase prend une décision en faveur de Vienne contre Arles, en contradiction avec les jugements de ses prédécesseurs.

Voir les lettres n°s 93 et 94. Jaffé, 748 (466).

92 Lyon, 2-3 septembre 499.

Colloque de Lyon contre les Ariens.

... Venerunt itaque... de Arelate Aeonius,...

[Document apocryphe (voir Marseille, c. 20). « La présence de saint Eone d'Arles, sujet des Visigoths et rival de saint Avit de Vienne, dans une réunion d'évêques bourguignons où le rôle principal appartint, du consentement de tous, à ce même saint Avit, est un fait contraire à toutes les vraisemblances » (Jul. Havet, dans *Bibl. de l'éc. d. Chartes*, t. XLVI, p. 244-5).]

93 21 octobre 499.

Lettre du pape Symmaque à Eone : Movit.. nos.. dilectionis tuae relatio ... ; contra regulas ecclesiastici constituti et adversus rever. canonum tractatum per subreptionem Viennensis ecclesiae pontificem de apostolica, dudum praesidente decessore nostro, sede culpabiliter aliqua meruisse. *Qu'ils envoient l'un et l'autre* hominem proprium, ut depromptis ab utraque [parte] suggestionibus, securius quae in perpetuum servanda sint disponantur....

Thiel, *Epist. Roman. pontif.*, p. 654-5. Jaffé, 753 ([illegible]).

94 29 septembre 500.

Lettre au même : Dilectionis tuae litteras mandataque suscepimus, quibus constat inter Arelatensem et Viennensem ecclesiam aliquid de ordinandis episcopis invicem [illegible] tamen : illa re videl. faciente, quod decessor noster s. recordat. Anastasius, tractans [illegible] provinciae, aliqua contra veterem consuetudinem possent observari.... Relegentes ergo veterum institutum super hac causa ordinationes.... dilectionem tuam enixissime commonemus, ut in ordinandis per singulas urbes sacerdotibus cana ac reverenda servetur antiquitas, nec novella constitutio vetustae sanctionis robur imminuat ...

Thiel, *Epist. Roman. pontif.*, p. 655-6. Jaffé, 754 (479).

95 17 août 501?

De vita et gestis sancti Honorati (miracula).

Eodem tempore sancti Porcarii, apud Arelatum, erat quidam antistes, Eonius nomine, Deo et beato Honorato plurimum devotus. In annis singulis insulam Lirinensem, indulgentiarum tempore, visitabat et festum beati Honorati celebrabat sollempniter, et ejus miracula sollicite predicabat. Qui instigante diabolo, humani generis inimico, corruit in peccatum quod verebatur sub quacumque specie confiteri. Cumque antistes[1] sic diu diabolus deluisset, apparuit ei beatus Honoratus in specie monachi senioris, ab eo requirens consilium et salutem, dicens illi : « Nolo omnia detegere que commisi, set prebe consilium peccatori : si ego senex in novissimis positus ad tale crimen corruisset, videtur tibi si possem veniam promereri, quod coram Deo non erubui et vereor occulte coram homine Dei vicario confiteri »; et ennarravit peccatum simile in quo Eonius lapsus erat. Eonius vero, compunctus acriter, monachum instruit ne desperet, quia major est divina misericordia quam sint crimina peccatorum, et incepit precordialiter lamentari. Et ait Eonio monachus : « Cur contristaris, pater, qui hoc crimine ab hominibus innocens reputaris ». Et respondit ei Eonius : « Novit Deus, qui nichil ignorat, quod in senectute depravatus delictum simile perpetravi et illud, in divinis aspectibus inerubescenter faciens, erubui cuicumque secreto presbitero confiteri ». Et monachus ad eum : « Nonne legisti, frater : Munde sint manus que sordes diluunt alienas? Quomodo ergo tu, qui sacerdos unctus es, si criminosus fueris, pro populo exorabis, cum merito preces ingrati impediant deprecantium ; qua fronte me de divina misericordia instruis, qui desperatus de venia noluisti hoc crimen divino vicario, ut obtineres misericordiam, confiteri? Asseris enim, et est verum, quod multo major est Dei misericordia quam esse possent crimina peccatorum, qui sua ingenti bonitate per solam perfectam contritionem et confessionem remittit crimina quecumque sistant ». Eonius ad jenua monachi provolutus, contritus et penitens, cum eum gemitibus et lacrimis requisivit, si presbiteratus ordine fungeretur, et si illum dignaretur ab ipso crimine emundare. Et ait monachus ad eum : « Certe, frater, ante te per aliqua tempora antistes extiti in hac urbe, in divinis solvens et alligans ut patronus ». Et ait Eonius : « Quo nomine tu vocaris, qui antistitem te fuisse asseris in hac urbe? » Et monachus ad eum : « Ego sum Honoratus, quem tu assiduis precibus interpellas ; ad te sum missus miseratione divina dicere tibi, ut te prepares pro meritis recepturum ; et ab hodie in annum transmutaberis ab hac vita, et vade ; asserci abbatem Porcarium, ab eo exigens consilium et habitum ». Quo dicto, disparuit ab eodem. Eonius vero non distulit accedere ad Lirinum ; et ad jenua abbatis Porcarii provolutus, detegit sua crimina perfecte penitens et contritus, que sibi contingerant et que dixerat beatus Honoratus ennarrando. Sanctus autem Porcarius, inpendens Eonio consilium salutare quo posset resurgere a ruina, ipsum absolutum remisit ad Aralatum. Et post facto Eonius veniens Aralatum, de voluntate concordi tocius cleri et populi Aralatensis, subrogavit pro se in antistitem dicte urbis Cezarium Cabilonensis sue urbis et originis, virum Deo devotum et litterarum studiis eruditum, monachum Lirinensem. Ipse vero statim tempus crebris orationibus et artis afflictionibus vacans, prefixa die in Domino obdormivit.

Ms. Albanès (voir c. 60), f° LII v° et LIII. La traduction en vers provençaux de Raimon Féraud se trouve p. 183-5 de l'édit. Sardou.

[1] [illegible]

96 13 octobre 501.

Lettre du pape Symmaque à Avit, évêque de Vienne : Non debuit caritatem tuam offendere, quod ad fratrem et coepiscopum nostrum Aeonium nuper rescripsimus....

Thiel, *Epist. Rom. pontif.*, p. 656-7. Jaffé, 756 (479). [Pièce fausse, dont M. Rossi avait déjà contesté la date ; voir Jul. Havet, dans *Bibl. de l'éc. d. Chartes*, t. XLVI, p. 259-61.]

97 17 août 502.

XVI. kal. septembris... Eodem die, sancti Eonii, Arelatensis episcopi, qui, ut beatus Ciprianus Tholonensis episcopus scribit, sanctum Cesarium sibi fieri successorem adoptavit, et ne greges fidelium orbati parente, erronei pervagarentur, obtinuit, videlicet ut suum jure affinitatis propincum, et sacra per omnia doctrina instructum. Et de futuro pastore securus, apud eandem urbem in pace quievit.

Martyrologe d'Arles-Toulon (Bibl. Vatic., ms. Reg. 540, f° 112 v°).

Saint CÉSAIRE, *Caesarius*, 502–542.

98 502.

Sanctus Eonius clerum vel cives alloquitur... ut cum ipse, Deo volente, migrasset ad Christum, nullum sibi alterum quam S. Caesarium eligerent fieri successorem ; quatenus ecclesiasticum vigorem, quem querebatur in multis regulis aegritudine sua fuisse mollitum, per servum Christi Caesarium... gratularetur revocari fraternitas.... Securus de successore beatus Eonius migravit ad Dominum....

Vita s. Caesarii, [illegible] (*Patrol. lat.*, t. LXVII, c. 1006).

99 Bordeaux, hiver 505.

Perditus quidam de notariis beati viri [Caesarii], Licinianus nomine,... veneno saevae accusationis armatus, suggessit per auricularios Alarico regi, quod beatiss. Caesarius, qui de Galliis habebat originem, totis viribus affectaret territorium et civitatem Arelatensem Burgundionum dicionibus subjugare.... Falsis et illicitis accusationibus condemnatus, cum ab Arelato fuisset abstractus, in Burdegalensem civitatem est quasi in exsilio relegatus.... Posthaec, comperta innocentia beati viri, poscit nefarius princeps quatenus sanctus antistes ad pristinam reverteretur ecclesiam, seque civitati pariter praesentaret et clero; accusatorem vero ejus rex praecepit lapidari.

Vita s. Caesarii, c. 2 (*Patrol. lat.*, t. LXVII, c. 1008-9).

100 11 septembre 506.

Concile d'Agde [Agathen.] *sur la discipline.*

Ego Caesarius, in Christi nomine, episcopus Arelatensis, juxta id quod universis sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt placuit, statuta patrum secutus, his definitionibus subscripsi. Not. sub die III. idus septembris, Messala v. c. consule, anno XXII. regni domini nostri Alarici regis.

Sirmond, *Conc. antiq. Galliae*, t. I, p. 173.

101 506.

Lettre de Césaire à Rurice, évêque de Limoges.

Dum nimium tribularetur animus meus, quare ad synodum vestram praesentiam non meruimus obtinere, sanctus et domnus meus Verus episcopus mihi dignatus est dicere, quod per suum diaconum mihi Agate vestras litteras destinasset, quas ego, nescio quo casu aut qua negligentia, me non retineo suscepisse. Sed tamen sancto et domino meo fratri vestro certissime credo, et malo hoc portitoris negligentiae imputare. Sed licet sanctos et desiderabiles vestros apices miseritis, tamen, sicut ipsi optime nostis, dignissimum fuerat ut personam dirigeretis quae ad vicem vestram subscriberet et, quod sancti fratres vestri statuerunt, in persona vestra firmaretur. Sed quia novi quam sancto ac frequenti et pio desiderio interesse volueritis omnibus fratribus vestris, votum vestrum et sanctam voluntatem exposui, pro qua re nihil pietati vestrae vel potuimus vel debuimus imputare. Sed licet desiderabilem vestram praesentiam non habuerimus, orationum tamen vestrarum suffragia nos meruisse persentimus. Et ideo, his dictis, saluto plurimum affectu et honore, quo dignum est; et rogo ut me sanctis et illustribus precibus simul ac meritis Domino commendetis simulque indico pietati vestrae, et quia filius vester Eudomius, si potuerit hoc elaborare, desiderat, ut superveniente anno Tolosae synodum, Christo propitio, habeamus, ubi etiam, si potuerit, Hispanos vult episcopos convenire. Et ideo oro te [*lire* orate ?] ut tam sancto desiderio suo Dominus tribuere dignetur effectum. — Sanctum vero et dulcissimum fratrem meum Capillutum presbyterum, amatorem et praedicatorem vestrum, vestrae sanctimoniae, quanta valeo insinuatione commendo; et pro ipso vobis ingentes et uberes gratias ago, quia, quantum ipse asseruit, tantum se circa illum impendit pia et sincera benevolentia vestra, ut hoc nullus hominum possit exponere. Nunc ergo, quia pro vestro desiderio aestuans pietatem vestram expetiit, dignum judicavi ut per ipsum humilitatis litteras destinarem, quo remeante, si Christus annuerit, apices vestros, quasi coeleste munus desidero promereri. Ora pro me.

Patrol. latina, t. LVIII, c. 806-7 (Fausti Rhegien. epist. XVIII).

102 506.

Réponse de Rurice, évêque de Limoges, à Césaire.

Frater et compresbyter noster Capillutus dupliciter hac vice nobis gratus apparuit, dum et ipse nobis jam diu desideratus occurrit et quamdam vestri praesentiam nobis per vestras litteras repraesentat... Quod vero scribitis, cur ad synodum, sicut collocutio habuit nostra, non venerim, fecit hoc infirmitas, non voluntas. Ipsi enim recolere potestis quam fessum me Burdigalia videritis [*voir n° 99*], et hoc hyeme, quando esse soleo fortior solito... Litteras vestras ad me modo tardissime venisse significo...

Saint-Gall, ms. 190 (IX[e] s.) p. 126. *Patrol. latina*, t. LVIII, c. 108-9 (ep. 32). La 35[e] lettre est également adressée à Césaire (c. 111).

103 Ravenne, 513.

Diabolus... iterum accusatione confecta, extrahi ab Arelate antistitem fecit et in Italiam sub custodia, Ravennamque perduci... Adiit ergo palatium, regem quoque Theodericum, Christo duce, salutaturus aggreditur. Ut vero rex Dei hominem intrepidum venerandumque conspexit, ad salutandum reverenter assurgit ac deposito ornatu de capite clementer resalutavit, primum interrogans de labore ipsius atque itineris, dehinc de Gothis suis ac de Arelatensibus affectuose requirens... Posthaec recepto in diversorio mittit, muneris loco, pransuro argenteum discum, cujus pensa ad LX. libras circiter jungebatur, *que le saint fait vendre pour racheter des captifs.*

Vita s. Caesarii, c. 3 (*Patrol. lat.*, t. LXVII, c. 1014-5).

104 513.

Lettre d'Ennodius, évêque de Pavie, à Césaire.

Ennodius *Caesario episcopo.* — Quod spe praeceperam, litteris indicastis. Nam venerandi promulgatione colloquii, quid coelestis imperator dominum regem circa vos facere compulisset, agnovi : ego sum, cui postquam meritum vestrum patuit, nequaquam se felicitas actionis abscondit. Qui hominum nobilissimo in Christi servitute pontifici terrenas dominationes nesciat esse subjectas, et minacem reis potentiam innocentiae objectione superari, quando principalis purpura aut cilicia despexit, aut pallium ; quando libertas illa potissima credidit, sibi ante christianam humilitatem licere quod voluit ; aut quando ei licuit velle quod laederet ? Quod si inter haec canae aetatis exempla recolantur, et saevitiam circa cultores Dei tyrannicam reducas in medium, scimus quia ab illis nostri dogmatis sectatores, ne un-

quum mererentur, occisi sunt. Tunc militibus suis vitam, ad extinctionem, obsequente gladio, perpetuus ille dux condidit. Illi innumerorum suorum ministerio perdiderunt originariam vilitatem. Te, mi domine, in orbe jam christiano diva lex peperit, et apostolici uberis lacte nutrivit : tu caeteros velut solis magnitudo astris inferioribus comparata transgrederis : te qui interioris hominis oculis inspexit, instructus est, nam et cum facie ipsa foveas puritatem, delinquentes feriato ore castigas. Boni de conversatione tua, quocunque processeris, imitanda inveniunt : malis fugienda demonstrantur. Beatus tu, cui a Deo tributum est ut et monitis doceas et exemplis : qui ad pii itineris directum semper existens praevius invitasti : quis non oplet, te loquente, ut sciat plura, non legere ? Tu dum libris genium relatione conciliis, et magistros informas, tibi debet quicunque ille scriptorum maximus, quod eum dote elocutionis amplificas. In te lux convenit sermonis et operis. Unde haec praerogativa Transalpinis ? unde parentibus meis inauspicata sublimitas, ut talem virum miserint ? Sed cur inter terrena quaeritur res coelestis ? Potuit ergo ante te quodlibet palatii supercilium non jacere ? potuit tibi cupita subtrahere, quem mitiorem ovibus sola faciunt errata pugnacem ? Latius me et meritum vestrum vocat et diligentia : sed loquacitatem meam lex epistolaris includit. Quod superest, benigni servitutis meae munus accipite, et me Deo nostro orationum suffragiis intimate, frequenter de his quae vobiscum aguntur vel acta sunt informantes. Deprecor etiam ut quid apud vos promoverit Rustici supplicatio, qui, quantum audio, fornicationes suas nomine vestit uxorum, et vocabulo legis putat excusari posse rem criminis, mihi manifestes ministerio litterarum.

[illegible], t. LXIII, c. [illegible]; [illegible] lib. IX, ep. 33.

105 — Rome, 513.

Posthaec Romam veniens, beato Symmacho tunc papae, ac deinde senatoribus et senatricibus praesentatur. Omnes Deo gratias et regi retulerunt, quod meruissent corporalibus oculis intueri, quem jam dudum oculis cordis aspexerant.... Pro qua re etiam papa Symmachus, tanta meritorum ejus dignitate permotus, non solum verissime eum metropolitanae honore suspexit, sed et concesso specialiter pallii decoravit privilegio, diaconos ipsius ad Romanae instar ecclesiae dalmaticarum fecit habitu praeeminere. Dehinc ad propria reversus, Arelatensem ingreditur civitatem, *etc.*

[illegible], *Patr. lat.*, t. LXVII, c. [illegible]. Jaffé, 766 (479).

106 — 513.

Libellus petitorius *de Césaire au pape Symmaque, lui demandant de trancher certains points de discipline.*

[illegible]

107 — 6 novembre 513.

Réponse du pape à Césaire, touchant la discipline. Il ajoute après la date : Caritati tuae tantummodo per omnes Gallicanas regiones utendi pallio concessimus facultatem.

Thiel, *Epist. Roman. pontif.*, p. 7[illegible]. Jaffé, 764 (477).

108 — 6 novembre 513.

Lettre du pape Symmaque universis episcopis per Gallias consistentibus : ... Caesarius siquidem frater et coepiscopus noster, metropolitanae Arelatensis civitatis sacerdos, ecclesiae beati apostoli Petri liminibus praesentatus, ea quae pridem de privilegiis ecclesiarum constituta sunt, nostris postulavit innovari sermonibus. Cuncta igitur inter ecclesias Arelatensem et Viennensem a decessore nostro b. record. Leone papa, quae super hac parte ordinata sunt, ecclesiae Romanae fidelis declarat instructio. *Vienne aura quatre églises suffragantes : Valence, Grenoble, Genève et Tarentaise ; l'église d'Arles toutes les autres.*

Thiel, *Epist. Roman. pontif.*, p. 722-3. Jaffé, 765 (478), add.

109 — 514.

Libellus p[etitorius] *de Césaire au même pape :* quatenus Arelatensis ecclesia fruatur privilegiis suis, quae nunc per antistitem Caesarium seriem suae petitionis insinuat et, quam hactenus habuit potestatem, vestra deposcit auctoritate firmari.... Aquensis etiam civitatis episcopum sanctitatis vestrae moneri praecipite constitutis, ut dum a metropolitano antistite ecclesiae Arelaten. ad synodale concilium fuerit evocatus,... minime venire frustretur... Data p[etitio] ab Aegidio abbate et Messiano notario.

Thiel, *Epist. Roman. pontif.*, p. 729.

110 — 11 juin 514.

Réponse de Symmaque, confirmant les privil. d'Arles.

Dilectissimo fratri *Caesario* Symmachus. Qui veneranda patrum statuta custodit, amicum se absolutae religionis ostendit, et qui providet ut locum excessibus non relinquat, demonstrat se de bono gratiae cogitare. Rationabile est ut sancta Arelatensis ecclesia propriis privilegiis perfruatur, et quod vetustas praestitit et patrum auctoritas roboravit, nova non debet violare praesumptio ; sic tamen ut ceterarum ecclesiarum privilegia temporibus adquisita non titubent, quia nec potest ex parte firmum esse quod generalitatis tangit injuriam. Manentibus siquidem his quae patrum statuta singulis ecclesiis concesserunt, decernimus ut circa haec quae tam in Gallica quam in Spania provinciis de causa religionis emerserint, sollertia tuae fraternitatis invigilet ; et si ratio poposcerit praesentiam sacerdotum, servata consuetudine, unusquisque tuae dilectionis admonitus auctoritate conveniat, et si Dei adjutorio controversia incidens amputari potuerit, ipsius hoc meritis adplicemus. Alioquin exsistentis negotii qualitas ad sedem apostholicam, te referente, perveniat, ut cunctis ordine suo peractis, unde inimicus bonitatis sibi blandiatur locum invenire non possit. Igitur, quemadmodum supra diximus, per singulas ecclesias beneficia quae sunt diu custodita serventur. Et si tam ecclesiae Aquensis antistes, vel alius quilibet metropolytano pontifici juxta canonum definitionem evocatus obtemperare noluerit, noverit subdendum se, quod non obtamus, ecclesiasticae disciplinae. Et in hac parte magnopere te

volumus esse sollicitum, ut si quem de Gallicana vel de Hispania regionibus, ecclesiastici ordinis atque officii [necessitas] ad nos venire compulerit, cum fraternitatis tuae notitia iter peregrinationis arripiat, ut nec honor ejus per ignorantiam aliquam contumeliam patiatur, et ambiguitate depulsa, a nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data III idus junias, Flavio Senatore, viro clarissimo, consule.

Mon. Germ. hist., Epistolarum t. III, p. 42. JAFFÉ, 769 (481).

111 Après 20 juillet 514.

Dilectissimo fratri Caesario Hormisda. Quamvis ratio exigat, ut fraternitati tuae nostri sacerdotii primitias nuntiemus, tamen Dei beneficia tacere.

Paris, B. N., ms. lat., 3849, f° 21 (THIEL, *Epist. R. p.*, p. 993).

112 Automne 514.

Lettre de Césaire au pape Hormisdas, au sujet du monastère de filles qu'il venait de fonder (512) dans sa ville épiscopale.

Voir la réponse suiv. (THIEL, *Epist. R. p.*, p. 994).

113 514/5.

Le pape félicite Césaire de son zèle pour le culte et confirme sa fondation religieuse.

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 988-9. JAFFÉ, 864 (565). Voir le texte à l'abbaye de St-Césaire.

114 11 septembre 515.

Hormisdas fait part Caesario vel his qui sub (ejus) ordinatione consistunt, *du retour à la communion romaine des évêques de Dardanie, Illyrie et Scythie, infectés de l'hérésie d'Eutychès; il lui envoie Urbain, défenseur du siège apostolique.*

THIEL, *Epist. Roman. pontif.*, p. 758-61. JAFFÉ, 777 (487).

115 6 juin 524.

Concile d'Arles, touchant les ordinations.

Caesarius, in Christi nomine, episcopus definitionem hanc sanctorum fratrum vel meam relegi et suscripsi. Notavi sub die VIII. idus junias, Opilione v. c. consule.

Frid. MAASSEN, *Concilia aevi Merovingici (Mon. Germ. hist*, Legum sect. III, t. I), 1893, p. 35-9.

116 Après 524.

STATUTA ECCLESIAE ANTIQUA.

[illegible] venerunt ad regem et nuntiaverunt ei quae facta fuerunt. Et ille, advocans sacerdotes et quosdam principes suos, coepit inquirere ab eis quid super hac re faciendum censerent. Cyprianus Arelatensis regi respondit : « Quia, ut liquido claret, puella hęc, cum a daemonio erueretur, hoc se voto, quod perfecisse videtur, constrinxit ; cavendum tibi est ne forte, si irritum [illegible] ejus, [illegible] incursu, et sint illi novissima pejora prioribus, tu vero tanti criminis reatum incurras »....

[illegible] t. II, p. [illegible]

FLORIEN. *Florianus*. 613-614.

175 23 août 613.

Lettre du pape Boniface IV, envoyant le pallium à Florien, évêque d'Arles.

Reverentissimo fratri *Floriano coepiscopo* Bonifatius, servus servorum Dei. Multum, frater carissime, sinceritatis tuae bono congaudeo, quod gravitatem, qua praeditum te dudum audieram, praecellentissimorum regum, atque electionis tuae epistolae, necnon dilectissimi filii nostri Candidi presbiteri testimonium confirmavit, qui tanto latius quanta in vos sollicitudo aecclesiastici ordinis, quantaque cura sit rectitudinis indicabant. Unde, etsi corporaliter te nescio, caritate tamen et opere scio, quia, nisi in vos omnipotentis gratia flagraret, usque ad me vitae vestrae opinio minime pervenisset. Qua de re ab eodem omnipotente Deo quantis valeo precibus exoro, ut sua te manu protegat, et caelestis in te gratiae dona multiplicet, quatenus in aeternum perficiat bona quae in te temporaliter ostendit. Officium etenim sacerdotis assumere, si interiori vigilantia perpendamus, plus est oneris quam honoris ; quippe cui propria curare non sufficit, nisi et salubriter gesserit aliena. Nam si pastores ovium solem geluque, pro gregis sui custodia, die ac nocte ferre contenti sunt, ut ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant ; quanto sudore quantaque sollicitudine debemus esse pervigiles nos, qui pastores animarum dicimur ? Attendamus et susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus, ne inde, post desidiam nostram, ante summum pastorem negligentiae reatus excruciet, unde modo honoris reverentia sublimiores inter ceteros judicamur. Sic itaque nos oportet esse sollicitos, ut callido antiquoque humani generis inimico aditum praecludamus, et totis contra ejus voracitatem viribus obsistamus, ne nostra, ut diximus, forte desidia rabida, quod absit, quemquam fauce deglutiat, et ejus ad nostram non inmerito applicetur poenam perditio, qui commissos sollicita custodire cautela negleximus. Exhibeamus ergo quod dicimur, et quibus divini dispensatione consilii praeesse nos contigit, prodesse quantum possumus festinemus, ut dum creditor rationes nobiscum positurus advenerit, lucrum fecisse reperiat, et sua nos, sicut promisit, remuneratione laetificet. Scriptum namque est : « Mundamini, qui fertis vasa Domini ». Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad aeterna sacraria perducendas in conversationis suae exemplo suscipiunt. Apud semetipsum ergo quantum debeat mundari conspiciat, qui ad aeternitatis templum vasa viventia in sinu propriae conversationis portat. Hinc divina voce praecipitur, ut in Aaron pectore rationale judicii vittis ligantibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxae possideant, sed ratio sola constringat ; nec indiscretum quid vel inutile cogitet, qui ad exemplum aliis constitutus, ex gravitate vitae semper debet ostendere quantam in pectore rationem portet. Haec itaque, frater carissime, tota virtute considera, et locum quem adeptus es, non ad requiem, sed ad laborem te susce-

pisse cognosce. Adhortationis ope fidelium corda corrobora, infidelium vero converte. Quod ut facilius assequi merearis, praedicationem tuam vita commendet; ipsa eis instructio, ipsa magistra sit; ad desiderium aeternae vitae, te docente, suspirent, tuo viventes exemplo perveniant. Quia ideo, divina gratia suffragante, ad hoc honoris culmen vocatus es, ut fraternitatis tuae doctrina, quae soli tibi utilis prius inter ceteros latebat, jam nunc in altum ducta multis proficiat, et divinae sapientiae radios spargat. Sed hac de re omnipotenti Deo magnas gratias agimus, cujus pia dispensatio illos ad sollicitudinem curae pastoralis provehit, qui episcopatum non honorem sed onus existimant, ut quantum in altiori loco profecerint, tantum humilius vivant, et hic semetipsos in labore exerceant, quatenus ad honorem solidum alibi pertingant. Pallium praeterea, juxta antiquam consuetudinem fraternitati tuae transmisimus, quo ita uti memineris sicut praedecessores nostri tuis praedecessoribus concesserunt, privilegiorum suorum scilicet integritate servata. Cujus quoniam indumenti honos modesta actuum vivacitate servandus est, hortamur ut ei morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus, auctore Deo, recte utrobique possis esse conspicuus. Cor ergo tuum neque prospera, quae temporaliter blandiuntur, extollant neque adversa deficiant; sed quicquid illud fuerit, virtute pacientiae devincatur. Nullum apud te locum odia, nullum favor indiscretus inveniat. Benignum te boni sentiant, districtum mali cognoscant. Insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non ostendas, non quod ultus non fueris perpetrari permittas. Sit in te et boni patris dulcedo, et contra prave agentes judicis saevera districtio; quatenus, Deo miserante, talis possis existere, qualem sacra esse lectio protestatur. « Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse ». Sed his omnibus uti salubriter poteris, si magistram caritatem habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedet. Ecce, frater carissime, inter multa ista sacerdotum ista sunt pallii, quae si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Praecipue autem observare nos convenit ut illud semper ad memoriam redeat quod veritas praecipit, dicens : « Gratis accepistis, gratis date », quod isdem dominus et redemptor noster ingressus templum « cathedras vendentium columbas evertit », et nummulariorum effudit aes. Qui namque sunt in templo Dei hodie qui columbas vendunt, nisi qui in ecclesia impositionem manus ad pretium tribuunt, per quam videlicet impositionem Spiritus Sanctus desuper datur? Columba igitur venditur, quia manus impositio, per quam Sanctus Spiritus accipitur, ad pretium praebetur. Sed redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit, quia talium negociatorum sacerdotium destruit. Et quidem hi nonnunquam ante humanos oculos videri sanctos se simulant, atque in occultis suis apparere perversi in conspectu interni arbitri non erubescunt. Sed veniet, veniet dies ille, nec longe est, in quo pastorum pastor appareat, et uniuscujusque facta in publicum deducet, atque ostensa omnibus insatiabiliter damnet. Unde et per semetipsum quasi flagellum de funiculis fecit, et de domo Dei pravos negotiatores expulit, quia subditorum quidem culpas plerumque modo per eos qui praesunt percutit, pastorum vero vitam postmodum per semet ipsum ferit. Admonendi itaque sunt qui hoc agunt, ne per appetitum praemiorum deorsum tendant, cum alios per officii sui ministerium sursum mittant : per ea namque sancta mysteria quae agunt, multos a peccatis suis diluunt, eosque ad appetendam caelestem patriam erudiunt, et ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo, cui tales sacerdotes similes dixerim nisi aquae baptismatis, quae peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum caeleste mittit, et ipsa in cloacam descendit? Vos itaque studium doctrinae vestrae ostendite, et a pastoribus vestrae dioeceseos haec de quibus praefatus sum damnosa lucra removete. Sermone vestro cottidie hi qui vobis caelesti gratia commissi sunt erudiantur, ut discant terrena despicere, caelestia amare, ut in dilectione invisibilium ferveant, et ex bono vestro semine, ante omnipotentis Dei oculos segetes suorum operum reddant, quatenus de ipsis ac de vobis impleatur quod scriptum est : « Ubi plurimae segetes, ibi manifesta est fortitudo boum ». Sancta Dei Trinitas fraternitatem vestram gratiae suae protectione circumdet, atque ita in timoris sui via nos dirigat, ut post vitae hujus amaritudines, ad aeternam simul pervenire dulcedinem mereamur. Praeterea, patrimoniolum aecclesiae nostrae in illis partibus constitutum, quemadmodum olim habuistis in omnibus commendatum, quaesumus ut in eo se fraternitas vestra amplius debeat commodare. — Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. — Data x kalendas septembris, imperantibus dominis nostris piissimis augustis Heraclio anno III, post consulatum ejusdem II, et Heraclio Constantino novo filio ejus anno I, indictione I.

Mon. Germ. hist., Epistol. t. III, p. 453 (ex codd. Ambros. S. 33 (s. IX) et Vercell. CXI (s. X). Bibl. des Minimes de Toulouse, pap. de Franç. de la Porte, reg. *Bullæ Pontificiæ*, f° 119. Bibl. d'Arles, ms. 108, p. 359. GODESCARD, *Vies des Pères, martyrs et saints* d'A. BUTLER (1811), t. II, p. 576. JAFFÉ, 2001 (1550).

176 23 août 613.

Lettre du même au roi Thierry II à ce sujet.

DOMINO gloriosissimo atque praecellentissimo filio Theodorico regi Francorum, Bonifatius episcopus, servus servorum Dei. Scripta excellentiae vestrae cum ea qua decuit dulcedine et veneratione suscepimus, in quibus nobis de fratris et *coepiscopi* nostri *Floriani* ordinatione significastis, atque ut ei secundum antiquam consuetudinem pallium deberemus transmittere scripsistis. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, quia ita cor vestrum sua protectione disponit, ut inter ceteras regni vestri sollicitudines etiam de aecclesiarum suarum vos faciat ordinatione tractare. Sed quid majus, quid uberius, quid etiam poterit laudabilius repperiri quam recta fides in regibus, quae non solum hic eos tranquille vivere, sed etiam in aeterno regno faciet participes inveniri? Ergo, cum notum sit omnibus vestram excellentiam integram professionem vehementer amplectere ac toto corde diligere, opportunum est voce clamare prophetica : Jocundetur caelum desuper, et fundant montes jocunditatem, et colles laetitia laetabuntur. Nam meritorum vestrorum

[illegible] vos [illegible] audire [illegible] et assequi ; [illegible] vos [illegible] custodit. [illegible] quia, excellentissime fili, Deus noster vos elegit de regibus. [illegible] credentem et auctorem [illegible] quaerimus per religio-[illegible] futuri supplicii evadatis. [illegible] et a bone vincitis, necessarium [illegible] prospeximus ecclesiasticas vobis utilitates [illegible] commendare ; ut quod pauperes beati Petri apostoli [illegible] principis vestro sunt [illegible] mu-[illegible] vobis suffragantibus valeat augmentari. [illegible] itaque affectu vestram excellentiam salutantes, [illegible] nostri misericordiam exoramus ut sua vos a [illegible] omnibus protectione custodiat, atque post multa annorum curricula in aeterna faciat vita regnare. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat, domine fili. Datum X kalendas septembris, imperantibus dominis nostris piissimis augustis Heraclio anno III, post consulatum ejusdem II, et Heraclio Constantino novo filio ejus anno I, indictione I.

[illegible] Ep. t. III, p. [illegible] Jaffé, [illegible]

177 10 octobre 614.

Concile de Paris, sur la discipline.

Ex civitate Arelate, Florianus episcopus.

Maassen, [illegible] M[illegible], p. [illegible] Mars., n. [illegible]

THÉODOSE, *Theodosius*, 632-650 ?

178 St-Césaire d'Arles, 12 août 632.

Vita s. Rusticulae, auct. Florentio Tricastino.

Secunda sabbati, natale S. Laurentii mart... Alia vero [illegible] sexta.... [illegible] anima felix ad caelum transfertur.... Alia vero die, veniens episcopus civitatis, Theodosius pontifex, clero omni aggregato, accepit sanctum corpus, super aurum et lapidem pretiosum, crucibus et columnis ardentibus cereorum.

[illegible] t. II, p. [illegible]

179 24 octobre 650 ?

Concile de Chalon-sur-Saône.

Epistola synodi ad Theudorium, Arelatensem episcopum.

Domno [illegible] *Theudorio*, cetus episcoporum [illegible] Cabillonno cum Christi gratia adunatus. — Omnibus in veredica relatione [illegible] quod gloriosus domnus Chlodoveus rex in supra scripta urbe Cabillonno octavo kal. novembris senodale precepit esse concilio. Ubi omnes nos in basilica domni Vincenti pariter resedentes vestrum adventum, dum vos in propinquo, etiam in ipsa urbe esse audivimus, omnimodis [illegible] vos in ipso concilio non voluistis adesse, dum multa adversus vos et de indecente vita et excesso canonum, quod maxime condolemus, provulgata narrantur. Nam et scripta, qualiter vos constitit penitentia fuisse professus, vestra manu videmus et comprovincialium vestrorum manibus roborata. Unde vos credimus etiam legisse, nec nos paenitus ignoramus, quod, qui publice penitentia profitetur, episcopale cathedra nec tenere nec regere potest. Propterea salutantis beatitudine vestre honorifice indecamus, ut usque ad alio sinodo de Arelatense sede, ubi vos constitit pontificale cathedra tenuisse, debeatis omnimodis abstenere nec de facultate ipsius ecclesiae nihil ad vestra dominatione, dum in audientia ante fratres conveniatis, penitus presumatis.

Maassen, [illegible] Merov., p. 214 (639-654). Il y avait là la plupart des évêques de Provence, avec les métropolitains de Lyon, Vienne, Rouen, Sens, Bourges, Besançon, en tout [illegible] évêques présents et [illegible] représentés.

JEAN I, *Joannes*, 659-668 [1].

180 26 août 659.

Privilège d'Emmon, métropolitain de Sens, en faveur du monastère de Sainte-Colombe : ... ✠ Johannes episcopus, peccator, hoc privilegium consentiens subscripsi.

Pardessus, *Diplomata*, 1849, t. II, p. 110.

181 (26 août 659.)

Charte de privilège accordée par le même Emmon au monastère de Saint-Pierre-le-Vif : ... Joannes peccator hoc privilegium consensit.

Pardessus, *Diplomata*, t. II, p. 114.

182 Juin ? 668.

Ven. Bedae *Historia ecclesiastica*.

Theodorus ... ordinatus est a Vitaliano papa anno Domin. Incarn. sexcentesimo sexagesimo octavo sub die septima kalend. aprilium, dominica. Et ita una cum Hadriano, sexto kal. junias, Brittaniam missus est. Qui cum pariter per mare ad Massiliam, et deinde per terram Arhelas pervenissent et illius scripta commendatitia Vitaliani pontificis tradidissent Johanni archiepiscopo civitatis, retenti sunt ab eo, quousque Ebrinus major domus regiae copiam pergendi quoquo vellent tribuit eis.

Patrol. latin., t. XCV, c. 172-3. Mabillon, *Acta ss. Bened.*, t. II, p. [illegible] Jaffé, [illegible]

183 ?.

Lettre de l'évêque Jean aux vierges de Ste-Marie. ... Sororibus, ipsis quibus sanctae memoriae praedecessor noster Aurelianus episcopus monasterium Sanctae Mariae intra muros Arelatensis urbis constituit, praecepta vivendi sancivit, Joannes, gratia Domini ac Dei nostri Jesu Christi episcopus. — Cum plenissime...

Patrol. latin., t. LXXII, c. 859-6[illegible].

---

1. Les diptyques [illegible] indiquant deux *Johannes* successifs, ces deux dates peuvent appartenir à des évêques distincts.

FÉLIX, 680.

184 27 mars 680.

Concile de Rome, contre les Monothélites.

Felix, humilis episcopus Arelatensis ecclesiae, legatus venerabilis synodi per Galliarum provincias constitutae, in hanc suggestionem, quam pro apostolica nostra fide unanimiter construximus, similiter suscripsi.

MANSI, *Concilia*, t. XI, c. 185. JAFFÉ, p. 238 (167).

185 Vers 682.

Concile d'Arles, contre divorce et mariage des clercs.

MANSI, *Concilia*, Suppl. t. I, p. 511 ; Coll. t. XI, p. 1046 (pas de souscriptions).

WOLBERT ou VULBERT, 683.

186 1er février 683.

Diplôme de Pétrone, évêque de Vaison, en faveur du monastère de Groseau : ... In Christi nomine, Wolbertus ac si peccator, qui rogatus a domno Aredio episcopo, hoc privilegium, salva canonica institutione, subscripsi.

Voir la pièce à l'évêché de Vaison.

ELIFANT, 788-794.

187 27 juin 788.

Concile de Narbonne, contre Félix d'Urgel.

Ego Elefantus, primae sedis Arelatensis episcopus, confirmavi.

P. DE MARCA, *Concordia sacerd. et imp.*, 1663, p. 357. LALANDE, *Concil. Galliae suppl.*, 1666, p. 85. JAFFÉ, 2468. HEFELE partage les doutes de Pagi et de Walch (contre Baluze et Froben) sur l'absolue authenticité de ce concile : les actes en ont pu être altérés, mais non les signatures (*Conciliengesch.*, t. III, p. 662-4).

188 1er juin 794.

Concile de Francfort, contre le même.

VIII. De altercatione Ursione Viennensis episcopi et advocato Elifanto Arlatensis episcopi, lectae sunt epistolae beati Gregorii, Zozimi, Leonis et Simmachi, quae difinierunt, eo quod Viennensis ecclesia quattuor suffraganeas habere sedes deberet, quibus illa quinta praemineret ; et Arlatensis ecclesia novem suffraganeas habere deberet, quibus ipsa praemineret. De Tarentasia vero et Eberduno sive Aquis, legatio facta est ad sedem apostolicam ; et quicquid per pontificem Romanae ecclesiae definitum fuerit, hoc teneatur.

Patrol. lat., t. XCVII, c. 194. Cf. BOEHMER-MUEHLBACHER, *Reg. d. Karoling.*, 1880, p. 125-7. — La plus ancienne charte de l'Authentique du chap. d'Arles (f° 31, n° [illegible]) est du 23 mars 797 : « x. kal. aprilis, anno XXVIIII quod Karolus regnandi sumpsit exordium ».

JEAN II, 811-816.

189 811.

Testament de l'empereur Charlemagne.

Parmi les métropoles, objet de ses largesses, se trouve Arelas. *L'acte fut dressé en présence de onze évêques, dont celui d'Arles* Johannes.

EINHARDI *Vita Karoli M.*, c. 33. TEULET, *Œuvr. compl. d'Eginhard*, t. I, pp. 106, 112. Cf. BOEHMER-MUEHLBACHER, *Reg. d. Karoling.*, 1881, p. 183-4.

190 2 avril 812.

Diplôme de Charlemagne en faveur d'Espagnols.

... Jussimus Johanne archiepiscopo, misso nostro, ut ad dil. filium nostrum Ludoicum regem veniret et hanc causam ei per ordinem recitaret....

VIC et VAISSETE, *Hist. de Languedoc*, 1875, t. II, II, c. 74. Cff. BOEHMER-MUEHLBACHER, op. cit., p. 188 ; KRAUSE (Victor), dans *Mitth. Inst. oesterr. Gesch.*, t. XI, pp. 263, 285.

191 812.

THEODULFI, episcopi Aurelianensis,
Libellus de ordine baptismi.

Reverentissimo atque carissimo fratri Joanni episcopo, Theodulfus salutem. Praeceptum tuum, vir venerabilis Joannes, peregi, etsi non solerti efficacia, plena tamen obedientia. Praecepisti enim mihi, immo per te caritas praecepit ut quibusdam quaestionibus de ordine baptismi, a dno et glor. imperatore Carolo tibi transmissis, breviter et cito responderem, *etc*.

HUGO MENARDUS, *D. Gregorii papae Liber sacramentorum*, 1642, 2e part., p. 113-28, d'après un ms. de Corbie. Dans trois autres (Verdun, Dijon et Vatican), utilisés par SIRMOND (*Patrol. lat.*, t. CV, c. 223-40), au lieu de *Joanni* et *Joannes* on lit *Magno* et *Magne*. Cet évêque de Sens rédigea, sur l'ordre de Charlemagne, un court *Libellus de mysterio baptismatis* (*Patrol. lat.*, t. CII, c. 981-4) et la dédicace de Théodulphe lui semblerait plus naturelle. MABILLON a fait observer (*Vet. anal.*, t. I, p. 24 ; 2e ed., p. 76) que des exemplaires ont pu être inscrits à des personnages différents.

192 10 mai 813.

Concile d'Arles, sur la discipline.

Dum anno XLV. inclyti et orthodoxi domini et principis nostri Caroli imperatoris, sub die VI. idus maias, aera DCCCLI, unanimitatis nostrae conventus in Arelatensium urbe, in basilica Sancti Stephani martyris primi, adgregatus consisteret..., venerabiles missi gloriosiss. ac piiss. domini nostri, Joannes Arelatensis ecclesiae archiepiscopus, nec non et Nifridius Narbonensis sedis archiepiscopus, surgentes steterunt in medio concilii et dixerunt : *etc*.

SIRMOND, *Concilia*, t. II, p. 266. Cf. EINHARDI *Ann. Franc.* : « DCCCXIII... Concilia jussu ejus (Karoli imper.) super statu ecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, quorum... quintum Arelati congregatum est... » (TEULET, ouvr. cité, t. I, p. [illegible]. Cf. BOUQUET, V, [illegible] ; KRAUSE (V.), dans rec. cité, p. 286.

[Venerab. vir Benedictus, abbas Anianensis], caritatis amore ut plures faceret salvos, aliorum circuibat cellas, et eis regulae sanctae pandebat absconsa. Caritate itaque

plenus. Arelato cum quam pluribus episcopis, abbatibus, monachis per plures resedit dies, canonum decreta pandens, et beati Gregorii papae homelias enucleans ignorantibus....

[illegible] Anian., auct. Ardone seu Smaragdo discip., n. [illegible] (Mabillon, Acta ss. Bened., t. V, p. [illegible]).

193 Ravenne, 815.

Non post multum tempus, iratus Leo papa cum Martino antistite Ravennat[illegible], misit legatum suum in Franciam ad Ludovicum imperatorem, volens contra predictum Martinum agere pontificem. Tunc Ludovicus imperator consensit voluntati ejus, et misit Joannem Arelatensem episcopum, praecipiens illi ut iret cum Martino pontifice Romam, et ageret cum Leone papa. Qui predictus Joannes Arelatensis sedis antistes veniens Ravennam, et inito cum archiepiscopo consilio, coegit eum per fidejussorem ut jam dictus Ravennensis sedulus Romam iret... Post haec autem, expleta legatione, Arelatensis sacerdos ingressus est Ravennam et suscepit eum Martinus pontifex cum gaudio magno et alacritate multa....

Agnelli *Liber pontific. Ravennat.*, dans Muratori, *Rer. Ital. script.*, t. II, p. 182 (*Patrol. lat.*, t. CVI, c. 742-3). Cf. Krause (V.), dans rec. cité, p. [illegible].

194 Septembre 816.

Arrivée du pape Etienne IV en France.

Imperator, ejus adventu praecognito, Bernardo quidem nepoti eum comitari jussit. Sed et adpropinquanti alios missos, qui eum cum debito perducerent honore, direxit. Ipse autem adventum ejus Remis sustinere statuit. Cui etiam obviam Hildeboldum, archicapellanum sacri palatii, Theodulphum, episcopum Aurelianensem, Johannem Arelatensem, aliorumque copiam ministrorum ecclesiae procedere jussit, infulis indutos sacerdotalibus.

Astronomi *Vita Hludowici imper.*, c. 26 (Bouquet, *Recueil*, t. VI, p. [illegible]; voir la traduction des *Chroniques de St-Denis*, p. 140). Jaffé, p. 217 ([illegible]).

NOTON, *Noto*, *Notho*, 824-844.

195 Arles, 7 novembre 824.

Echange entre Noton, archevêque d'Arles, et le comte Leibulfe.

Quotienscumque initae fuerunt epistolae commutaciones, tante firmitate subsistunt quanta leguntur racio emptionis, vindictionisque forma testantur. Ideoque, cum in Dei nomen, per licentia dompni imperatoris, inter inlustrem virum Letibulfo comitem, etiam et inter virum venerabilem *Notonem archiepiscopo Arelatense*, una per consensu vel voluntate universorum clerum ipsius civitatis, ut de comutandas res inter eos habituras, que partes communis, in Dei nomen, tractaretur utilitas; sic hec donat atque commutat vel presente tradet Letibulfus comis, partibus Sancte Marie, et Sancti Stephani, vel Sancti Genesii, et ad Notonem archiepiscopum arum ecclesiarum: in pago Arelatense, infra agro Argentea, res proprias juri sui; id est in villa campo publico ecclesie, cum altares tres, que sunt in honore Sancte Marie, vel Petri, necnon et Sancti Jhoannis, cum secretario et cellas duas, cum curte et orto, arboribus pomiferis; de vinea ipsius ecclesie, modiatas XV; de terra laborativa, modiatas LX. Et in ipsa villa campo publico, dat Leybulfus domos duas, cum curtes et ortes duos. Et illa una casa, cum curte et orto, habet consortes, de uno latere Gundesinda; de alio latere Theufredo, et herede Martino; de uno fronte, Faraldo; et de alio fronte, Lana. Ille alter domus cum curte et orto habet consortes, ab uno latere et uno fronte, via que discurrit ad ecclesia Sancti Petri; ab alio latere, Lona prescripta; ab alio fronte, Treserico. Similiter donat infra ipso agro Argentea, ad ipsas ecclesias, in villa que dicitur Raunersa, casas duas; de orto, modiata I. Inter consortes, ab uno latere Anestesio, et ab alio latere Martino; ab uno fronte Adalsenda; et de alio fronte, via publica. Inibi dat vineas duas; et illa vinea una est inter consortes, ab uno latere, Dominico; ab alio latere, ex uno latere, Anestasio; et ab alio fronte, Martino. Et illa altera vinea est inter consortes, de uno latere, Sperandeo et Juliano; ab alio latere, Adroaldo; de uno fronte, Blicarda; de alia fronte, via publica. Iterum michi dat Laeybulfus comis, ad prescriptas, in villa que dicitur Gelaciane, casas duas, et vineas duas. Et ipsas casas, cum una ex illis vineis, est inter consortes, ab utrasque partes Vueroingoci et Adalsenda. Et illa alia vinea habet consortes, ab uno latere, Amantia; ab alio latere, Genesio; ab uno fronte, terra Sancti Martini; et ab alio fronte, Grimaldo. Et in villa que dicitur Occisione, donat Laeybulfus casas duas, cum ortos duos, inter consortes, ab uno latere et uno fronte, Rodfredo; ab alio latere, Archinaldo; ex alio fronte, via publica. Id similiter, infra ipsa Argentea, donat atque tradit sepenominatus Leybulfus, ad parte supradictis casis Dei, de terra laborativa, inter tria loca, qui vocantur Gaugiaco, Evericus et Occisione, modiatas quadringentas. Et illa terra ad Gaugiaco est inter consortes, ab uno latere, Anestasio et suis heredibus; ab alio latere, me ipsum donatorem et terra absentorum; ab uno fronte, via publica; et ab alio fronte, aquae ductum qui Penitentiae nominatur. Et illa alia terra que est in Ebericus, habet consortes, ab uno latere Rotfredo et Ansoaldo; ab alio latere, via que discurrit ad illa palude; ab uno fronte, terra absentorum; et ab alio fronte, via publica. Et illa terra ad Occisione, est inter consortes, ab uno latere, Anestasio; ab alio latere, via discurrente; ab uno fronte, terra Sancti Genesii; et ab alio fronte, terra Sanctae Mariae Ucietice. Et de ipsa terra, sunt de prata, modiatas XV. Donat pro pascuo, qui est in campo lapideo, in supradicto villa campo publico, de vinea modiatas VIII, inter consortes, ab uno latere, vineae jam dictae Sancti Petri; ab alio latere, Gondesinda; ab uno fronte, me ipso donatore, et heredes Dode; ab alio fronte, Martha et heredes Martino, vel exago commune, ac si quis alii sunt consortes. Sic taliter omnia suprascripta Leybulfus jam dicto Notoni archiepiscopo, pro commutatione, ad parte jam dictas casas Dei, presentialiter donavit, atque tradidit, perpetuo jure, ad habendum vel possidendum. Hae e contra,

dat ad vicem, atque commutat, vel in presente tradit Noto venerabilis archiepiscopus partibus Leybulfo comiti, aliqua particula de ecclesiarum rebus Sancte Marie, Sancto Stephano, vel Sancto Genesio ; in ipso pago Arelatense, insula urbana, suburbana ipsius civitati ; qui de utrasque partes circumdatur a Rodano flumen ; cum ecclesias duas, que sunt in honore Sancti Andreae, vel Sancti Vincenti ; et domus ad habitandum tres, cum mansiunculas modicas totidem tres ; et de vineas, modiatas XII ; de prato, modiatas VI ; de orto, modiatam I, cum arboribus pomiferis et in[pomi]feris, qui intra ipsa insula sunt ; de terra culta et inculta, modiatas XL. Et in loco, qui vocatur Rubinas, dat jamdictus episcopus ad supranominatum Leybulfum, casas VIII, ortos II ; de vinea, modiatas IIIJor. Et inlaterat ipsa vinea, de duas partes, in terra Sancti Genesii ; et de alia parte, in vinea lunari ; et de quarta partem, subjungit in amnum Rodani. Similiter donat, atque jure proprietario tradet de res aecclesiarum jamdictis, infra ipso pago, in loco qui vocatur Ferroniano, mansiones V, orto I ; de terra culta et inculta, modiatas CCLXX. Et habet ipsa terra consortes, de uno latere, terra Sancti Cesarii, vel Sancte Eulalie ; de alio latere, terra Sancti Genesii ; de uno fronte, Rodadum flumen ; de uno fronte, palude. Id namque modum dat prescriptus Noto archiepiscopus, ad sepe nominatum Leybulfum comitem, in territorio ipsius civitatis, in campo lapideo, pascuo de jamdictas ecclesias, qui dicitur Priminiano, ubi et puteus aque defossus esse dinoscitur, solidatas XII. Haec autem omnia, per licentia domini imperatoris, sicut supradictum est, Noto venerabilis archiepiscopus, de aecclesiarum rebus, per commutationem, proprietario jure, partibus Leybulfo, presentialiter tradet, ut perpetualiter ad proprio sibi valeat vindicare ; et quiquid ex inde agere, facere, vel judicare voluerit, sit illi plenissima, inviolabilisque potestas, ex presenti die et tempore. Unde spondent, atque promittent inter se ambe partes, ut non ipsi, non heredes, nec successores eorum, contra has presentes commutationes ambulare, nec refragare non debeant. Quod si qua pars hoc agere conaverit, sit pars qui neglexerit parti custodienti culpabilis ; et impleturus in vinculo pene, numerum auri libra I, et in antea, haec presentes commutationes eorum, omnique tempore, debeant perdurare firmitatem. Unde duae commutationes uno tenore conscripte, ad ipsis vero saltim robore, et testibus a se rogitis subterscriptas, vel firmatas, sibi ab hutrasque partes in invicem manibus tradiderunt, atque commutaverunt, ad perpetuam stabilitatem, in Dei nomen, perdurandum ; una cum stipulatione, et sponsione interposita, pro omni firmitate subnixa. Factas commutationes Arelato civitate, publice, sub die VII. idus novembris, anno XI. imperante domno nostro Hludovvigo. Et quot superius intimare debueramus, illas vineas in Raunessa, et in Gelatione, sunt modiatas X. — Signum Leybulfus, testis, et has comutationes fieri voluit, et fecit. — Rotardo teste. — Herini, tt. — Venatori, tt. — Ratgiso, tt. — Maurellus, tt. — Bernoinus. — Katolenus. — Rodfredus. — Gradoninus. — Aycardus. — Lanbertus. — Gairardus. — Adalmannus. — Maurus, levita. — Maurecello. — Dominico tt. — Exemplar ab autentico translatum fideliter.

A. Authentique du chap. d'Arles, f° 16, n° XVI. Le texte du Cartul. de l'abb. de Lérins (f° 150 v°), identique pour le fonds avec celui-ci, varie pour l'énumération des choses échangées, qui commencent ici par les biens remis par Noton : c'est le contraire dans cette copie (*Hist. de Languedoc*, 1875, t. II, II, c. 148 ; *Cartul. de l'abb. de Lérins*, 1883, p. 256).

196 Aix la Chapelle. 3 janvier 825.

L'empereur Louis le Pieux confirme l'échange précéd.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jhesu Xpisti. Ludovvicus, divina ordinante providentia, imperator augustus. Si enim ea, que fideles imperii nostri pro eorum oportunitatibus inter se comutaverint, nostris confirmamus edictis, imperialem exercemus consuetudinem ; et hoc, in postmodum, jure firmissimo mansurum esse volumus. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, industria, quia vir inluster Leybulfus comes, per Iddivinum, archicapellanum nostrum [1], nobis suggessit, ut liceret ei de quibusdam rebus proprietatis suae comutationem facere cum rebus episcopatus Arelatensis, ex beneficio videlicet suo. Nos itaque jussimus per nostras litteras *Notoni, archiepiscopo Arelatensi*, ut utrasque res respiceret, et si congruum atque utilissimum ambabus partibus esset, licentiam haberent inter se comutandi, et cartulas, sicut moris est, inter se faciendi. Veniens itaque predictus vir reverentissimus Noto in presentiam nostram, dixit se easdem comutationes pre manibus habere, asserens predictam comutationem congruam et utilissimam esse ; obsecrans tam ex parte sua quam ex predicti Leybulfi, ut super easdem comutationes nostrum fieri decerneremus preceptum. Cujus petitionem assensum prebentes, jussimus ita fieri sicut ipsi obsecrabant. Continebatur enim in eisdem comutationibus quod predictus Noto, una per consensum et voluntatem cannonicorum suorum, dedisset ex rebus episcopatus sui, de beneficio videlicet predicti Leybulfi, eidem Leybulfo, ad suum proprium ad habendum, aliquas res de ratione Sancte Marie, et Sancti Stephani, vel Sancti Genesii, in ipso pago Arelatensi, insulam suburbanam ipsius civitatis, que de utriusque partibus circumdatur a Rodano flumine, cum æcclesiis duabus ; et domos ad habitandum tres ; et aliis mansiunculis tribus ; et de vinea, modiatas XII ; de prato, modiatas VI ; de orto, modiata I ; de terra culta et inculta, modiatas XL. Et in loco qui vocatur Rubina, casas VIII, ortos duos, vinea modiatas IIII. Et in loco qui vocatur Ferronianus, mansiones V, ortum unum, de terra modiatas CCLXX. Et in territorio ipsius civitatis, in campo lapideo, pascua de supradictis æcclesiis, qui dicitur Priminianus, ubi puteus aque defossus esse dinoscitur, solidatas XIJ ; cum terminis et laterationibus earum ; sicut in prescriptis commutationibus continetur. Et in contra, in compensatione harum rerum, dedit predictus Leybulfus comes partibus supradictarum æcclesiarum Sancte Marie, et Sancti Stephani, vel Sancti Genesii, ex rebus proprietatis sue que sunt infra agrum qui vocatur Argenteo, in villa Campo publico, æcclesiam cum altaribus tribus, que sunt in honore Sancte Marie, et Sancti Petri, et Sancti Johannis, cum sepeltura et cellis duabus, cum curte et orto, et arboribus ; et de

1. Hilduin, abbé de Saint-Denis.

vineis, modiatas xv ; de terra arabili, modiatas LX. Etiam et in ipsa villa domos duas, cum curtibus et ortis. Et in villa que dicitur Raunesa, et in villa que dicitur Gelatiano, casas IIII, vineas III, et de orto modiatam unam ; et de alia vinea, modiatas x. Et in villa Ociana, casas II, ortis duobus. Et in villis que vocant Gaugiacus, Euricus et Hoccisianus, et in villa Campo publico, de terra modiatas quadringentas ; de vinea, modiatas VIII, cum terminis et laterationibus earum ; quemadmodum in eisdem comutationibus continetur. Unde et duas comutationes, sicut superius comprehensum est, pari tenore conscriptas, manibusque bonorum hominum roboratas, archiepiscopus Noto pre manibus se habere professus est ; sed pro integra firmitate, petierit Celsitudini nostre, ut ipsas comutationes denuo, per nostrum mansuetudinis preceptum, plenius, in Dei nomine, confirmare deberemus. Quorum petitionibus denegare nolumus, sed sicut unicuique fidelium nostrorum juste petentium, ita nos illis concessisse, atque in omnibus confirmasse cognoscite. Precipientes ergo jubemus ut quiquid pars juste et rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc nostram auctoritatem, jure firmissimo teneat atque possideat ; vel quiquid exinde facere voluerit, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi quiquid elegerit. Et ut hec nostra auctoritas firmior habeatur, et per futura tempora melius conservetur, de anulo nostro subter jussimus sigillari. — Durantus diaconus, ad vicem Frigdulgisi recognovi. Et data III. non. januarii, anno, Xpisto propitio, XI. imperii domini Ludovvici piissimi augusti, inditione III. Actum Aquisgrani, palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Authentique du chap. d'Arles, f° 19, n° XVII : « Exemplar precepti, licentia commutationis inter Notonem et Leybulfum. — Licentia imperatoris Ludoici ». Cartul. de Lérins, f° 123 ; *Cart.* impr., p. 259. Cff. SICKEL, *Acta Karol.*, pp. 147 et 327 ; BOEHMER-MUEHLBACHER, *Reg. d. Karol.*, p. 283-4.

197 16 mars 828.

Le comte Leibulfe et sa femme Odde font donation au monastère de Lérins des biens qu'ils tenaient de l'archevêque Noton. Ceteri firmatores : ...Noto episcopus,...

Cartul. de Lérins, f° 124. *Cartul.* impr., p. 262-5 (à 840 !) — Le 21 oct. 837, l'empereur Louis confirma au monastère d'Aniane « insulam suburbanam..., sicut quondam Leibulfus comes per auctoritatem nostram cum Notone archiepiscopo ex suo alode excambiavit... » (BOUQUET, *Rec.*, t. VI, p. 616).

198 23 mai 829.

Concile de Toulouse.

Constitutio... — Anno sexto decimo regnante domno nostro Hludowico, conventus episcoporum debet fieri in quattuor locis, id est... in Tolosa, Noto, Bartholomaeus, Adalelmus, Aiulfus, cum eorum suffraganeis.... Volumus etiam ipsorum conventum fieri octavas Pentecosten....

Epistola... — Statuimus atque decrevimus... conventus episcoporum in quatuor imperii nostri locis congruentissime fieri... Quarto etiam apud Tolosam urbem, quo simul conveniant Notho....

Mon. Germ. hist., Leg. t. I, p. 327 *(Patrol. lat.*, t. XCVII, c. 592-9). Cf. BOEHMER-MUEHLBACHER, *Reg. d. Karol.*, p. 303-4.

199 4 mars 835.

Concile de Thionville.

Hac scriptura [Ebbonis episc. Remen.] coram synodo prolata atque confirmata, confessus est ipse viva voce et dedit testes alios, exceptis judicibus, Nothonem archiepiscopum... Hi sunt episcopi qui confessionem... audierunt, in qua continebatur quod ipse Ebbo, pro quibusdam criminibus, quae confessoribus suis... Nothoni archiepiscopo confessus est... : ...Notho archiepiscopus....

HINCMARI Rhem. archiep. *De Praedestinatione Dei* dissert. post. *(Patrol. lat.*, t. CXXV, c. 389-90). Cff. BOUQUET, VI, 215, 254 ; VII, 558 ; BOEHMER-MUEHLBACHER, p. 346-7.

200 6 septembre 838.

Assemblée d'évêques à Quierzy-sur-Oise.

L'empereur Louis remet l'abbaye de St-Calais (Sancti Karilephi) *sous la dépendance de l'évêque du Mans Aldric.* Notho, Arelatensis archiepiscopus, subscripsit.

R. CHARLES et F. FROGER, *Gesta domni Aldrici*, 1889, p. 155.

201 Avant 14 octobre 843.

Réunion d'évêques à Germigny-des-Prés.

Noto, Arelatensis episcopus, huic privilegio subscripsi.

BOUQUET, *Recueil*, t. VII, p. 284-5.

202 St-Sernin près Toulouse, 19 mai 844.

Diplôme du roi Charles le Chauve en faveur d'Espagnols, qui, dum obsideremus Tolosam et moraremur in monasterio Sancti Saturnini, adeuntes serenitatis nostrae fastigia... ; quam rationem... fidelibus nostris venerabilibus, hoc est Notoni archiepiscopo..., investigare decrevimus....

BALUZE, *Capitul.*, t. II, c. 1444-5. BOEHMER, *Reg.*, 1556.

M. P. EWALD a accepté la date du 25 avril 851 pour la mort du prédécesseur de Rotland (*Neues Archiv*, t. V, p. 376, n. 7); elle ne paraît appuyée sur aucun document.

Saint ROTLAND, 852 ?-869.

203 852 ?

Lettre du pape Léon IV Lothario augusto. — Vestram humiliter majestatem precamur, ut pro amore sancti Petri ac nostro, vestreque animae mercede, Roliandum Arelatensem episcopum, qui magnum ad sacratissima apostolorum limina desiderium veniendi habet, venire sinatis, quatinus vobis jubentibus et vota sua, que Deo vovit, liberius compleat, eisque peractis ad mansuram cum omni animi devotione iterum sola[cia]nte Domino vestigia revertat(ur).

P. EWALD, dans *Neues Archiv* cité, t. V, p. 376 (d'après le ms. add. 8873 de Londres). JAFFÉ, 2621.

204 853/858.

Assemblée de Sermorens.

... Venientes religiosissimi et venerabiles patres inlustrissimaque societas comitum, solito more..., Salmoringam villam, quorum nomina sunt haec : ... Rotlannus Arelatensis archiepiscopus,... Trudbertus Adtensis episcopus, Arbertus Ebredunensis episcopus....

Cartul. de St-Maurice de Vienne, f° 40 r° (*Descript. anal.*, n° 99). Baluze, *Capitul.*, t. II, c. 1467-8.

205 6 septembre 854.

Diplôme de l'empereur Lothaire, qui prend sous sa sauvegarde l'abbaye de Cruas, quia Rotlandus, s. Arelatensis ecclesie venerabilis episcopus, cui monasteriolum in comitatu Vivariense, super amnem Rodanum situm, qui vocatus Crudatus, regendum gratia commisimus, detulit obtutibus nostris *un diplôme de son père Louis le Pieux.*

Bouquet, *Recueil*, t. VIII, p. 392-3. Cf. Boehmer-Muehlbacher, p. 434. — Le diplôme de l'emp. Louis était du 16 juil. 817 (Sickel, *Acta Karolin.*, p. 116-7).

206 8 janvier 855.

Concile de Valence, sur la prédestin. et la discipline.

... Cum ... reverentissimi trium provinciarum episcopi in unum collecti resedissent, id est Lugdunensium, Viennensium et Arelatensium, numero xiv, quibus praefuerunt episcopi metropolitani, videl. Remigius Lugdunensis, Agilmarus Viennensis, Rodlandus Arelatensis...

Rodlandus, ecclesiae Arelatensis episcopus, hanc synodalem definitionem subscripsi.

Sirmond, *Concilia antiqua Galliae*, t. III, p. 96.

207 863.

Lettre aux prélats du royaume de Louis le Germanique : Venerabilibus in Christo fratribus archiepiscopis et episcopis in regno eximii regis Hludovici constitutis, Theodgaudus Belgicae Gallicae primas, Guntharius Agrippin. Coloniae, Arduicus Vesontion., Rotlandus Arelatensis, Tado Mediolan. ecclesiarum archiepiscopi eorumque coepiscopi salutem et pacem orant et optant. — Diversis ecclesiam Dei perturbationibus concuti *etc.*

Labbe, *Concilia*, t. VIII, c. 762 3.

208 12 mai 864.

Lettre du pape Nicolas I à Rotland, archev. d'Arles.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, Rotlando archiepiscopo Arelatensi. Susceptis sanctitatis tuae litteris, totius humilitatis dono refertis, cunctarumque virtutum floribus redimitis, multiplices gratiarum cultus omnium bonorum auctori rependimus ; tuamque a multis retro temporibus erga sedem apostolicam agnitam devotionem plurimum commendamus, atque ut in hoc salubri proposito perseveret, fraternitatem tuam obnixius adhortamur. Sic enim sanctae conversationis pedem, quo tendere debeas, perspicacius cognoscere poteris, et supervenientia pravorum jacula praevidere et declinare liberius, revelante Domino, praevalebis, si in apostolicae sedis petra, more majorum, praesidium tuum locaveris, ejusque fidei doctrinis vel decretis arctius inhaerere contenderis ; quam ille sua sacravit sessione, quem Dominus ejus Christus Ecclesiae suae voluit primum et speciale retinere fastigium, quin et coelestis atrii delegit summum constituere janitorem, quod jam beatitudinem tuam strenue persequentem debitis attollimus omnino praeconiis, non solum in hoc, verum etiam in eo, quod apostolatum nostrum ad perseverantiam cohortaris. In quo enim tam manifeste nostrarum sanctionum et decretorum ostendere te poteris esse custodem, quam in eo quod nostram quoque soliditatem supra firmam petram fundatam, ut in his perseveret, studiosius animare procuras ? Quod autem deprecatur tua fraternitas, ut scrutemur, quales praedecessores nostri circa praedecessores tuos antiquitus fuerint, et postulas, ut liceat tibi rescripto cognoscere, utrum fidenter crebro litteris vel legatis non audeas (*lege*, nos audeas, Hard.) frequentare, et quaeque congruentia temporibus opportunis suggerere ; sciat beatitudo tua, nos bene cognoscere, quod praedecessores mei inter alia honoris beneficia praedecessores tuos adeo dilexerint, ut eis vices suas in illis partibus retinere consenserint, quemadmodum quinta refert sancta et universalis synodus. Tu vero, si promissa tuae dilectionis perfeceris, et nobis consentiendo, contra pravos quosque vel contra molestos nobis haerere contenderis, et a decretis deviare refugeris : noveris te deinde apostolatus nostri clypeo protegendum, et charitatis ac pietatis brachiis modis omnibus complectendum ; sanctam quoque Ecclesiam divinitus tibi creditam nostra sollicitudine et vigilantia, auctore Deo, per amplius et perfectius augmentandam. Mittere autem nobis legatos vel litteras tanto libere debetis, quanto charitas, qua circa sanctitatem tuam flagramus, quam latum mandatum psalmographus nuncupat, intra sinum amplitudinis suae omnes recipit, omnes fovet, et protegit proximos suos ; quia juxta apostolum Paulum « benigna est et omnia suffert ». Verum a charitate tua unum hoc necessario postulamus, scilicet ut cum aliquem ad apostolicam sedem miseris, studeat eum tua monere fraternitas, quatenus in redeundo non usquequaque festinus appareat ; eo quod omnium ecclesiarum Dei, sicut ipse nosti, cura constringimur, et cum undique ad sedem apostolicam multi diversa quaerentes confluant, efficimur tardi ad singulos, dum volumus benignitatem et dapsilitatem spargere per diversos. Illud autem valde placuit, unde etiam immenso tripudio exsultavimus, scilicet quoniam ab apostolatu nostro sciscitati quid tua sanctitas sequi debuisset, prudentissime decrevisti. Verum quamvis multa sint quae tibi mittere possemus : interim tamen quae in alia nostri apostolatus epistola beatitudini tuae intimamus, solum tuae solertiae sint pervigili cura sectanda, praecipuoque studio peragenda. Siquidem quae circa nos, circaque sedem Beati Petri, non est aliud signum devotionis tuae, quam polliceris, nisi obtemperantia et consummatio decretorum et definitionum nostrarum, qui licet indigni, per abundantiam tamen gratiae Christi, ipsius vicarii sumus. Data mense maii, die xii, indictione xii.

Patrologia latina, t. CXIX, c. [illegible]

209 20 juin 864.

2e concile de Pîtres (Eure).

Rodhlannus, episcopus ecclesiae Arelatensis, hoc privilegium firmavi et suscripsi.

D'Achery, *Spicilegium*, n° 27, t. II, p. [illegible].

210 3 août 865.

Serment du roi Lothaire II à Venderesse.

Hoc juratum est... in loco qui dicitur Vindonissa, die tertia mensis augusti, indict. XIII... Nomina episcoporum, in quorum praesentia et qui interfuerunt haec sunt : ... Rodlandus, archiepiscopus Arelatensis...

Annales Bertiniani, a. 865 (Bouquet, *Recueil*, t. VII, p. 90).

211 19 septembre 869.

Captivité et mort de l'archevêque Rolland.

... Rotlandus, Arelatensis archiepiscopus, abbatiam Sancti Caesarii apud Hludowicum imperatorem et Engelbergam non vacua manu adeptus, in insula Camaria nimis undecumque ditissima, in qua res ipsius abbatiae plurimae conjacent, et in qua portum Sarraceni habere solebant, castellum opere tumultuario de sola terra aedificans, audito Sarracenorum adventu, in illud satis inconsulte intravit ; et appellentibus ad ipsum castellum Sarracenis, amplius quam CCC suorum interfectis, ab eisdem Sarracenis est captus, et in eorum nave deductus est ac religatus. Unde CL libris argenti, et CL mantellis, et CL spatis, et CL mancipiis, praeter illa quae in placito data sunt, ad redemptionem ejus concessa sunt. Interea idem episcopus in navibus moritur XIII kalend. octobris. Sarraceni autem ingeniose accelerantes de redemptione illius, quasi non possent ibi amplius immorari, si illum vellent recipere, redemptores illius redemptionem pro eo dare accelerarent edicunt. Quod et factum est. Et Sarraceni, suscepta omni redemptione, miserunt eumdem episcopum sedere in cathedra indutum vestimentis sacerdotalibus, cum quibus captus fuerat : et velut pro honore deportaverunt eum in terra a navibus. Redemptores autem illius volentes cum eo colloqui, et congratulari ei, invenerunt eum mortuum. Quem cum maximo luctu exportantes, sepelierunt eum X kalendas octobris, in sepulchro quod sibi ipse paraverat.

Ann. Bertin., a. 869 (Bouquet, t. VII, p. 107 ; voir la traduction [illegible] p. [illegible]).

« A Saint-Honorat, les catacombes abritaient sept tombeaux, d'origine chrétienne ou païenne, et que la tradition attribuait à de saints personnages d'Arles : saint Genès, sainte Dorothée, saint Virgile, saint Hilaire, saint Roland, saint Concorde, saint Eonius » (Edm. Le Blant, *Etude sur les sarcophages chrétiens antiques de la ville d'Arles*, 1878, p. 1). — Voir aussi *Officia propria ss. Arel. eccl.*, 1656, p. 57 : « Rotlandi et aliorum pontificum beatissima corpora in ea aut in crypta subtus altare sita requiescere ». — Cf. n° 3 (c. 7).

ROSTANG I. *Rostagnus*, 871-920 ?

Moine d'Aniane, il fut abbé de Goudargues (depuis 866), d'Aniane et de Cruas, qu'il garda durant son épiscopat.

212 Arles, 11 mars 871.

Accord entre Rostang, archevêque d'Arles, et des particuliers.

In nomine Domini. Convenientia seu promissio, qualiter convenit inter venerabilem in Xpisto domino nostro *Rostagno*, gratia Dei *archiepiscopo Arelatensis ecclesie*, necnon et aliquos homines Benedicto et uxoris sue Richildis, una pro consensu et voluntate Arelatensis ecclesie, de vinea que est racione Sancte Marie, necnon et Sancti Stephani protomartiris, que sita est in pago Arelatense, in agro Argentea, in villa Campo publico, ubi vocant Gaudiuco : hoc sunt modiatas IIJ, et sextariatas XII. Et est ipsa vinea in terra consortes ; de uno latus, terra Sancte Marie ; et de alio latus, Aimerado ; et de uno fronte, Gunberga ; et de uno vero fronte, via publica ; ac si qui alii sunt consortes. Pro tali conventu, ipsi predicte homines ipsam vineam accipere debent, ut a bono studio, laborare, propagare, fodere, et fossa dare studeant ; ea vero ratione et ipsi suprascripti homines, et filii eorum, ipsum fructum de ipsa vinea, cum auctoriis Sancte Marie et Sancti Stephani, equaliter dividant. Et placuit inter eos atque convenit, ut ipsum avocatum, tempore vindemiarum, qui ipsum fructum ad parte jamdicte ecclesie recolligent, ipsi erede predicti homines pascere debeant ; et ipsum vinum qui ad parte dominica exierit, usque ad ipsum cellarium dominicum, salva custodia, deportare. Et post earum discessu, absque ullo prejudicio, partibus Sancte Marie et Sancti Stephani, sub omni integritate, ipsa vinea, cum eorum superposita, revertatur. Unde et nobis pena inserere placiat, ut non nos, non successores nostri nec ulla opposita commentitiave persone, contra presentem convenientiam seu promissiones nostras ambulare, nec refragare non debeamus. Quod si qua pars hoc agere conaverit, aut de ista omnia que superius scriptum est, apparuerit, sit pars qui neclexerit parti custodienti culpabilis, et impleturi in vinculo, una cum sacratissimo sociatoque fisco, pene numero, argenti sol. X ; et in antea hec presens convenientia, in Dei nomen, omnique tempore, in sua perduret firmitate. Facta convenientia in Arelate civitate, publice, V. idus marcii, anno VIII, regnante Lodoico imperatore. Rostagnus sancte Arelatensis ecclesie humilis episcopus. Leventus, humilis prepositus Arelatensis, fir[mavit]. — Johannes, humilis episcopus. Garnerius, humilis abba, fir. — Drogo, humilis levita. — Sperendeus presbiter fir. — Poncius, humilis presbyter, hanc convenientiam rogatus scripsit.

Arch. des B.-du-Rh. Authentique du chap. d'Arles, f° 15, n° 35.

213 14 déc. 872/mai 873.

Lettre du pape Jean VIII Rostaino episcopo : ... fraternitas tua, auctoritate nostra suffulta, suffraganeos suos episcopos praesentialiter convocet, *au sujet d'un rapt.*

Patrol. lat., t. CXXVI, c. 940 ; N. *Archiv*, t. V, p. 301. Jaffé, 2968 (2586).

214 Arles, 27 mai 874.

Sentence arbitrale de Rostang, archevêque d'Arles, entre son prévot et un autre prêtre. De Ugio.

Ecclesiastici moris inolevit decretum, ut inter ecclesiarum dispositores, majores minoresve quoslibet, si aliqua exoriatur controversia, episcopi censura et arbitrio, juxta liquide definiatur. Unde inter prepositum Arelatensem Nivardum, et pbrm. Ugiensem Lupursellеum, ex ecclesia Licensii orta contentio non prius finitive potuit determinari, donec ante magnificum *Arelatensis sedis archiepiscopum Rostagnum*, hujusmodi negotium deduceretur, ventilaretur, et discuteretur. Nam cum, eo tempore, jam dictus prepositus, beneficiali jure, Ugiensem ecclesiam regeret, quo Lupursellеus ex eadem pbr. justo rationis modo esse jubebatur, exhactio census per ipsum habeo in decem denariorum sol. fiebat. Presbiter autem non plus quinque se reddere debere protestabatur, quia jamdicta ecclesia, et barbarorum impetu depopulata, et nec satis, nec cannonica institutione dotata probabatur. Cum autem et hanc causam diligenter investigans prescriptus venerabilis archiepiscopus ita esse comperisset, delegavit in supra dicta ecclesia censum, neque in decem, ut unus exigebat, neque in quinque, ut alter testabatur, sed in septem solidis, sua deliberatione, in perpetuum censuit esse mansurum. Rogans etiam per Deum, et propter Deum, successores suos, ut id ita deinceps manere inconcusse permittant, nisi jam dictam ecclesiam, melius quam modo sit, canonice dotare et valuerint et voluerint. Unde et hanc scripturam sue auctoritatis, ex eadem deliberatione constituit fieri, et venerabilibus manibus suis subscribere, canonicorumque suorum subscripcione, et roboratione persancxit confirmari. Actum Arelato civitate, publice, vi kal. junii, anno Incarnationis dominice DCCC.LXXIIIJ, regnante sive imperante domino nostro Luduvico, anno x in Provincia, indiccione vii. Una rasura interposita. Sig. Leo presbiter consensisse subscripsit. Sig. Lantarius tamen indignus diaconus, et viiii alii viri firmaverunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 67 v°, n° lxxvi.

215 Après 20 juin 875.

Concile de Chalon-sur-Saône, en faveur de Tournus.

Rodsteignus, sanctae Arelatensis ecclesiae, consensi et subscripsi.

Labbe, *Concilia*, t. IX, c. 276.

216 Ponthion, juin 876.

Fondation de l'abbaye de Charlieu.

Rostagnus, Arelatensis ecclesiae episcopus.

Severt, *Chronol. antist. Lugdun.*, p. 186. Labbe, *Conc.*, t. IX, c. 1261-3.

217 30 juin 876.

Concile de Ponthion, Pontigonis.

Rostagnus, sanctae Arelatensis ecclesiae humilis episcopus, subscripsi.

Labbe, *Conc.*, t. IX, c. 289. Baluze, *Capit.*, t. II, c. 244.

218 11 mai 878.

Arrivée et séjour du pape Jean VIII à Arles.

Bulle de ce pape en faveur de l'abbaye de Saint-Gilles (21 juil. 878) : ... Cum Arelatem maritimali itinere, pro universarum ecclesiarum Dei negotio, veniremus...; sed Rostagnus Arelatensis archiepiscopus... et alii episcopi Provinciae... mox cognoverunt... et dixerunt...

Patrol. lat., t. CXXVI, c. 789 ; Goiffon, *Bull. de l'abb. de St-Gilles*, 1882, p. 6-7. Jaffé, 3176 (2395). Les mêmes termes se retrouvent dans le décret du 18 août suiv. (n° 224).

Joannes papa [VIII]... Roma exiit et navigio Arelatum in die sancto Pentecostes appulit, suosque nuncios ad Bosonem comitem misit [1] et per ejus auxilium usque Lugdunum venit...

Hincmari *Annales*, a. 878, dans Pertz, *Mon. Germ. hist.*, Script. t. I (*Patr. lat.*, t. CXXV, c. 1287). *Cf.* Orderici Vitalis *Eccles. hist.* lib. vii (éd. Le Prevost, t. III, p. 142).

Johannes... pro utilitate omnium aecclesiarum Dei et praecipue Gallicanae aecclesiae Arelatem maritimali itinere devectus est.... Tunc Rostagnus, Arelatensis archiepiscopus, *etc.*

Liber pontificalis de Pierre-Guillaume (éd. Duchesne, t. II, p. 221). Jaffé, p. 399 (272-3). Voir Marseille, n° 54-5 (*Patr. lat.*, t. CXXVI, c. 647-9).

219 Mai 878.

Jean VIII nomme Rostang son vicaire dans les Gaules.

Reverentissimo et sanctissimo fratri Rostagno, archiepiscopo Arelatensi. O quam bona *(toute la suite copiée littéralement dans le Regeste de s^t^ Grégoire le G^d^ ; voir n° 164)*... Itaque fraternitati tuae vices nostras in ecclesiis quae sub regno Galliarum sunt juxta antiquum morem, Deo auctore, committimus, singulis quidem metropolitis secundum priscam consuetudinem proprio honore servato. Pallium quoque concessimus, quo fraternitas tua decoretur. Sicubi autem longius episcoporum quisquam pergere forte voluerit, sine tuae sanctitatis auctoritate ei ad loca alia transire non liceat. Si qua vero inquisitio de fide, vel fortasse aliarum rerum inter episcopos causa emerserit, quae discerni difficilius possit, collectis duodecim episcopis ventiletur atque decidatur ; sin autem decidi nequiverit, discussa veritate, ad nostrum judicium referatur. Proh dolor ! Cum in Galliae partibus essemus, inter caetera unum valde prohibendum invenimus : metropolitae, antequam pallium a sede apostolica suscipiant, consecrationem facere praesumunt ; quod antecessores nostri et nos canonico decreto ne fieret interdiximus. Unde, fraternitatem tuam per Galliam nostram vicem tenentem hortamur, quatenus super hoc sollicitudinem habeas, et ne istud adoleat auctoritate prohibeas, et ut secundum antiquum morem quaerere festinent moneas, incites atque praecipias. Et si ipsi obediant, necne, nostro apostolatui super omnia renunties, si potes, in nativitate apostolorum, aut per vos, aut per nostrum legatum aliquem certis litteris intimare non differas. Omnipotens autem Deus sua vos

1. Aimoin : exiit, ferens secum preciosissimas reliquias, et cum Formoso episcopo Portuensi nuncios m.

protectione custodiat, honoremque perceptum vos in moribus servare concedat.

Patrol. latina, t. CXXVI, c. 775-7. Jaffé, 3148 (2371).

220 Mai 878.

Lettre du même omnibus... episcopis et fratribus per Gallias constitutis, *reproduction textuelle du n° 165, sauf changement du nom de l'évêque d'Arles.*

Patrol. latina, t. CXXVI, c. 777-9. Jaffé, 3149 (2372). Cette identité a fait élever des doutes sur l'authenticité de ces deux pièces.

221 10 juin? 878.

Le même Rostagno venerabili archiepiscopo Arelatensi. Quia omnipotentis Dei miseratione universalem synodum sumus celebraturi in proximo, te omnesque tuos coepiscopos suffraganeos volumus, auctoritate apostolica admonemus, expresseque mandamus, ad hanc, omni postposita occasione, quantocius presentare, exceptis eis obstaculis quibus remorandi licentiam sacri canones tribuunt. Alias, quod non optamus, quicumque se a tanto hac vice collegio subtraxerit, particeps de reliquo nostre communionis esse nullatenus valebit. Data ut supra...

Patrol. latina, t. CXXVI, c. 780. Jaffé, 3154 (2381).

222 10 juin 878.

Autre lettre omnibus venerabilibus episcopis suffraganeis coepiscopi et confratris nostri Rostagni Arelatensis.

Notum sit omnium sanctitati quia, Domino opitulante, pernecessariam universalem synodum sumus celebraturi, ad quam mox [ut] vos predictus archiepiscopus vester apostolatus nostri litteris convocaverit, omni postposita occasione, obedientiae vicino gressu occurrere satagatis. Quoniam, sicut in communi conventu, gratia Xpisti duce, paternis parentibus jussis erit exaltatio, ita, quod non optamus, subtrahentibus se ab hoc magno collegio est subsecutura confusio. Universalem synodum celebraturi sumus apud urbem Lingonensem, sexto nonas junias (*lire* julias). Otteramo, archiepiscopo Viennense. Aureliano, archiepiscopo Lucdonense. Rotberto, archiepiscopo Aquense. Teutrando, archiepiscopo Tarentasiensi. Siquibbodo, archiepiscopo Narbonensis. Aribberto, archiepiscopo Eberdunensi. Data ut supra (IV idus junii, ind. XIX).

Arch. Vatic. Reg., t. I, f. 59. *Patrol. lat.*, ib., c. 780. Jaffé, 3155 (2382).

223 11 août 878.

Concile de Troyes, in ecclesia S. Petri.

Actio II... Post haec exsurgens Rodstagnus venerabilis episcopus Arelatensis, libellum obtulit sanctae synodo. Quo perlecto, inventum est de saltu migrandi de ecclesia ad ecclesiam, episcopis vel presbyteris, et de conjugio relicto, adhuc uxore vivente, et alia superducta. — *Le concile fit un décret sur les deux points.* — Laicorum quidam, sortitis primo legaliter conjugiis, postposito Dei timore, secundi vel tertii, adhuc uxore vivente, conjugii copulam contrahunt. De quibus Otilo quidam intra parochiam Rostagni, Arelatensis episcopi, et Eooldus intra Ottranni Viennensis archiepiscopi, talia fecisse multorum fama refertur.

Rostagnus, Arelatensis archiepiscopus, subscripsi.

Sirmond, *Conc. ant. Galliae*, t. III, p. 474.

224 18 août 878.

Privilège du pape Jean VIII ou plutôt décret du concile de Troyes en faveur de l'abbaye de St-Gilles. — ... Rostagnus, Arelatensis archiepiscopus, firmat.

Patr. lat., t. CXXVI, c. 792-5. Goiffon, *Bull. de l'abb. de St Gilles*, p. 11-6. Jaffé, 3179 (2397).

225 Septembre? 878.

Lettre du pape Rostagno ven. archiepiscopo Arelatensi et Sigebodo Narbonensi, *les chargeant de juger le différend survenu entre Ratfred, évêque d'Avignon, et Walfred, évêque d'Uzès.*

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon.

226 14 juin 879.

Lettre du même Rostagno archiepiscopo Arelatensi, Sigibodo archiepiscopo Narbon. et Roberto archiepiscopo Aquensi, a paribus, ... ut vice nostra cum confratribus et coepiscopis nostris junctis [Gilbertum] Nemausen. episcopum ad commune colloquium convocetis, *le menaçant d'excommunication s'il ne cesse de dépouiller l'abbaye de St-Gilles.*

Patrol. latina, t. CXXVI, cc. 845 et 847. Jaffé, 3264 (2483).

227 15 octobre 879.

Concile de Mantaille en Dauphiné.

Rostagnus Arelat[ensis archiepiscopus].

Bouquet, t. IX, p. 305. *Cartul. de la cathédr. de Grenoble*, 1869, p. 267.

228 Vers 881.

Boson, roi de Provence, confirme à Rostang, archev. d'Arles, la possession de l'abbaye de Cruas.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Boso, divina favente clementia, rex. Si peticionibus servorum Dei, quibus pro commisso sibi officio suggesserint, aurem clementiae nostrae libenter impertimus, regum predecessorum nostrorum morem imitari cognoscimus, et ob id nobis Deum propiciari nullatenus diffidimus. Quocirca, noverit omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium, tam presentium quam futurorum, nostrorum quoque solercia, quia adiit presentiam nostram *Rostagnus*, venerabilis *Arelatensis archiepiscopus*, defferens obtutibus nostris auctoritates predecessorum nostrorum, Lotharii videlicet quondam augusti, atque piissimi filii ejusque aequivoci illustrissimi regis, ubi continebatur qualiter idem predecessores nostri monasterium in comitatu Vivariensi super Rodanum fluvium situm, quod Cru-

datis dicitur, cum monachis ibidem Deo militantibus, omnibusque rebus ac famulis inibi aspicientibus vel pertinentibus, Rotlanno reverendo quondam predecessore suo, Arelatensi scilicet archiepiscopo, contulerunt ; humiliter poscens ut easdem auctoritates nostro regali corroboraremus precepto. Cujus non spernendam peticionem, propter eternam retributionem, libentissime suscipientes, hoc serenitatis nostrae preceptum fieri censuimus ; per quod jubendo statuimus, ut presens rector ejusdem monasterii Amicus nomine, omnesque successores ejus, cuncti insuper monachi amodo ibidem Deo militaturi, cum omnibus rebus ac familiis, sub tuicione consistant Rostagni, praesulis Arelatensis, universorumque sequacium ejus in eadem sede sancta, ob honorem Domini, Stephano protomartyri sacerrimo, pariterque primo ipsius urbis antistiti Trophymo serviturorum. Precipimus quoque ut nullus judex, nulla quelibet persona ex judiciaria potestate, ad causas audiendas vel freda exercenda, aut homines eorum tam ingenuos quam servos distringendos, ullo umquam tempore ibidem ingredi audeat ; sed liceat prefato pontifici res supradicti monasterii quieto ordine possidere. Itaque, ut haec nostrae auctoritatis statuta firmiorem in Dei nomine obtineant vigorem, manu propria subter firmavimus, et anuli nostri impressione asignari jussimus. Signum [*monogramme*] Bosonis, serenissimi regis. Stephanus cancellarius.

Authentique du chap. d'Arles, f°s 2 (n° II) et 46 (n° XLV). Je date de 881, à cause du chancelier Etienne, qui se retrouve dans une des rares chartes de Boson, datée de cette année (Bouquet, IX, 671).

229 882.

Rostang fait restaurer le tombeau de saint Césaire.

Voir le texte plus haut, n° 133. D'après l'indiction, la correction dans le millésime semble devoir se borner à changer le premier I en X.

230 17 novembre 886.

Concile tenu au Port, entre Maguelonne et Nîmes.

Adfuere autem Rostagnus Arelatensis ... archiepiscopi,...

Sirmond, *Conc. ant. Galliae*, t. III, p. 522. Voir Marseille, n° 59.

231 Fin août 890.

Concile de Valence, où Louis succéda à Boson.

Domnus Rostagnus, urbis Arelatensis archiepiscopus.

Sirmond, *Conc. ant. Galliae*, t. III, p. 529.
Le n° XXVII de l'Authentique du chap. d'Arles (f° 28) doit être du 30 oct. 895, bien que la date en soit douteuse : « III. kal. nov., anno 1°. v. regnante Lodoico rege filio Bosoni ».

232 Février 891/900.

Donation à Rostang, abbé de Goudargues et évêque.

Sacrosancta Dei æcclesie Sancte Marie virginis, que est constructa in monasterio Gordanico, in pago Uzetico, in vicaria Planzes, ubi vir venerabilis *Rostagnus* gratia Dei *episcopus et abbas*, cum monachis ibidem Domino famulantibus, preesse dinoscitur. Ego igitur, in Dei nomine, Asterius, et uxor mea Suffizia, cedimus ad jam dictum locum, aliquid de rebus nostris que sunt constitute in pago Vivariensium, in vicaria Legernatense, in villa que dicitur Trignanto, et in villa que dicitur Buxeria. In ipsas villas jam dictas cedo ego Asterius, et uxor mea consentiens, ad casa Dei jam dicta, quantum visi sumus habere, et antea adju[v]ante Domino, adquirere potuerimus. Et de manu episcopum et abbatem Rostagnum, pro ipsas res accipimus alias, qui sunt constitutas in pago Vivariensium, in vicaria Legernatense, in villa que dicitur Triez ; res quas Helnus dedit Sancta Maria, totum et ab integrum, sicut Elnus dedit Sancta Maria. Ea vero ratione, ut dum ego Asterius et uxor mea Suffizia vivimus, usum et fructum possideamus ; et si prolem habuero de ista muliere jamdicta, ipse infans istas res teneat sicut sanctuarias. Post obitum quoque nostrum, et post obitum filiorum, ipsas res ad locum predictum permaneant, sine ulla tarditate ; et persolvamus per singulos annos in vestitura, de cera valente denarios VIII. Sane si quis, ego, aut uxor mea, aut ullus propinquus noster, vel ulla admissa persona, qui contra cartam istam ire, agere, inquietare voluerit, non valeat vindicare quod reppetit ; sed ira Dei incurrat, et omnium sanctorum ejus ; et postea carta ista obtineat firmitatem omni tempore. Facta est sub die martis, in mense februario, regnante Ludoico rege. — Sign. Asterio et uxori sue, qui scribere jusserunt et rogaverunt firmare, manus eorum firma. — Sig. Sigilbertus firm. — Rainardus. — Sigiramnus. — Marinus. — Abonis. — Gaucerannus, levita, s.

Authentique du chap d'Arles, f° 69, n° LXXVIII : « De Gordanico ». Fragm. dans Vic-Vaissete, *Hist. de Lang.*, t. II, pr. c. 41 (à 900).

233 6 juin 897.

Testament de Rostang, archevêque d'Arles.

In nomine sancte et individue Trinitatis, *Rostagnus*, sancte ecclesie *Arelatensis episcopus*, omnibus episcopis, ecclesiarumque rectoribus, ac publice rei prefectis presentibus pariter atque futuris, simulque omnibus successoribus nostris gratiam, pacem et misericordiam ab ipsa individua Trinitate. — Seculi primum originale peccatum dum cuncta auferret speciosa mundi, ipse inventor peccati sub eodem vinculo corruptionis prosequi non desinit usque presentem diem, unde et nunc diversa loca sanctorum, olim pulchra modo apparenti deserta ; nos autem ea que leguntur considerantes, et audita comprobantes, pariter et que se ostendunt intuentes, ac decessorum nostrorum perscrutantes memoranda facta, qui semper ecclesiasticam rem pie augmentare studuerunt, ut nostri sit pius Dominus memor, secundum nostram capacitatem imitari volumus. Dominus igitur ac summo cum honore nominandus Cesarius presul, cujus successores licet immeritissimus, ob Dei reverentiam et suam sacram memoriam monasterium in honore Beati Johannis Baptiste ceterorumque sanctorum construxit infra muros civitatis Arelatensis, ut virgines ibidem consecrate lege famulatu ejus interventu omnipotenti Deo, qui virginitatem consecravit, offerent, oppressione tamen Paganorum seviente ipsius loci unde Deo sacrate sustentabantur deserte facte sunt, sicut et

multe alie : nos autem pro remedio anime nostre, secundum nostram possibilitatem consulentes necessitati illius loci, simul et compatientes ut trina majestas semper ibidem colatur et sint dni Cesarii predecessoris nostri firma per decreta omnia, ipsas res quas idem locus possidere videtur a sepe dicto dno Cesario et a predecessoribus nostris ibidem condonatos transfundimus, et alias res quas et nos et alii episcopi qui ante nos fuerunt, suis usibus delegaverunt, ut nostro successorumque nostrorum tempore sit locus firmiter stabilitus et constructus.

Donamus igitur et que in presenti transfundimus terram domini Cesarii, que est in ripa Rhodani fluminis, ab illo loco qui aspicit ecclesiam Sancti Martini sitam supra braciolum predicti fluminis et pervenit usque ad columnas que jacent in via publica, usque in paludibus et usque aqueductum, qui videtur super ecclesiam Beati martyris Genesii. — Quicquid autem a terminatione et Rhodano fluvio, et paludibus et porta Lutosa et muro civitatis et porta Sancti Johannis, et predicto aqueducto concluditur que sepe dicti Cesarii fuerunt, et suis usibus predecessores nostri delegaverunt, et nos post illos tam in terris quam in casalibus sive hortis, vel que dicuntur aut videntur ibi, totum et ad integrum transfundimus ab hodierna die et in reliquum ad stipendium ancillarum Dei servientium in monasterio a dicto beato ordinato, exceptis suis que dederunt antecessores nostri sacrario Beati Stephani ad nostram ecclesiam, et quod dederunt preposito vel presbyteratui Sancte Marie, ubi prefatus senior corpore sepultus vivit cum gloria, que sunt in totum modiate triginta. Donamus etiam et in alio loco ex eadem terra Sancti Cesarii vinearum modios viginti septem, que site sunt in agro Triphontio, in villa que dicitur Secundus superior, que iis terminibus distinguntur : est de uno fronte terra Sancti Julliani, de alio vero fronte et uno latere ipsius Sancti Cesarii, et in alio latere via publica. Similiter et in alio loco de terra Sancti Genesii concedimus modia sexdecim, quarum terminatio est : de uno fronte consortes Hories et Joncatas, in uno latere ex agro publico, et in alio fronte Elisei ejusque heredibus, in latus vero aliud terra cum vinea prefati domini Genesii ; redimus etiam et olivetum quod est contra monasterium subtus civitatem. — Itaque humiliter deprecor omnem sanctitatem qui michi indigno digne successerint, ut hec que nunc digno amore predictis consignavimus in locis, firma ei inconcussa vestris dignemini conservare temporibus. — Alligationem autem vel juramenti interpositionem huic operi superfluum inserere judicavimus, absque ambiguitate fidentes nullum fore inposterum qui hanc saluberrimam delegationem vel donationem a nobis factam interrumpere aut contradicere conetur ; et sicut nos predecessorum nostrorum statuta juxta vires nostras servari studuimus, ita etiam vestre non ambiguimus existere voluntatis quod posteri vestri nostra decreta vel constituta inviolata conservent : unicuique enim alterius factum propter loci reverentiam convenit observari. Hic autem que statuimus conservantes, vestram sanctissimam incolumitatem memorem Jhesus Christus Dominus noster omnipotens prestet placere sibi. † Rostagnus, sancte Arelatensis ecclesie humilis episcopus, hoc testamentum fieri jussit. — Raynardus, sancte Cavilonensis ecclesie humilis episcopus, presens fuit et firmavit. — Arnulfus, exiguus omnium sacerdotum, hoc testamentum relegi jubente domino Rostagno. — X. Wigo humilis minister, Aicardus presbiter, Sperendus presbiter, X. Adelardus presbiter, Vuandelmarus presbiter, Golmarus presbiter, Blandulfus presbiter. — Ego Robertus infirmus monachus et sacerdos, jubente domino Rostagno, testamentum mense junio, die dominico, VIII idus, anno ab Incarnatione Domini ottingentesimo nonagesimo septimo, indictione decima quarta, regnante domino Ludovico rege anno sexto, [scripsi].

Publ. par M. Jacquemin, dans la *Revue d. sociét. savantes*, 1868, 4e sér., t. VII, p. 203-5, d'après une copie de Laur. Bonnemant, prise sur un extrait d'Hect. Saxi « ex archivis ejusdem [S. Caesarii] monasterii et quodam libro privilegiorum et documentorum ejusdem. »

234 Avignon, 898.

Concession d'un manse au prêtre Rigemond, par le roi Louis, à la prière de quidam venerabilis sanctae Arelatensis ecclesiae archiepiscopus, nomine Rostagnus, nosterque fidelis, nostram strenue adiens excellentiam...

Bouquet, *Recueil*, t. IX, p. 680. Boehmer, *Reg. Karol.*, n° 1454. Devenu empereur, Louis confirma sa donation en 903 (Boehmer, n° 1471).

235 13 juin 902.

Concile d'Azille, Atillianum, Azillanum.

Cum... pro diversis commoditatibus sanctae matris ecclesiae venerabilis archiepiscopus Rostagnus, videlicet Arelatensis cathedrae,... consideremus...

Vic-Vaissete, *Hist. de Languedoc*, 1875, t. V, c. 109-11.

236 Arles, 21 avril 904.

Concession du fisc du Pin à Magne, abbé de St-Victor de Marseille, par l'empereur Louis, quoniam Rostagnus metropolita et Teubertus comes, nostram adeuntes excellentiam, ennixius postularunt,...

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 11. Boehmer, n° 1473.

237 Arles, 25 décembre 904.

Donation à Ste-Marie et à St-Castor d'Apt, par Vido...; in consilio vocavit dno a seniori suo Rostagno, archiepiscopo Arelatensi... Facta carta... in Arelato civitate, publice, VIII. cal. januarii, anno quarto regnante et imperante domino Ludovico feliciter. — Rostagnus, humilis episcopus sanctae Arelatensis ecclesiae, hanc cartam donationis roborando firmavit.

Bibl. de Lyon, ms. 121. Cartul. de l'égl. d'Apt, ch. 109.

238 Varennes, 905 (898 !)

Notitia *de la reine Ermengarde en faveur de l'abbé de Gigny* (*Jura*). — S. Rostagnus archiepiscopus Arelatensis.

Mabillon, *Acta*, t. VII, p. 71. Bouquet, *Recueil*, t. IX, p. 663-4.

239 4 avril 911.

Diplôme de l'empereur Louis en faveur de Foucher, évêque d'Avignon, quod Ugo dux et glor. comes necnon et Bozo frater suus sive domnus Rostagnus archiepiscopus petierunt....

Bouquet, *Recueil*, t. IX, p. 685. Cf. Boehmer, n° 1478.

240 Vers 913.

Après l'assassinat d'Arnuste, archevêque de Narbonne, le clergé et le peuple demandèrent conseil à Rostang. Il se rendit à Agde et, de concert avec Amèle, évêque d'Uzès, élut le neveu de celui-ci, Gérard, comme successeur d'Arnuste ; de là il se rendit à Narbonne pour le mettre en possession contre Agio, nommé par les évêques de la province.

Gallia christ. nova, t. VI, c. 24 5.

Le n° xxiv de l'Authent. du chap. d'Arles (f° 25), daté « iii nonas octobris, anno xxv. regnante Ludovico et imperante filio Bosoni rege », doit être du 5 oct. 914. Il y a sans doute lieu d'en rapprocher le n° suiv. xxv (f° 26), donné « iii kal. novemb., anno regnante et imper. Ludoico rege, filio Bosoni, indictione , feliciter ».

241 Arles, janvier 920?

Rostang, archevêque d'Arles. De Camargas.

In Dei nomen. Convenientia seu promissionis, qualiter convenit virum venerabilem dominum nostrum *Rostagnum*, gratia Dei *sancte Arelatensis æcclesiæ* Sancti Stephani, necnon et aliqua femina Eldegalda, Deo devota, una per consensum et voluntatem congregationi ipsius æcclesiæ Sancti Stephani. Noscitur quomodo convenisset inter illos de terra egresta. Venit Gantelmus ante domino nostro Rostagno et canonicis, in sacrario, venit, et sic se proclamabat, de suo beneficio erit. Eldegarda in presens stetit, et dicebat, non. Et dicebat Rostagnus : Eldegarda, si te adjuvet Deus, si me adjuvet Deus, et istas reliquias sancti Salvatoris ; plus justum debitum est Sancto Stephano et canonicis, nec Gantelmo, nec nullo beneficio, si me adjuvet Deus, et istas reliquias sancti Salvatoris. Et est ipsa terra in insula Camarigas, in terminio de villa Fumerias ; et habet pro longo, versanas vi, et in latus ii. In ejusdem tenore, unde tu vixeris, teneas et possideas, et ipsa tasca cum bono studio formare facias. Et post obitu meo (suo) ad proprios meos revertat ; in eadem conventum dimittat ; et post decessum illius heredis, ipsa terra, absque ulla tarditate, partibus æcclesiæ Sancti Stephani, ejusque clero, sub omni integritate perveniat. Si quis, nos ipsi, vel successores nostri, vel ulla opposita persona, qui convenientiam istam contra dicere, vel infrangere voluerit, non valeat vindicare quod reppetit, sed sit culpabilis, et impleturus, una cum sacratissimo fisco solidos x. Et ipsa Aldigarda, jam superius nominata, vel ejus heredes, de istum conventum quod superius scriptum est, neglegentes apparuerint, similiter componant solidos x ; et in antea, convenientia ista firma et stabilis permaneat cum omni firmitate subnexa. Facta convenientia ista in Arela civitate, publice, in mense januario, anno i. quod obiit Ludoicus imperator, filius Bosoni. — S. Josue, archiclaviger. — Martoaldus f. — Rotius pbr. — Troctaldus pb. — Ivo, pb. — Poncius, cantor. — Adalbertus, diac. — Moapalius. — Adalbertus, clericus. — Rotbertus, p. — Adalbaldus, s.

Authentique du chap. d'Arles, f° 34 v°, n° xxxiii. — [F. de Gingins a, le premier, fixé la mort de Louis l'Aveugle à l'année 928, entre le 26 août et le 12 novembre (*Bosonides*, p. 185-6) ; cette date reste encore conjecturale. Boehmer s'est borné à constater qu'on ne trouve pas trace de Louis après 924 (*Reg.*, p. 139).

Quand on voit, six siècles après, le chapitre de Marseille élire un évêque, le 15 janv. 1511, sur le faux bruit de la mort de Claude de Seyssel (qui ne mourut que neuf ans après), aisément on s'imagine qu'à Arles on ait cru prématurément à la mort de cet infortuné monarque qui, aveuglé à Vérone en 905, n'avait conservé de l'empire qu'un titre éphémère. Cette pièce est au plus tard de 920.]

On a fixé la mort de Rostang à l'année 913, sans doute parce que l'acte d'élection de Pons, évêque d'Orange, est daté de 914, « deficiente metropolitano Arelatensi ». Toutefois, comme la nomination a eu lieu du consentement du roi Conrad, elle ne saurait être antérieure à l'année 937.

MANASSÈS, 920-961.

Fils de Warnier, comte de Chalon, qui avait épousé Theutberge, sœur de Hugues roi d'Italie, et fut tué en combattant les Normands (925), Manassès avait pour frères Boson II, comte d'Arles (931), époux de Berthe, fille du comte Boson I et héritière du roi Hugues, mort en 946 ; Richard, et Hugues comte d'Octavéon (937), souche présumée des comtes d'Albon (De Gingins, *Bosonides*, tabl. 4). Il conserva les abbayes de Goudargues, d'Aniane et de Cruas, et se fit donner les évêchés de Vérone (933-946), Trente (933-957), Mantoue (933-945), et Milan (-953 [1]).

242 Vienne, 25 décembre 920.

Le comte et marquis Hugues vend à saint Maxime, évêque de Riez, dont les os sont ensevelis dans la basilique de St-André-le-Bas à Vienne, villam Crisinciacum, *et reçoit en échange un dossal*, pallium ex auro contextum... ✝ Manasses, gratia Dei humilis archiepiscopus, subcripsi.

U. Chevalier, *Cartul. de St-André-le-Bas*, 1889, p. 87-9.

243 Vienne, 1er février 921.

Diplôme de l'empereur Louis l'Aveugle, en faveur de Manassès, archevêque d'Arles.

In nomine summi Dei aeterni et Salvatoris nostri Jesu Christi, Hludovicus superna favente gratia imperator augustus. Decet imperialem celsitudinem ut beneficiis opportunis fidelium suorum devotionem remuneret, quos suis rite cognoscit adherere obsequiis. Igitur, comperiat omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae nostrorumque praesentium et futurorum industria, quia Manasses, sanctae Arelatensis ecclesiae archiepiscopus, noster karissimus propinquus, nostrae suggessit serenitati ut super

1. Un document signalé par Rosmini (*Istor. di Milano*, t. I, p. 87) semblerait prouver que Manassès était encore archevêque de Milan en mars 959 ; il indique seulement qu'avant cette date ce prélat avait donné une mission au prêtre Erchert (*Patrol. lat.*, CXLVII, 290).

omnes res quas per praeceptum quondam praedecessor suus Rostagnus a genitore meo Bosone rege sive et a nobis adquisivit, id idem ei facere juberemus praeceptum, per quod ipsas res firmius et securius obtinere, regere et possidere valeret. Cujus peticioni, ob irrevocabilem circa nos suae dilectionis fidelitatem assensum prebentes, hos eminentiae nostrae apices fieri decrevimus, per quos ipse postulatas res, id est abbatiam Anianam, et abbatiam Sanctae Mariae de Gordanicis atque de Crudatis, cum omnibus apendiciis earum, portum etiam Arelatensem tam ex Graecis quam ex aliis advenientibus hominibus, necnon et toloneum simul cum moneta, ad jus et proprietatem ecclesiae Sancti Stephani, omni tempore teneat et possideat, et in suos proprios usus quicquid facere voluerit, faciat, nemine contradicente. Insuper et omnes res quas antecessor suus ab antecessore meo obtinuit, scilicet Judeos, prefata ecclesia perpetuo obtineat jure. Et ut haec nostrae largitionis auctoritas inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subtus firmavimus, et annuli nostri inpressione adsignari jussimus. Signum [*monogramme*] Hludovici serenissimi augusti. Uboldus, notarius, ad vicem Alexandri archicancellarii, recognovi. Datum est hoc preceptum Vienne publice, kalendis februarii, anno xx. imperii domni nostri Ludovici augusti, in Christi nomine feliciter. Amen.

Arch. des B. du Rh. Authent. du chap. d'Arles, f° 1, n° 1. Autographe de l'archev. d'Arles, f° 2. BOEHMER, n° 1481. — Le n° xxvi de l'Authent. (f° 27) est daté : « v nonas octobris, anno Incarnat. dominice DCCCC.XXI, indictione VIIII » (qui concorde).

244 Arles, juin 923.

Bail par Manassès, archevêque d'Arles, DE LAURADA.

In Dei nomine. Convenientia, seu promissiones, qualiter convenit inter virum venerabilem dnm nostrum *Manassen, sancte Arelatensis aecclesiae archiepiscopum*, et quemdam hominem nomine Rotbaldum, et uxorem suam Dominicam, una per consensum et voluntatem congregationis Sancti Stephani protomartiris. Noscitur quomodo convenisset inter illos, de vineas que sunt de ratione canonicis Sancti Stephani. Et sunt iste vinee in pago Avennico, inter Ofiano et Laurata. Hoc sunt modiate III ; et sunt inter consortes : de uno latus, terra Sancti Genesii ; de alio latus, via publica ; et de ambabus lateribus, terra Hebreorum ; ac si qui alii sunt consortes. Pro tale vero, ut dum Deus Rotbaldo et uxori sue vitam concesserit, ipsas vineas, cum bono studio fodere, et propaginare studeant ; et ipsum fructum quem Deus ibi dederit, usque ad Arelatem civitatem salvum venire faciant ; medietatem unam recipiant canonici et decimum ; aliam laboratores accipiant. Post obitum vero illorum, ipsas vineas, absque ulla tarditate ecclesie Sancti Stephani, ejusque clero revertantur. Si quis vero, nos ipsi vel successores nostri, aut ulla apposita persona, qui hanc scripturam contradicere, vel frangere voluerit, non valeat vindicare quod reppetit, sed sit culpabilis, et impleturus in vinculo solidorum x. Et [si] ipsi homines, Rotbaldus et uxor sua, de ipso convento quod superius scriptum est, negligentes apparuerint, similiter componant sol. x ; et in antea conventio firma et stabilis permaneat, cum omni firmitate subnixa. Facta est cunvenientia ista in Arelate civitate, publice, in mense junio, anno XXXIII. regnante Ludoico rege et imperatore, filio Bosoni regis. Sig. Drogo episcopus. — Odolricus, humilis episcopus. — Raiambaldus abbas atque levita. — Isti et alteri XXIII. firmaverunt.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 60, n° LXV.

245 Arles, 13 juin 923.

Manasses, sancte Arelatensis ecclesie humilis archiepiscopus, *cède à Drogon, évêque de Marseille, l'abbaye de St-André-de-la-Cape et les églises de Fos et de la Valduc*. Manasses, Arelatensis archiepiscopus, fir....

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 62.

246 933.

LIUTPRANDI episc. Cremonensis *Antapodosis*, lib. IV.

6. Hoc in tempore Mannasses, Arelatensis civitatis episcopus, agnita regis Hugonis potentia, a cujus ipse affinitatis lineam sanguine traxerat, deserta sibi commissa acclesia, ambitionis spiritu, multas violaturus, immo laceraturus aeclesias, Italiam petiit. Hugo autem rex, regnum securius obtinere sperans, si affinitate sibi conjunctis regni officia largiretur, contra jus fasque Veronensem, Tridentinam atque Mantuanam commendavit, seu quod verius est in escam dedit, aeclesiam. Ac nec his quidem contentus, Tridentinam adeptus est marcam ; quo, impellente diabolo, dum miles esse inciperet, episcopus esse desineret. Libet autem, pater agie, id est sancte, aliquantulum immorarier suamque ipsius sententiam cur hoc ageret, Deo largiente, propria jugulare : « Beatus, inquit, Petrus, Antiocena instituta aeclesia, ad Romanam urbem, quae potentiae magnitudine cunctis tunc nationibus imperabat, postmodum transvolavit. Ubi cum Deo disponente sanctam totoque orbe venerandam fundaret aeclesiam, discipulo suo beato euvangelistae Marco pristinam, Antiocenam scilicet, commendavit ; ita tamen ut Aquilegensem et ipse primo institueret, atque Alexandrinam concite peteret. Quod ita actum esse, neminem qui eorum actus legerit, non nescire cognoscimus ». Sed ut, nobis respondentibus, ô Manasses, vera te super his non sentire cognoscas, nominis tui etimologian parentes tuos videntes [= prophetas] fuisse intelleges. Manases quippe obliviosus, seu oblivio Domini, interpretatur. Quid enim verius aut apertius parentes tui hoc nomine vaticinare potuerunt ? Ita, inquam, es oblitus tui, ut nec hominem quidem te esse reminiscare. . . . .
. . . .
Quod enim Petrus ad justitiam, tu transfers ad culpam. Credo equidem, te Actus apostolorum non intellexisse, aut quod credibilius est minime legisse. Ibi plane sic scriptum repperies, quoniam fideles vendebant praedia sua, et ponebant praecium ante pedes apostolorum, quibus erant omnia communia, nec quisquam aliquid suum esse dicebat ; dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Si igitur, quod in humano censu praeciosius tibique anima tua carius, Petrus aurum, quasi quiddam pestiferum, tangere noluit, qua ratione eum,

Antiocena deserta, ad Romanam asseris aeclesiam transvolasse ? Si latras, illum, quod omnino falsum est, quaesivisse censum, ego animarum lucrum et comprobo gloriosum martyrium. Predictum quippe sibi a magistro, immo creatore et redemptore suo fuerat, quoniam : « Cum esses junior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas ; cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum ». Denique et alio in loco post resurrectionem Petro se, quo iret, interroganti, respondisse Dominus legitur : « Romam, iterum crucifigi ». Venit igitur Petrus, non ambitione inflatus, sed martirio animatus ; non querens aurum, sed animarum lucrum. O felicem, immo beatum, si talem te tua conscientia testaretur ! Nec inficiari inquam potes, Veronensem te episcopium minime vendidisse, quod Petro, non cuilibet sed apostolo illo, numquam didicimus contigisse. Qua ex re non solum spiritali, verum etiam corporali honore, census animatione te privatum esse cognovimus. Haec autem interim ad propositum redeundo dicta suffitiant, quoad largiente Deo, suis in locis qualiter Mediolanensem usurpaveris cathedram, veniamus.

Mon. Germ. hist., Script. t. III, p. 316 = *Patrol. latina*, t. CXXXVI, c. 859-61.

247 — 946.

LIUTPRANDI episc. Cremonensis *Antapodosis*, lib. V.

26. Desiratus interea Berengarius ex Suevorum partibus, paucis secum comitantibus, a Suevia per Venustam vallem Italiam petit, applicuitque castra secus munitionem vocabulo Formicaria, quae a Mannasse, ut jam praediximus, Arelatensis sedis archiepiscopo, tuncque Tridentinae, Veronensis atque Mantuanae invasore, Adelardi sui clerici erat vigiliae commendata. Cumque Berengarius nullius machinamenti apparatu nulliusque belli impetu hanc se capere posse conspiceret, Mannasse ambitionem et kenodoxiam, id est vanam gloriam, cognoscens, Adelardum ad se venire rogavit ; cui et ait : « Si munitionem hanc potestati meae tradideris, dominumque tuum Mannassen ad adjutorium meum protraxeris, se Mediolanii archiepiscopatus, te vero Cumani episcopatus dignitate post acceptam regni potestatem donabo. Et ut promittenti mihi fidem admittas, quod verbis spondeo, juramentis adfirmo ». Haec dum Mannasse ab Adalardo narrantur, munitionem solum Berengario dare non jussit, verum etiam Italos omnes ejus in auxilium invitavit.

Mon. Germ. hist., Script. t. III, p. 334 = *Patr. lat.*, t. CXXXVI, c. 888-9.

248 — Pavie, 27 juin 947.

Diplôme de Lothaire, roi d'Italie : interventu ac peticione domni Manasses archiepiscopi, nostrique dilecti fidelis..., concedimus reginae Adeleidae nostraeque amabili conjugi... terram in villa Coriano....

Hist. patriae mon., Aug. Taurin., 1836, Chart. t. I, c. 159-60.

249 — 948.

ARNULFI *Gesta archiepiscoporum Mediolanen.*

5. Per idem tempus, oborta est Mediolani perniciosa seditio. Arderico autem archiepiscopo ad superna vocato, eruperunt duo adversarii, Ambrosianae dignitatis ambitione succensi, Manasses videlicet Arelatensis episcopus, et Adelmannus presbiter Mediolanensis, revera immemores apostolici oraculi : « Non efficiamur inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes ». Cumque diu contenderent, ille ex datione regis, scilicet Burgundiae, hic ex factione plebis et de Mediolanio, quinquennio contra se invicem pertinaciter altercati sunt, factis partibus ex alterutro. Quorum execrabili jurgio jacturam praegrandem sustinuit ecclesia, praecipue in thesauris et cymiliis omnibus, quibus incomparabiliter affluebat. Inter hos fluctus natabat caute Walpertus, contrahens suo lateri quasi undas consilii, usque adeo ut, utrisque sponte vel invito cedentibus, sedem teneret ipse solus.

Mon. Germ. hist., Script. t. VIII, p. 8 = *Patrol. latina*, t. CXLVII, c. 289-90.

250 — Septembre 948.

L'archevêque Manassès donne au monastère de Cluny deux églises au comté de Chalon.

DUM in hujus seculi laboriosa vivitur peregrinatione, interim, cum licet dumque « tempus acceptabile » atque « dies salutis » instare videntur, summopere providendum est ut si qua agere bona valemus, omni dilatione postposita operari non pigritemus, facientes nostri eos debitores quos veraciter novimus inpraesentiarum corporum saluti consulere, et in futuro animarum judices esse minime dubitamus. Quia enim post mortem nil boni facere possumus, opere precium credimus, antequam ad illud suptile et incomprehensibile ducamur examen, occulto judici satisfaciendo, neglegenter a nobis commissa manu poenitentiae in istius aevi brevitate, qualitercumque possumus, tergere non desistamus. Igitur, ego *Manasses*, indignus *archiepiscopus*, scelerum meorum enormitatem considerans, et quod est salubrius, illam Domini nostri Jesu Christi dulcissimam vocem delectans quae ait : « Date eleemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis ; tesauritate vobis thesauros in coelo, ubi nec erugo neque tinea demolitur »; et : « Divitię viri redemptio animę ejus ». Sunt res meae quę adjacent comitatui Cabilonensi, quę de paterna hereditate mihi obveniunt, quas pater meus Vuarnerius possedit jure dominantis, totum et ad integrum Deo omnipotenti, et sanctę Marię Dei genitrici, necnon et sanctis apostolis ejus Petro scilicet et Paulo, in perpetuum trado atque transfundo, Cluniacum denique monasterium hujus facti delego atque constituo preceptorem et vicarium ; quatinus ab hac die et deinceps domnus Heymardus abbas, qui predicti coenobii gubernacula pio moderamine nunc, Deo annuente, administrat, cunctique successores ejus easdem res omnibus diebus regant et ordinent, atque ut sibi placuerint in servitio Dei disponant. Est enim ipse locus in honore Dei et in veneratione beatę Mariae semper virginis, et eorumdem apostolorum

consecratus et in pago Matisconense situs. Sunt autem, ut jam supra insertum est, ipse res site in comitatu Cabilonense, in vicaria Buxiacense, hec est Juliacum, cum omnibus apenditiis suis ad se pertinentibus; hoc est ecclesia in honore Sancti Mauricii consecrata, et ecclesia Sancte Dei genitricis Mariae, Sancti quoque Johannis, necnon et altera Sancti Martini, cum omni integritate, ut jam suprascriptum est, cum servis et ancillis, et omnibus aedifitiis, vineis, pratis, campis, silvis, pascuis, aquis, molendinis, exitibus et regressibus, vircariis, cultis et incultis, quesitum et ad inquirendum, Domino Deo dono, donatumque in perpetuum esse volo, pro remedio anime meę, necnon et pro anima patris et matris meę Teutberga, et fratrum meorum, Hugonis videlicet atque Richardi, Bosonis quoque et ceterorum omnium parentum meorum; insuper, pro salute vivorum et requię omnium defunctorum. Quatinus semper rectores jam dicti monasterii, et ibi Deo famulantes, absque alicujus interpellatione in perpetuum firmiter solideque teneant. Si quis vero, quod absit, ego ipse aut ullus homo contra hanc donationem aliquam calumniam inferre conaverit, omni maledictioni subjaceat, nisi ad emendationem venerit. Signum Manasses, qui hanc donationem fieri jussit. Signum Guntarii. Ayrardus sanctę sedis Vendascensis humilis episcopus, firmavit. Signum Berte comitisse. Vuarnerius haba. Lanbertus. Hodilus. Pontius. Ado. Vuarmundus. Ragabertus. Archinbertus. Rostagnus. Bonefacius. Heldegarius. Maiagaudus. Arnulfus. Hugo. Data mense septembri, anno XIII. Ludovici regis Francorum. Rodulfus levita scripsit.

Rec. des chartes de l'abb. de Cluny, t. I, p. 681-3, n° 726.

251 Arles, 7 octobre 949.

Manasses, gratia Dei archiepiscopus, necnon et Contarus, episcopus atque prepositus, una per consensum et voluntatem canonici Sancti Stephani, *font un échange avec* Teucinda, Deo devota.... Manasses archiepiscopus firmavit. Contarus Forojuliensis firmavit....

Voir la pièce à l'abbaye de Montmajour.

[Les auteurs de la *Gallia christ. nova* ont accepté et publié (t. I, c. 886) une charte en faveur de Saint-Laurent d'Avignon, datée du 21 juil. 951 et passée « in praesentia reverendissimi patris Radonis electi Arelat. archiepiscopi »; outre que ce prélat est inconnu, ces seuls mots montrent qu'on a affaire à une pièce fausse.]

252 12 décembre 951.

Concession en usufruit par Manassès, archev. d'Arles.

In nomine Dei aeterni. *Manasses* humilis *sancte Arelatensis ecclesie* gratia Dei *archiepiscopus*, omnibus filiis ejusdem sedis notum esse volumus nostram adiisse presentiam quendam fidelem nostrum Gontardum nomine, suppliciter postulantem, ut quasdam sibi res ecclesie nobis commisse, per prestarie firmitatem concederemus. Sunt autem ipse res site in comitatu Tramsinense; hoc est ecclesia Sancti Petri, cors videlicet de Ladornaio, cum omnibus eidem corti adjacentibus. Terminatur autem ipsa terra, ex uno latere, rivo Rubione fluente, ex alia parte terra Sancti Pauli. Cujus peticionibus favorabiliter annuentes, concessimus ipsi Gontardo, et uxori ejus Hermengardi, necnon eorum filio Lamberto, per prestarie firmitatem, ipsam terram, quemadmodum deprecati sunt. Ipse quoque Gontardus, pro hoc quod recipit, concedit ecclesie nostre cortem que Barnava dicitur, cum universis sibi adjacentibus, ac universis servis suis. Hanc autem terram ea racione concedimus, ut quamdiu aliquis eorum vixerit, teneat utrasque, construendo et edificando, usumque fructuum ex ea percipiendo; persolvens, singulis annis, ecclesie nostre, tres solidos, missa Sancti Cesarii. Si vero ex hoc censu quisque eorum neglegenter peregerit, infra duos menses legaliter emendet; et sic quod concessum est, secure possideat. Quod si aliquis successorum nostrorum decretum hoc ad nullam revolverit, nequaquam quod aggressus est usurpare valeat, sed se culpabilem sciens fateatur hoc testamentum nostra auctoritate ratum, ac firma corroboracione solidatum. S. Gontardi. — S. Ermengardis. — S. Ardenchi. — S. Sarlionis. — S. Adonis. — S. Umberti. — S. Lamberti. — S. Ermengardis, uxoris Gontardi. — Data per manum Roberti dyaconi, pridie idus decembris, notato die veneris, XIII. anno regnante Gondrado rege.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 12 v°, n° XI.

[Le calcul des années de Conrad le Pacifique, roi de Bourgogne, offre de grandes difficultés. Dans les *Chartes de l'abb. de Cluny*, M. Alex. Bruel n'a pas constaté moins de six manières de les compter (*Biblioth. de l'éc. des Chartes*, 1880, t. XLI, p. 360-9) : 1° du 11 juillet 937, « la plupart des chartes et des diplômes de Conrad » (nos 627-8, 631, 734, 1046, 1052, 1078, 1112, 1152, 1307, 1411, 1444); 2° du commencement de 939 (546, 1106-7, 1156); 3° — de 940 (1220, 1313, 1716); 4° — de 941 (1200); 5° — de 942 (869, 1112, 1251, 1276); et 6° — de 943 (728, 781). L'éditeur du *Cartulaire de l'abb. de Savigny*, Aug. Bernard, ne s'est pas expliqué sur le système adopté par lui pour le comput en question : il ressort seulement des millésimes fixés en marge des chartes qu'il faisait partir le début de ce long règne de 941, sauf parfois à renvoyer à l'année suivante les mois de janvier et février. L'examen des 278 chartes datées du règne de Conrad montre que dans cette région on en a pris le commencement à cinq années différentes : 1° à 938 (184, 228); 2° à 939 (130); 3° à 940 (43, 99, 131, 330); 4° à 941 (45, 135, 127, 176, 259); et 5° à 942 (167). Dans le *Cartulaire de l'abb. d'Ainay*, qui fait suite au précédent, les 92 actes remontant à l'époque de Conrad donnent un résultat analogue : 1° à 939 (24); 2° à 940 (4); et 3° à 941 (31, 179). Les *Cartulaires de St-Vincent de Mâcon et de la cathédr. de Grenoble* ne permettent aucune vérification. Celui *de l'abb. de St-André-le-Bas de Vienne*, qui renferme 101 chartes du temps de Conrad, n'en autorise qu'une : le n° 95 est pris à 942; sans parler d'un diplôme de ce prince (24*), qui fait remonter régulièrement les années de son règne à son avènement. Continuons cette enquête en Provence. Le *Cartulaire de l'abb. de St-Victor de Marseille* renferme seulement 14 actes passés sous Conrad le Pacifique, bien que la table en signale un plus grand nombre. Deux sont susceptibles d'une vérification (nos 70 et 654) : ils ne font remonter le règne de ce prince qu'à 941; c'est donc à tort que Benj. Guérard a pris 937 comme base de calcul pour les autres. Les chartes de *Montmajour*, pour l'époque du souverain en question, sont en petit nombre (15) dans l'*Histoire* de ce monastère par Chantelou (publ. par le bon du Roure dans sa *Revue histor. de Provence*, 1890-1, t. I), mais elles ont l'avantage d'être pourvues de l'indiction. Il en ressort qu'on a daté par exception de l'avènement du roi (p. 38, 48); sept sont prises à 940 (40, 41, 42, 43, 45, 46, 53), trois à 943 (31, 54, 55) et une à 944 (50). Si nous en venons aux pièces Arlésiennes publiées dans ce volume, nous remarquons que le n° 252 a été pris à 938, le n° 273 à 940 et le n° 283 à 937/8. Il a semblé que l'ensemble de ces constatations engageait à dater de 940 toutes les pièces qui ne renferment que deux notes chronologiques.]

253 951/952.

Lettre de Rathier, évêque de Vérone, au pape.

3.... Inthronizato Mediolani eo [Hilduino],... longe aliter atque promiserat regi [Hugoni] placuit, cupienti potius, ut fama erat, unum e tribus [inthronizare], aut

quemdam Aquitanum, aut quemdam Garafridum, aut Manassem Arelatensem archiepiscopum, contra jus licet canonum.

5.... Veniebam, comprehendit me Berengarius, instinctu Manassis sanctissimi archiepiscopi, ut qui jure locum obtineat Ambrosii.... Veronam perductus et a Milone dolo receptus, ut scilicet Manassem expelleret ne poenitentia ductus juvaret, quem plurimum, ut fertur, nocuerat avunculum regem.

6.... Arelatensis archiepiscopus, tendens insidias Veronensi episcopo, consecravit episcopum quemdam suae dioecesis in titulo ecclesiae Veronensis. Quis non miretur? quis non obstupescat? Ubi enim fas? ubi lex? ubi saecularis unucuique provinciae certos distribuens inconvertibiliter limites?... Non intelligunt ad hoc pertinere, qui nesciunt quam longe Verona ab Arelatensi absit patria.... Sed haec ad illos qui unius sedis sunt archiepiscopi. Cui vero quinque licet episcopiis praeesse, nullique prodesse, quid poterit non licere?

7.... Dum ad vespertinalem persolvendam pergerem synaxim, adfuit missus dni regis Lotharii, praecipientis ut urbe decedens darem locum Manasse sedem meam invadendi,...

8.... Alterum [episcopum] illic [Veronae] institutum rex [Otto] invenit, Milonis scilicet nepotulum..., cui quidem Manasses sedem vendiderat; sed fautores hujusmodi ordinationis licentiam se accepisse gloriantur ab apostolatu vestrae dominationis....

Patrol. latina, t. CXXXVI, c. 656-62. — Dans leur édition de cette lettre, les frères Ballerini ont longuement prouvé que, malgré son inscription : « Summo primae, hoc est Romanae, sedis pontifici, dno patriarchae reverendissimo Joanni » (Jean XII, 955-964), elle ne pouvait être que de la fin de 951 ou du commencement de l'année suivante ; elle aurait donc été adressée à Agapet II (946-955).

254 — 7 août 952.

Concile d'Augsbourg, sur la discipline.

...Manasse quoque, Mediolanensis ecclesiae archiepiscopo, ... huic discussioni operam exigentibus.

Labbe, *Concilia*, t. IX, c. 635.

255 — Arles, 14 août 954.

Echange de Manassès, archevêque d'Arles, avec Teucinde, religieuse.

Hoc jubet auctoritas : qualis est emptio, talis est comutacio ; emptio et comutacio simul habeant firmitatem. In nomine Dni, Teucinda, Deo devota, commutamus Deo et sancti Stephani, et dompno *Manasseo archiepiscopo*, necnon et fratri nostro Gontaro episcopo, et canonicis Sancti Stephani. Certum quidem et manifestum est enim quia sic placuit animus et placet, ex propria et spontanea nostra hoc legimus bona voluntas, ut jamdicta Teucinda, Deo devota, commutare et concedere volumus, quod ita et facimus. Comutamus vobis in comitatu Arelatense, in villa que nominant Barcianicus, in ipsa villa comutamus vobis campo culto ad ipsa elzeria. Consortes, de uno latus Bermundo herede, de alio latus Adalelde herede, et in alio fronte via publica, de alio fronte ipsa elzeria. Est in ipsa villa, alio campo ad Monte Rodundo ; consortes, de uno latus, Bermundo ipso herede; de alio latus, ipsa Adalilde femina herede ; de uno fronte, via publica ; de alio latus, terra disrupta. Et in ipsa villa, tertio campo, in loco que dicitur Furmigario ; consortes, de uno latus, terra Sancti Stephani, et de alio latus Bermundo erede ; de alio latus, Adalilde herede ; de alio latus, via publica. Et in ipsa villa, quarto campo, in loco que dicitur ad ipsa Joncaria ; consortes, de uno latus, exago comunale ; de alio latus, herede Adalilde ; de uno fronte, strata publica ; de alio fronte, Bermundo herede. Et quintus campus in loco denominato, in via Ucetica, ibi comutamus vos ; consortes, de uno latus, Adalilde herede ; et de alio latus, ipsa herede; de uno fronte, strata publica ; de alio fronte, terra Sancti Stephani ; hac si quis alii sunt consortes. E[t] recepimus nos alium alodem pro ista comutacione : hoc est, Sancti Petri issola ; consortes, per queque circuitu, plaudibus, hac si qui alii sunt consortes. Que ista terra, que nos vobis comutamus, Deo, sancti Stephani, vel dompno Mannasseo archiepiscopo, Gontaro episcopo, quod pertinet beneficio ejusque clero, ad proprium habeatis et possideatis, que vos vindicetis, ab hac defendatis ; et quicquit exinde facere aut judicare volueritis, maneat vobis potestatem, secundum hauctoritatem canonici. Si quis, ego aut eredes, vel de propinquis parentibus meis, contra hanc comutacionem venerit, aut inrumpendum venerimus, nos ipsi vel ullius homo, tum componat vel componamus ipsa nostra supranominata dupla, et meliorata restituat, qualis ad ea tempora fuerat ; et in antea comutacio firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Facta carta ista in Arelate civitate publice, xviiii kal. s[eptem]br[is], anno xv. regnante Gonrato rege. Boso comes firm. Lanbertus judices fir. Pontius fir. Anno fir. Magol fir. Hodilus humilis pplo. rogatus scripsit. Raganbertus firmavit. Bonefacius firmavit.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 14 v°, n° xiv.

256 — 10 décembre 954.

Precaria *concédée par Manassès, archevêque d'Arles.*
De Jocundatis.

In Dei nomen. Convenientia seu precaria, qualiter convenit inter virum venerabilem domnum nostrum *Manassen*, gratia Dei *sancte Arelatensis aecclesiae episcopum*, necnon et Guntarum episcopum atque prepositum, apud aliquem hominem nomine Poncionem, et uxori suae Blismodis, una per voluntatem congregatione ipsius aecclesiae Sancti Stephani. Noscitur quomodo convenisset inter illos de terra Sancti Martini, que pertinet ad aepiscopatum ; que est in comitatu Auresensi, in terminio de villa Jocundatis. Hoc est terra culta et inculta ; consortes, de uno latus, fluvium Licis ; de alio latus, brace viverse ; de uno fronte cogabio, terra Ermengarde, et Rostagno, filio suo, episcopo. Alio vero campo, consortes, de uno latus, fluvium Licis ; de alio latus, merdanzione ; de uno fronte, via publica. Et accepimus pro ipsa prestaria alium alodem, ad opus Sancti Stephani ; que est in ipso comitatu Aurexensi, de ipsa villa que nuncupant Toliano ; donamus pro ipsa prestaria, quantum michi pax obvenit. Consortes, de

uno latus, Albegnago; de alio latus, via publica. Et alia villa, que vocant Rovereto, donamus pro ista prestaria. Consortes, de uno latus, Isnardo; de alio latus, Tudelleta; de uno fronte, monte quem vocant Donna; de alio fronte, fluvium que vocant Eguere; ac si quis alii sunt consortes. Per talem vero convenientiam facimus ipsa prestaria: dum eis Deus omnipotens vitam concesserit, ipse Poncius, et uxor sua, ipsa prestaria cum bono studio teneant, et per quemque annum donet censum, solidos II. Post obitum vero ejus, ad infantes suos, qui nominant Umberto et Garnerio, ipsa prestaria in eodem conventum dimittat. Post decessum heredis Umberto et Vuarnerio, partibus jam dicta aecclesia Sancti Stephani, ejusque clero, ista precaria, sine ulla tarditate perveniat. Si quis, nos, vel successores nostri, ire temptaverit, non valeat vindicare quod reppetit, sed sit culpabilis, et impleturus, una cum sacratissimo fisco, auro optimo, libra I; et in antea, precaria ista firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Facta prestaria IIII. idus decembris, anno XV. regnante Conrado rege. — Sig. Manasses, archiepiscopus. — Mercorinus pbr. — Rodmarus pbr. — Pastor levita. — Geroinus pbr. — Adalbertus decanus. — Dominicus pbr. — Arlulfus pbr. — Mauricius pbr. — Bab pbr. — Garnerius abba. — Odilus p[res]b[ite]r s[cripsit].

Authentique du chap. d'Arles, f° 36, n° XXXV.

257 — Décembre 954?

Echange de Manassès, archev. d'Arles, avec Ameil. DE BARCIANICO.

In Dei nomine. Facta legibus commutatio instar obtinet emptionis; licet in commutationibus, sola ab utraque partes rerum traditio sufficere possit, attamen facilius ordinem rei gestas debeat adprobare. Ideoque, ego Amelius, et uxor mea Leutiarda, commutamus nos partibus Sancti Stephani sedis Arelatensi, necnon et *Manasseo archiepiscopo*, vel ab ipsos canonicos qui ibidem deserviunt, ut terras sibi invicem congruas commutare deberunt, quod ita et commutaverunt. Sic tradunt et commutant inter se, in pago Arelatense, in terminio de villa Bartianico, in ipso terminio, commutamus nos, ego Amelius, et uxor mea Lauiarda, partibus Sancti Stephani, vel ab ipso Manasseo archiepiscopo, campos IIII. qui nobis per cartulas emptionis legibus obvenit. Habet unus campus, de uno latus, dextros LV; in alio latus, dextros LXVI; in uno fronte, dextros XLV, in alio fronte, dextros XL. Consortes, de uno latus et uno fronte, Bermundo; in alio latus, Jheremia; in alio, Folcoaldi. Abet alter campus de ambobus latus, dextros CXLVII; in uno fronte, dextros V, in alio fronte XX. Consortes: de uno latus, Geroardo; in alio latus, Sancti Stephani, et Bermundi; in uno fronte, terra Sancti Michaelis. Et habet alios campos, de ambos latus, dextros LXXVIIII; in uno fronte, dextros XIIII; in alio, X. Consortes, de uno latus, Folcoaldi scilicet, et Sancti Stephani; in uno fronte, Bermundi; in alio fronte, strata publica. Habet quartus campus, de totas partes, dextros XXV. Consortes, de uno latus et uno fronte, ipso Amelio; de alio latus et alio fronte, strada publica; ac si quis alii sunt consortes. Hec contra donat Manaseus, gratia Dei episcopus, vel ipsi canonici, terra Sancti Stephani, partibus Amelii, in contraria de ipsas res suprascriptas. In pago Arelatense, in terminio de villa que nuncupant Clausonna; in ipso terminio commutamus nos, ego et Manaseus, vel ipsi canonici, partibus Amelio et uxori suae, contraria de illas res suprascriptas, campos III. Habet de uno latere, dextros XLVII; in alio latus, dextros XXXVII; in uno fronte, dextros XV; in alio fronte, dextros XVI. Consortes, de uno latus, terra Adacii; in alio fronte, terra Rotberti; ex alio fronte, strata publica. Habet alius campus, de alio latere, dextros nonaginta II; in uno fronte, dextros LIII; in alio fronte, dextros XVIIII. Consortes, de uno latus, Ermesindae; de alio fronte, et ambos latus, strada publica. Abet alius campus, de ambos latus, dextros LII; in uno fronte, dextros LIII; in alio, L; in alio, XVI. Consortes, de ambos latus et uno fronte, stradas publicas; in alio fronte, Rotberti; ac si quis alii sunt consortes. Et ego Amelius, et uxor mea, donamus ipsas res; donamus tantum, et medium tantum. Sane, si quis, aut ullus de propinquis nostris, aut ullus homo, aut ulla persona, qui contra carta commutatione ista, ullumque tempore, ad irrumpendum venerit, non vindicet; sed componat in vinculum, tantum quantum reppetit, vel alium tantum; et in antea firma et stabilis permaneat quoque, pro omni firmitate subnexa. Facta carta, vel commutatio ista, in mense decembris, regnante Conrado rege. — Sig. Amelius et uxor ejus Lauiarda, qui carta ista scribere, et firmare rogaverunt, manus eorum firma. — Sig. Poncius. — Adalradus. — Berteriot. — Fels. — Villanus. — Aclulfus pr[es]b[ite]r s[cripsit].

Authentique du chap. d'Arles, f° 37, n° XXXVI.

258 — 956.

COMMONITORIUM *en faveur de St-Symphorien d'Autun.*

Summorum summo, primorum primo, domno Manassae, metropolitanae sedis Arelatensis archiepiscopo, cum caeteris coepiscopis, Landrico Avenionensi, Odolberto Vallensi et aliis Provinciae episcopis, Emblardus Lugdunen. sedis archiepiscopus... de terra Sancti Symphoriani, quae conjacet in partibus Provinciae, scil. in circuitu Arelaten. et Avenionen., quam tenent Isnardus et socii ejus....

LABBE, *Concilia*, t. IX, c. 639.

259 — 960.

LIUTPRANDI episcopi Cremonensis
De rebus gestis Ottonis M. imp.

1.... Waldpertus, sanctae Mediolanensis ecclesiae archiepiscopus,... Ottonis... potentiam adiit, indicans se non posse ferre et pati Berengarii atque Adelberti, necnon et Willae saevitiam, quae Mannassen Arelatensem episcopum contra jus fasque Mediolanensi sedi praefecerat....

Mon. Germ. hist., Script. t. III = *Patrol. lat.*, t. CXXXVI, c. 899.

260 Arles, novembre 961.

Echange de Manassès, archev. d'Arles, avec Aicard.
De Argentia.

Vox legis, et juris decrevit auctoritas : qualis est emptio, talis est commutatio ; propterea emptio et commutatio simul habeant firmitatem. Igitur ego domnus *Manasses archiepiscopus* commuto atque concedo Aycardo et uxori suae Poncia, ad proprium alodem, una per consensum et voluntatem cannonicis Sancti Stephani, terra que pertinet Vuarmunno, in beneficio ; que est situm in pago Arelatense, in agro Argentea, subtus villa que nominant Occisone. Hoc est de terra egresta, petia I ; est inter consortes, de uno latus, Eldeberto, Raynulfo et Barnardo ; de alio latus, terra Sancte Marie ; de uno fronte, terra Sancti Cesarii ; de alio vero fronte, terra comitabile. Et alia petia, hoc est subtus villa Raunissa, in loco denominato Ceresius ; est inter consortes, de uno latus et uno fronte, Laudericus ; de alio latus, terra Sancti Stephani et Ricardo ; de alio vero fronte, terra Hebreorum ; ac si quis alii sunt consortes. Et donavit Aicardus et uxor sua Poncia, pro ista commutatione suprascripta, ad opus Sancti Stephani, vel Vuarmunno, vel cujus beneficius erit, terra supra ipsa villa Raunissa, inter dua loca tantum, et medium tantum. Una petia est inter consortes, de uno latus, infantes Gislardo ; de uno latus et uno fronte, via publica ; de alio vero fronte, Guigone levita. Alia petia est inter consortes, de uno latus, terra Sancti Cesarii, de alio latus, terra Sancti Stephani ; de uno fronte, infantes Elleneo ; de alio vero fronte, via publica ; ac si quis alii sunt consortes. Que istas res suprascriptas, que nos commutamus Aicardo et uxori suae Ponciae, faciant quiquid voluerint; habendi, vendendi, donandi, vel commutandi, vestrisque heredibus derelinquendi, in omnibus habeatis integram licentiam et potestatem. Si quis, nos vel successores nostri, contra commutatione ista ire, agere, vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod reppetit, sed componat in vinculum auri optimi, libras II ; et in antea commutatio ista firma et stabilis permaneat omnique tempore. Facta commutatione ista, in Arela civitate, publice, in mense novembris, anno XXII. regnante Conrado rege Alamannorum vel Provinciarum. — Sig. Ayrardus episcopus. — Vuarnerius abbas. — Gerinus abbas. — Garinus decanus. — Riculfus levita. — Adalbertus pbr. — Beraldus pbr. — Constantinus pbr. — Bricius. — Arelas. — Bapbo. — Ricardus. — Paulus. — Danihel. — Mercorinus. — Amalfredus, pbri. f. — Helmenaldus fir. — Heldoardus. — Salomonius. — Lanbertus. — Astremarius. — Odilus pbr. f[irmavit] et s[cripsit].

Authentique du chap. d'Arles, f° 22 v°, n° XXI. Le n° suiv. (XXII, f° 23 v°) est daté : « VIII kal. decemb., anno XXIII regnante Gonrado rege ». (24 nov. 962).

261 ?

Breve de terris quas Manasses archiepiscopus in dominio suo tenuit : portum de Adavo, et de Rodaneto, pascarium de Campo et de Altavese, et tascam et decimum et pascerium de Istro sive de Fossis, et de Argentia, et omnes piscarias, tam de Rodano, et paludibus, et stagnis, quam in maritimis ; fiscum de Ratis, et Ugio, et Arigno et Granario. Castrum Alvernicum, et de Sallone, sive de Fossis ; et villam Malegensem. De terris quas homines in mansione sua tenuerunt : terram Emardi, quam tenet Lambertus ; terram Gencii, quam tenet Aicardus et Hildigerius ; terram Valterii, quam tenet W⁹ Armundus ; mansum de Magnarico, quam tenet Aicardus ; VIII modiatas de clauso dominico, quas tenet Ysnardus ; vineas et terras quas tenet Maiangarius in Argencia ; mansum de Trasculo, et mansum de Rodulpho, quos tenet Yson ; mansos duos de Samuele hebreo, et mansum de Natale, quem tenet Ysnardus Walabruni ; terram, id est ecclesiam Sancte Marie, quam tenet ecclesia Sancti Petri de Maianas, quam tenet Riculphus ; silvam cum ecclesia Sancte Marie de Ratis, in terram Alberti ; vallem Filauriam, cum ecclesia Sancti Martini, et abbatia Sancti Romani, insulam Sancti Dyonisii, et vineas Sancti Martini, quas tenet Ysnardus.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 41.

262 1032/1039.

Ego Rotbertus, Dni gratia dux Burgundionum, filius pię recordationis Rotberti, regis Francorum.... Ordo requirendi inprimis fuit donatio et oblatio, et liberalis, quando Manasses, archiepiscopus Arelatensis, postea Mediolanensis, obtulit et dedit.. Juliacum... Cluniaco monasterio... [*n° 250*]. Fuit enim idem Manasses ex majoribus et nobilioribus proceribus Burgundię, natus patre Warnerio, matre vero Teutberga, ex quorum hereditario jure locus .. ei successit in hereditate.... Dux [Hugo Magnus], audita nobili et festiva episcopi Manase donatione... Audiens ... dux Rodbertus... Juliacum a possessore suo Manasse archiepiscopo... Cluniensibus destinatum et legali testamento confirmatum, et auctoritate regali corroboratum....

...Ego Rotbertus, regis Rotberti filius ac regis Heynrici filii ejus germanus, D. m. Burgundię dux... Odilo, Cluniacen. monast... detulit prestantissimę liberalitatis idoneas cartas, quas ad.. locum Cluniacum olim fecerat Manasses, Arelaten. archiepiscopus, ex hereditate quę ei ab avis atque suis progenitoribus provenerat, ob amorem cęlestis patrię, Juliacum....

Rec. d. chartes de l'abb. de Cluny, t. IV, p. 82-5, n° 2888.

ITHIER, *Iterius*, 963?-985.

263 Lyon, 15 août 949.

Privilège de Burchard, archevêque de Lyon, en faveur du monastère de Savigny.... Signum Icterii archiepiscopi.

Cartul. de l'abb. de Savigny, t. I, p. 35-8. Aucun archevêque n'ayant porté ce nom à cette époque, ou Itier a été le coadjuteur de Manassès ou il a apposé plus tard sa signature à cet acte.

264 — 963 ?

Manuscrit de l'archevêque Ithier perdu. De Adavo.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, vel eos qui subtus firmaverunt, convenientia qualiter habuerunt inter domni *Icterii archiepiscopi*, et Constantini presbiteri, videlicet de codicem unum quem ipse Constantinus perdidit archiepiscopi, nullo modo postea recuperare potuit. In propter hoc dedit in villa que vocant Adau, medietatem de unum mansum, que ei ex paterno legibus obvenit. Id est mansione una cooperta, et alia discooperta, calcatorium in ipsa curte, cum virdigario. Terminat ipse mansus, de uno latus, terra Poncione pbri. ; de uno fronte, via publica ; de alio fronte, vinea Ademaro. Et de ipsa hereditate, omnia ut suprascriptum est, dono, trado a dicti archiepiscopi, ad faciendum quiquid voluerit. Et si ego, aut ullus de heredibus meis, aut ulla admissa persona, hanc cartam temptare, vel calumpniare presumpserit, non hoc evindicet quod reppetit, sed ira Dei omnipotentis incurrat, et in vinculum de auro uncias iii. persolvat. Et donatio ista immobilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Sig'. Constantini pbri. qui fieri et firmare rogavit. — Gonterius. — Leutardus. — Stabilis. — Nortaldus. — Martaldus. — Agilbert pbr. — Durantus pbr.

Authentique du chap. d'Arles, f° 43, n° xli.

265 — 1er mars 963.

Vente de terre dans l'ile de St-André (de la Cappe).
Item, de insula [Juncarias].

Dominis semper suis Martino et uxori suae Benedicta emptores, ego in Dei nomine Donatus et uxor mea Martha vinditores vobis juxta testum vinditionis constat, nos vobis vindimus, et in presente manibus vestris vobis tradimus aliquid de proprietate nostra, qui per cartam cessionis nobis legibus obvenit, quę est situm in comitatu Arelatense, in insula S. Andreae, ubi vacant ad ipso Juncario, ibique vindo vobis de terra arabile petia una. Est inter consortes, de uno latus, terra S. Michaelis ; de alio latus, via publica ; de ambosque frontes, terra Ragamberto ; ac si quis alii sunt consortes. Et faciatis ab hac die de ipsa terra quiquid facere volueritis, habendi, vendendi, donandi vel commutandi aecclesiis Dei, vestrisque heredibus derelinquendi, in omnibus, in Dei nomine, habeatis integram licentiam et potestatem. Unde accepimus nos vinditores de vobis emptoribus precium ejusdem, sicut inter nos placuit atque convenit, solidos iii. et denario i, et postea retro vobis emptoribus non remansit in debitum, sed omnia manibus nostris adimplestis. Sane, si quis, nos aut heredes nostri, vel ullus homo, qui contra vos vel heredes vestros, ullumque tempore, ire, agere aut inquietare voluerit, non valeat vindicare quod reppetit, sed componat in vinculum tantum et aliud tantum, quantum ipsa terra suprascripta valere potuerit meliorata, et in antea vinditio ista firma et stabilis permaneat, omnique tempore, cum stipulatione interposita, pro omni firmitate subnixa. Facta cartula ista in Arelate civitate publice, kalendis marcii, anno xxiiii regnante Gonrado rege. Signum Donati et uxori suae Marthae, qui hanc cartula scribere et firmare rogaverunt ; manus eorum firmaverunt. Signum Adalburnus, Corbetus, Anestasius, Magnus, Agarnus.

Authentique du chap. d'Arles, f° 42, n° xl. Le n° xxxix (f° 41) est daté : « In mense augusto, anno xxv, regnante Conrado rege ».

266 — 27 mai 967.

Echange fait par Ithier, arch. d'Arles. De Erignano.

In Dei nomine. Facta legibus commutationis, instar emptionis ; licet in commutationibus sola ab utraque partes, rerum traditio sufficere possit ; attamen facilius Dei gestes debeant adprobare. Ideoque bene pacis æffectum, integrumque consilium, sic placuit, atque convenit inter aliquos homines *Iterio*, domno atque seniore nostro, gratia Dei *archiepiscopo*, et abbate suo Garnerio, necnon et Guigone abbate, ut terras sibi invicem congruas, inter se commutare debeant ; quod ita commutaverunt. Sic donat jam dictus Guigo partibus Sancti Cesarii, vel domno Yterio archiepiscopo, necnon et abbate suo Garnerio, aliquid de rebus propriis, que illi ex quartarum aquestu, legibus obvenerunt. Sunt autem ipsas res in comitatu Nemausense, in terminium de villa Erignano. In ipsa villa, vel in ejus terminio, commuto vobis petia de terra, de campis x. Habet unus campus, de ambos latus, per longo, dextros xvii ; in ambosque frontes, dextros xxii. Consortes in queque partes Sc'imiro, vel suos heredes. Aliaque petia, inambos frontes, dextros vi ; per longo, in ambos latus, dextros lxx ; de uno latus, terra Stephani ; de alio, de Adalberga ; in uno fronte, semitario ; in alio, Bernerado. Tercia pecia, in ambos frontes, dextros xl ; de ambosque latus, dextros lxx. Consortes, de uno latus et uno fronte, Stephano ; de alio latus et uno fronte, garriga pascuale. Quarta petia habet in queque partes, dextros xx. Consortes in queque partes, Sc'imiro vel suos heredes. Quinta petia habet in uno fronte, dextros xii ; in alio, xiiii ; per longo, in utrosque latus, dextros lxx. Consortes, de uno latus et uno fronte, Deviaderia et Adalberga. Sexta petia habet per longo, de ambosque latus, dextros xxx ; in utrosque frontes, dextros xxv. Consortes, de uno latus, Ugone ; de alio, Stephano ; in uno fronte, Rannulfo ; in alio, exavo communale. Octava petia habet per longo, de uno latus, dextros lx ; de alio latus, dextros lxxvi ; in uno fronte, dextros viii ; in alio, lii. Consortes, de uno fronte et uno latus, infantes Sismare ; de alio, Adalberga ; in alio fronte, Rodmundo pbro. Nona petia habet per longo, in ambosque latus, dextros ccx ; in ambos frontes, dextros lx. Consortes in queque partes, Sc'i miro, vel suos heredes. Decima petia habet per longo, de ambosque latus, dextros lx ; in ambosque frontes, dextros xv. Consortes in queque partes Sc'i miro, vel suos heredes ; ac si quis. Haec contra donant domnus Yterius archiepiscopus, et Guarnerius abbas, de rebus Sancti Cesarii, partibus Guigone, res qui sunt in comitatu Uzetico, in terminios de villas quas nuncupant Vaccarias, et Pereto, et Canonas. Hec sunt petias quinque de campis ; in terminium de villa Vacarias sunt petias duas. Prima petia habet per longo, de utrosque latus, dextros nonaginta ; de ambosque

frontes, dextros xxvi. Consortes, de uno latus et uno fronte, Rotaldo, vel suos heredes ; in alio latus, rio desicante ; in alio fronte, semitario. Secunda petia habet per longum, de ambosque latus, dextros l ; in utrosque frontes, dextros xxx. Consortes in utrasque partes, Sancti Theodoriti. Tercia petia habet per longo, de ambos latus, dextros lxxx ; in uno fronte, xx ; in alio fronte, vi. Consortes, de uno latus, Sancta Maria ; de alio fronte et uno latus, Rainulfo ; in alio fronte, strada publica. Et in terminium de villa Canonas, ipsa petia habet per longo, de ambosque latus, dextros c ; in utrosque quoque frontes, dextros xl. Consortes in queque partes, Sancto Theodorito. In terminium de villa Pereta, habet ipsa petia per longo, de ambosque latus, dextros quinquaginta ; in utrosque frontes, dextros xl. Consortes in queque partes, Sancto Theodorito. Ista omnia commutant et tradunt ; promittunt inter se, ut si qua pars minime neglexerit, una cum sacratissimo fisco penitus munere auri libram inferre cogatur. Et in antea commutatio ista inviolabilem obtineat firmitatem. Facta carta ista, vi. kalendas junii, anno xii. regnante Lotario rege. — Sig. Vuigo, abba, qui carta ista scribere et firmare rogavit, manus sua firmavit. — Sig. Willelmus. — Gislabertus. — Bertrannus. — Theutardus. — Stephanus. — Viaderius. — Vincencius. — Gislabertus pbr. s.

Authentique du chap. d'Arles, f° 38 v°, n° xxxvii.

267 Arles, décembre 967.

Echange de Guichiran avec Ithier, archevêq. d'Arles.

Vox legis, et legis decrevit auctoritas : qualis est emptio, talis est comutatio. Igitur, ego Guichirannus, et uxor mea Aytrudes, comutamus atque concedimus domno *Yterio archiepiscopo*, vel cannonicis Sancti Stephani, mansionibus, cum curtis et exagis, que sunt in villa Gallico ; hoc est tantum, et alium tantum, et amplius. Sunt inter consortes, de uno latus, Guantelmo herede ; de alio latus, me ipso Guichiranno comutatore ; de uno fronte, terra Sancti Cipriani ; de alio vero fronte, fluvium Rodani. Et donavit domnus Yterius archiepiscopus, vel ipsi canonici, Guichiranno et uxori sue, ad proprium alodem, pro ipsa comutatione que nobis donaverunt, de mansionibus tribus damus, cum curtibus et exago. Hoc est inter muros civitatis, subtus mercatum, in loco ubi vocant Arelate. Et sunt consortes, de ambos latus et uno fronte, terra Hebreorum ; de alio fronte, via publica ; ac si quis alii sunt consortes. Que ista omnia suprascripta, que nos comutamus domno Yterio, vel ipsius aecclesie canonicis Sancti Stephani ibidem servientibus, teneant, et faciant quiquid voluerint. Sane, si quis, nos aut heredes nostri, vel ullus homo aut femina, comutatione ista irrunpere voluerit, non valeat quod repetit ; sed componat in vinculum auri optimi, libras iii, et in antea hec donatio et comutatio firma et stabilis permaneat, omnique tempore, cum stipulatione interposita, pro omni firmitate subnixa. Facta comutatio ista, in Arelate civitate, publice, in mense decembris, anno xxviii. regnante Gonrado rege. — Sig. Guichirannus, et uxor ejus, qui hanc cartulam scribere et firmare rogaverunt, manus illorum firma. — Archimbertus f. — Amalricus f. — Aicardus. — Willelmus. — Atanulfus. — Rainaldus presbiter f[irmavit] et s[cripsit].

Authentique du chap. d'Arles, f° 71, n° lxxix.

268 Arles, 20 décembre 967.

Precaria *accordée par Ithier, archevêque d'Arles.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, *Iterius*[1] *sancte Arelatensis sedis ecclesie archiepiscopus*. Notum sit omnibus fidelibus nostris, seu omnibus[2] xpistianis, tam presentibus quam et futuris, quod vir honorabilis nosterque fidelis, Teubertus[3] nomine, et conjux sua Richildis, nostram adeuntes Celsitudinem, rogaverunt qualinus eis aliquid ex rebus[4] Arelatensis ecclesie pertinentibus, loco precarie concederemus. Igitur, in primis,[5] consenti[enti]bus nostre ecclesie canonicis, largimur eis terras in comitatu Ucetico, Sancta Maria Gordanicis pertinentibus, seu predicta sedis Arelatensis. Hec[6] est villa, vocabulum Colonicas, cum omnibus[7] sibi pertinere videtur[8] ; terris videlicet, vineis, pratis, pascuis, silvis, garritiis, arboribus, pomiferis seu et inpomiferis, molinariis, aquis, aquarum vel decursibus earum. Et in ipso comitatu Ucetico[9], concedimus aliam villam, quam vocant Pratis, que[10] Pontius quondam et conjux, pro remedio[11] anime suae, Sancte Mariae Gordanicis, seu Sancti Stephani sedis Aralatensis, dimiserunt, similiter et huic viro jamdicto Teuberto, et conjux sua[12], loco precarie concedimus. Hoc sunt, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, garritiis, arboribus pomiferis seu et inpomiferis, molinariis, aquis, aquarum vel deductibus earum ; omnia que ad dictas villas pertinet[13], totum et ab integrum, Teuberto, et conjux[14] sue, donamus, tradimus ; eo scilicet tenore, quamdiu vixerint, teneant et possideant. Censum vero quod predicta Richildis, annis preteritis, Sancte Marie de Gordanicis reddebat, ita, dum vixerit, similiter solvat. Post discessum ejus, singulis annis, in Assumptione, Sancte Marie Gordanicis ecclesie, si ibi congregatio fuerit monachorum, Teutbertus solidos v. in censu persolvat ; et si congregatio deest, canonicis predicte sedis Aralatensis prenominatum censum reddant. Hec contra vero, ut hec precaria a nobis facta firmior habeatur, et libentius[15] canonicis nostris consentiatur, donat predictus vir, cum conjuge sua, rem quandam[16] sue proprietatis, in comitatu Ucetico[17], in villa que nuncupatur Corbessatis, mansum unum, qui, ex comparatione, illis, legibus obvenit ; cum vineis campis, cultis et incultis, quantum ad ipsum mansum pertinet, usque ad fluvium Cicer. Et per quemquem annum Sancte Marie de Gordanicis, in vestituram, donent ss'. vini,[18] ss'. tritici. In regno Provincie, in comitatu Arelatensi[19], similiter donat predictus vir, et conjux sua, villam quam vocant Subcarnio, cum ipsa capella Sancti Martini, cum omnibus appenditiis suis, scilicet cum[20] vineis, campis, silvis, garritiis, arboribus, pomiferis et inpomiferis,

1. *B* Yterius. — 2. *B* o. fidelibus. — 3. *B* Teutbertus. — 4. *B* r. sancte. — 5. *B* ego. — 6. *B* Hoc. — 7. *B* o. que. — 8. *B* videntur. — 9. *B* Uzetico. — 10. *B* quam. — 11. *B* remedium. — 12. *B* conjugi sue. — 13. *B* predictas v. pertinent. — 14. *B* conjugi. — 15. *B* l. a. — 16. *B* res quasdam. — 17. *B* Uzetico. — 18. *B* vestitura donet 1. s[e]s[tarium] v. et 1. — 19. *B* Attense. — 20. *B* suis, hec sunt.

aquis, aquarum vel deductibus earum ; et que illis ex progenie parentum suorum legibus obvenit ; et per singulos annos, in festivitate sancti Stephani, canonicis ibidem servientibus, in vestitura, de vino optimo modium I.[1] Omnes igitur res supradenominatas predictus vir Teutbertus, et uxor sua Richildis, dum vixerint, teneant et possideant, atque fructificent. Post obitum quoque illorum, cum omni integritate, atque melioratione, ad prefatas ecclesias utreque res, absque alicujus contradictione revertantur. Si vero aliquis de successoribus nostris hanc precariam a nobis factam violare conatus fuerit, reducat ad memoriam illius proverbii verba : « Ne transgrediaris terminos quos posuerunt patres tui » ; et quod repetit evindicare non valeat. Unde due cartule, uno tenore, conscripte sunt, XIII. kal. januarii. Actum Aralatensi[2] civitate, publice, anno XXVIII. regnante Gonrado[3] rege. — Signum Icterii Arelatensis archiepiscopi.— Signum totius congregationis ejusdem ecclesie[4].

Authentique du chap. d'Arles, f° 4 v°, n° IV *(A)*. Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 48 *(B)*. Livre rouge, f° 363 v°.

269 Vers 968.

Lettre du pape Jean XIII ... coepiscopis per urbes Galliarum consistent. et praesident., Hicterio scil. Arelatensi, Amblardo Lugdunen., Teuthbaldo Viennensi,... Aimoni Valentinen,... Landrico Avenionensi..., *en faveur de l'abbaye de Cluny.*

Patrol. latina, t. CXXXV, c. 990. JAFFÉ, 3744 (2880).

270 Arles, janvier 969.

Concession à mi-fruits par l'arch. Ithier. DE SALLONE.

In Xpisti nomine. Convenentia, qualiter placuit atque convenit inter domnum *Iterium*, *Arelatensis archiepiscopum*, et aliquem hominem Sperandeum, et uxorem suam Martham. Noscitur quomodo conveniret inter illos de terra inculta, que est in comitatu Arelatense, in terminio de castro quod vocatur Sallone. Hoc sunt modiatas II ; consortes ex omni parte terra Sancti Stephani ; ac si qui alii sunt consortes. Per tale vero conventum, ut ipse Sperandeus, et uxor ejus, ipsam terram bene plantare, et fossa dare, et bene propagare studeant ; et cum bene advineata fuerit, et tempus fructificandi venerit, jamdictus archiepiscopus medietatem de ea recipiat. Post obitum vero Sperandei et uxoris ejus, alia medietas ad infantes Sperandei perveniat, sine ulla contradictione ; excepto si ad illos, vel ad infantes ejus, necessitas venerit, non liceat eis vendere, nec alienare, nisi ad ipsum prefatum archiepiscopum vel successores eorum, per tres terminos annunciaverint. Si autem emere voluerint, emant ; sin autem, vendant quibus voluerint. Sane si quis, ego, aut successores nostri, vel ullus homo, qui hanc convenientia ire, agere, vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod injuste repetit, sed componat in vinculo sol. V. Et si ipsi laboratores se abstrahere voluerint, similiter componant sol. V, et in antea in ipsa convenientia permaneant. Facta convenientia ista in Arelate civitate, publice, in mense januario, anno XXX. regnante Gonrado rege Alamannorum. Sig. domni Yterii archiepiscopi, qui hanc convenientiam scribi jussit, et manu propria firmavit. — Sig. Warnerius, abb. — Willelmi. — Et alii VII. firmaverunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 67, n° LXXV.

1. *B* modio I. persolvant. — 2. *B* Arelate. — 3. *B* Conrado. — 4. *B omet* Signum *à fin.*

271 Arles, 1er mars 969.

Echange entre Boson et Ithier, archevêque d'Arles.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego in Xpisti nomine Boso, et conjux mea Folcoara, comutamus ad ecclesiam Sancti Stephani sedis Arelatensis, et ad dompnum scilicet *Iterium archiepiscopum*, aliquas res que michi Bosoni, ex parte conjugis mee Folcoare, et ei ex projenie parentorum suorum, legibus obvenit ; in comitatu Avenionensi, in agro Rubiano, secundum testamenti seriem, dicentis : Qualis est emptio, talis et comutatio, ut et emptio et comutatio, utraque obtineant firmitatem. In loco itaque super Marignano, campum unum, que consortat, inter consortes, ex duobus frontibus, terram Sancti Nazari ; de uno latus, viam publicam ; de alio latus, Rainoardum. In alio vero loco, campum unum, ad ipsos quatrones ; et consortat, de uno latus et uno fronte, terram Sancti Cesarii ; et de uno fronte, Bonum filium, clericum ; et de alio latus, viam publicam. In alio vero loco, campum unum, ad Molleriam ; et consortat pro uno latus, viam publicam ; de alio latus, Rodanum flumen ; de uno fronte, Bonum filium, clericum ; de alio, terram communem. Et quartus campus, in villa que dicitur Tharascone ; et consortat, de uno latus, nos ipsos comutatores ; de alio latus, Bonum filium, clericum ; de uno fronte, viam publicam ; et de alio, terram Sancte Marthe. Et in alio loco denominato inter Saignonem et Aurignana, campum unum ; et consortat, ex uno latus, terram Sancti Genesii ; de uno fronte, Rancinnum ; de uno latus, Aicardum ; et de uno fronte, flumen Durentie. In ipso loco, alium campum, qui consortat, de uno latus, Bellucium ; et de alio, Vualterium et Balneratum ; de uno fronte, Amalricum ; et de alio latus, ipsum Bellucium. Unde ista omnia comutamus tantum, et alium tantum, atque transfundimus ad ecclesiam Sancti Stephani, et ad dompnum prefatum archiepiscopum. Et accipimus pro his rebus denominatis, castrum vetustissimum in comitatu Aquense, qui vocatur vocabulo Sanctum Amantium ; totum et ab integro, a mari usque in valle, et a fonte usque in finem montis, ad jus et proprietatem nostram, habendi, tenendi, nostrisque heredibus derelinquendi. Et teneat ipsa ecclesia istas res atque possideat, omnique tempore, sine ulla contradictione. Sane, si quis, nos aut heredes nostri, vel ulla opposita persona, qui hanc comutationem contraire, aut inrumpere conaveris, non valeat obtinere quod injuste reppetit ; sed componat in vinculo auri obtimi in pensas libras IIIJor ; et in antea hec comutatio firma et stabilis perpetualiter perseveret, omnique tempore ; cum stipulatione interposita, pro omni firmitate subnexa. Hacta comutacio ista in Arelate civitate, publice, sub die kal. marcii, anno XXX. regnante Chuon-

rado rege Alamannorum seu Proventiarum, indicione III. — S. Bosone, et uxore sua Folcoara, qui hanc comutacionem scribere, et testibus firmare rogaverunt, manibus suorum firma. — S. Waltelmi. — S. Ranulfi — S. Autrigi. — S. Autberti. — S. Majuli, et ceteris pluribus.

Authentique du chap. d'Arles, f° 13, n° XII. Lire indiction XII.

272 Vers 970.

Bulle du pape Jean XIII à Ithier, archevêque d'Arles.

JOANNES episcopus, servus servorum Dei, divine pietatis nutu sedis apostolicae humilis papa, *Iterio*, condigno fratri, *Arelatensis ecclesiae metropoli, pariterque archipręsuli*, Salutem et beamen obtat in evum, at vero Galliarum, pręcipue Proventiarum episcopis cunctis omnimodas, ineffabilesque millenas exobtat fidelissimas orationes ; scilicet, Thetbaldo, Viennensis ecclesie archipręsulo, ejusque suffraganeis universis ; Aymerico etiam primę Narbonensis venerabili archiepiscopo, cum sibi subjectis ; Silvestro namque secundę Narbonensis digno archipręsulo, suisque subjacentibus ; domno videlicet Landerico, Thederico, Aeyrardo, Honorato, Pontio, necne Umberto, dignissimis ęcclesiarum suarum pastoribus, communem ac perhennem ęternitatis gloriam. Scitote vos rectores fore, clavesque cęlestis januę vobis a Deo potestatem ligandi ac solvendi evidenter certissime creditis. Et si ordinem sumptę potestatis plenus servaveritis, in apostolico ordine perpetim cum Xpisto manere nequaquam vos dubitare suspicamus. Doleo itaque, et vęhementissime tristor, super tanti sceleris causa, quę a multorum hominum ore creberrime nostris conspectibus diffamatur. Quia primas Arelatensium, quę principatum et capud obtinet cęterarum ęcclesiarum, secunda a Romana sede, multis modis lacerationibus eviscerata, conculcatam fore audimus ; impleta in ea prophetę sententia dicentis : « Sedet in tristitia domina gentium ». Quapropter, vobis, et cunctis ęcclesiarum Dei fidelibus, propriis apicibus designare cupimus quęrelam tanti sacrilegii, quur predictus ejusdem ęcclesie antistes nequiter assidua confligatur injuria. Ea namque juvamina, quę a largitoribus nostrę ęcclesię sunt semper cedenda, sciatis a nobis plenissime fore largienda. Nunc igitur a clavigero regni cęlestis, nostręque inclite potestatis monitu impe', nostraque providentia, suę quoque cessionis coacti largimus ei integram habere licentiam et potestatem abominandi, gladio quoque excomunicationis feriendi, eos qui ei contrario obsteterint ; quod nos vere, ut omnibus cognitum est, abnegare non valemus. Quomobrem, obsecrando vobis precipimus, atque fraterne efflagitamus, ut omnes qui ausu temerario terram sanctuarii fuerint ausi contingere, vel in aliquo ledere, et injuriam ei inferre, nullius admirantes personam, plenissimam usquęquaque faciatis legem, et secus sanctorum canonum precepta graviter eos corrigite. Postremum vero, si necesse fuerit, tempore et hora qua ipse vos deprecando admonuerit, cum ipso pariter gladio excomunicationis percutite. Tenor autem nostrę excomunicationis iste est, quem vos volumus roborare, atque confirmare. — Auctoritate sanctę et ineffabilis Trinitatis, id est Patris, et Filii, ac Spiritus sancti, sint excomunicati, partemque habeant cum Datan et Abiron, quos terra vivos obsorbuit ; cum Juda quoque, qui Dominum tradidit, ęternis incendiis concrementur. Domus quoque eorum vastentur, sintque cum diabolo in igne, cujus ignis non moritur, et vermibus qui non moriuntur. In presenti seculo sentiant eandam poenam quam sensit Herodes, qui consumptus a vermibus expiravit. Adjungat eis Dominus pestilentiam, donec pereant de terra, et de his qui sunt in ea. Percutiat eos Dominus egestate, febri, frigore, ardore et ęstu ; et persequantur eos omnia mala hęc, donec evellantur a sedibus paradysi. Feriat quoque eos Deus ulcere Egypti, et parte corporis per quam stercora digeruntur, scabie quoque et purigine, ita ut curari non possint. Amentia et cecitate a Domino feriantur. Habeant quoque consorcium cum Arrio, cujus intestina in secessum egesta sunt. Maledictione perpetua maledicat eos Pater ęternus, nisi se ad emendationem preparaverint ; et sint sanctę Dei ęcclesię liminibus sequestrati, et a consortio fidelium xpistianorum omnium segregati ; et insuper perpetuę anathematis vinculis innodati, ita ut non queant solvi, usque pervenerint ad emendationem congruam. Maledicti sint dormientes, et maledicti vigilantes ; maledicti egredientes, maledicti regredientes ; maledicti edentes et bibentes, et maledicti esurientes et sicientes. Maledicti sint operantes, et male[di]cti ab opere cessantes ; maledicti in domo, maledicti extra domum. Maledicti sint in cyvitate, maledicti extra civitatem. Maledicti sint in villis, maledicti in montibus, maledicti in vallibus, maledicti in silvis, maledicti in pratis, maledicti in aquis, maledicti in omnibus locis ; nisi se correxerint, et inferant partibus sanctę Dei genitricis Marię, omniumque sanctorum merita ; recludanturque in barathro inferni. Ad postremum autem gladio perhenniter excomunicationis nostrę, et Romanę ęcclesię metropolis, eos percutimus ; et omnibus maledictionibus, quę in veteri ac novo continentur Testamento, eos jugulamus ; perpetuali quoque gehęnnę incendio concremandos esse tradimus, nisi ad satisfactionem pervenerint. Volumus autem, ut audientes hęc, prosequantur, dicentes : fiat, fiat, fiat ! Qui autem huic sententię nostrę oboedire noluerit, sit anathema maranatha, cujusve ordinis sit. Idem enim dicitur : Perditio sit illis in adventum Domini. Amen.

Authentique du chap. d'Arles, f° 2 v°, n° III. JAFFÉ, + 3743 (CCCLXXI). [Bulle fausse.]

273 Cruas, 27 septembre 970.

Dédicace de l'église de St-Michel, à Cruas (Ardèche), par Ithier, archevêque d'Arles.

ANNO Incarnationis dominice DCCCCLXX. Cum resideret sancte Dei *Arelatensis aecclesie archipresul Iterius*, in cenobio super Rodanum amnem consitum, qui vocatur Crudatis, exquirens sancte religionis cultum, cum abbate ejusdem monasterii nomine Abraham, et ceteris fratribus sub ejus potestate Domino famulantibus, adiit presentiam predicti archiepiscopi nobilissima feminarum, matrona quedam, nomine Gotolindes, petens humiliter domnum archiepiscopum, ut in prefato cenobio, aecclesiam destructam quondam, que fuerat

in honore Sci archangeli Michaelis, dedicaret. Cujus precibus obnixe favens domnus archiepiscopus respondit se abnuere, sic tamen ut eam ex herede sua dotaret, sicut sanctorum canonum monstrat editio. Quapropter jam dicta venerabilis matrona voluntariae obediens, donavit in dotem ejusdem aecclesiae cabannariam unam, in qua manere videbatur Udulardus; que est in comitatu Vivariense, in villa que vocatur Baxus; totum et ab integro, quantum ad ipsam cabannariam pertinere videtur. Consortes, de uno latus, Ripertus; de alio, aecclesiam Sancte Mariae; de alio, ipsa donatrice; ac si quis alii sunt consortes. Sane si quis, ego aut heredes mei, vel ulla opposita persona, qui eam dotem contraire voluerit, non obtineat quod male inquirit; sed ira Dei omnipotentis, et sancte Mariae, sancti archangeli Michaelis, et omnium sanctorum merita incurrat; et in antea, hec donatio firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Acta hec donatio in monasterio Crudatis, v. kal. octobris, anno xxxi. regnante Gonrado rege. Signum Gotolindis, que hanc cartam scribere et firmare rogavit, manu sua firma. — Sig. Esmidoni. Sigualdi. — Fredadi. — Amalfredi. — Avunni. — Nortaldi monachi, qui relegit et subscripsit.

Authentique du chap. d'Arles, f° 45 v°, n° xliv.

274 — Arles, 26 novembre 971.

Concession de vignes à mi-fruits par Ithier, archevêque d'Arles. De Avenione.

In nomine Dei eterni et Salvatoris nostri Jhesu Xpisti. Convenientia qualiter convenit inter dominum venerabilem *Hicterium archiepiscopum*, vel canonicos Sancti Stephani, et quemdam presbiterum, ipsius aecclesiae canonicum, Aynardum, et aliquem hominem, nomine Durantem, et uxorem suam Laurentiam. Que est ipsa convenientia de vineis disruptis in comitatu Avenionense, in terminio de villa Sagnone; et sunt modiate v, que pertinent ipse vinee ad communiam canonicorum Sancti Stephani. Consortes, de uno latus et uno fronte, Segnoreto; de alio latus, Dionisii et Rainardi; et de alio fronte, Heliam pbrm.; ac si quis alii sunt consortes. Per tale vero conventum, ut ipse Aynardus presbiter et Durantus, ipsas vineas disruptas bene propagare, et fossa dare, et construere studeant; et in tempus vindemiae, fructus vinearum, salva custodia, provideant; et ipsum actuarium bene pascant. Et dum ipsi vixerint, omni tempore, unam medietatem fructuum ex eisdem vineis recipiant; aliam quoque medietatem ad canonicos Sancti Stephani pervenire faciant. Post obitum itaque eorum, ipsa convenientia de ipsis vineis, ad unum heredem de presbitero Aynardo, et unum de Durante, et uxore suae, cui voluerint, perveniant. Sane si quis, nos vel ullus homo, qui hanc convenientiam contrariare voluerit, non obtineat quod injuste reppetit; sed componat in vinculo, sol. x. Et in antea, haec convenientia firma et stabilis permaneat, cum stipulatione interposita, pro omni firmitate subnexa. Facta convenientia ista in Arelate civitate, vi. kal. decembris, anno xxxii. regnante Conrado rege. — Sig. domni Hyterii archiepiscopi, qui hanc convenientiam scribere et firmare precepit, manus sua firmat. — Nortaldus, subpremus servorum Dei, s.

Authentique du chap. d'Arles, f° 35, n° xxxiv.

275 — Arles, 26 avril 972?

Donation à la basilique de St Etienne d'Arles et à l'archevêque Ithier, par le prêtre Constantin.

Mundi terminum adpropinquantem, ruinis crebrescentibus, jam certa signa manifestant. Itaque, si aliquid de rebus nostris, locis sanctorum, vel substantia pauperum conferimus, hoc nobis, procul dubio, in eternam beatitudinem retribuere confidimus. Ego quidem Constantinus pbr., de tanta misericordia et pietate Domini confisus, per hanc epistolam donationis, donatumque in perpetuum esse volo ad basilicam Sancti Stephani, protomartiris Xpisti, ubi sanctus Trophimus preciosus corpore requiescit; vel omni congregatione canonicorum ibidem consistenti, et venerabilis vir *Yterius archipresul* preesse videtur; mansiones, foris menia Arelate civitatis, juxta aecclesiam Sancti Laurenti positas, cum omnibus apendiciis, suisque adjacentiis, sicut a me, presenti tempore, videtur esse possessum; totum et ad integrum de jure meo, in consilio in vestra vel sancti Stephani, jure proprietario, trado atque transfundo, quantum ibi visus sum habere. Ea vero ratione, ut quamdiu in caput advixero, sub usu beneficii vestri, absque ullo prejudicio, vel diminutione aliqua, predictas res tenere et usurpare debeam. Et post meum quoque discessum, quiquid in jam dictas res additum, adtractum, melioratum, repertum fuerit, et transitus ibidem vita degentibus, Xpisto protegente, tanquam si ad presens, absque usu nostro, eorum fuisset obsequuta possessio, in eorum faciant revocare potestate, vel dominatione. Ita ut quiquid exinde, pro oportunitate aecclesie, facere decreverint, liberam ac firmissimam, in Dei nomine, habeant potestatem. Et si fuerit, aut ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet persona, qui contra hanc donationem aliquid refragare, vel calumpniam generare presumpserit, illud quod reppetit, non vendicet; sed ira Dei omnipotentis, et omnium sanctorum merita incurrat; et cum Datan et Abyron, demergatur in baratrum inferi; et cum Juda, qui Dominum tradidit, particeps existat; et postea hec donatio stipulatione subnixa, illibata permaneat. Acta cartula ista, in Arelato civitate, publice, regnante Gonrado rege, vi. kal. maii. — Sig. Constantinus pbr., qui hanc donationem fieri jussit, et testibus firmare rogavit, manus sua firmat. — Iterius archipresul roboravit. — Eyrardus, episcopus atque prepositus, f. — Ugo levita. — Helyas pbr. — Brictius pbr. — Adalbertus pb. — Ricardus pb. — Odilus pb. — Vitalis pb. — Agilbertus pb. — Berardus sacer. — Bab pb. — Tructaldus pb. — Bernerius pb. — Adalbertus pb. — Venrannus pb. — Danihel pb. — Aycardus levita. — Archinricus levita s[cripsit].

Authentique du chap. d'Arles, f° 47, n° xlvi. Le n° xix (f° 21 v°) est daté : « In mense aprilis, anno xxxvi. regnante Conrado rege » (avril 975).

276 — Mai 972.

Hicterius, sancte sedis Arelatensis archimandrita, *constitue Ermengarde abbesse du monastère de St-Césaire, et lui rend l'abbaye des Sts-Vincent et Ferréol de Nyons, au diocèse de Vaison.* S. archiepiscopus Hicterius, qui hanc cartulam ita scribere et testibus firmare rogavit, manu sua firmat.

Voir la pièce à l'abbaye de St-Césaire.

277 Arles, 19 juillet 975.

Precaria *concédée par Ithier, archevêque d'Arles, à Teucinde, religieuse.*

In nomine Dni Dei eterni et Salvatoris nostri Jhesu Xpisti. *Ytterius*[1], gratia Dei *sancte sedis Arelatensis archipresul.* Omnibus namque notum esse volumus, et precipue filiis aecclesie, quia quondam venit ante nostram presentiam quedam sanctimonialis Theucinda nomine, rogans et petens ut aecclesiam Beati Ypoliti, cum terrula, vel decimis ibidem apertinentibus, sub jure precarie illi concederemus; videlicet, ut aecclesiam rehedificet, divinum officium in ea celebrare faciat et in melius restauret. Igitur, nos precibus ejus adquiescentes, concedimus ei[2] cum consilio et voluntate canonicorum nostrorum predictam aecclesiam, cum omnibus ibi apertinentibus, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, garricis, arboribus pomiferis et impomiferis, cum exago et regressu, aquis, aquarum vel decursibus earum. Ita sane ut ipsa et nepos ejus Riculfus episcopus teneant et possideant, et semper in melius rehedificare studeant, quamdiu vixerint. Et in unoquoque anno, in censu, unum solidum in festivitate sancti[3] Stephani nobis persolvant. Dat igitur predicta Deo devota, in recompensatione hujus meriti, suum alodum quod illi, ex progenie parentorum, legibus obvenit; qui est in comitatu Arelatensi, in termino ville Barzianicos, ad ecclesiam Beati Stephani, et nobis, quantum ibi visa est habere ad suam partem, excepto illa terra quam pro commutatione Montis majoris antecessori nostro dedit; et una vinea[4], quam Ansimirus plantavit. Reliqua vero quantum habet, donat, hoc est mansiones cooperte atque destructe; campi culti et inculti; viridiarii optimi, cum ortis cultis, et vineis, et occlatis, exagi, et regressum[5] totum, et ad integrum, quantum visa est habere vel possidere, transfundit ad ecclesiam nostram, et nobis, eodemque tenore; ut quamdiu vixeri(n)t, ipsa et heres ejus scriptus[6] teneant et possideant; et in unoquoque anno in vestitura, inter panem et vinum,[7] modium nobis persolvant, vel cui mandaverim[8]. Post discessum vero amborum, predicta ecclesia, cum omnibus hedificiis que ibi hedificaverint, et terra quam ipsa donat, absque aliqua[9] tarditate ad ecclesiam nostram revertatur[10]. Quod si neglegentes fuerint in uno anno vestituram et censum prescriptum persolvere, in alio in duplo componant. Sane si quis, nos aut successores nostros, contra hanc precariam, secundum canonum statuta a nobis concessa[11], ire, agere, vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod repetit, sed componat tantum de suo proprio quantum ipse res valere potuerint; et insuper hec precaria firma et stabilis permaneat omni tempore, cum stipulatione interposita, usque ad tempus statutum, pro omni firmitate subnixa[12]. Facta precaria ista, in civitate Arelatensi, publice, xiiij. kal. augusti, anno xxxvi. regnante Gondrado[13] rege. — Signum Icterii, Arelatensis archiepiscopi[14]. — S. Warnerii, abbatis. — Adalbertus pbr. firmavit. — Babo pbr. firm. — Odilo pbr. firm. — Berardus[1] pbr. firm. — Tructualdus[2] pbr. firm. — Ayrardus episcopus atque prepositus firm. — Arelas pbr. firm. — Brictius pbr. firm. — Vitalis pbr. firm. — Venerandus pbr. firm. — Amalfredus pbr. firm. Riculfus episcopus, precipiente domno Yterio episcopo, scripsit, die et anno quo supra[3].

1. *B* Hyterius. — 2. *A* ejus. — 3. *B* ad festivitatem beati. — 4. *A* vineam unam. — 5. *B* regressus. — 6. *B* suprascriptus. — 7. *B* unum. — 8. *B* mandaverimus. — 9. *B* ulla. — 10. *B* revertat. — 11. *B* concessam. — 12. *B* subnexa. — 13. *B* Conrado. — 14. *B* Hyterii episcopi.

Authentique du chap. d'Arles, f° 5 v°, n° v (*A*); et f° 32, n° xxx (*B*).

1. *B* Bernardus. — 2. *B* Tructaldus. — 3. *A* omet Ric. à fin.

278 Arles, 20 juillet 975.

Precaria *d'une église accordée par l'archevêque Ithier à la même.*

Domino et meritis venerabili *Hytherio Arelatensi archiepiscopo*, ego in Dei nomen Theucinda, Deo devota una, pro Dei amore, et pro remedium anime mee, peto vestram excellentiam, ut ecclesiam in honore Beati Ypoliti dedicatam, cum omnibus sibi pertinentibus, michi sub jure precarie concedatis; ut eam reedificem, et in melius restaurem; et de his que ibi pertinere videntur, ego et nepus meus, Riculfus episcopus, usum et fructum habeamus. Quapropter, ut libentius faciatis, cedo Deo omnipotenti, et ecclesie Sancti Stephani, sedis vestre, aliquid de proprietate mea, que michi ex projenie parentorum legibus obvenit; qui est in comitatu Aralatense, in terminio de villa Barzianicos. Hoc sunt mansiones cooperte, atque destructe, cum viridarios optimos, et ortis cultis, campi culti et inculti, vineae, oylati, exagi et regresi. Hec omnia suprascripta cedo atque dono, vel quantum ibi visa sum habere, excepto illa terra quam, pro comutacione Monte majoris, antecessori vestro dedi; et una vinea quam Ansimirus plantavit; Deo et sancto Stephano, et vobis, successoribusque vestris in perpetuum. Eodemque tenore, ut quandiu ego, et nepus meus Riculfus episcopus vixerimus, usum et fructum habeamus; et vobis, in quequque anno, in vestitura, inter pane et vino, unum modium vobis solvamus; et de illa terra quam nobis in precaria tribuitis, ad missam Sancti Stephani, unum solidum in censo vobis donemus. Quod si negligentes fuerimus in uno de predicto censo vel vestitura solvere, in secundo in duplo emendare compellamur. Post nostrum vero discessum, utraque res, et vestra et nostra, sine aliqua contrarietate, ad matrem ecclesiam revertat. Sane si quis, nos aut heredes nostri, aut aliqua opposita persona contra hanc cartulam donacionis, ire, agere, aut inquietare voluerit, non valeat vindicare quod reppetit, sed componat in vinculo auri oblimi libra i, et in antea donacio ista firma et stabilis permaneat omni tempore, cum stipulacione interposita pro omni firmitate subnexa. Facta cartula ista in civitate Arelatense, xiii. kal. augusti, anno xxxvi. regnante Conrado rege. — S. Theucinde, qui hanc donacionis cartam scribere et firmare rogavit, manu sua fir. Riculfus episcopus fir. Anno fir. Albertus fir. Lanbertus fir. Riculfus episcopus, precipiente Theucinda, scripsit.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 13 v°, n° xiii, chrisme.

279 976/978.

Quicumque habitantes Arelati hanc scripturam legeritis, ammoneo, precor et adjuro ... ne dimittatis, quin omnibus palam annuntietis, nec sit aliquis qui tollat eam desuper altare Beati Stephani, nisi dum lecta fuerit et audita, donec audiatis persecutores Dei ęcclesię, pro quibus res agitur, ad satisfactionem venire... Et quoniam Arelas caput est et esse debet istius Gallię, proclamationem nostram ante presentiam rectoris ejus deferre decrevimus....

Cartul. de l'égl. cathédr. de Grenoble, 1869, p. 59-61.

280 Arles, 977.

Concession de vignes à mi-fruits, par Ithier, archevêque d'Arles. De Argentea.

In Dei nomen. Conv[eni]entia, seut promissionis, qualiter convenit inter domnum *Hyterium archiepiscopum* et domnum Ayrardum episcopum, vel cannonici Sancti Stephani, apud aliquos homines, nomen Rainulfo presbitero et Guicodaunicia. Noscitur quomodo convenisset inter illos de terra egresta. Est in comitatu Arelatense, in agro Argentea, prope ecclesia Sancti Petri, in loco denominato ubi dicitur Lacuna. Hoc est de terra, modiata una, meliorata ; consortes, de ambosque latus, terra Hebreorum ; de uno fronte, via publica ; de alio fronte, semetario concurrente ad aecclesiam Sancti Petri ; ac si quis alii sunt consortes. Per tale vero conventum : ipsi laboratores supra scripti ipsa terra cum bono studio plantare vitis, fodere et propagare, et fossa dare studeant ; et cum bene advineata fuerit, ipsi laboratores suprascripti, de ipsa vinea, unam medietatem ad proprium alodem accipiant ; et si necessitas illorum advenerit, et venundare cupiunt illorum medietatem, non liceat venundare, nisi ad domnum Eyrardum episcopum vel cannonicis Sancti Stephani ; per tale vero precium sicut boni homines preciaverint. Et si emere noluerint, vendant cui voluerint. Et faciatis ipsi laboratores quiquid volueritis, habendi, vendendi, dandi, vel commutandi, utrisque heredibus derelinquendi ; in omnibus, in Dei nomen, habeatis integram licentiam et potestatem. Sane si quis, ego, vel successores Sancti Stephani, qui contra convenientia ista ire, agere, vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod reppetit ; sed componat vinculum auri optimi uncias III ; et in antea, convenientia ista firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Facta convenientia ista in Arela civitate, publice, ante domnum Eyrardum episcopum, anno XXXVIII. regnante Gonrado rege. — Sig. Eyrardus episcopus, qui hanc cartam scribere fecit, et testes firmare rogavit. — Garnerius episcopus firm. — Riculfus episcopus f. — Adalbertus f. — Ricardus f. — Helyas f. — Berardus fir. — Vitalis f. — Brictius f. — Danihel f. — Constantinus f. — Arrate f. — Aurucius f. — Aynardus f.

Authentique du chap. d'Arles, f° 20 v°, n° XVIII. Le n° XX (f° 22) est daté : « VIIII. aprilis, anno XXXVIII. regnante Conrado rege » (9 ? avril 977).

281 Arles, 31 décembre 981.

Concession de vignes à mi-fruits par Ithier, archevêque d'Arles. De Laurada.

In Dei nomine. Convenentia, seu promissionis, qualiter convenit inter domnum *Yterium archiepiscopum sancte sedis Arelatensis*, apud aliquem hominem, nomine [*en blanc*]. Noscitur quomodo convenisset inter illos de vineas cultas que sunt Sancti Stephani, in comitatu Avinionense, supra villa Laurata, in loco denominato Ufiano. Hoc sunt de vineas, modiatas IIII. simul tenentes. Consortes de uno latus et uno fronte, vias publicas ; de alio latus, Teuterio ; de uno fronte, Guidone ; ac si quis alii sunt consortes. Per tale vero conventum, ut ipse laborator una medietate usque ad flumen Durentia, salva custodia, pervenire faciat ad opus domni Yterii, vel cujus beneficius erit ; et in tempore vindemiarum, ipsum bene pascant qui ipsos fructus receperit ; et per queque annum deferant inoglogias denarios XVI. Quamdiu vixerint, teneant et possideant. Post obitum vero illorum, ad unum heredem quem eligere voluerint, ipsas vineas in ipsa convenentia permaneant, quamdiu vixerint. Sane si quis, ego aut cujus beneficius erit, convenientia ista irrumpere voluerit, non valeat quod injuste quesierit ; sed componat in vinculum, de denariis solidos XX ; et in antea convenientia ista firma et stabilis permaneat, sicut suprascriptum est. Et si ipsi laboratores, vel heredes sui neglegentes fuerint de ipsas vineas, componant solidos XX ; et in antea in ipsa convenentia simul permaneat. Facta est autem in Arelate civitate, puplice, II. kal. januarii, anno XLII. regnante Rodulfo [1] rege.

Authentique du chap. d'Arles, f° 83 v°, n° LXX.

282 Arles, 985.

Echange de terres par Ithier, archevêque d'Arles. De Gallignano.

Vox legis et juris decrevit auctoritas, ut qualis est emptio, talis est commutatio. Igitur ego *Yterius sancte matris Arelatensis æcclesie archiepiscopus* comuto atque concedo, per voluntatem et consensu canonici ipsius, apud aliquos homines, Mainaldo et uxore sua Bonafilia, et Guilelmo et uxore sua Valeriana, aliquid de terra que pertinet a canonicis Sancti Stephani, in agro Argentia, in loco que nominant Gaviaco. Hoc est de terra culta modiatas XII ; et sunt consortes, Ramaricus, et Durantus, et Bellitus, fratres ; et de alio latus, via publica ; et de ambos frontes, terra Sancti Stephani ; ac si quis alii sunt consortes. Unde accepimus nos alium alodem, ad opus Sancti Stephani, et canonicis, in comutatione, in ipso comitatu Arelatense, in loco que vocant Gallignano ; hoc est de terra culta, tantum et medium tantum, inter tria loca. Est unus campus inter consortes Bonitio, et Ricardo presbytero ; et de alio latus, via publica ; et de alio fronte, terra Sancti Stephani. Est alius campus ibidem, de uno latus et uno fronte, via publica ; de alio fronte, terra Sancti Stephani [2]. Est tercius

1. *Il faut lire, sans conteste possible,* Conrado. — 2. *A omet depuis* Est alius.

campus inter consortes Raiamberti ; et in alio latus, Poncione et heredes suos ; et de alio fronte, garriga ; et in alio fronte, Gairaldo ; ac si quis alii sunt consortes. Sig. Mainaldus et uxor sua Bonafilia, et Guilelmus et uxor ejus Valeriana. De ipsa terra, quod voluerint, faciant ; id est, habendi, vendendi, dandi, vel comutandi, utrisque heredibus derelinquendi, in Dei nomine, habeatis integram licentiam et potestatem. Ita ut nullus homo comutatione ista non valeat irrumpere [1] ; et haec comutatio firma et stabilis permaneat omni tempore. Facta est comutatio ista in Arelato, publice, DCCCC. octingesimo quinto, regnante Conrado rege. — Sig. Yterius [2] archiepiscopus, qui hanc cartam scribere et firmare rogavit, propria manu sua firmavit. — Warnerius abb., et alii multi firmaverunt [3].

Authentique du chap. d'Arles, f° 64, n° LXXI *(A)* ; et f° 113 v° *(B)*.

283 — Arles, 16 juin 983.

Precaria *accordée par Ithier aux neveux d'Humbert, évêque de Vaison et prévôt d'Arles*. De Mornacio.

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Ytherius* [4], superna providente clementia, sancte *Arelatensis ecclesie archimandrita*. Notum sit omnibus hominibus fidelibus nostris, tam presentibus quam futuris, quod viri honorabiles nostrique fideles, Ymbertus Vaisionensis ecclesie episcopus et huic ecclesie nostre prepositus, et frater ejus Yson nomine, nostram adeuntes celsitudinem, petierunt et rogaverunt, quatinus eis aliquid ex rebus sancte Arelatensis ecclesie pertinentibus, ad filios Yson, his nominibus Poncione et Raimberto [5], nepotes predicto episcopo, loco precarie concederemus ; quod [6] et fecimus. Igitur imprimis, ego cum consilio et voluntate canonicorum nostrorum, largimus eis terras in comitatu Aurasico [7], hoc est ecclesia vocabulo Sancti Martini, cum ipso castro que dicunt Roca, et villa que dicitur Jocundatis ; cum omnibus ad easdem rebus pertinentibus, vel adjacentibus ; terris videlicet cultis et incultis, cum decimis, pratis, pascuis, silvis, garricis [8], arboribus pomiferis seu et inpomiferis, aquarumve decursibus, exitibus et regressibusque, situm et inquirendum. Omnia hec supradicta predicto episcopo Ymberto [9], et heredibus suis jamdictis, tradimus atque concedimus. Et in predicto comitatu Aurasico [10], ultra fluvium Liz, de ipsa terra Sancti Martini, quantum ibidem aspicit, vel pertinere videtur, similiter in hac precaria largimus ; eo scilicet tenore, ut quamdiu advixerint [11], teneant et possideant, atque fructificent, et singulis annis, festivitate sancti Stephani Arelatensis [12] ecclesie modio I°, inter panem et vinum, et [13] denarios solid. V. in censum persolvant. Consortes, de uno latus, rivulum que dicunt Laudone ; de alio latus, saxa que dicitur Petra ; de uno fronte, spinosa vel cacarella vocante ; in alio vero fronte, fluvium Rodano. Exceptis terra que [14] Poncius genitor ejus per prestariam Manasseo archiepiscopo ad filio suo Ymberto [9] episcopo adquisivit. Et contra vero, ut hec precaria a nobis facta firmior habeatur et libentius ad canonicis nostris consentiatur, donat predictus episcopus, et frater ejus Yson, res quasdam sue proprietatis, in comitatu Uzetico, in vicaria Karianense [1], villas denominatas Prugnano et Quoruntiano [2], quarta parte : exceptis vineis Sancte Marie et Sancti Quinidii, Vasionensis ecclesie. Et in ipso comitatu, alia villa que dicunt Laio [3], cum ipsa ecclesia Sancti Salvatoris, partes duas tribuimus, et de ipsa insula similiter. Omnes igitur res supradictas predicti viri Poncius et Raiembertus [4], quamdiu vixerint, teneant et possideant, atque fructificent ; post discessum vero illorum, cum omni integritate atque melioratione ad suprascriptam matrem ecclesiam, et ad rectores ejusdem, utreque res, absque alicujus contradictione, deveniant, et sine mora revertantur. Si vero aliquis de successoribus nostris hanc precariam a nobis factam violare conatus fuerit, reducat ad memoriam illius Proverbii verba : « Ne transgrediaris terminos quos posuerunt patres tui ». Et quod repetit et [v]indicare non valeat. Unde due cartule uno tenore conscripte sunt, in Arelate civitate publice, XVI. kal. julii, indictione XI^a^, anno XL.VI. regnante Conrado rege. Tamen hoc volo ut cuncti sciant et agnoscant de ipsa hereditate supradicta Prugnano villa, et Coruntiano, atque Laio, dum in hoc seculo vixero, meam partem, usum et fructum, michi reservo, et post obitum meum, sicut in hec precaria insertum est, ita permaneat. Et si de hoc censo supradicto, ad jam dicto termino neglegens extiterint, canonice districte in duplo emendentur, et in antea precaria hec firma permaneat. Iterus archiepiscopus manu sua firmavit. — Ymbertus gratia Dei episcopus, salvo honore ecclesiastico prepositus, firmavit. — Adalbertus pbr. et cantor f. — Gerardus, quamvis sacerdos, f. — Pontius pbr. f. — Ainardus pbr. f. — Marcellinus pbr. f. — Gairao pbr. f. — Arnieus pbr. f. — Helias pbr. f. — Vitalis pbr. f. — Ricardus pbr. f. — Aicardus levita f. — Aurutius pbr. f. — Vuicerannus levita f. — Daniel pbr. f. — Constantinus pbr. f. — Manasseo levita f. — Vualdaldus decanus f. — Tructaldus pbr. f. — Bab pbr. f. — Odilus pbr. f. — Agilbertus pbr. f. — Bernerius pbr. f. — Rotmares pbr. f. — Adalbertus pbr. f.

Livre noir de l'archevêché d'Arles, f° 46 v° *(A)*. Authentique du chap. d'Arles, f° 58, n° LXII *(B)* : toute la fin manque.

L'archevêque Ithier mourut le 18 décemb. (n° 3, c. 7).

ANNON, *Anno*, 980 ?-994.

284 — Arles, septembre 980.

Donation à Giballinus de Grimaldis *par Guillaume, comte de Provence*, consentientibus ... Annone archiepiscopo..., anno Incarn. domin. DCCCCLXXX, indict. X [= IX], m. septembri, regnante Conrado rege Alamannorum seu Provinciarum.... Anno archiepiscopus firm....

Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 42.

1. *B* ista ire, agere, vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod repetit ; sed componat in vinculo auri libra optimi I. — 2. *A omet*. — 3. *B* Warn. fr. — Abbas Berardus fr. — Airardus fir. — Arlatis fir. — Oriccius fir. — Poncius fir. — 4. *B* Yterius. — 5. *B* Raiamberto. — 6. *B* q. ita. — 7. *B* A. seu Tricasino. — 8. *B* carriciis. — 9. *B* Umberto. — 10. *B* Tricassino. — 11. *B* vixerint. — 12. *B* Arelatis. — 13. *B* et de. — 14. *B* quam.

1. *B* Bocariense. — 2. *B* Prupnano et Coruntiano. — 3. *B* Loio. — 4. *B* Raiambertus.

285 9 juin 981.

Precaria *confirmée à Pons par Annon, archevêque d'Arles.*

Eximii perspendentis gratie tuituque superno, *Anno,* tuitu omnipotentis Dei *Arelatensis ecclesie archipresul.* Notum sit omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus, perpetuis et futuris, qualiter veniens Pontius nomine, addidit presentiam ; postulans ut quasdam res nostre ecclesie, quas antesessor noster Hicterius, pro additamento nostre ecclesie ei concesserat, nos ei, per conscriptum nostre firmitatis, confirmaremus. Quapropter, peticionibus ejus assensum prebentes, cum consilio et assensu canonicorum Sancti Stephani, inde ei, secundum quod rectum est, pro adquirendis ecclesie rebus, placuit confirmari. Sunt autem ipse res, quas nos eidem consensimus, de terra Sancti confessoris Xpisti Cesarii, in comitatu Vasionense, villa que dicitur Momes, cum ecclesiis sibi pertinentis, videlicet Sancti Vincentii et Sancti Ferreoli. Ibique juxta alia villa Patennatis, cum ecclesiis Sancti Martini, Sanctique Petri. Ibi quoque adherente, villam que nominant Commendatis, et ecclesiam Sancti Vincentii, et villam que dicitur Pradellas et Pradinas. Ista omnia suprascripta, vel quantum ad ea pertinere, vel adjacere videtur, concedimus tibi, cum terris, silvis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, cum servis et ancillis, totum et ab integrum, in tua tradimus potestate ; excepto ipso quo Rodulfus tenet. Eo tenore vel racione, ut dum tu vixeris, et duo filii tui, Pontius et Laugerius, teneant et possideant ; et ut omni tempore, per unum quemque annum, deferant per censum, in Pentecosten, denarios xii. Et si negligentes in uno anno fuerit, in alio emendet ; et si non, ista suprascripta irrita fiet. Post obitum vero eorum, prescripte res ad ecclesiam Sancti Stephani, sine ulla tarditate revertantur. Consorciant ipsas res, de uno latus, rivum Equar decurrente ; et de alio latus, villas que terminant ipsas terras, stagnum, et inauracianicos ; in uno fronte, rivum que dicitur Sophia, et villa que nuncupatur Arbores ; et in alio termino Buzansi ; ac si quis alii sunt consortes. Quapropter ego, in Dei nomine, Pontius concedo vobis, et ad sanctam Dei ecclesiam Sancti Stephani, res proprietatis mee, qui michi legibus obvenit, in comitatu Vasionense, in villa que nominant Busayrol, in quantum michi pax obvenit, unam medietatem cedo. Sunt ipsas res, in mansis, in vineis, in campis, in silvis, pascuis, ortis, aglatis, pomiferis et inpomiferis, aquis, aquarumque decursibus. Precamur itaque successorum nostrorum reverentiam, ut ita facta nostra sinant manere indempnia, qualiter ipsi a suis successoribus sua cupiunt facta manere secura. Facta precaria ista, v. idus junii, anno xlii. regnante Conrado rege. Signum dompni Annoni archiepiscopi, qui hanc cartam scribere et testibus ad roborandum tradidit, manu firmat sua. Umbertus, prepositus, voluit atque consensit. Ugo levita fir. Gadaldus fir. Aychardus fir. Ysnardus fir. Bernardus fir Bricius fir. Arvicus fir. Bernerius fir. Adalbertus fir. Elias fir. Andreas fir. Agilbertus fir. Ricardus fir. Amardus fir. Odilus fir. Tructaldus fir. Odilus fir. Marcellinus fir. Ingoaldus fir. Bellitus fir. Vitalis fir. Durantes fir. Eldoynus fir. Adalbertus fir. Vuichirannus firmavit. Amelius presbiter, annuente Vuichiranno, scripsit atque firmavit.

Authentique du chap. d'Arles, f° 9, n° viii, chrisme au début. — Le n° l (f° 50) est daté : « ii. kal. maii, anno xliii. regnante Conrado rege » (30 avr. 982). Le n° xlii (f° 43 v°) : « kal. junii, anno xlv. regnante Conrado rege » (1er juin 984). Le n° xxiii (f° 74 v°) : « in mense novemb., anno xlv regnante Conrado rege » (nov. 984).

286 Arles, 10 mars 985.

Prestaria *accordée par l'archevêque d'Arles Annon, à Rodolphe,* vir inluster.

Si summi pastoris vestigia sequentes, qui nos non solum preesse, verum etiam se prodesse aecclesie sue rectores, pastoresque esse voluit, locuplementum ecclesie nobis commisse inquirere, prout posse nostro debemus, ut in presenti seculo diviciis sit affluens, et in eterna felicitate remuneracione sit gaudens. Quapropter ego in Dei nomine *Anno,* gratia Dei *summe ecclesie Arelatensis archiepiscopus,* necnon et canonici ejusdem nobis commissi, qualiter vir inlustris Rodulfus nomine, ut quasdam res nostre ecclesie per prestaria concederemus ; quo ita et nos fecimus. Sunt autem ipsas res in comitatu Vasionense, villa que nominant Commendatis, et ecclesiam Sancti Vincentii et villa que dicitur Pratinas, ab omnibus ibidem apertinentibus. Consortant ipsas res, de uno latus, rivulo Eguar ; de alio latus, rivulo concurrente, que dicunt Salva ; de uno fronte, villa que nominant Canillata ; de alio vero fronte, villa que nominant Belnone. Quanto infra terminos istos concluditur, de terra Sancti Stephani, vel Sancti Cesarii, una medietate in prestea concedimus. Eo tenore, ut dum ille vixerit, et duo filii sui, is nominibus Rostagnus et Arnulfus, teneant et possideant ; et per quemque annum, ad festivitatem sancti Çesarii, defferant de cera libras duas. Quapropter, ego in Dei nomine Rodulfus, et filii mei supra jam scripti, concedimus vobis, et ad sanctam Dei ecclesiam Sancti Stephani, vel Sancti Cesarii, res proprietatis mee, qui sunt in comitatu Vasionense, in villa de Lactenis, unam medietatem, quantum de Adoara aquisivit. Ut dum vixerimus, teneamus et possideamus ipsas res suprascriptas ; post obitum vero nostrum, ipsas res suprascriptas, sine ulla contradictione ad Sanctum Stephanum, vel Sancti Cesarii revertant. Sane, si quis, ego aut successores nostri, sive ulla opposita persona, ulloque tempore inrumpere conaverit auctum nostrum, seu hanc cessionem violare temptaverit, non valeat obtinere quod injuste inquirit ; sed inferat partibus Sancte Marie genitricis Dei, Sanctique Stephani, et Sancti Cesarii, omniumque sanctorum merita incurrat, et sit anathema. Et insuper componat in vinculo auri obtimi libras iii, et in antea hec prestaria ista firma stabilis permaneat, omnique tempore. Facta prestaria ista in Arelate civitate, publice, vi. id. mar., anno xlvi. regnante Conrado rege, in Xpisti nomine feliciter, amen. S. dompnus Anno, gratia Dei archiepiscopus, fir. S. Ugo levita fir. Vuadaldus deganus fir. Bernardus fir. Vitalis fir. Aicardus fir. Ricardus fir. Adalbertus fir. Elias fir. Arvicus fir. Agilbertus fir. Ainardus fir. Bernerius fir. Pontius firm. Aimericus presbiter, mandante Vichiranno, scripsit.

Authentique du chap. d'Arles, f° 10 v°, n° ix.

287 Arles, 1er juin 986.

Concession de vignes par Annon, archev. d'Arles.
De Triphontio.

In Dei nomen. Convenentia, seu promissiones, qualiter convenit inter domnum *Annum archiepiscopum sanctae sedis Arelatensis aecclesiae*, necnon et fideles meos Guitberto et Ingilranno, apud aliquem hominen, nomen Mercorino, et uxori sue Manilde. Noscitur quomodo convenisset inter illos de terra Sancti Stephani, qui ipso Guitberto beneficius est, et Ingilranni fratribus; in comitatu Arelatense, in agro Triphontio, supra villa Rusticella, ubi dicunt Limeria. Hoc est de terra, semodiata I. et dextros XXXVIIII; consortes, de uno latus et uno fronte, de ipsa terra; de alio latus, ipso Mercorino et Eldoardo; de alio vero fronte, Ansaldo; ac si quis alii sunt consortes. Per tale vero conventum, ipse laborator ipsa terra cum bono studio plantare vitis, fodere et propaginare studeant; et cum bene avineata fuerit, unam medietatem accipiat ad proprium alodem. Et si necessitas ejus venerit, et venundare cupit, non liceat venundare, nisi ad canonicis Sancti Stephani; per tale vero precium, sicut boni homines preciaverint. Et si emere noluerint, vendant cui voluerint. Et faciatis quiquid volueritis; habendi, vendendi, dandi, vel comutandi, utrisque heredibus derelinquendi, in Dei nomine, habeatis integram potestatem. Sane si quis, nos vel cujus beneficius erit, vel ullus homo, contra convenientia ista, ad irrumpendum, non valeat vindicare quod reppetit, sed componat in vinculo auri optimi, uncia I; et in antea, convenientia ista firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Facta convenientia ista, in Arelate civitate, publice, kal. junii, anno XLVIJ. regnante Gonrado rege. Domnus Anno archiepiscopus, et Guibertus, et Ingilrannus, qui hanc cartulam scribere et firmare rogaverunt, manus illorum firmaverunt.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 61 v°, n° LXVII.

288 987 ?

Ego Bernardus, ecclesie Antipolitane vocatus episcopus, profiteor me deinceps sub ditione Arelatensis metropolite consistere. et ejus jussionibus obtemperare.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 15 v° (Sacramentale episcoporum de provincia, 7). Livre rouge, p. 253. Paris, Bibl. Nat., ms. lat. 5537, f° 108 v°.

289 Arles, 1er juin 987.

Concession de terres par Annon, archev. d'Arles.
De Triphontio.

In Dei nomen. Convenientia, seu promissionis, qualiter convenit inter domnum *Annum archiepiscopum sancte sedis Arelatensis æcclesiæ*, necnon et fideles meos Guitberto et Ingilranno, apud aliquos homines, nomen Petrone et uxori suae Isolanae, et Poncione et uxori suæ Alactrude. Noscitur quomodo convenisse inter illos de terra Sancti Stephani, que ipso Guitberto, et Ingilranno, beneficius est; in comitatu Arelatense, in agro Triphontio, supra villa Rusticella, ubi dicunt Limeria. Hoc est, de terra modiatas III; consortes, de uno latus et uno fronte, ipsa terra; de alio latus, Xpistoforo; de alio vero fronte, Aicardo; ac si quis alii sunt consortes. Per tale vero conventum, ipsi laboratores, et uxores illorum, de ipsas vineas unam medietatem ad proprium alodem recipiant; et si necessitas illorum evenerit, et venundare cupiunt, non liceant venundare nisi canonicis Sancti Stephani. Et si emere noluerint, vendant cui voluerint. Et faciatis quiquid volueris; habendi, dandi, vendendi, vel commutandi, atque heredibus derelinquendi, in nomine Dei, habeatis integram licentiam et potestatem. Sane si quis, nos, aut archiepiscopus, vel cujus beneficius erit, aut ullus homo, contra convenientia ista, ire, agere, vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod reppetit; sed componat in vinculum auri optimi, libras II, et in antea, convenientia ista firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Facta convenientia ista in Arelate civitate, publice, kal. junii, anno XLVIIJ. regnante Conrado rege. Sig. domnus Anno, et Guibertus, et Ingilrannus, qui hanc cartulam scribere et firmare rogaverunt, manus illorum firma. Sig. Adguilbertus. Tructaldus. Rotmaris. Caballarius. Aigaldus. Adalbertus pbr. Bernardus pb. Odilus. Richelmus. Autericus. Daidonatus. Johannes. Risonus firmr.

Authentique du chap. d'Arles, f° 49, n° XLVIII. — Le n° LXXIII (f° 65 v°) est daté : « Pridie kal. martii, anno L. regnante Gonrado rege » (28 fév. 989).

290 Arles, août 987.

Aleu concédé par Annon, archevêque d'Arles, à Bernard, évêque de Nimes.
In comitatu Uzetico, de villa Galzignano.

In nomine Domini. Ego *Anno sancte sedis aecclesiae Arelatensis archiepiscopus*, et cannonicis ibidem famulantibus Deo; placuit animus noster, et placet, nullus cogentis imperio, nec suadentis animo, sed propria et spontanea hoc elegit nostra bonitas; ut tibi amico nostro Bernardo, sancte sedis Nemausensis episcopo, donare volumus aliquid de alodem Sancti Stephani, vel Sancti Cesarii, quo ita et facimus. Et est ipse alodes in comitatu Uzetico, in vicaria Medio Gocense, in loco que vocant Galzignano. Donamus tibi ipsa villa, cum aecclesia que ibi est fundata in honore Sancti Cesarii, cum decimis et primiciis suis, et cum omnibus appendiciis, et quantum ad illa villa pertinet. Et in terminio de villa Marogine, vel Gentilius, sive Gaviano, vel Calvianicus, sive Frigido pestello, vel Pogio. Et in terminium de villa que Criblarias, sive Crispinianicus, vel Casa nova, sive Carese, vel ita Montelius, sive Autianicus. Et in terminium de villa Marogile, vel Mala velia, sive Cassagnatis, vel Meianas, sive Campagnago, vel Cassagnolas, et in Solorialo vulpilione. Et in terminium de aecclesia Sancti Stephani, vel Novales, sive Martignanicus, vel Marcolanicus; quantum infra ipsas villas, vel in eorum terminios habemus, totum et ab integrum vobis donamus, et ad proprium tradimus. Et convenit inter nos, ut ego Anno archiepiscopus accepi de te Bernardo episcopo suprascripto, sol. CCC. de denarios, propter ipsum alodem suprascriptum; in ea ratione servata, dum tu Bernardus episcopus vivis, teneas et possideas; et per

queque anno, dones sextarios II. de oleo, aut solidatas II. de cera, in vestitura, ad opus Sancti Cesarii. Post obitum vero tuum, ad Sancto Stefano revertat. Et quis contra hanc cartam, vel donationem istam, ire, agere, inquietare, vel irrumpere eam voluerit, non valeat vindicare quod reppetit, sed componat istas res suprascriptas duplas melioratas ; et in antea, donatio ista firma et stabilis permaneat, omnique tempore pro omni firmitate subnixa. Facta donatione ista in Arelate civitate, publice, in mense augusto, anno XLVIII, regnante Gonrado rege. Signum Anno archiepiscopo. Ugo levita firm.

Authentique du chap. d'Arles, f° 41, n° XXXVIII.

291 989.

Fondation de l'abbaye de Saint Gervais de Fos, par Annon, archevêque d'Arles.

NOTUM sit alumpnis catholice fidei, quod veniens quidam sacerdos, Paco nomine, ante presentiam domni *Annonis sancte Arelatensis ecclesie archipresulis*, petens ut concederet ei locum regulariter vivendi in ecclesiam Sancti Gervasii, que sita est subtus castrus nominatum Fossas, secus mare ; et congregandis fratribus ibi Deo pie servientibus, secundum sancti ac venerabilis patris Benedicti regulam, ceterorumque sanctorum regulariter viventium. Quam peticionem audiens domnus archigera, concessit ei hoc quod petebat, sub testificatione ut ibi suprascriptum est regulariter viveret, et fratres ibi sub regula adgregaret. Concessit etiam et decimum de totos pisces qui in piscatorias de ponte fuerint apprehensi. Quod si ita vivere studuisset, decedentibus fratribus qui modo ibi vivunt, partes ecclesie presbiteratus quas ibi possident, ipse sine mora perciperet. Et in introitu episcoporum, ipsi qui modo est, et succedentibus, singulas libras de pipero persolvat. Qui autem hujusce rei observator extiterit, benedictionem a Dno consequatur ; sin autem, quod absit, aliquis violator existens hoc irrumperit, anathematis vinculo innodetur. Actum hoc publice, anno Incarnationis dominice D. CCCC. LXXX. VIIIJ, indictione prima. S. domni Annonis archiepiscopi, qui hanc cessionem fieri jussit. Willelmus, comes, firmavit. Ymbertus, prepositus, firmavit. Poncius, Massiliensis episcopus, fir. Riculfus episcopus fir. Ugo fir. Aicardus fir. Berardus fir. Aldebertus fir. Arvicus fir. Helias fir. Tructaldus fir. Alius Aldebertus fir. Vitalis fir. Venrannus fir. Arelas fir. Ymhirannus fir. Agilbertus fir. Bernerius fir. Ricardus fir. Bricius fir. Ebrardus fir. Isnardus fir.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 42. Livre rouge, f° 341 v°.

292 Apt, 4 août 991.

Fondation du chapitre de l'église cathédrale d'Apt par l'évêque Theuderic, cum consilio et voluntate..., insuper etiam domni Annoni, Arelatensis archiepiscopi,...

Voir la pièce à l'évêché d'Apt (suppl.) [Il faut remarquer que la rédaction de cette pièce est identique, *mutatis mutandis*, à la fondation du chapitre de Carpentras (suppl.).

293 Avant 992.

EGO Stephanus, Vendacensis ecclesie vocatus episcopus, promitto coram Deo et sanctis ejus, omnem subjectionem, et obedientiam canonicam et fidelitatem, ecclesie Sancti Stephani sedis Arelatensis, ubi corpus beati Trophimi confessoris quiescit, et *Annoni* presenti archiepiscopo, et successoribus ejus, si eum supervixero.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 15 (Sacrament. episcoporum de provincia, 3).

294 Avant 992.

EGO Adilricus, Aurasicensis ecclesie vocatus episcopus, promitto coram Deo et sanctis ejus omnem subjectionem, et obedientiam canonicam et fidelitatem, ecclesie Sancti Stephani sedis Arelatensis, ubi corpus beati Trophimi confessoris quiescit, et *Annoni* presenti archiepiscopo et successoribus ejus, si eum supervixero.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 15 v° (Sacrament. episcoporum de provincia, 9).

295 Saint-Césaire, 992.

Testament du prince Guillaume, marquis de Provence, pour la restitution des Stes-Maries à l'abbaye de St-Césaire, adstante domno Annone archiepiscopo, *etc.*

BOUCHE, *Hist. de Provence*, t. II, p. 47.

296 15 mai 992.

Election de l'abbé de Saint-Gervais de Fos, par Annon.

APOSTOLICIS instituta doctrinis canonumque decretis sanctitum fore dinoscitur, ut unaqueque ecclesia proprio regatur patrono. Quapropter in Xpisti nomine, *Anno sancte sedis Arelatensis ecclesie archimandrita*, tactus amore divino, et accensus caritate paterna, una cum consensu et voluntate canonicorum nostrorum editioni sue parencium, elegimus quendam clericum ad abbatem, nomine Pationem, quantum ad humanos oculos attinet, satis humilem, prudentem, bonis moribus, aliarumque virtutum decenter ornatum. Nunc ergo monachos in ecclesia Beati Gervasii martiris degentes premuniat, illosque verbis atque exemplis regulariter nutriat, et locum prelibatum, Abbatia dicatum, in melius restauret atque reformet. Quod ut firmius et absque ulla ambiguitate alacriter, destructa restaurare studeat, manu propria hanc electionem roboravit, et ab aliis subscriptis roborari fecit, et eam sibi propriam perpetuo retinuit. Archipresul predictus firmavit, et roborari jussit. Anno igitur Incarnationis dominice D.CCCC.XC.I[I], indicione V, auxiliante Domino nostro Jhesu Xpisto qui vivit et regnat per infinita seculorum secula. Amen. Maiolus levita fir. Aicardus levita fir. Hugo levita. Holidus pbr. Ainardus pbr. Adalbertus exiguus pbr. Helias pbr. Ymchirannus pbr. Bricius pbr. Poncius pbr. Gerardus Quionius, alumpnus sacer, relegit. Marcellinus pbr. Amelius pbr. Borrellus pbr. Arvicus pbr. Agilbertus pbr. Hodilus pbr. Bellonus pbr. Tructaldus pbr. Durantus pbr. atque scribere imperavit, idus maii, die Pentecostes, feliciter, amen.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 43. Livre rouge, f° 342.

297 Arles, ?

Loyer passé par les chanoines d'Arles. De Galignano.

Breve memoriale de conventione, qualiter convenit inter Johannem presbiterum, et canonicos aecclesie Sancti Trophimi, vel Sancti Stephani, in tali vero tenore. Tenebat Johannes mansiones quas habebat infra muros Arelas civitatis, in terra Sancti Stephani, et terram quam habuit pater suus, in loco quam nominant Galignano; ut quamdiu ipse vixerit, filiusque ejus Ricardus, sine contrarietate, teneant et possideant; post obitum vero eorum, ad supradictam aecclesiam revertatur, cujus est. Supradictus namque Johannes pbr., qui hanc conscriptionem fieri precepit, pro redemptione anime sue, vel parentum suorum, propria manu firmavit, filioque suo firmare jussit. Facta cartula ista, in Arelate civitate, publice, tempore *Annoni archiepiscopi*, presentibus clericis, et laycis qui ibi adherant, videlicet Adalbertus caput scole; Amelius canonicus, ceterique clerici viderunt et firmaverunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 59, n° LXIII.

Annon serait mort moine de Cluny le 18 nov. 994.

PONS de Marignane, 99.-1030.

298

Vita s. Ysarni abbatis mon. S. Victoris Massiliensis.

... Tunc etiam Pontius Arelatensis archiepiscopus, nec multo post et successor ejus, totius tunc Provinciae unicum decus, Randibaldus, sub eodem patre sanctae se regulae submiserunt.

Mabillon, *Acta ss. ord. S. Bened.*, t. VIII, p. 614.

299 Arles, 21 janvier 1003/1009.

Accords entre Pons, arch. d'Arles, et ses chanoines.

Notitia diffinitionis vel guirpitionis. In Roma venerunt canonici Sancti Stephani, vel Sancti Trophimi, ante domnum papam Johannem; contra appellaverunt domnum archiepiscopum Pontionem, et patrem suum Franconem, de ecclesia Sancti Ypoliti, cum omnibus apenditiis suis, que est in comitatu Arelatensi. Ille papa, ut audivit, misertus est, et fecit eis rectum; et rogavit domnum archiepiscopum et patrem suum, ut eorum petitiones concedant. Illi vero, domno papa postulante, voluntarie reddiderunt eis ecclesiam, cum omnibus appenditiis suis. Quo facto, revertente domno Pontione archiepiscopo Arelatensem civitatem, jussit venire ante se omnem clerum sibi commissum, his nominibus: Ugonem, Aychardum, Vitalem, Arelam, Amelium, Borellum, Durantem, et alium Durantem, Pontionem et Pationem, Albertum, Marcellinum, Aynardum, Aroycum, Ingilradum, Odolinum, Dadolinum, Raginaldum, Ingoaldum, Folcoaldum, Barnerium, Bellitum, alium Durantem, Bermundum, Gonfredum, Udulbertum, Pontionem, et ceterorum aliorum. Fecit eis cartam, vel guirpitionem, de ipsa ecclesia jam supradicta, ante altare Sancti Salvatoris, Sancti Stephani, vel Sancti Trophimi, in presentia bonorum hominum, his nominibus: Laudrado, Bonofilio, Xpistoforo, Ysmidone, et ceterorum aliorum. Sane si quis, ego aut ulla opposita persona, vel ullus de successoribus meis, qui contra guirpitionem istam, ullo tempore, ire, agere, aut inquietare, vel irrumpere voluerit, non valeat vindicare quod repetit; sed componat in vinculum auri optimi libras X. Et insuper veniant omnes maledictiones super eos, que sunt scripte in veteri et novo Testamento. Veniat mors super illos, et descendant in infernum viventes; et non sit illis Deus adjutor, nec sit qui misereatur pupillis ejus. Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Aperiat se terra, et deglutiet eos, sicut Datan et Abiron, et cum Juda traditore, vel cum Simone mago, habeant participationem. Et sicut Deus submersit Pharahonem in profundum abyssi, sic submergat eos Deus in profundum inferni. Maledicti sint egrediendo et regrediendo, cum omnibus operibus eorum; et postea carta, vel guirpitio ista firma et stabilis permaneat omni tempore. Facta guirpitio ista in Arelatensi civitate, publice, in mense januarii, XII. kal. februarii. Signum domini Pontii, archiepiscopi, qui hanc cartulam scribere et firmare rogavit, manu sua firmat. S. Rotbaldus comes firm. S. Wilelmus comes firm. S. Adalascia com. firm. S. domnus Pontius j[u]venis firm. S. Autbertus firm. S. Wilielmus firm. S. Autericus firm. S. Leidradus firm. S. Adalrado firm. S. Eldigerius firm. S. Deodatus firm. S. Pontius firm. S. Asterius firm. S. Ysmido firm. S. Rozo firm. S. Xpistoforus firm. S. Bonusfilius firm. S. Bonusfilius firm. S. Danihel firm. S. Wilielmus firm. S. Teutbertus firm. S. Dodon firm. S. Rupertus firm. S. Aurutius firm. S. Bonusfilius firm. S. Raymundus levita, imperante domno Pontione archiepiscopo, scripsit.

Authentique du chap. d'Arles, f° 6 v°, n° VI.

300 1005.

Carta liberalis *de Ponce, évêque de Marseille, en faveur du monastère de Saint-Victor*.... Domnus Poncius, Arelatensis archiepiscopus, firmavit....

Cartul. de St-Victor, t. I, p. 18-22. Voir Marseille, n° 78.

301 Arles, juin 1006.

Echange de Bonfils avec Pons, archevêque d'Arles. De Gallico.

Vox legis, et juris decrevit auctoritas, ut qualis est emptio, talis est commutatio, et simul habeant firmitatem. Igitur ego Bonusfilius, et uxor mea Bonafilia, comutamus cum domno *archiepiscopo Poncioni sancte sedis Arelatensis*, aliquid de rebus Sancti Stephani, que sunt in insula Gallico, in terminio de æcclesiam Sancti Emetherii, hoc est de terra arabile, modiatas IIII, ad proprium alodem. Et est inter consortes, de ambos latus, terra Deidonati; de uno fronte, meipso herede; de alio, via publica. Et donamus illi in comutatione tantum, hec sunt modiatas VI; et est in agro Argentea, in loco quem vocant ad Sadzello. Est inter consortes, de uno latus, Teuberto et Ramarigo; de alio latus, via publica;

de utraque fronte, heredes illorum, vel si quis alii sunt consortes. Sane, si quis, ego, aut ulla admissa persona, qui contra vos, ullumque tempore, ire, agere, inquietare voluerit, non vendicet quod reppetit, sed componat in vinculum auri optimi libra una ; et in antea, hec comutatio firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Facta carta comutationis istius, in Arelate civitate, publice, in mense junio, anno dominice Incarnationis millesimo VI. Sig. Poncius archiepiscopus, qui hoc scribere fecit, et firmare rogavit, manus sua firma. Domnus archiepiscopus f. Ugo levita. Aicardus, et alii XVIII. inter clericos et laicos.

Authentique du chap. d'Arles, f° 72 v°, n° LXXXII.

302 — Arles, 16 mai 1007 ?

Pons, archevêque d'Arles. De Trainense et Valentinense, de locum qui dicitur Latranacus.

Sic summi pastoris vestigia sequentes, qui nos non solum praeesse aecclesie sue rectores pastoresque esse voluit, locu plenitiam aecclesiam nobis commisse inquirere, prout posse nostro debemus, ut in presenti seculo divitiis sit affluens, et in eterna felicitate remunerationis sit gaudens. Quapropter, ego, in Dei nomine, *Poncius*, gratia Dei *summae aecclesie Arelatensis archiepiscopus*, necnon et cannonici ejusdem nobis commissi, qualiter viros illustrissimos Geiraldo, et filios suos Geiraldo et Armanno, ut quasdam res nostre aecclesiae pro prestaria concederemus ; quod ita et nos fecimus. Sunt ipsas res in duobus comitatibus Trainense et Valentinense, in vicaria Latronaco, de Berra usque in Rubione, et sicut Rubion fluvius cadit in Rodanum. Quantum infra istos terminos concluditur, de terra Sancti Stephani vel Sancti Cesarii, in prestaria concedimus de ipsa terra una medietate, et totam aecclesiam Sancti Petri, cum sua parrochia. Eo tenore, ut quamdiu Geraldus, et duo filii sui vixerint, teneant et possideant ; et per queque annum, ad aecclesiam Sancti Stephani in censum deferant solidos V. Quapropter ego Geiraldus, et filii mei suprascripti, concedimus vobis ad sanctam Dei aecclesiam Sancti Stephani, vel Sancti Cesarii, res proprietatis nostre, que sunt in comitatu Trainense, in villa que dicitur a Sancto Vincentio ; ibique donamus vobis ipso manso que de Lauterio adquisivimus, cum quantum ad ipsum pertinet. In tali tenore, dum vixerimus teneamus et possideamus ipsas res suprascriptas, sine ulla contradictione ; post obitum vero nostrum, ipsas res suprascriptas, sine ulla contraditione, ad Sanctum Stephanum, et ad Sanctum Cesarium revertat. Sane, si quis, nos, aut successores nostri, sive ulla admissa persona, ullumque tempore, irrumpere conaverit, vel violare temptaverit, non valeat obtinere quod injuste inquirit ; sed inferat partibus Sancti Stephani, et Sancti Cesarii, de auro optimo, libras IIII ; et in antea hec prestaria ista firma stabilisque permaneat. Facta prestaria ista in Arela civitate, publice, XVII. kl. junii, regnante Rodulfo rege.

Authentique du chap. d'Arles, f° 44 v°, n° XLIII.

303 — 1008 ?

Donation à son église par Pons, archev. d'Arles. De Marignana.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Ego *Poncius, sanctæ sedis Arelatensis archiepiscopus*, dono ad Sancto Stephano, et Sancto Trophimo, et canonicis ibidem servientibus, pro remedio anime mee, ut Deus omnipotens dimittat omnia peccata mea ; dono uno manso de Aicardo, cum omnibus apendiciis suis. Eo actenus tenore, ut si episcopus, aut aliqua persona, istum brevem, vel istam donationem irrumpere voluerit, non valeat vindicare quod reppetit, sed componat in vinculum auri optimi librarum trium. Et insuper omnes maledictiones que sunt scriptæ in veteri et in novo Testamento, veniat super. Iste mansus fuit de Aicardo, in villa que dicitur Marignana. — Franco voluit, et consensit atque firmavit, et alii VII. firmaverunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 71 v°, n° LXXX.

304 — Arles, 26 février 1008.

Pons, archev. d'Arles. De Triphontio et Rusticella.

Auctoritas etenim jubet ecclesiastica, et lex precipit Romana, ut quicunque rem suam in alicunque parte transfundere voluerit potestatem, per paginam testamenti eam infundat, ut prolixis temporibus secura et quieta permaneat. Quapropter ego Genesius presbiter, cessor atque donator, pro timore Dei et sanctorum [1] ejus, et pro remedio anime mee, ut Deus omnipotens dimittat omnia michi peccata mea, cedo aliquid de proprietate mea, que michi legibus obvenit. Et sunt ipse res in comitatu Arelatense, in agro Triphoncio, in loquo quem noncupant Rusticella ; de vinea culta, modiatas VI. et mediam. Consortes, ex uno fronte, casulas que sunt extra partem camino de Bognerias ; de alio fronte, terra Sancti Cesarii ; ex uno latere, terra Sancti Stephani, que nuncupatur Lona ; ex alio latere, via publica. Et in alio loquo, modiatas II. et mediam ; consortes, de uno latere, Frogerio ; de alio latus, Guinimanno [2] ; de uno fronte, Daidonatus et Bernardus fratres ; et de alio fronte, via publica. Et infra muros Arelatensis civitatis, ipsas mansiones ubi habito, cum curte et exago ; et sunt consortes, de uno latere, Leidradus [3] ; de alio fronte, Ugo Ladia [4] ; de alio fronte, Rodani fluvius ; et de alio, via publica [5]. In ea vero ratione dono istum meum alodem sancto Stephano, et beatissimo Trophimo, et cannonicis, ut Deus omnipotens, per intercessionem illorum, dimittat michi omnia peccata mea, et parentum meorum ; faciatque nos consortes cœlestis regni, cum omnibus sanctis suis ; ubi gaudeamus sine fine. Amen [6]. Sane, si quis, aut ego aut heredes mei, vel ullus homo de propinquis parentibus meis, seu ulla opposita persona, contra donacionem istam, ire, agere, vel inquie-

1. *A* sanctis. — 2. *B* F. et Guirimanno. — 3. *A* Teitradus. — 4. *A* Blavia. — 5. *A* ac si quis alii sunt consortes. — 6. *A* ratione, quamdiu Dominica, et duo filii mei Marcherius et Triclinus vixerint, teneant et possideant ; et per queque annum ad canonicos Sancti Stephani, per censum, denar. XII. solvant. Post obitum vero illorum, ad cannonicos Sancti Stephani et Sancti Trophimi revertat sine ulla mora.

tare voluerit, primitus iram Dei omnipotentis et omnium sanctorum incurrat ; et induatur maledictione sicut vestimentum, et intret sicut aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus suis ; et cum Pilato et Juda traditore, in imma inferni participacionem habeat. Quooperiatur lepra, sicut Naaman Syrum. Deglutiat terra, sicut Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit [1]. Et in antea, presens donacio ista firma et stabilis permaneat, omnique tempore [2]. Facta donacione ista in Arelate civitate, publice, III. kal. marcii, anno XV. regnante Rodulfo rege Alamanorum vel Provinciarum. S. Genesius, qui hanc cartam scribere fecit [3], manus sua firmat. *Domnus archipresul Poncius fir.* [4]. Ugo levita fir. Franco fir. Poncius juvenis fir. Airaldus fir. Et multi alii [5] firmaverunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 57, n° LXI *(A)* ; et f° 97, n° CXII *(B)*.

305 — Arles, 29 décembre 1008 ?

Échange du prévôt avec des Juifs. De Triphontio.

Vox legis et juris decrevit auctoritas, ut qualis est emptio, talis est comutatio ; emptio et comutatio simul habeant firmitatem. In nomine Domini, ego Petrus, prepositus sancte sedis æcclesiæ Arelatensi, comutamus ad Hebreos Bonastrugo et Bonume, consenciente domna Adalaix comitissa, et filio suo Guilelmo comite, annuente domno *Poncioni archiepiscopo*, cum canonicis æcclesiæ Sancti Stephani. Certum quidem, et manifestum est enim, quia sic placuit animus et placet, ex propria et ex spontanea nostra, hoc elegit bona voluntas, ut jam predictus prepositus commutare et concedere volumus, quod ita et fecimus. Comutamus vos in comitatu Arelatense, in agro Triphontio, in loco quem nominant Crigulione. Hoc est de vineas, modiatas IIII, tres de vineas cultas, et quarta modiata rasa de erma. Sunt inter consortes, de ambos latus, terra Sancti Genesii ; de uno fronte, ipsos Hebreos ; de alio vero fronte, via publica ; ac si quis alii sunt consortes. Et recepimus nos alium alodem, pro ipsa commutatione, in ipso agro Triphontio, infra tria loca ; hoc est de vineas cultas, modiatas VI. Sunt modiatas II. et dextri XXVI. in loco que dicunt ad Alboro, simul tenentes ; consortes, de uno latus, terra Sancti Genesii, et Xpistoforo, filio Aymone ; de alio latus, terra Sancti Petri ; de uno fronte, terra Hebreorum ; de alio vero fronte, Poncius Blicamilio, et operat eas Durantus Gaitus. Et in alio loco, supra Rusticella, modiatas II. minus dextros XXII ; consortes, de uno latus, Bonafilia ; de alio latus, Genesio presbitero ; de uno fronte, via publica ; de alio fronte, Leutardo Faimal ; et operavit eas Dominicus et Bonetus. Et in tercia loca, subtus Axano, modiata I. rasa et media ; consortes, de uno latus, Rannulfo ; de alio latus et uno fronte, terra Sancti Genesii ; de alio vero fronte, Stephano presbitero, et operavit eas Durantus Funzellus. Et in ipso clauso, prope Duranto Funzello, semodiata I. de vinea, que Mercorinus plantavit ; consortes, de uno latus et ambos frontes, terra Sancti Genesii ; de alio latus, Guidone ; et operavit eas Mercorinus ; ac si quis alii sunt consortes. Que istas vineas quas nos vobis comutamus de Sancto Stephano, seu archiepiscopo, sive Petroni preposito, ad cujus beneficium pertinet, sive canonicos Sancti Stephani, ad proprium alodem vobis concedimus ; ut habeatis, et possideatis, et quiquid facere exinde volueritis, aut comutare, vel heredibus vestris derelinquere, in Dei nomine, habeatis plenissimam licentiam et potestatem. Sane, si quis, ego aut successores mei, vel ullus homo, qui contra comutatione ista ire, agere, vel irrumpere voluerit, non valeat vindicare quod reppetit ; sed componat tantum, et alium tantum quantum ipsas comutationes valere potuerint ; et in antea hec comutatio firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Facta cartula comutationis in Arelate civitate, publice, III. kal. januar., regnante Rodulfo rege. Sig. Adalaix comitissa. Wilelmus comes. Odilus. Ugo levita f. et alii multi, id est XL. firmaverunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 55 v°, n° LX.

306 — (Mai) 1010.

Bulle (fausse?) du pape Sergius IV, accordant des indulgences à la consécration de l'église de Correns, dépendante de l'abbaye de Montmajour : Notum omnibus... fieri volumus, praecipue Amalrico archiepiscopo, Pontionique archiepiscopo, Eldiberto, Jocelino, Almerardo et Frodoni episcopis....

Patrol. latina, t. CXXXIX, c. 1520-1. Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 101-2. Jaffé, † 3969 (3038).

307 — 29 décembre 1011.

Concession de terres par Pons, archevêque d'Arles.

Eximie persplendentis gratie tuituque superno, *Poncio*, intuitu omnipotentis Dei *Arelatensis ecclesie archipresul.* Notum sit omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus, presentibus, perpetuis et futuris, qualiter veniens Poncius et duo filii sui, Leugerius et Isnardus, addidit presenciam, postulans ut quas res nostre ecclesie quas antecensor noster Anno pro additamento nostre ecclesie *(mot à mot la donation d'Annon, n° 285)*... Sancti Stephani vel Sancti Trophimi inde... concedimus vobis cum terris..., ut dum vixerint Pontius et duo filii sui Leugerius et Ysnardus, teneant et possideant. Post obitum illorum, a duos heredes, quales eligere voluerint, unum de Laugerio et alium de Ysnardo, ipsi teneant et possideant ; et ut omni tempore... res ad ecclesiam Sancti Trophimi vel Sancti Stephani... Dei ecclesiam Sancti Stephani vel Sancti Trophimi res proprietatis... Facta precaria ista IIII kal. januarii, anno millesimo XI, indic. VIIIJ, anno XXIIIJ [= XVII] regnante Rodulfo rege. Signum domno Pontioni archiepiscopi, qui hanc cartam scribere jussit, et testibus ad roborandum tradidit, manus sua firmat. Ugo levita fir. Hodilus fir. Pontius fir. Otbertus fir. Gonfredus fir. Udolbertus fir. Teubertus decanus fir. Durantes fir. Dadolenus fir. Petrus fir. Belaldus fir. Arelas fir. Alius Durantes fir. Rainaldus fir. Ingilradus fir. Jagoaldus fir. Amelius fir. Marcellinus fir. Vichirannus fir. Bermundus fir. Pontius fir. Ansebertus fir. et scribit, inperante kanonicos et arhiota suo fir.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 11, n° X.

1. *A* et postea penitentia ductus, componat auri optimi libra una. — 2. *A* cum stipulatione interposita, pro omni firmitate subnixa. — 3. *A* et firmare rogavit. — 4. *A* f. Sig. Poncius archiepiscopus. — 5. *A* levita ; et alii viri sedecim.

308 — 1013.

Donation d'Isnard et sa femme au monastère de Saint-Victor... Franco firmavit. Filius ejus Poncius archiepiscopus firmavit.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 306.

309 — Arles, mars 1013/4.

Concession par Pons, archevêque d'Arles.
De Triphontio.

Convenientia seu promissionis, qualiter convenit inter domno *Poncione archiepiscopo*, et fideli suo Anno, apud aliquos homines Poncione, et uxori suæ Marthę, Ermenaldus, et Poncius et uxor sua Marta, Sabbado et uxor sua Romana, Daunicio, et uxori sua Ingilberga. Noscitur quomodo convenissent inter illos de terra Sancti Stephani, que est in comitatu Arelatense, in agro Triphoncio, desuper villa de Bognerias, in loco ubi dicunt Limera. Hoc est de terra culta, modiata una meliorata ; consortes, de uno latus et uno fronte, terra Sancti Philippi ; de alio latus, de ipsa terra ; de alio vero fronte, Poncione et Gyso, fratres ; ac si quis alii sunt consortes. Per tale vero conventum, ipsi laboratores ut ipsa terra cum bono studio plantare vitis, fodere et propagare, et fossa dare studeant. Et cum bene advineata fuerit, ipsi laboratores de ipsa vinea una medietate ad proprium alodem recipiant. Et si necessitas illorum venerint, et venundare voluerint, vendant nobis ; per tale vero precium sicut boni homines preciaverunt. Et si emere noluerimus, vendant cui voluerint. Et faciatis quiquid volueritis, id est habendi, vendendi, dandi vel comutandi, utrisque heredibus derelinquendi, in Dei nomine, habeatis integram licentiam et potestatem. Sane si quis, nos aut successores nostri, vel ullus homo aut femina, qui convenientia ista, ullo tempore, irrumpere voluerit, non valeat quod injuste quesierit ; sed componat in vinculum auri optimi, unciam I ; et in antea, convenentia ista firma et stabilis permaneat, omnique tempore. Facta in Arelate civitate, publice, in mense marcio, anno xx. regnante Rodulfo, rege Alamannorum. — Sig. domnus Poncius archiepiscopus. S. domnus Anno, qui hanc cartam scribere et firmare rogaverunt ; manus illorum firmaverunt. — Guitbertus et Guilelmus fratres firmar. et alii viri x.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 60 v°, n° LXVI.

310 — 1014.

Donation de Guillaume, vicomte de Marseille, au monastère de Saint-Victor... Domnus Pontius archiepiscopus firmavit....

Cartul. de St-Victor, t. I, p. 137-9. Voir Marseille, n° 84.

311 — 1014.

Donation de Fouque, vicomte de Marseille, au monastère de Saint-Victor... Domnus Pontius archiepiscopus firmavit.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 139. Voir Marseille, n° 85.

312 — Arles, 28 mars 1014.

Concession de terres par les chanoines de la cathédrale.

Convenientia, in Dei nomine, seu promissionis ; qualiter convenit inter cannonicos Sancti Stephani, vel Sancti Trophimi, apud aliquem hominem, nomine Rotbaldum, et uxorem suam nomine Grossam. Hoc est de terra arabile, modiatas VI ; donantque canonici ipsam terram a media planta, ut ipse Rotbaldus et uxor sua, bene eam plantent, aut plantare faciant, et vitis fossa dare, et propagare studeant. Et cum bene adveniata fuerit, ipse Rotbaldus una medietate recipiat ad proprium alodem, sicut rectum est. Et faciat Robaldus, et uxor ejus, de ipsa medietate quiquid facere voluerint ; habendi, vendendi, dandi, vel comutandi, suisque heredibus derelinquendi. Eo actenus tenore, ut si necessitas illis evenerit, et venundare cupiunt, primum muniant canonicos, si emere voluerint ad opus Sancti Stephani, sicut boni homines preciaverunt. Et si nolunt emere, vendant cui voluerint. Est ipsa terra in comitatu Arelatense, in terminium Sancti Leodegarii ; consortes, de uno latus et uno fronte, terra Sancti Stephani ; de alio latus et fronte, Bernardo et heredes suos. Sane si quis, archiepiscopus aut prepositus, aut ulla persona, qui hanc convenientia inquietare, aut irrumpere voluerit, primis ira omnipotentis Dei et omnium sanctorum incurrat ; et fiat in baratro perditionis, positus cum Juda qui Dominum tradidit ; et postea componat in vinculum de auro optimo, libras VI ; et in antea hæc convenientia firma permaneat, omnique tempore. Facta carta ista in Arelate civitate, publice, v. kal. aprilis, anno incarnati Verbi millesimo XIIII. Sig. canonici Sancti Stephani, vel Sancti Trophimi, qui hanc convenientiam fecerunt ; manus illorum firmaverunt. — Sig. *domnus Poncius archiepiscopus* firm. — Raiambaldus, prepositus, fir. — Et alii viri XXIII.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 83, v° n° XCV.

313 — 1er avril 1016.

Le pape Benoît VIII écrit omnibus fratribus et coepiscopis per Burgundiam, Aquitaniam et Provinciam constitutis, Burchardo, archiepiscopo Lugdunensi.., Pontio, archiepiscopo Arelatensi..., Odulrico, episcopo Tricassinensi, Feraldo, episcopo Vapicensi, Petro, episcopo Wassinensi, Eldeberto, episcopo Avignionensi, Stephano, episcopo Carpentoratensi, Almerado, episcopo Rhegensi..., *pour faire restituer et défendre les biens de l'abbaye de Cluny*. — Data kalendis aprilis.

Patrol. latina, t. CXXXIX, c. 1601-4. *Rec. d. chartes de l'abb. de Cluny*, t. III, p. 727, qui rectifie la date des éditions précéd. Jaffé, 4013 (3064).

314 — 1019.

L'archevêque Pons accorde des indulgences à ceux qui assisteront à la consécration de l'église de Ste-Croix à Montmajour et confirme les privilèges du monastère. Dum in pastoralis subsellio reverentiæ opilionum summus resideret Pontius, Arelatensis, Dei favente gratia, ecclesiæ archiepiscopus, spiritualium collegio filiorum undique secus septus, adiit ejus præsentiam, cum qui-

busdam oviculis sibi creditis divinitus, quidam illustris vitæ nomine Rambertus, cœnobii Majoris montis.. abbas.., obnixe flagitans dicari sibi quamdam in Sanctæ Crucis honore cryptam... Cujus flagitaminibus libenter annuens archipræsul.., cum canonicorum suorum assensu tale fertur dedisse responsum : « Cryptam... gratis tibi dicabimus.... atque dotabimus spirituali dono.... » Pontius archiepiscopus firmavit....

D'Achery, *Spicil.*, t. VI, p. 427, 2ᵉ éd., t. III, p. 383. Mabillon, *Ann. ord. S. Bened.*, t. IV (l. LIV, n° 26). Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 115-8.

315 — 1020.

Ego Arnulfus, Venciensis ecclesie vocatus episcopus, promitto coram Deo et sanctis ejus, omnem subjectionem, et obedientiam canonicam, et fidelitatem, ecclesie Sancti Stephani, sedis Arelatensis, ubi corpus beati Trophimi confessoris quiescit, et Pontioni archiepiscopo presenti, et successoribus ejus, si eum supervixero.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 15 (Sacrament. episcop. de provincia, 4).

316 — 1022.

... Ego Pontius, gratia Dei Are[la]tensis archiepiscopus, de anime meę salute sollicitus et immanitatem scelerum meorum pertimescens, ut a pio Domino veniam peccaminum et ablutionem possim consequi criminum, et ut pro terrenis cęlestia adquirere valeam, dono eidem omnipotenti Domino et sancto martyri Victori ejusque monasterio, apud Massiliam fundato, ecclesiam scilicet in honore Sancti Hermetis fundatam, que est in comitatu Arelatensi, in territorio Marinianę. Est namque ecclesia, cum terra quę ad se pertinet Sancti Petri apostolorum principis, de Roma, civitate Italię. Possidebant namque eam homines laici, et displicuit mihi. Cernens vero tucius fore ut servi Dei terram sanctuariam possiderent quam laici, tradidi eam in potestate monachorum arcisterii almi Victoris..., eo ritu ut per singulos annos, singulas cęrę libras ad domum Sancti Petri deferri faciant.... Et insuper dono, de meo proprio alode, medietatem de loco qui vocatur Martis, qui mihi jure meorum obvenit parentum.... Facta donatio hęc anno Incarnat. domin. millesimo XXII, indic. v, regnante Rodulfo rege. Ego Pontius archiepiscopus hanc donationem manibus meis roboravi et testibus firmare rogavi. Petrus, nepos ejus, firmavit, et frater ejus Barnardus firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 232-3.

317 — 1028?

Pons, archevêque d'Arles, son père Francon et sa mère Galle.

Breve remoratorium quod fecit Franco, in sua recta memoria et sanitate, in provecta quamvis et grandeva ętate, Domino Deo, et sancte Marie, et sancto Petro apostolo de monasterio Montismajoris, et monachis ibidem Deo famulantibus, pro remedio anime sue, et parentorum suorum, in Pæternis villa, in ipsius territorio, dono unum campum plantatum de vineis, qui jacet in loco qui dicitur Pozaraca ; qui terminatur de uno fronte et uno latere, vias publicas ; et de alio fronte, meos eredes ; et de alio latere, Airardo et suos æredes, vel si qui alii sunt consortes. Et in villa que dicitur Marignana, dono unum mansum de Bono fredo, cum porco et multone, et cum decimo et tasca, et cum toto servicio quod debet pendere seniori. In piscatoriis vero que dicitur Bolmone, dono unam medietatem de decimis. Et in castro que nominant Riannis, in ipsa villa, dono mansum unum de Ingilranno, cum porco et multone, et cum tasca et decimo, et cum omni servicio quod debent inpendere seniori. Et in castro quod nominant Sparrone, in ipsa villa, dono mansum unum de Girardo, cum porco et multone, et cum tasca et decimmo, et cum toto servicio quod debent inpendere seniori. Et in omnibus villis et castellis ubi michi pax obvenit, vel obvenire debet, dono unum mansum Sancto Petro de Monte majore, similiter cum porco et multone, et tasca et decimmo, et cum omni servicio quod debet inpendere seniori. Pro remedio anime męę et pro remedio uxoris mee Wale, et filii mei *Poncii archiepiscopi*, et parentorum meorum ; ut Deus omnipotens animas nostras eripere dignetur a penis inferni et conjungi supernis civibus per intercessionem sancte Dei genitricis Marie, et sancti Petri, principis apostolorum, et per oraciones monachorum predicti monasterii. Tali tenore, ut camdiu ego Franco vixero, teneam et posside[am]. Post me[um] vero obitum, hec omnia suprascripta ad monasterium Sancti Petri de Montemajore, et abitatores ipsius loci, sine ulla contrarietate, et sine ulla tarditate, revertantur. Quod si aliquis de meis consanguineis, vel propinquis parentibus, sive aliquis homo, istam donacionem nostram, post meum obitum, contrariare vel inrumpere voluerit, in primis iram omnipotentis Dei et omnium sanctorum incurrat, et cum Jude traditore damnetur, et demergatur in infernum, sicut Deus dimersit Pharaonem in medio mari ; nisi se recognoverit, et ad congruam penitentiam venerit, ante altare Sancti Petri Montismajoris, et monaquis ipsi loci. Et ubicumque ego mortuus fuero, in tota Provincia, meum corpus monaqui de Montemajore accipiant, et sepeliant illud in monasterio Montismajoris. Quod si aliquis homo, aut femina, omnia ista predicta, aut meum corpus, contrariare voluerit, excommunicatus sit ex parte omnipotentis Dei, et sancte Marie, et sancti Petri. Et in antea hec nostra voluntas, et donatio firma et stabilis permaneat omni tempore, sine ulla contrarietate. Denique, qualicunque morte preventus fuero, de omnibus rebus que a die presento habeo, vel in antea Dominus michi dederit, terciam partem michi reservo. Et mando ac deprecor filium meum archiepiscopum, si supervixerit me, ut de ipsa tercia parte det ad Sanctum Petrum de Monte majore centum solidos de Otone, et XL. modios inter annonam et vinum, in Paternis, et vaccas XII, equas VIII. Signum Franconis, qui hanc donacionem sancto Petro fecit, et scribere rogavit, manuque sua propria roboravit. Signum Poncii archiepiscopi, qui voluit et consencit, atque propria manu firmavit. Isnardus Blasius firmavit. Poncius, filius Waldemari, fir.

Arch. des B.-du-Rh. Montmajour. Orig.

318 Arles, 1029.

... Ego Pontius, gratia Dei presul Arelatensis urbis, meorum territus immanitate scelerum, premiorum etiam tactus amore ęternorum, dono aliquid meę hereditatis, quę mihi obvenit hereditario jure matris, monasterio martyris sanctissimi Victoris, haut longe fundato a muris Massiliensis civitatis, ibidemque Christo famulantibus monachis, quartam scilicet partem villę Mariniane, in comitatu Arelatensi sitę,... ut servi Dei eodem commorantes apud judicem Deum, pro meorum abolitione peccaminum genitorumque meorum, perpetuo sint intercessores... Ego Pontius, auctor hujus donationis, hanc inscriptionem fieri jussi et manu mea roboratam testibus firmare rogavi. Facta donatio hec anno Incarnat. domin. millesimo XXVIIII, indic. XII, civitate Arelato, in IIII feria, regnante Rodulfo rege Alamannorum sive Provintię. Franco, frater domno archiepiscopo, firmavit. Solponia soror firm. Amalricus firm. Petrus nepos firm. Bernardus firm....

Cartul. de l'abb. de St Victor, t. I, p. 33-4.

319 Arles, 20 juin 1029.

Donation par Pons, archev. d'Arles, à sa cathédrale.

Plenius haberi notet sagacitatis [1] hoc quod omni de parte ita infulatum habetur, ut future motionis evasurum casum inflexibilis pactionis non paveat actionem. Si quidem unum multotiens duorum incursibus agitatur, utrique refragans adiciendum est, opponi [2] necesse, quo et prevalens, si possibilitas assentiat, augmentetur, et carens possibilitate, ut pedissequa detrimenti, se [3] vigere facilitate non angat. Utrique vicissitudinis oppositio suppeditare paret, cum certatio certis ejusdem, de qua agitur, cautionis fulminibus, aut succumbit, aut erigitur. Utrumque per ingestas vices, eo quod meretur, letari videtur, sed non unimoda gaudia parit ; quia si gaudeat unde dolus prodeat, non utilitati providebitur obfuisse ; sed quasi satisfactione, quod sibi commodum duxit ; hoc omnibus velud bene actum placere obtabit [4]. Frequenter enim que dicuntur, humanis actibus dinoscuntur, et alia aliis contraria panduntur, dum recta mentientes falluntur. In hujuscemodi autem exsequutionibus, unicuique providendum unaniniter estimatur, ut actionum varietas, de qualitatis fisa merito, non prorsus anulletur, quin summissis undecumque adjumentis, in aliquibus se viguisse [5] letetur. Michi etiam quod huc usque fatus videor, necessarium fero, dum que meis profectibus inferenda sunt, talibus providero qualitatibus ; ut que nec suspicantur, si contingat oriri, que bene acta fuerint, convalescant. Nam meis debent provenire profectibus, que humanis sunt acommodata necessitatibus, non dicam aliorum, sed meis. Ergo aliquotiens, versis actionibus que auçtoris fuerant ordinata [6] officiis ad contrarium vertuntur, versis argumentis. Que vero ordinabuntur, Deo auctore, difficile, nec ut verius [7] fatear, ullo modo solvi possunt. Sed quia nec que tenentur, haberi possunt, nec que habentur teneri, et tenta et habita, sunt Deo committenda, cui disponenda debentur, et a quo bene disposita custodiuntur, custodita ; ab ipso nostris usibus subduntur, et iterum ab ipso misericorditer repetuntur. Quo circa, ego *Pontius Arelatensis*, quamvis indignus, tamen *archiepiscopus*, si possibilitatis facultas non renuat, cupiens enecti vivacibus electorum meritis, et inestimabilis Dei misericordie volens esse particeps, et reminiscens innumerabilium meorum commissa scelerum, ut omnis boni dator Deus auferre dignetur que mea commisi culpa, dono aliquid mee hereditatis, que michi ex projenie parentum meorum, legibus obvenit, ecclesiæ Sancti Stephani protomartiris, et Sancti Trophimi confessoris Xpisti, quem alodem [1] hujus confirmo serie conscriptionis ; quatinus omni de parte stipatum servetur, ut nec dator alius [2] obpugnatione frustra se cogitet egisse mercedem, nec cui datur, in vanum ab illo rependatur talio. Et est ipse alodis, in comitatu Arelatensi ; hoc est quarta pars ville que Mariniana vocatur, cum omnibus terris ibi pertinentibus, cultis et incultis, cum campis et salinis, et vineis, cum silvis et garricis, cum arboribus pomiferis et infructuosis, cum pratis et molendinis, sive cum omnibus appendiciis suis ; exceptis septem mansis, quos tenent caballarii, qui ibidem commorantur, qui sunt septem, quorum hec sunt nomina : Bernardus, Constantius, Guicherius, Bonus filius, Rostagnus, Guinimannus, Rahimbaldus. Decimum autem omnem ipsorum caballariorum qui excipiuntur, cum parrochie quarta parte, similiter dono predicte ecclesie, et canonicis ibidem servientibus ; tali tenore, ut nichil ex his sumptibus dividatur inter canonicos, nisi in communia possidendo et dispensando sumptus. Si quis igitur undecumque advenerit, querens hanc frangere donationem, nullo modo possit, sed judiciali convictus sententia, in duplum cogatur sarcire dampnum Sancto Stephano, et insuper Dei Patris omnipotentis, et ejus unigeniti Jhesu Xpisti Domini nostri, et Spiritus Sancti, incurrat maledictionem, et sancte Marie genitricis Dei, et sanctorum angelorum excommunicacionem, et omnium sanctorum abhominacionem, et iram et confusionem, et omnium bonorum desolacionem, nisi ad emendacionem congruam venerit ; et inde hoc donum permaneat. Acta hec donacio Arelato, anno ab Incarnatione Domini M°XXVIIII et XII. kal. julii, regnante Dno nostro in secula. Amen. — Signum et auctor, Pontius archiepiscopus, qui hanc donacionem scribi fecit, et testibus firmatam manu sua roboravit. — Franco fr. — Petrus fr. — Bernardus fr. — Solponia fr. — Volueradus fr. — Bermundus fr. — Rodulfus scripsit.

Authentique du chap. d'Arles, f° 8, n° VIII ; autre copie postérieure, f° 117 v°.

1. A sagacitate. — 2. A poni — 3. A seu. — 4. A obtavit. — 5. A vigisse. — 6. A omet depuis sunt — 7. A ulterius.

1. A alodum. — 2. A aliis.

320 Vers 1030.

Donation par Pons, archev. d'Arles, à Saint-Victor.

... Ego Pontius, gratia Dei Arelatensis archiepiscopus, omnibus nostrę providentię subjectis notum fieri volo, quod, quadam die, abbas monasterii Sancti Victoris, Isarnus nomine, cum suis monachis, in villa quę

vocatur Mariniana, adiit serenitatem culminis nostri, deposcens gratiam nostrę sublimitatis, ut in cibos servorum Dei, suorum scilicet monachorum, concedere sibi deberemus aliquam partem in captura piscium, quę pertinet ad nostram diocęsim, de ipso ponte qui est situs inter stagnum et mare. Quod nos ut audivimus, peticioni ejus libenter annuimus, ut eorum orationibus participemus aliquatenus. Itaque concedimus eis, in supradicti pontis piscationibus, omnem decimum cunctorum piscium. Quin etiam adhuc hujus nostrę donationis largitati adicere unum gurgustrium placuit, quod lingua rustica bordiculum vocant, quem Durantius, presbyter de Fosso, exercet, ut habeant servi Dei unde omnipotentem Deum magis ac magis, tam pro nobis quam pro successoribus nostris, orare sine intermissione debeant ; quin potius, pro salute omnium genitorum ac genitricium cunctorumque parentum nostrorum, tam vivorum quam et defunctorum omnium, Creatoris piissimam bonitatem, die ac nocte, interpellare non desinant. Porro autem hujus noticię scripturę inserere placuit, ut altario Sancti Trophimi, cujus hoc donum est, census duarum cęre librarum a servis Dei per singulos persolvatur annos, quatinus tam presentes quam et futuri apertius recognoscant ad cujus hoc donum pertineat diocesim ; similiter et servi Dei ... diligentius animadvertant, quorum sint debitores apud Deum intercessione precum suarum, videlicet tam presulis presentis quam cunctę ejus congregationis. Sane si hoc quod a nobis bene ac religiose gestum est, pro salute servientium altario sanctę sedis Arelatensis,... ullus successorum nostrorum, pro cujuspiam terreni precii cupiditate, ad suum libitum, malo ordine, convellere aut destruere nisus fuerit, sciat se non solum in presenti orationibus omnium servorum Dei privari, verum etiam a cunctorum spirituum beatorum consortio in futuro separari, nisi, quantotius suum agnoscens reatum, congruam gesserit poenitentiam. Quando quidem, secundum canonum auctoritatem, liceret nobis de rebus episcopii construere monasterium ; sed, quia necdum hac potestate volumus uti, hoc interim tantumodo, pro elemosina nostri episcopii, in cibos contulimus servorum Dei, quibus prohibitum est carnibus vesci. Ego Pontius, Arelatensis archiepiscopus, hanc donationem manibus meis roboravi, et testibus, canonicis videlicet sedis meę seu laicis, firmare jussi. Petrus, nepos archiepiscopi, firmavit.... Raiambaldus archiepiscopus donavit et firmavit... Franco, pater Pontii archiepiscopi, et dedit et firmavit.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 240-2.

Pons mourut le 23 juin, d'après le n° 3 (c. 7), ou le 26 décembre, selon l'Obituaire de Montmajour.

RAIMBAUD DE REILLANNE, *Raiambaldus*, 1030-1069.

321 1019 ?

Charte de consécration de l'église de Ste-Croix à Montmajour (n° 314) : Rambaldus archiepiscopus firmavit.

322 17 mars vers 1022.

... Raimbaldus, intellegens Scripturarum, propter transacta servicia quę tu, Desideri, fecisti patri meo et michi, et in presenti michi facis,... *donne au monastère de St-Victor de Marseille un manse à Montjustin*... Raimbaldus firmavit et firmare rogavit. Domna Constantia firmavit. Bonifacius filius ejus firm. Fulco filius ejus firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 422-3.

323 Vers 1025.

Breve memorabile ... de decimo feni pratorum quę sunt in villa quę dicitur Reliana, in commitatu Aquense..., quod decimum domna Constantia et filius suus Bonifacius, cui ipsa villa ex successione patris procedit, donaverunt monasterio S. Victoris, pro redemptione et liberatione animę Bonifacii, ipsius patris Bonifacii minoris ; et post eum domnus Raimbaldus et domnus Boso, filii ejusdem Bonifacii majoris, tenentes ipsam villam cum puero in tutelam, et donaverunt et firmaverunt. Item supradicta domna et domnus Raimbaldo..., in castro quod dicitur Villa Murs, donaverunt unum campum eidem monasterio... Ipsi donatores Raimbaldus, Boso, Bonifatius firm.... Domnus Wilelmus vicecomes *(de Marseille)* firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 423-4.

324 Vers 1025.

... Ego Raimbaldus, meorum meique patris memor peccatorum, quin etiam parentum ceterorum, et propter amorem perpetuę lucis, dono ecclesię Sanctę Crucis ortum....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 426.

325 1029 ?

Ego Raimbaldus vineam, amore mei Redemptoris, ut misereri dignetur mei genitoris et nomine maxime peccatoris, dono ecclesię sitę in honore S. Crucis et ipsius Salvatoris... Ego Raimbaldus.... Boso, frater ipsius Raimbaldi, firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 413-4.

326 3 juillet 1029 ?

Charte, dont le préambule est en vers (6 de treize syllabes env. et 53 de sept), peut-être de la composition du donateur. Ego Raimbaldus, cupiens esse particeps bonitatis Dei, creatoris mei, et misericordię bonum operantibus ab inicio debitę, perpendi quod ferrem aliquod donum ad Domini domum. Dono aliquid alodis mei, qui mihi ex projenie parentum meorum provenit... ęcclesię S. Mauricii..., in territorio Montis Justini.... Signum Raimbaldus.... Boso firmavit. Bonifacius firm.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 411-3. — Voir encore les n°s 298 et 320.

327 1030 ?

Ego Adilricus, Aurasicensis et Tricastrinensis vocatus episcopus, promitto coram Deo et sanctis ejus, omnem subjectionem, et obedientiam canonicam, et fideli-

tatem, ecclesie Sancti Stephani, sedis Arelatensis, ubi corpus beati Trophimi confessoris quiescit, et Raimbaldo archiepiscopo et successoribus ejus, si eum supervixero.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 15 v° (Sacramentale episcop. de provincia, 10).

328 1030.

... Ego Raimbaldus nomine vocitatus, Dei permissu Aralatensis archiępiscopus ordinatus, territus de peccatis que miser feci satis in dictis et in factis, in preteritis actis et in omnibus pactis, literis alligatum, testibus confirmatum, aliquid ex paterna, vita pro sempiterna, in Dei karitate, dono hęreditate; hoc est dono Massiliensi monasterio, sito Gallicis extremis in oris, in honore Dei martyris precellent. Victoris, ęcclesiam Sancti Mauricii... Et ego Raiambaldus, cum magna karitate vel pro fraternitate... Ego vero Raiambaldus... firmavi.... Boso et fratres ejus firmaverunt, scil. Bonifacius, Fulco et Leodegarius....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 409-10.

329 Arles, juin 103..

... Durandus, monachus, adiit presentiam dni Raiambaldi episcopi, petiit obnixe ut consilio canonicorum donet illi insula suburbana, que nuncupatur S. Marie vel S. Andree apostoli : *accordé à condition de les reconstruire et de payer un cens à l'église de St-Etienne, à la fête de s[t] Trophime*. Facta donatio... in presentia dni Raiambaldi archiepiscopi....

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 5.

330 1030/1040.

Ego Bertrandus, Regensis ecclesie episcopus vocatus, profiteor me deinceps sub ditione Arelatensis metropolite consistere, et ejus jussibus obtemperare.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 15 (Sacram. episcop. de provincia, 6).

331 Vers 1031.

Concile de Narbonne, pour l'abbaye de Canigou.

Raimbaldus, archiepiscopus Arelatensis.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 533.

332 St-Victor de Marseille, août 1031.

Dédommagement accordé par Bertrand, comte ou gouverneur de Provence, propter malum quod ego feci cum meo hoste, *au monastère de Saint-Victor*.... Raimbaldus archiępiscopus testis. Boso frater ejùs testis....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 460-1.

333 1031/1048.

... Quidam Dei famulus, nomine Leodegarius, Cluniensis monasterii frater et monachus, in villa quę vocatur Sarrianis, quam Wilelmus, quondam dux Provintiæ et pater patrię,... monasterio Cluniensi et loco in quo se sepeliri rogavit..., et vivens delegavit et moriens donando attribuit, æcclesiam construere studuit, et eam consecrare et dedicare rogavit a domno et venerabili Regimbaldo (*al.* Rag-o), Arelatensium archyepiscopo....

Recueil des charles de l'abb. de Cluny, t. IV, p. 63-4.

334 1032 ?

Raimbaud, archev. De Sancto Cesario de Alvernico.

Omnium (rector) conditor Deus ac rector, cujus sedes specialis, quamvis in superno solio celestis patrie consistat, tamen in terrena patria, loca sanctorum, in quibus laus, virtus et gloria, a fidelibus suis cotidie ei profertur, ut credimus, habitare non sinit ; non ideo ut spacium quodlibet terrarum cum contineat, sed ut ipse quondam per Prophetam dixit, suorum corda possideret servorum. Siquidem scriptum est : « Ero vester Deus, et habitabo vobiscum ». Neque enim propter locum populum (locum) eligit. Inde sanctam matrem æcclesiam per totum mundum elegit, ut ordo sanctorum canonice institutione vivendo se Deum sine intermissione benedicat, per quem esse omne in orbe consistit. Qua de re ego *Raiambaldus archiepiscopus* Arelatensem æcclesiam beatissimi Trophimi apostoli, atque gloriosissimi Stephani protomartiris, melior[ar]i cupiens, et fratres qui ibi communiter viventes Deo serviunt, in victu amplificare, dedi ex archiepiscopatu meo ad eandem æcclesiam jure hereditario, exceptis aliis muneribus, æcclesiam unam, cum omnibus appendiciis suis, constructa in honore sanctissimi Cesarii confessoris, que sita est in valle Arvenniensi. Quam æcclesiam predicti fratres canonici, cum consilio meo, cuidam fideli laico, nomine Poncioni, et uxori suæ Adaltrude, in vita sua dederunt, et filio ejus clerico, cui nomen Symeon ; ideo, quia se ipsos, et omnia sua, in domibus, in campis, in vineis, in ortulis, in pratis, et in cunctis mobilibus rebus, sancte matri æcclesie Arelatensi, et canonicis æcclesie dederunt, cum conventione tali, ut quamdiu ipsi vixerint, omnia quæ ibi adquirere poterint, adquirant usum fructum, benivole utendo. Post mortem vero eorum, ad predictam matrem æcclesiam Beati Stephani, et ad canonicos, jure hereditario omnia perveniant.

Authentique du chap. d'Arles, f° 33, n° xxxi.

335 1032 ?

Donation à la cathédrale par Hugues de Baux.
De Marignana.

Ego Ugo de Baucio, pro redemptione omnium meorum peccaminum, reddo, atque remissionem facio, Deo et sancto Stephano, ac piissimo apostolo Trophimo, in presentia *Raiambaldi archiepiscopi*, quartam partem villæ, cum castro, quod nominant Marignana, cum omnibus ibi apartinentibus, scilicet in terris cultis et incultis, in vineis, in salinis, in piscatoriis, in molendinis, in pratis, in arboribus, pomiferis et infructuosis. Tali tenore, ut nec filius meus, filiave, aut aliquis heres habeat potestatem interpellandi amplius illum honorem, propter ullam causam.

Authentique du chap. d'Arles, f° 50 v°, n° li ; et f° 118 v°.

336 13 septembre 1032.

Don à son chapitre par Raimbaud, archev. d'Arles.

BREVE memoriale inter domnum *archiepiscopum Raiambaldum* et canonicorum congregationem Sancti Stephani *Arelatensis sedis*. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Xpisti mill'mo XXXII, mense septembrio, die iduum ejusdem mensis, dompnus predictus archiepiscopus Raiambaldus convocavit ad se congregationem prefate sedis, dicens : « Fratres, volo vos esse participes beneficiorum Dei et sancti Stephani, ut curam et sollicitudinem in mysterio divino adhibeatis ; quatinus unde sumptus substantialis egenti necessitudini porrigitur, non minus interioris hominis in Dei gratia potius expetenda exerceatur ; id est, in matutinis, sive diurnis laudibus, Domini miseratio preveniatur, et nobis, quin pocius omni pene mundo, esse possimus aliquod juvaminis supplementum. Quocirca, dono vobis ex altari Sancti Stephani aliquam partem, hoc est ex auro et argento, quod super omnia altaria sedis positum fuerit, terciam partem ; et ex hoc quod ad crucem oblatum fuerit, dono medietatem ; similiter et de signis, et omnes primitias dono vobis ; et ex hoc quod ad manus sacerdotum oblatum fuerit, in omnibus oblationibus, unam medietatem, hoc est in auro et argento ; et in cera, terciam partem. Pane et annona, tota oblatione ; excepto vino et farina, que custodi [1] sunt duas partes ; tercia custodi debetur. In nativitate Domini, in festo sancti Stephani, in natali sancti Trophimi, in Epiphania, in Pascha, in Ascensione Domini, in Pentecoste, in natali Omnium Sanctorum, tres partes canonicis, quarta custodi debetur ».[1] Si quis vero, aut archiepiscopus, aut cujuscunque ordinis clericus, sive laicus, hoc donum et statutum nostrum disrumpere incoaverit, nullo modo possit ; sed Dei et omnium sanctorum maledictionibus confusus, pereat de terra, et de his que in ea sunt, nisi se correxerit ; insuperque hoc donum stabile perseveret. Raiambaldus, et omnis clerus, firmaverunt, et ceteris fidelibus ad firmandum tradiderunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 48, n° XLVII.

337 18 novembre 1032 ?

Donation à la cathédrale par Aicard Ison.

OMNIS homo debet niti, quo celo possit ascribi ; laborandum est in presenti, quo ad patriam queat reverti. Hac cogitatione, ego Aicardus Iso [2] commotus, qui sum omnium criminum tabe maculatus, cupiens deleri contagia, nitensque reverti ad propria, dono terrena, habeam ut celestia ; dono peritura, ut adquiram eterna. Scilicet domus meas, in quibus vivens habito, aliasque domus, quas ante fores possideo, cum honore paberarico, regi regum Domino, karoque sibi Stephano, atque dilecto Trophimo. Ema [3] conjux, quamdiu vivet, hunc honorem gubernet ; post cujus obitum, ad sanctos Dei redeat, quorum clericis simul degentibus serviat. Si quis hanc donationem corrumpserit [4], aut inquietare voluerit, non vendicet quod quesierit, sed maledictione perpetua maledicatur, et a communione privetur. Supradictum vero honorem paberarium empsi c. quinquaginta v. solidos, et xx. modios frumenti. Aycardi Ysois, qui hanc cartam scribere rogavit, presente *Raiambaldo presule*. Sig. Eme, conjugis ejus, cum cujus voluntate donatio ista facta est, XIIII kal. decembris. [1]

Authentique du chap. d'Arles, f° 51 v°, n° LIII (A) ; f° 114 v° (B).

1. *Lire* canonicis. — 2. *B* Yso. — 3. *B* Emma. — 4. *B* corrumperit.

338 1033.

... Per Arelatensem provinciam atque Lugdunensem,... per universos episcopatus indictum est qualiter certis in locis a præsulibus magnatisque totius patriæ de reformanda pace et sacræ fidei institutione celebrarentur concilia....

RODULPHI GLABRI *Histor.* lib. IV, c. 5 (BOUQUET, *Recueil*, t. X, p. 49).

339 Comté de Marseille, janvier 1033.

Consécration et dotation de l'église de St-Zacharie. — ... Ego Raimbaldus, sancte sedis Arelatensis gratia Dei archiepiscopus,... et fratres mei et heredes, Boso et Bonefacius atque Fulco,... donamus aliquid de alode nostro, qui nobis jure hereditario parentum nostrorum obvenit ... in comitatu Massiliensi, in territorio castri nomine Auriolis.... Signum Raimbaldi....

Voir la pièce au prieuré de St Zacharie.

340 Janvier 1033?

... Ego Rahimbaldus, gratia Dei Arelatensis archiepiscopus, pro amore Dei et Domini nostri Jhesu Christi, ut dimittat nobis malum quod (se) gessimus..., donamus ... de alode qui legibus ex eisdem parentibus nobis obvenit, æcclesiæ in honore S. Victoris consecratę, quę est in territorio castri Auriolis ; Boso et Bonefacius, Fulco....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 91-2.

341 Arles, 21 mars 1033.

Prestaria *accordée par Raimbaud, archev. d'Arles.*

IN nomine Domini summi : domnus *Raiambaldus archiepiscopus*. Notum sit omnibus nostris fidelibus, quod Poncius, et conjux sua Ema, quesierunt michi terra Sancti Stephani, pro prestaria. Ego vero promti animo et amorem, que circa me benigno obtinet affectu, per hujus testamenti conscriptionem concessit. Est autem ipsa terra insubtus Arelate civitate. Hoc sunt modiatas XVI ; consortes, de ambos latus, terra que fuit Teubaldo ; de uno fronte, terra Guilelmi vicecomiti ; de alio fronte, fluvium Rodanum ; ac si quis alii sunt consortes. In ea videlicet ratione facio ista prestaria, Poncioni et uxori suæ, ut quamdiu ipsi vixerint, teneant et possideant. Post obitum illorum, ad unum heredem, qualem Poncius et uxor ejus eligere voluerint, revertat ; et post obitum illius heredis, ad æcclesiam Sancti Stephani revertat, sine ulla mora. Et per quemque annum, solvant ipsi possessores in censum, ad æcclesiam Sancti Stephani, in die Pasce Domini, de cera libras II. Si quis autem hujus prestarie, quamdiu vixerint, inrumpere

1. *B* Hugo scripsit rogatus.

voluerit, hoc consequi minime valeat, sed cui litem intulerit, coactus III. libras auri componat; et postea hoc testamentum prestarie inconvulsum obtineat vigorem. Actum publice, Arelate, XII. kal. aprilis, anno dominice Incarnationis mill'mo XXXIII. — Sig. domnus Raiambaldus archiepiscopus, qui hoc testamentum scribi et firmari jussit, manu sua firmavit. — Jauffredus comes fir. — Poncius fir. — Rainoardus firm. — Et alii viri XI firmaverunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 87 v°, n° c..

342 5 mai 1033.

... Ego Raimbaldus archiepiscopus, cupiens esse particeps bonitatis Dei, creatoris mei, et misericordię bonum operantibus ab initio debitę, perpendi quod ferrem aliquid donum ad Domini domum. Dono aliquid alodis mei, qui mihi ex progenie parentorum meorum obvenit..., in comitatu Aquensi, in territorio Montis Justini.... Signum Raimbaldus, domnus archiepiscopus,... scribi jussit et ... manus sua roboravit. Domnus Boso firm. Bonifacius firm. Fulcho firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 415-7.

343 1034.

Donation au monastère de St-Victor par Geofroi et Bertrand, comtes et princes de Provence.... Raiambaldus archiepiscopus firmavit.

Cartul. de l'abb. de St Victor, t. I, p. 349 50.

344 1035.

Donation par l'arch. Raimbaud à l'abb. de St Victor.

... Ego Rahimbaldus, gratia Dei sedis Arelatensis presulatus honore sublimatus, enorme scelus meum considerans plurimum, necnon discussionem futuri peccatorum judicii, territusque immanium flamarum gehennalium, quęque illis est pęna qui hic nolunt comissa a se flere peccata, quo est vita perpetua, mors omnis mortis pessima, perhennis ibi fletus, fine nullo metandus, ignium eternalium, vermium inmortalium, atque stridoris dentium; illic omnia mala, quę nec oculis visa, auribus inaudita, corde non comprehensa, discriminum feralium ultricium peccaminum nostrorum multiplicium, reatus sive criminum, ac tumerent precordia trementia pericula incurrere jam dicta. Domini tamen Christi dulcis nobis promissi oportet reminisci. Is denique, pro nobis passus postmodum cunctis, ut a nobis comissis misereretur malis, prius tamen peracta pęnitentia digna, Lucę in Euvangelio, quodam inquit loco : « Gaudium est in cęlis, coram angelis sanctis, sub uno peccatore in sese penitente, cum agnoverit parum, vel etiam admultum, quid deviasse gressum »; olim et per Prophetam, elemosinam gratam suis pro se donatam, eo se accepturum, ut impleat promissum : « Ut ignem delet aqua, peccatum elemosina »; itemque sic Propheta : « O tu, absque te, Deus, perspexit nullus visus quę sunt a te parata tuis amicis bona ». Quis omnis honor gracior possit, fari quam promtior lingua, quam cogitare cor! Igitur horum memor, terrorem judicis formidans, clementiam redemptoris amplectens, terram meę potestatis meęque dicionis... Victoris martiris monasterio... statui donandam, et perpetim habendam : videlicet de castro quod vocatur Auriol, meam omnino partem... Ego Rahimbaldus, cum heredibus meis, hanc cartam fieri jussi et firmare rogavi. Bonofacius, frater meus, me precante, firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 84-5.

345 6 août 1035.

... Ego Raimbaldus, honore presulatus a Deo decoratus, amore Dei captus, do aliquid donum alodis mei bonum ad S. Victoris domum... in comitatu Aquensi, in territorio Montis Justini.... Signum Raimbaldi... Bonifacius firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 410.

346 Reillanne. 15 octobre 1035.

... Ego Bonifacius, filius Bonifacii,... facio... S. Victori mart. Massiliensi... elemosinariam donationem.. in castro.. Auriol.... Rahimbaldus archiepiscopus firmavit. Bonifacius, nepos ejus, firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 87-8.

347 1036.

Le même archevêque donne un manse à Saint-Victor... Auctor et testis hujus donationis, Rahimbaldus, gratia Dei Arelatensis archiepiscopus, qui hoc scribi jussit et manibus suis firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 88.

348 1036.

Aldierius *et sa femme* Aluis *font un don à St-Victor*, in villa S. Saturnini,... in territorio castri .. Auriol.... Raiambaldus archiepiscopus firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 157-8.

349 1037.

Bertrand, comte de Provence, donne au monastère de Montmajour castrum... in pago Sistergico, quod nominant Manuasca seu Podium Bosoni... Raimbaldus archiepiscopus firmavit...

CHANTELOU, *Hist. de Montmajour*, p. 134.

350 Mars 1037?

Geofroi, comte de Provence, à l'exemple de son frère Bertrand, fait une donation au monastère de Montmajour, in villa quam rustica lingua nominat Pertusum.... Raiambaldus archiepiscopus firmavit. Boso frater ejus firm. Bonifacius frater ejus firm...

CHANTELOU, *Hist. de Montmajour*, p. 135-6.

351 « Apud Serrianum ». 26 mai 1037.

Geofroi et Bertrand, comtes de Provence, donnent au monastère de Cluny Diliadam et Septem Fontes.... Testes : Raymbaldus archiepiscopus...

Rec. des chartes de l'abb. de Cluny, t. IV, p. 116.

352 103..

Priscorum patrum sectanda est traditio... Ego Poncius presbiter dono aliquid ex honore meo, quem olim comparavi de meo sumptu ab homine Theutone nomine, mansiones, cum curte et exago ...*Raiambaldus archiepiscopus f...*

Authentique du chap. d'Arles, f° 55, n° LIX.

353 Arles, mars 103..

Don et vente par l'arch. au chapitre. De mansionibus.

Legis et juris decrevit auctoritas : qualis est emptio, talis est commutatio ; ut emptio et donatio simul habeant firmitatem. Igitur, ego domnus *Raiambaldus archiepiscopus* dono atque vendo aliquid de alode meo clericis meis in comune viventibus, et æcclesie mee servientibus ; mansiones que fuerunt Armanni, et sunt infra muros civitatis Arelatensis, juxta portam que vocatur Sancti Stephani ; ex quibus mansionibus accepi precium a clericis meis, XL. sol. Melgorensis. Et faciant de ipsis mansionibus quiquid voluerint ; id est vendendi, vel comutandi, suisque heredibus, id est clericis qui post illos futuri sunt, derelinquendi. Sane, si ego vel successores mei, aut qualiscunque persona, contra donationem vel vinditionem istam, ire, agere, vel inquietare voluerit, non valeat vindicare quod reppetit, sed componat in vinculo auri optimi libras II. Facta donatio ista, vel venditio, in Arelate civitate, publice, in mense mar., regnante Henrigo rege Alamannorum. Sig. Raiambaldus archiepiscopus, qui hanc cartam scribere jussit, propria manu sua fir. Martinus fir. Constabilis fir. Largitus fir. Aialricus. Bertrannus, sacrista. Poncius Aicardus. Carbonellus. Volueradus. Raiambaldus. Rainaldus Rostagnus. Asterius, s[cripsit].

Authentique du chap. d'Arles, f° 81 v°, n° XCII.

354 1038 ?

Ego Benedictus, Avinionensis ecclesie vocatus episcopus, juro coram Deo et sanctis ejus, omnem subjectionem, et obedientiam canonicam, et fidelitatem, ecclesie Sancti Stephani, sedis Arelatensis, ubi corpus almi Trophimi apostoli quiescit, et Raimbaldo presenti archiepiscopo, et successoribus ejus, si eum supervixero.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 16 (Sacramentale episc. de provincia, 12).

355 1038/1048.

Dotation, le jour de sa dédicace, de l'église de St-Pierre et autres apôtres par Fouque, vicomte de Marseille.... Raiambaldus, archiepiscopus Arelatensis, firmat. Petrus archiepiscopus Aquensis. Deodatus episcopus Tolonensis....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 51-3.

356 1040.

... Ego Rahimbaldus, gratia Dei sedis Arelatensis presulatus honore sublimatus,... terram meę potestatis meęque dicionis, quę michi obvenit ex jure parentum meorum.... S. Victoris mart. monasterio.. statui donandam..., videl. duas partes de castro .. Auriol... Ego Rahimbaldus, g. D. sedis Arelat. archiepiscopus, hanc cartam fieri jussi et manu mea roboravi, testibus firmare rogavi. Bonifacius, filius Atenulfi, fratris mei, firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 86-7.

357 Vers 1040.

Guillaume, sa mère na Pietas *et ses frères donnent à St-Victor*, assenciente dompno Raimbaldo archiepiscopo sui[s]que clericis, ęcclesiam S. Cęsarii de Villa Nova... ; preterea .. mansionem ad hospitalitatem fratrum constitutam infra civitatem Arelatis....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 184-5.

358 17 août 1040.

Donation de Geofroi et Bertrand, comtes de Provence. à St-Victor, roborata... in manu archiepiscopi domni Raimbaldi....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 202-3.

359 Octobre 1040.

Superno quoque intuitu graciæ splendentis eximio Raimbaldo, omnipotentis Dei sancte sedis Arelatensis archiepiscopo merito sumo. Notum sit... qualiter veniens domnus abba Benedictus, Montis majoris abba exiguus, ante domnum Raimbaldum archiepiscopum, talem inquirens ei qualiter ecclesiam S. Genesii martiris daret Deo omnip. et S. Marie, matri Domini semper virgini, et S. Petro regni cœlorum clavigero,... Qui domnus archiepiscopus fecit juxta voluntatem domni abbatis, et pro amore congregationis et fraterne dilectionis dedit supranomin. ecclesiam, cum altare, cum decimis, cum primitiis... ; tali autem tenore, ut omni anno, in festivitate sancti Stephani protomart., persolvant monachi... in censum libras II de cera, ad ecclesiam Sancti Stephani et Sancti Trophimi sancte sedis Arelatensis....

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 139.

360 St Victor de Marseille. 15 octobre 1040.

Consécration de l'église de St-Victor et privilège accordé à cette occasion au monastère... Raiambaldus Arelatensis, apostolatus Trophimi vicarius,... Domnus Raymbaldus archiepiscopus Arelatensis fir....

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 54.

361 St Victor. 15 octobre 1040.

Donation d'Ameil, évêque de Senez, à St-Victor... Raimbaldus, episcopus Arelatensis, firmavit.

Voir la pièce à l'évêché de Senez.

362 St-Victor, 15 octobre 1040.

Donation de Durand, évêque de Vence, à St-Victor... Raimbaldus archiepiscopus firmavit.

Voir la pièce à l'évêché de Vence.

363 1040/1044.

CARTA SANCTI GENESII ARELATENSIS, *avec St-Victor.*

OMNIPOTENTIS quippe Dei inconprehensibili disposicione, non nostri ullius, ut reor, meriti, vel cujuspiam digni effectus exsecutione, adeptus hujus sancte sedis Arelatensis pontificali culmine, multa subinde mecum de eodem regimine coepi in animo evolvere. Quod id absque ingenti meæ valerem anime, nullatenus exsequi discrimine ; eo quod ejusdem urbis publicata et privata hostilis essent cuncta insectationis mucrone turbata, et prisce animus bonum suæ deliberacionis nequiret captare. Tandem clementissima divinitatis propiciacione, adepta diu desiderate tranquillissime pacis obcione, quod diuturna evolverat animus deliberacione, opitulante divine miseracionis subvencione, id exsequi coepit absque ulla dilacione, videlicet de sanctorum venerabilium locorum restitutione. Unde quadam die, de quodam religioso loco in honore Sancti Genesii vel Sancti Honorati constructo, foras muros nostræ civitatis posito, multa volvens mecum in animo, quomodo de tam spiritali prisci temporis monachorum officio versus in possessionis esset seculari servicio. Et dixi in corde meo : « Si per meum fortassis inicium in Dei posset reverti servicium, non exinde grave sustinerem judicium, et de peccatis meis Deum haberem propicium ». Et ita, Deo favente, qui magna solus facit mirabilia, mecum tractavi talia consilia, ut illum locum darem monasterio Sancti Victoris de Massilia, in quo constitueret Isarnus abbas ejusdem monasterii monachos in Xpisti servicia. Igitur ego *Rahimbaldus*, gratia Dei presulatus honore sublimatus, supperiorum causa dictorum, ipsam ecclesiam Sancti Genesii cum omnibus sibi subjectis ecclesiis, et cetera omnia quæ in presenti videtur tenere, et quicquid in futuro potuerit adquirere de ipsis rebus quas jam tenuit, vel undecumque aliunde adquisierit, exceptis illis laicalibus feudis, et quicquid illi laici ex ipsis suis feudis abbati et congregacioni cesserint, cum meo consilio, vel ceterorum episcoporum meorum successorum, totum per harum auctoritatis nostre paginam litterarum, in manus Isarni supradicti abbatis monasterii Sancti Victoris Massiliensis, et suorum monachorum, tam presencium quam futurorum, tradimus, donamus, cedimus jure perpetuo, solasciantibus nobis in hoc ipso vel consencientibus tocius provinciæ principibus seu comitibus, Josfredo scilicet atque Bertranno, et nostrę sedis canonicis : Anseberto, Durando, Arelas, Engoaldo, Pacio, Rostagno, Odilo, Bernardo, Rostagno, Damiano, Pelito, Martino [1]. Laudantibus etiam et firmantibus domno Poncio episcopo Massiliensi, cum fratribus suis, qui ipsam ecclesiam, vel ipsum sanctum locum, cum omnibus ad se pertinentibus, tenere videntur. Tali vero racione, ut ab ipsis monachis, vel ab ipso abbate, census per singulos reddatur annos altario Sancti Stephani vel Sancti Trophimi : id est libra I. incensi in festo sancti Trophimi. Id ipsum enim quod nos inspirante Deo agimus, et sacrorum statuta canonum, et legalis jubet auctoritas, videlicet ut de rebus episcopii construatur locus monasterii. Nos vero hoc non agimus, sed id quod a nostris antiquitus decessoribus constitutum est, et modo destitutum, reformari cupimus in priorem statum. Ita ut si quis aliquando, quod absit, nostrorum nisus fuerit successorum quippiam contra sacrorum agere canonum sanctionem, et quod a nobis sancte et laudabiliter videtur instituere, ille e contrario ausus fuerit destituere, æterna se noverit ulcione, cum Anania et Saffira multandum, qui aliquid de apostolica communia putaverunt esse fraudandum. Auctor et testis hujus donacionis Rhaiambaldus, qui illam fecit et sua manu firmavit. Gauzfredus comes firmavit. Bertrannus frater ejus firmavit. [*Alia manu*] Poncius episcopus Massilie firmavit, et omnes fratres ejus, videlicet Vilelmus [1], Aicardus, Gauzfredus, Stephanus [2], Bertrannus, Petrus. Vilelmus, vicecomes Massilie, et frater ejus [3], firmaverunt. Poncius senescalcus firmavit. [*Altera manu*] Cannonici Sancti Stephani firmaverunt : Ansebertus, Durandus, Arelas, Engoaldus, Pacio, Rostagnus, Odilo, Bernardus, Rostagnus, Damianus, Pelitus, Martinus [4].

Arch. des B.-du-Rh. Archev. d'Arles. Liber Aureus, n° 49 ; orig. parch. (*A*). Une note mod. porte : « Anno 1054 circiter », mais il est évident que la charte est de 1040 à 1047, du temps de st Isarn. Cette charte est très remarquable pour sa ressemblance avec celle de la consécration de St-Victor en 1040. — St-Césaire d'Arles, chartrier des prieurés (Reg. v), n° 48, de l'époque *(B)*.

364 1041.

... Ego Raimbaldus, gratia Dei sanctę matris ęcclesię Arelatensis archiepiscopus, cum consensu nostrę ęcclesię filiis, facio donationem... monasterio... S. Victoris..., ecclesias... in pago Arelatense, in villa.. Catarusca...

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 183-4.

365 Vers 1042.

PARÆNESIS EPISCOPORUM GALLIÆ AD TREUGAM DEI.

In nomine Dei Patris omnipotentis, et Filii et Spiritus Sancti. Ragimbaldus Arelatensis archiepiscopus, cum Benedicto Avenionensi et Nitardo Nicensi episcopis, necnon et venerabili abbate domno Odilone, una cum omnibus episcopis et abbatibus, et cuncto clero per universam Galliam habitantibus, omnibus archiepiscopis, episcopis, presbyteris, et cuncto clero per totam Italiam commorantibus, gratia vobis et pax a Deo Patre omnipotente, qui est et qui erat et qui venturus est. Rogamus vos *etc.*

MARTENE, *Thes. anecd.*, t. I, c. 161-2. BOUQUET, *Recueil*, t. XI, p. 516-7, cf. 509. *Mon. Germ. hist.*, Constitvt. et acta pvbl. imperat. et regvm. ed. Lud. WIELAND, 1893, t. I, p. 596-7 (1037-1041).

366 Arles, 25 mai 1042.

Donation à St-Victor par Guido, filius Truanni... Acta publice apud Arelatem, in presencia domni Raimbaldi presulis.... Domnus Raimbaldus archiepiscopus firmavit.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 380-1.

1. *A omet* Anseberto .. Martino.

1. *B* Wilelmus — 2. *B omet.* — 3. *B omet depuis* Vil. — 4. *B omet depuis* Poncius *et ajoute :* Volueradus firm.

367 4 septembre 1042.

Concile de Saint-Gilles, apud Sanctum Ægidium.

Episcop... Raimbaldus Arelatensis.

Marca, *Concordia*, 1763, p. 161. Voir Marseille, n° 109.

368 Février 1043.

Vente entre particuliers dans le diocèse d'Aix, in valle Reliana, *et don par eux à St-Victor*... Rahymbaldus archiepiscopus firmavit. Fulco frater ejus firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 536-7.

369 Arles, avril 1043.

Don par l'arch. Raimbaud à sa cathédrale. De Salone.

Dum fragilitas humani generis pertimescit ultimum vite tempus, subitanea transpositione venturum, oportet ut non inveniat unumqueque inparatum, ne sine aliquid boni operis respectu migrat de seculo. Sed dum in suo jure et potestate consistit, preparet sibi viam salutis, per quam ad æternam valeat beatitudinem pervenire. Ideoque ego, in Dei nomine, *Raiambaldus archiepiscopus* dono omnipotenti Deo, et sancto Stephani, sive sancto Trophimi, et ad canonicos ibidem Deo famulantes, aliquid de alode supradictæ æcclesiæ. Et est ipse alodis in comitatu sancte Arelatensis æcclesiæ, in castello vel villa quod vulgus nominat Salone. Hoc est mansus unus, qui fuit Asterio Bernardo Crebacorps ; cum vineis, et campis, et ortis, et oglatis, cultis et incultis, pratis et pascuis, et cunctis adjacentiis ubicunque positis, que ad supradictum mansum pertinet, vel pertinere debet ; totum et ab integrum dono in dominatu et proprietate comunie, supradictis canonicis. Et dono insuper in ipsa villa Sallone, ad ipsos canonicos, in ipsa communia, duas partes de tasca, de omni labore, de quo donant homines tasca in territorio jamdicta villa ; et tercia pars tasce dono in proprietate et dominatu caput scole supradicte æcclesie. Denique, si quis, futuris temporibus, est archiepiscopus, prepositus, vel decanus, vel quislibet, qualiscumque persona, qui hanc donatione irrumpere conaverit, vel inquietare presumpserit, non valeat adquirere quod injuste reppetit. Sed in primis, incurrat omnipotentis Dei et sanctorum omnium ira ; et cum Juda proditore et Symone mago, et Arrio, et Sabellio, et Aman, et Oloferno, demergatur in inferno deinceps ; et ab hodierno, et veniant super eum omnes maledictiones que sunt scripte in veteri et in novo Testamento. Postea vero, penitentia ductus, componat de auro optimo libras x. Et hæc donatio, omni tempore, inviolabilis obtineat vigorem. Acta est hec cartula in civitate Arelato, in mense aprilis, anno ab Incarnationi Domini millesimo XLIII, regnantibus principibus in Galliis Gauzfredo et Bertranno. Signum domnus Raiambalbus archiepiscopus, qui hoc donum fecit scribere, et firmare precepit, propria manu firmavit. Amalricus f. Bermundus. Leodagarius. Poncius f. Abel. Poncius. Milo. Landebertus. Guilelmus. Pontius Leodegarius. Ripertus. Rainoardus. Nectardus. Aicardus. Rainaldus. Arnaldus. Nortaldus s. et f.

Authentique du chap. d'Arles, f° 73 v°, n° lxxxiv.

370 1044.

Ego Bertrandus, sancte sedis ecclesie Forojuliensis nunc ordinandus episcopus, debitam subjectionem, et reverentiam, et obedientiam a sanctis patribus constitutam, secundum precepta canonum, sancte sedi Arelatensis ecclesie, rectoribusque ejus, in presentia domni archiepiscopi Raimbaldi, perpetuo exibiturum promitto, et super sanctum altare propria manu firmo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 15 (Sacram. episcoporum de provincia, 5).

371 1044.

Donation à St-Victor par Fulco, *vicomte de Marseille, et sa femme* Odila.... Raiambaldus, archiepiscopus Arelatensis, firmat....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 47-51.

372 1044.

Bertrand, marquis ou comte de Provence, cède à St-Victor l'église de St-Promaise près Forcalquier.... Raiambaldus, Arelatensis arciepiscopus, firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 3-5.

373 1045.

Don par Adalaxis, *fille de Boniface de Reillanne, à St-Victor....* Domnus Raiambaldus archiepiscopus firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 650.

374 20 septembre 1045.

Don à St-Victor, in castro Aciang.... Signum Raimbaldi archiepiscopi Arelatensis....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 333-4.

375 Vers 1046.

... Ego Raimbaldus, gratia Dei archipræsul Arelatensis, nec non et venerabilis congregatio monachorum servientium ... in ecclesia Montis majoris, honorificum duximus declarare... rationem quam habuimus, nos et dns miles Rainaldus, de sexta parte cujusdam nostri castelli Pertusiaci nomine, quam ipse suis calumniatoriis verbis putabat a nobis injuste extorquere... Postremo ad me archiepiscopum Arelatis et ad cœnobii S. Mariæ et S. Petri Montis majoris congregationem veniens....

Chantelou, *Hist. de Montmajour,* p. 140-2.

376 25 octobre 1046.

Concile de Pavie.

Rambaldus archiepiscopus Arelatensis.

Ughelli, *Italia sacra*, 2ᵉ ed., t. V, c. 760. Mansi, *Concilia*, t. XIX, c. 617. *Mon. Germ. hist.*, Constitvt. et acta, t. I, p. 94-5.

377 20 décembre 1046.

Concile de Sutri, pour la déposition de Grégoire VI.

... Episcopi... venerunt ad Sutrium... Collecta synodo, sedit qui vicem Romani pontificis habebat, et ex præ-

cepto ejus sederunt patriarchę et metropolitani et episcopi per sedes suas ; inter quos tunc forte aderat Poppo Aquileien. patr... et Bruno Augusten. episc. et Rembaldus Arelatensis archiepiscopus et alii quam plures....

Bonizonis episc. Placentini *Liber ad amicum*, lib. v, ed. A. F. Oefelius, dans *Patrol. latina*, t. CL, c. 818. *Mon. Germ. hist.*, Libelli de lite imperat. et pontif., 1891, t. I, p. 585. Cf. Jaffé, p. 525 (363-4).

378 Février 1047.

Donation aux chanoines de la cathédrale par Thibaud.

In humanarum legibus reperitur rerum, si quis de proprietate sui juris, videlicet de his que ab eo jure hereditario possidentur, dederit, vel vendiderit, per cartularum propagationem sit firmum, et ex omni parte compactum. Et ideo, ego Teubauldus, et uxor mea Candidia, pro deponendis peccaminum nostrorum sarcinis, parentibusque nostris, post amissam seculi istius lucem, cum stipulatione cartarum, ut in legibus audivimus insertum, Deo inprimis, post sancto Stephano atque almo Trophimo, ad postremum canoni[ci]s nostris fratribus in commune viventibus, et supradictis sanctis servientibus, tradimus et donamus, atque funditus transfundimus, per hanc cartam confirmationis, omnem nostram hereditatem, que unicuique, pro institutione priorum patrum, legaliter evenit ; scilicet in vineis, in terris, in mansionibus, in hortis, et in omnibus nostris substantiis ; omnem nostram [...] donamus supradictis sanctis et fratribus, nobis morientibus, ut supra scriptum est. Sane, si nos, aut ullus hominum, reptando erexerit se, huic donationi obponendo, non valeat illi ; sed ob ineptam oppositionem, et convictus legali auctoritate, coactus componat supradictis sanctis, auri optimi libras xii^cim ; postque donatio ista inconvulsa permaneat omni tempore. Facta carta donationis istius mense februario, die veneris illucescente, anno ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Xpisti M°.X°L.VII, presidente ecclesie supradictis sanctis *Raiambaldo patriarcha beato*, tercio regnante Henrico. Nos quoque pariter, videlicet Theubaldus, et uxor mea Candidia, qui hanc cartam scribere fecimus, manibus firmamus.

Authentique du chap. d'Arles, f° 102 v°, n° cxx.

379 1er novembre 1047.

Élection de Pierre comme abbé de Saint-Victor, cum consensu.. domni Raimbaldi Arelatensis archiepiscopi...

Voir la pièce à l'abbaye de Saint-Victor.

380 1048 ?

Donation à la cathédrale d'Arles par Etiennette.

Ego Stephania, uxor domini mei Adabaldi, reminiscens diei mei obitus, consentiente domino meo marito, scilicet Adalbaldo, omnibusque meis parentibus, filiis et filiabus, secundum antiquam consuetudinem, partem quam michi accidit ex omnibus meis substantiis mobilibus, videlicet in animalibus, jumentis, vasis, et utensilibus universis, divisi Deo et sancto Stephano, necnon et beatissimo Trophimo, medietatem mee partis dedi, ad usus fratrum in commune viventium, in presentia domni *Raiambaldi archiepiscopi*, et Adalbaldi mariti mei. Quacumque ergo morte fuero preoccupata, hec donatio firma et inconvulsa servetur. Si autem sine legitimo herede mortua fuero, supradictis fratribus omnem meam hereditatem, in obsequio sancti Stephani, seu sancti Trophimi, dono possidendam. Si vero heredes mei hereditatem meam non potuerint gubernare per semetipsos, aut exterminare voluerint, retineant eos secum supradicti clerici, cum omnibus bonis suis. Si autem ipsi cum eis manere noluerint, et ab illorum societate, causa vendendi, aut exterminandi honoris, se subtraxerint, non liceat eis vendere supradictam hereditatem aliis, nisi supradictis clericis. Omnem meam hereditatem heredes mei habeant, preter iii. modiatas de vineis, quas, si supervixerit maritus meus, dum vivit, teneat. Post discessum vero suum, redeat sancto Trophimo, vel sancto Stephano, canonicis in commune viventibus.

Authentique du chap. d'Arles, f° 83, n° xciv.

381 Mars 1048.

Cession de propriété par Raimbaud, archev. d'Arles.
De Camargas.

Auctoritas enim jubet æcclesiastica, et lex precipit Romana, ut quiscumque rem suam in alicumque transfundere voluerit potestatem, per paginis testamentum eam infundat, ut prolixis temporibus sequura et quieta permaneat. Quapropter ego *Raiambaldus Arelatensium æcclesiæ archiepiscopus*, in presentia Jauffredi comitis, et Stephanie uxori sue, et in presentia episcoporum quorum hec sunt nomina : Heldebertus Antibolensis, Elifantus Aptensis, Durantus Venciensis ; et in presentia nostrorum clericorum, aliorumque multorum hominum, cedo atque dono aliquid de proprietate que michi legibus obvenit, meis fidelibus, scilicet Voluerado, atque Rostagno, filio suo. Que hereditas est in comitatu Arelatense, in Camaricas, in terminium de villa que nominant Medianas. In ipso terminio, dono meis fidelibus Volucrado, et filio suo Rostagno, unum campum qui est plantatus vineis ; qui est inter Rodanum et paludem, juxta pontum. Ipsumque campum dono funditus supra taxatis viris ad proprium alodem. Nos vero, scilicet Volucradus et Rostagnus, donamus ipsum campum ad Sanctum Stephanum, et ad Sanctum Trophimum, et ad canonicos in commune viventes, ad proprium alodem. Sane si nos, aut ullus homo, contra donationem istam aliquid agere temptaverit, primitus incidat in iram Dei omnipotentis, ut similis Jude fiat ; et postmodum ipsum campum in duplo restituat. Facta donatione ista in mense marcio, in die dominica, anno ab Incarnatione Domini millesimo XL^mo VIII.

Authentique du chap. d'Arles, f° 30, n° xxviii.

382 7 décembre 1048/1065.

Donation à St-Victor, in presentia domni Raimbaldi, Arelatensis urbis archiepiscopi, clericorumque... civitatis, et eodem archipresule.. laudante.... Domnus archiepiscopus Raimbaldus firm.... Fulco frater archiepiscopi firm. Atenulfus decanus firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 201-2.

383 — 1050.

Ego Pontius, Sancte Marie Aquensis sedis nunc ordinandus episcopus, debitam subjectionem, et reverentiam, et obedientiam a sanctis patribus constitutam, secundum precepta canonum, sancte sedi Arelatensis ecclesie, rectoribusque ejus, in presentia domni episcopi Raimbaldi, perpetuo exibiturum promitto, et super sanctum altare manu propria firmo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 14 v° (Sacram. episcop. de provincia, 11).

384 — 13 octobre 1050.

Consécration de l'église de Vignoles près Nîmes. — Per consilium et jussionem domno Froterio supradicto [episcopo] venit Raiambaldus archiepiscopus, cum ipsos canonicos suprascriptos, vel cum aliis ruralibus sacerdotibus, feria VII, III idus octobres, sic consecravit ipsa ecclesia, in honore S. Wilelmi (anno Inc. Dni 1050, ind. 3, epacta 6).

Germer Durand, *Cartul. de l'égl. de Nîmes*, p. 201, ch. 127.

385 — Janvier 1051?

Concession en fief par Raimbaud, archev. d'Arles.
De Paperaria.

Dum Deus hos caducos nobis indulserit dies, meditare debemus qualiter possimus pertingere ad regnum sine fine mansurum. Ideoque ego *Raiambaldus Arelatensis ecclesie archipresul*, meditatus sum nocte cum corde meo, quonam modo ad eum possim pertingere regnum. Aliter nequivi transcendere, nisi que recta sunt cogitando, et bonis operibus insudando, et de meis, prout potui, reditibus ecclesias Dei accrescendo, meis fidelibusque, de beneficiis per me adquisitis, similia faciendo. Ad me enim venit vir strenuus nobilitate, scilicet Aicardus Isonus, cum sua uxore, nomine Ema, meus per omnia fidelissimus. Dixit se velle comparare quendam fevum, quem Raimundus Bernardus tenebat. Estque ipse fevus sive honor, in insula Sancti Andree, quam nominant Cappa, in loco quem nominant Papereria. Nam ei advenerat ex patrimonio sue uxoris, que fuit filia Wilelmi Guicherii : erat enim ex episcopali beneficio. Quod non adquievi. Ille vero : « Quare, inquit, mi omnium karissime rerum, non adquiescis michi ipsum adquirere honorem ; eo tenore, ut quamdiu vixero, teneam et possideam ; post discessum vero meum et mee uxoris Eme, non ad nostros propinquos, sed ad sanctum Stephanum, apostolumque Trophimum, et ad eorum canonichos, revertatur ». « Faciam, inquio, plane ». Adquisierunt ; tenuerunt ; fructus, quamdiu vixerunt, in proprios usus habuerunt. Mortuus quidem est Aicardus ; remansit ipse honor, cum supradicta convenientia, Eme sue uxori. Advenit namque tempus finis Eme ; vocavit ad se constabilem unum, videlicet canonicum æcclesiæ protomartyris Stephani, dixitque ei : « Ingrediar viam universe carnis. Necesse est ut preparentur sumptus itineris necessarii. Quod male egi peccando, amittam confitendo ; et quod amisi malis operibus insudando, liquefaciam bonis operibus operando. Diu etenim est, ex quo domnus meus Aicardus, et ego, comparavimus fevum quem nominant Papereria, cum omnibus sibi adjacentibus, de Raimundo Bernardo, et de sua uxore, cum consilio domni Raiambaldi archiepiscopi, cujus est ; et in tali convenientia, ut quamdiu vita nobis fuisset comes, tenuissemus eum, nullo contradicente. At nunc, ut scitis, et domnus meus Aicardus mortuus est, et ut in presentiam cernitis, proxima sum morti. Ideoque convenientiam suprascriptam ipsius honoris volo perficere. Ecce cartam, cum qua comparavimus ipsum fevum denominatum, cum sibi omnibus adjacentibus ; et cum ista, omnia que mea scripta sunt, dono atque omnibus modis in perpetuum trado, Dno Deo, protomartyri Stephano, atque apostolo Trophymo, et canonicis illis servientibus ». Et ideo, ego Raimbaldus archiepiscopus, ut comperi ea que superius sunt scripta, dictu, testibusque probavi esse vera, aio : « Placent mihi ». Et ut sancta mater Arelatensis ecclesia teneat, et jure hereditario possideat, ad suorum servitium canonichorum, tam presentium quam futurorum, ipsum denominatum honorem, cum omnibus sibi pertinentibus, reddo et dono, atque omnibus modis transfundo Deo, et sancto Stephano, atque apostolo Trophimo, absque ulla contradictione. Sane, si aliquis homo vel femina, majoris minorisve ordinis, hanc supradictam donationem inrumpere temptaverit, non valeat, sed componat ipsas res in duplo ; et insuper iram Dei omnipotentis incurrat ; et omnibus maledictionibus veteris et novi Testamenti, intus et a foris, dormiendo et vigilando, manducando et bibendo, stando et sedendo, repleatur ; et insuper hec donatio sit firma. Facta carta istius donationis, in mense januario, Henricho rege regnante. Et ego Raimbaldus archiepiscopus, qui hanc cartam scribere feci, propria manu firmo.

Chartier de Meyranne etc., n° 206, original, chrisme. Authentique du chap. d'Arles, f° 85, n° XCVII ; et f° 114.

386 — Mars 1052.

Donation de Guillaume, vicomte de Marseille.
De Galignano.

Priscorum decreta patrum declarant sanctam Dei æcclesiam a fidelibus sanctissimisque viris olim, per universum mundum, pullulante religione Christiana fundatam, et in omnibus, ut eam decebat, ad plenum ornatam atque repletam, scilicet in innumerabilibus turmis clericorum, in amplissimis prediis terrarum, in copia sui servorum, atque in opulentia frugum. Que et incuria majorum principum, et pigricia pastorum suorum, tam presentium quam etiam preteritorum, taliter est destructa atque dilacerata in amissione suarum rerum, quatenus relicta in tristitia, atque in egestate posita, nec rex, nec dux, marchiove, est ei porrigens manum misericordie. Et ideo, ego Guilelmus, vicecomes Massiliensis, perspexi molem meorum peccaminum, et perspexi peccata mei patris et matris, ut Deus omnipotens michi et illis dignetur dimittere omnia peccata nostra, michique et uxori meæ, filiisque meis, dignetur dare vitam perpetuam, hic et in futuro ; dono sancte æcclesie preciosissimi martiris Stephani, in qua requiescit Trophimus, apostolus almus, et ejus canonicis in unum manentibus, in presentia domni *Raiambaldi archiepiscopi*, ali-

quid de meis beneficiis, que jacent in comitatu Arelatense, in suburbio ejusdem civitatis. Hoc est æcclesia Sancte Dei genitricis, semperque virginis Mariæ, et æcclesia Sancti Petri de Gallignano; cum feo quod Rostagnus tenet. Terminaturque ipse fevus, ex una parte, fluvio Rodani; ex alia, palude que vocatur Mairana, et terra Sancti Ypoliti; ex una autem fronte, terminatur rubina mala, et distenditur in longum, usque ad amigdalam. Infra istos terminos, quantum ego Guilelmus habeo, aut Rostagnus per me, in campis et vineis, in pascuis et palustribus, silvis et garricis, cultis et incultis, aquis et piscatoriis, pascheriis et obedientiis, totum dono, et in perpetuum trado, Deo et sancto Stephano, atque almo Trophimo, et canonicis in unum manentibus. Similiter dono supradictis sanctis et fratribus, æcclesiam Sancti Martini de palude majori, cum fevo quem ipse Rostagnus inibi tenet; qui terminatur ex una parte, terra Sancti Ypoliti; ex alia parte, monte Tarossi; ex una fronte, terminatur spina; ex alio vero, ilice. Infra istos terminos, quantum ego Vuilelmus habeo, aut Rostagnus per me, in terris cultis et incultis, pascuis et pratis, aquis et palustribus, silvis et garricis; totum et ab integrum dono, atque in perpetuum trado, Deo et sancto Stephano, atque apostolo Trophimo, et canonicis ejusdem æcclesie in unum manentibus. Et dono supradictis sanctis et fratribus, fevum quem Rostagnus tenet per me, qui tenet de Sancta Maria, que nominant Capella, usque ad rubinam malam. Hec omnia suprascripta ego Guilelmus, ex episcopali beneficio adquisivi; tamen, cum consensu et confirmatione domni Raiambaldi archiepiscopi, hanc donationem firmavi, et mea propria manu super altare posui. Facta carta donationis iste, in mense mar[cio], regnante Henrico imperatore, anno ab Incarnationis Domini nostri Jesu Xpisti M.LII. Tali convenientia, ut si archiepiscopus, aut aliqua persona esset, qui hanc cartam donationis irrumpere voluerit, aut ad ipsos canonicos tulerit, ad meos heredes revertatur; et insuper ira Dei omnipotentis incurrat, et sit maledictus omnibus maledictionibus veteris ac novi Testamenti. Amen. Rainulfus fir. Volueradus. Autrannus. Eldebertus. Aicardus. Aialricus levita s. [1]

Authentique du chap. d'Arles, f° 74 v°, n° LXXXV (A); f° 114 v° (B).

387 18 novembre 1052.

Guillaume, vicomte de Marseille, et sa femme Adalgarda *donnent à St-Victor l'église de la Motte.* Hanc donationem ... sub pessimo anathemate et mortifero mucrone constrincxerunt et constringendo et excommunicando firmaverunt, domnus videl. Arelatensium archipresul Raiambaldus et domnus Bertrannus Forojuliensium episcopus...

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 548-50.

388 Janvier 1053.

Donation à la cathédrale sous l'archev. Raimbaud De Lambisco.

PRISCORUM decreta patrum *(comme l'acte de mars 1052, n° 386)*. Et ideo nos, scilicet Bermundus, et Laugerius, atque Poncius, perspeximus molem nostrorum peccaminum, et perspeximus peccata nostri patris et matris; ut Deus et Dominus Yhesus Xpistus nobis et illis dignetur dimittere omnia nostra peccata, nobisque et uxoribus nostris, seu nostris filiis, dignetur dare vitam in hoc seculo et sanitatem, et in futuro sempiterna premia, donamus Deo, et sancto Stephano protomartiri preciosissimo, atque almifico Trophimo apostolo, et eorum canonicis in unum manentibus, in presentia domni *Raiambaldi archiepiscopi*, aliquid de nostris propriis alodibus, qui jacent in comitatu Aquense, et in territorio castri Lambisci. In ejus terminio, vel in ejus territorio, Deo et supradictis sanctis, et eorum canonicis in comune viventibus, donamus æcclesiam Sancte Dei genitricis semperque virginis Marie, et Sancti Petri apostoli, et Sancti Johannis Baptiste, que nominant in la Val, cum omnibus rebus que huic æcclesie attinent, seu actenus adquisivit, vel in futuris temporibus adquirere potuerit; videlicet in mansionibus, in domibus, in curtis, in exavis, in campis, in vineis, in ortis, in molendinis, in aquis, aquarum decursibus earum, in mercatis, in silvis et garricis, in castris et in villis, et in omnibus ad usus hominum necessariis; totum et ab integrum donamus supradictis sanctis, et fratribus in commune viventibus, in perpetuum tradimus. Sane si quis, nos aut ullus ex nostris propinquis, seu alia subintromissa persona, disrumpendo, hanc cartam donationis temptaverit disrumpere, primitus ira omnipotentis Dei incurrat, et in sanctorum omnium maledictionibus incidat; et quod Jude traditori evenit, ei eveniat; et insuper legali convictus auctoritate, dampno x. librarum aurium multetur. Insuperque donatio ista convulsa, inlibataque permaneat. Facta carta istius donationis in mense januario, feria VI, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Xpisti millesimo LIII, regnante Henrico IIII augusto. — Sig. Bermundus, et Laugerius, atque Poncius, qui hanc cartam donationis scribere fecerunt, et manibus illorum firmaverunt. Sig. Amalricus fir. S. Guill's filius ejus fir. S. Guill's Stebleira fir. S. Atenulphus [1] fir. S. Pontius de Riantz [2] fir. S. Guill's. Baltugaz fir. S. Guill's Papia [3] fir. S. Umbertus Restitutus fir. S. Eldoardus de Merindol [4] fir. S. Nectardus fir. S. Guarinus presbiter fir. S. Guill's presbiter fir. S. Pontius Abel fir. S. Theniarda [5] cum filiis suis Alphanto et Petro fir. Aialricus levita, jubente Bermundo et Laugerio, seu Pontio datoribus, hanc cartam scripsit.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 386 (A). Authentique du chap. d'Arles, f° 78, n° LXXXVIII (B).

389 1054.

Concession par l'archevêque d'Arles à celui d'Aix. De ecclesia Istri.

COGNITA res sit quod R[aiambaldus] *Arelaten. ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus*, concessit ecclesiam de Moriano, consilio Arelaten. ecclesie, *P[ontio] Aquensi archiepiscopo.* Conquestus enim fuerat P. Aquensis archiepiscopus in publico consilio, in Arelaten. eccle-

1. *B* Rainulfus fir. A-s. fir. Atenulfus fir. A-s fir. E-s fir. A-s Yson fir. A-s l-a exaravit hanc cartam.

1. *B* Atanulfus. — 2. *B* Rianz. — 3. *B* Pabia. — 4. *B* Mirindol. — 5. *B* Teutarda.

sia, coram archiepiscopis Arelaten., Ebredunen., Narbonen., et coram episcopis illorum, quod non posset venire, una die, de archiepiscopatu suo usque ad Arelatem, propter asperitatem vie lapidosi agri. Tali convenientia, quod postquam cessaret venire Aquensis archiepiscopus ad consilium Arelaten. archiepiscopi, recuperet Arelatensis ecclesia ecclesiam de Moriano, cum omnibus sibi pertinentibus ; scilicet cum ecclesiis de Vulturno, de Sancta Maria de Mairaco, Sancti Johannis de Valle, Sancti Sulpitii, S. Martini. Retinuit tamen R. Arelaten. archiepiscopus duas ecclesias in territorio de Istro, Sancti Verani, Sancti Petri de Ugino ; ut cognosceretur supradictas ecclesias esse Arelaten. ecclesie, nec quolibet spatio temporum possent alienari.

Authentique du chap. d'Arles, f° 109.

390 26 mars 1054.

Girin et sa femme Amica *donnent des biens à St-Victor*, in territorio Montis Justini, *et reçoivent* in precium unum Missalem obtimum, valentem solidos centum, *qu'ils rendent à l'église*.... Signum archiepiscopus R. firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 418-9.

391 5 mai 1054?

Consécration de l'église de St Césaire de Vernègue, par Raimbaud, archevêque d'Arles.

Quamquam nostri vetustissimi patres sanctuarii constituerent dona sine testamento litterali, nunc mos est junioribus ut ea que sanctis largiuntur, pro futuro animarum remedium litteris prænotentur. Hoc ammodo omnibus liqueat, quia dum Sancti Cesarii ecclesia consecraretur, Lautrudem, atque Amalricum, necnon Laugerium, duas tremodiatas perpetue largiri, que in loquo dicitur Ginola reperiuntur ; et est ibidem trium viarum confinium, quin etiam ex altera parte heremum. Rursum frater illorum Bermundus predicte concedit ecclesiæ, in eodem loquo preposito de Ginola, duas vinee modiatas ; et est ibi trium viarum confinium ; et partem quam in ejus cimiterio possidebat. Et Ugo atque ad ipsum pertinet de ista donacione, donavit et firmavit, uxorque ejus Enaurs, et filius ejus Vilelmus cum fratribus suis, vineas quas Peregrinus plantavit, donaverunt, et firmaverunt. Hec noscat quisque prescripta, *Raiambaldi* presencia *archipresulis*, necnon episcopi Elfantis, hanc consecrasse æcclesiam Sancti Cæsarii, vel Sancti Petri honore. Consecracio istius ecclesiæ genitricis Dei, ac Domini nostri Jhesu Xpisti, et sancti Petri, sanctique Cesarii, habetur III nonas maii. Mandavit Ugo a Poncio Pelegrino : qualem partem habeo in territorio de castro Avalono, de terris cultis et incultis, presentibus amicis, donavi a Dei omnipotentis, et Sancta Maria, et Sancti Petri, et Sancti Cæsarii, pro animabus suis. Ipse Ugo fir. — Vilelmus Ugo fir. — Poncius Ugo fir. — Vilelmus Anguila fir. — Ranulfus de Senaces fir. — Vilelmus d'Alamannono fir. — Ego Vilelmus Anguila, et uxor mea Teucenna, et filii mei, pro bono caro et obtimo, et bona volumptate, et pro remedium anime nostre, donamus de terra herma, una faxa a Sancto Cesario, que dicitur di Ginola. De uno latus, vinea Sancto Cæsario ; de uno fronte, via publica ; et de alio fronte monte egrestibus. Hec scripcio de maso de Columba, de unam partem de terram, que donabunt a Sancto Cæsario. Vantelmus de Pelliciana, donavi et firmavi. — Maiolus, donavi et firmavi. — Ranulfus, donavi et firmavi. — Habet Sanctus Cesarius, de vineas, cartairatas XL. et septem. In ipso loco XL et III, et de Alvernico X. — Donavi, Vilelmus Anguila III. partes de decimo que habeo in istam cartam. — Amalricus fir. — Bermundus fir. — Laugerius fir. — Vilelmus Poncius fir. — Sane si quis post hac, aliter quam nos definimus, agere temptaverit, non valeat, sed gladio exquomunicacionis et maledictionis subjaceant ; quo percussi Datan et Abiron, et Judas qui Dominum tradidit, in inferno detrusi, subjacent.

Authentique du chap. d'Arles, f° 89 v°, n° CIII.

392 20 novembre 1054.

Concile de Barcelone, en faveur de cette église.

Raimbaldus archiepiscopus [Arelatensis] subscripsi.

Saenz de Aguirre, *Coll. concil. Hispaniæ*, 1754, t. IV, p. 412.

393 1054/5.

Consécration de l'église de Maguelonne.

Raymbaldus [archiepiscopus] Arelatensis.

Arnaud de Verdale, *Series episcop. Magalon.* (Bouquet, *Recueil*, t. XII, p. 369).

394 14 mars vers 1055.

Didier et sa femme Aldeburga *donnent à St-Victor* ipsum mansum quem domnus Raimbaldus archiepiscopus dedit michi ad proprium alodem, in Monte Justino... Ego Raimbaldus dono et firmo....

Cartul. de l'abb. de St Victor, t. I, p. 421-2. Voir n° 329.

395 1er juillet 1055.

Geofroi, comte de Provence, et sa femme Stephania *donnent à St-Victor* duas pecias de terris in Tripontio...., consiliante et presente Raimbaldo archiepiscopo....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 179-80.

396 1056.

... Quidam fideles Dei... hedificaverunt ęcclesiam Deo, in comitatu Provintię, in valle que vulgo dicitur Tritis, quam, juxta conditionęm ęcclesiarum, Domino dedicare deposcunt in honorem Sanctę Trinitatis. Quorum precibus domnus Raimbaldus, Arelatensis archiepiscopus, cum canonicis suis monitus, hanc studuit dedicare ęcclesiam ; quam juxta decreta sanctorum Patrum dotibus exornandam promonuit... Si autem homo aut femina dotaverint hanc ęcclesiam de suis possessionibus..., si confessus fuerit episcopo vel sacerdoti peccata sua, sint illi dimissa ex parte Dei et domni Raimbaldi archiepiscopi....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 140-1.

397 1056.

Deux sœurs, Adalmois et Elesindis, *font des dons à St-Victor*, cum consilio et consensu fratrum nostrorum, domni videl. Raimbaldi, Arelatensis archiepiscopi, et Fulconis et fratris ejus.... Domnus Raimbaldus archiepiscopus firmavit. Fulco frater ejus firm....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 541-2.

398 26 juin 1056.

Donation à St-Victor par Aluis *et son mari Hugues*.... Raiambaldus, archiepiscopus Arelatensis, firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 227-8.

399 13 septembre 1056.

Concile de Toulouse, sur la discipline.

... Jussu domni papæ Victoris, qui .. vicarios vice sua direxit Rambaldum Arelatensem et Pontium Aquensem archiepiscopos.... Firmant et consignant Rambaldus Arelatensis et Pontius Aquensis archiepiscopi, vice papæ Victoris....

Labbe, *Concilia*, t. IX, c. 1084-7.

400 1056.

Ego fr. Rostagnus, sancte Aquensis ecclesie ordinatus episcopus, debitam subjectionem et reverentiam, et obedientiam a sanctis patribus constitutam, secundum precepta canonum, sancte sedi Arelatensis ecclesie, rectoribusque ejus, in presentia domni archiepiscopi Raimbaldi, perpetuo exibiturum promitto, et super sanctum altare propria manu firmo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 14 v° (Sacram. episcop. de provincia, 2).

401 1057.

Don à St-Victor par Geofroi, marquis ou comte de Provence, et sa femme Stefania *et son fils Bertrand*.... Domnus archiepiscopus Raiamballus firmavit....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 313-4.

402 18 novembre 1058.

Concile de Barcelone, pour la dédicace de l'église.

Ecclesia Barcinonensis.... dedicata est solenniter ab episcopis octo..., Raimbaldo Arelatensi... In opere dedicationis ejus invitatus est... religiosissimus primas Arelatensis ecclesiæ Raiemballus archiepiscopus.... Ego Raiemballus archiepiscopus Arelatensis .... Raimbaldus archiepiscopus subscripsi.... Raimbaldus archiepiscopus sedis Arelatensis subscripsi....

Saenz de Aguirre, *Coll. concil. Hispan.*, t. IV, p. 416-8.

403 Vers 1059.

Plaintes de Bérenger, comte de Narbonne, contre Guifred, archevêque de cette ville.... Aggregavit concilium non modicum juxta præfata urbe Narbona [*n° 331*] multorum sui diœcesi episcoporum, inter quos fuit hic Raimbaldus, Arelatensis archiepiscopus.... Archilevita voluit ei satisfacere in judicio episcopi Arelato.... Ego Beringarius... ad synodum Arelati conabam ostendere...

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, 1875, t. V, c. 496-502

404 Février 1059.

Don par Heldebert, à l'église de St-Pierre... Domnus Raimbaldus archiepiscopus firmat.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 606.

405 Arles, octobre 1059.

Concession en aleu par l'archevêque Raimbaud, De Triphontio.

Ante tempus legis istius donationis, etiam sine gestorum testificatione valebat ; nunc vero, post hanc legem, ne quislibet donatio valere potest, si gestibus non fuerit alligata. Qua propterea, ego in Dei nomine *Raiambaldus archiepiscopus*, cessor sum tibi atque donator, fidelis meus constabilis, propter ex aliquo alode Sancti Stephani, cum voluntate clericorum meorum. Hoc sunt vineas in agro Triphontio, modiatas III ; illas vineas quas Aialricus tenebat per me, et postea, cum mea voluntate, misit ad te in gadio, per unum mulum, valentem solidos c. de Ottonensis. Postea vero compelli me amor circa, propter servicium quod bene humiliter servisti michi, cedo et tibi dono suprascriptas vineas, ad tua vita ; in ea ratione, ut quandiu tu vixeris, teneas et possideas, et nullum incombrium non facias ; et post tuum obitum, revertatur ad æcclesiam Sancti Stephani, vel Sancti Trophimi, et cannonicos ibidem servientes. Sane si quis, ego aut nullus episcopus, aut prepositus, vel decanus, aut quislibet arrogata persona, qui hanc donationem voluerit irrumpere, non liceat ei facere ; sed in primis incurrat ira omnipotentis Dei et sanctorum omnium, et sit maranata et anathema, quod est excommunicatus vel maledictus a Deo ; et postea hec donatio sit semper firma ratio. Acta est hæc cartula donationis in civitate Arelate, mense namque octobris, anno incarnati Verbi M^mo^L^mo^VIIII^mo^, regnante Xpisto Dno, qui celi sedet solio, infinito imperio. Sig. domnus Raiambaldus archiepiscopus, qui hanc cartam jussit scribere et firmari, propria manu confirmare studuit.

Authentique du chap. d'Arles, f° 73, n° LXXXIII.

406 Arles, 15 février 1059/60.

Donation à Montmajour par Geofroi, comte de Provence, sa femme Stephania *et son fils Bertrand*,... anno ab Incarnat. Domini MLVIIII, indict. XIII, data XV kal. martii, in Arelate civit. publice.... Signum archiepiscopi Raiambaldi et corroboratio, et excommunicat et anathematizat quicumque transgredi presumpserint hanc donationem....

Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. vij-iij. Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 171-2 (à 1070 !)

407 1060 ?

L'archev. d'Arles Raimbaud établit et dote les chanoines réguliers de sa cathédrale. De multis rebus.

Primordium religionis propemodum uno ab hac fonte apostoli Trophimi patris nostri cum reperirem, humilis *Raiambaldus archiepiscopus*, totam irrigasse Galliam, in antiquariis, non modica gravabar mentis inquietudine, utpote qui nullum videbam ad prefatum

fontem innormandum accedere. Quippe collectis a terra lapidibus, sanctis videlicet viris, Genesio laureato corona martyrii, Hylarioque in hilaritate superna congaudenti, et Honerato honere deposito carnis, necque Cesario quoad militavit cesareas Xpisti acies, in viam salutis dirigenti, quibus pridem floruerat Arelas, marcescit, in qua vix vestigium eorum fortitudinis potest reperiri. Quocirca sitibundo suspirans pectore, pauculos elegi fratres unanimes michi, jugiter huic æcclesiæ servientes matri. Quorum licet ad affluentiam multarum æcclesiarum nequeam ditare communionem : scio enim quoniam res maxime discordia dilabuntur, minime concordia crescunt ; omnibus decrevi notum facere, presentibus et futuris, ego Raiambaldus archiepiscopus, que do sacerdotali auctoritate pretaxatis fratribus unanimiter victitantibus. Do illis medietatem omnium hujus æcclesie oblationum, scilicet offerendam denariorum, atque redemptionem signorum ; et de auro et argento quod in altaribus positum fuerit, vel in cera, terciam partem possideant. Dono etiam illis vineas de Sancto Leodegario, et sex modiatas vinearum que sunt in Triphoncio, et omnes mansiones que adherent eorum claustro ; et unum mansum, quem Augerius teneat in vita sua, in Sallionis castro ; et tres partes de tasca ejusdem castri. Preterea dono illis quartam partem omnium decimarum Sallionis, quam jure perpetuo possideant, post obitum Lanberti gramatici ; et decimationem, et redecimationem omnis mei dominii, quem Augerius tenet ; et dono illis omnem supellectinem meam, post discessum meum. Dono etiam illis canonicas perpetuo possidendas, post discessum eorum qui comuniter vivere nolunt. Prohibeo etiam, atque sacerdotali veto auctoritate, ne quis in eorum collegio ingrediatur mansurus, nisi ipsis omnibus unanimiter consentientibus ; neque cogantur ab archiepiscopo ; qui si quidlibet peccunie inde acceperit, jaculo feriatur excommunicationis, justam paciens penam Ananiæ et Saphiræ a Petro apostolo intortam. Dono etiam legitima donatione, et auctoritate episcopali, mansum integrum Poncii Clavelli, cum ortis et vineis, cumque omnibus terris sterilibus et frugiferis ; cum suis apendiciis, una fratribus in canonica viventibus. Ut quiquid inde exierit, comuniter possideant, et in proprios usus expendeant. Hanc auctoritatem firmat Aicardus archiepiscopus, et Bertrannus sacrista, necnon et Alfantus decanus, et omnes cannonici, quorum nomina hec sunt subtitulata. — Lagitus caput scole. — Petrus Longobardus. — Petrus Bernardus. — Asterius. — Carbonellus. — Robaldus. — Poncius. — Volueradus. Rainaldus.

Authentique du chap. d'Arles, f° 76, n° LXXXVI.

408 1060 ?

Ego Agericus, sancte Regensis ecclesie sedis nunc ordinandus episcopus, debitam subjectionem, et reverentiam, et obedientiam a sanctis patribus constitutam, secundum precepta canonum, sancte sedi Arelatensis ecclesie, et rectoribus ejus, in presentia domni archiepiscopi Raimbaldi, perpetuo exibiturum promitto, et super sanctum altare propria manu firmo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 15 v° (Sacram. episcoperum de provincia, 8).

409 1060.

Election de Durand comme abbé de St-Victor, cum consensu... domni Raimbaldi, Arelatensis archiepiscopi prenominatique monasterii monachi.... Dnus Raimbaldus, Arelatensis sedis archiepiscopus et monachus, firmavit...

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 628-31.

410 1060.

Concile tenu à Avignon pour l'élection de Gérard Chevrier, comme évêque de Sisteron, par Hugues, abbé de Cluny, légat du pape Nicolas II, l'archevêque d'Arles et autres.

Gallia christ. noviss., Aix, instr. cc. 445-6 et 537-9 [ce dernier texte provient de Polycarpe de la Rivière]. JAFFÉ, 4432 (3360).

Venerunt legati Romani in partibus Galliarum, et civitate Avinione tenuerunt synodum et ita au...... episcopatum Sestironensem vacantem ; tunc excommunicaverunt eum [militem Ragambaldum] archiepiscopus Arelatensis, cum abbate Cluniacensi, qui in vice Pape aderat.... *(n° 419).*

411 3 mai 1060 ?

Hæc domus Sancti Saturnini [*Saint-Savournin (B.-du-R.)*] est consecrata trium episcoporum personis, Raiambaldi Arelatensis archiepiscopi, et Ugonis Sanaciensis episcopi, et Alfantus Aptensis episcopi, mense mai....ie, calendario III.

BOUCHE, *Hist. de Provence,* t. II, p. 80.

412 12 août 1060.

Discorde entre Montmajour et St-Victor, au sujet de donations par le nobilissimus judex Lambertus *et les vicomtes de Marseille.* Quod dum ad notitiam domni Raimbaldi archiepiscopi Arelatensis pervenisset, eorum compassus fragilitatis,... non parvum, sed magnum constituit placitum, in quo de hac re maxima altercatio fuit.... Erant ibi congregati.... domnus videl. sanctæ sedis Arelatensis episcopus Rambaldus. *Accord.* Domnus Raimbaldus archiepiscopus gratanter firmavit....

CHANTELOU, *Hist. de Montmajour,* p. 129-31.

413 St-Gilles, 12 juin 1061.

La restauration du monastère de Vabres est confiée à l'abbé de St-Victor, in manu ... domni Raiambaldi, archiepiscopi Arelatensis, ejusdem S. Victoris monasterii monachi.... Signum Raimbaldi archiepiscopi....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 181-4.

414 Septembre 1061.

DE ECCLESIAM B. MARIE DE RATIS ET S. MARTINI.

Sanctorum decreta patrum declarant sanctam Dei æcclesiam a fidelibus, sanctissimisque viris, olim per universum mundum, pullulante religione xpistiana, fundatam, et in omnibus, ut eam decebat, ad plenum

ornatam atque repletam, scilicet in innumerabilibus turmis clericorum, in amplissimis prediis terrarum, in copia sui servorum, atque in opulentia frugum. Que et incuria majorum principum, et pigritia suorum pastorum, tam presentium quam etiam preteritorum, taliter est destructa atque dilacerata, in amissione suarum rerum, quatenus relicta in tristitia, et in egestate posita, nec rex, nec dux, marchiove, est ei porrigens manum. Quapropter ego *Raiambaldus archiepiscopus*, et Fulco, frater meus, perspeximus molem nostrorum peccaminum, et perspeximus peccata nostri patris et matris, ut dns Yhesus Xpistus illis dignetur dimittere omnia eorum delicta, nobisque dignetur dare vitam in hoc seculo et sanitatem, et in futuro sempiterna premia ; donamus Deo, et sancte æcclesiæ preciosissimi protomartiris Stephani, in qua requiescit Trophimus apostolus almus, et ejus canonicis inibi servientibus, in presentia illustrium virorum, aliquid de nostris beneficiis, que jacent in comitatu Arelatense, in insula Camaricas. Hoc est æcclesia Sancte Dei genitricis semperque virginis Marie de Ratis, et æcclesiam Sancti Martini. Has æcclesias, et quantum ad eas pertinet, vel pertinere debet, in terris cultis et incultis, pascuis et pratis, aquis et palustribus, stagnis et salinariis, rubinis et piscatoriis, silvis et racegiis, mare et Rodano, simul et vineis, totum et ab integrum donamus, atque in perpetuum tradimus Deo et sancto Stephano, atque apostolo Trophimo, et canonicis ejusdem æcclesie servientibus. Facta carta istius donationis, in mense s[ep]t[em]b[ris], regnante Henrico rege, anno Incarnationis Domini M.LXI. In tali tenore, ut si archiepiscopus, aut aliqua, tam clericorum quam laicorum, persona esset qui hanc cartam donationis irrumpere voluerit, aut supra prelibatos sanctos, vel ad eorum canonicos, hoc quod eis damus tollere temptaverit, non vindicet, sed componat in vinculo auri libras x ; et insuper iram Dei omnipotentis incurrat, et sit maledictus omnibus maledictionibus veteris et novi Testamenti ; demergaturque cum Datan et Habiron in profundum inferni, ibique particeps sit Jude traditori ; ad postremum, firma sit donatio ista et stabilis permaneat, omnique tempore.

Authentique du chap. d'Arles, f° 79 v°, n° LXXXIX.

415 1063.

Lettre du pape Alexandre II Raibaldo archiepiscopo Arelatensi, *au sujet de l'expulsion de Ripert, évêque déposé de Gap.*

Gallia christ. noviss., instr. c. 277. Jaffé, 4537.

416 Février 1065.

Raiambaldus, servus servorum Dei, apostolica auctoritate omnibus tam clericis quam laicis, salutem ; adjutorium quoque pœnitentibus concedo. In benedictione ecclesiæ Sanctæ Trinitatis, et Sanctæ Mariæ, Sanctique Johannis ac Sancti Petri in Correns et in ejus consecratione, talem absolutionem concedimus ut quicumque beneficia daturus hanc ecclesiam ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur, et pœnitens qui ad eam in consecratione advenerit, tale remedium sibi percipiat. Tertiam partem pœnitentiæ illi dimittimus, et ecclesiam usque ad caput anni ei reddimus, et pacem et capillos incidere habeat ; et si mors in capite anni advenerit vel insuper annum, ex nostra parte absolutus permaneat ; et si in alio anno annualiter vel insuper annum, in ea absolutione permaneat. Quam absolutionem a sancto Petro accepimus, cui, ut fere omnis catholicus agnoscit, pietas cœlitus est collata, quemvis solvat vinculis et liget, quos vult perdat. Qua propter nobis concedentibus quicumque bonum huic loco fecerit, talem benedictionem accipiat sicut superius diximus ; et qui ad hanc ecclesiam ierit, securus ab omnibus inimicis suis vadat ; et qui ei aliquid impedimenti præstiterit, sciat se excommunicatum et anathematizatum. Si quis itaque, quod non optamus, temerario ausu contra hanc nostram præceptionem ire conatus fuerit et in villa quæ vulgo Correns dicitur offenderit, si infra quadraginta dies ad emendationem non venerit, sciat se maledictum omnibus maledictionibus quæ in novo et veteri continentur Testamento, *etc.*

CHANTELOU, *Hist. de Montmajour*, p. 176-7.

417 1065/1073.

... Ex donatione Rahimbaldi, archiepiscopi Arelatensis....

Cartul. de St-Victor, t. I, p. 94-5. Voir Marseille, n° 127.

418 19 mai? 1065.

... Patre Durando [abbate S. Victoris] ex hac luce subtracto, domnus Raimbaldus, Arelatensis archiepiscopus et predicti monasterii monachus, in capitulo residens, fratribus inquirit quem sibi patrem... eligere vellent. *Election de Bernard*, cum consensu... domni Raimbaldi Aralatensis archiepiscopi et prenomin. monast. monachi....

Voir la pièce à l'abb. de St-Victor de Mars.

419 5 avril 1066.

Charte de Gérard Chevrier, évêque de Sisteron, pour Forcalquier... Raiambaldus archiepiscopus Arelatensis firmat....

Voir la pièce à l'évêché de Sisteron (suppl.)

420 St Baudile près Nîmes, 15 décembre 1066.

Donation de l'abbaye de Saint-Gilles au monastère de Cluny par la comtesse Almodis *et son fils Raimond, comte de Rodez et de Nîmes*,... videntibus atque laudantibus episcopis, scil. domno Raimbaldo, Arelatensi archiepiscopo atque Romanę ęcclesię vicario,... et Rostagno Avinionensi... ; abbatibus : Bernardo Massiliensi... Raimbaldus archiepiscopus *(signat. autogr.)*...

Recueil des chartes de l'abb. de Cluny, t. IV, p. 517-9.

421 1067.

... Exsiccata est palus que in circuitu Montis majoris ... adjacebat ; quam quidam illustris vir, nomine Lambertus, avus scil. dni Raiambaldi archiepiscopi quondam, concessit cum consilio comitum sive comi-

tissarum, qui tunc temporis regere videbantur regnum Provincialium hominum, multis etiam et diversis ditavit locum illum beneficiis.... *Nouvelle délimitation des terres desséchées, la 9 année de l'abbé Roland.*

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 179. Voir la donation de Lambert à l'abb. de Montmajour. Dans un acte en faveur de la prévôté de Ganagobie, en 1013, Boniface (père de l'archevêque) confirme « primam donationem quam pater meus Lambertus et mater mea Galburgis nomine... fecerunt... Signum Bonifacii et uxoris ejus Constantie ». On lit en outre, dans un accord entre Montmajour et l'archevêque d'Arles au sujet de ces marais, passé en mars 1025 : « Respondebant abbas et monachi Montismajoris se omnes paludes et terras habere ex donatione Lamberti, illustris viri, avi scilicet dni Raimbaldi, Arelaten. archiepiscopi, et uxoris ejus Galburgis » (Chartrier de Salon, n° 361).

422 1067 ?

Lettre de l'archevêque Raimbaud à Alexandre II.

Domino Alexandro, sanctæ Romanæ sedis apostolicæ p., Raiambaldus, Arelatensis archiepiscopus, utriusque hominis famulatus. Quoniam paterno affectu, beatissime pater, te diligo, amplector ac veneror, si bene vales, incolumitati tuæ gaudeo ; sin alias, debitus dolor me cruciat. Siquidem notum tibi facio me in honore beatæ semperque virginis Mariæ, in territorio civitatis Forojulii, quandam construxisse ecclesiam, in qua etiam quosdam clericos posui, quos et sub regulari norma vivere constitui. Verum, quia universalis sancta Dei Ecclesia apostolica semper ordinationibus viget et subsistit, beati Petri juri et tuæ, tuorumque successorum ditioni præfatam ecclesiam perpetualiter suppono, et ut tuo proprio eam sancias chirographo humiliter deprecor.

Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 71-2. Bréquigny, II, 83.

423 1067 ?

A la demande de l'archevêque Raimbaud, le pape Alexandre II prend sous sa protection l'église de Barjols.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus confratribus Raimbaldo Arelatensi archiepiscopo, ac Bertrando Forojuliensi episcopo, perpetuam in Domino salutem. Quotiens illa a nobis requiruntur quę justitię concordare videntur, libenter debemus impendere, et justę poscentium animis condescendere. Quia igitur, carissime frater Raimbalde, Arelatensis archiepiscope, postulasti a nobis ut ęcclesiam Sanctę Marie sitam in villa quę vocatur Barjols, in territorio videlicet civitatis Forojulii, quam beati Petri perpetualiter juri supposuisti, privilegio confirmaremus apostolice sedis ; inclinati precibus tuis, ipsam ęcclesiam sub tutela et defensione sanctę Romanę ecclesię recepimus, eamque ab omni infestatione liberam et quietam esse decernimus ; ita quidem ut pro ea annualiter sanctus Petrus habeat unum aureum denarium. Preterea, confirmamus ibi quicquid nunc juste possidet, vel deinceps possidere debet ; apostolica interdicentes auctoritate, ut nullus ibi prepositus constituatur, neque clericus aut monachus inducatur, absque voluntate eorum qui vinculo professionis se eidem ęcclesię servituros devoverint. Interdicimus etiam ut nulla ecclesiastica seu secularis persona presumat prefatam ęcclesiam inquietare, aut ea que superius continentur infringere. Quod si quis temerario ausu presumpserit, vinculo excommunicationis usque ad dignam emendationem se innodatum noverit. At vero qui custos et observator extiterit, et pio intuitu aliquod bonum ibi conferre studuerit, repleatur habundantia apostolicę benedictionis.

Archev. d'Arles, Livre noir, f° 50. Bréq., II, 84. Jaffé, 4710.

424 Arles, 27 mars 1067.

Donation à St-Victor par Rainaud Rostang et sa femme Narbona... Signum Raimbaldus archipresul firmavit...

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 189-90.

425 1069.

Donation à St-Victor par Pierre Isnard, etc., cum consilio Raimbaldi, Arelatensis archiepiscopi.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 187-8.

426 ?

Circa hec tempora, apud Maxiliam civitatem sepulchrum Maximiani, Christianorum ingens persecutor, inventum est.... Consilio Rainbaldi archiepiscopi Arelatensis et ceteris fidelibus actum est, ut in mari magno cum totis labris jactaretur. Nam diebus ac noctibus maris equora ibi videntur semper ardere....

Chronicon Novaliciense, Appx. c. 11 (*Script. rer. German.*, 1846, p. 98 ; *Mon. hist. patr.*, Ser. t. III, p. 130).

Le décès de Raimbaud est fixé au 28 février 1033 (!) dans le Catal. n° 3 (c. 7) ; il était marqué au 13 mars dans le Nécrologe de la Canourgue (*Canonicæ*).

AICARD de Marseille, 1070 ?-1090.

427 1060.

Donation à St-Victor par l'évêque de Marseille Pons et son frère Geofroi. Sig+num Echardi, archiepiscopi Arelatensis....

Voir la pièce à l'abb. de St-Sauveur de Marseille, Aicard était fils du vicomte Geofroi et neveu de Pons. Voir aussi le n° 407.

428 Vers 1070.

Breve de convenientia quam fecit Raymundus comes cum Aicardo Arelatense archiepiscopo, scil. reddit et donat ecclesiam Sanctæ Paschæ... ; reddit et donat sancto Stephano et sancto Trophimo et Aicardo archiepiscopo... honorem qui est in Argentia..., sicut unquam melius habuit Raiambaldus archiepiscopus... ; et de villa.. Furchas,... habeat in bastimento castelli et villae... tertiam partem ; et in castro Albaroni, quando ipse habebit,.. medietatem reddet, quoniam Raiambaldus archiepiscopus habuit ; et de lexda navigiorum et navium quæ montatio vocatur, quam Bertrannus comes habet apud Arelatem,.. medietatem donat et reddit....

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 277 (2e éd., t. V, c. 584-5). Bréquigny, II, 121.

429 — 12 septembre 1078.

Don de trois églises au chapitre par Theubert.
De Marignana.

Auctoritas enim jubet æcclesiastica, et lex precipit Romana, ut quicumque rem suam in aliquaque parte transfundere voluerit, per paginem testamenti eam infundat, ut prolixis temporibus sequra et quieta permaneat. Quapropter ego Teubertus concedo atque dono, Deo sanctisque ipsius Trophimo apostolo, Stephanoque protomartirem, clericis quoque in ipsorum ecclesia die noctuque perseverantibus, pro remedium anime mee, aliquid ex honore meo, qui michi ex parte patris et matris evenit. Hoc est una æcclesia in castro Gigniaco, cum decimis, primiciis, sive omnia ibi pertinentia. Item, aliam æcclesiam ex uno latere ipsius supradicti castri sitam, in honore Sancte Maximæ virginis consecratam, et omnia illic pertinentia. Item, aliam æcclesiam sitam in valle Marinianæ, in loco qui dicitur Pabia, in honore clavigeri Petri dicatam, omniaque ibi pertinentia. Vineas quoque, campos, terras cultas et incultas, omniaque que mei juris sunt, sive vestitas et ermas, sive salinarias in liugno. In castro itaque jam supranominato, mansiones et trogolos duos ; in Pabia, similiter mansiones. Sane, si quis hanc cartam irrumpere vel inquietare presumpserit, sive calumpniam fecerit, aut ego aut ullus homo vel femina, non valeat quod quesierit ; nec propinqui, nec parentes, seu ulla apposita persona. Primo, ira Dei omnipotentis subjaceat, et pereat cum illis qui dixerunt dno Deo : « Recede a nobis ; scientia viarum tuarum nolumus ». Et extinguatur lucerna eorum in secula seculorum. Amen. Fiat, fiat. Facta carta ista in mense septembrio, in die mercurio, luna I. — Sig. Catberti, qui hanc cartam fieri et firmare rogavit, presentibus domno *archiepiscopo Aicardo*, et Lagito, caput scole, et secretario Bertranno, et decano Poncio, et preposito Raiambaldo, et Petro Longobardo, et Petro Bernardo, et Asterio, et Otgerio, et Ansaldo, cum ceteris ibi degentibus.

Authentique du chap. d'Arles, f° 53, n° LVII.

430 — 1078 ?

... Nos, sanctæ Arelatensis matris ecclesiæ filii, donamus... B. Mariæ et B. Petro Montis majoris et monachis ... ecclesiam Sanctæ Mariæ de Ratis, *sous le cens de 30 sous Melgoriens, etc.* Nomina filiorum ecclesiæ Arelatensis qui hanc donationem fecerunt sunt hec : Aicardus archiepiscopus, Raimbaldus prepositus, Bertrannus sacrista, Pontius deccanus, Geraldus caput scole,...

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 217-8.

431 — 1078 ?

Autre donation au chapitre de la cathédrale.
De Marignana.

Priscorum decreta patrum declarant sanctam Dei æcclesiam a fidelibus, sanctissimisque viris, olim per universum mundum, pullulante religione xp'iana fundatam, et in omnibus, ut eam decebat, ad plenum ornatam, scilicet in innumerabilibus clericorum turmis, in amplissimis terrarum prediis, in servorum sui copia, in frugumque opulentia repletam atque fulcitam. Et ideo ego Wilelmus Ugo, et Poncius frater, et mater nostra Enaurs, respeximus molem nostrorum peccaminum, patris scilicet et matris, videlicet omnium parentorum nostrorum ; insuper pro remedio germani nostri animæ, ut Deus omnipotens dignetur illi requiem eternam concedere ; nobis quoque in hac luce, bonis frui, et post hac cum superis locum tenere ; donamus Deo, et æcclesiæ sancte sue in preciosissimi martiris sui Stephani honore dicatam, almoque Trophimo ibidem requiescente apostolo, cum cannonicis illic in comune viventibus, in presentia domni *Aicardi archiepiscopi ;* scilicet masum unum in Marignana, ita liberum factum ut numquam amplius, nec nos, neque ulla persona per nos aliquid requiramus ; supradictum itaque masum tenet Johannes qui dicitur Benedictus. Et insuper medietatem decimi de Avisigo, id est in frumento, in ordeo, in milio, et in legumina omnia ; in piscibus et in avibus, et in omnibus rebus. Sane, si quis homo, aut archiepiscopus, aut prepositus, secretarius, decanusve, clericus aut laicus, irrumpere vel inquietare presumpserit, non vendicet quod injuste quesierit, sed ad nos, aut ad heredes nostros revertatur. Sig. Enaurie. — Poncii, Guilelmi, filiorum ejus, qui hanc cartam scribere jusserunt, sanctisque Stephano et Trophimo, cum clericis in comune viventibus obtulerunt, propriis suis manibus firmaverunt. Ugo Mataronus firm. Rainaldus f. Rainaldus Arveus. Bernardus et Aicardus fratres f. Gauffredus. Brunetus. Hugo Manuhel f.

Authentique du chap. d'Arles, f° 65, n° LXXII.

432 — 1078.

Restitution au chapitre par l'archevêque Aicard, et le comte Bertrand.

Antiquis patrum sanctorum docemur exemplis, ut quandocunque aliquid memoriale memorie commendare voluerimus, id per pagine testamentum commendetur ; nequando, per intervalla temporum, ex incuria, aut ex aliqua interveniente occasione, oblivioni forte detur. Verum, ne multis inmoremur, pretermittendo plura, ad ea unde agendum est veniamus. Notum satis est fidelibus, tam laicis quam clericis, pontem piscatorium, et piscatorias de ponte, et stagnum, ad ecclesiam Sancti Stefani et Beatissimi Trohfimi pertinere, et ejus juris et dicionis esse, a beato Cesario, luce clarius constat. Sed ob injuriam et violentiam Poncii de Fossis et suorum, injuste et inracionabiliter ad presens sublata hec esse non ignorantur. Unde permoti, ego Bertrannus comes, et *Aicardus Arelatensis archiepiscopus*, et Wilielmus Ugo, reddimus Deo et beato Stephano, et sanctissimo Trophimo, et canonicis ibidem in comune viventibus, et Deo servientibus, omnem decimam in piscatoriis de ponte, que nunc sunt, et in antea future erunt ; videlicet in burdigulis, et in cannatis, et in omni stagno, de omnibus piscibus, quocunque modo capti fuerint. In castro quoque, et in villa, et in omnibus adcrescentibus bonis, tam terrestribus quam aques-

tribus. Insuper et ecclesiam, cum sibi debite pertinentibus. — Signum. Aicardus Arelatensis archiepiscopus, et Bertrannus comes, et Wilielmus Ugo, qui hanc cartam fieri jusserunt, in presentia multorum virorum manu propria firmaverunt, et testes firmare jusserunt. Si quis autem contra hec venire temptaverit, maledictionibus que sunt scripte in veteri et in novo Testamento subjaceat ; et habeat partem cum Datan et Abiron, et cum Juda traditore, qui Dominum tradidit. Et audiant terribilem vocem in judicio Domini dicentis : « Ite, maledicti, in ignem eternum, qui preparatus est diabolo et angelis ejus ». Decimam autem reddentes, mereantur audire a Domino : « Venite, benedicte patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi ».

Authent. du chap. d'Arles, f° 88 v°, n° CII ; f° 121. Bréq., II, 175.

433 1078 ?

De donatione facta a Desiderio de Marinnana.

Breve donationis quam fecit Desiderius Deo, et beato Trophimo, atque ejus canonicis. Canonici Beati Trophimi, cum consilio *archiepiscopi domni Aicardi*, michi predicto Desiderio ecclesiam Sancti Nicholai, in territorio Mariniane sitam, consensu communi commendaverunt. Quam cum accepissem, cum omnipotentis Dei adjutorio, ex labore meo hos omnes honores adquisivi, quos ecclesie Beati Trophimi libentissime trado. Sunt autem honores isti, ferragina quedam ante ecclesiam Beati Nicholai, quam emi a Vilelmo Corbadello, v sol. Melgoriensis monete, et dimidio. Emi quoque aliam, que est trans eandem ecclesiam, de Ugone Maurello, et Poncio Gaufredo, VIII sol. pro medietate, et semodiata vinee pro altera medietate ferragine ; hac conventione, ut post mortem Poncii Gaufredi, eadem semodiata ad ecclesiam Beati Nicholai redeat. De Ricardo Girunculo aliam emi x sol. et obtimo agno. A predicto etiam Villelmo Corbadello aliam emi, modio vini et xv den. De Gaufredo Dono Dei, et fratre ejus, aliam adquisivi ferraginam, pro qua dedi III sol., et terram Doscros, pro qua XII sol. dedi. Juxta claparios Ricardi Girunculi, XII sesteiratas terre, que fuerant de sponsalicio ecclesie, ab eodem Ricardo, semodio vini et uno agno redemi. A Petro etiam Aldeberti terram ad plantandam accepi, que est ibi prope ecclesiam ; et a Vilelmo Fabro, cartariatam vinee III sol. adquisivi ; ubi XI cartariatas vinee habeo. Et ibidem v cartariatas, quas plantavit in terra ecclesie Robaldus de Fossis ; hac conventione, ut post mortem ejus, ad ecclesiam Beati Nicholai alodium ejus rediret ; sicut jam factum est. Hec omnia ex integro, et in integrum, pro amore omnipotentis Dei, et remissione peccatorum meorum, ego Desiderius ecclesie Beati Trophimi, et canonicis qui nunc ibi sunt, et in perpetuum sunt, dono atque relinquo ; ut predicti canonici faciendi quicquid voluerint liberam potestatem habeant. Insuper ethiam ego Desiderius dono et offero corpus meum, et Vilelmum, filium filie mee, Deo et beato Trophimo, ut deinceps pro confratribus ecclesie ambo habeamur.

Authentique du chap. d'Arles, f° 118.

434 1078 ?

Donation au chapitre par Guillaume et Ponce. De Marignana.

Priscorum decreta patrum... *(comme au n° 441)* clericorum turmis, in amplissimis terrarum prediis, in servorum sui copia, in frugumque opulentia, repletam atque fulsitam. Et ideo ego Guilelmus, et Poncius, et mater nostra, nomine Enaurs, respeximus molem nostrorum peccaminum, patris scilicet et matris, videlicet omnium parentum nostrorum ; et insuper pro remedio germani nostri anime, ut Deus omnipotens dignetur illi requiem eternam concedere ; nobis quoque in hac luce bonis frui, et post hac, cum superis locum tenere. Donamus Deo, et ecclesie sue sancte, in preciosissimi martiris sui protho Stephani honore dicatam, almoque Trophimo ibidem requiescente apostolo, cum canonicis illic in comune viventibus ; in presentia domni *Aicardi archiepiscopi* ; scilicet mansum unum in Marignana, ita liberum factum, ut numquam amplius, nec nos, neque ulla persona per nos aliquid requiramus. Supradictum itaque mansum tenet Johannes qui dicitur Benedictus. Et insuper medietatem decimi in Avisigo, id est in frumento, in ordeo, in milio, et in legumina omnia, in piscibus et in avibus, et in omnibus rebus. Sane, si quis homo, aut archiepiscopus, aut prepositus, secretarius, decanusve, clericus aut laicus, inrumpere, vel inquietare presumpserit, non vendicet quod injuste quesierit ; sed ad nos, aut ad heredes nostros revertatur. Signum Enaurie, Poncii, Guillelmi, filiorum ejus, qui hanc cartam scribere mandaverunt, sanctisque Stephano et Trophimo, cum clericis in comune viventibus obtulerunt, propriis suis manibus firmaverunt. Hugo Mataronus fir. Rainaldus fir. Alius Rainaldus Arveus fir. Bernardus, et Aicardus, et frater ejus, fir. Gaufredus fir. Brunetus fir. Hugo Manuel fir.

Authentique du chap. d'Arles, f° 118.

435 1078 ?

Donation par Geofroi, de ponte Sancti Genesii.

Antiquis precedentium patrum preceptis constitutum est rerum temporalium seu spiritualium pacta litteris confirmari. Unde convenientibus nobis archiepiscopo Arelatensi, et Bertrando comite, et Guilelmo Ugone, et Gaufredo Massiliense, cum filiis, statuimus ut in honore Sancti Stephani et Sancti Trophimi, scilicet in insula Pontis piscatorii construeremus castrum, ut quod nobis raptum vel furatum fuerat retinere et recuperare possemus. Audientes itaque Dominum dicentem : « Sine me nichil potestis facere » ; ut ipse nobis cooperare dignetur, ego Guilelmus Ugo, et Gaufredus Massiliensis, cum filiis, reddimus ecclesie Sancti Stephani, et Sancti Trophimi, et *Aicardo archiepiscopo*, quartam partem in castello et villa, in piscatoriis omnibus et burdigulis, et in antea in omnibus adcrescentibus bonis, aquestribus atque terrestribus, quartam partem reddimus et concedimus. Tali conditione, ut nullus archiepiscopus vendere aut donare possit, nisi nobis simul redditoribus, et filiis succedentibus. Similiter, aliam quartam

partem donamus Bertranno comiti, eadem conditione servata, ut nulli aliquid donare aut vendere liceat, nisi nobis simul. Et hoc donamus illi quamdiu castrum duraverit, et fidem nobis promissam servaverit. Ego Wilelmus Ugo, et Gaufredus Massiliensis, cum filiis, per ecclesiam Sancti Stephani et Sancti Trophimi, et per manum Aicardi archiepiscopi, successorumque ejus, alias partes retinemus; convenientia firmata, ut nullus sine altero in supradictis partibus aliquam recuperationem faciat. Decimam autem partem, cum ecclesia, supradicte sedi Arelatensi, et canonicis ibidem [in] commune manentibus, reddimus. Igitur, ut indissolubilis conditio hec nostra permaneat, jurejurando firmamus, et per obsides quorum ista sunt nomina constringimus. Ego Bertrannus cum sacramento dono Gaufredo et filiis suis.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 43 v°.

436 1079.

Geofroi, vicomte de Marseille, sa femme Rixende et ses fils, parmi lesquels Aicard, fait don à St-Victor de ce qu'il possède in castro vel villa.. Sex Furnis.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 454-5.

437 1er mars 1079.

Lettre du pape Grégoire VII universo clero et populo Arelatensis ecclesiæ.... Multo dolore compungimur, quod ecclesiam vestram tandiu vigilantia pastoris et regimine idonei gubernatoris destitutam esse cognoscimus. Quod in hac re minus quam oportet vos esse sollicitos, immo quasi propriæ salutis oblitos, nulla pene cura vel affectione permotos deprehendimus.... Misimus ad vos fratrem nostrum, videl. Leodegarium, Wapincensem episcopum, quatenus cum illius consilio, aut talem personam secundum Deum eligatis, quam vicarius noster, Hugo Diensis episcopus, litteris suis nobis commendet, aut si apud vos, quod credimus, tanto regimini digna inveniri persona non potest, in manu fratris nostri Leodegarii, Wapincensis episcopi, firmetis illum vos suscipere in pastorem, quem consecratum et honore pallii insignitum vobis ex parte sancti Petri miserimus....

Gallia christ. noviss., Aix, instr. c. 277 8. Jaffé, 5112 (3840).

438 St-Victor de Marseille, 21 juillet 1079.

Donation d'un aqueduc à St-Victor par Josfredus, vicecomes civitatis Massilię, filiique mei Aichardus civitatis Arelatensis archiepiscopus, *etc.* Acta... in presentia archiepiscopi sancte ecclesię Arelatensis....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 57-8.

439 1080.

Hugonis abb. Flaviniacensis *Chronicon*, lib. II.

[Hugo episcopus Diensis] celebravit et septimum [concilium] apud Avennionem, in quo depositus est Achardus Arelatensis invasor, et electi sunt Gibilinus in Arelatensem archiepiscopum, Lantelmus in Ebredunensem eque archiepiscopum, Hugo in Gratianopolitanum episcopum, Desiderius in Cavalicensem, quos post expletionem concilii secum Romam duxit et consecrati sunt a papa.

Mon. Germ. hist., Script. t. VIII = *Patrol. latina*, t. CLIV, c. 291.

440 21/27 février 1081.

Concile de Rome, in basilica Salvatoris.

...Inter caetera sententiam depositionis archiepiscoporum Arelatensis et Narbonensis, atque excommunicationis, per legatos apostolicae sedis promulgatam, domnus papa, his qui aderant collaudantibus, firmavit.

Jaffé, *Mon. Gregor.* (*Bibl. rer. German.*, t. II), p. 452. Jaffé, p. 638 (437).

441 1082.

Restitution au chapitre de la dîme de Berra.

Priscorum decreta patrum declarant sanctam Dei ecclesiam a fidelibus sanctissimis, fidelibusque viris olim per universum mundum pullulante religione xpistiana fundatam, et in omnibus, ut eam decebat, ad plenum ornatam atque repletam, scilicet in innumerabilibus clerichorum [turmis], in amplissimis prediis terrarum, in copia sui servorum, atque in opulencia frugum. Que et incuria majorum principum, et pigricia suorum pastorum, tam presencium quam etiam preteritorum, taliter est destructa, atque dilacerata, in amissione suarum rerum, quatenus relicta in tristicia, atque in egestate posita, nec rex, nec dux, marchiove, est ei porrigens manum misericordiæ. Et ideo nos, scilicet Bermundus de Velaus, et frater meus Petrus, atque consobrini mei, scilicet Ugo et Gaufredus, et uxores nostre, et filii, filieque nostre, perspeximus molem nostrorum peccaminum, et perspeximus peccata nostri patris et matris, ut Deus et Dns noster Jhesus Xpistus nobis et illis dignetur dimittere omnia nostra peccata; nobisque et uxoribus nostris, seu nostris filiis, dignetur dare vitam in hoc seculo, et sanitatem; et in futuro, sempiterna premia; redimus Deo, et sancto Stephano, et beato Trophimo apostolo, et eorum cannonicis in comune viventibus, aliquid de beneficiis nostris, que habuimus per manum archiepiscopi Arelatensis ecclesiæ: scilicet medietatem decimi de Berra, in pane, et in vino, et in salinis, et in piscibus, et in bestiis, et in volatilibus, et in ortis, et in lana, et in lino. Et inde accepimus a canhnonicis precium cc. solidorum. Facta est hec reddicio anno dominice Incarnationis millesimo octuagesimo II, regnante Henrico imperatore. In presencia *archiepiscopi Aicardi*, et Lagiti capitis scole, et Rainaldi Asterii, et Dodonis, et Ansaldi, et Udulberti, et Raimbaldi ejusdem sedis prepositi, et Poncii decani, et Bertranni sacriste, et Gaufredi, et Asterii, ceterorumque cannonichorum. Sane, si quis nostrum, seu aliqua persona subintromissa, irrumpere voluerit hanc reddicionem, primum, iram Dei omnipotentis, et sanctorum omnium incurrat; et cum Juda traditore participebs fiat; et omnes maledictiones novi et veteris Testamenti super eum veniant: fiat, fiat. S. Bermundus de Velaus, et frater ejus Petrus fir. Ugo et Gaufredus frater ejus fir. Et uxores,

filii, filieque illorum fir. Constancia de Berra fir. Vilelmus filius ejus fir. Gaufredus de Rians fir. Et Ugo frater ejus fir.

Authentique du chap. d'Arles, f° 93, n° cx; et f° 119 v°, qui finit: « Sig. Constantia de Berra fir. Vilelmus filius ejus fir. Gaufredus de Rians et Ugo frater ejus fir. Guilelmus de Stibleria et filius ejus Guilelmus fir. »

442 1082.

Restitution au meme de la moitié de l'église DE BERRA.

A SANCTIS patribus statutum est et sub lege fixum, donacionem, vel reddicionem aliquam irritam esse, si gestis et testibus non fuerit alligata. Quapropter ego, in Dei nomine, Vilelmus Irmido, et frater meus Rostagnus, et nepus meus Petrus Lautardus, et Vilelmus Guila, et uxores nostræ, et filii filieque nostre, reddimus Deo, et sancto Stephano, et beato Trophimo, Gallie tocius apostolo, et cannohnicis ibi in commune viventibus, per paginam testamenti, medietatem ecclesiæ Beate Mariæ de Berra, cum omnibus ad se pertinentibus, et partes quas habebamus in decimo de Berra, scilicet in pane et vino, in lana et lino, in sale et piscibus, in bestiis, et in volatilibus, et in ortis. In presentia *archiepiscopi Arelatensis ecclesiæ Aicardi*, et ejusdem ecclesiæ canonichorum, scilicet Lagiti capitiscole, et Raiambaldi prepositi, et Poncii decani, et Bertranni sacriste, et Petri Bernardi, et Asterii, et Rainaldi Asterii, et Dodonis, et Bosonis, et Gaufredi, et Vincencii, et Udulberti, atque ceterorum cannonichorum ibi in commune vivencium; pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, ut Deus et Dominus noster, per intercessionem beati prothomartiris Stephani, et beati Trophimi apostoli, patribus et matribus nostris, et nobis, remissionem faciat omnium peccatorum. Facta est hec redicio, anno dominice Incarnacionis millesimo octuagesimo secundo, regnante Henrico imperatore. Si quis autem nostrum, seu alica persona subintromissa hanc reddicionem irrumpere, iram piissimi Omnipotentis et omnium sanctorum incurrat; et cum Juda traditore participebs fiat; et perpetuo sit dampnatus in inferno, cum Irtacho et Oloferno; et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit. S. Vilelmus Irmido fir. Et frater ejus Rostagnus fir. Petrus nepotus ejus fir. Vilelmus Guila fir. et uxores eorum, et filii filieque eorum fir. Constancia fir. Vilelmus, filius ejus, fir. Gaufredus Derrians et frater ejus fir. Vilelmus Istibleria et Vilelmus filius ejus minor fir.

Authentique du chap. d'Arles, f° 94, n° cxi.

443 1083?

Lettre de Bertrand, comte d'Arles, au pape Grégoire VII.... Adivimus [Hugonem] archipræsulem Lugdunensis urbis, qui ei [Bermundo abbati Montis majoris] benedictionem tribuerat abbatis, et ejus consilio atque judicio abbatiam, quam [ab Aicardo] archiepiscopo Arelatensi, a te anathemate percusso, simoniace acceperat, amisit....

Bouquet, *Recueil*, t. XIV, p. 657-8.

444 1090.

DE TESTAMENTO UGONIS DE PELLICIANA.

AUCTORITAS etenim jubet ecclesiastica, et lex precipit Romana, ut quicunque rem suam in alicunque partem transfundere voluerit, per paginem testamenti eam transfundat, ut prolixis temporibus secura et quieta permaneat. Quapropter ego, in Dei nomine, Ugo de Pelliciana, d[o]no Deo et sancto Trophimo, et Sancte Marie de Cugio, vallem Ugonis. Et est ipsa vallis in territorio Pelliciane ville; et terminatur ita : ab ecclesia Beate Marie, ut montes descendunt usque ad hos vallis, et ab ore, ut via vadit sursum, usque ad cessorem aquile; totum quod infra hos terminos est, ego Hugo cessor atque donator, una pro timore Dei et sanctis ejus, et remedium animee mee, et parentum meorum, dimitto Beate Marie de Cugio, et clericis et laicis ibidem servientibus. Sane, si quis, ego aut heredes mei, vel ullus homo de propinquis meis parentibus, sive ulla persona, contra donationem istam, ulloque tempore, ire, agere, inquietare, vel irrumpere voluerit, primus ira Dei omnipotentis, et omnium sanctorum incurrat; et induatur maledictione sicut vestimentum ; et intret sicut aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus ; et cum Pilato et Juda traditore, in imo inferni participationem habeat. Cooperiatur lepra, sicut Naaman Syrus. Degluliat terra, sicut Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit. Et postea, penitencie ductus, componat auri obtimi libram unam. Et in antea presens donatio ista firma et stabilis permaneat omni tempore, cum stipulatione interposita, pro omni firmitate subnixa. Anno ab Incarnato Domino M°.XC°, indictione XIII, regnante imperatore Henrico. Signum Hugonis, qui hanc cartam scribere jussit, manu propria firmat. Domnus *Aicardus archiepiscopus* firmat. Bermundus de Nantis fir. Lautardus de Pellisana firmat. Archimbertus fir. Raimundus Guillelmus firmat. Willelmus Adalranus firmat.

Authentique du chap. d'Arles, f° 117.

445 ?

...Karta de conquisitis que Rostannus monacus adquisivit de militibus... Feraginem ipsius donavit Aicardus archiepiscopus et habuit duos boves....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 588-90 (XII° siècle?).

446 1113.

... ab ortu solis terram Aicardi quondam archiepiscopi....

Cartul. de St-Victor, t. II, p. 572. — Voir encore Marseille, n° 1090.

447 29 mai 1131.

Raimond Geofroi, vicomte de Marseille, donne à l'église de Marseille condaminam que est ultra fluvium Gerrenum, quam Aicardus archiepiscopus, avunculus meus, in testamento obitus sui donavit et laudavit, tam pro pecunia quam canonicis Sancte Marie debebat, quam pro anima sua....

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 1090, c. 689.

GIBELIN [1], *Gibilinus*, 1080-1112.

Ce prélat fut élu à Avignon en 1080 (n° 439) et probablement sacré à Rome au commencement de l'année suivante (n° 440).

448 15 décembre avant 1083.

Lettre du pape Grégoire VII à Gaspard, abbé de Saint-Julien de Brioude, lui ordonnant de rendre aux moines de Lérins l'église de St-Just, vel ante presentiam Arelatensis archiepiscopi, ejus judicio, statuto die,... definias.

Moris et Blanc, *Cartul. de l'abb. de Lérins*, t. I, p. 278. Jaffé, 5244.

449 Après 1085.

Supplique de l'abbé de Montmajour au pape contre les détenteurs des biens du monastère.... Nunc de Arelatense ecclesie et de clericis subjectis maxime lamentamus, quod ecclesia Sancte Mariæ que Ratis nunccupatur auferunt nobis, que quamplures tui antecessores, maxime septimus beate memorie Gregorius tribuit et concessit ...

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 197.

450 Graveson, après 1085.

Placitum quod fuit inter abbatem Montis majoris G[uillelmum] et Avenionensem episcopum A[rbertum], in villa quæ vocatur Graveson, in domo Ysiliardi, ante præsentiam dni G[ibelini] Arelatensis archiepiscopi, qui tale judicium dedit super querimoniis....

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 198-9.

451 Vers 1089.

Urbani papæ II epistola ad suffraganeos ecclesiæ Arelatensis.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, suffraganeis ecclesiæ Arelatensis, salutem et apostolicam benedictionem. Illa omnia sacramenta, quæ adversus ecclesiæ justitiam atque religionem confrater *Guibilinus, archiepiscopus* vester, invitus et omnibus modis coactus, jurasse cognoscitur, quia, ut prædiximus, Deo et ecclesiæ constitutionibus adversantur, decreti nostri auctoritate [irrita] omnino esse censemus, et Arelatensi ecclesiæ, annuente Domino, [eum] perpetuo permanere decernimus. Eos autem qui prædictum virum captum, gladiis et membrorum detruncationibus perterrentes, nefandis sacramentis ausi sunt implicare, infames in perpetuum esse sancimus, et nisi congruam penitentiam egerint, a Christi corpore et sanguine, atque ab ecclesiarum introitu segregamus.

Baluze, *Miscellan.*, t. VII, p. 129 (ex cod. Colb. 4047); 2e éd., t. III, p. S. Bouquet, *Recueil*, t. XIV, p. 696. Bréq., II, 237. Jaffé, 5423 (4049).

1. Ceux qui ont cru cet archevêque de la maison de Sabran, l'ont identifié avec le *Gibellinus de Sabrano*, qui figure parmi les témoins de la donation de Raimond de St-Gilles à l'abbaye de St-André d'Avignon, en 1088 (Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, 3e éd., t. V, c. 708).

452 1091.

...Willelmus Hugo..., una cum uxore sua dna Vierna et cum filiis suis, Ugone scil. et Raimundo, consiliatus est honorem sanctissimi Trophimi gloriosique prothomartiris Stephani, quem honorem pater ejus Ugo de Balcio tenuit longo tempore et possedit; quem honorem Pontem piscatorium vocatur, quem acaptavit Ugo de Balcio, pater ejus, ab archiepiscopo Raimbaldo; modo... unam partem deliberat et reddit archiepiscopo unde vivat... ; quartam partem reddo Deo et sancto Trophimo et sancto Stephano et archiepiscopo...

Authent. du chap. d'Arles, 44. Barthélemy, *Recherch. histor. et généalog. sur la maison des Baux* (1877), p. 20-1.

453 Lyon, 22 juin 1092.

Hugues, archevêque de Lyon, confirme aux chanoines de Saint-Ruf l'église de N.-D. de la Platière, in presentia ... Gibilini Arelatensis archiepiscopi...

Ulysse Chevalier, *Codex diplomat. ord. S. Rufi Valentiæ (Coll. de Cartul. dauphin.*, t. IX), p. 6-7.

454 1094.

... Ego Gibelinus, archiepiscopus Arelatensis, gerens curam Avenionensis ecclesiæ, dono canonicis in claustro sine proprio viventibus, omnem decimam de episcopali dominicatura... Signum domni Gibelini archiepiscopi...

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon.

455 1094.

Donatio seu concessio Gibilini Arelaten. archiepiscopi, administratoris Avenionen. ecclesie, duarum ecclesiarum.

Sancitum esse constat et veteribus libris insertum ut donationes presignentur litterali signatione, quatenus contra obloquentium verbositates obtinere possint firmitatem, donatio quoque maneat inconcussa. Quapropter ego Gibilinus, Arelatensis ecclesie archiepiscopus, gerens curam Avenionensis ecclesie, cum consilio dicte ecclesie canonicorum, dono monasterio S. Andree et Petro abbati et successoribus suis et monachis sub ejus cura degentibus, ecclesias S. Pauli et S. Marie Magdalene sitas in Avinione civitate, cum omnibus que in presenti videntur habere et in antea adquirere potuerint; salva in omnibus et per omnia obedientia episcopi Avenionen., ecclesie et canonicorum. Signum domni Gibilini archiepiscopi, qui hanc cartam fieri jussit et firmavit. Barangarius, Forojuliensis episcopus, et Raimundus de Canis firmavit... Acta est hec carta sub anno domin. Incarnat. M°XC°IV, indict. IIa.

Bibl. de Carpentras, ms. 502, t. II, f° 116 v°.

456 1095.

Gibilinus, Arelatensis archiepiscopus, dum regeret episcopatum Avinionensem, dedit ad construendam ecclesiam campum apud Tarasconensem castrum, ubi sepeliebantur pauperes peregrini, monasterio Massiliensi S. Victoris,... cum consilio Cotaroni prepositi,...

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 242-3.

457 Apud Caislarum castrum, in loco Toirozella, 16 septembre 1096 [= 1098].

Anno D. I. MXCVI [*juillet*], Psalmodienses monachi venerunt ante domni Urbani papæ præsentiam et fecerunt ei querimoniam super Massiliensi abbate suisque monachis. ... Quod audiens vener. papa, Massiliensem abbatem Richardum... advocavit, præcipiens ei ut hanc proclamationem .... Gibelini Arelatensium archiepiscopi... judicio, qui tunc in præsentia ejus erant, ibi audirent et diffinirent.... Ad statutum denique diem,... Gibelinus Arelatensis archiepiscopus ita locutus est : « Prima pars placita laudat ut Psalmodienses dicant, unde de Massiliensibus conqueruntur ».... Bertrandus et Gibelinus archiepiscopi... judicaverunt præfatam quærimoniam....

Bouquet, *Recueil*, t. XIV, p. 104-6.

458 11 juillet 1099.

Ego Gebelinus, Arelatensis archiepiscopus ecclesie, *confirmé à St-Victor et à l'abbé Richard des églises qu'ils ont dans le diocèse d'Arles.*

Voir la pièce à l'abb. de St Victor de Mars.

459 Avignon, 1100.

Donation de l'église paroissiale de St-Remi, à St-Remi de Reims, par Arbert, évêque d'Avignon.... ..Gibilinus, Arelatensis archiepiscopus, firmavit.

Deloche, *St-Remi de Provence*, p. 62.

460 11 avril? 1100.

Lettre du pape Paschal II vener. fratri et coepiscopo Gibelino Arelatensi. *Son prédécesseur Urbain II ayant décidé la réunion des églises d'Orange et de Trois-Châteaux, il le charge de veiller à sa réalisation.*

Voir la pièce à l'évêché d'Orange. Jaffé, 5830 (4359).

461 Barbastro, 25 janvier 1101.

Donation des églises d'Albalat *(Labata) à Saint-Victor par Pons, évêque de Barbastro (Aragon)....* Gibilinus, archiepiscopus Arelatensis, firmat.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. I, p. 450-1.

462 Saint-Gilles, 29 mars 1102.

Donation de l'abbaye de St-Romain à Psalmodi, par Gibelin, archevêque d'Arles.

Hec est carta diffinitionis quam fecit dns *Gibilinus, Arelatensis archiepiscopus*, consilio et laude sacriste Bertrandi Arelatensis, et Raymundi, dechani, et Guiraldi Martini, capitis scolarum, et Pontii Palterii, et Michaelis, et Petri Hugonis, et Bertrandi Sancti Remigii, ceterorumque cannonicorum, cum Fulchono, abbate Psalmodiensi, et Raymundo Stephani, et Stephano Bernardi, et Raymundo Iterii, et Guillelmo Archiberti, et Raymundo Garnerii, et Pontio Byso, et aliis fratribus Psalmodiensibus, de monasterio Sancti Romani de Aguilla, quod est situm super ripam Rodani; consilio monachorum ejusdem monasterii, Martini scilicet, qui tunc sine subjectione aliqua prior ibi erat, et Duranti Folchoaldi, et Johannis Longi, et Guillelmi Albarici, et Pontii Caniodi, et Gaufredi Pustelle; et clericorum : Petri de Agarna, Petri Benedicti Gilii, Guiraldi; et consilio laycorum : comitis Bertrandi, et Rostagni Guillelmi vicecomitis, et Raymundi et Alphanti, fratrum ejus, et Pontii de Aramono, et Guillelmi de Aramono, et Petri de Aramono, et Raymundi de Aguilla, et Aimirici Guiraldi, bajuli comitis, et Gandalmandi, et Petri Balbi, et Petri Guillelmi, militis Bellicadri, et Rostagni Albarici. Sciendum est quod prefatus archiepiscopus, et canonici Arelatenses, et prefatus Martinus, prior, et predicti monachi Sancti Romani, et clerici, et isdem comes Bertrandus, et Rostagnus Guillelmi, vicecomes, et fratres ejus, et Bermundus de Volobrega, et alii multi, dicebant monasterium predictum Sancti Romani abbatiam esse antiquitus, et nominatim Garnerium et Rogerium ibi abbates fuisse. Ad ultimum hoc sic pacificatum et diffinitum est quod ego prefatus Gibilinus, Arelatensis archiepiscopus, consilio et laude predictorum canonicorum Arelatensium, et predictorum monachorum Sancti Romani, et clericorum et laycorum, dono et laudo in perpetuum Domino Deo et sancto Petro Psalmodiensi, et monachis ejusdem monasterii, presentibus et futuris, in manu de te, Fulchono abbate, predictum monasterium Sancti Romani, cum suis ecclesiis que sunt in archiepiscopatu Arelatensi, videlicet ecclesiam Sancti Laurentii et ecclesiam Sancti Nazarii Bellicadri, et ecclesiam Sancti Vincentii de Canois, et ecclesiam Sancte Marie de Urbano. Et in terminio de Tharascono, ecclesiam Sancti Vincentii, et ecclesiam Sancti Sixti, et ecclesiam Sancti Petri de Termino, et ecclesiam Sancti Stephani de Heremo. Et in archiepiscopatu Aquensi, ecclesiam Sancti Marcelli, in terminio de Limaisa; et in terminio de Garanbodeno, ecclesiam Sancti Leodegarii; et in terminio de Robiautz, ecclesiam Sancte Marie Inter Aquas; et in terminio de Pulcro monte, ecclesiam Sancti Romani, et ecclesiam Sancti Romani de Durentia. Et in episcopatu Sistericensi, ecclesiam Sancti Salvatoris, et ecclesiam Sancte Marie de Camarlaiso. Et in episcopatu Magalonensi, in termino Montisferranni, ecclesiam Sancti Mathey. Predictum monasterium Sancti Romani, cum predictis ecclesiis, et cum toto honore, et cum omnibus ad monasterium pertinentiis, et cum decimis, et ecclesiis quas in archiepiscopatu Arelatensi juste et canonice adquirere poteritis, dono et laudo in perpetuum predicto monasterio Sancti Romani, salva reverentia sancte Arelatensis ecclesie. Tali pacto, quod deinceps predictum monasterium Sancti Romani non vocetur abbatia, sed prioratus, et predictus Martinus a prioratu deponatur, et tu, Fulcho abbas, et successores tui, priorem ibi ponatis, bonum et honestum, et personibus vestris cariorem. Et quia monasterium Sancti Romani, quondam abbatia fuit, reverentia ejusdem monasterii, prior monasterii Sancti Romani in monasterio Psalmodiensi primus in choro sinistro ecclesie, et in capitulo, et in refectorio, sedeat, et in omnibus a vobis et a fratribus honoretur, et nullum censum nominatum vobis faciat. Item sciendum est quod in predicto monasterio

Sancti Romani ullum censum michi, nec successoribus meis, retineo, nisi quod ad synodum Arelatensem prior monasterii Sancti Romani, cum suis cappellanis, veniat, et mandata et precepta Arelatensis ecclesie observet et obediat ; et in choro Arelatensis ecclesie a nobis honoretur, et in synodis primus ibi super alios, post abbatem Montismajoris sedeat. Laudo etiam et confirmo ut in prefato monasterio Sancti Romani, nullus homo vel femina sepultura careat, nisi propria culpa sua excommunicatus fuerit. Prior autem monasterii Sancti Romani habeat honorifice prioratum, et ecclesias, et honorem, et omnia ad monasterium Sancti Romani pertinentia ; et liceat ei, in ecclesiis suis, ad suam voluntatem mittere monachos vel clericos ; et liceat ei in monasterio Sancti Romani monachos et conversos recipere, et bona que attulerint, ibi retinere. Sed ab abbate Psalmodiensi benedicantur, et ei obedientiam promittant. Iterum, si prior monasterii Sancti Romani in aliquo male se habuerit, quod absit, corripiatur et emendetur mandato et cognitione abbatis Psalmodiensis. In omnibus tamen non liceat ei eum deponere, nisi in presentia et cognitione archiepiscopi Arelatensis. Hec omnia, sicut predicta sunt, laudo et confirmo, et in perpetuum firma permanere concedo. Facta sunt hec in villa Sancti Egidii, in ecclesia Sancti Privati, anno dominice Incarnationis M.C.II, regnante Lodoyco, IIII. kal. aprilis, in presentia et sub testificatione predictorum.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 401 v°. Livre vert, f° 327. Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, 3e éd., t. V, c. 775-6.

463 Aix, 7 août 1103.

Consécration de l'église de Saint-Sauveur à Aix par l'archevêque Pierre, congregatis... domno Gibilino, Arelatensi archiepiscopo,...

Voir la pièce à l'archevêché d'Aix, instr. c. 6-7.

464 31 janvier 1105.

... Ego Raimundus, Sancti Aegidii comes,... in ipso mortis meæ articulo... consultus de multis quæ ipse ego contra sanctam ecclesiam Arelatensem inique egi, et a meis quoque progenitoribus inique acta... injuste consensi..., sancto Trophimo atque sancto Stephano jus suum, id est totam Argentiam, in integrum restituendi relinquo ... ; hanc portiunculam Arelatensi ipsi ecclesiæ atque venerando ejusdem ecclesiæ archiepiscopo Gibelino ... et clero restituendo ... concedo, scil. villam ...Furcas... ; præterea libere reddo... eidem ecclesiæ in castellis Albarone et Fos quartam partem... ; in Arelatensi quoque civitate dono eidem ecclesiæ meam quartam partem de pascuis et lesdis et montationibus....

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 12. Bouche, *Hist. de Prov.*, t. II, p. 91. Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, 3e éd., t. V, c. 791-3. Bréq. II, 28. Röhricht (Reinh.), *Reg. regni Hierosolymit.* (1893), n° 44.

465 1106 ?

Lettre de Gibelin à Bérenger, évêque de Fréjus.

Venerabili in Xpisto fratri B. Forojulien. episcopo *G. Arelaten. ecclesie servus*, in Salvatore salutem. Causas dissensionis et querimonie que inter monachos Montismajoris et inter canonicos Pignanenses, de ecclesia Sancte Marie Deaurate, hactenus invaluerat, quas etiam judicio nostro discutiendas disposuistis, quemadmodum a nobis inter alterutrum diffinite sint, fraternitati vestre volumus innotescere. Ratione itaque utriusque partis diligenter examinata, audivimus a monachis medietatem ecclesie Sancte Marie Deaurate primitus acquisitam, et acquisitionem illam a duobus predecessoribus vestris, et a vobis, exhibitis chartis, corroboratam. De alia vero medietate, quia certa indicia acquisitionis ab eis non audivimus, sed a canonicis, pro Petro Biraldo ecclesie illorum oblato, et a parentibus tradito, rationabilibus acquisitam cognovimus, hoc consilio communi deliberavimus, ut firma pace, et fixa concordia ad invicem, monachi medietatem ecclesie Sancte Marie Deaurate, et de omnibus honoribus ad eam pertinentibus, et de facultatibus, tam de presentibus quam de futuris, perpetuo jure possideant. Eodem modo canonici Pignanenses aliam medietatem per succedentia tempora firmiter et inviolabiliter teneant.

Chantelou, *Hist. ms. de Montmajour*, t. I, p. 775.

466 1106.

Concession par Gibelin, archev. d'Arles, à Montmajour.

In nomine sancte Trinitatis et individue Deitatis. Ego *Gibilinus*, divina opitulante clementia, *archipresul*, et phalanx canonicorum nostre *sancte ecclesie sedis Arelatensis*, successoribus nostris, et cunctis fidelibus, tam presentibus quam et futuris, liquidum fore volumus, qualiter quidam venerabilis prior, Isoardus nomine, cum conventu monasterii Montismajoris, adiit nostram presentiam, jussu abbatis sui, videlicet Guillelmi religiosi, obnixe postulantis laudari sibi, censuali usu, ecclesias vallis Morerii, quas tenebant susceptas ab antecessoribus suis ; qui etiam exquisierunt antiquitus a fidelibus laicis. Inito vero consilio pariter cum canonicali conventu, assensum prebui eorum petitionibus, et laudare curavi, juxta desideria eorum devote poscentium ; ut Deus honoretur, et monasterium augmentetur. Laudamus ergo predictas ecclesias, que in territorio ejusdem castri predicto constructe videntur. Hoc est ecclesiam Sancti Romani, et ecclesiam Sancte Marie ; et quecunque deinceps constructe fuerint in quolibet loco ejusdem predicti monasterii, sive territorii ; cum omni parochiali usu, et cum decimis et primitiis, et cymeteriis, et omnibus oblationibus tam vivorum quam mortuorum ; retento tamen censuali usu, septem scilicet solidos Egidiensium denariorum, in festivitate sancti Andree annualiter. Si quis etc. Facta est hec laudatio atque corroboratio anno Christi millesimo sextoque ac centesimo, eodem Christo regnante in perpetuo. Amen.

Chantelou, *Hist. ms. de Montmajour*, t. I, p. 701.

467 1107.

Arbert, évêque d'Avignon, accorde à Lérins certaines dîmes de l'église de St-Honorat de Châteaurenard, église qui avait été donnée par le prédécesseur de l'abbé à l'évêque d'Avignon, coram Gebuino archiepiscopo Arelatensi.

Mabillon, *Ann. ord. S. Bened.*, lib. LXXI, n° 51.

468 6 février 1107.

Le pape Paschal II mande à Gibelin, archevêque d'Arles, Arbert, évêque d'Avignon, et leurs comprovinciaux de punir Bertrand, comte de Toulouse, de ses entreprises contre l'abbaye de St-Gilles.

Pflugk Harttung, *Acta pontif. Roman. ined.*, 1880, t. I, p. 88. Jaffé, 6118.

469 Pont-de-Sorgues. 1107.

Sur la demande des clercs d'Orange d'être séparés de l'église de Trois-Châteaux, d. papa Paschalis.. Ricardo Albanensi episcopo atque suo vicario precepit quatinus, quando conventum episcoporum apud Pontem super Sorga haberet, Arelatensem metropolitanum... de hac re consuleret.... Secundum igitur d. papę pręceptum atque metropolitani Arelatensis... ; elegerunt Berengarium... ; in presentia... Gibilini Arelatensis archiepiscopi.... Ego Gibilinus archiepiscopus Arelatensis ss.

Voir la pièce à l'évêché d'Orange.

470 1109/1110.

Gibelin, légat du pape en Palestine, est élu patriarche de Jérusalem.

... Evermero ultro et absque spe ulla honore patriarchatus [Jerusalem] privato, tam regis quam Arnolfi cancellarii et totius ecclesiæ electione clericus quidam, Gobelinus nomine, subrogatur, et Evermerum Cæsareæ Cornelii... archiepiscopum fieri.. acclamatum est....

Alberici Aquen. *Historia Hierosolymit. expedit.*, lib. x, cap. 58 (*Patrol. lat.*, t. CLXVI, c. 677).

Ibelinus, Arelatensis archiepiscopus.

Fretellus, *Patriarchæ Jerosolymitani latini* (*Patrol. lat.*, t. CLV, c. 1057).

... Ebremarus ejusdem sedis incubator, audiens quod prædictus dominus Daimbertus, cum plenitudine gratiæ revertebatur, sedem suam recepturus, antequam de obitu ejus instrueretur, ad eamdem Romanam transfretare decrevit ecclesiam, allegaturus de sua innocentia quomodo invitum et renitentem in eamdem sedem eum locaverant. Quo perveniens nihil impetrare potuit, quam ut cum eo dirigeretur legatus, qui de causa ejus, Hierosolymis constitutus, plenius posset cognoscere. Designatus est autem ad id munus prosequendum dominus Gibelinus, vir senior et grandævus, Arelatensis archiepiscopus, qui de mandato domini papæ, Hierosolymam profectus, convocato episcoporum regni concilio, de causa domini Ebremari cognovit plenius. Cumque ei constitisset per testes idoneos sufficientes et majores omni exceptione, quod dnus Daybertus absque causa legitima, Arnulfi factionibus et regia violentia, fuerat expulsus, et quod Ebremarus adhuc viventis pontificis et ecclesiæ Romanæ habentis communionem sedem occupaverat, auctoritate qua præeminebat, eum a patriarchatu deposuit. Sed considerans multam viri religionem et simplicitatem miram, Cæsariensem, quæ tunc vacabat, ecclesiam, ei concessit habendam. Postmodum vero, dum de substituendo ecclesiæ Hierosolymitanæ patriarcha clerus et populus disceptarent, constituta ad hoc specialiter die ut super eo negotio de more tractaretur, post multas hinc inde deliberationum partes, in dnum Gibelinum apostolicæ sedis legatum unanimiter conveniunt, et eum in sedem locant patriarchalem. Hoc etiam prædictus Arnulfus malitiose dicitur construxisse, ut homo senex et decrepitus in illa sede diu vivere non posset.

Guillelmi archiep. Tyren. *Hist. rer. in partib. transmarin. gest.*, lib. xi, cap. 4 (*Patrol. latina*, t. CCI, c. 488-9). Roehricht, 50.

1110.... Gibelinus fit tercius patriarcha Jerusalem.

Robert de Torigni, *Chronique* [*Accessiones ad Sigebertum*] (ed. L. Delisle, 1872, t. I, p. 139).

471 1110.

Lettre de Gibelin aux suffragants et au clergé de l'église d'Arles, pour l'élection de son successeur.

Gibelinus, Hierosolymitanus episcopus, charissimis in Christo fratribus Arelatensis ecclesiæ suffraganeis episcopis, domino Ariperto et aliis, et omni clero et populo, salutem et benedictionem. Intelligere potestis, fratres charissimi, quam incerta est vita ista qua vivimus, cum illud cito eveniat quod « in cor hominis non ascendit », et hoc divina providentia faciat quod humana mens cogitare non potuit. Scitis enim qua ratione egressus sum « de terra mea et de cognatione mea »; quomodo a Romana ecclesia ad Orientales ecclesias fui missus, modo factus incola qui veneram peregrinus. Nam dominus papa Paschalis, qui ad visitationem Orientalium ecclesiarum me destinaverat, per litteras et per ven. Prænestinæ civitatis episcopum, mihi mandavit ut curam Hierosolymitanæ ecclesiæ susciperem, exemplo illius qui « exivit a Patre et venit in mundum ut faceret voluntatem ejus qui misit eum ». Et ego inclinavi aurem meam, et oblitus sum populum [meum] et domum patris mei. De cætero, fratres, de ordinatione ecclesiæ vestræ cogitate, et episcopum vobis secundum Deum eligite; et si hactenus tam nobilis ecclesia pastorem qualem deceret non habuit, modo talis eligatur in quo per Dei gratiam totum impleatur quod defuit. Multa vobis scribere disposueram ; sed cogitanti mihi de vestra amicitia magis flere libet quam aliquid dicere. Dum enim ad memoriam reduco quantam dilectionem erga me habuistis, quam patienter hominem nullius utilitatis sustinuistis, nulla temporalium rerum delectatione possum gaudere ; sed multoties sunt « mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte ». Nec mirum : quia sicut manifestum est, nec pretio nec precibus me dilexistis, sed sola nobilitate quæ in vobis est ; et moribus et genere, in me benignitas vestra semper apparuit, et nobilitas vestra se celare non potuit. Nunc itaque, dilectissimi, solita dilectione vos deprecor ut mei memoriam habeatis ; quatenus ille qui vestris orationibus fuit in via ductor meus, sit modo vestris precibus adjutor meus, et in fine susceptor meus, qui est in omni terra Deus meus.

Baronius, *Ann.*, a. 1107, n. 18-9. Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 94. Bouquet, *Recueil*, t. XV, p. 40. Bréq., II, 390.

472 1110.

Fondation ou dotation de l'évêché de Bethléem.

Le roi Baudouin envoie demander au pape Paschal II l'érection de l'évêché : Domnus vero Paschalis papa Gibellinum Arelatensem archiepiscopum, virum sapientiæ radiis coruscum, omnique morum honestate fulgidum, cui id legationis Arnulfo atque Aichardo præsentibus injunxerat, post eos Hierusalem direxit ; *il établit* Aschetinum *sur le siège de Bethléem... Dotation par Baudouin...* Illud... a dno Paschale... per Gibelinum, ejusdem legatum, Arelatensem archiepiscopum, roboratum est... Facta est autem... anno ab Incarnatione Domini M.C.X, indict. III, præsidente Romanæ ecclesiæ papa dno Paschale II, Hierosolymis vero Gibelino Arelatensi archiepiscopo, sedis apostolicæ vicario, in patriarcham electo...

GUILLELMI Tyren. *Hist. rer. transmarin.*, lib. XI, c. 12 (*Patrol. lat.*, t. CCI, c. 498-9). BRÉQ., II, 414. ROEHRICHT, 59.

473 2 janvier 1111.

Lettre du pape Paschal II au clergé et au peuple d'Arles, les invitant à donner un successeur à Gibelin.

PASCHALIS, episcopus, servus servorum Dei, clero et populo Arelatensi, salutem et apostol. bened. Pro negotiis et scandalis quæ in Hieros. ecclesia fuerant ven. fratrem nostrum Gibelinum, quondam ecclesiæ vestræ antistitem, ad partes illas cum nostra legatione direximus : cujus nimirum persona ita in omnibus placuit, quod eum clerus et populus ejusdem ecclesiæ unanimi voto, communi desiderio, in patrem sibi et pastorem elegerunt. Nos enim, quoniam diu episcopali regimine fuerant destituti, electionem ipsam assertione nostra firmavimus. Vestram itaque dilectionem literis præsentibus præmonemus et hortamur in Domino, ut et vos canonicum pastorem vobis eligere properitis ; nec id vobis grave et durum vehementius videatur. Illum enim tanto ardore Hierosolymitana suscepit ecclesia, quod eum, etsi nos omnino velimus, vobis reddere nullo modo possimus. Datum Laterani, IV nonas januarii.

BOUQUET, *Recueil*, t. XV, p. 39. BRÉQ., II, 386. JAFFÉ, 6287 (4658).

474 8 juin 1111.

Lettre de Paschal II à Baudouin, roi de Jérusalem ; il décide que toutes les villes prises sur les infidèles seront soumises à l'église de Jérusalem.

GUILLELMI Tyren. *Hist. rer. transmar.* lib. XI, c. 28 (*Histor. d. Croisades*, Occid. t. I, p. 502). BRÉQ., II, 454. JAFFÉ, 6297 (4669). ROEHRICHT, 60.

475 8 juin ? 1111.

Autre lettre du même reverendissimo fratri Hierosolymitano patriarchæ Gibelino et successoribus ejus.... Tibi, frater charissime et coepiscope Gibeline..., patriarchali sive metropolitano jure regendas disponendasque sancimus civitates omnes atque provincias quas... restituere gratia divina dignabitur....

FULCHERII Carnot. *Hist. Hierosolymit.*, lib. III, c. 35 (*Patrol. lat.*, t. CLV, c. 924). GUILLELMI Tyr., l. c. ROBERT de Torigni, *Chronique*, [illegible], t. I, p. [illegible]. JAFFÉ, 6298 (4670). ROEHRICHT, 61. Voir toutefois la lettre du 8 août 1112 à Bernard, patriarche d'Antioche. JAFFÉ, [illegible].

476 1112 (1er sept./24 déc. 1111).

Gibelin, ancien archevêque d'Arles, termine un différend entre l'évêque de Nazareth et l'abbé du mont Thabor.

IN nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego *Gybilinus, episcopus ad Orientales ecclesias ab apostolica sede directus*, Dei inspirante clementia, ipsas ordinare, et in meliorem statum erigere desiderans, que jam diu in eis inordinata fuerant reformare disposui, consilio episcoporum, abbatum, et Arnulfi, Jherosolimitani archydiaconi, assensuque et petitione domni gloriosissimi regis Balduini, procerumque suorum, dissensionem que inter ecclesias longo tempore manserat, pace interposita, mitigavi. Inter cetera igitur Dei beneficia, que nobis honeste agenda misericorditer concessit, contentionem que inter episcopum de Nazareth et abbatem de monte Thabor, de dignitatibus ecclesiarum suarum orta fuerat, utrisque partibus assentientibus, sedavi. Ea scilicet constitutione, ut ord[inationem] abbatis et monachorum, consecrationemque majoris ecclesie, locus de monte Thabor ab Jherosolimitano patriarcha, in sempiternum, absque ulla [contradictione episcopi] susciperet. Cetera vero que ad jus episcopi pertinent, a predicto episcopo de Nazareth, crisma videlicet, et oleum, et parrochyalem vicarium semper habebunt. Tertiam preterea partem totius decime Tyberiadis et ad ipsam pertinentium, tam de militia, quam de terre cultura, et nutrimento pecorum, a prelibato episcopo ecclesiam de monte Thabor in perpetuum possidere, atque ad victum monachorum illic Deo servientium, statuimus ; episcopis et clericis omnibus in communi consilio residentibus, hoc ipsum laudantibus, glorioso rege B. et optimatibus, et cunctis unanimiter assentientibus. Hoc autem ita factum est, ut si fratres sepedicti loci de decima peregrinorum militum, qui nundum terre possessiones habuerunt, habere contigerit, due partes erunt episcopi, tertia fratrum denominati loci. Si quis itaque hujus nostre confirmationis paginam violare et ad nichilum redigere temptaverit, a totius christianitatis consortio segregatus maneat, usquequo ad satisfactionem et emendationem veniat. Qui vero observaverint, sit eis pax perpetua, et salus continua, in secula. Amen. Actum est hoc anno dominice Incarnationis millesimo centesimo XIImo, indictione V, regni vero gloriosi regis B. anno XI.

† Signum G. episcopi, apostolice sedis legati.
† S'. domni regis B.
† Sign. Arnulfi archidiaconi.
† S. Ebremari, Cesariensis archiepiscopi.
† S. Rogerii, Ramathensis episcopi.
† S. Bernardi, Nazareni episcopi.
† S. Balduini, electi Baruti.

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de l'ordre de Malte, orig. parch. ; les signatures sont autographes. Sceau pendant à une bande de parchemin, rond, cire jaune : † S : G. ARELATENSIS ARCHIEPI. Il y avait un second sceau. — Il est à remarquer que dans cet acte Gibelin ne prend pas le titre de patriarche, mais simplement d'évêque, et qu'il scelle encore de son sceau d'archevêque d'Arles. BLANCARD (L.), *Iconogr. des bulles et sceaux des arch. des B.-du-Rh.* (1860), p. [illegible]. ROEHRICHT, 69.



477 — 1112?

Fondation de l'hôpital du monastère de Notre-Dame de Josaphat en Terre-Sainte. Factum est hoc et statutum tempore vener. patriarche Gibelini, regnante primo rege Balduino, concedente illud domno Hugone abbate cum omni suo conventu.

Delaborde (H. F.), *Charles de Terre Sainte provenant de l'abbaye de N.-D. de Josaphat*, 1880, p. 48.

478 — 1112.

Constitutio ut canonici insimul comederent.

G[ibellinus], Jherosolimitanus ecclesie servus, domino et fratri karissimo Balduino Jherusalem regi glorioso, in Domino Jhesu salutem tociusque fraternitatis dilectionem. Providente Dei clementia, vestreque nobilitatis postulante benevolentia, quam mihi indesinenter ostendistis, in his extraneis regionibus remansi. Instante vero articulo mortis, vobis loqui, sicut summo amico meo, et filio meo Arnulfo archidiacono plurimum desideravi ; quod quia facere non potui, pro tanta liber[ali]tate vestra mihi impensa gratias vobis multimodas refero, corpusque et animam vestram in manus summi Conditoris commendo ; et quoniam Dei misericordia ecclesie sue sui sanguinis effusione resperse et suo glorioso Sepulcro insignite defensorem et protectorem vos ordinavit, summopere precor benignitatem vestram ut ipsam protegatis et viriliter defendatis. Canonicis autem ejusdem Dominici Sepulcri, filiis nostris et confratribus vestris, in ultimis positus, omnem voluntatem meam sic plenissime aperui, ut eis per obedientiam firmiter preciperem, qualinus insimul comederent secundum bonarum ecclesiarum, spetialius Lugdunensis vel Remensis, consuetudinem ; et hoc pro testamento contestans ei[s] mandavi, pro quo vos humiliter postulo ut hoc ipsum confirmetis, et, ut plenius perficiatur, sicut bonus cooperator eos adjuvare studeatis. Proinde de his omnibus et de aliis que pro remedio anime mee sub testamento fieri ordinavi et confirmavi, rogo et precipio vobis ut vos sic confirmetis et adjutor existatis.

Eug. de Rozière, *Cartul. de l'égl. du St-Sépulcre de Jérusalem*, 1849, n° 42 (= *Patrol. latina*, t. CLV, c. 1152).

479 — 6 avril 1112.

Mort de Gibelin, patriarche de Jérusalem.

A[rnulphus], D. g. Jerosolymitanus patriarcha et totum S. Sepulchri capitulum, dno A[lmeo] Fructuariensis ecclesiæ abbati,... Domnus Gibellinus, pater pastorque, patriarcha noster, vir piissimus, obiit viii. idus aprilis. Hoc scriptum nostrum confirmatum est in capitulo S. Sepulchri Jerusalem, vi. kal. maii, anno domin. Incarnat. MCXII, indict. v, captionis Jerusalem a christianis anno xiii, dni Arnulphi patriarchæ anno i, præsidente in Jerusalem dno Balduino rege invictissimo anno xii, regn. D. N. J. C.

Sam. Guichenon, *Biblioth. Sebusiana*, cent. ii, n° 73 (Lugduni, 1660, p. 378 ; Taurini, 1780, p. 116-7). Le n° 3 (c. 7) plaçait la mort de Gibelin au 25 mars (viii kal. aprilis), mais ces mots ont été effacés. Röhricht, *Reg. Hierosolym.*, 64.

Privilège du patriarche Arnulphe (1116) : Defuncto predecessore nostro, domno Gibilino, ego Arnulfus, omnium Jerosolimitanorum humillimus, a rege, clero et populo in pastorem electus et patriarchali honore sublimatus....

Cartul. du St Sépulcre, 1849, n° 25 ; = *Patr. lat.*, t. CLV, c. 1116.

Dehinc rege [Baldewino] a languore suo relevato, Arnolfus cancellarius Sepulcri Dominici, nunc antistite Gobelino mortuo, patriarcha electus et constitutus est.

Alberici Aquen. *Hist. Hierosol.*, lib. xii, c. 24 (*Patr. lat.*, t. CLXVI, c. 709).

Per idem tempus [*19 déc. 1111*] mortuus est dnus Gibelinus, bonæ memoriæ Hierosolymorum patriarcha, cui substitutus est, invita ut credimus divinitate, Arnulfus...

Guillelmi Tyr. *Hist. rer. transmar.*, lib. xi, c. 15 (*P. L.*, t. CCI, c. 500). — Les dates, acceptées jusqu'ici, pour l'élection de Gibelin au patriarchat de Jérusalem et sa mort, étaient prises dans Guillaume de Tyr, qui ne précise rien. — Voir spécialement sur lui : Fritz Kühn, *Geschichte der ersten lateinischen Patriarchen von Jerusalem ;* Leipzig, 1886, in-8°, p. 47-54 et 70.

480 — 18 mars 1113.

Lettre de Paschal II à Bernard, patriarche d'Antioche ;... illa etiam verba discutienda sunt, quæ felicis memoriæ Gibelino Hierosolymitano patriarchæ, de civitatibus atque provinciis scripsimus *(n° 475)*....

Guillelmi Tyr. *Hist. rer. transmar.*, lib. xi, c. 28. Jaffé, 6343 (4705).

481 — Avant 1118.

Lettre de Paschal II à Bérenger, évêque de Fréjus.

P., episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri B. Forojulien. episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Fratrum Montismajoris contra te querelam accepimus, quod eis partem ecclesie Sancte Marie Deaurate abstuleris, quam jamdiu per definitionem confratris nostri G. Arelatensis quondam archiepiscopi possederunt. Unde fraternitati tue, *etc*.

Chantelou, *Hist. ms. de Montmajour*, t. I, p. 183.

482 — 16 avril 1139.

Le pape Innocent II confirme à St-Victor ecclesiam SS. Genesii et Honorati, sitam juxta civitatem Arelatensem, archiepiscoporum ejusdem urbis largitione monas-

terio Massiliensi concessam et scripto fratris nostri bone memorie Gibelini archiepiscopi confirmatam; et per LXX continuos annos quiete possessam....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 30-1. JAFFÉ, 7998.

ATTON[1], *Atto*, 1115-1128?

483 6 octobre 1115.

Dédicace de l'église de Ste-Marie de Cassan (comᵉ de Roujan, Hérault) : cui consecrationi interfuerunt archiepiscopi sive episcopi ... Ato Arelatensis archiepiscopus,...

VIC et VAISSETE, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 395 (3ᵉ éd., t. V, c. 850).

484 Vers 1115.

Lettre d'Atton, archevêque d'Arles, à G. Adémar, lui reprochant ses vexations contre l'église d'Orange et l'exhortant à restituer ce qu'il lui a pris.

MARTENE, *Ampliss. coll.*, t. I, c. 634. BRÉQ., II, 453.

485 1116?

Plaid entre Atton, archevêque d'Arles, et Aldebert, etc.

NOTITIA placiti quod fecit dompnus *Atto Arelaten. archiepiscopus* cum Aldeberto, et cum Villelmo Petri, et Raymundo Ysnardi, et Raymundo Daidonati, et cum aliis, de honore quem habent in Mesens, per sanctum Trophimum et per archiepiscopum. Reddiderunt et dimiserunt ei salvatores qui fuerunt de genere sacerdotali, et omnes finales; scilicet, in salvatoribus retinuerunt XVIII. den. per censum. Et laxaverunt similiter archiepiscopo Attoni affrontationem sue condamine, que est juxta domum cum juncaria, quantum predicta condamina tenet. Reddiderunt etiam tertiam partem de bosco, et de cassa, et de palude; ita ut communiter ab archiepiscopo et ab eis excitetur, et ipse mittat tertiam partem expensarum, et illi duas. De pratis autem, dabunt ei herbam, ubi voluerit, quantum necessarium fuerit bestiis cum quibus in ipso honore laborabit. Carnem quoque debent dare sufficienter ad aream archiepiscopi. Ipse vero dat eis gardiam, ita tamen ut diligenter eam faciant. Et consentit eis alium honorem, exceptis his que supradiximus, ad fidelitatem sancti Trophimi, et suam. De tasca autem Ymberti Sancti Georgii, debent venire ante presentiam archiepiscopi, et facere quod ipse indicaverit. Post hec, juraverunt ei fidelitatem, et vitam, et menbra; et ut supradictum placitum sine inganno firmiter teneant, nisi quantum cum mercede illius possent adquirere. Testes autem hujus placiti sunt Raymundus de Baucio, et Gaufredus Porcelleti, Ugo Arvei, et Raymundus Jordani, et Ugo Teucenna.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 111.

1. « Il était né au château de Bruniquel, et était frère de Pierre Aton, vicomte de ce lieu, mari de Guillaumette (sœur du vicomte de Béziers, de la maison de Trencavel) » (LACOSTE, *Hist. du Quercy*, t. II, p. 21).

486 1117.

Accord entre l'archevêque de Narbonne et l'abbé de Saint-Paul, mediantibus et placitantibus venerabilibus viris, scil. dno Atone Arelatensi archiepiscopo....

VIC et VAISSETE, ouvr. cité, t. II, c. 399 (3ᵉ éd., t. V, c. 858-9).

487 1118.

Fondation de la commanderie de Trinquetaille, en face d'Arles.... Ego Atto, Arelatensis ecclesiæ archiepiscopus, e communi consilio canonicorum, dono ... Hospitali Sancti Sepulchri... ecclesiam Sancti Thomæ apostoli..., salva reverentia et fidelitate Arelatensis ecclesiæ...

VIC et VAISSETE, ouvr. cité, t. II, c. 399; 3ᵉ éd., t. V, c. 859-60. PAPON, *Hist. de Provence*, t. II, p. IX-X. BRÉQ., II, 465.

488 Arles, août 1118.

EGO Pontius Gantelmi et uxor mea Garsias, et filii mei Ugo et Raimundus, vendimus quandam peciam terre que est juxta turrem Aniane, cum alia pecia prati que ad me pertinet ex hereditate, domno *Attoni Arelatensi archiepiscopo*, et successoribus ejus, et ecclesie Sancti Trophimi, dum fuerit sine archiepiscopo, pro centum solidis Melgoriensibus... Facta est hec carta in civitate Arelatensi, in mense augusto, anno Incarn. Dni MCXVIII, ind. XI, regnante Henrico rege.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 32.

489 21 décembre 1118.

Lettre du pape Gélase II vener. fratribus et coepiscopis [Attoni] Arelatensi,... [Arberto] Avinionensi, *au sujet des limites établies par Urbain II autour de la ville de St-Gilles.*

GOIFFON, *Bull. de l'abb. de St-Gilles*, p. 52-3. JAFFÉ, 6673.

490 Marseille, 9 janvier 1119.

... Inter Massilienses sedis clericos et monasterii S. Victoris monachos longa contentio fuerat,... usquequo domnus Arelatensis archiepiscopus Atto, ab utraque parte rogatus, insuper et a dno papa Gelasio IIº amonitus, de compaginanda inter eos pace se intromittens, Massiliam advenit... Factum est hoc in presentia venerabilium archiepiscoporum, Arelatensis videl.... Ego Atto, Arelatensis archiepiscopus, firmavi, signum....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 540-2. Voir Marseille, n° 137.

491 Vers 1119.

Plaintes de Richard, archevêque de Narbonne, contre le vicomte Aimeri II : De his omnibus multos vobis testes enumerare possumus, sicut Arelatensem archiepiscopum Atonem....

VIC et VAISSETE, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 402; 3ᵉ éd., t. V, c. 865. BOUQUET, *Recueil*, t. XIV, p. 183.

492 28 juin 1119.

Lettre du pape Calixte II vener. fratribus et episcopis [Attoni] Arelatensi,... [Arberto] Avenionensi; *même objet que le n° 489.*

GOIFFON, *Bull. de l'abb. de St-Gilles*, p. 58. Ul. ROBERT, *Bull. du pape Calixte II*, 1891, t. I, p. 35. JAFFÉ, 6704.

493 8 juillet 1119.

Concile de Toulouse, sur la discipline.

LABBE, *Concilia*, t. X, c. 856. JAFFÉ, p. 783 (I, 518-9). Cf. n° suiv.

494 Toulouse, 14 juillet 1119.

Calixte II confirme à l'abbaye d'Alet la possession de l'église de St-Polycarpe. Fratres qui nostre huic retractationi et decisioni interfuerunt [*au concile de Toulouse*] hi sunt : ...Ato Arelatensis... archiepiscopi...

VIC et VAISSETE, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 410 ; 3ᵉ éd., t. V, c. 880. ROBERT, ouvr. cité, t. I, p. 43-4. JAFFÉ, 6710 (4919).

495 Toulouse, 15 juillet 1119.

Calixte II confirme à l'abbaye d'Aniane l'obédience (cella) *de Sainte-Marie de Gondargues*.... Monachi Case Dei suo eam vendicare monasterio sepius temptaverunt.... Nos... eorum scripta et raciones perscrutati sumus et, nichil roboris, nichil in eis momenti reperientes, fratribus ipsis desistere ab hac deinceps inquietacione precepimus. Hoc frater noster Atto, Arelatensis archiepiscopus, audiens et ipse clamare cepit, dicens Arelatensem ecclesiam injuste suis possessionibus spoliatam, quoniam predicta cella de Gordanicis cum rebus suis ad jus Arelatensis ecclesie pertinebat, et per eam monachi Case Dei locum illum sub censu annuo detinuerant. Cumque id frequencius inculcaret, ne aliquam ei videremur inferre injuriam, diem agende cause apud Montem pessulanum [*juin*] statuimus, ubi pars utraque conveniens suas protulit raciones. Quibus sufficienter inspectis, ex fratrum nostrorum sentencia judicatum est, archiepiscopum debere super eadem ecclesia revestiri, si Arelatensem ecclesiam locum illum ante domini nostri judicium possedisse idoneis testibus comprobaret. Judicio itaque adimpleto, mox ei restituta est possessio : salvo nimirum Anianensis monasterii jure, si quod esset. Tunc eciam terminus constitutus est, in quo de proprietatis jure apud Tolosam in utriusque partis presencia tractarent. In ipso ergo concilio questio mota est. Et quidem Anianenses monachi cellam illam per Lodoici imperatoris, Caroli Magni imperatoris filii, et filii ejus Karoli regis scripta et largiciones Anianensi monasterio vendicabant. Archiepiscopus vero se Lodoici, filii Bosonis regis Vienne, cyrographo tuebatur [*n° 243*]. Causa itaque aliquandiu coram omnibus ventilata, nos fratribus nostris... cardinalibus..., archiepiscopis..., episcopis... et abbatibus... precepimus ut in partes secederent et controversiam ipsam judicio canonico definirent. Egressi de concilio fratres inter se diucius contulerunt. Novissime, discussis utrimque racionibus et cartarum monumentis sepius revolutis, hujusmodi sentenciam in concilii audiencia ediderunt. Donacionis scripta, que Arelatensi ecclesie a predicto rege Ludoyco, Bosonis filio, post Ludoyci imperatoris, Magni Karoli filii, et filii ejus Karoli regis confirmaciones de cella de Gordanicis collata sunt, robur nullum obtinere : quod enim Deo semel oblatum fuerat ab aliis, ulterius aliis non potuit erogari... Predictam cellam de Gordanicis Arelatensis archiepiscopus in manu nostra, per virgam quam gestabat, in conspectu tocius concilii refutavit.... † Ego Ato, Arelatensis episcopus, ss.... † Ego Fulco, Aquensis archiepiscopus, ss....

BOUQUET, *Recueil*, t. XV, p. 229-31. *Patrol. latina*, t. CLXIII, c. 1110-3. *Bull. com. art chrét.* (Nîmes, 1884), t. III, p. 47-50. ROBERT, ouvr. cité, t. I, p. 48-51. JAFFÉ, 6714 (4932).

496 15 juillet 1119.

Lettre de Calixte II aux évêques de Viviers et de Maguelonne, leur mandant de terminer un différend entre le monastère de Maguelonne et l'archevêque d'Arles, au sujet de l'église de St-Martin.

ROBERT, *Bull. du pape Calixte II*, t. I, p. 52. JAFFÉ, 6715.

497 15 juillet 1119.

Autre du même A[ttoni] Arelatensi archiepiscopo. Anianensis monasterii fratres, apud Montem pessulanum, super ecclesia Sancti Martini, te presente, in conspectu nostro querimoniam suam exposuerunt. Unde dilectioni tue... precipimus ut judicio Vivarien. et Magalonen. episcoporum... plenam justiciam exequaris.

ROBERT, ouvr. cité, t. I, p. 52-3. JAFFÉ, 6716.

498 2 août 1119.

L'archevêque Atton assiste à la restitution de l'église d'Ouveillan (de Oviliano) *à Richard, archevêque de Narbonne, par Raimond Bérenger.*

Gallia christ. nova, t. I, c. [illegible] ; t. VI, c. 46.

499 23 janvier 1120.

Guillaume de Agulla vend à Atton, archevêque d'Arles, la 6ᵉ partie du château de St-Amand pour 400 sols Melgoriens.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 33.

500 3 février 1120.

Calixte II mande Atoni, Arelatensi archiepiscopo, *de réprimer les déprédations de Guillaume Porcellet, Rainouard de Meynes et son frère Guillaume,* parrochiani tui, *contre l'abbaye de Saint-Gilles.*

GOIFFON, *Bull. de l'abb. de St-Gilles*, p. 58-9. ROBERT, *Bull. du pape Calixte II*, t. I, p. 192-3. JAFFÉ, 6810.

501 18 février 1120.

Calixte II mande vener. fratribus Arelatensi, Aquensi et Ebredunensi archiepiscopis, et ceteris episcopis per Provinciam, *de maintenir le monastère* [*de St-Victor*] *de Marseille dans la possession des biens pour lesquels il y avait prescription.*

Cartul. de St-Victor, t. II, p. 158-9. *Patrol. latina*, t. CLXIII, c. 1164. ROBERT, ouvr. cité, t. I, p. 208. JAFFÉ, 6820 (4987).

502 25 avril 1120.

L'archevêque Atton est présent à une donation de Richard, archevêque de Narbonne, à l'abbaye de Saint-Paul.

Gallia christ. nova, t. I, c. 559, qui n'en parle pas au t. VI.

503 1120?

Restitution par Elisiarius *et sa femme à l'abbaye de Saint-Thibéry* (S. Tyberii), in placito, judicio eorum in quos compromiseramus, scil. Ricardi Narbonensis archiepiscopi et Atonis Arelatensis archiepiscopi et Arnaldi Biterren. episcopi et Bernardi Agathen. episcopi et Arnaldi Carcasson. episcopi....

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 423. [Les notes chronologiques : « Facta carta XI kal. novembris, luna XIIII, feria VII, epacta XVII, anno MCXXVII Incarnat. Dni, regnante rege Ludovico », sont concordantes pour l'année 1127, mais non avec la présence des prelats indiqués de Narbonne, Béziers et Agde. Les auteurs de la *Gallia christ.* ont fait cette remarque, t. VI, c. 47, mais l'ont perdue de vue c. 709 ; elle a échappé également aux nouveaux éditeurs de l'*Hist. de Lang.*, t. V, c. 905.]

504 21 juin 1121.

Calixte II enjoint vener. fratribus et coepiscopis Atoni Arelatensi, [Fulconi] Aquensi, *etc. d'excommunier Alphonse, comte de Toulouse, et autres si, dans 40 jours, ils ne font réparation à l'abbaye de Saint-Gilles.*

Bouquet, *Recueil*, t. XV, p. 239. Goiffon, *Bull. de St-Gilles*, p. 59-60. Robert, ouvr. cité, t. I, p. 356. Jaffé, 6913 (5049).

505 22 juin 1121.

Lettre du même au comte Alphonse, lui ordonnant de faire réparation aux moines de Saint-Gilles, au jugement d'Aton, archevêque d'Arles, et de deux autres prélats.

Bouquet, *Recueil*, t. XV, p. 239. Goiffon, *Bull. de St-Gilles*, p. 60-1. Robert, ouvr. cité, t. I, p. 360. Jaffé, 6917 (5053).

506 22 avril 1122.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles Atton, au comte de Barcelone Raimond et à Geofroi Porcellet, les informant qu'il a excommunié le comte Alphonse à raison de ses violences contre les moines de Saint-Gilles.

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. II. c. 421 ; 3ᵉ éd., t. V, c. 901-2. *Patr. lat.*, t. CLXIII, c. 1306-7. Goiffon, *Bull.*, p. 68. Robert, ouvr. cité, t. II, p. 276-7. Jaffé, 7125 (5162).

507 7 avril 1123.

Lettre du même à l'archevêque d'Aix, lui défendant d'inquiéter les moines de Montmajour, au sujet des deux églises de castro Miramas et de Cornelione.... Si autem prædictas duas ecclesias de tua esse diœcesi asseris, cum Arelatensi archiepiscopo, qui easdem similiter vendicat, inde contendas, *etc.*

Robert, ouvr. cité, t. II, p. 182. Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 237. Jaffé, 7058.

508 30 mai? 1124.

Concile de Vienne, en faveur de l'église de Romans.

Ego Ato, Arelatensis archiepiscopus, laudo et suscribo.

Martene, *Thes. nov. anecd.*, t. IV, c. 136. Giraud, *Essai histor. sur l'abb. de St-Barnard*, 1ᵉ part., pr. p. 21.

509 Arles, 11 juillet 1126.

Échange entre Atton, archevêque d'Arles, et Bertrand de Saint-Amand.

Ego Bertrandus de Sancto Amantio et Galterius et Alfantus vendimus atque tradimus tibi *Attoni, Arelatensi archiepiscopo*, et a nostro ad tuum transferimus dominium, totum quod habemus, et aliquis habet a nobis, in territorio Aniane et in Sancto Sisinnio ; scilicet in terris, in vineis, in pratis, in pascuis, in aquis, in molendinis, in cultis et incultis, et in omnibus aliis ; propter solidos mille ac ducentos Melguoriensis monete. Tali etiam pacto venditionem hanc facimus, quod si quis homo vel femina eam rumpere temptaverit, nos hunc honorem predictum tibi justo defendamus judicio. Quod si minime possemus implere, totum nostrum honorem quem habemus in Sancto Amantio, et in ejus territorio, ponimus in pignore, ut habeas illum et teneas, donec tibi hoc placitum adimpleamus. Facta est hec carta in civitate Arelate, vᵒ idus julii, anno millesimo Cᵒ.XXᵒ.VIᵒ ab Incarnatione Xpisti, indictione IIJᵃ, regnante Leutero imperatore, preside Provincie Raimundo Berenguario. Testes sunt, decanus Arelatensis, Pontius Willelmus, canonicus, Ugo Teucinda, Willelmus de Lucio marino, Furnerius, Willelmus Xpistoforus, Petrus de Balma, Palmachius de Sancto Amantio, et Gaufredus et Ugo de Sancto Amantio.

Livre noir de l'archev. d'Arles, fᵒ 31. Livre rouge, fᵒ 224.

510 Saint-Léger, 15 juillet 1126.

Ego Bertrandus de Sancto Amantio et Galterius et Alfantus, et ego Belieldis... *cèdent à l'archevêque Atton tout ce qu'ils ont à Aniane et à St*-Sisinnius, *et Atton leur cède ce qu'il avait à St-Chamas, sauf l'hommage et serment, haut domaine et service.* Facta est hec carta apud Sanctum Leodegarium, idus julii, anno 1126 ab Incarnat.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, fᵒ 224.

511 1127.

... Cum consilio domni Attonis, Arelatensis archiepiscopi,... et aliorum..., *l'abbé de Vabres soumet son monastère à celui de St-Victor de Marseille*, unde se subtraxerat ... Signum Attonis, archiepiscopi Arelatis....

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 134-6.

512 1127.

Ego Bernardus, Massiliensis abbas, consilio domni Arelatensis archiepiscopi Attonis... et.. conventus, *remet diverses églises à l'abbé de Vabres*... Signum Attonis, archiepiscopi Arelatensis.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 277-8.

513 6 novembre 1128?

VIII. idus novembris, obiit Atto archiepiscopus Arelatensis.

Nécrologe de St-Gilles, conforme au Catalogue nᵒ 3 (c. 7).

BERNARD I Garin, 1129-1138?

Sur le *cognomen* de cet archevêque, voir plus loin à l'année 1166?

514

Chronique de Saint-Victor de Marseille.

1103 [!]. Obiit abbas Radulphus... Post istum fuit abbas domnus B. Garinus ; rexit abbatiam annos VI, postea factus fuit archiepiscopus Arelatensis.

Bibl. Vatic. Cod. Reg. lat. 123, f° 119 v°. Ed. J. H. Albanès, dans *Mél. d'archéol. et d'hist. de l'éc. franç de Rome*, t. VI, p. 318 ; Rome, 1886, p. 64. — Bernard figure comme abbé de St-Victor en 1127 (n° 511 2) et le 6 févr. 1129 (*Cartul.*, n° 830).

515 Août 1129.

Contrat de mariage entre Guillaume, seigneur de Montpellier, et Sibylle.... S. Bernardi Arelatensis archiepiscopi.

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 458 ; 3ᵉ éd., t. V, c. 954-5.

516 Arles, 19 octobre 1129.

De donatione ecclesie S^{ti} Thome *aux Hospitaliers.*

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego *Bernardus Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, communi consilio canonicorum, Raimundi scilicet decani, Bertrandi de Aqueria, Michaelis, Petri Lamberti, Stephani de Sancto Leoncio, Rostagni de Sancta Maria, Guiraldi de Adavo, Guillelmi de Tarascone, Petri Geraldi, Gaufredi de Berra, Petri Hugonis, Raimundi Guillelmi, Guillelmi de Cabannis, laudo et confirmo Dno Deo, et sancto Johanni Babtiste, et Hospitali Sancti Sepulcri, et pauperibus ipsius hospitalis, et tibi, Stephano Raimundo, hospitalario, et Guillelmo de Sancto Clemente, et Aimoni, et ceteris ejus confratribus, sicut ab Atone antecessore meo data est, ecclesiam Sancti Thome apostoli, cum omni honore illo quem circa predictam ecclesiam in presenti possidetis, et quem deinceps communi consilio canonicorum Sancti Trophimi adquiretis. Salva reverentia et fidelitate Arelatensis ecclesie. Isto tamen tenore, ut per unumquemque annum, in vigilia Natalis Dni, solidos XXV. Melgoriensis monete, pro honore illo, canonicis persolvatis. Istius ethiam prenominati honoris decimas atque taschas, sine omni impedimento, retinemus. Hac iterum conditione, ut decimas nostrarum ecclesiarum a nemine accipiatis, nec corpora mortuorum nisi confratrum vobis donatorum, et vestre familie, absque consensu archiepiscopi et canonicorum, ibi sepeliatis. Si vero amplificatio cimiterii vestre familie et confratrum multitudine necessaria fuerit, communi consilio archiepiscopi et canonicorum, secundum quod necessarium fuerit, vobis concedetur. Acta est hec carta in civitate Arelate, in mense octobris, XIIII. kal. novembris, anno ab Incarnatione Domini M°C°XX°VIIIJ°, indicione VII, regnante imperatore Lotero.

Authentique du chap. d'Arles, f° 109. Authentique de Trinquetaille (XIIIᵉ siècle), f° 73. Bréq., II, 560.

517 1129/1136.

Lettre de P., prieur de Saint-Victor, à Bernard, archevêque d'Arles.

Domno (h)ac venerabili *B. Arelatensium* Dei vocacione *archiepiscopo*, sive *sancte Romane ecclesie legato*, P. prior Massiliensis cenobii, omnisque conventus, omnimodam subjectionem. Qualiter, quibusve modis cura totius nostri monasterii vobis fuerit commissa, tum Dei electione, domni etiam pape provida institutione, denique domni abbatis sagaci speculatione, ut credimus, vestra solercia non est oblita. Ideoque si quibus gravaminibus, nostris exigentibus meritis affligimur, vestram flagitantes speculacionem, ad vos, velut ad tutissimum portum post Deum, ceu impulsi anxietatis remige, festinamus. Notificamus igitur vestre dignitati quoniam Massiliensis episcopus, inter ceteras frequentes ab eo nobis molestias illatas, non absque injuria totius ecclesie, neque passus ullam juris repulsam, nunc quoque violencius solito damnum intulit. Equidem, quod apud seculares honesta religione nefas est audiri, pravi documenti secularibus exemplum tribuens, omnes boves monasterii rapaciter auferre non dubitavit. Nos itaque tanta injuria et dampno permoti, eum adeuntes, conquesti sumus sepius, replicantes injuriam domni apostolici de invasione bolarum, pacis etiam et treve Dei violatione ; pollicentes etiam, si quid deliquimus, firmaturos nos in ejus manu, jus quod judicio vestro finiretur ; spretis nobis et nostris pollicitationibus, vacui dicessimus. Id etiam temptantes per submissas sepius personas, neque quicquam valuit. Quitamus accensi contumelia ; adibita violencia, boves nobis reddiderunt. Ad vestram igitur confugientes clemenciam, motus nostro dampno, sive vestra injuria, domni apostolici etiam lesa reverencia, nos patrocinantes, justiciam, ut ceteri metum habeant, ut faciatis oramus. Valete.

Arch. de St-Victor, Marseille, 1301, n° 6 ou Reg. n° 2 (actuel. n° 399). Orig. parch. de 20 cent. sur 5 1/2. Martene, *Ampliss. coll.*, t. I, c. 694. Bréq., II, 568.

518 1130 ?

Bernard, archevêque d'Arles, légat du St-Siège.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego *Bernardus, Arelaten. ecclesie archiepiscopus et Romane sedis legatus*, cum consilio Laugerii, Avinionensis episcopi, et Geraldi Aurasicensis episcopi, et aliorum multorum proborum et sapientum virorum, per concordiam, talem diffinitionem feci inter canonicos Arelaten., et Hugonem Drogonem, et fratres suos. Predictus Hugo, et Gaufredus, et Raimundus, fratres ejus, per fidem et sine inganno, guirpiverunt et finiverunt supradictis canonicis, totam appellationem quam, qualicunque modo et in qualicunque loco, faciebant eis in honore de palude majori. Et preterea predicti fratres promiserunt ipsis canonicis, quod ipsi faciant, per fidem et sine inganno, quod frater eorum, qui abest, guirpicionem et finicionem istam, si forte redierit, firmam et ratam habebit. Et supradicti canonici donaverunt et laudaverunt Hugoni Drogonis et fratribus suis, presentibus et absenti, terram de Arneto, et terram de Paludillis, et tertiam partem de terra ad fontem ; sicut per idoneos testes poterunt probare, quod Petrus Hugo, in alia concordia, que facta fuit inter eosdem canonicos et predictos fratres, coram dno Attone predecessore meo dimisit. Ita quod habeant istas terras ad tascham, et ad decimam ; et neque pignorare, neque alienare illas possint

sine consensu canonicorum. Propter hanc concordie diffinitionem, canonici perdonaverunt Hugoni Drogonis, et fratribus suis, trecentos sol. veterum denariorum, pro quibus terram de Arneto et de Paludillis canonici in pignore habebant.

Authentique du chap. d'Arles, f° 123.

519 1130.

Lettre de Gérand, ancien évêque d'Orange, à Bernard, archevêque d'Arles.

Dulcissimo domino suo et summo patri *B. Arelatensi archiepiscopo, sancte et apostolice sedis legato*, G. peccator teterrimus, habitu monacus, gustare quam suavis sit Dominus. Beatitudinis vestre littere, que per presentium latores, parvitati nostre oblate sunt, honorifica nos contumelia affecerunt. Secretum etenim locum apud vos, quo me flagellis cederem, vel cilicia quibus carnem domarem, et cetera talia invenire non posse intonuistis. Ad que pro competenti respondere, nec est nostri ordinis nec officii. Sane, ut coram Deo et vobis fatear, hec mihi ab initio conversionis mee voluntas fuit ut pompis pereuntis mundi abrenuntians, vitam meam in heremo quiete finirem. Domini vero et predecessoris mei, benigne recordationis B. episcopi, tunc dehortatus precibus, licentia accepta, cum possem, in Aurasicensi ecclesia, cum confratribus nostris, sub regula beati patris Augustini et ordine victitare studui, ad destinatum, sicut quidam nostrum noverunt, semper ascendere cupiens. Ipso autem ad Dominum evocato, contra voluntatem et propositum meum, ab eisdem fratribus in episcopum electus, eorum, Deus scit, pocius compassione, quam illius dignitatis flexus ambitione, pontificale honus corpore hactenus, non mente gestavi ; mecum tacite semper pertractans, et opportunitatem querens, liberari qualiter possem. Modo itaque per illius gratiam, « qui omnes homines vult ad agnitionem veritatis venire », condescenssione sancti patris nostri pape I[nnocentii] importabile michi pondus exposui, et anulo sibi reddito, vere ad consortes filiorum Dei, ejus consilio, accessi. Magnitudinis itaque vestre clementiam gemens imploro, quatinus ecclesie vestre providere, et personam que populo Dei preesse valeat et prodesse, quod perrarum nimis est, clericorum preunte consilio et electione, quantocius ordinare studeatis. *Alia manu.* « Humiliabam in jejunio animam meam, et factum est in obprobrium michi. Et posui vestimentum meum cilicium, et factus sum illis in parabolam. Adversum me loquebantur qui sedebant in porta, et in me psallebant qui bibebant vinum. Ego vero orationem meam ad te, Domine ; quia jenua mea infirmata sunt a jejunio, et caro mea immutata est propter oleum. Obprobrium factus sum illis. Audiverunt de me, et moverunt capita sua. Et ideo adjuva me, Domine Deus meus, salvum me fac propter misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua hec, et tu, Domine, fecisti eam. Maledicant illi, sed tu benedices. Domine, dimitte illis, quia nesciunt quod dicunt ».

Sanctitatem vestram ecclesie sue sancte diu conservet incolumem omnipotens et misericors Deus, nostri semper memorem.

Arch. de St-Victor, Marseille, 1201, n° 7, parch. de 18 cent. sur 8 1/2. Semble l'original, d'après les plis et les trous d'une lettre qui a été fermée et scellée ; pourtant les mots *alia manu* semblent une rubrique de copiste. J'opine cependant pour l'original, bien que depuis *alia manu*, on ne voie pas bien le changement de main. Martene, *Ampliss. coll.*, t. I, p. 706. Bréq., II, 593.

520 Septembre 1130.

Passage du pape Innocent II à Arles.

... Gregorius [Innocentius] cum Quirinali clero Gallias expetiit, primoque ab Arelatensibus susceptus, legatos inde Francis direxit....

Orderici Vitalis *Ecclesiast. hist.*, lib. xiii (éd. Le Prevost, t. V, p. 24-5). Jaffé n'indique de station qu'à St-Gilles (11-22 sept.) et à Viviers, p. 844 (5692).

521 Arles, 21 février 1131/2.

Serment d'Ermesende à l'archevêque Bernard, pour le château de Saint-Chamas (Sancti Amancii), *en présence de Raimond de Baux.*

Authentique du chapitre d'Arles.

522 Aix, 15 mai 1132.

Sacramentale Raimundi Gaufredi de Massilia.

Ego Raimundus [1] Gaufredi de Massilia juro tibi *Bernardo, Arelatensis ecclesie archiepiscopo*, vitam et membra tua, et castella et villas tuas que habes in Arelatensi ecclesia, vel [in] antea adquisieris meo consilio, quod ea tibi non auferam, neque ex eis, neque aliquis homo vel femina per meum consilium, neque per meum consentimentum ; et si quis ea, vel ex eis, tibi abstulerit, fidelis ad requirendum adjutor tibi ero. Si Deus me adjuvet et hec sancta evangelia. Factum est hoc sacramentum in civitate Aquis, in mense madio, feria 1ª, idus ejusdem mensis ; in presentia domini L. Avinionensis episcopi, et domini P. Aquensis ecclesie electi, et B. Raimundi, comitis Provincie, et Raimundi de Balcio, et Gaufredi Porcelluti, et Bertrandi Wilelmi, Arelatensis consulis, et Rostagni Aldegerii, et Raimundi Gantelmi, et Rainoardi canonici, et Wilelmi Folcox [2], et Ugonis, filii ejus. Anno ab Incarnato Domino M°C°XXX°II°.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 45 (*A*). Livre rouge, f° 305 (*B*).

523 Arles, 26 mai 1132.

Sacramentale Gaufredi de Massilia.
à l'archevêque Bernard.

Ego Gaufredus de Massilia juro tibi *Bernardo, Arelatensis ecclesie archiepiscopo*, vitam et membra tua, castella et villas tuas que habes pro Arelatensi ecclesia, vel [in]ante adquisieris meo consilio ; quod ea tibi non auferam, neque ex eis, neque aliquis homo vel femina per meum consilium neque per meum consentimentum ; et si quis ea, vel ex eis tibi abstulerit, fidelis adjutor tibi ero ad requirendum. Si Deus me adjuvet, et hec sancta evangelia. Factum est hoc sacramentum in Arelatensi

1. *B* Raymundus : *partout* y. — 2. *B*. Folcor.

civitate, in mense madio, feria IIII^a, septimo kalendas junii, anno ab Incarnato Domino M°.C°.XXX°.II°; in presentia domini L. Avinionensis episcopi, et B. Raimundi [1] comitis, et Wilelmi Folcox [2], et Gaufredi Porcelluli, et Bernardi de Andusia, et Raimundi Gantelmi, et Rostagni Aldegerii, et in presentia canonicorum Wilelmi Monachi, et Petri Lamberti, et Petri Ugonis, et Gaufredi de Berra, et Raimundi Wilelmi.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 45 (A). Livre rouge, f° 305 v° (B).

524 Vers 1133.

Lettre de Bernard, archev. d'Arles, au pape Innocent II, touchant un dissentiment entre Lérins et l'évêque d'Antibes.

Sanctissimo patri ac domino Innocentio, S. R. E. summo pontifici, debite subjectionis obsequium. Causam Antipolitani episcopi, quam nobis tractandam vestra gratia delegavit, convocatis suffraganeis ecclesie Arelatensis, necnon Aquensi et Ebredunensi archiepiscopis, aliisque nostre legationis, et etiam Magalonensis ecclesie aliarumque ecclesiarum religiosis personis adhibitis, die statuto, sicut nobis precepistis, diligenter tractare curavimus. Nobis itaque utriusque partis allegationes audire paratis, abbas Lirinensis, qui episcopum impetebat, subreptione testium et accusatorum, metu etiam comitis illius terre, causam suam impeditam esse proposuit. Et quia super hoc adversus episcopum conquerebatur, nobis etiam visum fuit quod occasiones quereret, et quasi fabricatum esset quod de impedimento cause dicebat. Omnem puritatem sub juramento ab eo quesivimus, et de Antipolitano quod justitia dictaret, canonica auctoritate faceremus, nisi abbas quod de testibus in episcopum dixerat se ratum non habere concederet. Super hoc igitur vestre sublimitati scribimus, quia, sicut suffraganeis nostris et aliis sapientibus viris visum est, non nisi dilationem querebat; et quia causam suam probare non poterat, cum nos parati essemus de causa cognoscere, et eam, quantum vestra benignitas nobis permiserat canonice terminare, oblata ei omni securitate ex parte comitis, magis ex voluntate quam ex ratione appellavimus.

Martene, *Ampliss. coll.*, t. I, p. 718. Bouquet, *Recueil*, t. XV, p. 382. Bréq., II, 612.

525 1134.

Concile de Montpellier, au sujet de l'abbaye de Saint-Thibéry.

Hugo, D. g. Rothomagen. archiepiscopus, sedis apostolicæ legatus... ; considentibus itaque nobiscum apud Montempessulanum vener. archiepiscopis B. Arelatensi, A. Narbonensi, sedis apostolicæ legatis,...

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 474; 3° éd., t. V, c. 1004. Bouquet, *Recueil*, t. XIV, p. 308.

526 1134.

... Ego R[aymundus] Agathensis episcopus fui in quodam placito, tunc temporis archidiaconus Biterrensis, quod fuit agitatum apud Lupianum.... Vidi etiam et audivi in placito quod fuit apud Nemausum *(Nîmes)*, ante vener. Bernardum Arelatensem archiepiscopum, Romanæ sedis legatum, et Petrum, tunc temporis Vivariensem episcopum [*archev. de Lyon en 1131*], quibus controversiam.... dnus papa Innocentius mandaverat terminandam.... Hoc totum testificor ego R.... coram ... B. Arelatensi... archiepiscopis....

Vic et Vaissete, t. II, c. 476; 3° éd., t. V, c. 1006-7. Bouquet, t. XIV, p. 309.

1. *B* Raymundi; *partout* y. — 2. *B* Folcor.

527 1134.

Lettre du légat Hugues, archevêque de Rouen, au pape Innocent II.... Vestra protecti benedictione, ad Montempessulanum pervenimus, multis utique mirantibus. Ibi nobiscum habuimus vener. archiepiscopos B. Arelatensem, A. Narbonensem, sedis apostolicæ legatos....

Vic et Vaissete, t. II, c. 476-7; 3° éd., t. V, c. 1007-8. Bouquet, t. XIV, p. 309.

528 31 août 1135.

Le pape Innocent II annonce aux archevêques de Lyon, de Vienne, de Narbonne, B[ernardo] Arelatensi, P[ontio] Aquensi, E. Ebredunensi *et à leurs suffragants, etc. qu'il a chargé son légat Hugues, archevêque de Rouen, d'amener à résipiscence A*[*lphonse*] *comte de Toulouse et G*[*uigues*] *Dauphin.*

Loewenfeld, *Epist. Rom. pont. inéd.*, p. 90. Jaffé, 7726.

529 24 octobre 1135.

Dotation de l'église de St-Jacques de Saliers.

Notum sit omnibus fidelibus christianis, presentis temporis et futuri, quod Bertrannus de Cadanet, et Raimundus de Tarasco, milites, edificaverunt ecclesiam Sancti Jacobi apostoli in villa Saliano, ubi ante ecclesia non fuerat; et hoc factum est rogatu parrochianorum supradicte ville, et consensu et precepto *Bernardi, archiepiscopi Arelatensis et Romane sedis legati.* Quam ecclesiam a fundamentis extructam, quoniam parrochia Celiani Sancti Honorati juris erat, idem milites, tanquam patroni, sancto Honorato, Lyrinensis cenobii patri, cum consensu Bernardi archiepiscopi, donaverunt ac laudaverunt, cum consilio solo et impensis suis, et locis ecclesie a meridie adherentibus et ab oriente. Hoc donum fecerunt jamdicti milites Bertrannus de Cadanet et Raimundus de Tarasco, in manu Bertranni de Mesoaqua, qui prior erat in domo Adavi, et Viaderii, et Petri de Nicia, monachorum. Testes: Petrus Jabertus, et Stephanus, filius ejus, Pontius Gondoleni, Guillelmus Agarnus, Stephanus presbiter, Petrus Romanus. Anno ab Incarnato Domino M°.C°.XXX°.V°, epacta XV, concurrente I, feria V, luna XIIII, VIIII kalendas novembris.

Cartulaire de Lérins, f° 120. *Cartul.* impr., p. 254, ch. 246.

530 1er août 1136.

Concession de l'église de Saint-Arroan, près Tarascon, par Montmajour, Bernardo archiepiscopo et sedis apostolicæ legato, provinciæ Arelatensi præsidente....

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 247-8.

531 Septembre 1136.

Lettre comminatoire de l'empereur Lothaire III à l'archevêque d'Arles, lui ordonnant de se rendre à Plaisance le 29 septembre.

Lotharius, Dei gratia Romanorum imperator augustus, Arelatensi archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Sæpenumero scripsimus vobis, requirentes fidelitatis et subjectionis tuæ debitum ; quod, quia non mancipatur effectui, vis, quantum in te est, potestatem imperii nostri in partibus tuis satis indiscrete contemnere : quod, quantum divinis et humanis legibus contrarium sit, si recte adverteris, ipse nosti. Nos itaque, Dei annuente clementia, et principum imperii [1] nostri [2] suppeditante industria, [potestatem] Romani imperii, quæ apud vos tam adtenuata est et oblivioni proxima, prout oportet, reparare curabimus, adeo ut fideles nostros debitis honoremus [3] beneficiis, et eos qui rebellare conantur juribus nostris, affligamus [4]. Ea propter tibi tamquam fideli et principi nostro mandando præcipimus, quatenus in festo sancti Michaelis in Placentia cum militia tua nobis occurras, animatus tam Ecclesiæ quam Imperio debitum consilium et auxilium exhibere [5]. Igitur consilio principum ..[6] dilectum capellanum nostrum tibi direximus, quem quasi [7] a latere nostro delegatum in omnibus audias, et ei fidem adhibeas ; sciens pro certo, [quod si te] nostro conspectui non præsentaveris, et subventioni ecclesiæ Romanæ debitisque [8] imperii obsequiis nisi adfueris, offensam nostram graviter incurristi, et nos de ejusdem ecclesiæ consilio et principum nostrorum in te animadvertemus.

Martene, *Ampliss. coll.*, t. I, p. 717, « Anno 1132, ex archivis S. Victoris Massiliensis eruit D. Fornerius » (A). Pertz, *Mon. Germ. hist.*, Leg. (1837) t. II, p. 82-3 (B) ; Constitvt. et acta imperat. et regvm (1893) t. I, p. 170-1 (C). Stumpf, 3329.

532 Arles, octobre 1137.

Condamine remise en gage à l'archevêque Bernard.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Ego Raymundus Ysnardi, et ego Garsentz, uxor ejus, mittimus in pignore tibi *Bernardo Arelaten. archiepiscopo*, et successoribus tuis Arelatensibus archiepiscopis, illam condaminam de Mesenx de l'albar, que est juxta tuam condaminam quam tenemus pro Arelatensi ecclesia in Camargiis, ad Mesenx, pro ccc^tis^ sol. Melgoriensis monete ; tali convenientia, ut per vi. annos habeas et teneas, tu et successores tui in Arelatensi ecclesia, et abhinc, donec reddamus tibi peccunia ; neque valeam hanc condaminam redimere, nisi tantum ex peccunia propria, neque ad hoc ut alii obligemus. Et si forte moneta mutata vel minorata fuerit, aliquo modo, ego Raymundus Ysnardi, vel heres meus, pro ccc^tis^ sol. reddemus vi. marchas et dimidium, et unciam et dimidium uncie argenti obtimi et fini. Facta est hec carta in civitate Arelate, in mense octobris, anno ab Incarnato Domino M. C. XXX. VII, indicione xv. Hujus pignoris sunt testes : Aldebertus monachus Massiliensis, Ugo Amelii et Raymundus Vilelmi, cannonici, et Petrus de Sallone, et Vilelmus de Sancta Enimia, et Guirardus de Claustra, et Bernardus de Crau, et Bernardus de Vilanova, et Gaufredus Malherba, et Bernardus Agagannors, et Petrus Jordani, et Petrus Guitberti, et Villelmus Aimaricus. Bertrandus scripsit.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 131.

1. A principii. — 2. C p. nostrorum. — 3. A honeremus. — 4. [illegible] — 5. [illegible] C auxilium..... exercendis. — 6. A [illegible] — 7. A si. — 8. A debitis quam.

533 2 mars 1138?

vi nonas martii, obiit Bernardus episcopus Arelatensis.

Nécrologe de St Gilles. Celui de la Canourgue indique les 4 et 6 du même mois.

GUILLAUME I Monge ou le Moine, 1139-1141.

Auparavant chartreux à Montrieu, d'où le surnom de le Moine ; voir plus loin, à 1166?

534 Uzès (24 févr. 31 août) 1139.

Le cardinal diacre Guy [1] *met la concorde entre les monastères de Saint-Thibéry et de la Chaise-Dieu...* Sicut a d. n. papa Innocentio in mandatis accepimus, termino ad Uticensem ecclesiam constituto,... pro pace... componenda cum dno Guillelmo Arelatensi archiepiscopo, sedis apostolicæ legato, cum vener. viris P[etro] Nicensi, R[aimundo] Agathensi, ... episcopis.,. diligenti efficacia laboravimus ... † Ego Guillelmus, Arelatensis ecclesiæ archiepiscopus, apostolicæ sedis legatus, *etc.*

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 488-9 ; 3e éd., t. V, c. 1033-5. Bouquet, *Recueil*, t. XIV, p. 310 1.

535 Barcelone, 18 novembre 1139.

Guillaume, archevêque d'Arles, légat en Espagne.

Reverendissimo W. *Arelatensis ecclesie archiepiscopo*, ac *S. R. E. legato*, clerus et populus Barcinonensis ecclesiæ, obedientiam et subjectionem. Credimus non latere auctoritatis vestræ excellentiam, quod nostra ecclesia sit viduata suo pastore, ac propter hoc, solatio proprii sit destituta rectoris. Quapropter, ne pastore absente, grex dominicus perfidorum luporum morsibus pateret, et ne improbi raptoris fieret preda, communi voto atque consensu elegimus nobis in pontificem Arnallum, presbiterum nostræ ecclesiæ, virum utique « prudentem, hospitalem, ornatum moribus, castum, sobrium et mansuetum, Domino et hominibus per omnia placentem » ; quem ad vestræ benignitatis reverentiam mittere curamus, unanimiter postulantes, et obsecrantes, a vestra majestate nobis illum ordinari pontificem ; quatenus, auctore Domino, nobis velut idoneus pastor præesse valeat et prodesse, nosque, ejus sub sacro regimine, Domino semper militare possimus. Ut autem omnium nostrum vota in hanc electionem convenire

1. Dom Brial a supposé à tort qu'il avait la diaconie de Sainte-Marie *in Via lata :* elle était alors occupée par le cardinal Hubald. Guy portait simplement le titre de cardinal diacre, comme sept autres de ses collègues sous le pontificat d'Innocent II (Jaffé, t. I, p. 841).

noscatis, huic canonico decreto propriis manibus roborando, subscripssimus hujus electionis decreto canonice celebrato, VIII kalendas decembris, anno ab Incarnatione Domini M.C.XXXVIIII. = Berengarius, Dei gratia Gerundensis ecclesiæ episcopus. = Sig†num Petri, archidiaconi. — Sig†num Petri primi clerici (f. *primicherii*). = *(33 autres signatures, diacres, sousdiacres, prêtres, dont la dernière est :)* Sig†num Petri, presbiteri. = *Ego Guillelmus, Arelatensis ecclesiæ servus, et apostolicæ sedis legatus*, hanc electionem confirmo. — Sig†num Raymundi, Dei gratia Ausonensis episcopi. — Sig†num Arberti Castri vetuli. = *(8 autres signatures, puis :)* Poncius subdiachonus scripsit hoc, die et anno † quo supra.

VILLANUEVA, *Viage literario a las iglesias de España*, 1851, t. XVII, p. 317 (Ex archiv. eccl. Barcin. cubic. III. tit. privil. pontif. scrin. 2, n° 3). Le siège métropolitain était vacant depuis la mort de saint Oldegaire.

536 16 décembre 1139.

Institution et dotation de la collégiale de San Pedro de Cercada, en Catalogne, pour des chanoines réguliers de St-Augustin. Avec les évêques d'Elne et de Barcelone signe Guillermus, Arelatensis archiepiscopus et Romanæ sedis legatus.

VILLANUEVA, ouvr. cité, t. XIV, p. 211-2, et t. XVII, p. 187.

537 2 mai 1140.

Guillaume, archevêque d'Arles, légat en Espagne.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Notum sit omnibus hominibus, quod ego *Willelmus, Arelatensis archiepiscopus*, et *apostolicæ sedis legatus*, cum consilio comitum Palearensium, Arnaldi scilicet et Artaldi, et cum consilio Raymundi Petri de Heril, et abbatum, Benedicti videlicet Sancti Saturnini, et Berengarii Lavicensis ecclesiæ, et in presencia archidiaconorum Urgellensium, Geraldi scilicet et Petri Willelmi, et prioris Rotensis ecclesie Willelmi Bonifilii, et Willelmi Petri, Rotensis archidiaconi, et in conspectu multorum aliorum tam clericorum quam laycorum, talem concordiam feci inter episcopos, Petrum scilicet Urgellensem et Gaufredum Rotensem, de ecclesiis quæ sitæ sunt in Palearensi et Urgellensi comitatu, quas predictus Gaufredus Rotensis possidebat, et Petrus Urgellensis ab eo requirebat : quod earum medietatem Petrus Urgellensis recuperet, et quiete habeat, et possideat in vita sua ; aliam vero medietatem G. Rotensis quiete similiter habeat, et possideat in vita sua ; factis inter eos competentibus divisionibus, sine utriusque partis deceptione. Hæc autem concordia taliter facta est, quod Petrus Urgellensis deinceps, quamdiu vixerit, Gaufredo Rotensi episcopo, neque alicui successori suo, super illis ecclesiis aliquam litem moveat. Similiter G. Rotensis episcopus Petro Urgellensi, neque alicui successori suo, deinceps, quamdiu vixerit, super illis ecclesiis aliquam litem moveat. Post obitum vero illorum, utriusque successoribus libera sit potestas huic concordiæ stare, vel denuo in presencia domini Papæ, vel legati ejus, litem suscitare. Hæc est pars divisionis hujus, contingens Urgellensi episcopo : ecclesiæ videlicet omnes quæ sitæ sunt, vel erunt, in valle quæ dicitur vallis Sennid, et in valle de Bovino, et ecclesia Sancti Martini de Aren, cum suis pertinenciis, et ecclesia de Girbeta cum suis pertinenciis, et omnes aliæ ecclesiæ Palearensis et Urgellensis comitatus, quæ sunt vel erunt ultra flumen de Nogairola ; et de ista parte ipsius fluminis, ecclesia Sancti Stephani de Sarga cum suis pertinenciis. Facta est hæc convenientia anno ab Incarnacione Domini M.C.XL, sexto nonas maii. = Ego *Guilelmus, Arelatensis ecclesiæ archiepiscopus* et *apostolicæ sedis legatus*, confirmo. = Ego, Petrus Urgellensis episcopus, hoc signo † confirmo. = Sig†num Arnaldi comitis Palearensis. = Sig†num Artaldi, comitis Palearensis. = Ego Gaufridus, Barbastrensis ecclesiæ presul et exul, confirmo. = Sig†num Willelmi Petri, archidiaconi Barbastrensis. = Sig†num Petri Willelmi, archidiaconi Urgellensis. = Sig†num Raimundi Petri de Heril. — Sig†num Geralli, archidiaconi. = Nicolaus, canonicus Sancti Rufi, hanc cartam scripsit, et hoc sig†no roboravit.

VILLANUEVA, *Viage literario* cité (1850), t. XI, p. 199-200 (ex autographo, in archivo episcopi Urgell.) ; cf. p. 43-4, et t. XVII, p. 187.

538 5 novembre 1141.

Jugement de Guillaume, archevêque d'Arles, entre ses chanoines et St-Victor de Marseille.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod anno ab Incarnatione Domini M°.C°.X°L.I°, nonas novembris, anno dni pape Innocentii pontificatus XII, dominante in Romano imperio Conrado ; coram me *Guillelmo* scilicet *Arelaten. ecclesie archiepiscopo, apostolice sedis legato*, assistentibus michi Bernardo Aurasicensis ecclesie episcopo, et Arnaldo ejusdem ecclesie sacrista, et Balcherio capellano meo ; inter canonicos Arelatenses, et monachos Massilienses, super ecclesiis Sancti Honorati, et Sancti Romani, et Sancti Petri de Fanabregolis, et Sancti Cesarii de Villanova, et S. Hermeti, et ecclesia Sancti Cesarii de Bozareno ; et de nona parte decimarum de Papia, controversia in hunc modum est agitata. In primis, Arelatenses canonici adversus abbatem et monachos Massilienses conquesti sunt, eo quod supradictas ecclesias eis abstulerant, et eas injuste detinebant. Et ideo earum restitutionem, cum omni causa, sibi fieri postulabant. Ad hec Massilienses quadripartite respondentes, primo dixerunt : se nequaquam debere super his ecclesiis respondere ipsis canonicis, eo quod ipsi tales persone erant, quibus super hac re, adversus eosdem monacos, actio minime competebat ; qui[a] ad stationem episcopi eas pertinere certum erat. Secundo titulum, tertio possessionem, spacio LXX. annorum inconcusse possessam, eis objecerunt. Ad ultimum, privilegiis Romanorum pontificum confirmationem sibi factam allegaverunt, et ipsa privilegia in instanti produxerunt. De titulo, cartas se habere, unam a dno Raimbaldo archiepiscopo factam, alteram a dno Gebelino archiepiscopo dixerunt ; et eas in causa ipsa protulerunt. De possessione vero, quantum pertinet ad ecclesiam Sancti Romani et Sancti Petri, quosdam testes

in medium deduxerunt. Canonici vero idoneos testes produxerunt, asseverantes eosdem canonicos monachis ipsis possessionem, tam de ecclesia Sancti Honorati, quam de aliis sepissime perturbasse, et per sinodales interpellationes frequenter interrupisse. Utriusque itaque partis allegationibus auditis, et cartis a monachis prolatis diligentius perspectis, et testibus utriusque vigilanter examinatis ; si alium judicem in hac causa habere, aut si per me judiciariam sententiam accipere vellent, monachis et canonicis a me percunctatis, et ipsis mutuo consensu acclamantibus se neminem alium quam me in hoc negotio judicem velle habere ; in primis, sententia diffinitiva protuli, canonicis adversus monachos, super his ecclesiis, actionem bene competere. Deinde, cartas ipsas omnino falsas, multas ob causas deprehendi, et tam ipsas quam titulum nullius esse momenti, certo certius judicavi. Possessionem vero eis indesinenter interruptam fuisse, pro certo cognovi, unde, neque titulum, neque possessionem canonicis rationabiliter poterant pretendere. Quod autem privilegiis Romanorum pontificum supradictas ecclesias sibi concessas fore mostraverunt, quamvis falsas preces dno Pape porrectas esse constiterit, et michi evidentius ex ipsis privilegiis apparuerit, privilegia patrum meorum attingere formidavi, et situm in tempus distuli. Quibus autem modis carte ille false apparuerint, breviter notifico. Carte ambe generaliter in hoc false apparuerunt, quia instrumenta privata fuerunt, minus contempta suis partibus ; neque enim testibus, non sigillo, non annis Incarnationis Domini, non imperatoris annotatione munita fuerunt. Specialiter autem carta Raimbaldi falsa apparuit, quia illi canonici in ea scripti sunt, qui in tempore Raimbaldi in ecclesia Arelaten. minime fuerunt. Et hoc protestati sunt Michael et Bernardus Gaufredi, qui multos canonicos, quos nomine tenus expresserunt, in causa ipsa viderunt, qui in tempore Raimbaldi fuerunt, et quidam etiam eorum ante Raimbaldum in ecclesia Arelaten. vixerunt ; qui omnes supradictas ecclesias sibi injuste ablatas a monachis conquerebantur. Carta vero Gibilini in hoc falsa apparuit, quia in priore placito, Durantus sacrista ibi scriptus erat, cum non Durantus sed Bertrandus, sacrista Arelaten. fuerit. In sequenti vero placito, minus de sua justitia monachi confidentes, Durantum deluerunt, et Bertrandum apposuerunt, et liture evidenter in carta apparuerunt. Raimbaldus etiam prepositus, et Raimundus decanus, in ea carta scripti fuerunt ; cum Raimundus tempore Raimbaldi prepositi decanus non fuerit, sed Poncius de Carboneira, qui etiam post mortem Raimbaldi prepositi apud Sanctum Jacobum mortuus est. Et hoc similiter Michael et Bernardus Gaufredi coram me contestati sunt. Hoc itaque memoriale posteris volens relinquere, scripture hujus paginam adhibeo, et meo sigillo munio. Hujus rei testes sunt, Ugo Amelius, decanus Arelaten. ecclesie, Guilelmus Garnerii, capud scole ejusdem ecclesie, Bernardus Gaufredus, Michael, *Petrus Isnardus*, Willelmus de Gorda, Raimundus Vilelmi, Vilelmus de Cabannas, Arnulfus, Vilelmus Bligerii, Vilelmus Bernardi, Guiraudus de Taulillan, Borno, Petrus Garnerii, Petrus de Trivillano, Maiolus, Folco de Berra, Ugo de Sancto Leontio, Ugo, filius Raimundi Sacriste, Petrus Flota, Poncius Pauli, Poncius de Baucio, Boso, Isoardus, Petrus de Forcas, Vilelmus de Jonqueriis, Petrus Azalbadi, Petrus Vilelmi, Amelius, Petrus de Sallone, Vilelmus Barreira, Raimundus de Sancto Mauricio, Petrus de Medinis, Ugo de Lambisco, Vilelmus Ferrol, Raimundus de Angulis, Rainaldus Amelii, Bertrandus Gadaldi, Vilelmus Aicardi Rufus. Bertrandus qui hanc cartam scripsit.

Authentique du chap. d'Arles, f° 110 v°.

539 28 décembre 1141.

v. cal. januarii, obiit Guillelmus archiepiscopus Arelatensis.

Nécrologe de l'abb. de St-Gilles.

540 1er janvier 1142.

Le pape Innocent II mande vener. fratri Guillelmo, Arelatensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato, *d'excommunier de nouveau les consuls de Montpellier, qu'il avait précédemment absous et qui refusaient de faire justice à leur seigneur Guillaume.*

Bouquet, *Recueil*, t. XV, p. 407 8. Jaffé, 8338 (5905), à tort à 1143 ; cf. 8186.

RAIMOND I de Montredon, 1142-1160.

D'abord archidiacre de Béziers (n° 526), évêque élu d'Agde en 1130 (Jaffé, n° 7431), il figure en dernier lieu comme tel au concile d'Uzès en 1139 (n° 534).

541

Petri Venerabilis abbatis Cluniacensis
Epist. lib. v, ep. 4.

Summo pontifici et speciali patri nostro, dno papæ Eugenio... Scripsit sublimitas vestra archiepiscopo Arelatensi et episcopo Vivariensi ut litem, quæ pro monasterio Sancti Baudilii, inter Nemausensem episcopum et Casæ Dei abbatem surrexerat, loco congruo et die, utraque parte advocata, diligenter audirent et, præter diffinitivam sententiam quam vobis reservari mandastis, cuncta sollicite examinarent, et examinata ad vos nuntio vel litteris referrent. Sed... notum facio, quod... pro certo comperi, adeo alteri parti hos suspectos esse examinatores, ut pene idem sit hoc imponi Arelatensi, quod esset si imponeretur episcopo Nemausensi. Et ut me... verum dicere sapientia vestra cognoscat, noverit Arelatensem natum in diœcesi Nemausensi, oblatum a patre, dum puer esset, ecclesiæ Nemausensi, nutritum a puero usque ad juvenilem ætatem in ecclesia Nemausensi, canonicum fuisse ecclesiæ Nemausensis ; et postquam episcopus Agathensis factus est, et postquam in Arelatensem archiepiscopum promotus est, semper defendisse negotia ecclesiæ Nemausensis, semper contra adversarios pugnasse ecclesiæ Nemausensis....

Patrologia latina, t. CLXXXIX, c. 386-7, ex *Biblioth. Cluniac.*

542 1142 ?

Donation par P[ierre], abbé de Saint-Victor, aux chartreux de Montrieu, in presentia R. Arelatensis archiepiscopi et Guilhermi Tholonensis episcopi....

Voir la pièce à la chartreuse de Montrieu. [Elle me paraît se terminer à « multorum aliorum », la charte datée de 1141 ne commençant qu'à « Ego Faraldus ».]

543 1142.

Échange entre Raimond de Montredon, archevêque d'Arles, et Pierre de Lambesc.

Notum sit cunctis presentibus atque futuris, quod ego Petrus de Lambisco, cum consilio uxoris mee Azalaice, et filiorum meorum, Poncii, Petri et Raimundi, et Ugonis de Lambisco, fratris mei, et Raimundi de Baucio, et Willelmi Petri, de Lambisco, et Ugonis de la Berben, solvo, trado et cedo, Domino Deo et beatissimo Trophimo, et sancto Stephano, et tibi *Raimundo, sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo*, et successoribus tuis, quicquid teneo, habeo, vel habere debeo, vel aliquis homo vel femina per me, in castro et in villa, et in toto territorio de Sallone. Et in fide mea promitto tibi, quod ego, vel successores mei, numquam in prefato honore, sine tuo vel successorum tuorum consilio, aliquid adquiremus. Et ego Raimundus Arelatensium archiepiscopus, dono ad feudum tibi Petro de Lambisco, et posteritati tue totum castrum de Alvernico, et castrum de Avalone, et omnia que ad ipsa castra pertinent, preter ecclesias et decimas de ipsis castris, et illa que ad ipsas ecclesias pertinent. Et pro isto honore, tu, Petre de Lambisco, et successores tui, debetis michi, et successoribus meis, jurare vitam et membra, et claustrum et ecclesiam Arelatensem, et castrum totum de Sallone, et mea castra, sive munitiones, et omnem Arelatensis ecclesie honorem. Et debes, tu et successores tui, michi et successoribus meis, facere juramentum quod semper eritis fideles adjutores contra omnes homines qui Arelatensi ecclesie honorem suum injuste auferre voluerint. Preterea retineo in prefato honore hominium, fidelitatem, et servicium, et albergam xx^ti^ equitatoribus per singulos annos. Et quocienscunque Arelatensis archiepiscopus per se, vel per certos nuncios suos, mandabit tibi, vel successoribus tuis, ut reddatur eis castrum de Alvernico, sive de Avalone, tu, vel posteritas tua, remota omni occasione, fideliter reddetis eis, in fide et mercede eorum, ipsa dua castra, et omnes illas munitiones que modo sunt in Alvernico et in Avalone, vel in futurum in toto territorio supradictorum locorum erunt. Et recuperatis munitionibus illis, ego vel successores mei, munitiones illas non destruemus, nec eas tibi vel successoribus tuis auferemus, nisi ante redditionem ipsorum castrorum, nobis justiciam facere denegaveritis, vel postea facere nolueritis. Et promitto tibi quod nec ego nec successores mei concedent alteri dominium istud, sine tuo vel successorum tuorum consilio. Et ego Raimundus Arelatensis ecclesie archiepiscopus donavi tibi Petro de Lambisco, pro placito isto, sexcentos solidos Melguoriensis monete. Hanc cartam laudaverunt et firmaverunt Raimundus Arel. archiepiscopus et Petrus de Lambisco, in presentia canonicorum Michahelis, Willelmi de Gorda, Raimundi Villelmi, Willelmi Bermundi, Arnulfi, Bermundi de Baucio, Bertrandi d'Aigueria, Petri Laureti, Willelmi Bernardi Raingarda, Willelmi Petri, Raimundi Bernardi, Berengarii Bernardi, Jordani, Amelii Bastonis, Bertrandi de Conforcii, Rainoardi, Raimundi Sancti Cannati, Willelmi Aicardi, Rainaldi Rostagni, Bertrandi Gaufredi, Rostagni de Malamorte, Willelmi Bonifilii, Rainaldi Autardi, Petri Aurella, Aldeberti Autardi, Raimundi Aldeberti, Petri de Sallone, Gaufredi Mataroni, Petri Florencii, Willelmi Petri, de Lambisco, Petri Sancii, Petri Rufi, Ugo de la Berben, Willelmi Rostagni, de Alvernico, Ugo de Vila sola, Willelmi Bertrandi, Willelmi de Bruneti. Anno ab Incarnatione Domini M°C°X°L.II°. Hanc eandem solutionem, tradicionem et cessionem, ego Azalaxis, uxor Petri de Lambisco, et filii mei, Pontius, Petrus, et Raimundus, laudamus et confirmamus. Et facta est hec laudacio et confirmatio apud Berben, in presentia Raimundi Juliani, Petri Bastonis, Willelmi de Alvernico, Ugonis Amelii, decani, Raimundi W., Berengarii de Gigano, Bernardi Garcini, Willelmi Garcini, Willelmi Andree, Martini de Caunis, Bernardi Milonis. Hoc idem laudavit et confirmavit, solvit et tradidit, Ugo de Lambisco, frater Petri de Lambisco, apud Arelatem in camera archiepiscopi, in presentia Ugonis Amelii, decani, et Bertrandi Agatensis ecclesie sacriste, et Petri Garnerii, Willelmi Alberti, Bernardi de Figareto, Willelmi d'Aizenat, Willelmi de Alvernico, Willelmi Aicardi Rufi, Willelmi Andree, Johannis de Marciliano, Matani, Martini de Caunis, et Petri de Sallone.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 29. Livre rouge, f° 223. Suivent l'hommage de Pierre de Lambesc, et l'acte de Hugues de Lambesc, cédant ce qu'il a à Salon (sans date). [C'est cette pièce qui a dû donner lieu au Raimond I de la *Gallia* (c. 559) : on a lu la date « mcxiii » au lieu de « mcxlii ».]

544 1143.

Ego Raimundus de Baucio..., consilio et voluntate uxoris mee Stephanie et filiorum meorum, toto corde et sine inganno, ad intellectum Raimundi Arelatensis archiepiscopi..., reddo... totum honorem Sancti Nicholai de Marignana, et totum honorem Sancte Marie de Marignana... Et ut hoc factum ratum semper et inconcussum permaneat, .. canonici dederunt michi cc. sol. bonorum solidorum Melgoriensium... Factum est hoc anno ab Incarnat. Dni M°C°XL°IIJ°, indict. vi, regnante Colrado rege. Testes... Petrus Isnardi....

Authentique du chap. d'Arles, f° 118 v°.

545 1143.

Guillaume Leurade et son frère Pierre promettent à l'archevêque Raimond de ne pas vendre leurs biens à Aniane, et lui cèdent pour 100 sous Melgoriens le droit de prélation.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 33.

546 Janvier 1143.

Accord entre l'archevêque Raimond et Raimond de Saint-Cannat, au sujet du territoire de Mézens.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 23 v°.

547 Janvier 1143.

Accord entre le même archevêque et Aldebert Guiralda, touchant le même territoire.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 24.

548 Fourques (Gard), 2 septembre 1143.

... Ego Ildefonsus, comes Tolosanus, dux Narbone et marchio Provincie, propter querimonias quas Raimundus Arelatensis archiepiscopus et antecessores sui... adversum me et antecessores meos fecerant..., solvo, reddo et dono Deo et s. Arelatensi ecclesie, et tibi Raimundo archiepiscopo et successoribus tuis, omnes decimas novarum terrarum, in tota Argentia... ; præterea trado tibi... insulam illam... quæ Boscus comitalis appellatur ; præterea concedo tantum in illis pratis, quæ vulgo Prata comitalia vocantur, *etc.* Ego Ildefonsus comes et successores debemus unicuique Arelatensi archiepiscopo homagium facere.... Et ego Raimundus, Arelaten. archiepiscopus, consilio Hugonis decani, Guilielmi precentoris, Petri Ysnardi, *etc.* canonicorum Arelat.... laudo et concedo tibi Ildefonso comiti et successoribus tuis totam Argentiam.... Facta sunt hec apud villam que appellatur Furcas, juxta caput ecclesie S. Martini versus orientem... Testes : Hugo Amelius decanus, Willelmus Garnerius precentor....

Archev. d'Arles, Chartrier de Mondragon, n° 147, orig. Authent. du chap. d'Arles, f° 146. Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 13. Livre rouge, f° 75. Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 117-8. *Gallia christ. nova*, t. I, instr. p. 97.

549 1143.

Audi, tu, Raimunde Arelatensis archiepiscope, ego Ildefonsus, comes Tolose, dux Narbone et marchio Provincie, juro tibi, vitam, membra et corpus tuum, et ecclesiam Arelatensem et claustrum Arelatense, et castellum de Sellone et castrum de S. Amantio, quod ego non auferam illa.... Sic Deus....

Bouche, ouvr. cité, t. II, p. 117. Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. II, c. 501 ; 3e éd., t. V, c. 1072-3. Bréq., III, 77.

550 1144.

Ego Raynoardus d'Aguilier, ego Pontius de Castellrainart et ego Bertrandus de Castellrainart, fratres, recognoscimus tibi Raymundo archiepiscopo .... quicquid tenemus in tota villa de Maillana et in villa Sancti Andree....

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 52.

551 (Après 13 mars) 1144.

Bulle d'or du roi Conrad III, accordant à l'archevêque d'Arles les droits régaliens et confirmant à son église ses possessions.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Colradus, Dei gratia Romanorum rex secundus, reverendo R. urbis Arelatensis archiepiscopo, ejusdemque civitatis clero et populo, gratiam suam et omnem bonam voluntatem. Antiqui regni consuetudo celebris et imperatorum instituta regum Romanorum discretionem nostram sollicitant, quatenus ecclesiarum utilitatibus nostro imperio subjectarum, et specialiter Arelatensi ecclesie, cui quadam prerogativa privilegiorum tenemur, studeamus subvenire, et ut proprie sedi nostre provincie, clericos defendere, bona illorum, ad laudem et gloriam nominis Christi, illibata servare, et ne aliqua impiorum tirannide affligantur maxime operam dare ; si qua etiam eisdem dampna injuste et absque ratione ab aliquibus inferantur, pie et misericorditer reformando, eadem resarcire. Imperialia itaque decreta sequentes, et antecessorum nostrorum clementiam imitantes, tibi, venerande R. Arelatensis civitatis archiepiscope, et per te ecclesie tue et successoribus tuis, nostra regalia in urbe Arelatensi et totius tui archiepiscopatus concedimus ; scilicet justicias, monetam, Judeos, farnarias, cordam, quintale, sextarium, redditus navium, montationes, stagna salinarum, lacus, paludes, pascua de Cravo ; ut habeas, et perpetuo tu et Arelatensis ecclesia auctoritate nostre munificentie in pace possideas, et per te tui successores, quicumque in ecclesia Arelatensi catholice extiterint. Concedimus etiam tibi jurisdictionem post nos in civitate Arelatensi. Insuper, confirmamus tibi dominium quarte partis reddituum Arelatensis civitatis, et quartam partem Albaronis, et quartam de Fosso, quod nobilis comes R. Tholosanus Arelatensi ecclesie, et Gibilino archiepiscopo et successoribus suis in testamento suo noscitur dimisisse ; dominium de Trencataliis, castrum de Sallone, castrum de Alvernico, castrum de Avalone, castrum Sancti Amantii, castrum Vercum, castrum de Mornacio, castrum Montis Drachonis, castrum de Nions, castrum de Vinzobrio ; abbatiam Sancti Gervasii, cum omnibus suis pertinentiis ; piscariam de Ponte ; et quicquid Arelatensis ecclesia, in civitate vel extra, per seculares seu æcclesiasticas personas habet et possidet, vel juste habere debet, vel in antea acquirere poterit, tibi jam dicto R. et Arelatensi æcclesie et successoribus tuis concedimus. Verum, ut ista donatio, seu hujus privilegii confirmatio, firma et stabilis posteris tuis æternaliter permaneat, presentem paginam bulla nostra aurea muniri jussimus. Si qua vero improborum temeritas confirmationem istam inquietare voluerit, banno regali subjaceat, et pro pena XL. libras auri se daturum cognoscat ; cujus dimidium fisco nostro, et dimidium Arelatensi archiepiscopo fore cognoscimus. Hujus autem donationis seu privilegii confirmationis testes esse volumus, Henricum Maguntinum archiepiscopum, episcopos Luccam [1] Garmaciensem, Orlibum Basiliensem, Burcardum Argentinum, Citerium archidiaconum, Albertum notarium, et alios multos. Factum est hoc privilegium anno ab Incarnat. Dni M.C.XLIIII, anno vero VII regni ejus.

Arch. des B.-du-R. Liber aureus. eccl. Arelat., n° 71. Orig. ; la bulle a été enlevée. Saxi, *Pontif. Arelat.*, p. 226-8. Bouche, *Hist. de Prov.*, t. I, p. 821. Bréq., III, 86. Stumpf, n° 3518 (à 1147).

552 Arles, 28 mars 1144.

Confirmation de Raimond, archevêque d'Arles, aux Hospitaliers.

Anno ab Incarnatione Domini M.C.XL.IIII. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego *Raimundus Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, com-

1. [Saxi *a lu* Buccani ; *il faut* Burcardum.]

muni consilio canonichorum, Ugonis scilicet decani, W. Garnerii, precentoris, Raimundi W., Gaufredi Porcelleti, W. Bermundi, W. Bligerii, Geraudi de Taurinnana, Petri de Trivillana, Hugonis sacriste, Leodegarii de Senaz, Wilelmi Bernardi, Arnulfi, et aliorum, laudo et confirmo Domino Deo, et sancto Johanni Babtiste, et hospitali Sancti Sepulchri, et pauperibus ipsius hospitalis, et tibi Arnaldo, hospitalis Sancti Egidii priori, et Guilelmo Beraldo, et Duranto de Bereto, et Petro Lupe, militi, ceterisque confratribus, sicut ab Attone et Bernardo, antecessoribus meis, data est, ecclesiam Sancti Thome appostoli, cum omni honore quem circa ipsam ecclesiam, clausum terra vel lapide, in presenti possidetis : ortum videlicet, domos, curias et cimiterium. De hoc nullum servicium facietis, nisi quod, in vigilia Natalis Domini, xxv. [sol.] Melgoriensium persolvatis. Et quocienscumque navem facietis, portabitis in ea mea, sine precio, unum ex clericis de domo et mensa Sancti Trofimi, cum mantica et rebus quod ad usum et officium suum necessarie fuerint. Preterea, laudo vobis omnem honorem quem deinceps comuni consilio canonicorum Sancti Trophimi adquiretis. Salva reverencia et fidelitate Arelatensis ecclesie. Hujus autem honoris decimas et tasquas sine impedimento nobis retinemus. Hac iterum condicione ut decimas nostrarum ecclesiarum a nemine accipiatis ; nec corpora mortuorum, nisi confratrum vobis datorum et vestre familie, absque consensu archiepiscopi et canonicorum, ibi sepeliatis. Si vero amplificatio cimiterii vestre familie et confratrum multitudini necessaria fuerit, comuni consilio archiepiscopi et canonicorum vobis concedetur. Acta est carta in civitate Arelate, in mense marcio, v. kalendas aprilis.

Arch. des B.-du-Rh. Ordre de Malte. Authentique de Trinquetaille, f° 77.

553 30 mars 1144.

Lettre du pape Lucius II vener. fratribus... R[aimundo] Arelatensi, P[ontio] Aquensi, G[uillelmo] Ebredunensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, *leur mandant de protéger les biens de l'abbaye de St-Victor.*

Cartul. de St-Victor, t. II, p. 258. Bréq., III, 80. Jaffé, 8558 (6044).

554 Arles, 1145.

Hec est carta recognitionis quam ego Bertrandus de Veruna fieri jussi de placito quod habui cum canonicis S. Trophimi, ante archiepiscopum Raimundum... *(pour un* honorem in territorio S. Ypoliti). — Facta sunt autem hec in domo archiepiscopi, anno ab Incarnatione Domini M°.C°.XL°.V°.

Authentique du chap. d'Arles, f° 126 v°.

555 Arles, 1146.

Donation et vente à St-Victor et à l'abbé Pierre, par Guillaume de Moreriis, *etc., de biens au terroir de Mouriez,* in presentia R. Arelaten. archiepiscopi ... Facta est carta hec in civitate Arelatensi.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 38 v°. Livre rouge, f° 147 v°. Livre jaune, f° 115.

556 30 juin 1147.

Echange à Saint-Chamas, entre l'archevêque Raimond et Gautier de Saint-Chamas.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 34.

557 Après 1147.

Petri Vener. Cluniacensis abbatis *Epistola sive tractatus adversus Petrobrusianos hæreticos.*

Dominis et patribus, magistris Ecclesiæ Dei, Arelatensi et Ebredunensi archiepiscopis, Diensi et Wapicensi episcopis, frater Petrus, humilis Cluniacensium abbas, salutem et obsequium. — Scripsi nuper epistolam reverentiæ vestræ contra hæreses Petri de Bruis disputantem, sed innumeris et magnis negotiis a dictando animum, a scribendo stylum retardantibus, huc usque mittere distuli. Mitto nunc tandem eam prudentiæ vestræ, ut per vos hæreticis, contra quos scripta est, et etiam catholicis, quibus forsitan prodesse poterit, innotescat. Vobis eam mitto, quoniam in partibus vestris aut circa easdem, stulta illa et impia hæresis more pestis validæ multos interfecit, plures infecit; sed gratia Dei concitante et adjuvante studia vestra, a vestris regionibus sese paululum removit. Migravit tamen, sicut audivi, ad loca satis vobis contigua, *etc.*

Nunquid apud Arelatem, quam necdum per Dei gratiam vester sordidus error infecit, Pauli apostoli discipulus Trophimus, « de cujus fonte, ut papa Zosimus scribit, omnes Galliæ fidei rivulos acceperunt », semper in campo aut in foro prædicavit, baptizavit, oravit, et nunquam domum orationis vel ipse habuit vel alios habere instituit? *etc.*

Biblioth. Cluniac. = *Patrol. latina*, t. CLXXXIX, cc. 719-850 et 770. [Ce traité fut écrit « vers l'an 1135 » d'après les auteurs de l'*Hist. de Languedoc* (t. II, p. 472 ; 3° éd., t. III, p. 791), antérieurement du moins à 1141 d'après Bouche (*Hist. de Provence*, t. II, p. 116) ; en réalité il est postérieur à 1147, année du supplice de Pierre de Bruis, relaté par Pierre le Vénérable : « Sed post rogum Petri de Bruis, quo apud Sanctum Egidium zelus fidelium flammas dominicæ crucis ab eo succensas, eum concremando ultus est... » (c. 723).]

558 1150 ?

Donation de St-Gervais à Pierre, abbé de Cluny.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego *Raimundus Arelaten. ecclesie* dictus *archiepiscopus* monasterium Sancti Gervasii de Fosso, quod, sicut in scriptis habemus, predecessores nostri fundaverunt, cum ecclesiis quas idem monasterium habet in nostro episcopatu, et omnibus aliis appenditiis suis, laudo et concedo, et dono tibi venerabili fratri Petro Cluniacensis monasterii abbati, tuisque successoribus; retenta tamen quarta decimarum et oblationum parte que, secundum instituta canonum, episcopali jure nobis debetur. Pro qua siquidem quarta, inter nos et vos statutum est, ut prior predicti monasterii Sancti Gervasii, et monachi ibidem Deo servientes, nobis, et successoribus nostris, singulis annis lxxx. sol. Melgoriensis monete persolvant : in dominica qua dicitur *Ego sum pastor bonus*, xl. sol., et in festivitate sancti Luce, evangeliste, alios xl. Preterea, concedimus vobis omnes decimas quas in presentiarum

predictum monasterium Sancti Gervasii tenet et possidet, et usque modo possedit, infra terminos baptismalis ecclesie de Fosso, excepta quarta parte decimarum de terris et vineis, quas nobis et successoribus nostris, preter jamdictos LXXX. sol., specialiter retinemus. De omnibus etiam mobilibus oblationibus quas parrochiani ecclesie baptismalis de Fossa eidem monasterio, causa mortis, dimiserint vel secum attulerint, quartam similiter retinemus. Sane, si aliquis ex eisdem parrochianis ipsius ecclesie de Fosso habitum monachi, sanus vel infirmus susceperit, quicquid monasterio dimiserit, vel attulerit, totum concedimus, si non ex infirmitate illa decesserit; si vero decesserit, quartam similiter in rebus mobilibus retinemus. Hec omnia, sicut superius scripta sunt, tibi venerabili fratri Petro Cluniacensi abbati, et successoribus tuis, cum consilio canonicorum nostrorum, in perpetuum concedimus et donamus. Salva reverentia et obedientia episcopali, et justicia sacerdotum et clericorum qui contra ordinem suum fecerint.

Et ego Petrus Cluniacensis abbas, et totus ejusdem monasterii conventus, predictam donacionem a te venerabili Raimundo Arelatensi archiepiscopo factam, debita cum veneratione et gratiarum actione suscipimus et quartam partem decimarum et oblationum, secundum suprascriptum tenorem, tibi et successoribus tuis laudamus et concedimus, et nos, Deo actore, singulis annis, benigne soluturos promittimus. Et ut pax firma et stabilis inter nos et vos deinceps permaneat, promittimus vobis quod ea que Arelatensis ecclesia, per se vel per suos, usque modo habuit et possedit, nos nullo modo inquietabimus, aut adquiremus, sine vestro aut vestrorum successorum consilio.

Chartrier de Salon, n° 323; orig., charte partie. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 343.

559 1150?

Notum sit omnibus hominibus, presentibus atque futuris, quod nos portitores de burgo Gaufredi Porcelluli, recognoscimus tibi Raimundo, Arelatensis ecclesie archiepiscopo... Hujus rei testes sunt, Ugo decanus.... Preter istos, Willelmus Porcellulus...

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 17.

560 Arles, 10 janvier 1150/1.

Reconnaissance par Geofroi de Marseille et ses frères à l'évêque Raimond.... Hanc laudationem et guirpitionem facimus in manu dni R. Arel. archiepiscopi et ad intellectum ejus... Et ego R. Arel. archiepiscopus, de Roca Barbara... mando quod in illa r., propter multa mala et contrarietates que in nostris temporibus evenerunt, nullum edificium, sine meo vel successorum meorum consilio, fiat... Acta... carta in palatio Arelat....

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 149.

561 20 mai 1151.

1151, post quintam ebdomadam dominice Resurrectionis. — Ego Raimundus, Dei gratia Arel. archiepiscopus, assidentibus nobis tam venerabili Gaufredo Avinionensi episcopo,... *fait enquête sur la donation de Manosque à St-Jean de Jérusalem par le comte Gui-gues de Forcalquier, par compromis de la comtesse* Jauceranda, *veuve de Bertrand.*

Arch. des B.-du-Rh. O. de Malte, cart. 49, liasse 626, orig.

562 1152?

... Ego Raymundus Arelatensis archiepiscopus, cum consilio quorumdam militum et proborum virorum..., ad honorem Dei et glor. Virginis matris ejus, et sancti Trophimi et ecclesiæ ejus, innovamus seu injungimus et facimus in civitate Arelatensi et burgo consulatum bonum, legalem et communem : salvo dominio et jure dominorum majorum et minorum....

Gallia christ. nova, t. I, instr. p. 98-9. Cff. BRÉQ., III, 206; Léon CLOS, dans *Mém. présent. acad. Inscr. et Bel.-let.*, 2e sér., t. III, p. 303.

563 1147?, 1152.

Serment de Raimond de Baux à l'archev. d'Arles.

Ego Raimundus de Baltio, juro tibi *Raimundo Arelaten. archiepiscopo*, vitam et membra, et corpus tuum, et ecclesiam Arelatensem, et claustrum Arelatense, et castrum de Sallone, et castrum de Sancto Amantio, et totum alium honorem Arelatensis ecclesie, quod ego non auferam illa, vel aliquid ex illis tibi, neque homo, neque femina, per meum adjutorium, neque per meum consilium. Et si homo vel femina, supradictum honorem, vel aliquid de supradicto honore, tibi auferre atemptaverit, in omnibus et de omnibus tibi fidelis adjutor et defensor ero, contra omnes homines, per fidem, et sine inganno, ad intellectum tuum. Sic me Deus adjuvet et hec sancta quatuor evangelia. Hoc sacramentum fecit Raimundus de Baltio, in presentia Aldeberti Nemausensis episcopi, et Poncii Bernardi, sacriste, et Bertrandi Emenonis, canonicorum Nemausensium, et Ugonis Amelii, decani, Willelmi Garnerii, precentoris, et Raimundi Willelmi, et Willelmi de Gorda, et Arnulfi, canonicorum Arelatensium, et Berengarii de Guano, et Ugonis de Vitrola, et Petri Laureti, et Jordanis de Malo consilio, et Willelmi Aicardi, et multorum aliorum.

Ego Ugo de Balcio, filius Ugonis supradicti, juro similiter tibi Raimundo Arelaten. archiepiscopo, ad intellectum tuum, anno dominice Incarnationis M°.C°.L°.IJ°, in presentia Aldeberti Nemausen. episcopi, Bermundi de Ucecia, Xpistiani archipresbiteri, Poncii precentoris, Petri de Cabannis, Willelmi Bermundi, Willelmi Centulli, Jaufredi Chaucenna..., Stephani de Monte rotundo, Poncii de Monte rotundo, et Raimundi fratris ejus.

Livre noir de l'arch. d'Arles, f° 18.

564 Arles, 1152.

Notum sit quod dns Raimundus, Arelatensis archiepiscopus, fratribus Templi Salomonis, quod est Jherosolimis, cimiterium apud Arelate, juxta oratorium eorum instituit. *Accords :* qui de corpore congregationis ipsius Templi fuerit, liberam ibi sepulturam ; *pas ainsi des autres.* Facta est compositio hec ... anno ab Incarnat. Domini M.C.LII, in civitate Arelate, in domo archiepiscopi, presente ipso dno Raimundo archiepiscopo et venerabili Gaufredo Avinionensi archiepiscopo....

Authentique du chap. d'Arles, f° 109 v°.

565 1152.

Nos canonici ecclesie Sancti Trophimi, consilio Raimundi, supradicte ecclesie archiepiscopi, concedimus et laudamus tibi Guigoni, priori Sancti Genesii, illam terram quam Petrus Amalricus supradicte ecclesie S. Genesii pro anima sua reliquit, ad tascam et ad decimam.

Authentique du chap. d'Arles, f° 121 v°.

566 Salon, avril 1152.

Vente à Raimond, par Gautier et Bertrand de Saint-Chamas de ce qu'ils ont à Calissane, pour 500 sous Melgoriens, et en plus molendinum quod est sub ponte Flaviani, et piscarium quod est de Todobra, quod est juxta mare, *qu'ils reçoivent sous sa directe.* — Factum in castro de Sallone, in presentia ipsius dni Raimundi archiepiscopi.

Livre noir de l'archevêché d'Arles, f° 35.

567 Arles, juin 1152.

Vente à l'archev. Raimond, par Guillaume Bellarot, du local qu'il possédait près la porte de St-Étienne, à droite. — Facta... in domo archiepiscopi.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 18.

568 Arles, 29 décembre 1152.

Translation de saint Trophime, apôtre des Gaules.

Anno ab Incarnatione Domini MCLII, epacta XII, indictione I, Rome sedente dno papa Eugenio III, regnante Conrado imperatore, venerabili viro Raimundo archiepiscopo Arelatensem ecclesiam gubernante, præsentibus Vualfrido Avenion., Bernardo Arausion., Berengario Vasion., Petro Massilien. episcopis, quamplurimis etiam tam Arelaten. quam Narbonen. sive Aquen. provinciæ clericis atque baronibus, studio et diligentia prædicti Raimundi archiepiscopi, facta est translatio corporis beatissimi Trophimi, Galliarum apostoli, in ipsam ecclesiam Arelatensem, ab ecclesia Sancti Honorati in Eliseis campis, IV. kalendas januarii, in cujus tumba inventæ sunt multæ sanctorum reliquiæ.

SAXI, *Pontif. Arelat.*, p. 231, BOUCHE, *Hist. de Provence*, t. II, p. 142.

[Cet événement a été développé, au moyen âge, en vers provençaux par l'auteur anonyme de la Vie de saint Trophime, dont Bertrand Boysset acheva une copie le 27 février 1379 (1380 n. st.)[1]. Il n'en subsiste qu'un feuillet (vers 400-457), relié à la fin d'un recueil de morceaux variés conservé dans le cabinet de M. Paul Arbaud, à Aix[2]. Heureusement qu'au commencement du XVIIe siècle, un certain « Louys Fevrier », à qui le manuscrit de Boysset avait été prêté, en fit une transcription exacte[1], aujourd'hui conservée à la Biblioth. Nation. de Paris, ms. franç. 13514 (anc. suppl. fr. 3213). Cette copie a été reproduite à son tour pour Sainte-Palaye (ms. 3309 de la biblioth. de l'Arsenal). Un autre ms. de la Vie de saint Trophime, du XVIIIe siècle, se trouve à la biblioth. de Naples (I. G. 40, f°s 33 v°-38). M. BARTSCH en a donné un fragment dans sa *Chrestomathie provençale*[2]. — La Translation existe séparément dans le ms. 108 de la biblioth. d'Arles (Actes... concernant l'archevêché d'Arles, t. II), p. 385-8 : « TRANSLATION DE LO CORS DE SANT TROFEME. Cant los papas sant Peir, sant Paul.... Que an Dieu Jhesu Crist nos acabon perdon. Amen »[3]. C'est sans doute d'après ce ms. que l'abbé TRICHAUD a publié ces 137 vers dans son *Histoire de la sainte église d'Arles*, en les faisant précéder de ces mots : « Un témoin oculaire composa un petit poëme, en idiome provençal de l'époque, sur ce mémorable événement... C'est une pièce historique... La voici telle qu'on la conserve aux archives de l'hôtel-de-ville d'Arles »[4]. L'auteur se donne en effet comme contemporain : « Car sagon que ieu ay vist en la translation | De lo cor... », bien qu'il soit difficile d'admettre que ces vers remontent au XIIe siècle. Rien n'indique d'ailleurs que ceci fasse une partie séparée de la Vie : l'histoire de la translation ne commence qu'au 65e vers, à peu près au milieu.]

569 1153.

R. archiepiscopus Arelatensis *donne, avec ses chanoines, à R. Gallician et à ses frères la collection des dîmes et tasques de l'église...; un quart pour lui.*

Authentique du chap. d'Arles, f° 108 v°.

570 Juin 1153 (1154 !)

Diplôme de Frédéric I en faveur de l'église d'Arles.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Fredericus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Imperialem munificentiam decet hiis qui promeruerunt premia virtutum tribuere, et fidelissimos imperii dignis gradibus honorum provectos, ceteris circa res imperiales devotis in exemplum et signum bone spei collocare. Quo circa noverit omnium fidelium nostrorum, tam future quam presentis etatis, industria quod in archivis imperii nostri continetur Arelatem ita ad nos pertinere, quod secundum possessorem habere non valeat, set quamdiu ab eadem civitate absumus, per archiepisco-

1. « Anno Dom. millesimo CCCLXXIX, die XXVIJ mensis febroarii, fuit fenitum seu escriptum totum istum romancium seu vita beatissimi Trophimi, qua[m] escripsi ego Bertrandus Boysseti totum... » (Paul MEYER, *Les manuscrits de Bertran Boysset*, dans *Romania*, 1893, t. XXII, p. 94).

2. *Rev. des langues Romanes* (1888), 4e sér., t. II, p. 477. *Romania*, l. c.

1. « Le trentiesme jour du mois de mars mil six cents dix sept, Anthoine Agard, maistre orfebvre de ceste ville d'Arles, a presté à moy Louys Fevrier, un antien livre original, couvert de pargemin, contenant l'Histoire de sainct Trophime, premier evesque de la dite ville, aux premier et dernier feuillets duquel messire Dacorti, jadis abbé du monastaire Sainct Pierre de Montmajour [Guillaume Corti, 1597-1604 ?] et d'autres abbés ses devanciers sont signés, et sur iceluy ay faict cest extraict, y observant par tout l'orthographe et abreviation... » (*Romania*, l. c.)

2. Elberfeld, 1882, 4e édit. rev. et corrig., c. 391-4.

3. *Catal. gén. des manuscrits des biblioth. publ. de France*, t. XX, p. 391. M. Paul Meyer a bien voulu vérifier pour moi que le 1er vers : « Cant lo papa sant Per, sant Paul » se trouve au f° 18 r° du ms. 13514 et le dernier : « Que an Dieus Jhesu Xpi nos acabon [= acapton] perdon » au f° 20 r°.

4. Paris-Nîmes, 1857, t. I, p. 101-14, avec traduction. ANIBERT en avait cité 4 vers dans ses *Mém. hist. et crit. sur l'anc. républ. d'Arles* (1779, p. 35-6), comme tirés d' « un poëme provençal... composé par un témoin oculaire ».

pum ejusdem civitatis custodiri debeat. Quem tenoris modum tibi, venerabilis *Raymunde, Arelatensis civitatis archiepiscope,* pro fideli devocione atque constancia quam nobis et imperio nostro et nunciis nostris exhibuisti, et per te ecclesie tue et successoribus tuis recognoscentes. Arelatem cum omni integritate sua perpetuo jure tibi committimus, et tocius tui archiepiscopatus regalia, tholonea, pedatica, justicias et cetera que Lodoicus predecessor noster antecessori tuo Manasse pietatis studio concessit, tam portus Grecorum quam aliarum gencium ad civitatem tuam veniencium, stagna, lacus, flumina, paludes, pascua de Lapidoso agro qui vulgari tuo Crau vocatur, castella de Fossis, de Albarone, de Alvernis, de Avalone, de Montedrachonis, de Sallone, regia potestate tibi tuisque successoribus confirmamus, et cetera, que Romani reges vel principes Provincie ecclesie Arelatensi tue concesserunt. Si quis vero, quod absit, in eisdem possessionibus, quas tibi et ecclesie tue donavimus seu confirmavimus, aliquo modo te vel ecclesiam tuam inquietare presumpserit, banno regali subjaceat. Et ut [hec] donacio sive confirmatio rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam manu propria corroborantes, ydoneos testes subter notari fecimus. Anno ab Incarnatione Domini M°C°LIIII, anno vero secundo regni ejus. Ego Albertus notarius regis recognovi. Datum Garmacie, feliciter, amen.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 184, copie postérieure à 1234, mais plus correcte que celle du Livre vert, f°s 1 et 3 v°. Livre noir, f°s 3 v° et 124 v°. Stumpf, 3675, et t. III, p. 483.

571 1er octobre 1153.

DE ECCLESIA SANCTI GENESII DATA ECCLESIE SANCTI NICHOLAI.

In nomine Domini. Ego *Raimundus, Arelaten. ecclesie humilis minister,* et canonici ejusdem ecclesie, donamus ecclesie Sancti Nicholai de Campaniaco, et tibi Landulfo priori, et canonicis ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, ecclesiam Sancti Genesii, que est in parrochia Sancti Martini de Furcis, et est in ripa Rodani ; salva episcopali obedientia et reverentia. Tali scilicet tenore, ut nullum de parrochianis nostris ad sepulturam recipiatis, nisi canonicus vester, vel conversus, recepto habitu, prius efficeretur. Vivos vero parrochianos nostros nec ad penitenciam, nec ad Corpus Dni, nec ad babtismum, nec ad nuptialem benedictionem, neque ad crucem, nec ad aliquod divinum officium recipiatis. Si aliquis de parrochianis nostris vester canonicus, vel conversus fieri voluerit, sine consilio et assensu nostro non recipietis. Terras vel decimas ad nostrum jus pertinentes, sine consilio et assensu nostro non recipietis. Si quis terras, vel vineas, vel prata, vel ortos, vel cujuscunque generis, terram Deus vobis concesserit, nobis integre decimas persolvetis. Anno ab Incarnatione Domini M°.C°.L°.III°, facta est carta ista donationis. kal. octobris, feria v, luna viii. Et hoc fuit factum in presentia precentoris supradicte ecclesie, scilicet Poncii de Baucio, et Cristiani, archipresbiteri, et Raimundi de Arena, et Ugonis, sacriste, et Guillelmi Barreria, et Petri de Cabannis, et Raimundi Guillelmi, et Guillelmi de Gorda, et Guillelmi Bermundi, et Guillelmi Bodonis, et Petri de Barre, et Guillelmi Centolli, et Petri de Nemauso, et aliorum plurimorum.

Authentique du chap. d'Arles, f° 112.

572 20 décembre 1153.

Lettre du pape Anastase IV vener. fratribus R. Arelatensi, P. Aquensi et G. Ebredunensi archiepiscopis et ceteris episcopis per Provinciam constitutis, *leur mandant de maintenir les moines de St-Victor dans leurs possessions.*

Cartul. de St-Victor, t. II, p. 257-8. Bréq., III, 219. Jaffé, 9782 (6746).

573 26 décembre 1153.

Bulle de privilège du pape Anastase IV, prenant sous la protection de Saint-Pierre l'archevêque Raimond et l'église d'Arles, et confirmant leurs biens et possessions.

Anastasius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Raimundo, Arelatensi archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Arelatensem metropolim, famosam et insignem quondam fuisse, atque in Galliarum partibus multis et dignitatis et glorie titulis claruisse, tam vetusta ipsius civitatis indicia quam autentica veterum scripturarum testimonia manifestant. Sed quia consistentis in ea populi peccata corrigere divine dispositioni complacuit, guerris undique irruentibus, tam in dignitate quam in rebus temporalibus ipsa metropolis est plurimum diminuta ; cujus contritioni nos, qui licet indigni justitie cultores atque custodes, in excelsa principum apostolorum Petri et Pauli specula disponente Domino residemus, benigno affectu compatimur, et ejus paci et dignitati salubriter, quantum cum Deo possumus, providere obtamus. Equum enim ac rationabile est, ut qui beato Petro et ejus vicariis devotiores esse noscuntur, et sacrosancte Romane ecclesie patrocinio cupiunt confoveri, ejusdem pie matris uberibus nutriantur, et in rationabilibus suis petitionibus exaudiantur. Quocirca, dilecte in Christo frater et coepiscope Raimunde, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et predictam Arelatensem ecclesiam, ad quam nimirum, sicut ex dictis beati Zosimi pape et martiris evidenter ostenditur, ex hac sancta Romana et apostolica sede Trophimus summus antistes, de cujus utique fonte fidei rivulos tote Gallie acceperunt, a beato Petro delegatus fuit, sub ipsius apostolorum principis et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona, eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos eidem ecclesie illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Monasterium Sancti Cesarii cum omnibus pertinentiis suis, quod idem beatus Cesarius, Arelatensis antistes, in alodio ipsius ecclesie fundasse dicitur, et de bonis ejus ditasse ; ordinationem quoque et correctionem ipsius loci. Ecclesiam Beate Marie de

Fosso, cum decimis et omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam Beate Marie de Castello veteri, cum decimis et aliis pertinentiis suis. Castrum de Sellone. Castrum de Sancto Amantio. Castrum de Alvernico et de Avalanone *(sic)*. Castrum de Mornatio et de Monte dracone. Redditus de Ponte Sancti Genesii. Judeos, et jus quod habetis in moneta ipsius civitatis. Quicquid habetis in portubus et teloneis Arelatensibus. Preterea, transactionem que inter te et Anf[onsum] Tolosanum comitem rationabili providentia facta et in scripto redacta est, si rationabilem esse constiterit, auctoritate sedis apostolice roboramus. Insulam etiam que Boscus comitalis vocatur, quam predictus comes ecclesie tue restituit, tibi tuisque successoribus nichilominus confirmamus. Ad hec ex amplioris ac spetialioris gratie prerogativa, presenti decreto statuimus ut nulli prorsus legato, nisi ei tantum qui de Romani pontificis latere fuerit delegatus, Arelatensis provincia sit subjecta. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructus bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. *(Monogramme)* Bene valete.

(Roue) Custodi me, Domine, ut pupillam oculi.

Ego Anastasius, catholice ecclesie episcopus, s[ub]s[cripsi].

✝ Ego Imarus, Tusculanus episcopus, ss.

✝ Ego Hugo, Hostiensis episcopus, ss.

✝ Ego G[re]g[orius], presbiter cardinalis tituli Calixti, ss.

✝ Ego Manfredus, presbiter cardinalis tituli Sancte Savine, ss.

✝ Ego Guido, presbiter cardinalis tituli Pastoris, ss.

✝ Ego Jordanus, presbiter cardinalis Sancte Susanne, ss.

✝ Ego Octavianus, presbiter cardinalis tituli Sancte Cecilie, ss.

✝ Ego Cencius, presbiter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina, ss.

✝ Ego Johannes, presbiter cardinalis tituli Sanctorum Silvestri et Martini, ss.

✝ Ego Odo, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum, ss.

✝ Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sancti Angeli, ss.

✝ Ego Guido, diaconus cardinalis S. Marie in Porticu, ss.

✝ Ego Jacintus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmydyn, ss.

✝ Ego Odo, diaconus cardinalis Sancti Nicholai in carcere Tulliano, ss.

Datum Laterani, per manum Rollandi, S. R. E. presbiteri cardinalis et cancellarii, VII. kal. januarii, indictione II, Incarnationis dominice anno M.C.L.III, pontificatus vero dni Anastasii IIII pape anno primo.

Arch. des B.-du-Rh. Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 2, orig. sans plomb. Baf. , III. 211. Jaffé, 979. (6754).

574 Août 1154.

Anno ab Incarnatione Domini M°.C°.L°.IIII°, mense augusto, ego Arnulphus a te Bertrando Vaca, partem salinarum, quam in clausello, juxta devensum habes et possides, VI. libris Melg. emo. Et hoc factum est in presentia domni *archiepiscopi Arelaten. Raimundi de Monte Retundo*, et canonicorum Sancti Trophimi, scilicet Bertrandi, sacriste, et Petri Guillelmi, et aliorum clericorum ejusdem ecclesie, scilicet Raimundi de S. Laurentio, et Guilelmi Petri, et Pontii Rebolli, et Isnardi, capellani archiepiscopi, et magistri Milonis, et Guilelmi de Visoures, et Bertrandi de Galazanicis. Fidejussor Stephanus de Gaians. Et aliorum clericorum ejusdem ecclesie....

Authentique du chap. d'Arles, f° 127.

575 1155?

... Hoc est placitum quod donnus Raymundus, Arelatensis archiepiscopus, et Ugo de Baucio et fratres ejus, et domini de Burgo fecerunt cum Januensibus et eorum legato Idone Gontardo : *liberté de circulation pour les navires génois sur le Rhône, sécurité pour leurs marchandises et marins dans le port et ville d'Arles, et obligation aux matelots des deux nations de se prêter un appui mutuel pour leurs navires naviguant en pleine mer*.... Dnus archiepiscopus se servaturum promisit et convenit....

Histor. patriae monum., Liber jurium reipubl. Genuensis, 1877, t. II, c. 5-6 : « Exemplum ab autentico et originali munito quatuor sigillis cereis... ; in alia erat sculptura que quasi episcopalis videbatur, tenentis in manu baculum pastoralem... ; quorum omnium circumscriptiones legi non poterant, quia erant nimia vetustate... » (août 1239). — La date de ce traité est fixée par un autre des consuls de Gênes avec les bourgeois de Montpellier (mai 1155) : « Si homines Arelatenses vel Sancti Egidii non observaverint conventum quem fecerunt cum legato nostro Idone Gontardo » (op. cit., 1854, t. I, c. 185). — Barth., *Baux*, 51.

576 24 avril 1155.

Bulle du pape Adrien IV en faveur de l'égl. d'Arles.

Adrianus, servus *(comme au n° 573, sauf les variantes suiv.)*... Arelatensem metropolim... salubriter in quantum... exaudiantur. Eapropter, dilecte... Arelatensis antistes... quoque atque correctionem... Avalone... auctoritate sedis apostolice roboramus. Insulam... Ad hec, pro amplioris... Salva apostolice... Corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri....

(A gauche la roue avec la devise) Oculi mei semper ad Dominum. *(A droite le monogramme)* Bene valete.

Ego Adrianus, catholicę ęcclesię epus, s[ub]s[cripsi].

✝ Ego Ymarus, Tusculanus episcopus, ss.

✝ Ego Cencius, Portuensis et Sancte Rufinę episcopus, ss.

✝ Ego Guido, presbiter cardinalis tituli Sancti Grisogoni, ss.

✝ Ego Ubaldus, presbiter cardinalis tituli Sanctę Praxedis, ss.

✝ Ego Julius, presbiter cardinalis tituli Sancti Marcelli, ss.

✝ Ego Ubaldus, presbiter cardinalis tituli Sanctę Crucis, ss.

✝ Ego Octavianus, presbiter cardinalis tituli Sanctę Ceciliç, ss.

✝ Ego Gerardus, presbiter cardinalis tituli Sancti Stephani in Celio monte, ss.

✝ Ego Johannes, presbiter cardinalis Sanctorum Johannis et Pauli tituli Pammachi, ss.

✝ Ego Johannes, presbiter cardinalis tituli Sancti Martini, ss.

✝ Ego Oddo, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum, ss.

✝ Ego Guido, diaconus cardinalis Sanctę Mariç in Porticu, ss.

✝ Ego Gerardus, diaconus cardinalis Sanctę Mariç in Via lata, ss.

Monasterium Sancti Gervasii, cum pertinentiis suis *(sic, à cette place)*.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii, VIII kal. maii, indictione III, Incarnationis dominice anno M°C°L°V°, pontificatus vero domini ADRIANI pape IIII anno primo.

Paris, Bibl. Nat., coll. Baluze, t. 380, n° 16, original, dont copie exacte due à l'obligeance de M. Léop. Delisle. JAFFÉ, 10041.

577 Arles, octobre 1155.

Serment de fidélité de Geofroi, fils de Garréjade, à Raimond, archevêque d'Arles.

EGO Gaufredus, filius Garrejate, de Massilia, juro tibi *Raimundo* [1], *Arelatensi archiepiscopo*, vitam et membra tua, castella et villas tuas que habes pro Arelatensi ecclesia, vel [in] antea adquisieris meo consilio ; quod ea tibi non auferam, neque ex eis, neque aliquis homo vel femina per meum consilium, neque per meum consentimentum ; et si quis ea, vel ex eis tibi abstulerit, fidelis adjutor tibi ero ad requirendum. Sic Deus me adjuvet et hec sancta evangelia. Factum est hoc sacramentum in Arelatensi civitate, in mense octobri, feria IIª, anno Domini M°.C°.L°.V°, in presentia domni Jaufredi, Avinionensis episcopi, et clericorum suorum Guiramanni et Vitalis, et clericorum Arelatensium, videlicet Christiani, archipresbiteri, Petri de Cabannis, Wilelmi Centulli, Rostagni Aurelle, Bertranni de Ecclesia, Petri Vilelmi, Pontii Abundantis, Raimundi de Sancto Laurentio, Petri de Furcis, Petri de Marsillac, Isnardi, capellani archiepiscopi, magistri Milonis, Vilelmi de Uzorio ; et militum Arelatensium, Bertranni de Aqueria, Bertranni Guitberti, Wilelmi Bernardi, ejus cognati, Jaufredi Taucenne, Amelii Bastoni, Petri Aurelle, Raimundi de Berra, Rostagni de Tarascone, Petri de Tarascone, Jaufredi de Torreves, Wilelmi de Ginnac [2], Raimundi Bertranni, bajuli Bracii.

Archev. d'Arles, Livre noir, f° 45 v° *(A)*. Livre rouge, f° 306 *(B)*.

1. *B* Raymundo ; *partout* y. — 2. *B* Guinnac.

578 Templiers d'Arles, 23 octobre 1155.

Raimond Bérenger, comte de Barcelone et marquis de Provence, confirme une acquisition à l'archevêque d'Embrun.... Testes fuerunt Raimundus Arelatensis archiepiscopus....

BOUCHE, *Hist. de Provence*, t. II, p. 121. BRÉQ., III, 233.

579 17 juin 1156.

Ego Raymundus, Arelatensis archiepiscopus, ... magistro militum de Templo ... concedo... ecclesiam Sancti Martini, que est in terminio de Arcis, in episcopatu Tholonensi, *avec le consentement des chanoines*, in manu Petri de Roveria, ministri militum, *sous la réserve d'un cens de 15 sous Melgoriens.*

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 422.

580 Arles, 30 septembre 1156.

Accord entre Ermengarde, vicomtesse de Narbonne, et Bérenger, archevêque de cette ville. Definitio... facta est apud Arelatem,... in præsentia domni Raimundi Arelatensis archiepiscopi..., Petri Forojulien. episcopi,...

Gallia christ. nova, t. VI, instr. c. 40-1. BRÉQ., III, 245.

581 Arles, décembre 1156.

Raimond, archevêque d'Arles, est présent à Arles à l'acte de soumission d'Étiennette de Baux et de ses fils au comte de Provence.

Arch. des B.-du-Rh. B. 282. BARTH., *Baux*, 53.

582 Saint Cannat, 16 février 1157.

Dnus R. Arelat. archiepiscopus *reçoit les dépositions et serments de divers témoins, attestant que Raimond* Vilelmi *avait fait hommage à Raimond de Soliers, évêque de Marseille, et était son vassal.*

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 156.

583 Arles, 1er mars 1157.

Promesse des portaniers d'Arles à l'archev. Raimond, que chacun d'eux aura trois barques pour faire le service. — Acta in Arelaten. palatio.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 16 v°.

584 Arles, 26 mars 1157.

L'archevêque d'Arles Raimond inféode à Guillaume Porcellet et à Porcellus quicquid habeo in angulo de Licia, *sous le cens de 8 sous et 4 deniers et une lamproie, avec cession de droits.* Actum in Arelaten. palatio.

Liber aureus eccl. Arelat., n° 151. Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 55.

585 14 mai 1157 1159.

Le pape Adrien IV ordonne tam clericis quam laicis, monachis, Hospitalariis, Templariis et universis in Argentia in agricultura laborantibus, *de payer* decimam quam in tota Argentia, de fundis novarum terrarum..., Raimundus, archiepiscopus Arelatensis, in transactione cum Ildefonso comite Tolosano facta retinuerit.

LOEWENFELD, *Epist. pontif. Roman. ined.*, p. 130. JAFFÉ, 10524.

586 23 mai 1157.

Production de témoins touchant les droits des évêques de Marseille à Saint-Cannat, in presentia dni Raimundi Arelat. archiepiscopi.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 158.

587 26 mai 1157/1159.

Lettre d'Adrien IV au chapitre de Cluny. Vener. frater noster R. Arelatensis archiepiscopus abbatia Sancti Gervasii de Fos se a vobis injuste asserit spoliatum. *Il commet le règlement de cette affaire à l'évêque de Nimes et à l'abbé de Saint-Gilles.*

Goiffon, *Bull. de l'abb. de St-Gilles*, p. 76-7. Jaffé, 10528.

588 Arles, 24 août 1157.

Raimond, archevêque d'Arles, est médiateur avec l'évêque de Carpentras, pour arranger les différends de P. évêque de Marseille, avec Raimond de Felguières, de Saint-Cannat.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 159.

589 Octobre 1157.

L'archevêque va jusqu'à Lyon, se rendant à la cour de Frédéric I, à Besançon.

Voir le n° 592. D'après Stumpf (*Die Reichskanzler*, 1865, t. I, p. 332), Frédéric résida à Besançon du 24 au 28 octobre (n° 3779-81).

590 Besançon, octobre 1157.

Ragewini præpositi Frisingen. *Gesta Friderici imp.*, lib. III.

II. ... Fridericus ad ordinanda imperii negocia in regno Burgundiæ animum intendit ... Nisi alia in regno disponenda inevitabiliter imperatorem retraxissent, familiariter et cum paucis usque Arelatum, sedem regni Burgundiæ, procedere potuisset. ... Arelatensis autem archiepiscopus et alii omnes archiepiscopi, episcopi, primates et nobiles venissent idemque [hominium] fecissent, nisi mora principem adeundi compendio suæ brevitatis præstitisset impedimentum. Missis tamen per honestos valde et industrios nuncios litteris, omnimodam subjectionem et debitam fidelitatem imperio Romano compromiserunt....

Script. rer. German., Ottonis Frising. Opp. (1867), t. II, p. 177-8.

591 Octobre 1157.

Sententia de feudis imperii non alienandis.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, universis imperii fidelibus ad quos hec scripta pervenerint, graciam suam et bonam voluntatem. Nov[er]it vestre discretionis prudentia, quoniam ea que ab imperio tenentur jure feodali possidentur, nec ea sine domini consensu ad alterius possunt transferri dominium. Intelleximus autem quod Massilienses beneficium, quod a dilecto principe nostro *Arelatensi archiepiscopo* tenebant, comiti Provincie in concambium dederint, cum nec nostrum vel archiepiscopi consensum unquam in hac re habuerint. Unde quoniam hec comutatio inanis est et ipso jure irritatur, eam imperiali auctoritate cassamus, precipientes ne aliquod in illo beneficio archiepiscopo fiat impedimentum, et illud ad alterius non transferatur dominium.

Archev. d'Arles. Livre noir, f°s 4 et 127. Livre vert, f° 1 v°. Livre rouge, f° 2. Stumpf, *Reichskanzler*, t. III, p. 490. Winkelmann, *Acta imperii ined.* (1880), t. I, p. 289 (à Frédéric II !). *Mon. Germ. hist.*, Constitvt. et acta imperat. et regvm, t. I, p. 235-6. Stumpf, 3782a.

592 Octobre 1157.

Fredericus, Dei gracia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto suo venerabili *archiepiscopo Arelatensi*, graciam suam et omne bonum. Sicut ab amicis et dilectis fidelibus nostris liquido cognovimus, devocionem tuam meramque fidei constanciam nobis studiose exhibes, ad honorem et gloriam imperialis corone. Quo circa condignas graciarum actiones dilectioni tue referimus et in eo quidem specialiter, quod ad curiam nostram Bisuncium volens venire, usque Lugdunum accessisti. Scire ergo debes et certus esse quod honori tuo et conservationi dignitatis tue gratanter intendemus. Unde et illud concambium, [quod] Massilienses cum fratre regis Aragonum fecerunt, imperiali auctoritate cassavimus.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 3 v°. Livre vert, f° 1 v°. Livre rouge, f° 1 v°. Stumpf, *Reichskanzler*, t. III, p. 490.

593 Arles, 1158.

Don de l'arch. Raimond à Bertrand, abbé de St-Gilles.

In nomine Dei omnipotentis. Anno ab Incarnatione Domini M°.C°.L.VIIJ°. Ego *Raimundus*, Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, consilio cannonicorum ejusdem ecclesie, videlicet Xpistiani archipresbiteri, Poncii de Balcio, precentoris, Guilelmi Bernardi, sacriste, Guilelmi Barrerie, Petri de Cabannis, Petri Isnardi, Petri Adalmanni, Arnulfi, Hugonis de Confurcis, Guilelmi Bosonis, Rostagni Aldeberti, Pontii Aundantii, Guilelmi de Gorda, Bertranni de Claustro, dono, laudo, et concedo, et trado, Deo et beato Egydio, et tibi Bertranno, abbati Sancti Egidii, et successoribus vestris, omne dominium et omne jus quod habeo, per me vel per quoslibet alios, qui nomine meo possident, vel possidere debent, in toto illo territorio quod protenditur in longum, a superiori capite Lone Adalalt, usque ad lapidem qui distinguit alodium Sancti Trophimi ab alodio Sancti Egidii, et quod protenditur per transversum a Rodano usque ad paludem Sancti Egidii, secundum positionem terminorum ibi positorum. Ut quicquid ibi habeo, vel habere debeo, per me vel per alios, jure vel consuetudine, totum habeatis et possideatis, pleno jure dominii in perpetuum, nomine meo, et successorum meorum ; salvis usaticis quos habeo in Rodano, per me vel per feudales meos, quos michi et successoribus meis, et feudalibus nostris, in ripa predicti fluminis libere liceat accipere. Pro quo honore, solvetis michi, et successoribus meis, ad mediam Quadragesimam, singulis annis, xx. libras censuales de cera. Hoc etiam per me et per successores meos, vobis et successoribus vestris sine fraude promitto, quod

aliqua occasione, ad aliquem locum religiosum, et quamlibet privatam personam, quod supra vos retineo, sine vestro consilio, nullatenus transferamus ; nec vos nec successores vestri, sine meo, meorumque successorum, ad aliquem transferre possitis. Preterea ego predictus abbas, et nos monachi, per nos et successores nostros, promittimus supradictum censum, singulis annis, nos persoluturos, tibi et successoribus tuis, in civitate Arelatensi, in domo archiepiscopi. Factum est hoc in presentia omnium suprascriptorum canonicorum, necnon et monachorum, Petri videlicet de Brodeto, Arnaldi prioris, Raimundi operarii, Gancelmi de Salve ; laicorum vero, Rainaldi, Poncii, Johannis, Raimundi, famulorum scilicet abbatis predicti, Isnardi capellani domni archiepiscopi, Ugonis Bernardi, et magistri Milonis.

Chartrier de Salon, n° 366, orig., charte partie. Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 326 v°. Livre rouge, f° 401. BARTH., *Baux*, S. 70.

594 Arles, 1158.

DE QUIBUSDAM DECIMIS CONCESSIS ET DATIS ABBATI ET MONACHIS SANCTI EGIDII.

In nomine Dei omnipotentis. Anno ab Incarnatione Domini M°.C°.L°.VIII°. Nos canonici Arelaten. ecclesie, videlicet Cristianus, archipresbiter, Poncius de Balcio, precentor, Guillelmus Bernardi, sacrista, Guillelmus Barreria, Petrus de Cabannis, Petrus Isnardi, Petrus Adalmanni, Arnulphus, Ugo de Confurcis, Guillelmus Bosonis, Rostagnus Aldeberti, Poncius Aundantii, Guillelmus de Gorda, Bertrandus de Claustro, communi consilio, et voluntate, et dni nostri *Raimundi* Dei gratia *Arelaten. ecclesie archiepiscopi* auctoritate, concedimus, laudamus, donamus et tradimus Deo et sancto Egidio, et tibi Bertrando abbati Sancti Egidii, et monachis ejusdem loci, presentibus et futuris, et successoribus vestris, decimas illius territorii quod protenditur in longum, a superiori capite Lone Adalalt, usque ad lapidem qui distinguit alodium Sancti Trophimi ab alodio Sancti Egidii ; et quod protenditur per transversum, a Rodano usque ad paludem Sancti Egidii, secundum positionem terminorum ibi positorum. Ut quicquid ibi jure decimarum habemus, vel habere debemus, habeatis et possideatis, pleno jure, in perpetuum, nomine ecclesie Sancti Stephani ; et persolvatis eidem ecclesie annuum censum, ad festum sancti Michaelis ; videlicet duos modios ad mensuram Arelaten. sextarii, alterum frumenti, alterum ordei, et v. libras de cera ad refectorium. Illud quoque quod bailones nostri de Furcis habent infra predictum territorium a nobis, similiter vobis et successoribus vestris donamus, laudamus, et concedimus ; ita scilicet, ut sicut ipsi, nomine nostro, huc usque possederunt, ita deinceps ipsi nomine vestro possideatis. Cum quibus ita volumus ut conveniatis, quatenus jure occasion. vestri, nullum nostri servicii detrimentum paciamur. Hoc ethiam per nos et successores nostros, vobis et successoribus vestris, sine fraude promittimus, quod aliqua occasione, ad aliquem locum religiosum, et quamlibet privatam personam, quod supra vos retinemus, sine vestri consilio nullatenus transferamus ; nec vos, nec successores vestri, sine nostro, ad aliquem transferre possitis. Preterea ego predictus abbas, et nos monachi, per nos et successores nostros promittimus supradictum censum, singulis annis, nos persoluturos, in civitate Arelaten., ecclesie Sancti Trophimi. Et si parrochiani vestri terras aliquas in Argentia, extra predictos terminos nostros coluerint, et inde decimas persolvere noluerint, erimus nos et successores nostri archiepiscopo et successoribus vestris, fideles amici et defensores, salvo ordine nostro. Hoc quoque sciri volumus quod de predictis modiis modium frumenti et III. sextarios ordei debemus vobis persolvere, singulis annis, in domo vestra que canonica dicitur ; et archiepiscopo in domo sua similiter XII. sextarios ordei, ad prenominatum festum beati Michaelis. Factum est hoc in presentia omnium suprascriptorum canonicorum, necnon et monachorum, Petri videlicet de Brodeto, Arnaldi prioris, Raimundi operarii, Gancelmi de Salve ; laicorum vero, Rainaldi, Poncii, Johannis, Raimundi, famulorum scilicet predicti abbatis ; Isnardi, capellani domini archiepiscopi, Ugonis Bernardi, et magistri Milonis.

Authentique du chap. d'Arles, f° 112.

595 Arles, mars 1159.

Serment de fidélité de Geofrci de Marseille, fils de Pontia, à Raimond, archevêque d'Arles.

Ego Gaufredus de Massilia, filius Pontie, juro tibi Raimundo [1], Arelatensi archiepiscopo, vitam et membra tua, castella et villas tuas que habes pro Arelatensi ecclesia, vel [in] antea adquisieris meo consilio ; quod ea tibi non auferam, neque ex eis, neque aliquis homo vel femina per meum consilium, neque per meum consentimentum ; et si quis ea, vel ex eis, tibi abstulerit, fidelis adjutor tibi ero ad requirendum. Sic Deus me adjuvet et hec sancta evangelia. Factum est hoc sacramentum in Arelatensi civitate, in mense marcio, anno Domini M°.C°.L°.VIIII°, in presentia domni Petri, Massiliensis episcopi, Guilelmi, prepositi, Arnulfi, Rostagni Aldeberti, Guilelmi de Castello veteri, Milonis, Isnardi, Porcelli, Bertrandi Porcelleti, Ugonis Vilelmi, Petri Aicardi, Guilelmi Medici, Petri Reifredi, Raimundi Bertrandi.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 46 (*A*). Livre rouge, f° 306 (*B*).

596 (Arles, mars) 1159.

Emprunt sur gage fait par Geofroi de Marseille, fils de Pontia, à l'archevêque d'Arles.

In nomine Domini. Ego Jaufredus de Massilia, filius Pontie, tibi domino *R. Arelatensi archiepiscopo*, honorem Sancti Genesii, quem a te ego et fratres mei ad feudum habemus, et quem honorem antea a patre nostro pro CCC. solidis in pignore habebas, nunc pro necessitate nostra, pro aliis D. solidis Melgoriensium nove bone monete, in pignore mitto. Et sub jurejurando tibi convenio quod hoc pignus faciam tibi et ecclesie tue laudare et confirmare a matre mea et a singulis fratribus meis. Et si aliquis homo vel femina, pro hoc pignore, tibi

1. *B* Raymundo ; *des* y *partout*.

vel ecclesie tue contrarietatem aliquam vel amparamentum faceret, ut hoc tibi et ecclesie tue juste defendam et reddam, dedi tibi fidejussores Porcellum, et Bertrandum Porcelleti, et Ugonem Guilelmi. Quod si tempore solucionis hujus pecunie, videlicet DCCC. solidorum, moneta deteriorata aliquo modo fuerit, debeo reddere marcham argenti fini, ad racionem L. solidorum. Factum est hoc anno ab Incarnacione Domini M. C. L. VIIII. Testes hujus rei sunt, episcopus Massiliensis, Guilelmus, prepositus, Arnulphus, Rostagnus Adeberti, Guilelmus de Castelleto veteri, Milo, Isnardus, P. Aycardi de Lauda, Guilelmus Medicus, socius episcopi Massiliensis, Petrus Reifren, Raymundus Bertrandi de Massilia.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 353.

597 — Arles, 1159 ?

Serment de fidélité de Hugues Geofroi et Bertrand, fils de Garréjade, à l'archevêque Raimond.

Ego Ugo Jaufredi, filius Guerrejate, recognoscens honorem Arelatensem, et honorem de Ponte Sancti Genesii, me ab Arelatensi ecclesia habere, pro eodem honore, tibi domino *R. Arelatensis ecclesie archiepiscopo*, juro vitam et membra, castella et omnem honorem quem modo Arelatensis ecclesia habet, vel in antea acquirere poterit, quod aliquid ex eis non auferam, neque aliquis homo, meo consilio ; et si quis ex ipsis aliquid auferret, vel impediret, fidelis adjutor ero. Sic Deus me adjuvet, et hec sancta evangelia. Et ego Bertrandus de Massilia idem juro et recognosco. Factum est hoc in civitate Arelatensi, in aula archiepiscopi majori, in presentia Gaufredi, Avinionensis episcopi, et B. Magalonensis prepositi, cognati ipsius Ugonis Gaufredi, et canonicorum Arelatensium, videlicet Bertrandi Geraldi, capiscole (*sic*), Hugonis de Confurcio, Hugonis de Albissano, Ymberti de Aqueria, Jordani et B. de Dionio ; et militum, Hugonis de Baucio, Raimundi de Villanova, W. de Podio grosso, Amelii Bastonis, Petri Aurelle, Berengarii de Aquis, Raimundi W. de Sallon et Lamberti ; et multorum aliorum de civitate et burgo, et sociorum eorum, Gaufredi de Torreves et Ugonis de Mazalgis, Hugonisque de Massilia.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 46. Livre rouge, f° 306 v°.

598 — Salon, 1159.

Hugues Geofroi abandonne à Raimond, archevêque d'Arles, tout ce qu'il avait à Salon.

Notum sit quod ego Hugo Gaufredi derelinquo et concedo beato Trophimo, et *Raymundo* ejusdem *ecclesie archiepiscopo*, et omnibus suis successoribus, quicquid juris habere putabam, et petebam, in castro Sallonis, et in ejus territorio. Unde a prefato archiepiscopo CCL. sol. Melgoriensium nove monete habui. Facta est autem hec dimissio et concessio, sine omni fraude, anno ab Incarnatione Domini M.C.L.VIIII, in presentia Petri Aicardi, et Petri Bastonis, et Resplandine, domine de Auronis, socrus mee ; et Ymberti de Auronis, leviri mei ; quorum terminacione, consilio et suasione, predictam dimissionem et concessionem feci. Et in presentiam multorum aliorum ; utpote Vilelmi de Alvernico, Raymundi de Auronis, Petri de Auronis, Bernardi Amalrici, qui tunc Sallonensis ecclesie prior erat, Bertrandi Giraldi, qui tunc Sallonensis castri erat villicus, Ymberti Truqueti, Ugonis Bernardi de Burgo, Pontii de Monte rotundo. Hanc iterum dimissionem et concessionem, paulo post in eodem tempore, in castro Sallonis feci, in presentia Petri Bastonis, Villelmi Bastonis, ejus filii, Bernardi Amalrici, Bertrandi Giraldi, videlicet Milonis, Raymundi Vilelmi, Vilelmi de Crotis, Gaufredi Gersi, Reviclati, Judei Bonifilii, et multorum aliorum.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 255.

599 — Fin février 1160.

Concile de Pavie, où l'antipape Victor IV fut élu.

De l'encyclique adressée par ce concile il existe deux recensions : l'une plus ample, représentée par un ms. de Valenciennes, d'où proviennent les textes de Martene (Ampl. coll., *t. I, p. 447) et de* Brown (Fascic. rer. expetend., *1690, p. 552*) : Arelatensis archiepiscopus..., omnes per legatos et litteras suas consenserunt....

Mon. Germ. hist., Constitvt. et acta imperat. et regvm, t. I, p. 269.

L'autre, plus courte, se trouve dans le biographe Radevin : Rescriptum generale a synodo praesidentibus per partes mundi directum... — Quia sedis apostolicae turbatio ....Arelatensis archiepiscopus consensit....

Ragewini Frising. *Gesta Frider. imp.*, lib. III, c. 70 *(Script. rer. Germ.)*, Ottonis Frising. Opp. (1867), t. II, p. 325-30. *Mon. Germ. hist.* cit., p. 270.

Lettre d'Eberhard, évêque de Bamberg, à son homonyme, archevêque de Salzbourg :... Convenientibus in unum Papiae episcopis circ. 50.... Arelatensis, Viennensis... per litteras et per nuncios consenserunt.

Ragewini *Gesta*, c. 71 (ibid., p. 330-1). Bouquet, *Rec.*, t. XVI, p. 688-9.

Lettre de Henri, prévôt de Perthesgaden au même archevêque : ... Curia .., in sextam feriam proximam ante Caput jejunii [5 *févr.*] ... est dilata. In qua considentibus d. patriarcha, archiepiscopis et diversarum terrarum fere 50 episcopis, legatis quoque... archiepiscoporum, Arelatensis scilicet,...

Ragewini *Gesta*, c. 72 (ibid., c. 332-4).

[On aura remarqué qu'aucun des textes compris sous les n°s 590, 591, 592 et 599 ne donne le nom de l'archevêque d'Arles. Par une erreur que l'ancienne *Gallia christ.* n'avait pas commise, la nouvelle les attribue à un archevêque Silvius, dont le nom paraît uniquement dans les *Annales Boiorum* de Jean Aventin (Basil. 1580, p. 506) : « Anno MCLVI.... Galliae Narbonensis dynastae, Sylvius Arelatensis, Stephanus Viennensis, Heraclius Lugdunensis, Godofridus Avinionensis, Odo Valentinus archiepiscopi cum collegis in verba Augusti jurant ». L'ensemble de nos documents prouvent que ce prélat est fictif et que les n^{os} indiqués se rapportent à Raimond de Montredon, à qui l'empereur avait, peu avant (n° 570), témoigné la plus grande sympathie. Il est fâcheux que

M. Ludw. Wieland ait maintenu l'archevêque imaginaire Silvius à la table du t. I des *Constitvt. et acta imperat. et regvm* de la collection des *Mon. Germ. hist.*, à l'occasion des nos 552 et 559.]

600 16 avril 1160.

Mort et épitaphe de Raimond de Montredon, archevêque d'Arles.

xvi. kal. maii... (*à la fin*) Ipsa die, obiit Raimundus, archiepiscopus Arelatensis.

Martyrologe d'Arles-Toulon (Bibl. Vatic., ms. Reg. 540, f° 44).

XVI. KL. MAII OBIIT DOM
INUS RAIMUNDUS DE MO'
TE ROTUNDO BONE ME
MORIE ARELATENSIS AR
CHIEPISCOPUS ANNO DO
MINICE INCARNATIONIS
M.C.LX. ORATE PRO EO.

« Sur la muraille latérale de l'église de St-Trophime, à gauche, en entrant, vis-à-vis le derrière du pilier de la chaire (Bonnemant, *Actes concernant l'archev. d'Arles,* ms. à la bibl. d'Arles, t. I, p. 85).

L'acte du 13 juin 1221, déjà cité (n° 10), atteste que tous les archevêques d'Arles furent ensevelis aux Aliscamps : « preter vi. posteriores, qui in parietibus ecclesie sunt a modico tempore citra sepulti ».

RAIMOND II de Bollène, 1163-1182.

601 Juillet/août 1162.

Acte d'accord de l'empereur Frédéric Ier avec Raimond, comte de Barcelone, et son neveu, Raimond, comte de Provence ; il leur donne en fief la ville d'Arles, excepto eo quod archiepiscopus et ecclesia Arelatensis habet vel habuit a centum annis retro in eo.

Marca (P. de), *Marca Hispan.*, app. c. 1131. *Mon. Germ. hist.*, Constitvt. et acta imperat. et regvm, t. I, p. 304-7. Bréq., III, 318. Stumpf, 4537a.

602 18 août 1162.

L'empereur Frédéric I donne en fief à son neveu Raimond, comte de Barcelone, le comté de Provence... a Durencia usque ad mare, et ab Alpibus usque ad antiquum Rodanum... et ... ultra Durenciam sive in Avenione... ; insuper concessimus ei in feudum civitatem Arelatensem..., excepto eo quod archiepiscopus et ecclesia Arelatensis habet, vel habuit a centum annis retro in eadem civitate....

Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 132-4. *Mon. hist. patriae*, Leges municip. (1838), t. I, c. 41-4. Bréq., III, 308. Stumpf, 3963.

603 Marseille, 21 janvier 1164.

Enquête faite par l'archevêque d'Arles sur divers accords entre les deux Raimond, évêques de Marseille, et Pons de Peinier... Ego Aicardus de Tollon audivi quod honorem, quem nos canonici habemus apud Morarios, ab Aicardo archiepiscopo Arel. habuimus... ; et vidi quod Bertrandus de Massilia laudavit placitum quod archiepiscopus Arel. Raimundus fecit inter Petrum episcopum Massil. et fratres ejus... Facta ... in presentia dni Raimundi II. Arel. archiepiscopi...

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 163.

604 16 avril 1164.

L'empereur Frédéric I confirme à l'archev. Raimond les droits régaliens et les possessions de l'égl. d'Arles.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus, divina favente clementia, Romanorum imperator et semper augustus. Ad imperialis eminentie pertinet majestatem ecclesiarum jura sive possessiones, ad honorem imperii illesas servare, et ne pravorum hominum inquietudine perturbentur, sui privilegii munimine roborare. Cunctis igitur tam futuris quam presentibus Christi imperiique fidelibus volumus esse cognitum, quod nos Arelatensis ecclesie dignitatem digne considerantes, et eam tamquam caput Provincie et principalem sedem imperii honorare volentes, secundum antiquam et rationabilem predecessorum nostrorum regum et imperatorum concessionem, confirmamus tibi, Raimunde venerabilis archiepiscope, et per te tuis successoribus, regalia totius diocesis Arelatensis ecclesie, et ipsam civitatem pro indiviso, et plenam jurisdictionem in civitate, in creandis consulibus et retinenda civitate ad servitium imperii et domini imperatoris, et aliis que pertinent ad jurisdictionem tuam, sicut sunt tholonea, pedatica, justitias, Judeos, cordam, quintale, farnariam, monetam, portus, montationes et redditus navium, stagna, lacus, paludes, flumina, pascua de lapidoso agro. Ita videlicet, ut de omni fructu et utilitate que ex his que supra descripsimus poterunt pervenire, ecclesia Arelatensis et tu, venerande Raimunde ejusdem ecclesie archiepiscope, habeas et possideas medietatem, et per te tui successores catholici, quicumque imperio fideles extiterint. Eandem etiam mediam partem tibi tuisque successoribus presenti scripto confirmamus, et imperiali auctoritate communimus. Confirmamus etiam tibi dominium de Trencatallis, et quartam partem de Fosso, et quartam de Albarone, et castrum de Sallone, castrum de Alvernico, de Avalone, castrum Sancti Amantii et castrum Vereum, castrum de Mornatio, castrum Montis Draconis, castrum de Niomiis, castrum de Vinçobrio, abbatiam Sancti Gervasii cum omnibus suis pertinentiis, et quicquid ecclesia Arelatensis, in civitate vel extra, per ecclesiasticas seu seculares personas habet et possidet, vel juste habere debet. Statuimus et, ut ecclesia Arelatensis et ejus jura sive possessiones, et tu Raimunde archiepiscope tuique successores, nulli unquam potestati debeatis vel dominio subjacere, nisi nobis tantum nostrisque successoribus imperatoribus seu regibus Romanorum. Hec autem omnia supradicta Arelatensi archiepiscopo ejusque successoribus concedimus et confirmamus, salva in omnibus justi[ti]a, honore et utilitate imperiali. Statuentes quoque jubemus ut de cetero nullus dux, nec marchio, non comes, nullus princeps vel potestas, non rectores vel consules, non capitaneus vel vicecomes, non ecclesiastica secularisve persona, magna vel parva, jam sepedictum Raimundum Arelatensem archiepiscopum ejusque successores

molestare vel inquietare, aut disvestire presumat in predictis bonis et possessionibus suis. Si quis vero hujus nostre auctoritatis edictum temere violare presumpserit, L. libras auri pro pena se compositurum cognoverit, dimidium fisco nostro et dimidium predicto archiepiscopo et ejus ecclesie. Ut autem hoc verius credatur et ab omnibus inviolabiliter conservetur, presentem inde paginam scribi et sigilli nostri inpressione injunximus premuniri. Signum domini Frederici [*monogramme*], Romanorum imperatoris invictissimi. Ego Cristianus, cancellarius, vice domini Rainaldi, Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii, recognovi. Actum quoque est anno dominice Incarnationis M.C.LXIIIJ, indictione XII, regnante domino Frederico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus XII°, imperii vero VIIIJ°. Datum apud Sanctum Salvatorem juxta Papiam, XVI kalendas maii.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 72, orig. : le sceau manque. Livre vert, f° 3. STUMPF, *Reichskanzler*, t. III, p. 517-8.

605 1165.

Ego Raymundus, Arelat. archiepiscopus, dono tibi Bernardo priori S. Genesii de Corrigia, et per te S. Nicholay de Campaniaco canonicis... terras S. Trophimi que sunt juxta S. Genesium....

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 366 v°.

606 Juillet/septembre 1165.

Lettre du pape Alexandre III Arel. archiepiscopo, *au sujet de l'abbesse de St-Césaire, Aldiarde, que son prédécesseur, Adrien IV, avait déposée :* nunc vero cum ad nostram presentiam accessissent... ; *ordre de faire procéder canoniquement à une nouvelle élection.*

Voir la bulle à l'abbaye de St-Césaire.

607 Aix, 17 octobre 1165.

Accord entre l'évêque et les vicomtes de Marseille, facta ab utraque parte satisdationis religione in manu dni Raymondi II, Arelatensis archiepiscopi... In primis, ego Raymundus, Arelaten. archiepiscopus,... attribuimus... Factum est hoc in civitate Aquensi, in claustro canonicorum..., per manum supradicti dni Raymundi II, Arelatensis archiepiscopi... Ego Raymundus, Arelat. archiepiscopus, manu propria subscripsi et auctoritatis nostre sigillo presens instrumentum signare mandavi.

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 577-81. Voir Marseille, n° 166, pour le millésime, qui est peut-être 1164, d'après le système Pisan ; voir encore les n°s 211, 213, 1103 et 1136.

608 12 janvier 1165/6.

Convention de Raimond, archevêque d'Arles, avec Geofroi de Signe et son frère Fouque.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno M.C.LX.V. ab Incarnatione ejusdem, mense januarii, luna septima. Ego *Raymundus, Arelaten. archiepiscopus*, conveni cum Gaufredo de Signa, et cum Fulchone, fratre ejus, de honore qui est in castro Sellonis ; quem ex parte matris et suorum avunculorum, Petri scilicet Bermundi, et Ugonis, et Gaufredi, ad se pertinere credebant ; hoc modo, et tali pacto. Gaufredus de Signa, et Fulco, frater ejus, faciunt michi hominium, et jurant fidelitatem michi, et ecclesie Arelatensi. Quod quidem ipsi, et eorum successores, michi et successoribus meis, et ecclesie jam dicte facere debent. Et ego Raymundus dedi et concessi eis, et suis successoribus, eundem honorem, ad fidelitatem et servicium mei, et meorum successorum, et ecclesie Arelaten. Deinde, ipsi et eorum filii, quorum unusquisque vocatur Vilelmus de Signa, et Gaufredus Bermundus, eorum avunculus, voluntate et consensu meo, eundem honorem Isnardo de Barreto, et suis successoribus, dederunt et concesserunt, tali conventione : Isnardus de Barreto de acapto dedit Gaufredo de Signa, et Fulconi, mille sol. nove monete Melgoriensium ; et in unoquoque anno, pro censa, dat eis XL. sol. ; et debet eos recipere in hospicio, in castro Sallonis, semel in anno, unumquemque cum quinque equitaturis ; et fecit eis hominium. Et sciendum est preterea, quoniam Gaufredus de Signa, et Fulco, frater ejus, non possunt quod in honore pro servicio retinuerunt dare, vendere, distrahere, inpignorare, aut alio modo a se alienare, nec eorum successores, nisi inter se, aut cum Isnardo de Barreto, mea voluntate et meo consensu, vel meorum successorum. Facta sunt hec in presentia mei et Raymundi Carpentoraten. episcopi, et aliorum virorum. Et ego Raymundus dedi et concessi eundem honorem Isnardo de Barreto, et suis successoribus, ad fidelitatem et servitium, tali modo : Isnardus de Barreto dedit michi CCC^tos sol. de acapto, et facit michi hominium, et jurat fidelitatem, michi et ecclesie Arelaten. Et hoc idem ipse, et sui successores, debent michi facere, et meis successoribus, et ecclesie jam dicte. Hujus rei sunt testes : Bertrandus de Rupe maura, cannonicus Sancti Ruffi, et Ugo de Confurcio, Villelmus de Aligno et Bernardus Amalricus... (*17 autres*).

Chartrier de Salon, n° 73. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 243 v°.

609 1166.

Diplôme d'Ildefonse, roi d'Aragon, duc de Provence et comte de Barcelone, en faveur de l'abbaye de Silvacane. Testes sunt : Ugo Aquensis archiepiscopus..., Raimundus Arelatensis archiepiscopus....

Voir la pièce à l'abbaye de Silvacane.

610 Arles, 1166.

DE ECCLESIA SANCTE MARIE DE LION CONCESSA SANCTO MARTINO DE CROIS.

In nomine Domini, presentibus et futuris sit cognitum, quod anno Domini M°.C°.LX°.VI°, ego *Raimundus Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, et ejusdem ecclesie canonici, Guillelmus scilicet Boso, prepositus, Guillelmus Bernardi, sacrista, Bertrandus, precentor, Petrus Isnardi, Ugo de Conforcio, ac ceteri, concedimus perpetuo et laudamus tibi Isnardo preposito ecclesie Sancti Martini de Crosio, et presentibus atque perpetuo ibidem substituendis canonicis, ecclesiam Sancte Marie de Leontio, cum omnibus appenditiis suis, et cum omni jure suo, quod habet vel habere debet, et cum omni

augmento quod ibi fieri poterit. Retentis ibi annuatim v. sol., et tertia parte pannorum, et mortalagii, que ibi de nostris ecclesiis pervenerint. Frater vero qui ibi manserit, Arelaten. ecclesie et nobis, quamdiu ibi fuerit, obediens permanebit. Hoc autem fuit factum in palatio et capella nostra, presentibus Petro Ferreolo, ac ceteris prenominatis canonicis.

Authentique du chap. d'Arles, f° 130 v°.

611 Arles, 6 juin 1166.

Donation par l'archev. Raimond au prieuré de Pignans.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno ejusdem M.C.LXVI. Tam presentibus quam futuris pateat hominibus, quod ego *Raimundus Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, consilio et voluntate canonicorum nostrorum, videlicet Guillelmi, prepositi, Guillelmi Bernardi sacriste, Xpistiani archipresbiteri, Ugonis de Confurtio, Ymberti de Aqueria, Petri Ysnardi, Bertrandi precentoris, Petri Ferreoli, Ugonis de Albissana, Rainaldi Sancte Crucis, Jordanis, Willelmi de Aligno, magistri Bernardi, Petri Olivarii, concedimus in perpetuum et laudamus, atque donamus Deo, et ecclesie Sancte Marie de Pinnano, et tibi Guillelmo ejusdem ecclesie preposito, et per te presentibus et futuris ejusdem ecclesie canonicis, ecclesiam Sancti Martini de Areis, cum omnibus apenditiis suis, et jure, et cum omni augmento quod ibi fieri poterit, nostri et Tholonensis ecclesie consilio. Eo tamen salvo et isto tenore, quod singulis annis, ad festum Sancti Michaelis, nobis et successoribus nostris, xx. sol. novorum Melgoriensium de censa persolvetis. Acta est hec donatio in civitate Arelaten., in camera minori, juxta turrim, in qua solitus est legere dnus Arelaten. archiepiscopus, mense junii, feria IJ, luna IIIJ.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 301. Livre rouge, f° 367.

612 1166 ?

Testes producti super ecclesiam Sancti Bachi, *aux Aliscamps.*

Precentor testificatus est se vidisse quod *Bernardus Garinus*, communi capitulo, dedit ecclesiam Sancti Bachi Arnulpho, consilio canonicorum. Et vidit quod Arnulphus fecit crotam ecclesie, et in terra habuit ordeum, et missam ibi cantari fecit ; et ipse precentor, precibus Arnulphi, ibi missam cantavit. Et vidit quod quidam mortuus per Rodanum venit ; et Arnulfus habuit navigium, et xx. solidos et II. linceolos, qui erant in atauc. Et quoddam vas de cimiterio S. Bachi vendidit v. solidis, sine questione. Et vidit quod Bernardus Garinus divisit cimiterium in tres partes, et a via superius dedit cimiterium Arnulfo, nomine canonicorum. — Amelius, sacerdos, testificatus est se vidisse quod Arnulfus tenebat hanc ecclesiam nomine canonicorum, et ibi missas et vesperas audivit ; et vidit quod Arnulfus fecit crotam ecclesie, et in terra ordeum habuit. Et arch[iepiscopus] sibi fecit sigillum, ut quereret ad opus ecclesie. Et vidit quod Arnulfus vas quoddam vendidit v. solidis, sine questione. Et partes cimiterii vidit sicut precentor. Et vidit quod Arnulfus dedit Petro de Sellone, bajulo *Guillelmi Monachi*, imaginem quandam que erat in ecclesia S. Bachi. Et in die tertia, vidit sepulturam predicti mortui. Et quando candele, causa vigiliarum, ibi apportabantur, ab Arnulfo claves habebantur, et sibi reddebantur. Archipresbiter testificatus est se vidisse quod Arnulfus tenebat hanc ecclesiam nomine canonicorum. Et vidit quod archiepiscopus cimiterium divisit. Et vidit quod Arnulfus clavem ecclesie tenebat, et quod imaginem dedit Petro de Sellone. — Julianus, sacerdos, testificatus est se vidisse quod Arnulfus tenebat hanc ecclesiam nomine canonicorum. Et vidit quod Arnulfus preparabat ecclesiam S. Bachi, in Rogationibus, et intro mittebatur archa s. Trophimi. Et vidit quod Arnulfus dedit imaginem Petro de Sellone ; et quod Arnulfus ipsum deprecatus est ut ibi missam cantaret. — Monacha testificata est se vidisse quod Arnulfus tenebat hanc ecclesiam nomine canonicorum ; et quod fecit crotam ecclesie, et ostia ; et in terra ordeum habuit ; et in Rogationibus, Arnulfus preparabat [ecclesiam] S. Bachi, et intromittebatur archa s. Trophimi. Et de imagine dicit ut alii. Et quod missas et vesperas audivit ibi, dum Arnulfus teneret ecclesiam. — Adalaiz testificata est se vidisse quod Arnulfus tenebat ecclesiam S. Bachi, et quod fecit crotam et ostia ecclesie ; et missas et vesperas ibi sepe audivit. Et vidit bis quod Arnulfus habuit ordeum in illa terra. — Isoardus testificatus est se vidisse quod Arnulfus tenebat hanc ecclesiam nomine canonicorum, et missas et vesperas ibi audivit. — Bertrandus testificatus est se vidisse quod Arnulfus tenebat ecclesiam S. Bachi, tempore *Bernardi Garini.* — Ugo de Confurcio testificato dixit quod vidit Arnulfum tenere hanc ecclesiam nomine canonicorum, tempore *Raimundi archiepiscopi ;* et quod vidit ibi sepeliri mortuos, et missas celebrari. — Guillelmus de Aligno testificatus est se vidisse quod canonici sepelierunt ibi quendam mortuum, et habuerunt inde xx. solidos, et navigium, et atauc. Et vidit ibi cantari missas nomine canonicorum. — Guillelmus de Laurata testificato dixit se vidisse quod Arnulfus tenebat hanc ecclesiam nomine canonicorum. Et vidit quod Arnulfus fecit crotam ecclesie, et opus ; et in terra vidit ordeum Arnulfi. Et vidit quod bajulus Arnulfi tenebat clavem ecclesie, et habebat redditus ecclesie, sine questione. Et vidit canonicos S. Trophimi cantare missas et vesperas in ecclesia S. Bachi in festivitate ipsius ; et quod canonici fecerunt processionem in cimiterio, videntibus monachis ; et canonici oblationem habuerunt. Et vidit sepelire predictum mortuum ; et vidit quod canonici, sine questione, habuerunt navigium, et omnia que cum mortuo venerunt. Et hoc vidit in vita *Bernardi Garini, Guillelmi Monachi* et *Raimundi.* — Pontius Rostagnus testificatus est de mortuo, ut ceteri ; et quod canonici retinebant vasa sua, et monachis convicia inferebant. — Petrus Adalmanni et Vilanova, de mortuo ut ceteri.

Arch. des B.-du-Rh. Authentique du chap. d'Arles, f° 110.

613 Arles, juillet 1166.

... Ego Raimundus, Arelatensis ecclesie dictus archiepiscopus, de controversiis et querimoniis que erant... inter dom. Fredolum, Massiliensem abbatem, et ejus

monachos, et nostros Arelatensis ecclesie canonicos... super ecclesia Sancti Bachi..., transactionem seu amicabilem compositionem... fecimus. In primis, ab antiqua illa questione S. Honorati et SS. Sergii et Bachi, cum cimiteriis et mortalagiis et cum omnibus ad ipsas ecclesias pertinentibus, prefatum abbatem et monasterium perpetuo absolvimus, et hoc in civitate; extra vero, per totum episcopatum nostrum.... de his que monasterium in pace... per decennium possedit, ipsum perpetuo absolvimus. Ecclesiam vero S. Petri de Fanabregolo..., cum cimiterio et terris adjacentibus, sicuti a nobis lapidum inpositione terminatum est, canonicis pro hac compositione attribuimus, deinde dimidiam partem mortalagii et omnium obventionum mortuorum a Bellicadro et Tarascone superius qui per Rodanum venient vel portabuntur, sicuti antiquitus habere solebant, similiter et de eisdem castris. Et annuam libram incensi pro ecclesia S. Honorati, annis [singulis] in festivitate beati Trophimi persolvendam, canonicis perpetuo habenda concedimus ... Facta ... in palatio nostro, nobis assistente Gaufredo, Avinionensi episcopo. ... Hujus rei testes sunt : Guillielmus Boso, Arelatensis ecclesie prepositus, Guillielmus Bernardi, sacrista, Poncius de Baucio, precentor, Christianus archipresbiter, ... Imbertus de Acheria (*al.* Ym-s de Aqueria)....

Petit Cartul. de l'abb. de St-Victor, f° 133. *Cartul.* impr., t. II, p. 398-400. Authent. du chap. d'Arles, f° 111 v°. Bréq., III, 376. S'il n'y a pas d'erreur dans les notes chronologiques, le millésime devrait être reculé d'un an, d'après le système Pisan, et la pièce serait du 13 juil. 1165. — Voir un vidimus, à la date du 26 juin 1367.

614 1167.

Traité entre Ildefonse, roi d'Aragon et duc de Provence, et Hugues, comte de Rodez, au sujet de la vicomté de Carladès, fait du conseil de l'archevêque d'Arles Raimond.

D'Achery, *Spicileg.*, t. X, p. 168.

615 Command. du Temple près Montpellier, mars 1167.

Le roi Ildefonse, marquis de Provence, donne en échange à l'église d'Arles, les châteaux de Grans et d'Aurons, avec faculté d'amener l'eau de la Durance à Salon et à la mer.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem Incarnationis M°.C°.LX°.VII°, mense marcii. Auctoritas legum jam pridem sanxit et canonum, et consuetudo approbavit precedentium, ut quicumque rem suam alienare, vendere, permutare, vel jus suum in alium transferre voluerit, per paginam instrumenti id faciat, ne longa prolixitas temporum vel vetustas negociorum quod legitime factum fuerit, in irritum deducere possit. Ea propter, ego Ildefonsus, rex Aragonensis, comes Barchilonensis et marchio Provincie, cum primum Provinciam intrassem, de querimonia quam dilectus noster *Raimundus, Arelatensis archiepiscopus*, de quarta parte castri Albaronis et de quarta parte de Fossis faciebat, et predecessores sui predecessoribus meis fecerant, consilio et voluntate Ugonis, Terragonensis archiepiscopi, et episcoporum Gerundensis videlicet et Ausonensis, et aliorum proborum qui tunc in curia mea erant, jurare feci predictum Ausonensem, et Arbertum de Castro veteri, Guillelmum de Montepessulano et Ugonem de Baucio, quod consilio Gaufridi, Avinionensis episcopi, et Willelmi de Montepessulano et Ugonis de Baucio, concambium Arelatensi ecclesie de hujusmodi quartonibus darem et firmiter tenerem. Et ego predictus R. Arelatensis archiepiscopus Gaufridum Avinionensem et Bertrandum de Baucio, Porcellum et Petrum de Lambisco jurare feci quod concambium reciperem et predictorum arbitrio starem. Unde sic tempore procedente actum est, quod consilio et voluntate predictorum ego Ildefonsus predictus, rex Aragonensis, sponte et sine omni coactione, castrum de Grans et castrum de Aurons, cum omnibus territoriis suis, terris videlicet cultis et incultis, nemoribus et pascuis, aquis et paludibus et aquarum decursibus, Arelatensi ecclesie et tibi Raimundo, Arelatensis ecclesie archiepiscopo, et successoribus tuis, pro hujusmodi concambio perpetuo dono, laudo et concedo, et me devestio et te et Arelatensem ecclesiam investio. Ita libere ut omnem potestatem, jus et dominium ipsorum castrorum, tu et successores tui et Arelatensis ecclesia perpetuo habeatis, et sine fraude et omni contradictione et retentione, prout vobis placuerit, jure vestro tractetis. Et ego R. predictus Arelatensis archiepiscopus, per me et per consilium capituli Arelatensis ecclesie, quicquid juris in hujusmodi quartonibus supradictorum castrorum, videlicet Albaronis et de Fossis, Arelatensis ecclesia habebat, tibi Ildefosso regi et successoribus tuis perpetuo habendum sine omni contradictione concedo. Preterea, ego Ildefonsus, rex Aragonensis, comes Barchilonensis et marchio Provincie, perpetuo dono, laudo et concedo, sine omni retentione, Arelatensi ecclesie et tibi R. ejusdem ecclesie archiepiscopo, aqueductum et aquam fluminis Durencie ad deducendum, et lectum ipsius aque a Durentia usque Sallonem et inde usque ad mare. Et hanc concessionem ego et mei semper firmam tenebimus ; et si quis aliquam molestiam vel injuriam Arelatensi ecclesie et tibi, vel successoribus tuis, ibi vellet facere, nos semper bona fide defendemus. Signum Ildefonsi, regis Aragonensis † comitis Barch. et marchionis Provincie. Signum † Guillelmi Raimundi, dapiferi. † Signum Pellegrini de Castellazol. † Signum Chatignarii. † Signum Berenguarii de Sancta Eugenia. † Signum Raimundi de Albacia. Et adfuerunt testes similiter : Gaufridus, Avinionensis episcopus, Guillelmus de Montepessulano, Ugo de Baucio, Bertrandus Porcelleti, Willelmus Raimundi Gantelmi, Bertrandus Gantelmi, Bertrandus, precentor Arelatensis, Rostagnus, sacrista Avinionensis, Bertrandus de Rocamaura, Bertrandus de Podio aicardo, Rainaudus Arvei, Guillelmus Bernardi Rapina, Rainaudus Amelii, Ugo de Arenis, Poncius Archimbaudus, Gaufridus Carbonellus, magister Maurinus, et Fulco qui hec scripsit, mandato regis. Factum est hoc in domo milicie Templi, juxta Montempessulanum.

Chartrier de Salon, n° 121. Autographe de l'archev. d'Arles, f° 76. Livre noir, f° 25. Bréq., III, 367.

616 Mars 1167.

Post hec, pro hujusmodi permutatione, dominis de Grano et dominis de Aurons scripsit in hunc modum :

Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchilon. et dux Provincie, fidelibus suis dominis de Grano et dominis de Aurons, salutem. Noveritis me castrum de Grano et castrum de Aurons dilecto meo Raimundo, Arelatensi archiepiscopo, et ecclesie Arelatensi, pro concambio dedisse, et in perpetuo habendum et possidendum concessisse. Unde vobis mando et fortiter precipio ut ei deinceps sicut domino respondeatis, et juretis, et ipsum sicut dominum vestrum habeatis. Valete.

617 Mars 1167.

Deinde, pro aqueductu Durencie, scripsit dominis de Lambisco et ceteris qui subscripti sunt, in hunc modum :

Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchilon. et dux Provincie, f. s. dominis de Lambisco et de Afuvel, dominis et militibus de Malamorte, dominis de Aligno, et Imberto de Alamannone, salutem. Scire vos volo me Arelatensi ecclesie et Raimundo ejusdem ecclesie archiepiscopo, dilecto nostro, aqueductum, aquam et lectum ipsius aque, a Durentia usque Sallonem, per terram nostram, videlicet per territoria vestra, donasse et in perpetuum sine omni retentione concessisse. Et quia salubre et utile territoriis vestris esse scio, volo et fortiter precipio ut hanc nostram concessionem gratam habeatis et ei firmetis ; quod nullam in presentiarum neque in posterum molestiam vel injuriam, vel derivationem, quominus aqua cursum suum teneat, vel Arelatensis ecclesia utilitatem suam perdat, ei, interveniente aliqua indevotione inter vos et Arelatensem ecclesiam, faciatis.

Autographe de l'archev. d'Arles, f° 78. Livre noir, f° 26 v°.

618 Arles, août 1167.

Plaid entre Raimond, archevêque d'Arles, et Raimond Bérenger, comte de Provence, frère d'Ildefonse, roi d'Aragon, au sujet des greniers à farine d'Arles et aux monnaies.

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 254.

619 1168.

Pierre, abbé [*de St-Victor*] *de Marseille, donne à Raimond, archevêque d'Arles*, honorem de Vaqueriis, *en échange duquel on lui promet l'église de St-Gabriel, avec la confirmation de celle de St-Honorat.*

Autographe B de l'archev. d'Arles, f° 81. Livre noir, f° 38 v°. Livre rouge, f° 148. Guesnay, *S. Johannes Cassianus illustr.*, p. 597. Bréq., III, 545 (à 1178).

620 Marseille, 5 avril 1169.

L'archevêque d'Embrun témoigne de l'accord fait par lui, alors évêque de Carpentras, entre Rainier, évêque de Marseille, et Guillaume de Signe, ... apud Massiliam, in ecclesia S. Mariæ Majori, in præsentia dni R. Arelatensis archiepiscopi, Aicardi præpositi Massiliæ, Rainerii, *etc.*

Gallia christ. nova, t. III, instr. c. 207.

621 1170/1171.

Lettre du pape Alexandre III [Raimundo] archiepiscopo Arelatensi et S. Mariæ in via lata diacono cardinali, *au sujet d'une cause de mariage entre Ermengarde et* Blatius *ou* Blancatius.

Gregorii IX *Decretal.* lib. I, tit. 29, cap. 16 (*Corp. juris canon.*, ed. Boehmer, 1747, t. II, c. 146). Jaffé, 11867 (7936).

622 16 juin 1160/1176.

Lettre du même vener. fratribus Narbonensi, Arelatensi et Ebredunensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, *pour faire respecter, contre le comte de Toulouse, les droits de l'abbé de St-Gilles de connaître de toutes les affaires qui survenaient dans cette ville.*

Goiffon, *Bull. de St-Gilles*, p. 86. Jaffé, 12585.

623 1172.

Le roi Ildefonse confirme l'échange n° 619.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno ejusdem M°.C° LXX°.II°, tam presentibus quam futuris pateat hominibus, quod ego Ildefonsus rex Aragonensis, comes Barchinon. et marchio Provincie, laudo et confirmo Arelatensi ecclesie et tibi Raimundo, ejusdem ecclesie archiepiscopo, et successoribus tuis, concambium honoris de Vaqueriis quod fecisti cum monachis Massilien., eo videlicet more, absque omni exactione et albergi honere ; et concedo ut prefatum honorem, in aquis et in terris, cultis et incultis, et in ceteris omnibus, sicut in cartis acquisitionis monachorum continetur, liberum perpetuo habeas, et sine omni contradictione et dominorum de Moriers et monachorum, perpetuo, nomine Arelatensis ecclesie, in pace, auctoritate nostra, habeas. Verum ut hec carta omni tempore inconvulsam firmitatem habeat et retineat, eam nostro signo munimus ✢ et sigillo proprio firmari facimus.

624 1172.

Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonensis, comes Barchinonen. et marchio Provincie, dilectis in Xpisto amicis, abbati Massilien. et toti conventui, salutem. Concambium de Vaqueriis, quod cum venerabili nostro et dilecto R. Arelatensi archiepiscopo jam fecistis, nos ei libere et absolute, et cum omni integritate, et cum omnibus finibus suis et terminis, laudavimus et confirmavimus ; et quod factum est firmum et ratum habemus. Unde in ea dilectione qua nobis tenemini, vos monemus attentius, et volumus, ut et vos similiter firmum et ratum inviolabiliter habeatis, et nullam contrarietatem vel molestiam prefato archiepiscopo vel successoribus ejus, in his faciatis, neque, in quantum poteritis, fieri permittatis. Quod si non faceretis, indignationem nostram sine dubio reportaretis.

625 1172.

Ildefonsus, Dei gratia rex Aragon., comes Barchinonen. et marchio Provincie, fidelibus Hugoni de Monte rupho, Elisiario et fratribus suis, atque Pontio Gaufredi

et fratri suo, salutem. Notum vobis fieri volumus quod caro nostro et dil. Raimundo Arel. archiepiscopo et eccl. Arel. concambium de Vaqueriis, quod cum monachis Mass. fecit, sicut in instrumentis predictorum Massiliensium monachorum continetur, libere et absolute, et cum omni integritate laudamus et confirmamus. Unde vobis mandamus, et in ea fidelitate qua nobis tenemini, vos monemus, ut nullam contrarietatem vel molestiam prefato archiepiscopo et successoribus ejus, in his aliquo modo faciatis, neque in quantum poteritis, fieri permittatis; quod si faceretis, indignationem nostram sine dubio reportaretis.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 82. Livre noir, f° 40.

626 1173.

Guillaume de Beaulieu, bajulus Provincie, *donne en gage à l'archevêque Raimond, le château d'Aiguières, pour 2000 sous Melgor. qu'il lui emprunte pour le roi Ildefonse et au comte son frère.* Ego Porcellus, dominus de Burgo, fidejussor. Testes : Guillelmus, Arel. eccl. prepositus, Imbertus de Aqueria, sacrista...

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 40 v°. BARTH., *Baux*, 67.

627 1173/1176.

Lettre de Raimond, archev. d'Arles, à l'abbé de Cluny.

R[ODULFO] venerabili Cluniacensi abbati, et sacro conventui ejusdem loci, *R[aimundus] Arelatensis dictus archiepiscopus*, cum prosperitate salutem. Noverit vestræ fraternitatis discretio quod intuitu religionis monasterii vestri et honestatis quæ, Deo volente et beato Petro apostolo cooperante, longe lateque resplendet, monasterium et vos modis omnibus diligere et jura vestra per diocesim nostram illæsa custodire desideramus. Verum super prudentia et discretione monasterii vestri satis miramur, qua tarditate vel negligentia, abbatiam Sancti Gervasii, quam ad vos jure pertinere credimus, quærere et recuperare nostris temporibus negligitis, præcipue cum abbas vester Pe[trus] et prædecessor noster bonæ memoriæ super hoc convenerunt et laudatione et confirmatione, ab Arelatensi ecclesia eidem abbati et monasterio facta, instrumentum conventionis per alphabetum divisum inter se fecerunt, et sic monachi vestri ejusdem monasterii possessionem nacti, guerra interveniente, tempore procedente ejecti fuerunt. Ideoque, quia facultatem loquendi et tractandi vobiscum super his non habemus, priorem de Podioleno vel de Ponte, cum quibus locuti sumus, ad vos transmittimus, ut de his quæ ex parte nostra vobis dixerint, eis credatis, et de voluntate et consilio vestro nobis rescribatis. Valete, et nostri memores in orationibus vestris, amore Dei, si placet, estote.

Rec. d. chartes de l'abb. de Cluny, t. V, p. 605-6, n° 4249.

628 1174.

ANNO ab Incarnatione Domini M.C.LXXIIIJ^{or}. In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, tam presentibus quam futuris pateat hominibus quod ego P. de Lambisco, et ego R. de Rocha salva, fratres, filii Petri de Lambisco, de controversia que erat inter nos et Arel. ecclesiam et te, domine *Raimunde, Arelat. archiepiscope secunde*, super transactione feudorum castri, vid. de Sellone et de Alvernico et de Avallone, que condam a patre nostro et a predecessore tuo Raimundo de Monterotundo fuerat facta, talem transactionem .. facimus. Factum est hujusmodi concambium... assistentibus vobis episcopis, Gaufredo Avinionensi episcopo, P. Aurasicensi, G. Ugonis Tricastrino, Berengario Vasionensi episcopo.., preposito Guilelmo Boso.

Autographe de l'archev. d'Arles, f° 44.

629 1176.

Ego Raimundus, Arelatensis dictus archiepiscopus, *accorde les Templiers de St-Thomas avec les chanoines de sa cathédrale*, pro decimis terrarum de Treboncio : *ils payeront la dîme des terres anciennement cultivées, mais seulement la moitié ; on leur abandonne l'autre* pro bono pacis ; *les terres nouvellement rompues seront franches*. Testes : Ymberto de Aqueria, Arelatensi sacrista....

Authentique du chap. d'Arles, f° 109 v°.

630 Ile de Jarnègue, 18 avril 1176.

Traité entre le roi d'Aragon et le comte de Toulouse, passé en présence de Raimond, archevêque d'Arles, etc.

MARCA (P. de), *Marca Hispanica*, 1688, c. 1368-.

631 Ulmet, 1er mai 1177.

Donation par Raimond de Baux aux cisterciens d'Ulmet, in presentia R[aimundi] Arelatensis archiepiscopi....

Voir la pièce à l'abbaye d'Ulmet.

632 Arles, août 1177.

Accord passé inter R[aimundum] Arelatensem archiepiscopum *et Raimond Bérenger, comte de Provence, frère du roi Ildefonse, sur le droit de fournage* (de farnariis) *dont chacun aura la moitié, et le profit de la monnaie, dont l'archevêque recevra le dixième.* [Actum] in aula Arelaten. archiepiscopi que est ante turrem. — W. Boso prepositus, Ymbertus de Aqueria, sacrista.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 41 v°. Livre rouge, f° 465 v°.

633 1178.

Ildefonse, roi d'Aragon, comte de Barcelone et marquis de Provence, confirme à l'église d'Arles et à l'archevêque Raimond l'échange précédent.

GUESNAY, op. cit., p. 598. BOUCHE, *Hist. de Provence*, t. II, p. 148. BRÉQ., III, 540.

634 7 avril 1178/9.

Alexandre III confirme l'échange fait avec l'abbaye de Saint-Victor.

ALEXANDER, episcopus, servus servorum Dei, ven. fratri Reimundo Arelatensi archiepiscopo, salutem et apost. bened. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis

tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, ven. in Christo frater, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, permutationem super ecclesiis Sancte Fidei de Vacheriis et Sancti Gabrihelis de Tribontio, inter te et dil. fil. abbatem et conventum Massaliens. de assensu partium factam, sicut hinc inde recepta est et servata, auct. apost. confirmamus et presentis scripti testimonio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani, VII idus aprilis.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 78. Livre noir, f° 37. Livre rouge, f° 148. [M. Albanès avait pensé que cette bulle, confirmative du n° 619, était de 1169; mais Alexandre III n'a résidé au Latran qu'en 1166-7 et 1178-9.]

635 Arles, 15 juin 1178.

Convention des juifs d'Arles avec l'archevêque et les consuls, qui les exemptent des vexations dont ils étaient l'objet le Vendredi-Saint.

Presentibus et futuris sit manifestum, quod de controversia quam pontanarius pontis de Cravo, videlicet Petrus Johannes de Mandolio, et populus Arelatensis Judeis quondam faciebant, dicentes quod in Parasceve c. asinos ad portandos lapides operi pontis habere debebant, talem transactionem seu amicabilem compositionem, in presentia nostri, scilicet R[aimundi] Arelatensis archiepiscopi, assistentibus nobis consulibus, videlicet Ymberto Sancti Georgii, Petro de Roveria, Hugone de Arenis, Arrezato, Gaufredo de Confurcio, W. Paulo, Gaufrido Arlatano, Petro Bonofilio, Raimundo Martino, assistente etiam maxima parte militum et populi, fecimus. Statuentes, ut pro asinis quos querebant, L. solidos operi pontis in presenti darent, et perpetuo singulis annis, quamdiu operarius ibi fuerit vel aliquid in ponte operabitur, XX. solidos Melgoriensium Judei Arelatenses in septimana Ramis palmarum operario dare tenebuntur. Et pro hac collatione seu servitio, nos et consules Arelatenses ita eos in die Parasceve tueri et manutenere debemus, quod archiepiscopus in Ramis palmarum debet hoc annunciare et interdicere, et per sacerdotes suos in ecclesiis suis monere et inhibere ; et consules ex amministratione quam gerunt debent eos tueri et bona fide defensare, ne Judei et domus eorum graventur, vexentur, vel aliqua ratione vituperentur ; et pontanarius sive operarius eadem die domos eorum nichilominus debet visitare, et pro posse suo custodire. Quod si, more solito hujusmodi juvenum et populi infestatio in Judeis et domibus eorum fieret, et consules castigare, pacificare et emendare non satagerent, Judei predictos XX. solidos dare non tenerentur. Facta est hec transactio seu compositio amicabilis in porta Sancti Stephani, anno Domini nostri Jhesu Christi M°C°LXX°VIII°, XVII. kalendas julii, regnante imperatore Frederico, qui VII. kalendas augusti sequentis cum uxore natoque suo Philippo, venit Arelatum et ibi se coronavit, anno XV. archiepiscopatus R[aimundi] Arelatensis archiepiscopi. Et ut hoc instrumentum perpetuam firmitatem obtineat, ego R. Arelatensis archiepiscopus hanc cartam precepimus per alfabetum partiri, et nostro sigillo muniri, et in hoc fecimus cartologio conscribi. Hugo Ysop noster capellanus scripsit.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 54 v°. Livre autographe, p. 106.

636 24 juin 1178.

Accord entre l'abbesse de St-Césaire et les consuls d'Arles. Acta sunt hec in curia R. Arelatensis archiepiscopi.

Voir la pièce à l'abb. de St-Césaire.

L'empereur Frédéric I arrive à Arles, avec son épouse [Béatrix] et son fils Philippe, le 26 juillet 1178 (n° 635); il y est couronné, dans la métropole de Saint-Trophime, le dimanche suiv. 30 (n° 637[1]) et y séjourne encore le 31 (Stumpf, *Reichskanzler*, p. 381). Voir encore le n° 647.

637 Arles, 30 juillet 1178.

L'empereur Frédéric I prend sous sa protection spéciale l'église d'Arles et accorde aux chanoines l'immunité de toutes charges.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus, divina favente clemencia, Romanorum imperator augustus. Ad eterni regni meritum et ad temporalis gloriam imperii apud regem regum nobis proficere non dubitamus, si necessitatibus ecclesiarum Dei, earum jura defendendo et in bono eas statu conservando, jugiter intendamus. Quoniam igitur Arelatensis ecclesia speciali racione imperio pertinet, utpote que ab antiquis temporibus principalis sedes regni Burgundie esse dinoscitur, universis imperii nostri fidelibus, tam presentis quam post future etatis, notum esse volumus qualiter nos, divine remuneracionis intuitu, prefatam ecclesiam cum canonicis Deo in ea famulantibus, et cum ecclesiis, domibus et coloniis, sive quibuscumque possessionibus et familiis suis, sub imperialis nostre tuicionis speciale patrocinium suscipimus, et prefatis canonicis eorumque domibus et rebus, tam universitatis quam singulorum, immunitatem concessimus. Statuentes et imperialis edicti vigore districte precipientes, ne quispiam marchio vel comes, seu consules vel populus, seu quelibet humilis vel prepotens persona, ad publicam collacionem seu descripcionem eos de cetero compellat, neque occasione murorum vel fossatorum, ad [stipendia] custodum qui de nocte civitatem custodiunt, aliquid a predictis canonicis, vel possessionibus vel rebus eorum, ullo modo exigere presumat, nec angariis vel parangariis, vel quocumque genere exactionis eos vel res eorum audeat molestare. Equum enim est ut persone divinis obsequiis mancipate ab omni honere sordidorum vel quorumlibet munerum penitus excepte secure vivant, et Deo et sanctis ejus cum tranquillitate deserviant. Si quis ergo hujus nostri edicti et institutionis violator extiterit, banno imperiali subjaceat ; et centum libras auri purissimi pro pena componat, quarum medietas

1. Le Catal. n° 3 (c. 7) date à tort cet événement du 31 juillet.

fisco nostro, altera vero medietas prenominatis fratribus solvatur. Ut itaque hec nostra sanctio firma et in omne evum inconvulsa permaneat, presentem paginam conscribi, eamque aurea magestatis nostre bulla signari precepimus, testibus subter notatis, quorum nomina hec sunt : *Raimundus Arelatensis archiepiscopus*, Bertrandus Aquensis archiepiscopus, Ugo Verdensis episcopus, Poncius Avinionensis episcopus, Benedictus Cabillonensis episcopus, Raembaudus Carpentoratensis episcopus, Bertrandus Vasionensis episcopus, Guillelmus Huguo Tricastinus episcopus, Aicardus Goslariensis prepositus, Rodulfus, imperialis aule notarius; laici : Bertrandus de Baucio, Brucardus, castellanus Magdebrunensis, Robertus de Durna, Gualterius, dapifer domini imperatoris, Contardus, pincerna, Rodulfus, camerarius, et alii quam plures. Signum domini Frederici [*monogramme*], Romanorum imperatoris invictissimi. Ego Godefredus, imperialis curie cancellarius, vice Roberti, Viennensis archiepiscopi et Provincie ac Burgundie archicancellarii, recognovi. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis mill'o C.LXXVIII, indictione XI, regnante domino Frederico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus XXVII°, imperii autem XXIIII°, feliciter. Acta in palacio Arelatensi, III kalendas augusti, die dominico quo coronatus est in ecclesia Arelatensi imperator.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 26 v°. Livre vert, f° 4 v°. Bréq., III, 537. Stumpf, 4256.

638 Arles, 30 juillet 1178.

Privilège accordé par le même prince à l'évêque de Die. Testes : Raymundus Arelatensis archiepiscopus, Poncius Avi[ni]onensis episcopus, Bertrandus Vasionensis episcopus.

Chevalier (C. U. J.), *Cartul. de l'égl. de Die*, 1868, p. 4-7. Stumpf, 4257.

639 4 août 1178.

Privilège du même empereur en faveur de l'archevêque d'Arles, l'exemptant de toutes charges et lui soumettant les Juifs de la ville.

Fredericus, divina favente clemencia Romanorum imperator augustus. Imperialem decet excellenciam racionabilibus fidelium suorum petitionibus facilem ac benignum prebere assensum, ut fidelis devocio super bone fidei meritis celerem sorciatur effectum. Unde notum sit tam presentibus quam futuris imperii nostri fidelibus, quod nos dilecto principi nostro *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo Raimundo* et suis successoribus concessimus, eique hujus nostre concessionis donum imperiali auctoritate confirmamus, ut nulla de cetero persona clericalis vel secularis, cujuscumque dignitatis seu potestatis fuerit, ipsum in capellanis suis, clericis, monachis, sanctimonialibus, angaria vel parangaria aut aliquo genere exactionis gravare aut molestare presumat. Quod eciam nostre benignitatis munus ipsi, suisque successoribus, in Judeis qui in civitate Arelatensi comorantur clementer ampliamus, quos camere nostre pertinentes ejus dominio supponimus ; firmiter statuentes ut nulla racione aliquis hominum aliquam exactionem absque consensu et consilio ipsius in eos animum apponat exercere. Si quis autem contra hec magestatis nostre statuta atque mandata ire atemptaverit, banno nostro indubitanter sese sciat esse obligatum ; et a gracia nostra penitus exclusum, et pene XL. librarum probatissimi auri subjaceat, quarum librarum XX. fisco nostro, alteram medietatem archiepiscopo injuriam passo persolvat. Testes aderant, episcopus Carpentoratensis, episcopus Avinionensis, episcopus Vasionensis, electus Aurasicensis, Petrus Bermundi, canonicus, Poncius de Sancto Martino, Petrus Villelmus, Reimbaldus, Nazarenus, Poncius Villelmus de Roson, canonicus Arelatensis, Petrus Villelmus de Caonis, Geraldus de Borriano, Imbertus de Sallon, Petrus de Aurons, Guillelmus de Poi gros. Datum apud Aurasicam, anno Domini M°.C.LXX.VIII, II. nonas mensis augusti, indictione XI^a^.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 128. Livre vert, f° 5. Livre jaune, f° 5. Huillard-Bréholles, *Hist. diplomat. Friderici II*, t. II, p. 473-4. Stumpf, 4259.

640 Août 1178.

Anno dom. Inc. 1178, mense augusti, professus fuit et recognovit dns R. Tholosanus comes, se habere in feudum ab archiepiscopo et ecclesia Arelatensi castrum de Bellicadro et totam Argentiam..., ab ipso loco qui dicitur Galdum usque ad locum ubi fuit columna que dicebatur S. Stephani, que erat subtus locum qui dicitur Palamonachum...

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 157. Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. III, c. 145 ; 3° éd., t. VIII, c. 333-5 (d'après le Cartul. rouge de l'a. d'A.)

641 Arles, septembre 1178.

Achat par Fouque, évêque de Marseille, des possessions des Malherbe à St-Cannat. Hec venditio et venditionis laudatio fuit facta ante dom. Raimundum Arelatensem archiepiscopum, in domo et palatio ejusdem Arel. archiepiscopi, in presentia... Ymberti de Aqueria, sacriste Arelatensis, et Ugonis Ysopi, capellani Arelat. archiepiscopi. *Apposition du sceau de l'archevêque.*

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 176.

642 5-19 mars 1179.

3° Concile général de Latran, à Rome.

Ex provincia Arelatensi : Raimundus Arelatensis archiepiscopus.

Hardouin, *Concilia*, 1714, t. VI, II, c. 1689.

643 12 juin 1179.

Lettre du pape Alexandre III aux religieux de Saint-Gervais [*de Fos*], *confirmant le choix qu'ils ont fait du doyen de St-Gilles pour leur abbé :* electum a vener. fratre nostro Arelatensi archiepiscopo vice nostra in abbatem benedici mandamus.

Goiffon, *Bull. de l'abb. de St-Gilles*, p. 91-2. Jaffé, 13432.

644 Août 1179.

Raimond, comte de Toulouse, reconnaît tenir en fief de l'archevêque et de l'église d'Arles, Beaucaire et toute l'Argence. L'archev. de plus lui inféode le quart des dîmes de l'Argence, Mornas et Mondragon.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 309 v°. SAXI, p. 237.

645 Avignon, avril 1180.

Transaction entre le prieur des Hospitaliers de Saint-Gilles et Bertrand de Baux. Hoc fuit factum et laudatum... apud Avinionem, in camera episcopi, in presentia dni Henrici, Albanen. episcopi et sedis apostolice legati..., et .. R[aimundi] Arelatensis archiepiscopi, et Henrici Aquensis archiepiscopi, et Bertranni Vasionensis episcopi,...

Arch. des B.-du-Rh. Ordre de Malte, cart. 69, Trinquetaille. BARTHÉLEMY, *Rech. hist. et généal. sur la mais. de Baux*, p. 24-6 (« in pres... B. Arelat. archiep. » doit être une fausse lecture).

646 Arles, 30 mai 1180.

DONATIO FACTA ABBATI CASEDEI DE ECCLESIIS BELLIQUADRI.

Anno ab Incarnatione Domini M°.C°.LXXX°, III°. kal. junii. In nomine Domini Jhesu Xpisti. Ego *Raimundus* gratia Dei *archiepiscopus Arelatensis*, ad multas preces et instanciam tocius capituli Arelaten. ecclesie, cum hac presenti carta, tibi Lantelmo, venerabili Casedei abbati, et per te universis ejusdem monasterii fratribus, tam presentibus quam futuris, omnes ecclesias, seu oratoria, que in presentiarum in castro Bellicadri existunt, vel in parrochia ipsa deinceps consurrexerint, pleno jure in perpetuum habenda, ordinanda et possidenda, cum omnibus ad eas pertinentibus, intuitu pietatis, et pro redemptione anime mee, atque predecessorum meorum, ut semper orationum ejusdem cenobii participes efficiamur; canonice dono, laudo, concedo, et questionibus quas ego et capitulum vobis super ipsis ecclesiis movebamus, omnino et in perpetuum renunciamus. Set, et donationes predecessoris mei Gibelini, et illustrium comitum Tholosanorum, in monasterium vestrum olim rationabiliter factas, presenti annotatione confirmo. Retenta de prefatis ecclesiis michi et capitulo meo pensione XIII^cim cannarum boni olei et recipiendi, annuatim in Septuagesima nobis solvenda; ita quod medietatem earumdem XIII^cim cannarum michi, et aliam medietatem canonicis, quam pro salute anime mee capitulo Arelaten. concessi, persolvetis. Verum, ubi oleum carius vendi contingeret, ita quod precium IIIJ^or sol. Melgor. summam excederet, vos ultra quinquaginta et unum solidum, pro dictis XIII^cim cannis olei solvere nullatenus cogamini, nec ultra istud precium, emere oleum quod nobis solvere debetis. Hanc autem predictarum ecclesiarum concessionem vobis facio in integrum; salvo michi et successoribus meis jure atque reverentia pontificali. Ad majorem vero hujus rei firmitatem, tam ego quam predictum capitulum, hujus donationis instrumentum propriis sigillis fecimus roborari; promittentes vobis, quod si quis super hac donatione vos molestare presumpserit, consilium et auxilium nos et successores nostri vobis fideliter impendemus. Factum fuit hoc Arelati, in palacio meo, presente Raimundo de Capella, dni pape subdiacono, a venerabili dno Henrico Albanen. episcopo, apostolice sedis legato, ad nos transmisso; et presentibus ecclesie nostre canonicis, W. Bosone, preposito, Ymberto de Aqueria, sacrista, Petro Ferreoli, Ugone de Confurcio, W. de Aligno, Jordano, Rainaldo, Bertrando de Sancto Remigio, magistro Vilelmo, Poncio operario; monachis etiam Casedei presentibus, Geraldo de Mauzac, priore Casedei. Poncio de Austranno, Calixto, capellano abbatis, Bertrando de Clausonna.

Arch. des B.-du-Rh. Archev. d'Arles, chartrier des Chapelles, 139, origin. parch.; manquent les sceaux. Livre rouge, f° 394 v°. Authentique du chap. d'Arles, f° 112 v°.

647 Arles, 31 octobre 1180.

Donation par Raimond de Bollène, archevêque d'Arles, au prévôt de St-Paul du Mausolée.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Anno ejusdem Incarnationis M°.C°.LXXX°, tam presentibus quam futuris pateat hominibus quod ego *R. Arelatensis archiepiscopus*, intuitu pietatis et religionis, ad honorem Dei et gloriose virginis, ac beati Trophimi et sancti Stephani, ecclesias de Baucio, videlicet ecclesiam Sancti Andree, et Sancti Vincentii, et Beate Marie, consilio canonicorum nostrorum, et volente et rogante Tiburgis, domina de Baucio, et filiis suis, concedimus et laudamus tibi Vilelmo, Sancti Pauli preposito, et fratribus canonicis ibi degentibus, et successoribus vestris, ut habeatis, et nomine Arelatensis ecclesie, in perpetuum possideatis, retenta censa XL. solidorum per annum, et retenta obedientia et reverentia, cum integritate jurisdictionis Arelatensis ecclesie, quam in aliis ecclesiis habere consuevit; ita tamen quod prior quem prepositus ibi preponet, archiepiscopo obedientiam promittat. Verum, propter obedientiam archiepiscopi, prepositus non minus habebit liberam facultatem illum removendi, et sustituendi quem voluerit, et quandocumque voluerit. Salvo tamen in omnibus supradictis dominio Arelatensis ecclesie. Si quem vero capellanum extraneum, qui obedientia Arelatensis ecclesie non teneatur, habere voluerint, nobis et successoribus nostris obedientiam faciet, et curam animarum recipiet. De aliis siquidem ecclesiis, et decimacionibus ad predictas ecclesias non pertinentibus, et de omnibus aliis que Arelatensis ecclesia habet et possidet, nulla racione, sine permissione archiepiscopi, et consilio capituli, se intromittant. Hoc autem factum est Arelati, in palacio nostro, ante capellam Beate Marie, II. kalendas novembris, tercio anno quo Fredericus, Romanorum imperator, fuit Arelate. Et ut hoc factum firmum et ratum in posterum habeatur, hoc instrumentum sigillo nostro muniri et per alfabetum dividi fecimus. Signum Imberti, sacriste. † Petri Ferreoli. † Jordanis. † Guilelmi de Alen. † Magistri Vilelmi. † Rainaldi. † Guilelmi de Rosson. † Magistri Bonaudi. † Pontii Rebolli. † Bertrandi de Sancto Remigio. † Guiraudi. † Ugonis Ysopo. † Guilelmi Laurentii. † Guarnerii. † Guilelmi Aornantii.

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier de Salon, n° 327, orig., charte partie, ayant eu 3 sceaux. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f°s 368 v° et 391 v°. Livre vert, f° 302 v°.

648 1181.

Accord entre l'archev. d'Arles et l'abbé du Thoronet.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod anno ab Incarnatione Domini M°.C° octogesimo primo. Ego *R. Arelaten. archiepiscopus,* communi consilio tocius capituli nostri, determinavimus controversiam illam decimarum, que erat inter canonicos Arelaten., et P. abbatem, et fratres de Torondet, sic quod medietatem omnium decimarum, tam de cultis quam de incultis, que ibi in presenciarum habent, vel quoquo titulo in nostro diocesi, que ad ecclesias nostras pertinent, in futuro habituri sunt, ex integro persolvant. Aliam vero medietatem, ex beneficio nostro, amore Dei et intuitu religionis, communicato consilio tocius capituli, eis concessimus ; excepto quod ad opus orti duas eminatas terre, liberas ab exactione decimarum, eis habere liceat. Et idem dicimus de medietate rubine quam habent. De animalibus vero et pecudibus, decimas dare non cogantur ; sed de aliis omnibus, sicut supra dictum est, sine questione decimas persolvent. Si vero hujusmodi honorem quem habent, ad alias personas, titulo venditionis, vel alio modo transtulerint, ecclesia de Marinnana decimas suas ex integro recuperet. Factum fuit hoc in presentia Willelmi prepositi Arelaten., et Ymberti sacriste, Petri Ferreoli, et Hu. de Conforcio, Jordani de Burgo et magistri Vilelmi Rainaldi, et Bertranni Sancti Remigii, Poncii Rebolli et W. de Roson, Willelmi de Aligno, et Stephani Regort, qui tunc temporis regebat ecclesiam de Marignana.

Authentique du chap. d'Arles, f° 119.

649 30 avril 1181.

Vente par Raimond de Felguières à l'archevêque R[aimond] d'une propriété à Mézens.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 28. Livre rouge, f° 115.

650 22 juin 1182.

Pierre tumulaire et obit de Raimond de Bollène.

X. KAL. JVLII, OBIIT DOMINVS RAIMVNDVS A BOLENA, BONE MEMORIE ARELATENSIS ARCHIEPISCOPVS, ANNO DOMINICE INCARNATIONIS MCLXXXII. ORATE PRO EO.

SAXI, *Pontif. Arelat.*, p. 238. TRICHAUD, t. II. p. 88.

x kal. julii. Obiit Raymundus, Arelatensis archiepiscopus, anno Domini M.C.LXXXII.

Ex Mortuologio eccl. Massil. (Bibl. Nat., ms. lat. 12702, f° 138 v°). Voir encore au 4 juin 1221 et le Catal. n° 3 (c. 7).

PIERRE I ISNARD, 1183-1190.

Chanoine de la métropole d'Arles dès 1141 (n° 538), il devint évêque de Toulon le 6 janv. 1168 (voir à cet évêché).

651 Janvier 1183/4.

Testamentum Jaufredi Jaucenna... Hujus testamenti mei volo esse gadiatores, Ymbertum Arelaten. eccl. sacristam. Hoc test. ad perp. memoriam coram dno Petro Arelaten. eccl. archiepiscopo, anno ab Incarnatione Domini 1184 (*sic*), *juré par huit témoins*. Primus testis ait : ego Ymbertus, Arel. eccl. sacrista,...

Authentique du chap. d'Arles, f° 124.

652 Février 1183/4.

Ugo Bellaroti ... vendo tibi, Petre Arelatensis archiepiscope,... honorem quem habebam in territorio de Mesenx... ; in presentia Ymberti de Aqueria, sacriste,...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 116.

653 Arles, août 1184.

Achat d'un jardin par les Templiers d'Arles. — Et hoc fuit factum in curia dni Petri Ysnardi, Arelatensis archiepiscopi, ante suam capellam, in sua presentia, et suo sigillo muniri jussit... Hoc fuit factum anno ab Incarn. Domini M°.C°.LXXX°IIII, in mense augusti.

Arch. des B.-du-Rh. Templiers, liasse 15, n° 8.

654 Juillet 1185.

Serment d'Arbert I, abbé de St-Gervais, à Pierre Isnard, archevêque d'Arles.

CARTA OBEDIENTIE ABBATIS SANCTI GERVASII.

Tam presentibus quam futuris omnibus, per presentis pagine testimonium luce clarius innotescat, anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXV, mense julii, abbatem Sancti Gervasii promisisse in verbo veritatis obedientiam et reverentiam Deo et dno *P. Arelatensi archiepiscopo* ; et eundem excusantem se non debere jurare propter senium predictam obedientiam a sanctis patribus constitutam, jurasse per interpositam personam, scilicet per nepotem suum Arbertum, tunc temporis ecclesie Sancti Gervasii priorem ; qui tactis sacrosanctis euvangeliis, hoc in periculum anime predicti abbatis, ipso persuadente, in presentia subscriptorum testium, juravit : videlicet Guillelmi de Tolorges, magistri Nicholay, Pontii Aycardi, P. Ysnardi, Bertr. de Sancto Remigio, Gaufredi de Berra, P. Maleaure, sacriste, Imberti scilicet de Aqueria, Pon. Rostagni, P. Ferreoli, magistri Guillelmi, Br. cappellani, R. Nicholay, R. de Gingnaco, P. clerici de Trencatallis, Raynaldi cappellani, R. scriptoris, Michaelis, P. Abel, Vincentii consulum scriptoris.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 343.

655 Novembre 1185.

Petrus, Arelatensis archiepiscopus, *fait une concession à cens* Francisco et uxori tue Tholose.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 47 v°.

656 Arles, 4 mars 1185/6.

... In presentia dni Petri, Arelatensis archiepiscopi, et consulum Petri de Veruna et Bertrandi Aimerici, et multorum militum et aliorum virorum boni testimonii et probate opinionis..., publicatum fuit testamentum Rostagni Porcelleti... Ego B. Aostencus, testis, vidi in

presentia dni Isnardi Petri, Arelatensis archiepiscopi,... Ugonem Sacristanum jurare super quatuor Evangelia sese observaturum omnia que in hoc testamento [fratris sui] fuerunt ordinata... Facta fuit hec publicatio Arelate, in domo archiepiscopi, [in] porticu ante ecclesiam Sancte Marie, an. dom. Incarnat. M C LXXX V, quarto nonas marcii,...

Arch. des B.-du-Rh. Ordre de Malte. Authentique de Trinquetaille, f° II v°.

657 1186.

Querimonia inter dom. Petrum, Arelatensem archiepiscopum, et capitulum S. Trinitatis *de Frigolet; on abandonne à l'archevêque la moitié des dîmes de* Mamussana.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 365 v°.

658 Arles, 1186.

Pierre Isnard, archevêque d'Arles, remet la même moitié de dîmes au prieuré de Frigolet.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno Incarnationis ejusdem M°.C°.LXXX°.VI°. Tam presentibus quam futuris pateat hominibus quod ego *P. Arelatensis archiepiscopus*, intuitu pietatis et religionis, ad honorem Dei, et gloriose Virginis, ac beati Trophimi et sancti Stephani, ecclesiam Sancte Trinitatis, cum appenditiis, et omnem decimationem territorii de Mamuzana, consilio canonicorum nostrorum, concedimus et laudamus tibi R. priori Sancti Michaelis de Ferigoleto, et fratribus ibi canonice degentibus, et successoribus vestris ; ut habeatis et possideatis, nomine Arelatensis ecclesie, in perpetuum. Retento tamen pleno dominio ; et retenta obedientia cum jurejurando, et reverentia, et correctione ; cum integritate juridictionis Arelatensis ecclesie, quam in hac ecclesia habere consuevit. Ita tamen quod prior Sancti Michaelis domino archiepiscopo obedientiam promittat. De aliis siquidem ecclesiis et decimationibus, et de omnibus aliis que Arelatensis ecclesia habet, vel habere debet, et possidet, nulla ratione, sine permissione archiepiscopi, et consilio capituli, vos intromittatis, vos vel successores vestri ; et decimas ad Arelatensem ecclesiam pertinentes, vel ad ecclesias sibi subditas, nec retineatis, vos et successores vestri, nec recipiatis. Preterea, contra hanc constitutionem, vel conventionem inter nos et vos presenti scriptura firmatam, privilegium a Romana ecclesia vos vel successores vestri, nullo tempore, impetrare presumatis. Item, parrochianos Arelatensis ecclesie, vel ecclesiarum sibi [subjectarum], nisi ibi viventes sepulturam elegerint, nullo modo recipiatis. Factum fuit hec concessio apud Arelatem, infra stare archiepiscopi, in presentia istorum testium, scilicet P. Ferreoli, prepositi, Jordani, decani, Y. de Aquaria, sacriste, P. Ysnardi, magistri Guillelmi, Ugonis de Confurcio, P. Malaura, precentoris, Bernardi de Mandolio, Giraudi de Bosco, c[anonicorum], P. Alfanti, Guillelmi Raimundi, Guillelmi Ricardi, qui tunc erat prior Sancte Trinitatis, Johannis, sacerdotis, Petri, sacerdotis, Guillelmi de Villanova, Dulciani, capellani archiepiscopi.

Chartrier de Salon, n° 326, orig., charte partie, bandes de peau blanche, sceau de Frigolet ; le sceau de l'archev. manque. Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 86 v°. Livre rouge, f° 366.

1220, 21 avril. — Discussions entre le chapitre d'Arles et les chanoines de St-Michel de Frigolet. Item, dicebant se non teneri prestare decimas de territorio Bosci mali, quia territorium illud est ecclesie S. Trinitatis, quam ecclesiam S. Trinitatis dns P. Ysnardus, quondam Arelaten. archiepiscopus, dedit, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ecclesie Sancti Michaelis, jam sunt 35 anni et plus ; que ecclesia S. Trinitatis est hedificata in territorio Bosci mali.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 422.

659 1186.

Notum sit omnibus.... *Donation à Notre-Dame de* Berra, *par* Ugo de Confortio, in territorio de Bivals... ; in presentia dni Petri, Arelatensis archiepiscopi,...

Authentique de chap. d'Arles, f° 120.

660 Arles, août 1186.

Pierre, archevêque d'Arles, donne à Pierre du Tor la licence de fabriquer de la monnaie au nom de Saint-Trophime.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno ab Incarnatione ejusdem M.C.LXXXVI, in mense augusti. Ego *Petrus Arelatensis ecclesie archiepiscopus* dono et concedo tibi Petro de Toro et tuis, fabricam monete in civitate Arelatensi, ut tibi et tuis liceat monetam cudere in civitate predicta, nomine ecclesie Sancti Trophimi et nostro et successorum nostrorum. Tali videlicet pacto, ut de singulis libris ejusdem monete, sine omni honere et expensis, ecclesie Sancti Trophimi et nobis et successoribus nostris, tu et tui XII den. fideliter reddatis, et tertium decimum denarium ad opus altaris Beati Stephani, vel ad alia opera que specialiter ad sacristiam spectare dicuntur, sacriste et ecclesie semper fideliter reddatis, et sic semper pleno jure dominii reddere teneamini. Hoc etiam addito, quod si nobis vel successoribus nostris aliquando placeret in alio loco extra civitatem Arelatensem monetam cudere, magisterium cudendi eandem monetam eadem ratione tibi et tuis concedimus. Hoc autem actum est in palacio dni archiepiscopi, consilio et voluntate cannonicorum Arelatensium, supra portam Sancti Stephani, in presentia Ymberti de Aqueria, sacriste, Petri Ferreoli, prepositi, Willelmi de Rossono, archipresbiteri, Bertrandi de Sancto Romigio, vestiarii, Petri Malaure, precentoris, magistri Guillelmi, Bernardi, fratris ejus, Petri Isnardi, Poncii Rostagni, Bernardi, presbiteri, Privati, presbiteri, Raimundi Bollegon, presbiteri, Petri Rainaldi, Petri Rainaldi *(sic)*, Petri Stephani, Andree Cape, Bertrandi de Aramone, Poncii Archimbaldi, Petri de Aqueria, Ugonis Raimundi, Raimundi de Malo consilio, Bernardi Guillelmi, Bertrandi Ruffi, Genejani, magistri Nicholai, Johannis Palmerii, Raimundi de Agel, Motet, Raimundi Andree.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 52, charte partie, l'un des deux orig. sur parch. ; fragment du sceau en cire jaune, sur bande de parch. (probabl. un aigle à ailes déployées, on en voit une). Livre rouge, f° 54. BRÉQ., IV, 79.

661 27 octobre 1186.

Bulle du pape Urbain III adressée vener. fratri P[etro] Arelatensi archiepiscopo... Que a nobis ratione previa expetuntur... *Il lui accorde le pouvoir de suspendre les moines qui n'observent pas ses interdits.* Dat. Verone, VI. kal. novembris.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 74.

[On peut voir, dans le vol. consacré à Marseille (c. 93), les raisons qui font écarter l'archevêque d'Arles JEAN, qui aurait assisté à la consécration de l'église de Lepia par le pape Urbain III, le 2 nov. 1186.]

662 27 novembre 1186.

Lettre du même vener. fratribus episcopis et dil. filiis abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis per Arelatensem provinciam constitutis... Quanta sit obedientie virtus.... *Il leur ordonne d'obéir à l'archevêque Pierre et leur défend d'accorder la sépulture aux excommuniés ou interdits nommément par lui et non absous.* Datum Verone, v. kal. decembris.

Autographe cité, p. 71. LOEWENFELD, *Epist. pont. Rom. ined.*, p. 230. JAFFÉ, 15705.

663 27 novembre 1186.

Lettre du même " priori et monachis Sancti Honorati *de Lérins*. Ad audientiam apostolatus nostri.... *Il leur défend d'ensevelir dans leur cimetière les fidèles excommuniés par l'archevêque.* Dat. Verone, v. kal. decembris.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 73.

664 27 novembre 1186.

Lettre du même consulibus et populo Arelaten.... Omnipotentis Dei benignitas.... *Ordre de payer les dîmes aux églises, sous peine d'être excommuniés par l'évêque d'Albano, légat du St-Siège.* Dat. Verone, v. kal. decembris.

Autographe cité, p. 73. LOEWENFELD, op. cit., p. 229. JAFFÉ, 15704.

665 12 décembre 1186.

Le pape Urbain III met sous la protection du St-Siège l'archevêque et le chapitre d'Arles.

URBANUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *Petro archiepiscopo*, et dilectis filiis Petro preposito et canonicis Arelatensibus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quociens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam vestram Sancti Trophimi, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Anastasii pape, predecessoris nostri, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, quem nuper secundum Beati Augustini regulam Domino professi estis, in ecclesia vestra perpetuis temporibus inviolabiliter observetur; ita quod de cetero in ecclesia vestra nullus canonicus assumatur, nisi fuerit vitam regularem professus. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Monasterium Sancti Cesarii, cum omnibus pertinentiis suis, quod idem beatus Cesarius, Arelatensis quondam antistes, in alodio ipsius ecclesie fundasse dicitur et de bonis ejus ditasse. Ordinationem quoque atque correctionem ipsius loci. Ecclesiam Beate Marie de Fosso, cum decimis et omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam Beate Marie de Castello veteri, cum decimis et aliis pertinentiis suis. Castrum de Sellone. Castrum de Sancto Amantio. Castrum de Alvernico et de Avalone. Castrum de Mornatio et de Montedracone. Redditus de Ponte Sancti Genesii. Judeos, et jus quod habetis in moneta ipsius civitatis. Quicquid habetis in portubus et teloneis Arelatensibus. Preterea, transactionem que inter Raimundum bone memorie quondam ecclesie vestre archiepiscopum, et Anf[onsum] Tolosanum comitem, rationabili providentia facta et in scripto redacta est, si rationabilem esse constiterit, auctoritate apostolica confirmamus. Insulam etiam que Boscus comitalis vocatur, quam predictus comes ecclesie vestre restituit, vobis vestrisque successoribus nichilominus confirmamus. Preterea, libertates et immunitates antiquas et rationabiles consuetudines ecclesie vestre, sine questione hactenus observatas, ratas habemus easque futuris temporibus illibatas manere censemus. Statuimus etiam ut cum parrochiani vestri alibi acceperint sepulturam, in legatis eorum canonica justicia reservetur. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce, divina officia celebrare. Prohibemus insuper ut infra fines vestre diocesis nullus sine assensu vestro capellam vel oratorium de novo construere audeat. Salvis tamen privilegiis Romani pontificis. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum quoque devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen justicia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi,

quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis invenia[n]t. Amen. Amen. Amen.

(Roue avec la légende) Ad te, Domine, levavi animam meam. *(Monogramme)* Bene valete.

Ego Urbanus, catholice ecclesie episcopus, s[ub]s[cripsi].
† Ego Henricus, Albanensis episcopus, ss.
† Ego Paulus, Prenestinus episcopus, ss.
† Ego Petrus de Bono, presb. card. tit. S^e Susanne, ss.
† Ego Laborans, pr. card. Ste Marie trans Tiberim, ss.
† Ego Pandulfus, presb. card. tit. XII Apostolorum, ss.
† Ego Melior, presb. card. Sanctorum Johannis et Pauli tituli Pamachii, ss.
† Ego Adelardus, tit. Sancti Marcelli presbiter card., ss.
† Ego Jacinctus, diac. card. Ste Marie in Cosmydyn, ss.
† Ego Gratianus, Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, ss.
† Ego Bobo, Sancti Angeli diaconus cardinalis, ss.
† Ego Soffredus, Sancte Marie in Via lata diac. card., ss.
† Ego Rollandus, Sancte Marie in Porticu diac. card., ss.
† Ego Petrus, S^ti Nicholai in carcere Tulliano diac. card. ss.
† Ego Radulfus, S^ti Georgii ad Velum aureum d. card. ss.

Datum Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, II. idus decembris, indictione V, Incarnationis dominice anno M.C.LXXX.VI, pontificatus vero domini Urbani pape III anno II°.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 3. Orig., le plomb manque. Autographe de l'archev. d'Arles, p. 64. JAFFÉ, 15711.

666 — 12 décembre 1186.

Lettre du même Arelatensi archiepiscopo.... Quanto in Ecclesia Dei locum obtines digniorem.... *Il lui mande de faire observer dans sa province l'ordonnance du cardinal H[enri], évêque d'Albano, portant excommunication contre les détenteurs des dîmes ; les curés ne doivent pas admettre à la sépulture les excommuniés.*

Autographe cité, p. 7. LOEWENFELD, op. cit., p. 231. JAFFÉ, 15712.

667 — Arles, 1187.

Accord entre Pierre Isnard et V. d'Uzès, au sujet de la farnaria *d'Arles, dont l'archevêque doit le quart...* ; [Arelati,] in presentia Petri Ferreoli, prepositi, Y. de Aqueria, sacriste,...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 47.

668 — Arles, mars 1188.

Hommage de Barral à Pierre Isnard, archev. d'Arles.

Ego R. Barralus, filius Cecilie, recognoscens honorem Arelatensem et honorem de Ponte Sancti Genesii, me ab Arelatensi ecclesia habere, et pro eodem honore, tibi domino *P[etro], Arelatensi archiepiscopo*, juro vitam et membra, et castella, et omnem honorem quem modo Arelatensis ecclesia habet, vel in antea adquirere poterit ; quod aliquid ex eis non auferam, neque aliquis homo meo consilio ; et si quis ex eis aliquid aufferret vel impediret, fidelis adjutor ero. Et sic tibi hominium faciens, hec me omnia prosecuturum promitto. Sic me Deus adjuvet, et hec sacrosancta evangelia. Factum est hoc in civitate Arelatensi, in camera domini P. Arelatensis archiepiscopi, in presentia G. de Marsilia, Biterrensis episcopi, P. Ferreoli, prepositi, Ymberti de Aqueria, sacriste Arelatensis, Bertrandi de Sancto Remigio, vestiarii, P. Malaure, capitis scole, P. Isnardi, canonici, Guilelmi de Rosone, archipresbiteri, P. de Montefrino, Satis, fratris militie, sacerdotis, R. de Uzecia, sacriste Biterrensis, Pontii Aicardi, R. Bollegonis, B. de Malo consilio, Bertrandi de Malo consilio, Michaelis, clerici, Abelis Sellonensis, Jacobi Nicholay. Et fuit factum hoc anno ab Incarnatione Domini M°C°LXXX°VIII°, mense marcii.

Archev. d'Arles, Livre vert, f° 262 v°. Livre rouge, f° 316 v°.

669 — 13 juillet 1188.

Lettre du pape Clément III aux évêques d'Avignon et de Cavaillon. Ex transmissa vener. fratris nostri Arelatensis archiepiscopi relatione didicimus *que divers religieux exigeaient des laïques la dîme. Il leur ordonne de faire cesser cet abus et de rendre justice* eidem archiepiscopo.

Voir la pièce à l'abb. d'Ulmet.

670 — Arles, mars 1188/9.

Transaction entre l'archev. Pierre et l'abbé d'Ulmet.

Tam presentibus quam futuris omnibus notum fieri volumus, controversiam que vertebatur inter domum de Ulmeto, et dnm *P. Arel. ecclesie archiepiscopum*, pro decimis, in hunc modum fuisse sopitam. De omni blado quod domus de Olmeto habebit de laboribus suis, sive propriis, sive aliis expensis illud perceperit, dns archiepiscopus, pro decimis, debet habere tricesimam partem ; et de decimis similiter quas modo habet domus de Ulmeto : videlicet de campo Aucel, et de Frozenc, et de Angulo, debet habere tricesimam partem predictus archiepiscopus, et de culturis terre, nichil deduci debet, nec etiam semen ; exceptis expensis aree. Decimam vero Raynaudi Autardi, a robina Baucensi versus villam novam et versus mare, concessit dns archiepiscopus domui de Ulmeto, et abbati Pontio, et fratribus ejusdem domus, tam presentibus quam futuris, Cisterciensem ordinem professis, pro redemtione anime sue et successorum suorum, habendam in proprio. Et decimam de vinea de toro de Almezela, et de illis vineis quas ab illa vinea in antea versus abbaciam plantarent ; et de orto et de vineis, et de orto circa grangiam de Tora, ei abendam in proprio concessit similiter. De aliis vero decimis, tam de pane quam de vino, omnibus quas domus de Ulmeto aliquo titulo vel emtionis, vel donationis, vel alio titulo adquirere poterit, quod etiam absque consilio archiepiscopi fieri non debet, archiepiscopus debet habere terciam partem in integrum, et domus de Ulmeto duas. Decimam nutrimentorum animalium, et usaticum de portu, in propriis rebus et de pascuis, archiepiscopus predicte domui, pro anima sua, et intuitu pietatis, concessit. Factum est hoc cum consilio canonicorum Arelaten. ecclesie, videlicet P. Ferreoli, prepositi, Imberti de Aqueria, sacriste, Bertrandi de Sancto Remigio, vestiarii, P. Malaure, capitis scole, magistri W., Petri Ysnardi, Bernardi de Mandoleo ; et cum consilio fratrum omnium domus de Ulmeto, videlicet Johannis, prioris, Petri Fornerii, P. Boniparis, Guiraldi Latuce, Poncii

Porreti, Johannis de Airu, Guiraldi Corderii, Pontii de Anto, Bernardi Sagne. Anno ab Incarnatione Domini M°C°LXXX°VIIJ°, mense marcio, regnante Frederico, Romanorum imperatore.

Chartrier de Salon, n° 410, orig., charte partie, ayant eu deux sceaux. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 40. Livre vert, f° 342.

671 1189.

Hommage et serment de fidélité par Bertrand de Baux, seigneur de Berre, à Pierre, archevêque d'Arles, pour le château de Trinquetaille, le pont de Saint-Geniès, Barbegal, le port de Saint-Gilles, etc.

Autographe de l'archev. d'Arles, f° 33. Livre vert, f°s 33 et 248. BARTHÉL., *Baux*, 86.

672 Ile de Jarnègue, 26 janvier 1189/90.

Articles de paix entre le roi Ildefonse et le comte de Toulouse. Acta fuerunt hec apud Gernicam insulam, in presencia P. Arelatensis archiepiscopi.

Arch. des B.-du-Rh. B. 293.

673 1190.

Lettre de l'archevêque d'Arles à l'abbé de St-Victor.

Voir à l'évêché de Marseille, n° 1114.

674 Vers 1190.

Notum sit omnibus hominibus quod P. Arelaten. archiepiscopus ; *quittance*, presentibus istis : P. Isnardi, nepote archiepiscopi.

Autographe B de l'archev. d'Arles, f° 32.

675 Arles, avril 1190.

Donation aux Templiers par les consuls et l'archev.

NOTUM sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quod anno ab Incarnatione Domini mill°C.LXXXX, mense aprilis, regnante Fr. Romanorum imperatore, consules Arelaten. civitatis, scilicet Petrus de Veruna, Petrus de Aqueria, Ugo Arvei, Petrus Fulco, Gaufredus Arlatanus, Bartolomeus Cannabacerius, Ugo Faraldus, Raimundus de Airaga, per se et per omnes successores suos consules, consilio dni *Petri Arelatensis archiepiscopi*, et consilio quorumdam canonicorum suorum, scilicet Ymberti de Aqueria, sacriste, et magistri Guillelmi, et consilio totius populi Arelatensis civitatis, tradiderunt, donaverunt, et titulo venditionis in perpetuum concesserunt, Pontio de Rigalt, et Willelmo de Sancto Paulo, et Willelmo de Solario, et omnibus fratribus milicie, presentibus et futuris, viam illam que erat inter domum milicie Arelatis et domum Boni Passus, a novo pariete quem ipsi consules fecerunt, usque ad inferiorem anglar cimiterii domus milicie ; et ab anglar cimiterii usque ad viam publicam que ducit ante domum Boni Passus. Et propter hoc, fratres milicie dederunt consulibus Arelatensis civitatis, duo milia sol. et D. sol. Raimunden., de quibus nichil penes eos remansit in debito. Et omnis predicta pecunia in communem hutilitatem Arelatensis civitatis fuit conversa, in clausuris scilicet faciendis et reficiendis. Et insuper fratres milicie pro hac predicta via, in suo proprio predio, viam publicam consulibus Arelatensibus et populo Arelatensi dederunt et concesserunt. Et jamdicti consules promiserunt fratribus milicie, per se et per omnes successores suos consules, ut si quis fratres milicie super hac re inquietaret, et eis questionem moveret, quod ipsi eos de jure deffenderent, et in justicia sua foverent. Ad hec dns Petrus Arelatensis archiepiscopus, precibus predictorum consulum, predictam venditionem domui milicie concessit ; promittendo etiam fratribus milicie, quod si quis de civitate Arelatensi, sive consul, sive miles, sive aliquis alius de populo, contra hanc venditionem venerit, et fratres milicie sic inquietare studuerit, sentencie excommunicationis innodabit. Preterea Barralus, qui tunc temporis generalem regis Aragonensis procurationem habebat in Provincia, et Bertrandus de Balcio, et Hugo de Balcio, predictam venditionem fratribus milicie concesserunt, et mandato consulum, predictis fratribus milicie pro predicta venditione, fidejussores fuerunt. Et ut hec venditio rata et firma in perpetuum permaneret, dns Petrus Arelatensis archiepiscopus, et predicti consules Arelatenses, sigillis suis hanc cartam muniri preceperunt. Voluerunt etiam consules notum fieri quod dns Petrus Arelatensis archiepiscopus habuit pro laudamento et concessione predicte venditionis, a fratribus milicie, C. sol. Raimunden. Et ipsi consules, pro novo pariete, quem in superiori parte fecerunt, habuerunt ab eisdem fratribus milicie, D.LX.VI. sol. Raimunden. Hujus rei sunt testes isti fratres, fr. Arnaldus, fr. Garnerius, fr. Bernardus de Roca, fr. Petrus de Monasterio, et Durantus capellanus. Sunt etiam testes hujus rei isti infrascripti milites, et probi homines Arelatensis civitatis, consilio et assensu quorum totum negocium fuit tractatum et consummatum : Gaufredus Bastoni, Audebertus Aurella, Petrus Aurella, Guillelmus de Villeflor, Hugo de Landa, Caulerius, Raimundus Ugoleni, Guillelmus de Aqueria, Pontius Arvei, Rainaldus Autardus, Gaufredus de Confurchis, Rai. Aurella, Garinus, Guillelmus de Ponte, Guillelmus Paulus, Hugo de Ucecia, Guillelmus Seneucherius, Petrus Truera, Bernardus Guillelmi, et plures alii. Ego Vincencius, consulum notarius, mandato utriusque partis, hoc scripsi.

Arch. des B.-du-Rh. Templiers, liasse 11, n° 1, orig. ou de l'époque, sans trace de sceau.

676 Juillet 1190.

Pierre Isnard, archevêque d'Arles, partant pour la croisade, confie ses pouvoirs à Barral.

ANNO dominice Incarnationis M.C.LXXXX, mense julii. Notum sit omnibus hec audientibus, quod dns *archiepiscopus*, assidentibus ei Helesiario de Avinione, et magistro Michaele, inter consules civitatis, et dominos et consules burgi, super capitulis que inferius continentur, ita determinando pronuntiavit. In primis dixit quod in absentia sua Barralus haberet omnem plenitudinem potestatis, et illi quos Barralus elegerit, super consules civitatis, et dominos burgi, et consules burgi, donec controversia mediani transactione, vel sententia, finiatur. Et eandem potestatem sibi retinuit. De pignoribus, dixit quod pignora consulum civitatis, usque ad summam XX. milium sol., redderentur Pontio Archimbaldo,

et Petro Rainaldo ; et illi redderent ea Barralo ad diem, vel ad dies date cause. Et illi de burgo traderent pignora sua similiter Petro de Veruna, et Gaufredo Arlatano ; et ipsi redderent ea Barralo. Et ita invicem promitterent. Et dns archiepiscopus per sacramentum quod fecerant illos commonuit. De possessione mediani, pronunciatum fuit, quod illi de burgo in omnibus habitatoribus et incolis mediani haberent firmancias, justicias, tallias, cavalcadas, gachas et clausuras ; salvo jure proprietatis illis de civitate. In militibus vero habitantibus in mediano, nullam violentiam, vel aliquam supradictarum exactionum faciant, nisi quam ipsi sponte facere voluerint ; salvo similiter jure proprietatis illis de burgo. Claves portalium et omne districtum habeant illi de burgo. In portali vero de posterla, porte interim non ponantur, nec infra se illud retraant, vel aliud faciant ; set in eo statu, et in ea forma permaneat, qua erat tempore dicte treuge ; quia ab omni opere lapideo et ligneo mediani illi de burgo cessare debuerunt ; exceptis illis tribus locis que in alia sentencia sunt excepta.

Archev. d'Arles, Livre vert, f° 51. Livre rouge, f° 62 v°.

677 — 1190.

Notum omnibus presentibus et futuris fieri volumus quod dns Petrus archiepiscopus Arelaten. remisit Ugoni Arveo et Raimundo Arveo, quando Jerosolimam ire voluit, pignus quod habebat in domo que est ante portam archiepiscopi, que vocatur Albergaria...

Livre autographe B de l'archev. d'Arles. (Note mise, antiqua manu, à côté de l'acte qui donnait cette maison en gage à l'archevêque Bernard, en 1154.)

678 — St-Jean-d'Acre, 1190.

L'archevêque d'Arles au siège de Saint-Jean-d'Acre.

Civitas Accon obsessa erat in hunc modum... Comes Robertus de Drus et episcopus Belvacensis, et comes Ahirardus de Brene et Franci et Campani cum gentibus regis morabantur ibi juxta Toronum prope villam ; et archiepiscopus Pisanus et archiepiscopus de Nazareth et archiepiscopus de Besenzun et archiepiscopus de Arle le Blanc et archiepiscopus de Monte regali erant ibi cum eis.

Benedictus abbas Petroburgen. [Peterborough], *Gesta Henrici II et Ricardi I Anglie regum*, éd. Stubbs (1867), t. II, p. 96. Rogerus de Houedene, *Chronica*, éd. Saville (1601), p. 661 ; éd. Stubbs (1868), t. III, p. [illegible].

679 — St Jean d'Acre, 1er décembre 1190.

Nomina magnatum qui, eodem anno, in obsidione Accon obierunt : ... archiepiscopus de Bezenzum, archiepiscopus de Arle le Blanc, archiepiscopus de Monte regali....

Benedict. Petroburg., éd. cit., p. 147. Roger. de Houedene, éd. Sav., p. 685 ; éd. Stubbs, p. 87.

Kal. decembris. *(à la fin)* Obiit domnus Petrus Isnardi, archiepiscopus.

Martyrol. d'Arles-Toulon (Bibl. Vatic., ms. Reg. 540, f° 173 v°). Voir encore le n° 3 (c. 7-8), d'après lequel l'archev. Pierre mourut à Acre le [illegible] novembre et fut transporté à Jérusalem.

IMBERT d'Aiguières [1], *de Aqueria*. 1191-1202.

Il a pris soin de nous fixer lui-même sur sa parenté : outre qu'il a joint une fois son nom de famille *(de Aqueria)* [2] à son titre d'archevêque, il nomme son père Bertrand d'Aiguières, sa mère Emma, son oncle Rainaud Ameil *(Amelii)*, ses frères Ponce et Pierre d'Aiguières, ses sœurs Rixende et Bertrande, son neveu Ymbert, ses nièces Adélaïde *(Aladais)*, Poncie et Vierne, son cousin Pierre de Vérune. Imbert figure comme chanoine de la métropole d'Arles depuis 1159 (n° 598) et en fut sacristain en 1173 (n° 626) ; le pape Célestin III le sacra à Rome (n° 683), probablement le dimanche 3 novembre 1191.

680 — 9 octobre 1191.

Lettre du pape Célestin III priori et monachis Sancti Honorati [*de Lérins*] : *défense d'enterrer les personnes interdites et excommuniées par l'archevêque d'Arles.* Ad audientiam apostolatus nostri.... Datum Rome, apud S. Mariam majorem [*lire* S. Petrum] VII. idus octobris, anno primo.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 74.

681 — 5 novembre 1191.

Le même invite l'archevêque Imbert à remédier aux désordres dont sa ville était le théâtre.

Celestinus, episcopus, servus servorum Dei, ven. fratri *Ymberto*, *Arelatensi archiepiscopo*, salutem et apost. bened. Cum redemptor humani generis pacem inter Deum et hominem reformaturus ad terras decenderit, decet fraternitatem tuam inter tuos parrochianos ad eam servandam diligenter attendere, et ad hoc pontificalem operam adhibere. Cum igitur tam in civitate tua quam burgo ipsius simultates audiverimus plurimas pullulare, et ex hoc homicidia et alia dispendia mutua partium provenire, presentium tibi auctoritate concedimus, ut illos cives tuos vel burgenses, qui pacem et concordiam juxta commonitionem tuam cum adversariis contempserint reformare, libere valeas interdicti et excommunicationis vinculo innodare ; et eos qui naufragia patientes capiunt vel expoliant, vel sua illis auferunt, et peregrinos seu mercatores, et alios per stratas euntes capere, vel bona sua diripere, vel augere pedagia de novo presumpserint, excommunicationis sententia feriendi liberam habeas facultatem. Hereticos insuper et qui eos recipiunt, et favorem illis impendunt, Aragonenses, Bramantiones, et familias illas extraneas qui tuam dicuntur provinciam dissipare, et illos preterea qui eos conducunt, et in castris, villis vel civitatibus receptant, aut vendunt illis vel ab eis emunt, seu comertium aliquod cum illis ineunt, eadem possis sententia, nostra fretus auctoritate, cessante appellatione, punire. Datum Laterani, nonis novembris, pontif. n. anno primo.

Autogr. de l'archev. d'Arles, p. 104 et 128. Jaffé, 16753 (10321).

1. [Ce nom est toujours écrit ainsi. C'est la petite ville d'Eyguières (arr. d'Arles) qui a changé l'orthographe du sien, car elle a conservé pour armoiries deux *aiguières*, avec cette légende originale du poète Mistral : *L'aigo fa veni poulit*, l'eau rend joli. (Note due, ainsi que la photographie de l'épitaphe d'Imbert, à M. Bernard, archiprêtre d'Arles).

2. L'écusson de la maison d'Aiguières, de gueules à six besants d'argent, se retrouve encore à Saint-Honorat, où avait été enterrée *Poncia de Aqueria*, morte le 24 sept. 1164 (Saxi, p. 243 ; Estrangin, *Descr. de la ville d'Arles*, p. 162).]

682 5 novembre 1191.

Le même engage l'archevêque Imbert à augmenter le nombre des chanoines de sa cathédrale.

Celestinus, episcopus, s. s. D., ven. fratri *Ymberto Arelaten. archiepiscopo*, salutem et apost. ben. Ad aures nostras pervenisse cognoscas, quod cum in Arelaten. ecclesia per canonicos ejusdem ecclesie divina consueverint tam reverhenter quam sollempniter celebrari, ita eorum fertur numerus diminutus, ut vix sufficere valeat, sicut consuetum est, ad divina officia celebranda. Nos igitur tante ipsius ecclesie incommoditati prospicere cupientes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus convocato fratrum consilio, vel majoris et sanioris partis, talem in ea, juxta facultates ipsius, appellatione remota, canonicorum numerum statuas, et augere diligentia pontificali procures, qui tam ad divina officia celebranda quam ad tractanda temporalia sufficere comprobetur. Datum Laterani, nonis novembris, pontificatus nostri anno primo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 85. Autographe du même, p. 105 et 127.

683 6 novembre 1191.

Bulla consecrationis dni Arelaten. per papam.

Celestinus, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis episcopis et dilectis filiis abbatibus, prepositis, et aliis ecclesiarum prelatis, per Arelaten. provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc in Ecclesia Dei gradus ecclesiasticarum personarum distincti esse noscuntur, ut minores suis majoribus reverenter deferant, et eorum mandatis et monitis obsecundent. Cum autem venerabilis in Xpisto frater noster *Ymb*[*ertus*] *archiepiscopus vester*, nuper ad presentiam nostram accesserit; eum sicut virum providum et discretum, et tanto officio congruentem, benigne recepimus, et ipsum in archiepiscopum manibus propriis consecravimus, pallium sibi, scilicet pontificalis officii plenitudinem, sumptum de beati Petri corpore, conferentes. Eum igitur, cum gratia sedis apostolice, ad propria remittentes, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus eum benigne recipiatis, eique tamquam archiepiscopo vestro et animarum vestrarum pastori, reverenter et humiliter deferentes, debitam ei obedientiam impendatis, monita ipsius salubria et mandata recipiatis humiliter, et sine refragatione servetis; et cum vos, statutis temporibus, ad concilium vel sinodum duxerit evocandos, sine tarditate qualibet accedatis, et si quos pro suis excessibus interdicto vel excommunicationi subjecerit, ipsius sententiam inviolabiliter servare curetis. Ad hec vobis, auctoritate presentium inhibemus ne aliquis vestrum excommunicatos vel nominatim interdictos ejus, ad sepulturam ante absolutionem recipiat. Alioquin nos ei interdicendi ecclesiam in qua hoc presumptum fuerit, donec fuerit cadaver ejectum, liberam concessimus, auctoritate apostolica, facultatem. Datum Laterani, viij. idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

Archev. d'Arles, Liber aureus, n° 15, orig. parch., manque le plomb. Autographe, p. 104 et 127. Jaffé, 16755.

684 6 novembre 1191.

Le pape invite les diocésains de l'archev. d'Arles à lui accorder un subside pour son sacre.

Celestinus, episcopus, servus servorum Dei, ven. fratribus universis episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, et aliis ecclesiarum prelatis per Arelatensem provinciam constitutis, salutem et apost. bened. Cum Arelatensis ecclesia, tum quia bone memorie P. ipsius ecclesie archiepiscopus, plurimis eam gravavit honeribus debitorum, tum quia ex multis aliis oppressionibus et adversantium insidiis gravata proponitur, multis comprobatur egere, decet vos ad eam benigniorem habere respectum, et tam ipsi quam ven. fratri nostro *Y. archiepiscopo vestro*, viro utique provido et discreto, et cujus industrie eandem credimus (eandem) ecclesiam tam in spiritualibus quam in temporalibus reparandam, devotius subvenire. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, ut cum de antiqua sit consuetudine observatum, et a rationis non videatur tramite deviare, ut subjecti prelatis suis, cum pro consecrationis munere vel palleo recipiendo ad apostolicam sedem accesserunt, congrue subventionis auxilium debeant impertiri, prefato archiepiscopo vestro gratam et oportunam subventionem, cessante appellatione, impendere non tardetis. Alioquin, sententiam quam in contumaces canonice tulerit, auctore Deo, habebimus et faciemus inviolabiter observari. Datum Laterani, viii. idus novembris, pontificatus nostri anno primo.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 104 et 128.

685 6 novembre 1191.

Célestin III donne Ymberto Arelatensi archiepiscopo *l'autorisation d'interdire ceux qui envahissent* ecclesias et campanilia, *à l'occasion des séditions populaires à Arles.* Intelleximus quod.... Dat. Laterani, viii. idus novembris, anno i.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 105 et 127. Jaffé, 16754.

686 6 novembre 1191.

Bulle du même Ymberto Arelatensi archiepiscopo, *par laquelle il confirme l'échange de Vaquières contre Saint-Gabriel, fait entre l'archev. Raimond de Bollène et Pierre, abbé de St-Victor (n° 557).* Justis petentium desideriis... Dat. Laterani, viii. idus novembris, anno i.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 105. Livre rouge, f° 170 v°.

687 6 novembre 1191.

Lettre du même priori et monachis S. Honorati [*de Lérins*]; *même objet que le n° 680.* Sicut jura vestra.... Dat. Laterani, viii. idus novembris, anno i.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 105 et 129.

688 6 novembre 1191.

Lettre à l'abbé et aux moines de St-Gervais de Fos.

Celestinus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis electo et monachis Sancti Gervasii, salutem et apostolicam ben. Cum vos et predecessores vestri Are-

laten. archiepiscopis consueverint obedientiam et reverentiam exibere, tanto amplius vos decet venerabili fratri nostro Y. ejusdem ecclesie archiepiscopo reverenter et devote deferre, quanto majori honestate ac scientia virtutum prepollet, et per sollicitudinem suam, ecclesiam sibi commissam, tam in temporalibus quam in spiritualibus credimus reparandam. Ideoque, jura ipsius et dignitates conservare volentes, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus eidem archiepiscopo, sicut suis antecessoribus, debitam reverentiam et obedientiam, sine dilationis et appellationis obstaculo, curetis humiliter exibere. Scituri quod eidem archiepiscopo dedimus in mandatis, ut si nos contumaces, vel rebelles, invenerit, ecclesiasticam in vos sententiam non differat promulgare. Datum Laterani, VIIJ. idus novembris, pontificatus nostri annó primo.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 344 v° et 361. Autographe, p. 105 et 109.

689 — 10 novembre 1191.

Confirmation générale à l'archev. et au chapitre.

Celestinus, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Ymberto archiepiscopo, et dilectis filiis capitulo Arelaten., tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, vestris justis postul. clementer annuimus, et eccl. vestram S. Tro. in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar fel. rec. Anastasii et Urbani pp. pred. nostrorum, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et pres. scripti privilegio communimus. In primis siq. statuentes ut ordo canonicus, quem nuper sec. B. Augustini regulam Domino professi estis, in eccl. vestra perp. temporibus inviolabiliter observetur, ita quod de cetero in ecclesia vestra nullus canonicus assumatur, nisi fuerit vitam reg. professus. Preterea quasc. possess., quec. bona eadem ecclesia in presentiarum juste et can. possidet, aut in fut. conc. pontificum, larg. regum vel principum, oblatione fid. seu aliis justis modis prestante Do. poterit adipisci, firma vobis vestrisque succ. et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exp. voc. Locum ipsum in quo pref. ecclesia sita est, cum omn. pert. suis. Monast. S. Cesarii cum omn. pert. suis, quod idem b. Cesarius Arel. quondam antistes in alodio ipsius eccl. fundasse noscitur, et de bonis ejus ditasse ; ordination. quoque atque correct. ipsius loci. Abbatiam S. Gervasii. Ecclesiam B. M. de Fosso, cum decimis et omn. pert. suis. Ecclesiam B. M. de Castello veteri, cum decimis et aliis pert. suis. Castrum de Sellone. Castrum de S. Amantio. Castrum de Alvernico et de Avalone. Castrum de Granis. Castrum de Aurons. Castrum de Trencataliis et castrum de Bellicadro. Castrum de Mornatio et de Monte dracone. Redditus de Ponte S. Genesii. Judeos et jus quod habetis in moneta ipsius civitatis. Quicquid habetis in portibus et toloneis et farnariis Arelaten. et quicquid habetis in navibus et in lignis et galeis portum intrantibus et exeuntibus, cujusc. materiei lignum fuerit. Et quicquid juris in consulibus eligendis, et in consulatu, et in regenda civitate tota, et in appellationibus a consulibus ad vos factis, et in omn. aliis dominationibus quas in civitate Arelat. et in burgo habere debetis. Preterea, transact. que inter R. bo. me. quondam eccl. vestre archiep. et Anf[onsum] Tolosanum comitem rationabili provid. facta et in scripto redacta est, si rationabilem esse constiterit, auct. apost. confirmamus. Insulam etiam que Boscus comitalis vocatur, quam pred. comes eccl. vestre restituit, vobis vestrisque succ. nichilominus confirmamus. Preterea, libertates et inmun. antiquas et ration. consuet. ecclesie vestre concessas, et sine questione hactenus observatas, ratas habemus, easque futuris temp. illibatas manere censemus. Statuimus etiam ut cum parroch. vestri alibi acceperint sepulturam, in legatis eorum canonica vobis just. reservetur. Cum autem gen. interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis jan., excl. excom. et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce div. officia celebrare. Prohibemus insuper ut infra fines vestre dioc., nullus sine assensu vestro capellam vel orat. de novo constr. audeat. Salvis tamen privil. Rom. pontificum. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioní et extr. vol. qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte exc. vel int. fuerint, nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum eccl. a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad hec pro ampl. et specialioris gracie prerogativa, pres. decreto statuimus, ut nulli prorsus legato, nisi ei tantum qui de Romani pont. latere fuerit delegatus, Arel. provincia sit subjecta. Decernimus ergo ut nulli omnino hom. fas sit pref. eccl. temere pert., aut ejus possess. auferre, ablatas retinere, minuere, seu quibusl. vex. fatigare ; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gub. ac sust. concessa sunt usibus omnim. profutura. Salva sedis ap. auctoritate. Si qua ig. in fut. eccl. sec.ve persona hanc nostre const. pag. sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove cummonita, nisi reatum suum digna sat. correxerit, potestatis honorisque sui careat dign. reamque se div. jud. existere de perp. iniq. cognoscat, et a sacr. corp. ac sang. Dei et D. redemptoris n. J. X. aliena fiat, atque in extr. examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura serv. sit pax D. n. J. X. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud distr. judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(A gauche, la roue avec la légende) Perfice gressus meos in semitis tuis. *(A droite)* Bene valete.

Ego Celestinus, catholice ecclesie episcopus, s[ub]s[cripsi].

† Ego Albinus, Albanensis episcopus, ss.
† Ego Octavianus, Hostien. et Velletren. episcopus, ss.
† Ego Johannes, Prenestinus episcopus, ss.
† Ego Pandulfus, basilice XII apost. presb. cardinalis, ss.
† Ego Johannes, tituli S[ti] Clementis card. Tuscan. eps, ss.
† Ego Romanus, tituli S[te] Anastasie presbiter cardin. ss.
† Ego Johannes, tt. S[ti] Stephani in Celio monte pr. card. ss.
† Ego Gerardus, Sancti Adriani diaconus cardinalis, ss.
† Ego Gregorius, Sancte Marie in Porticu diac. card. ss.
† Ego Johannes, Sancti Theodori diaconus cardinalis, ss.

† Ego Lotarius, Sanctorum Sergii et Bachi diac. card. ss.
† Ego Nicolaus, Sancte Marie in Cosmidyn diac. card. ss.

Datum Laterani, per manum Egidii, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, III. idus novembris, indictione X, Incarnationis dominice anno M°.C°.X°.CI°, pontificatus vero domni Celestini pape III anno primo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 4, orig., corde de chanvre, sans plomb. Livre noir, f° 57 v°. Autographe, p. 98 et 125. JAFFÉ, 16757.

690 Arles, 21 janvier 1191/2.

Hommage et serment de fidélité à Ymbert d'Aiguières, par Hugues de Baux, pour le château de Trinquetaille. Factum in aula Arelaten., anno Domini 1191, mense januarii, in festivitate Agnetis virginis. In presentia P. prepositi Arelaten.

Autographe de l'archev. d'Arles, f° 67. Livre rouge, f° 310. BARTHÉL., *Baux*, 90.

691 Arles, 1192.

Hommage de R. Barral, vicomte de Marseille, à l'archevêque d'Arles Imbert, pour le pont de St-Geniès. Actum in civitate Arelatensi, in camera dni Ymberti...; in presentia P. prepositi Arelatensis ecclesie et P. precentoris et B. vestiarii....

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 316. BRÉQ., IV, 160.

692 Janvier 1192/3.

Hommage de Guill. Porcellet..., in presentia Petri prepositi Arelaten. *Item de Rostang de Fos.*

Autographe de l'archev. d'Arles, f° 317. Livre rouge, f° 51.

693 Arles, 1193.

Ego Ymbertus Arelaten. archiepiscopus ecclesiam S. Petri de Campo publico... concedimus et laudamus tibi fri. Poncio de Rigaldo, magistro domus milicie Templi in Provincia et partibus Hyspanie, et fratri B. Cathalano, preceptori domus milicie Sancti Egidii. Actum apud Arelatem, in palatio nostro, in presentia.. Petri Ferreoli prepositi.

Arch. des B.-du-Rh. Templiers, 138, orig.

694 Arles, mars 1193.

Vente par Aicard de Lauda *au chapitre d'Arles.* Factum... in claustro archiepiscopi, ante capellam, sub pertico, in presentia d. Y. Arelatensis archiepiscopi...

Voir la pièce aux prévôts d'Arles.

695 22 avril 1193.

Célestin III recommande à l'archevêque Imbert les Templiers, qui ont fait grand éloge de lui.

CELESTINUS, episcopus, servus servorum Dei, ven. fratri *Y. Arelatensi archiepiscopo*, salutem et ap. ben. Licet bone opinionis tue odorem noverimus, dilecti tamen filii nostri fratres militie Templi multa nobis de persona tua laudabilia retulerunt, videlicet quod sicut decet intendens omnimodis operibus caritatis, angustiis et tribulationibus quas iidem fratres, peccatis exigentibus, modernis temporibus sunt perpessi, compateris et eis in suis necessitatibus jugiter assistere non omittis. Super igitur tuam prudentiam in Domino multipliciter commendantes, rogamus fraternitatem tuam attencius, monemus et exortamur in Domino, quatinus quod sine sollicitatione nostra per te ipsum sollerter hactenus et bene fecisti, eosdem fratres sincerius habeas in Domino commendatos, ut initio tam laudabili finis melior subsequatur, et tu exinde apud Deum et homines commendabilis merito valeas apparere. Datum Laterani, X. kal. maii, pontif. nostri anno tertio.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 129.

696 9 mai 1194.

Le même félicite l'archevêque de son administration.

CELESTINUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Ymberto, Arelatensi archiepiscopo, salutem et apost. bened. Audivimus, et audientes de tua incepimus pastorali vigilantia vehementius in Domino gloriari, cum, sicut nobis fideliter est relatum, ita per Dei gratiam in omnibus que tibi agenda incumbunt studeas perfectum implere pontificem, ut suscepte ministerium dignitatis per vigilantiam tuam grata in te de die in diem suscipiat incrementa. Talenta etenim tibi ad negotiandum a summo patre familias impertita multo studes fenore adaugere, tanto majora in negotiatione lucratus quanto plura divina tibi gratia dinoscitur commisisse. De cultura dominice messis commisse tibi particulariter excolende se sollertia tua reddit multa commendatione dignissimam, cum evellat et destruat zizaniarum spurcitiam, spinas extirpet et tribulos, ut quod mundum est et absque contagionis dispendio, cum sollicitudinis tue studio ad messem incipient regiones albescere, in orreum valeas dominicum congregare. Ecce enim per virtutem predicationis tue a provincia tua et civitate Avinionensi fugatam esse audivimus hereticam pravitatem, que ibi consueverat specialiter pullulare, ut ibi, tamquam vulpecule demolientes vineas, speciales sibi foveas vendicarent. Quanto autem hec et his similia opinionem tuam magnificant et extollant, tanto nos ad commendationem virtutis et fidei tue, tam interioris affectus quam exterioris locutionis officium adhibemus. Vigilantiam ergo tuam super religione ecclesie tue, et super aliis omnibus in quibus commisso tibi gregi et verbo proficis et exemplo, commendatione debita prosequentes, tuis nos libenter exponimus profectibus et honori, spem tibi certissimam conferentes ut in postulationibus tuis, dummodo rationis limites non excedant, favorabiles nos semper invenias et benignos. Ideoque fraternitati tue presencium significacione mandamus, quatinus super his que ordini, religioni, honori quoque et commodis ecclesie tue vel tuis expedire cognoveris, ad nos sine qualibet hesitacione recurras, et experiaris in opere quod nudis sermonibus pollicemur. Hortamur quoque ut in expellendis hereticis et eorum sequela penitus confutanda, et specialiter in perfectione ordinis in ecclesia tua noviter constituti, consuetum impendas studium et laborem, et in his et in aliis perseverantie meritum diligenter attendas, que sola inter virtutes ceteras coronatur. Et quia de statu nostro sollicitius tua devotio requisivit, noverit nos per Dei gratiam exteriori sanitate potiri, qui utinam interiorem de dono Altissimi

plenius habeamus ; et tam circa personam nostram quam universos fratres qui nobiscum in Urbe morantur, divino munere satis esse prospera noveris universa. De cetero, devocionem nuntiorum tuorum et circa promocionem negociorum tuorum sollicitudinem studiosam, liberalitati tue attentius commendamus ; rogantes propensius, ut redeuntibus gratiam tue familiaritatis aperias, et labores itineris et viarum discrimina manu provisionis munifice benignius recompenses ; ut secundum multitudinem dolorum et laborum que passi sunt, consolationes tue letificent redeuntes. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, vii. idus maii, pontificatus nostri anno quarto.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 109.

697 9 mai 1194.

Lettre du même priori et fratribus Hospitalis ecclesie Sancti Tome Arelat., *leur ordonnant de respecter les interdits lancés par l'archevêque et les droits de sépulture des autres églises.* Mirari cogimur.... Dat. Rome, apud S. Petrum, vii idus maii, anno iv.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 111. Jaffé, 17097.

698 9 mai 1194.

Lettre du même à I[mbert], archevêque d'Arles, lui notifiant l'expédition de la précédente.

Paris. Bibl. Nat., Baluze, t. 88, f° 54. Jaffé, 17098.

699 10 mai 1194.

Lettre du même Ymberto Arelatensi archiepiscopo, *pour interdire les habitants du bourg d'Arles qui s'emparaient des biens des naufragés,* mercatorum quoque vel viatorum. Innotuit nobis.... Dat. Rome, apud S. Petrum, vi idus maii, anno iv.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 111. Livre noir, f° 76 v°.

700 10 mai 1194.

Constitutio facta de restituenda regula monialium Sancti Cesarii.

Celestinus, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *Y. Arelatensi archiepiscopo*, salutem et apostolicam benedictionem. Ex relatione dilecti filii S. canonici ecclesie tue, nostris est auribus intimatum quod cum a beato Cesario quondam Arelatensi antistite monasterium quoddam monialium infra muros civitatis tue, in ecclesie alodio quondam institutum sit et fundatum, ita quod successoribus ejus reverentiam et hobedientiam impendere teneantur, et de bonis ecclesie tue, sicut in antiquis et aliis privilegiis continetur, monasterio earum dotato, ipse iniquitatem ex adipe protrahentes, predicte ecclesie matris sue dignitatem antiquam et reverentiam depravare, et ab ipsius hobedientia declinare presumunt, ut discurrendi per civitatem et burgum, et alia plurima honestati sue contraria presumendi facilitas illis libera concedatur. Eligunt enim, sine conscientia tua, ut audivimus, abbatissas, et alias personas in ecclesia sua creant, sorores quotquot volunt recipiunt, infirmos per villam publice visitare, et mulieres per se ipsas velare presumunt : que omnia et religionis earum faciem decolorant, et ecclesie tue dignitati videntur plurimum derogare. Ne igitur archiepiscopalis auctoritas et ecclesie tue dignitas dispendium ulterius in hac parte sui juris incurrat, et ipse sanctimoniales de inhobedientia valeant notabiles inveniri, abbatisse et sanctimonialibus predicti monasterii per apostolica scripta precipiendo mandavimus ut tibi, et ecclesie tue tam debitam quam devotam hobedientiam inpendentes, nil horum que premissa sunt ulterius attemptare presumant. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus ut eas a temeritate sua ad devotionem antiquam, et reverentiam ecclesie tue, auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, revocare non differas, et a premissorum penitus attemptatione arcere. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, vi. idus maii, pontificatus [nostri anno quarto].

Authentique du chap. d'Arles, f° 133. Bréq., IV, 173. Jaffé, 17099 (10466).

701 11 mai 1194.

Lettre du pape Célestin III Ymberto archiepiscopo et capitulo *d'Arles, réglant de n'admettre aucun chanoine, prévôt ou doyen, qui ne fasse profession de la vie régulière selon la règle de Saint-Augustin.* Nihil magis.... Dat. Rome, apud S. Petrum, v. idus maii, anno iv.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 110.

702 18 novembre 1194.

Lettre du même archiepiscopo et capitulo Arelatensi, *réglant de nouveau que les personnats et dignités du chapitre ne seront conférés qu'à ceux qui auront fait profession de vie religieuse.* Cum a nobis petitur... Dat. Rome, apud S. Petrum, xiv. kal. decembris, anno iv.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 77.

703 Arles, février 1194/5.

Traité d'alliance entre Ildefonse, roi d'Aragon, comte de Barcelone et marquis de Provence, et l'archevêque d'Arles Imbert.

Ego Ildefonsus, rex Aragonensis, comes Barcilonensis et marchio Provincie, promitto tibi Ymberto, Arelatensi archiepiscopo, bona fide et sine dolo, quod ex hac die in antea, diligam te sicud carum amicum, et ecclesiam quam tu regis. Et promitto me defensurum omnes possessiones et jura que ecclesia tua modo habet vel habere debet in civitate Arelatensi, vel extra. Et ego Ymbertus, Arelatensis archiepiscopus, promitto tibi Ildefonso, regi Aragonensi, comiti Barcilonensi et marchioni Provincie, bona fide et sine dolo, quod ex hac die in antea diligam te et filium tuum sicud caros amicos. Et promitto me dilecturum et conservaturum tibi, pro viribus meis, omnia jura que modo habes vel habere debes, vel in antea adquisieris ; salvo jure nostro et ecclesie nostre, in civitate Arelatensi vel extra. Promitto etiam tibi, de adquisitionibus quas modo habes vel in antea adquisieris, si ad nos vel ecclesiam nostram non spectaverint, [contra illas] non ero, salvo tamen ordine meo. Et ut hec promissio ex utraque parte perpetuam [obtineat firmitatem], nos ad invicem ad osculum pacis recepi-

mus. Adjungentes etiam supradictis et cognoscentes, quod tu, [Ymberte, Arelatensis archiepiscope], non teneris pro me Ildefonso rege Aragonensi, comite Barcilonensi et march[ione Provincie, aliqua on]era facere. Factum fuit hoc in camera super portam Sancti Stephani, anno Domini M.C.LXXXXII[II], mense febroharii ; in presentia Poncii de Rigaudo, Bertrandi de Sportella, Guillelmi Bertrandi de Aquis, Asalit, Guillelmi de Albaneso, Petri Ferreoli, prepositi, Nicholai, Petri de Verruna, Autardi, Petri de Aqueria, R. de Voulta, Bolgarelli, Gaufredi Arlatani, Raimundi Borgondionis, Poncii Raimundi, Bertrandi Galardi. Et preter ista que superius diximus, volumus notum fieri quod hec pactio facta est a domino rege archiepiscopo et successoribus suis, et ab archiepiscopo facta est regi et filio suo. Et ut hec convencio et pactio ab utraque parte firmiter et inviolabiliter observetur, juravit hoc ex parte regis Guillelmus de Albaneso, et Petrus de Albaneso ; ex parte archiepiscopi juravit Petrus de Aqueria, et R. de Vouta. Et ad majorem firmitatem habendam, tam rex quam archiepiscopus hoc instrumentum sigillis suis muniri preceperunt.

Arch. des B.-du-Rh. B. 294. Orig. parch. ; deux sceaux de cire, pendants sur des cordons de peau ; celui de l'archevèque a pour légende : SIGILLVM YMBERTI ARELATENSIS ARCHIEPI.

704 Arles, mars 1195.

L'archevèque Imbert attribue des revenus aux offices anciens et nouveaux de sa cathédrale.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno Incarnationis ejusdem M°.C°.XC°V°, mense marcii. Ego *Ymbertus de Aqueria*, Dei gratia *Arelaten. ecclesie* qualiscunque *archiepiscopus*, cum assensu et voluntate tocius capituli ejusdem ecclesie, nove religionis ac regularitatis plantationi providere curantes, et divino precedente subsidio, antiquos ecclesie nostre personatus firmare, et pro posse nostro informare cupientes in melius, quedam de novo officia prephate ecclesie et religioni neccessaria statuimus et firmamus, et singulis tam officiis quam personatibus speciales redditus et obventiones, prout possumus, de facultatibus ecclesie destinamus, et in perpetuum assignamus. — Inprimis ego jam dictus Ymbertus archiepiscopus, et totius nominati capituli universitas, assignamus et concedimus SACRISTANIE quicquid ex pulsatione campanarum, vel ex oblationibus missarum, ecclesie provenerit, excepta medietate candelarum, quam usui ac mense canonicorum, more pristino, retinendam censemus. Concedimus etiam predicte sacristanie crotam que est ad chorum Sancti Jacobi, ab aquilone ; et insuper quicquid provenerit de ecclesia de Granis, quod proprium erat de mensa archiepiscopi, eidem perpetuo assignamus ; salva tamen et retenta annuali refectorii procuratione pulmenti tantum, in die anniversarii domni Raimundi de Abolena, bone memorie, predecessoris nostri. Confirmamus utique sacristanie jamdicte quecunque antiquitus illi fuerant assignata ; scilicet, in civitate, xv. sol. de censa in ecclesia Sancti Petri de Pesol, et v. in ecclesia Sancti Vincentii ; in Camargiis, v. sol. in ecclesia Sancti Petri de Tora, et v. in ecclesia Sancti Ferreoli, et censam ecclesie Sancte Cecilie de Mezefrech. Custodi autem ecclesie deputato, unam libram panis, et vini mensuram libratoriam, et communis coquinati scutellam a bajulo cannonicorum, et tantumdem a bajulo archiepiscopi, semel cotidie tribuenda statuimus. Et sciendum quod sacristania debet procurare XXXII cannonicos in festum Sancti Stephani post Natale Domini, sicut dns archiepiscopus in festum Beati Trophimi. Preterea, ego prememoratus Ymbertus archiepiscopus, de bonis que provenerunt michi ex successione parentum meorum, pro salute anime mee et omnium parentum meorum, concedo, dono, et laudo, omnipotenti Deo, et gloriose virgini Marie, et sancto Stephano, et beato Trophimo, et ministerio altaris et ecclesie, totam meam ferraginem que est inter condaminam abbatisse Sancti Cesarii, et cimiterium Sancte Marie de Bello loco, et partem vinearum, de cuneo que est a via incisa inferius, quam colunt pro me illi de Gravesontz. Et VI sestaria ordei que super quandam terram in territorio de Trencatalliis, singulis annis habeo ; quam terram tenet a me Willelmus Regordus ; et confrontatur a circio, via mediante, cum vinea Raimundi de Vouta, et ab oriente, cum vinea Poncii Gabiani, et a meridie, cum vinea Florentii, et ab occidente, cum vinea Martini Geraldi. Et propter hoc, volo quod cannonici ecclesię Sancti Trophimi, tam presentes quam futuri, teneantur anime mee, et animabus patris mei Bertrandi de Aqueria, et matris mee Eme, et avunculi mei Rainaldi Amelii, et omnium parentum meorum, singulis annis juxta morem cannonicorum, in die anniversarii mei, divina semper officia et missas celebrare. Et sacristania teneatur, ex supradictis, in eadem die, XIII. pauperes pascere, omnes de refectorio, sive de carnibus, sive de piscibus, secundum tempus, obtime procurare, et omnibus sacerdotibus, tam civitatis quam burgi, diem anniversarii mei annuatim denunciare, et singulis sex nummos offerre ; et quod residuum fuerit, totum in ornamentis altaris et ecclesie fideliter expendere. Tamen, istorum supradictorum fructus, in vita mea, ad voluntatem meam michi retineo. — Item, CAPISCOLIE, quicquid ab antiquis antecessoribus nostris fuerat destinatum, totum restituimus et confirmamus. — ARCHIPRESBITERO, ecclesiam Sancti Martini de Furcis, communi consilio et voluntate cannonicorum, de cetero destinamus ; retentis tamen XX. sol. censualibus mense cannonicorum solvendis, licet XXV. quondam solvere consuevisset. — Item, INFIRMARIE, prephato modo assignamus domos quas habemus a furno inferius, cum omni decima de plano, et cum tertia parte obventionum cimiterii, et helemosinarum ibidem sepeliendorum, exceptis illis que provenirent de claustralibus cannonicis, et processionibus mortuorum. Servienti vero infirmarie cibum de refectorio, sicut uni clericorum tribuendum censemus. Si tamen infirmus, vel infirmi, pluribus indigeant servientibus, dispensator cannonice illis in victu provideat. Infirmantibus autem, de cibis que dabuntur aliis in refectorio, tribuat. — Item, VESTIARIO, ecclesiam de Lanciaco, cum omnibus sibi pertinentibus ; scilicet, censam que est octo modiorum frumenti, et V. vini ; et terram de Morre porcin, pro qua a prefato vestiario quandam terram, in territorio Sancti Michaelis de la Cappa, pro concambio accepimus, simili

modo concedimus, et perpetuo destinamus; retenta tamen fronteria nominate terre de Morre porcin, ad perpetuum usum cannonicorum; quam ipse vestiarius, infra annum, plantare tenetur. Et insuper tenetur facere annuatim cannonicis, in festo Sancti Augustini, procurationem pulmenti tantum. OPERARIO siquidem do-num Furni, cum honore qui est inter Sanctum Petrum de Campo publico et castrum Bellicadri; pro quo videlicet x. sol. mense cannonicorum, singulis annis, in vigilia Natalis Dni solvendos, ei injungimus. Necnon et predicto modo ei assignamus decimam partem oblationum cannonicorum noviter intrantium, mobilium tantum. HELEMOSINARIO, censam ecclesie Sancti Jacobi de Fanabregol assignamus. Et ut hec omnia firma teneantur et rata, presens instrumentum facimus bulle nostre, ac sigilli cannonicorum munimine roborari. Hec omnia laudaverunt et confirmaverunt suscripti cannonici: Petrus Malaura, caput scole et operarius, Bernardus de Dionz, archipresbiter, Privatus, vestiarius, W. Helyas, infirmarius, Gaufridus de Berra, Bertrandus de Nionis, W. Bertrandi, Petrus Ysnardi, Gaufridus Enguirannus, helemosinarius, Johannes Escaciola, Geraldus de Sancto Martino, Petrus de Laurata, Johannes Ricardus.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 303. Livre rouge, f° 369 v°.

705 Juin 1195.

Redditio sive guirpitio *des consuls d'Arles au monastère de Montmajour*, in presentia dni Ymberti Arelatensis archiepiscopi et Petri prepositi.

CHANTELOU, *Hist. de Montmajour*, p. 262-3.

706 Arles, novembre 1195.

Vente par Maria Rainoarda *au chapitre d'Arles*. Factum fuit hoc in presentia dni Ymberti archiepiscopi et in ejus sala...

Voir la pièce aux prévôts d'Arles.

707 1er mars 1196.

Lettre de Célestin III au comte de Toulouse, lui signifiant d'avoir à réparer ses torts vis-à-vis de l'abbaye de Saint-Gilles : alioquin noveris nos ven. fr. n.... Arelatensi, Aquensi archiepiscopis et eorum suffraganeis .. mandasse *de l'excommunier*.

GOIFFON, *Bull. de l'abb. de St-Gilles*, p. 96-9. JAFFÉ, 17338 (10578).

708 12 mars 1197.

CELESTINUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri I. archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam bened. Incumbit nobis ex debito pastoralis officii *(mot à mot la bulle d'Innocent III du 5 décembre 1198, n° 718 : il n'y a pas de blanc à* quod abbas S. Gervasii)... incursurum. Datum Laterani, IIII. idus martii, pontificatus nostri anno sexto.

Archev. d'Arles, Liber aureus, n° 132, orig. Livre rouge, f° 360 v°. Livre vert. JAFFÉ, 17505.

709 Arles, avril 1197.

Sentence arbitrale rendue sur les différends entre le chapitre de la cathédrale de Maguelonne et les Templiers de Montpellier, par dno Hymberto, D. g. archiepiscopo Arelatensi, a dno Cœlestino bo. me. papa tertio delegato,... assidentibus ei magistro Michaele Arelaten. sacrista,... Acta apud Arelatum, in palatio dni archiepiscopi, in præsentia et testimonio P. Malauræ caputscholæ, Privati vestiarii, W. Heliæ infirmarii, G. Enguiramni eleemosynarii,... P. Hysnardi,... Rost. capellani dni archiepiscopi, Pon. prioris capellani ejusdem,... Michaelis clerici dni archiepiscopi,... Petri notarii dni archiepiscopi,...

Dans la confirmation du pape Innocent III, en date du 31 décembre 1198 (*Patrol. lat.*, t. CCXIV, c. 467-70. POTTHAST, *Reg. pont. Rom.*, n° 5151.

710 1er juin 1197.

Consécration de l'église de Ste-Marthe à Tarascon.

VIGINTI : NOUIES : SEPTEM : CUM : MILLE : RE|LAPSIS : ANNO : POSTREMO : NOBIS : PA|TET : [H]OSPITA : XPISTI : MILLE : DUCENTIS : TRANSACTIS : MINUS : AT : TRIBUS : AN|NIS : IMBERTUS : PRESUL : ROSTAG|NO : PRESULE : SECUM : IN PRIMA JUNII : CONSECRAT : ECCLESIAM.

FAILLON, *Mon. de s° Marie-Madeleine*, t. I, c. 1219-22, figg.

711 1198 ?

Lettre d'Imbert, archevêque d'Arles, à l'abbé et aux frères de Saint-Victor de Marseille, les absolvant de la sentence portée contre eux par mandat apostolique.

MARTENE, *Ampliss. coll.*, t. I, c. 755. BRÉQ., II, 25 (à 1138 !).

712 21 avril 1198.

Lettre du pape Innocent III Arelatensi archiepiscopo et suffraganeis ejus, *leur recommandant ses légats Rainier et Gui, chargés d'instruire contre les hérétiques.*

Patrol. lat., t. CCXIV, c. 83. POTTHAST, 95.

713 13 juin 1198.

Le pape Innocent III mande Arelatensi archiepiscopo *de réformer le monastère de Lérins et d'y instituer, au besoin, des Cisterciens pris dans d'autres diocèses.*

INNOCENT III. Reg. l. I, n° 273 (*Patr. lat.*, t. CCXIV, c. 229-30). BRÉQ., IV, 237. POTTHAST, 281.

714 13 juin 1198.

Le même mande aux archevêques d'Arles, Aix et Embrun, et à leurs suffragants de défendre l'abbaye de Saint-Victor contre Gaufridum de Massilia et W. Vedianum et Dalphinum milites.

INNOC. III. Reg. l. I, n° 268 (*Patr. lat.*, t. CCXIV, c. 225). BRÉQ., IV, 237. POTTHAST, 282.

715 15 juin 1198.

Le même mande Arelatensi archiepiscopo *d'instituer des Cisterciens à l'abbaye des îles d'Hyères, en remplacement des chanoines réguliers.*

Arch. Vatic. Reg. 4, f° 67. INNOC. III. Reg. l. I, n° 274 (*Patr. lat.*, t. CCXIV, c. 230). BRÉQ., IV, 237. POTTHAST, 287.

716 15 juillet 1198.

Réponse du pape à une consultation canonique.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, ven. fratri Y. Arelatensi archiepiscopo, salutem et ap. ben. Cum apud sedem apostolicam, cui licet immeriti presidemus, totius ecclesiastice discipline resideat magistratus, dignum est et consonum rationi, ut quociens circa negocia varia et diversa quicquam dubitationis emerserit, ad ipsius judicium recurratur, que disponente Domino inter omnes ecclesias obtinere meruit principatum. Sane, consuluisti nos per nuntios et litteras tuas, utrum mutus et surdus alicui possit matrimonialiter copulari. Ad quod fraternitati tue taliter respondemus, quod cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, ut quicumque non prohibetur per consequentiam admittatur, et sufficiat ad matrimonium solus consensus eorum de quorum quarumque conjunctionibus agitur, videtur quod si talis velit contrahere, sibi non possit vel debeat denegari, cum quod verbis non potest, signis valeat declarare. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, idibus julii, pontificatus nostri anno primo.

Autogr. de l'archev. d'Arles, p. 133. BRÉQ., IV, 239. POTTHAST, 329.

717 (Octobre) 1198.

Lettre d'Innocent III aux archevêques d'Embrun, Arles et Aix : il leur envoie le prévôt de Marseille, pour que, de concert avec lui, ils tiennent un concile provincial, à l'effet de réunir des soldats et de l'argent pour une croisade.

Voir un extrait de la pièce à Marseille. POTTHAST, 545.

718 5 décembre 1198.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles, l'autorisant à user des censures ecclésiastiques pour réduire à l'obéissance l'abbé de St-Gervais de Fos.

Livre rouge de l'arch. d'Arles, f° 349. BRÉQ., IV, 242. POTTHAST, 452.

719 5 décembre 1198.

Bulle du même adressée Y[mberto] archiepiscopo et capitulo Arelatensi : *nul ne sera reçu chanoine dans leur église, à moins de professer la vie religieuse selon la règle de St-Augustin.*

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 134. Livre rouge, f° 78. BRÉQ., IV, 242. POTTHAST, 453.

720 10 décembre 1198.

Bulle du même, portant que le prévôt et les chanoines de la cathédrale doivent avoir un dortoir et un réfectoire communs.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *Y. Arelaten. archiepiscopo,* salutem et apostolicam benedictionem. Cum in nonnullis partibus etiam clerici seculares simul dormiant et manducent, non sufficimus ammirari quod, sicut nostris est auribus intimatum, prepositus et canonici Arelaten., sue professionis immemores et observantie regularis, commune dormitorium et refectorium renuunt observare ; in locis solitarii comedentes, etiam et jacentes ; quarta feria et etiam sabbato non abstinentes ab esu carnium, in quo eis preferuntur aliqui seculares, qui diebus predictis carnibus non utuntur. Et quia justum est ut qui in sordibus est sordescat adhuc, ex culpa precedentium peccatorum, ad acquirenda propria dilabuntur, que in emissione voti penitus abdicarunt. Nolentes autem tante dissolutionis materiam clausis oculis preterire, fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus prefatos prepositum et canonicos, ut dimissis propriis simul jaceant et manducent, moneas attentius et inducas, et si opus fuerit, non obstante appellatione frustratoria, ecclesiastica districtione compellas ; ita quod in hiis que premisimus, rigor observantie regularis circa debiles et egrotos debeat, sicut justum fuerit, mitigari. Datum Laterani, IIIJ. idus decembris, pontificatus nostri anno primo.

Archev. d'Arles. Livre autographe B, p. 113. PITRA, *Anal. noviss. Spicil. Solesm.* alt. contin., 1885, p. 549-50.

721 10 décembre 1198.

Lettre d'Innocent III Ymberto Arelatensi archiepiscopo ; *défense à ses chanoines de posséder plusieurs bénéfices et de s'absenter sans sa permission.*

Autograp. de l'arch. d'Arles, p. 113. BRÉQ., IV, 243. POTTHAST, 472.

722 10 décembre 1198.

Lettre du même Ymberto archiepiscopo et capitulo Arelatensi ; *le prévôt ne fera pas d'emprunt sans l'agrément de l'archevêque et de la majorité du chapitre.* Cum ex apostolatus officio.... Dat. Laterani, IIII. idus decembris, anno I.

Autographe de l'arch. d'Arles, p. 113. Livre rouge, f° 28. BRÉQ., IV, 243.

723 10 décembre 1198.

Lettre du même aux mêmes ; le prévôt devra rendre ses comptes à l'archevêque et au chapitre. Cum instantia nostra quotid.... Dat. *ut supra.*

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 114. BRÉQ., IV, 243.

724 10 décembre 1198.

Lettre d'Innocent III Arelatensis ecclesie suffraganeis, *leur recommandant l'obéissance à leur archevêque.*

Autogr. de l'arch. d'Arles, p. 134. BRÉQ., IV, 243. POTTHAST, 470.

725 10 décembre 1198.

Lettre du même archiepiscopo Arelatensi, *l'autorisant exclusivement à disposer des personnats de son église.* Cum Arelatensis ecclesie... Dat. *ut supra.*

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 134.

726 10 décembre 1198.

Bulle pour réprimer les désordres du chapitre.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *Y. Arelaten. archiepiscopo,* salutem et apostolicam benedictionem. Cum nemo militans Deo negociis secularibus, secundum Apostolum, se debeat implicare, prepositus et canonici Arelaten. interdum regularem

disciplinam transgressi, non sine gravi scandalo populi, et subversione ordinis, presumunt quedam sibi prohibita usurpare. Cum itaque universis, et religiosis maxime, sit conandum quod et conscientiam propter Deum, et famam servent propter proximum illibatam; fraternitati tue, de qua indubitatam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatos canonicos tuos compellas, appellatione frustratoria non obstante, et ab illis desistere que in subversionem ordinis et grave scandalum populi redundare noscuntur, et insistere illis que non possunt omittere, nisi retro respicientes, tamquam canis ad vomitum, revertantur. Datum Laterani, IIII. idus decembris, pontificatus nostri anno primo.

Autographe B de l'arch. d'Arles, p. 135. Pitra, op. cit., p. 549.

727 10 décembre 1198.

Lettre d'Innocent III à l'archevêque d'Arles, le chargeant de réformer le monastère de St-Gervais de Fos.

Livre rouge de l'arch. d'Arles, f. 548. Bréq., IV, 243. Potthast, 471.

728 23 décembre 1198.

Le pape Innocent III remercie Imbert, arch. d'Arles, des prières faites pour lui au début de son pontificat.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Y. *Arelatensi archiepiscopo*, salutem et apost. bened. Inter alia que ad affectum fraternitatis tue propensius nos invitant, illud non modicum reputamus, quod preter communis orationis suffragia que pro nobis apud Deum porrigit Ecclesia generalis, tu speciales pro nobis orationes a promotionis nostre iniciis fieri, sicut accepimus per viros religiosos tue provincie, mandavisti; quod multa gratiarum actione prosequimur, acceptantes « super aurum et lapidem preciosum multum », si pater luminum, a quo est « omne datum optimum et omne donum perfectum », ita concedat nobis apostolatus officium exercere, quod ad laudem et gloriam nominis sui, ad honorem apostolice sedis, salutem nostram et utilitatem etiam subditorum debeat pertinere. Verum, quoniam « multum valet oratio justi assidua », rogamus fraternitatem tuam, de qua indubitatam fiduciam obtinemus, ut in eo quod cepisti jugiter perseverans, tam per te quam per tuos apud Deum studeas impetrare quod gratia divina ita nos preveniat et sequatur, quod sic transeamus per bona temporalia ut consequamur eterna. De cetero, eam de nobis fiduciam dilectionem tuam volumus obtinere, ut cum te inter fratres et coepiscopos nostros karissimum habeamus, libenti animo ea velimus efficere que ad honorem et utilitatem tuam debeant pertinere. Et quia de statu nostro sollicitius tua devotio requisivit, noverit nos per Dei gratiam exteriori sanitate potiri, qui utinam interiorem de dono Altissimi plenius habeamus. Et tam circa personam nostram quam universos fratres qui nobiscum sunt, divino munere satis esse prospera noveris universa. Ad hec, fraternitatem tuam ferre volumus non moleste quod petitionem innovandi privilegii tui pretermisimus exaudire; cum propositi nostri et voluntatis existat, propter falsariorum multitudinem que in iniciis promotionis nostre in suis est falsitatibus deprehensa, non de facili privilegium innovare, nisi originale aut rescriptum viderimus in registro. Volumus preterea et mandamus ut litteras quas fraternitati tue per tuos nuntios destinamus, pro subventione Terre sancte nobili viro ** Tolosano comiti presentandas, ei non differas destinare. De cetero, devotionem nuntiorum tuorum et circa promotionem negociorum tuorum sollicitudinem studiosam liberalitati tue attentius commendamus. De centum autem mazmudinis aureis quas nobis tua fraternitas in signum devotionis per eosdem nuncios destinavit, dilectionem tuam digna gratiarum prosequimur actione. Datum Laterani, X. kalendas januarii, pontificatus nostri anno primo.

Autographe B de l'archev. d'Arles, p. 133. Pitra, op. cit., p. 552-3.

729 Arles, janvier 1198/9.

Accord entre l'archevêque d'Arles et l'abbé de Fos.

Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod anno dominice Incarnationis M°C°XC°VIII°, mense januarii, controversia erat inter dominum Ymbertum, Arelatensem archiepiscopum, ex una parte, et Arbertum, abbatem Sancti Gervasii de Fos, ex altera parte, de qua venerunt in manus et potestatem domini D. Tolonensis episcopi, et R. Pinianensis prepositi, et M. Arelatensis prepositi, et P. de Castronovo, Magalonensis archidiaconi, in eos compromittentes dominus Y. archiepiscopus per verbum veritatis, et Arbertus abbas per sacramentum corporaliter prestitum. Petebat siquidem memoratus archiepiscopus a dicto Ar. abbate obedienciam et reverenciam tanquam archiepiscopo sibi exiberi; quod abbas negabat, excusans se et allegans privilegia exemptionis et emancipationis sibi et monasterio a romanis pontificibus fore indulta et ob hoc dicebat reverenciam vel obedienciam prestare non debere. E contra archiepiscopus romanorum imperatorum privilegia bullis aureis munita, et romanorum pontificum privilegia, quedam antiquiora, quedam posteriora, in medium producebat, in quibus expressum continebatur abbaciam Sancti Gervasii Arelatensi ecclesie esse subjectam. Insuper etiam, per quinque testes omni exceptione majores, sacristam videlicet Tolonensem Poncium Aicardum, et G. de Berra decanum Arelatensem, Geraldum priorem Sancti Martini, Petrum Ysnardum canonicum Arelatensem, et magistrum Nicolaum, sufficienter probavit quod Arbertus quondam abbas Sancti Gervasii, avunculus istius Ar. abbatis, Petro quondam archiepiscopo obedienciam in ejus manibus promisit, et memoratus abbas Ar., ejus nepos, in animam illius, juravit dicto archiepiscopo fidelitatem et reverenciam et obedienciam semper servaturum. Et propter hoc, quia non fuerant usi privilegiis sibi indultis, allegabat ejus privilegia non valere, tanquam illis renunciassent. Preterea, sepedictus archiepiscopus Ymbertus litteras domini pape Celestini in medium produxit, quibus precipiebat dicto Ar. abbati ut memorato Y. archiepiscopo reverenciam et obedienciam exiberet. Tandem, visis et auditis rationibus, allegationibus, attestationibus, et privilegiis utriusque partis diligenter inspectis, dum predicti judices vellent sentenciare, prenominatus abbas Ar. nepos alterius Ar. abbatis, avunculi sui, ejus vesti-

gia sequens, ut pote vir discretus et sapiens, maluit cedere quam litigare ; et salubriori consilio ductus, in presencia predictorum judicum, et capituli ac clericorum Arelatensis ecclesie, et aliorum multorum clericorum ac laicorum, spontanea voluntate, prenominato Y. archiepiscopo obedienciam promisit manualem, cum pacis osculo, et eandem sacramento corporaliter prestito, ut semper illam servaret publice roboravit. Acta sunt hec in palatio domini Y. Arelatensis archiepiscopi, anno et mense quo supra, in presencia et testimonio Ugonis abbatis de Floreja, G. de Berra decani, Guillelmi Elie, Privati, Petri Ysnardi, Petri de Laurata, G. de Sancto Martino, Bermundi, Gantelmi, W. de Castilione, canonicorum Arelatensium, Poncii de Miramars, P. d'Arzonati, W. Rostagni, Raimundi de Sancto Vincencio, Cardinalis, Duranti, Rainonis de Montcaleno, Vincencii Bertrandi, Quintini, P. Rotundi, magistri Nicolai, B. de Olivario, Raimundi de Landa, W. de Darnils, Ugonis de Valflor, W. Frances, Bosonis causidici, B. Carbonel, Bertrandi Pelagalli, W. de Bellicadro ; et canonicorum de insulis Arearum, scilicet Fulconis Atanulfi, Gaufridi de Castelleto, W. Chatberti, Johannis Archinberti, W. de Lunello, Bertrandi de Coltellars. Et ad majorem cautelam, predicti judices hanc sentenciam sigillis suis roboraverunt.

Chartrier de Salon, n° 313, orig. ; a eu 4 sceaux, dont 3 sont en fragments. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 343 v°.

730 11 janvier 1199.

Le pape Innocent III charge l'archevêque d'Arles de s'enquérir de l'état de l'église de Riez, dont l'évêque voulait se démettre du fardeau pastoral.

Arch. Vatic. Reg. 4, f° 134 (an. I-II, ep. 518). Bréq., IV, 246. Potthast, 570.

731 27 janvier 1199.

Lettre du même P[etro] de Castronovo, archidiacono Magalonensi... Vener. etiam fratri nostro archiepiscopo et dil. filio decano Arelaten. dedimus in mandatis... ; prædictus Arelaten. archiepiscopus, attendens personam tuam ad hoc officium non indignam, tibi, sicut ex litteris ejus accepimus, archidiaconatum ipsum auctoritate nostra canonice contulit et te de ipso per annulum investivit....

Patrol. latina, t. CCXIV, c. 494-6. Bréq., IV, 247. Potthast, 579.

732 Arles, 1er février 1198/9.

Soumission de Guillaume Porcellet à l'archevêque.

Anno dominice Incarnationis M. C. XC. VIII, kal. februarii. Cunctis presentem scripturam legentibus pateat, presentibus et futuris, quod cum ecclesie, Sancte Marie videlicet ac Sancti Andree de Cappa, longuo tempore, sub interdicto ab archiepiscopis Arelatensis ecclesie prolato stetissent, eo quod a laicis detinerentur, nobilis vir W. Porcelletus qui easdem ecclesias detinebat, eo quod castrum de Cappa ab Ildefonso comite Provincie, cum omni jure suo, acquisivisset, ad presentiam domini *Ymberti archiepiscopi* et capituli Arelatensis ecclesie, accessit, supplicans et humiliter postulans, plenam etiam satisfactionem promittens, ut ab interdicto absolverentur. Archiepiscopus vero Ymbertus, cum consilio capituli, tale dedit illi responsum, quod si claves ecclesiarum illi redderet, oblationes, vigiliarum proventiones, mortalagia, decimas et primicias, ac omnia jura spiritualia ad easdem ecclesias pertinentia, ei redderet, et in manu illius resignaret, insuper et sacerdotes et clericos in eisdem ecclesiis ministrantes honorifice procuraret, et illis semper de bonis suis necessaria subministraret, assensum sue petitioni prestaret, et interdictum relaxaret ; retenta sibi et successoribus suis plena ac libera sacerdotum et clericorum electione et institutione, cum fuerint eligendi et instituendi, ac destitutione, cum ab eisdem ecclesiis fuerint destituendi. Tandem predictus W. Porcelletus omnia, sicut superius scripta sunt, domino Ymberto et capitulo Arelatensis ecclesie reddidit, et in manu domini archiepiscopi resignavit, et omnia sicut superius scripta sunt, se nunc et in perpetuum, per se et per successores suos, servaturum, tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis, juravit. Reddidit preterea Arelatensi ecclesie tascham et decimam que debebant persolvi de campo Taschareso, qui est apud Gallinnanum, et in presentia domini Ymberti archiepiscopi, et capituli Arelatensis, et in perpetuum resignavit. Acta sunt hec anno et mense quo supra, in camera domini Ymberti, Arelatensis archiepiscopi, in presentia et testimonio Michaelis, prepositi, G. de Berra, decani, Privati, Willelmi Helie, Petri Ysnardi, Bremundi, Petri de Laurata, Johannis, canonicorum, magistri Nicholai, Duranti, Willelmi de Sancto Johanne, sacerdotum, Rainonis de Montalen, Bernardi de Olivario, Hugonis de Berra, de burgo, Richelmi, Willelmi Raimundi, bajuli W. Porcelleti, Petri Guillelmi de Cannis, Willelmi de Darnils, scriptoris, Bernardi, bajuli domini archiepiscopi. Item, cum Willelmus Porcelleti recognovit et confirmavit presens hujus pagine negotium, in palatio domini Ymberti, archiepiscopi Arelatensis, testes interfuerunt, scilicet G. de Sancto Martino, Chautardus, W. de Sancto Luciano, Pontius de Miramars, Raimundus de Agello, Ugo de Sancta Cruce, R. de Sancto Vincentio, Dulcianus, W. Anglicus, Cardinalis, Raimundus de Sancto Georgio, Stephanus de Sancto Cesario, Bertrandus de Montefrin, Poncius de Sancto Cesilio, Ysnardus Pauli, Petrus de Sancta Maria Magdalena. Hii omnes erant sacerdotes. Similiter huic facto interfuerunt Michael, Aicardus de Landa, Bertrandus de Marges, W. de Sancto Andeolo, Bertrandus de Turre.

Chartrier de Salon, n° 411, orig., charte partie, ayant eu 2 sceaux.

733 7 juillet 1199.

Lettre du même Arelatensi archiepiscopo et suffraganeis ejus, *leur annonçant qu'il leur envoie Rainier comme légat apostolique et leur ordonnant d'observer ses prescriptions.*

Patrol. latina, t. CCXIV, c. 676-7. Bréq., IV, 265. Potthast, 764. cf. n° 785.

734 13 juillet 1199.

Lettre du même v. f. Arelatensi archiepiscopo et d. f. Raynerio, apostolice sedis legato, *leur ordonnant de lancer une sentence d'excommunication et d'interdit con-*

tre le comte de Toulouse, s'il ne fait démolir le fort de Mirapetra, *construit dans le territoire de l'abbaye de St-Gilles.*

GOIFFON, *Bull. de l'abb. de St-Gilles*, p. 100-1.

735 Arles, octobre 1199.

... Ymbertus, D. g. Arelaten. archiepiscopus, nomine jurisdictionis et regalie quam habet a Romanis imperatoribus ... in civitate Arelat., petebat ab omnibus sotulariis ... singulis annis IV. paria sotularium, aut pro unoquoque pari.. IIII^{or} den., ita quod XVI den. ab unoquoque exigebat. Sotularii... recognoscentes verum esse quod dom. archiepiscopus affirmabat, sed nimium super hoc gravatos se esse intelligentes, supplicaverunt dno archiepiscopo quathinus prestacionem predicti census alleviaret. *Ils proposent 12 den. par an la veille de Noël, ce que l'archevêque accepte.* Acta.. in palatio d. archiepiscopi, in presentia... Gaufredi de Berra, decani, B'n^{di} archipresbiteri, P. Ysnardi....

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 190, sceau de la ville. Livre vert, f° 42. BONNEMANT, t. II, p. 60.

736 1200 ?

Cession au chapitre par l'archevêque Imbert.

IMBERTUS, Dei gratia Arelaten. archiepiscopus, universis ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in vero salutari. Quoniam ecclesiasticis gaudentes beneficiis, dignum est ecclesiam, ut matrem, cotidianis remunerare retributionibus, et ejus studere incrementis, per quam quis incrementa sue habuit dignitatis ; universitati vestre notum facimus P. Barraban nobis in testamento suo legasse stare quoddam, cum operatoriis, quod cimiterio Sancti Trophimi, ex uno latere conjungitur. Quia ergo ecclesiam Beatissimi Trophimi honorare tenemur, cujus beneficio sumus id quod sumus, volumus omnibus notum fieri nos donare et laudare, et presenti carta confirmare stare illud tibi, Michaeli preposito, et canonicis ejusdem ecclesie, presentibus et futuris, in perpetuum, pleno jure, libere et quiete habendum et tenendum, ex dono nostro, ex mera liberalitate nostra. Ita quod Aladais, neptis mea, et sui, in perpetuum ipsum stare habeant et teneant a canonica, solvendo ipsi annuatim, ad mensam canonicorum, tres lampredas censuales, aud VI. sol. publice monete, pro tribus lampredis, ad festum Sancte Marie in marcio. Et ad hujus donationis confirmationem, sigillum nostrum apponi fecimus. Testes : Privatus, canonicus, magister Gervasius, P. de Veruna, Guillelmus, capellanus, P. de Aqueria, Guillelmus, scriptor, P. clericus de camera, Rostagnus de Bec de jun, tunc consul.

Authentique du chap. d'Arles, f. 236 v°.

737 9 novembre 1200.

Consécration d'une église à Montpellier par Imbert.

ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS MCC NONA NOVEMBRIS PRAESIDENTE ROMANAE ECCLESIAE DNO PAPA INNOCENTIO III PONTIFICATUS SUI ANNO III CONSECRATA EST ISTA ECCLESIA A DOMINO IMBERTO ARELATENSI EPISCOPO IN HONOREM... VIRGINIS MARIAE ET VIVIFICAE CRUCIS ET OMNIUM SANCTORVM....

BOUCHE, *Hist. de Provence*, t. II, p. 193. VIC et VAISSETE, *Hist. de Languedoc*, 1875, t. V, p. 22 *; cf. t. VI, p. 225.

738 Commencement du XIIIe siècle.

Énumération des châteaux dépendants de l'archevêché d'Arles.

ARELATENSIS civitas, pro majori parte tantummdo, eo ex[cepto] quod archiepiscopus habet dominium in civitate, comes ve[ro in burgo] novo, quod antiquitus vocabatur porta Andosa, et in [burgo] veteri quod tenebant Porcelleti habet dominium, et castra infrascripta sunt in dominio comitis Provincie. Nomina autem sunt hec :

In primis, monasterium Montismajoris, *Montmajour.*
Item, castelletum Montismajoris, *Le Castellet.*
It. castrum de Sancto Gabriele, *Saint-Gabriel.*
It. castrum de Montepaono, *Montpaon.*
It. castrum Castilloni, *Castillon.*
It. castrum de Bautio [a], *Les Baux.*
It. castrum quondam de Moreriis, *Mouriez.*
It. castrum de Vaqueriis [b], *Vaquières.*
* It. castrum de Aureilla, *Aureille.*
It. castrum de Aigueria, *Eyguières.*
* It. castrum de Alamannono, *Lamanon.*
It. castrum de Auron, *Aurons.*
It. bastida de Auron, *Aurons.*
It. castrum Alvergnegue [c], *Vernègues.*
It. nobile castrum Salloni, *Salon.*
It. castrum Alansoni, *Lançon.*
It. castrum de Conforzs, *Confoux.*
It. castrum quondam de Sant Laurens [d].
It. castrum de Grans, *Grans.*
It. castrum Cornilloni, *Cornillon.*
It. castrum de Sant Chamans [e], *Saint-Chamas.*
It. castrum de Miramars, *Miramas.*
It. castrum de Istre, *Istres.*
It. castrum de San Chamans [e] prope Istrum.
It. castrum Sancti Mitrii, *Saint-Mitre.*
It. castel Veire, *Castel-Veire.*
It. castrum de Fos, *Fos.*
It. castrum Sancti Ginesii, *Martigues.*
It. castel Marselles, *Château-Marseillais.*
It. castrum novum Rufii, *Châteauneuf-le-Rouge.*
It. castrum Marinane [f], *Marignane.*
It. castrum quondam Pavie.
It. castrum de Ginaco, *Gignac.*
It. castrum de Vitrola, *Vitrolles.*
It. castrum de Berra, *Berre.*
It. castrum de Mala mort [g], *Mallemort.*
It. castrum Alenni, *Alleins.*
* It. castrum Senacii, *Sénas.*
* It. castrum de Bec de jun, *Bédejun.*
* It. castrum de Rocha martina [h], *Roquemartine.*
* It. bastida Senacii, *Sénas.*
* It. castrum de Orgono, *Orgon.*

Variantes de B. 2. Reg. *Pergamenorum*, f° 44 : — *a.* Baucio. — *b.* Vacqueriis. — *c.* Alvergne. — *d.* Laurenzs. — *e.* Sancto Cannas. — *f.* Marinnane. — *g.* Malamorte. — *h.* Roccamartina.

It. castrum de Aguilliis.
It. castrum quod vocatur Lancisa, *Lancié*.
* It. castrum de Romanino, *Romanil*.
It. castrum de Molegio, cum monasterio dominarum, *Molégès*.
* It. castrum de Sancto Andiolo [a], *Saint-Andéol*.
* It. castrum de Verqueriis, *Verquières*.
* It. castrum de Novis, *Noves*.
* It. castrum de Cabannis, *Cabanes*.
* It. castel Rainart [b], *Châteaurenard*.
* It. castrum de Airaga [c], *Eyragues*.
* It. castrum de Lagozes, *Lagoy*.
* It. villa Sancti Remigii, *Saint-Remy*.
* It. castrum de Canfuier [d], *Caufier (Vaucluse)*.
It. castrum de Maillana [e], *Maillanne*.
* It. castrum de Gravesons, *Graveson*.
* It. castrum de Rognonas [f], *Rognonas*.
* It. castrum de Berbentana, *Barbentane*.
* It. castrum de Bolbono, *Boulbon*.
* It. castrum de Laurada, *Laurade*.
* It. nobile castrum Tarasconi, *Tarascon*.
It. castrum de Lansax [g], *Lansac*.
It. castrum de Adavoo.
* It. insula de Gernica, *Jarnègue*.
It. insula de Lusano [h].
It. insula de Camargis, *Camargues*.
It. castrum de Trenca talla, *Trinquetaille*.
It. bastida B. de Clareto, *Claret*.
It. castrum de Nejans [i], *Néjan*.
It. castrum de Mejanas, *Méjanes*.
It. castrum de Villa nova, *Villeneuve*.
It. castrum de Mamusana, *Maumusane*.
It. castrum Albaroni, *Le Baron*.
It. villa S. Marie de Mari, *Les Saintes-Maries*.
It. monasterium S. Marie Olmeti, *Abbaye d'Ulmet*.
It. Sant [j] Farriol, *Saint-Ferréol*.
Quedam ex suprascriptis castris sunt de episcopatu Avinionensi [1].

Arch. des B.-du-Rh. B. 143. Reg. *Pedis*, f[os] 68 et 56. BOUCHE, *Hist. de Provence*, t. I. p. 316-97.

739 Commenc[t] du XIII[e] siècle.

BREVE MEMORIALE DE HONORE QUEM ARCHIEPISCOPUS ARELATEN. IN ARGENTIA ANTIQUITUS POSSIDET.

In villa que nominatur Adau, ecclesiam S. Marie cum apendiciis suis, mansos x... Et in ipsa villa Favatals... Et in Rodano, medietatem levate de Lobariis, usque ad S. Julianum. Et in territorio Argentie, de lonica Capublicensi et via Beducisca usque ad paludem, et usque ad viam Romeam..., et de via Romea insuper usque ad petram Miral., et inde usque ad Talladan et usque ad terminum Raonisse. Et in territorio S. Pauli, feuveur Bosonicum et ecclesiam S. Pauli et ecclesiam S. Dionisii, et eccl. S. Petri Campi publici cum tribus oratoriis... et ecclesiam S. Marie Pomerii... et eccles. S[e] Pasche... et abbatiam S. Nazarii... et abbatiam S. Romani... et eccles. S. Marie de Comes, et eccl. S. Stephani Heremi, et ecclesiam S. Michaelis Barzanici, cum tribus oratoriis et cum tribus ecclesiis, scilicet ecclesiam Clausonne, et eccl. Medene, et eccl. S. Marie in ipsius territorio.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f[os] 150 v° et 144.

a. Andriolo. — b. Raynart. — c. Ayraga. — d. Confier. — e. Mayllona. — f. Rognonaze. — g. Lansanx. — h. Lusana. — i. Rejans. — j. Sanct.

1. J'ai marqué d'un astérisque les lieux étrangers au diocèse d'Arles.

740 Arles, février 1200/1.

Nouvelle cession de l'archevêque au chapitre.

Anno ab Incarnacione Domini M. CC, mense februarii, ego *Ymbertus*, Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus*, bona fide et sine dolo, cum hac carta dono, concedo, et titulo perfecte permutacionis, in perpetuum trado, vobis canonicis Sancti Trophimi, scilicet Gaufrido de Berra, decano, Chautardo, sacriste, Guillelmo Helie, Bernardo de Dion, Bermundo de Aurasica, Guiraldo de Sancto Martino, Petro de Laurata, Guillelmo Bertrando, Privato, Raimundo Bonaldo, Petro Fabro, Ugoni Petro, Guillelmo de Castillone, Gantelmo, Rostagno Bovet, et per vos domui canonice Sancti Trophimi, et omnibus canonicis Sancti Trophimi, presentibus et futuris, seignoriam quam ex successione Rainaldi Amelii, avunculi mei, habeo in decem cartariatis vinearum, que sunt in territorio Sancti Genesii, super lapidicinas, sive pereiras Rostagni de Salignon. Et junguntur ab oriente, vineis Sancti Trophimi, et vineis Boteille, et ab occidente, vineis Raimundi de Malo consilio, et infantum Guiranni, et a circio, clauso canonice ; scilicet dominium, et per totum terciam, et decimam ; et pro gardia, in singulis modiatis, unam saumadam ; et pro sobrestadura, in singulis cartariatis, I. den. ; postremo, quodcumque jus in predictis vineis habeo, vel habere debeo. Et est sciendum quod unam ex predictis vineis tenet Poncius Grifon, et jungitur ab oriente, vineis Saurine, et a circio, vineis Ugonis de Berra, quas tenet Poncius Cleiro. Et in eadem permutacione, dono vobis et concedo pratum meum quod est in tenemento Sancti Michaelis. Et in vicem hujus permutacionis, accipio a vobis ferraginem vestram, que jungitur ab oriente mee ferragini, et a circio, vie publice, et ab occidente, stari et orto hospitalis pauperum Pulcri loci, et a meridie, cimiterio ecclesie Beate Marie de Pulcro loco. Ad hec, nos prefati canonici Sancti Trophimi, omnia suprascripta, a vobis dno Y. archiepiscopo, recipientes, bona fide et sine dolo, per nos et per omnes canonicos Sancti Trophimi, presentes et futuros, suprascriptam ferraginem nostram, cum hac carta vobis donamus, concedimus, et titulo perfecte permutationis in perpetuum tradimus, ad omnes voluntates vestras plenarie faciendas. Factum fuit hoc super portam Sancti Stephani, in camera dni archiepiscopi, in presentia consulum, scilicet Bertrandi de Ucecia, Bertrandi Trabustuli, Petri Galterii, qui rogatu utriusque partis, inde cartam fieri, et sigillo consulum muniri preceperunt. Testes vero interfuerunt, Petrus de Aqueria, Petrus de Veruna, Ymbertus de Aqueria, Gaufridus Arlatanus. Et ego Vincentius, consulum notarius, qui mandato utriusque partis hec scripsi.

Chartrier de Salon, n° 329, orig. parch., charte partie ; corde, sceau de plomb des consuls, celui de l'archev. manque. Authentique du chap. d'Arles, f° 131. Livre rouge de l'archev., f° 384.

741 Arles, 28 février 1200-1.

Donation à sa cathédrale par l'archevêque Imbert.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno Incarnationis ejusdem MCC. Ego *Ymbertus* Dei gratia *Arelatensis eccl. episcopus*, devotionem et reverentiam quam ad Deum et ad gloriosissimam virginem Mariam, et beatos patronos meos, scilicet sanctum Stephanum, et beatum Trophimum, et alios sanctos Dei, habere debeo, volens in aliquo per operis exhibitionem monstrare, de meo proprio, pro anima mea, et pro animabus patris et matris mee, et specialiter pro anima avunculi mei Rainaldi Amelii, et omnium parentum et benefactorum meorum, dono, laudo et concedo Deo creatori meo, et ministerio maj^or altarium que sunt in sede Arelatensi, videlicet Beati Stephani, et Beate Marie, et Beatorum apostolorum Jacobi Zebedei et Jacobi Alphei, et Beati Petri et Beati Pauli, quod situm est in confessione in hac eadem supradicta ecclesia, totam ferraginem meam, sicut protenditur superius justa viam publicam, a domibus hospitalis Belli loci usque ad condaminam abbatisse, et inferius, juxta viam inferiorem, a cimiterio Belli loci usque ad eandem condaminam. Quam supradictam ferraginem, partim ex hereditate paterna, partim emptionibus, partim permutationibus vinearum et honoris que michi contigerunt ex parte supradicti avunculi mei Rainaldi Amelii, non sine magnis sumptibus et laboribus, sum adeptus. Per hanc itaque donationem, instituo, volo, et in virtute obedientie precipio universo Arelatensi capitulo, ut ad supradictum ministerium complendum, specialiter quedam persona fidelis et religiosa per comune capitulum, in presentia archiepiscopi qui pro tempore fuerit, cum ipsius auctoritate, eligatur, post cujus persone decessum, infra tres menses, altera ita fidelis et religiosa eligatur, que dictam ferraginem libere habeat, et quiete possideat, et omnes fructus inde provenientes in usus necessarios ministerio supradicto expendat ; excepto quod, singulis annis, quintam partem de supradictis fructibus in usus proprios ei liceat retinere. Et in die anniversarii mei, pro me et pro animabus supradictorum, cantatis matutinis et celebratis missis, procurationem faciat omnibus in refectorio. Et hanc dictam ferraginem nulla alia persona teneat, nec fructus ejus in alios usus quam suprascriptum est, ratione aliqua, convertantur. Nulli ergo omnino heredum meorum, nec Petro de Aqueria, fratri meo carnali, occasione quinti decimi, vel aliqua alia occasione, nec alicui alii liceat hanc paginam mee donationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem eorum, quod non credimus, hoc attemptare presumpserit, sit excommunicatus et separatus a corpore et sanguine Domini, et incurrat indignationem omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et Trophimi, et prothomartiris. Et preterea, tota hereditas que eum ex parte mea contingeret, ad alios heredes meos, qui hanc meam donationem servabunt et defendent, devolvatur ; et illi sint benedicti a Domino. Ego supradictus Ymbertus archiepiscopus hanc donationem feci in camera nostra que est super portam que dicitur Sancti Stephani, pridie kalendas marcii, coram consulibus istis, Hugone de Arenis, Darderio, Bertrando de Uzecia, Willelmo de Bosco, Bertrando Anfos, et eorum judice Bernardo Ferreoli ; presentibus canonicis et clericis, et quibusdam laicis de familia nostra, videlicet Gaufredo de Berra, decano, Chautardo, sacrista, Bernardo de Dionio, archipresbitero, Willelmo Bertrando, vestiario, Willelmo Helia, infirmario, Privato, Guiraldo de Sancto Martino, Bermundo de Sancto Laurentio, Petro de Lamada, Petro Isnardi, Durando, capellano, Berengario, causidico, magistro Bernardino, Pontio de Junqueriis, Catalano, capellano, Dulciano de Sancto Petro, Michaele, clerico, Petro Fabro, Raimundo Bonaldi, Gantelmo, Rostagno Boveti, Willelmo Augerio, Petro Johanni, clerico nostro, Willelmo de Darnils, Petro de Barjols, Pontio, armigero, et Raimundo Bonifilii. Et ut hec donatio firma et stabilis permaneat, ego memoratus Ymbertus archiepiscopus presentem cartam bulla nostra plumbea muniri feci, et precepi quod supradicti consules eandem cartam suo sigillo munirent. Et ego Vincencius, consulum notarius, huic donacioni interfui, et mandato predictorum consulum, huic carte cum altera per alphabetum divise meum signum et eorum sigillum apposui.

Chartrier de Salon, n° 328. Orig., charte partie, avec les deux plombs sur ficelles.

742 Mars 1201.

Traité d'alliance entre les Arlésiens et les Génois.

Quoniam « nemo accendens lucernam, ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut lumen prebeat universis » : omne etenim bonum in comune deductum pulcrius elucescit. Et cum pax Dei superet omne bonum, dignum est ut que ad pacem et comunem plurium utilitatem respiciunt, scripture testimonio fiant omnibus manifesta. Pateat igitur universis presentem hanc paginam audientibus, quod anno ab Incarnacione Domini MCC primo, mense marcii, nos Umbertus Dei gratia Arelatensis archiepiscopus, una cum Ugone de Baucio et Guillielmo Porcelleti et consulibus Arelatensibus, a nobili viro Guiffreotto Grassello, potestate Janue, litteras recepimus per venerabilem virum Hu. priorem Sancti Michaelis, nobis destinatas, pacis votum continentes. Nos igitur in hujus pacis reformatione, cum precedentia Deo annuente mala finem accipiant ; tam Januensis quam Arelatensis civitatis honorem et utilitatem pariter cognoscentes, in tante concordie et pacis processu exultanti animo delectamur ; sperantes quod nos et posteritas nostra universa multiplici gaudebit emolumento. Pacem et concordiam itaque tam preclare civitatis plurimum affectantes, de cetero vigilanti cura, omni postposita negligentia, studebimus cives Janue et omnes de consulatu eorum, ad partes nostras cum rebus suis venientes, et sine rebus ad nos accedentes, stantes et redeuntes, honorare, defendere, pro posse nostro et in posse nostro salvare. Et ad removendas cujuslibet excogitate ambiguitatis insidias, nos Umbertus, Dei gratia Arelatensis archiepiscopus, firmiter promittimus, et ego Ugo de Baucio idem promitto, et ad majorem firmitatem habendam, Bertrandum de Novis, militem, in anima mea pro me jurare facio, super sancta evangelia. Et ego Guillielmus Porcelleti idem promitto per me et per Ugonem Sacristanum, et per dominam Sacristanam, et

in anima mea et illorum Richelmum militem jurare facio. Et nos Arelatenses consules omnia predicta firmiter promittentes, per Ainaldum de Turba, consulem, in animabus consulum, super sancta evangelia jurare facimus. Et ut presens instrumentum robur habeat et irrefragabile permaneat, dnus archiepiscopus, Ugo de Baucio, Guillielmus Porcelletti, et nos consules sigillis nostris ipsum precepimus communiri.

Hist. patriae mon., Liber jurium reipubl. Genuen. (1854), t. I, c. 467. Barthél., *Baux*, 100.

743 Arles, avril 1201.

Ymbertus, Dei gratia Arelatensis archiepiscopus, *règle les droits de sépulture entre les Templiers et le chapitre de la cathédrale de Marseille.* Acta... in palatio dni archiepiscopi Arelatensis.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 1122, c. 702-4.

744 22 mai 1201.

Bulle de privilège en faveur de l'église d'Arles.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *Ymberto archiepiscopo*, et dilectis filiis capitulo Arelatensi, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur (*n° 601*)... ad exemplar fel. rec. Anastasii, Urbani et Celestini predecessorum nostrorum, romanorum pontificum, sub beati Petri... In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum et Beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus... Preterea quascumque... Locum ipsum *(n° 623)*... Preterea transactionem... Tolosanum comitem intercessit, sicut sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta et hactenus observata, ratam habentes, auctoritate apostolica confirmamus. Insulam... Preterea libertates et immunitates antiquas et rationabiles consuetudines ecclesie vestre concessas et hactenus observatas, ratas habemus easque futuris... Statuimus etiam... Cum autem generale... suppressa voce... Prohibemus insuper... privilegiis pontificum romanorum... Sepulturam preterea... Ad hec, pro amplioris... Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus *(n° 573)*... salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur... contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis... et Domini Redemptoris nostri... subjaceat ultioni. Cunctis autem... eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(A gauche, la roue avec la légende) Fac mecum, Domine, signum in bonum.

(A droite, le monogramme) Bene valete.

Ego Innocentius, catholice ecclesie episcopus, s[ub]s[cripsi].

† Ego Johannes, Albanensis episcopus, ss.

† Ego Pand[ulfus], basilice XII apostolorum presbiter cardinalis, ss.

† Ego Petrus, tit. S. Cecilie presbiter cardinalis, ss.

† Ego Jordanus, S. Pudentiane tit. Pastoris presb. card., ss.

† Ego Hugo, presb. card. Sancti Martini tit. Equitii, ss.

† Ego Cinth[ius], tit. S. Laurentii in Lucina presb. card., ss.

† Ego Soffredus, tituli Sancte Praxedis presb. card., ss.

† Ego Bernardus, Sancti Petri ad vincula presbiter cardinalis tit. Eudoxie, ss.

† Ego Cencius, Sanctorum Johannis et Pauli presbiter cardinalis tit. Pamachii, ss.

† Ego Gregorius, tit. Sancti Vitalis presbiter card., ss.

† Ego Petrus, tit. Sancti Marcelli presbiter cardinalis, ss.

† Ego Benedictus, tit. Sancte Susanne presb. card., ss.

† Ego Gratianus, Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, ss.

† Ego Gerardus, Sancti Adriani diaconus cardinalis, ss.

† Ego Gregorius, Sancte Marie in Porticu diac. card., ss.

† Ego Gregorius, S. Georgii ad Velum aureum d. c., ss.

† Ego Gregorius, Dei gratia Sancti Angeli diac. card., ss.

† Ego Hugo, Dei gratia Sancti Eustachii diac. card., ss.

† Ego Matheus, Sancti Theodori diaconus cardinalis, ss.

† Ego Johannes, Sancte Marie in Cosmidin diac. card., ss.

Datum Laterani, per manum Blasii, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, XI kalendas junii, indictione quarta, Incarnationis dominice anno M°CC°I°, pontificatus vero domini Innocentii pape III anno quarto.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 5, orig.; plomb, lacs de soie rouge et jaune. Livre noir, f° 61, avec cette note : « Scriptum est in III. quaterno quarti libri domini Innocentii ». Potthast, 1395, 25489.

745 (Septembre) 1201.

Le même pape commet l'archevêque d'Arles, l'abbé de Vallemagne et l'archidiacre de Rodez pour juger entre l'abbé de St-Guilhem et un de ses moines.

Theiner, *Vet. mon. Slavor. merid.*, 1863, t. I, p. 60. Potthast, 1470.

746 (Sept./octobre) 1201.

Le même répond longuement aux questions de l'archevêque d'Arles touchant le sacrement de baptême et les erreurs des hérétiques à son sujet.

Gregorii IX *Decretal.* lib. III, tit. XLII, cap. 3 (*Corp. juris canon.*, ed. Boehmer, t. II, c. 606-9). Bzovius, *Ann.*, t. XIII, c. 64. Bréq., IV, 280 (à 1199). Potthast, 1479.

747 Novembre 1201.

Arbitrage de l'archev. entre Ulmet et Saint-Césaire.

Ymbertus, Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus*, omnibus ad quos littere presentes pervenerint, salutem. Pastoralis officii cum duplex sit cura, una ad ignoscendum, altera ad eradicandum, sic interior pax queritur, si comissum dimittitur, et quod mordere potuit animarum tranquill[it]atem, eradicatur. Hinc est quod cum lis agitaretur inter abbatem et monachos Ulmeti, ex uno latere, et abbatissam et moniales Sancti Cesarii, super ecclesia Ulmeti; et causa nobis commissa esset ab apostolica sede audienda et terminanda ; volentes pastoralis sollicitudinis debitum exsolvere, ab utraque parte, compositionis modum tandem obtinuimus. Cum enim proposuisset abbatissa cartam, in qua continebatur ipsam et conventum suum dedisse, sub annuo censu LX. sol. Melgoriensium, abbati et conventui Ulmeti, ecclesiam de Ulmeto, cum suis pertinentiis, in perpetuum, ea lege

ut singulis annis, abbas Ulmeti missam celebraret sollempnem in monasterio sanctimonialium, die sancti Cesarii ; et quoties novus abbas induceretur, presentibus fratribus, promissionem faceret, in ecclesia sanctimonialium, de non alienando possessiones ecclesie Ulmeti. Et si per duos annos, censum pretaxatum non redderent monachi, quod ecclesia, jure comissi ad moniales rediret. Volentes plantare paci necessaria, et eradicare superflua, post multas altercationes, et appellationes hinc inde factas, voluntate partium sic statuimus, comuni utrorumque consensu, prolocutorie. In primis, necessitatem veniendi, et divina celebrandi in monasterio sanctimonialium, abbati Ulmeti in perpetuum remisimus ; arbitrati illos indigne ad consortia mulierum trahi, quos ordo et regula feminas videre prohibuit, nisi cum peregrinandi ducuntur, aut hospitandi necessitate. Sed et promissionem indempnitatis omnino rejecimus, quam solis abbatibus suis majoribus exibere tenentur. Commissum quoque canonis, non soluti per biennium amputavimus, cum non solventis mora, vel minus curiosi abbatis incuria tantum monasterio generare non debeat dampni perpetuitatem. Si enim nefas est hominem homini insidiari, quid magis cavendum erit, quam ut, positis cavillationibus, insidias querant temporis viri religiosi, quibus tunc tantum insidiis utendum erit, cum insidias hostis interioris, suis potuerint insidiis in secreto prevenire. Remissis ergo hinc inde omnibus questionibus, et mutuis, motis vel que moveri poterant petitionibus, volumus et firmiter statuimus, auctoritate domini pape, et ex ordinaria jurisdictione nostra, ut abbas et monachi Ulmeti, in perpetuum, prenominatam ecclesiam, cum omnibus adquisitis, et inposterum juste adquirendis, habeant, solvendo monasterio Sancti Cesarii marcham et dimidiam argenti fini, singulis annis ; ita quod medietatem census illius solvant ad festum Nativitatis Domini, et alteram ad festum Sancti Johannis Baptiste. Aut si argentum finum comode solvere non potuerint, valentiam prestent in moneta currente tempore debiti, ad publicam estimationem civitatis Arelatensis. Et si infra VIII. dies terminum quemlibet sequentes, abbas et monachi predicti censum non solverint, nos et successores nostri teneamur ipsos ad solutionem cogere. Et abbatissa, si voluerit, poterit nummos ad usuram mutuo sumere ; ita quod abbas et monachi teneantur ipsi abbatisse, tam in sorte quam in usuris prestandis, satisfacere. Ad hec, si abbatia Ulmeti locum abbatie mutaverit, poterit abbas per sacerdotem monachum sui ordinis, sueque professionis, in ecclesia divina celebrare competenter. Aut per secularem sacerdotem, virum tamen honestum, qui nobis et ecclesie nostre respondeat in spiritualibus, et abbati et monachis in temporalibus. Et nos pensionis hujus incrementum, et statuti nostri modum, firmiter precipimus, pro bono pacis, et utilitate utriusque monasterii, prout prenotavimus, ab omnibus inviolabiliter observari. Ut sit violatoribus judicium, et observantibus eterne retributionis premium. Acta sunt ista anno ab Incarnatione Domini M.CC.I, mense novembris, presente Amedeo abbate Bonevallense, et ipso consentiente et laudante, et sigillum suum in carta ista apponente. Testes interfuerunt P., abbas Vallismagne, Garinus, monachus, P. Isnardus, monachus, W. de Agd', monachus, et alii monachi ; Privatus, canonicus Sancti Trophimi, W. de Veste, sacerdos Sancti Luciani, Lautricus, capellanus Belliquadri, P. de Veruna, R. Sancti Vincentii, R. Guitbertus, P. de Leon, R. Ferreoli, G. Arlatan, Agoldinus, Gillius de Trencatalt, Hugo Arveus, W. Deodatus, Belliquadri, fr. P. Guiraut, fr. P. de Margis, et magister Gervasius.

Arch. des B.-du Rh. St-Césaire d'Arles. Chartrier des prieurés (Reg. VI, n° 26. Orig. parch., charte mi-partie, sans sceau. Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 194 : « Prædictum instrumentum sigillatum est duobus sigillis : unum de plumbo, in quo ab una parte sculpta sunt verba sequentia : S. s. TROPHIMI JESU CHRISTI DISCIPULI ; aliud sigillum de cera communi, in quo ab una parte est imago unius abbatis ».

748 — Arles, 30 décembre 1201.

Vente à Imbert, archevêque d'Arles, par Raimond Isnard et sa sœur Rixende, Pons de Libre et Guillaume Bertrand, son frère, de tous leurs biens et droits dans le territoire de Mézens, au prix de 900 sous Melgoriens ; en présence du consul Aicard de la Lande.

BLANCARD, *Iconogr. des sceaux et bulles des arch. des B.-du Rh.*, p. 123, bulle en plomb sur corde de chanvre (Liber aureus, n° 397).



749 — Mars 1201-2.

Testament d'Imbert d'Aiguières, archevêque d'Arles.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno ab Incarnato Domino M°.CC°.I°, mense marcio. Ego *Ymbertus*, Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, in mea sana memoria constitutus, tam de bonis paternis quam maternis, quam aliunde michi acquisitis, sic testamentum meum per nuncupationem facio, licet sit in scriptum redactum. In primis, relinquo omnipotenti Deo, a quo bona cuncta procedunt, et gloriose virgini Marie, et beato Stephano et sancto Trophimo, et mense canonicorum, jure legati, x. cartariatas vinearum que sunt in territorio Sancti Genesii, super lapidicinas sive pereiras Rostagni de Seleinon, in quibus habeo plenum dominium, et in earum fructibus pro parte integram terciam, et decimam. Et junguntur, ab oriente vineis Sancti Trophimi, et vineis Botelle, et ab occidente, vineis Raimundi de Malo consilio, et infantum Guiranni, et a cir-

cio, clauso canonice. Et pro gadia, in singulis modiatis, unam saumatam ; et pro subrestadura, in singulis cartariatis I. den. Et totum jus quod in predictis vineis habeo, vel habere debeo. Et relinquo eidem predicte mense canonicorum pratum quod est in territorio Sancti Michaelis, et quamdam peciam terre que est in eodem territorio ; ut semper libere habeant, et quiete possideant. Et preterea, dono, laudo et concedo, et in perpetuum derelinquo Deo creatori meo, et ministerio IIIIor altarium que sunt in sede Arelatensi, videlicet Beati Stephani, et Beate Marie, et Beatorum apostolorum Jacobi Zebedei et Jacobi Alphei, et Beati Petri et Beati Pauli, quod situm est in confessione, in eadem supradicta ecclesia, totam ferraginem meam, sicut protenditur superius, juxta viam publicam, a domibus hospitalis Belli loci usque ad condaminam abbatisse ; inferius vero, juxta viam inferiorem, a cimiterio Belli loci usque ad eandem condaminam. Quam supradictam ferraginem, partim ex hereditate paterna, partim emptionibus, partim permutationibus vinearum et honoris que michi contigerunt ex parte avunculi mei Rainaldi Amelii, sum adeptus. Propter hanc vero ferraginis largicionem, seu relictum, volo et precipio universo Arelatensi capitulo, ut ad ministerium supradictorum altarium complendum, specialiter quedam persona fidelis et religiosa, de corpore ipsius ecclesie, per comune capitulum, in presentia domini archiepiscopi qui pro tempore fuerit, cum ipsius auctoritate eligatur. Post cujus persone decessum, infra VIIIto dies, alia fidelis persona et religiosa eligatur, que dictam ferraginem libere habeat et quiete possideat, et omnes fructus inde provenientes in usus necessarios ministerio supradicto expendat ; excepto quod, singulis annis, quintam partem de supradictis fructibus in usus proprios ei liceat, si voluerit, retinere. Et in die anniversarii mei, pro me et pro animabus supradictorum, et omnium fidelium deffunctorum, cantatis matutinis juxta morem ecclesie et celebratis missis, procurationem faciat omnibus in refectorio, aditis in mensa pauperum, ultra cotidianos pauperes, XIIIcim pauperibus. Et hanc dictam ferraginem, totam sine diminutione, nulla alia persona teneat, nec fructus ejus in alios usus quam suprascriptum est, aliqua ratione, convertantur. Sex vero sextarios obtimi ordei, quos michi singulis annis debet dare Guillelmus Regordus, pro terra que fuit avunculi mei Rainaldi Amelii, que est ultra Sanctum Genesium de Columpna et ultra domos infirmorum, que confrontatur, a circio, via mediante, cum vinea Raimundi de la Volta, et ab oriente, cum vinea Pontii Gabiani, et a vento, cum vinea Florentii, et ob occidente, cum vinea Martini Guiraldi, laudo, concedo et dono Deo et altari Beatorum apostolorum Petri et Pauli quod situm est in confessione ecclesie Sancti Stephani, quod propriis manibus consecravi, ad illuminandam lampadem que ibi in honore Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli, in perpetuo ardeat. Quicquid vero boni operis ante promocionem meam, cum essem sacrista, vel post, in ecclesia supradicta feci, sive in tabula argentea vel in retrotabulo faciendis, vel in aliis ornamentis, nullus presumat ab ecclesia alienare, vel aliquo modo distrahere. Et si quis hoc temptare presumpserit, sit a Deo et a sanctis ejus maledictus ; et qui hoc fideliter servaverit et custodierit, ab illo benedictionem accipiat a quo omnia bona procedunt. Sane sorori mee Rixendi dono et concedo, jure legati, partem illam vinearum de Cuneo, ab incisione inferius versus civitatem, que ab oriente et a circio confrontat vie publice, ab occidente vero vineis Petri de Aqueria, et prato meo. Et illas duas terras quas habeo extra montem Longum, versus orientem, inter ipsum territorium et Rodanum. Alii vero sorori mee Bertrande, dimitto similiter, jure legati, totum illud quod habeo et in presentiarum quiete possideo apud Malagardam, tam cultis quam incultis, et quicquid habeo, vel habere debeo, a la Gacheta, suptus viam publicam et supra, cum omnibus fronteriis suis ; et partem salinarum que michi contigit ex successione avunculi mei Rainaldi Amelii. Fratrem meum autem Petrum de Aqueria, et Ymbertum, nepotem meum, filium quondam fratris mei Poncii de Aqueria, in omni jure meo quod habeo, vel habere debeo, in toto tenemento de Montlonc, in aquis, piscationibus, venationibus, nemoribus, pratis, paludibus, pascuis, terris cultis et incultis ; et in omni jure quod habeo vel habere debeo in villa de Nejan, et in ejus territorio, omnibusque adjacentiis ejus, in aquis, in nemoribus, in terris cultis et incultis, censibus et usaticis, equis porcionibus, heredes instituo. Et quoniam Pontio, fratri meo, dum viveret, de vineis meis de Bosco, et illud totum quod habebam vel habere debebam in loco qui dicitur Colonada, donavi ; in recompensatione illius doni, volo et mando ut frater meus Petrus de Aqueria habeat sine diminutione illud totum quod habeo, vel habere debeo, in vineis cunei, ab incisione superius. Si vero nepos meus Ymbertus decederet, quod Deus avertat, sine testamento, et sine filiis legitimis, rogo, volo et mando ut totum revertatur ad neptes, sorores suas, Ponciam et Viernam, et ad legitimos earum filios. Quod si ipse vel earum filii non starent, totum ad Petrum de Aqueria et ad filios ejus legitimos, jure substitutionis, revertatur. Similiter, si Petrus de Aqueria decederet, vel filius ejus, quod Deus avertat, sine testamento et sine filiis legitimis, rogo, volo et mando ut totum ad nepotem meum Ymbertum, jure substitutionis, si superstes fuerit, revertatur ; sin autem, ad sorores ejus Ponciam et Viernam. Censas quoque quas jure hereditario habeo super Autardum, et super Guillelmum de Ponte, et super dominam Pellegrinam, et super Judeos, et si quas alias habeo, jure successionis paterne vel materne, predictis heredibus meis Petro de Aqueria et Ymberto, equis portionibus, jure institutionis relinquo. Sane adquisitiones omnes quas feci, tam de mobilibus quam immobilibus, emptiones, permutationes, ypothecas seu pignorum receptiones, vel meliorationes, vel alio quollibet titulo adquisitas, futuro archiepiscopo habendas et possidendas in perpetuum derelinquo ; exceptis his que in codicillis, si quos fecero, pro debitis meis solvendis, et pro salute anime mee, et his exceptis que personis vel locis ibidem nominatis legavero. Permutationes quoque quas feci pro acquirendis honoribus quos mense canonicorum donavi, ratas et firmas semper esse volo et mando. Illas similiter permutationes quas nomine meo, ad opus meum et successorum meorum archiepiscoporum, feci, semper ratas et firmas esse volo. Et si quis heredum meorum, vel

legatariorum meorum, illas revocare vel irritare presumpserit, sit excommunicatus et separatus a corpore et sanguine Domini, et incurrat indignationem omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et Trophimi, et protomartiris Stephani ; et de bonis que illi relinquo penitus exheredo, et futuro archiepiscopo et canonicis Arelatensibus illa possidenda et in perpetuum habenda relinquo. Illi vero qui hec omnia supradicta fideliter servaverint, et diligenter deffenderint, sint ab eo benedicti qui est benedictus in secula seculorum, amen. Hoc autem testamentum volo valere jure testamenti, et si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum, vel jure donationis causa mortis, seu cujuslibet alterius ultime voluntatis. Volo ut codicilli quos fecero perpetuam habeant firmitatem. Volo etiam et mando heredes quos superius institui his bonis tantum quibus nominatim sunt instituti, et que illis reliqui, et legatarii his bonis que illis nominatim legavi, sint contenti, et nichil amplius in bonis meis petere possint. Gadiatores meos constituo fideles et dilectos meos Guillelmum Avinionensem prepositum, et Gaufridum, Arelatensem decanum, et Privatum, ejusdem ecclesie canonicum, et Guillelmum de Vestic, capellanum meum, et dilectas sorores meas Rixendam et Bertrandam, ut habeant liberam facultatem disponendi, ordinandi et distribuendi ea que ad pias causas, pro salute anime mee, et pro salute animarum omnium parentum et benefactorum meorum, spiritualium et carnalium, vel alio modo, legavero. Et ipsos ammoneo, obsecro et adjuro, sub fide religionis et pacis quam Dominus discipulis suis commendavit, et per fidem, et dilectionem, et obedientiam qua Deo et michi tenentur, et per futurum judicium in quo unicuique retribuetur secundum opera sua, ut predicta omnia, secundum tenorem presentis pagine, et voluntatis mee intentionem, diligenter et fideliter ordinent, faciant et adimpleant. Fratrem meum Petrum de Aqueria, et cognatum meum Petrum de Veruna, et dilectum meum Michaelem, Arelatensem prepositum, omnibus modis quibuscumque possum, deprecor et adjuro ut predictis gadiatoribus meis opem, consilium et auxilium, si necessarium fuerit illis ad implendam ultimam voluntatem meam, fideliter prestare non differant.

Post mortem Ymberti, Arelatensis archiepiscopi, anno ab Incarnatione Domini M.CC.II, mense julii, juraverunt testes infrascripti, tactis sanctis evangeliis, coram consulibus Arelatensibus, scilicet Rostagno de Becdejun, Raimundo de Airaga, Guillelmo de Bosco, pro se et aliis consulibus, videlicet Poncius de Miramars, sacerdos, Michael, prepositus ecclesie Arelatensis, Petrus de Laborata, canonicus, Johannes de Trencataliis, canonicus, Durantus, sacerdos, magister Gervasius, Vincentius, notarius, qui omnes, recognitis signis et sigillis, et subscriptionibus suis, jurato, dixerunt hanc esse cartam in qua jamdictus dnus Ymbertus, archiepiscopus, testamentum suum dixit contineri, et sicut in ea continebatur ita post mortem suam voluit observari, sive jure testamenti, sive jure codicilli, sive jure cujuslibet ultime voluntatis, et eos omnes inde testes esse rogavit. Hoc autem testamentum juratum, apertum, lectum, publicatum et recitatum fuit, sicut supra apparet, in presentia multorum testium, scilicet Petri de Veruna, Petri de Aqueria, Bertrandi Gantelmi, Raimundi de Malo consilio, Ugonis Arvei, Moteti, Raimundi Arlatani, Guillelmi de Vestric, Poncii Raimundi, Ruffi Berengarii, Gaufredi Arlatani, Petri Guillelmi, Vacherias, Petri de Camera, et aliorum quamplurium. Ego R. de Amillavo, subnotarius, mandato Vincentii notarii, hanc cartam scripsi. Hoc est rescriptum quod ego Vincencius, notarius, ab horiginali et autentico instrumento, debita cura adhibita, nichil addens vel minuens, diligenter translatari feci, et mandato consulum, sigilli consulum munimine roboravi.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 330, évidemment de l'époque ; le sceau manque. Il suit de là que ceci est le vrai testament qui eut vigueur et fut exécuté après la mort d'Imbert. Celui-ci avait fait un testament olographe et mystique, sans notaire ni témoins, qu'il fit souscrire par les témoins mentionnés à l'acte d'ouverture.

750 Arles, 30 mars 1202.

Don par le même, à la mense capitulaire.

In nomine summe et individue Trinitatis. Ego *Ymbertus* Dei gratia *Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, devotionem et reverentiam quam ad Deum, et ad gloriosissimam virginem Mariam, et beatos patronos meos, scilicet sanctum Stephanum, et beatum Trophimum, et alios sanctos Dei, habere debeo, volens in aliquo per operis exhibitionem monstrare ; de meo proprio patrimonio, pro anima mea, et pro animabus patris mei Bertrandi, et matris mee Eme, et specialiter pro anima avunculi mei Rainaldi Amelii, et omnium parentum et benefactorum meorum, et omnium fidelium, vivorum ac defunctorum ; dono, laudo, et titulo perpetue donationis concedo, Deo creatori meo, et mense Arelatensium canonicorum, decem cartariatas vinearum que sunt in territorio Sancti Genesii, super lapidicinas sive pereiras Rostagni de Selemon ; in quibus habeo plenum dominium, et in earum fructibus pro parte, integram tertiam et decimam ; et in singulis modiatis unam saumatam pro gardia ; et unum denarium in singulis cartariatis, pro sobrestadura ; et totum jus quod in predictis vineis, habeo vel debeo habere, supradictis cannonicis dono. Que vinee junguntur, ab oriente, vineis Sancti Trophimi, et vineis Botelle ; et ab occidente, vineis Raimundi Petri, desuper Rodanum, et infantium Guiranni ; et a circio, clauso cannonice. Et etiam dono eisdem cannonicis pratum meum quod est in territorio Sancti Michaelis ; et quandam peciam terre que est in eodem territorio ; ut semper libere habeant, et quiete possideant. Et preterea laudo, dono, et titulo perpetue donationis concedo, summo Deo, omnium que sunt in celo et in terra creatori, et ministerio quatuor altarium que sunt in sede Arelatensi, videlicet Beati Stephani, et Beate Marie, et Beatorum apostolorum Jacobi Zebedei et Jacobi Alphei, et Beati Petri et Beati Pauli, quod situm est in eadem supradicta ecclesia, in confessione, totam ferraginem meam, sicut protenditur superius juxta viam publicam, a domibus hospitalis Belli loci, usque ad condaminam Abbatisse ; inferius vero, juxta viam inferiorem, a cimiterio Sancte Marie de Bel loco, usque ad eandem condaminam. Quam supradictam ferraginem, partim ex hereditate paterna, partim emptionibus, partim

permutationibus vinearum et honoris que michi contigerunt ex parte avunculi mei Rainaldi Amelii, sum adeptus. Propter hanc vero ferraginis donationem, rogo, volo, et in virtute obedientie qua Deo tenentur, precipio universo presenti et futuro Arelatensi capitulo, ut ad ministerium supradictorum altarium complendum, specialiter quedam persona fidelis et religiosa, de corpore ipsius ecclesie, per commune capitulum, in presentia dni archiepiscopi qui pro tempore fuerit, cum ipsius auctoritate eligatur ; post cujus persone decessum, intra VIII^{to} dies, alia persona fidelis et religiosa iterum, remota omni dilatione, eligatur, que dictam ferraginem libere habeat, et in pace possideat, et omnes fructus inde provenientes, in usus necessarios ministerio supradicto fideliter expendat ; excepto quod singulis annis quintam partem de supradictis fructibus, in usus proprios ei liceat, si voluerit, retinere. Et in die anniversarii obitus mei, pro me, et pro animabus supradictorum, et omnium fidelium defunctorum, cantatis juxta morem ecclesie matutinis, et celebratis missis, et absolutione facta, procurationem faciat omnibus in refectorio, additis ad mensam pauperum, ultra cotidianos pauperes, tresdecim pauperibus. Et hanc dictam ferraginem totam, sine diminutione, nulla alia persona teneat, nec fructus ejus in alios usus quam suprascriptum est, aliqua ratione convertantur. Sex vero sextarios obtimi ordei, quos in singulis annis debet dare Villelmus Regordus, pro terra in qua modo est plantata vinea, que fuit olim supradicti avunculi mei Rainaldi Amelii, que est ultra Sanctum Genesium de Columpna, et ultra domos infirmorum, que confrontat, a circio, via mediante, cum vinea Rainaldi de la Volta, et ab oriente, cum vinea Pontii Gabiani, et a vento, cum vinea Florentii, et ab occidente, cum vinea Martini Guiraldi, dono, laudo, et titulo perfecte donationis concedo, Deo et altari Beatorum apostolorum Petri et Pauli, quod situm est in ecclesia supradicta Sancti Stephani, in confessione, *quod propriis manibus consecravi*, ad illuminandam lampadem que ibi, in honore Dei et beatorum apostolorum, perpetuo ardeat. Acta fuerunt ista in camera nostra que est supra portam Sancti Stephani, anno dominice Incarnationis M°.CC°.IJ°, mense martii, III kal. aprilis, coram istis testibus, qui presentes fuerunt, Michaele, preposito, Gaufredo de Berra, decano, Chautardo, sacrista, Willelmo Bertrando, vestiario, Privato, cannonico, Petro Isnardo, Petro de Laurada, Johanne, cannonico, Raimundo de la Tora, Raimundo Ferreolo, Berengario, chausidico, Petro Fabro, Duranto, sacerdote, Catalano, Pontio de Junqueriis, Willelmo Michaele, et Willelmo de Vestrico, cappellano nostro, qui mandato nostro hec scripsit. Et ut ista omnia supradicta perpetuam firmitatem habeant, volui ut hoc instrumentum bulla mea plumbea muniretur.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 322. Livre rouge, f° 394 v°.

751 Mai 1202.

Anno dominice Incarnationis M.CC.II, mense madii. Notum sit o. h. p. et f. quod ego Michael Arelaten. prepositus, cum consilio dni Y. Arelaten. archiepiscopi et tocius capit. Arelaten..., dono, laudo et concedo in emphyteosim.. condaminam S. Stephani, ad plantandam vineam... *(à divers, deux quarterées à l'un, deux à l'autre ; 5 sous d'acapte par quarterée, et un cens par quarterée de 3 oboles, 1 setier de blé, 1 d'orge)*. — Testes G. de Berra, sacrista..

Authentique du chap. d'Arles, f° 135.

752 14 juillet 1202.


Lettre d'Innocent III ven. fratr. Aquen. et [Arelaten. archiepiscopis], *au sujet des méfaits de* quidam Jofridus miles, cum complicibus suis Aquen. et Tolonen. diocesum, *contre l'abbaye de St-Victor*.

Voir la pièce à l'abb. de St-Victor.

753 20 juillet 1202.

Obit et épitaphe de l'archevêque Imbert d'Aiguières.

XIII : K*a*L*endas* : AVG*usti* : OBIIT : DOMN*us*
YMBERTUS : DE : AQVER'A
BONE : MEMOR'E : ARELATENSIS :
ARCHIEP*iscopu*S : ANNO : D*omi*NICE : INCAR
NAT'ONIS : M : CC : II : ORATE : PRO : EO



« Au mois de mai 1819, on construisit les fonts baptismaux actuels; on eut à déplacer pour cela le tombeau d'Imbert d'Aiguières, archevêque d'Arles, mort en 1202. Il était suspendu à une hauteur de trois ou quatre mètres, dans un enfoncement pratiqué au mur, et fermé par une cloison portant cette épitaphe : *VIII K. Aug.* L'épitaphe fut placée un peu plus loin sur le même mur, au-dessus du caveau où les ossements de l'archevêque furent transférés » (Bernard, *La basilique primatiale de St-Trophime d'Arles*, 1893, t. I, p. 250).

Hic jacet Imbertus, hic Thus tumulatur et Imber :
Presulis officium, nomen utrumque notat.
Imber doctrinam, Thus signat sacrificantem ;
Sic fuit Imbertus sacrificando docens.

« Cette épitaphe étoit gravée en lettres noires sur une grande pierre qui couvroit le tombeau de ce prélat, qui fut découvert dans l'église de St-Trophime en 1696, au-dessus des fonds baptismaux, dans l'épaisseur de la muraille » (Bonnemant, *Actes concernant l'archev. d'Arles*, ms. 308 de la bibl. d'Arles, t. I, p. 86).

Voir encore le n° 3 (c. 8) et l'extrait publié à la date du 4 juin 1221.

MICHEL de Mouriez, 1202-1217.

Il était auparavant prévôt de la métropole d'Arles.

754 Août 1202, avril 1203.

Michel de Mouriez, archevêque élu d'Arles.

Anno dominice Incarnationis M°CC°II°, mense augusti. Dominus *M.*, *Arelatensis ecclesie electus archiepiscopus*, hos testes recepit. Rostagnus Ymbertus, testis, jurato, dixit se vidisse et audisse quod Raimundus de Sancto Amancio, quando dedit filiam suam in uxorem Ymberto de Romnis, dedit illi in dotem, cum filia sua Guillelma, totum quicquid habebat, tenebat et possidebat aliquo modo, per se vel per alium, in toto castro Sancti Amancii, intus vel extra in eodem territorio, et totum per sacramentum firmavit. Et dixit quod Ymbertus debuit ei dare duo milia solidorum. Dixit etiam quod Adalaiz dictam dotis dationem laudavit, per se ipsam, et per sacramentum confirmavit; et quicquid juris habebat in dicto honore totius castri, intus vel extra, dicto Ymberto, cum sorore sua, donavit, et in perpetuum dereliquit. Et Raimundus de Sancto Amancio debuit, vice permutationis, dare filie sue A. honorem de Agulla, cum duobus milibus solidorum, aut honorem de Istrio, quemcumque magis vellet. Hoc factum fuit in castro Sancti Amancii, in domo ipsius Raimundi de Sancto Amancio. — Bertrandus Dalmatius, testis, jurato dixit idem per omnia ; et amplius, quod pena quinque milium solidorum regalium fuit hinc inde promissa, et fidejussores dati. Et plus, dixit quod R. de Sancto Amancio et filia sua A. se devestiverunt, et Ymbertum investiverunt. — R. de Sancto Amancio, testis, jurato dixit idem quod proximus. Et plus, quod A. elegit habere honorem de Istrio, vice permutationis pro honore Sancti Amancii. De pena promissa nichil dixit; sed de fidejussoribus, idem. — Guillelmus de Sancto Amancio, testis, jurato, dixit idem quod R. de Sancto Amancio; et plus, quod pena trium milium solidorum regalium fuit hinc inde promissa, et fidejussores dati. Dixit etiam quod primo antequam R. de Sancto Amancio daret filiam suam Ymberto, apud Grans, convencio facta fuit, et sacramento hinc inde vallata, quod R. de Sancto Amancio debet esse et stare in honore dicto, tamquam pater, in omni vita sua, et Ymbertus tamquam filius. — Bertrandus de Alvernico, testis, jurato dixit idem quod R. de Sancto Amancio ; et plus, quod pena fuit promissa, aut quinque milium solidorum Raimundensium, aut trium milium solid[or]um regalium, secundum quod sibi visum fuit, et fidejussores dati. — Raimbaldus, testis, jurato dixit idem quod Bertrandus Dalmacius, per omnia. — Guillelmus Ricardus, testis, jurato dixit idem quod proximus, per omnia. — Petrus Robaldus, testis, jurato dixit idem quod Guillelmus Ricardus, et Raimbaldus, et Bertrandus Dalmacius, per omnia. Pars que istos testes produxit, eos audivit. Et ad majorem fidei certitudinem, dominus M. Arelatensis archiepiscopus bulle plumbee impressione jussit paginam presentem consignare. Anno dominice Incarnationis M°CC°III°. mense aprilis. P. de Coinone, canonicus Magalonensis, mandato ipsius scripsit et bullavit.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 175, orig., charte partie ; la bulle manque.

755 6 août 1202.

Lettre du pape Innocent III à l'archevêque d'Arles et aux abbés de St-Gilles et de Vallemagne, leur mandant de se rendre à l'abbaye de St-Guilhem-du-Désert, au sujet des accusations portées contre l'abbé Hugues et de sa déposition.

Patrologia latina, t. CCXIV, c. 1053-7. Bréq., IV, 322. Potthast, 1716. Cette lettre était destinée à Imbert d'Aiguières, dont le pape ignorait la mort.

756 2 décembre 1202.

Lettre du même archiepiscopo et capitulo Arelatensi : *même objet que le n° 723.* Cum instantia.... Dat. Laterani, iii. nonas decembris, anno v.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 79 v°. Potthast, 25503.

757 5 décembre 1202.

Privilège d'Innocent III en faveur de l'église d'Arles.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Michaeli archiepiscopo ejusque successoribus, et dilectis filiis capitulo Arelatensi, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens a nobis *(comme n° 623)*... Eapropter... In primis siquidem... Preterea quecumque bona inpresentiarum... ordinationem quoque... latere fuerit destinatus, Arelaten. provincia... dignitate careat reamque... Locum ipsum... Preterea transactionem... Preterea libertates... Statuimus etiam... Cum autem generale... Prohibemus insuper... Sepulturam... Ad hec, pro amplioris... Decernimus ergo... Si qua igitur... Cunctis autem... inveniant. Amen. Amen. Amen.

(A gauche, la roue avec la légende) Fac mecum, Domine, signum in bonum.

(A droite, le monogramme) Bene valete.

Ego Innocentius, catholice ecclesie episcopus, s[ub]s[cripsi].

† Ego Oct[avianus], Hostiensis et Velletren. episcopus, ss.
† Ego Johannes, Albanensis episcopus, ss.
† Ego Petrus, tit. S. Cecilie presbiter cardinalis, ss.
† Ego Jord[anus], S. Pudentiane tit. Pastoris pr. card., ss.
† Ego Guido, S. Marie trans Tyberim tit. Calixti pr. c., ss.
† Ego Hugo, presbiter cardin. S. Martini tit. Equitii, ss.
† Ego Johannes, tit. S. Prisce presbiter cardinalis, ss.
† Ego Cencius, SS. Johannis et Pauli presbiter cardinalis tit. Pamachii, ss.
† Ego Gregorius, tit. S. Vitalis presbiter cardinalis, ss.
† Ego Benedictus, tit. S. Susanne presbiter cardinalis, ss.
† Ego Gratianus, SS. Cosme et Damiani diac. card., ss.
† Ego Gregorius, S. Georgii ad Velum aureum diac. c., ss.
† Ego Hugo, S. Eustachii diaconus cardinalis, ss.
† Ego Matheus, S. Theodori diaconus cardinalis, ss.
† Ego Johannes, S. Marie in Cosmedim diac. card., ss.

Datum Laterani, per manum Blasii, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, Turritan. electi, nonis decembris, indictione VI^a, Incarnationis dominice anno M°CC°II°, pontificatus vero domni Innocentii pape III anno quinto.

Archev. d'Arles, Liber aureus, n° 6, orig., plomb sur lacs de soie jaune et rouge. POTTHAST, 25504.

758 Juin 1203.

Ego Gaufredus, ecclesie S. Trophimi prepositus, cum consilio dni M[ichaelis] Arelatensis archiepiscopi, *fait un échange* cum Monteolivo....

Authentique du chap. d'Arles, f° 138.

759 Arles, juillet 1203.

Hommage de Hugues de Baux à Michel de Mouriez, archevêque d'Arles, pour le château de Trinquetaille, le domaine de Barbegal, les ports de St-Gilles et du petit Rhône, etc. ; in aula Arelatensi.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 313. BARTH., *Baux*, 110.

760 Sans date.

Hommage de Guillaume Porcellet à l'archevêque d'Arles Michel (ibid.).

761 Arles, novembre 1203.

DE ECCLESIA ET CIMITERIO CONCESSIS ORDINI SANCTE TRINITATIS.

Cum actus hominum vetustas deleat, eorumque mentes paulatim subintret oblivio, condecens est ut negocia memorie commendanda scripturarum custodie committantur ; quatenus earum assercio veritatem rei geste, futuris temporibus, attestetur, et nulla inter posteros possit inde calumpnia suboriri. Pateat ergo universis, tam presentibus quam futuris, ad quorum noticiam presens scriptura pervenerit, quod anno ab Incarnatione Domini M°.CC°.III°, mense novembris, nos *Michael*, per Dei graciam *Arelatensis archiepiscopus*, et universum Capitulum ejusdem ecclesie, piis petentium desideriis volentes debita provisione adesse ; attendentes ethiam et considerantes piam devocionem, et laudabile propositum tuum, dilecte in Xpisto frater Johannes, institutor et minister ordinis Sancte Trinitatis et captivorum ; spontanea voluntate nostra, et pietatis intuitu, ad hoc indulti, concedimus et indulgemus, per nos et per successores nostros, nunc primo tibi et fratribus tuis ejusdem ordinis, et successoribus vestris in perpetuum, ut illa domus vestri ordinis, que incepta est inter civitatem Arelaten. et burgum, libere habeat ecclesiam et cimiterium ; retentis tamen et observatis fideliter nobis et successoribus nostris archiepiscopis, et canonicis in perpetuum, his que in hoc instrumento inferius continentur. In primis, vobis ecclesiam concedimus, hanc libertatem eidem ecclesie concedentes, ut parrochiani nostri, tam civitatis quam burgi, habeant accessum ad illam ecclesiam, cum vigiliis et oblationibus ; nisi maliciose, in contemptum sue parrochie, se vellent ab illa penitus, jus parrochiale frangendo, subtrahere. Vos vero et successores vestri, pro ecclesia, et pro libertate vobis concessa, tenemini reddere archiepiscopo et canonicis, pro annuo canone, singulis annis, marcham argenti, in festivitate Sancti Luche. Concedimus ethiam ut dicti parrochiani libere possint ibi eligere sepulturam, sine contradictione archiepiscopi, et canonicorum atque presbiterorum ; retenta tamen archiepiscopo et canonicis, in integrum, pro canonica porcione, tercia parte quorumlibet ibi, ratione vel occasione sepulture, pervenientium, tam mobilium vel se moventium, quam immobilium ; exceptis his que vobis pervenerint ab illis qui non fuerint de nostro archiepiscopatu, vel a fratribus illius domus, in ea manentibus, crucem vel habitum ejusdem domus deferentibus ; aut a pauperibus qui in hospitali domus illius infirmabuntur et morientur. Capellanus quoque ejusdem ecclesie, antequam capellaniam regendam accipiat, si fuerit ethiam frater ejusdem domus, debet a fratribus ejusdem domus archiepiscopo presentari, eique, racione spiritualium, obedientiam promittere ; et ab eo capellanie investituram accipere. Sane babtismum, penitencias dare, matrimonia copulare, visitationes infirmorum sacerdotales aut unciones facere, seu alia sacramenta, parrochianis nostris ministrare, nullo modo presumetis. Fratribus vero vestris, habitum vel crucem deferentibus, et pauperibus in eodem hospitali infirmantibus, sacramenta, utpote penitentias et eucharistiam, et sepulturam, libere poteritis ministrare. Medietas autem decimarum omnium possessionum, tam novalium quam antiquarum, que ad prefatam domum, quocumque modo vel titulo, devenerint, archiepiscopo et canonicis fideliter debet reddi ; excepto unico orto mense domus illius libere assignato. Notandum vero quod singuli ministri quibus, pro tempore, administratio domus pretaxate a fratribus illius ordinis fuerit concessa, jurare tenentur in manu archiepiscopi hec omnia predicta et subsequentia se firmiter observaturos. Sciendum etiam quod predicti, tam minister domus quam cappellanus, ad sinodum sedis Arelaten. venire tenentur ; et excommunicatos atque interdictos ejusdem sedis, tam ab ecclesia quam a sepultura, firmiter evitare. Archiepiscopus, occasione oblationum, vigiliarum vel sepulture, seu aliarum rerum, in predicta domo, vel ecclesia, nullas facere debent exactiones, sed his debent esse contenti que superius continentur. Si vero, quod absit, sepedicte domus fratres, contra pre-

notatam concessionem, ullo in tempore prorumpentes, memoratam domum, vel ecclesiam, ad aliam quamcumque religionem presumpserint devolvere vel transferre, ad memoratos archiepiscopum et canonicos, libere et absolute, pretaxata ecclesia et cimiterium in integrum devolvantur, et ab eis pleno jure deinceps possideantur. Hec omnia predicta et subsequentia prenominatus frater Johannes, fr. Bonefacius, fr. Osbertus, fr. Matheus, et fr. Vitalis, se fideliter observaturos, pro se et successoribus suis, juraverunt ; promittentes similiter, sub eodem juramento, pro se et successoribus suis, se nunquam in aliquo contra prenotatum tenorem hujus instrumenti venturos. Et ad habendam perpetuam firmitatem super predictis, jamdictus Johannes omnium que hic instituta continentur confirmationem a Romana ecclesia se impetraturum promisit. Huic concessioni interfuit G. prepositus, B. sacrista, Johannes precentor, Stephanus, prior Berre, Bremundus Contes, Privatus canonicus, magister Bertrandus, Durantus canonicus, R. Bonaudus, Rainaldus de Rivo frigido, Raimundus d'Agel, Poncius Vedel, Michael, clericus. Hujus rei sunt testes, Guillelmus Porcelleti, P. de Veruna, Guillelmus de Aqueria, Rostagnus de Becdejun, Bernar Ferreol, Bernardinus, P. de Toro, Gaufridus Arlatanus, Bonifacius. Ut autem omnia que superius continentur, inviolabiliter observentur, et perpetuo inconcussa permaneant, rogatu sepedicti Johannis hoc instrumentum scribi, et per alphabetum dividi precepimus, ipsumque bulla nostra fecimus roborari, et sigillo capituli Arelaten., atque sigillo supradicte domus Sancte Trinitatis.



Chartrier de Salon, n° 332, orig. Authentique du chap. d'Arles, f° 112 v°. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 420. Livre vert, f° 34 v°. Blancard, *Iconogr.*, p. 123 (Liber aureus, n° 332). — Confirmé par Innocent III en 1209 (Bouche, t. II, p. 18[illegible]).

762 Avril 1204.

Compositio facta inter dnum Arelaten. archiepiscopum M[ichaelem] et capitulum Arelat.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno Incarnationis ejusdem M°.CC°.IIIJ°, mense aprilis, notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod de controversia et dissentione, que inter dnm *M. Arelatensem archiepiscopum*, et capitulum ejusdem ecclesie vertebatur, super quibusdam institucionibus ab eisdem quondam factis, et etiam pro indempnitate ecclesie, juramento firmatis, de ordinandis tam dignitatibus quam ecclesiis, et aliis quibusdam capitulis ; memoratus domnus archiepiscopus, et G. prepositus, et totius universitas capituli, simpliciter et absolute, compromiserunt in Stephanum tunc decanum, et Bernardum sacristam, et magistrum Bertrandum priorem Sancte Marie majoris, ut ipsi de mandato ipsius archiepiscopi, et tocius capituli, bona fide, secundum quod eis melius visum fuerit, predictam controversiam et discordiam, ad pacem et concordiam revocarent ; accipientes ab eis plenam et liberam potestatem et auctoritatem predicta, et infra posita capitula fideliter ordinandi. Ipsi quoque, de mandato archiepiscopi et capituli, in omnium animas juraverunt, et hec omnia pro posse suo fideliter prosecuturos, tactis sacrosanctis evangeliis, promiserunt. Hii siquidem memorati viri, considerantes et diligenter investigantes statum, et antiquum cursum Arelaten. ecclesie, et vicinarum ecclesiarum Provincie, requisito etiam multorum sapientum et religiosorum virorum consilio, et secum diutius deliberantes, pro bono pacis, et indempnitate ecclesie, ordinaverunt, et perpetua firmitate constituerunt, ut quocienscunque prepositura vaccaverit, per electionem prepositus ordinetur ; tali videlicet forma : dns archiepiscopus qui pro tempore fuerit, unum eligat electorem, persone ecclesie alium, conventus ecclesie tercium ; qui juramento promittant se bona fide, secundum Deum, ydoneum electuros. Et quem ipsi elegerint, dno archiepiscopo et capitulo recitent confirmandum et instituendum. Cetere vero dignitates et personatus ab archiepiscopo, cum consilio et assensu capituli, conferantur. Et si forte capitulum dissentiret, archiepiscopus cum ceteris personis, instituat secundum Deum, aliquem de capitulo, quem dignum viderit ad illud officium peragendum ; et quod ille, cum consilio illarum personarum, vel majoris et sanioris partis earum, duxerit faciendum, capitulum ratum habeat et confirmet. De ordinationibus quoque ecclesiarum ad mensam canonicorum spectantium, taliter statuerunt, ut quocienscunque aliqua illarum vaccaverit, prepositus et canonici, de eligenda persona ydonea, consilium inter se habeant et tractatum ; et eam, infra spatium xx. dierum eligant, et electam archiepiscopo representent, ut ab eo curam animarum recipiat, et ei tanquam patri pro ea [1] respondeat ; a preposito vero investituram, et eidem, pro rebus temporalibus, cautionem exibeat competentem. Et sciendum quod tempore vaccationis, prepositus et capitulum debent ibi aliquem, vel aliquos de capitulo destinare, ad faciendum inventarium, et custodiendas res ipsius ecclesie, precipue si fuerit de mensatis. Additum est etiam huic capitulo, ad habundantiorem cautelam, ut tam prepositus quam ceteri mensatores, sive priores, de indempnitate aministrationum suarum coram archiepiscopo et capitulo, juratoriam exibeant cautionem. Illud etiam nichilominus est adjectum, ut in receptione canonici, et in ordinandis mensatis, dni archiepiscopi et tocius capituli

1. *A* post ea.

requiratur consilium et assensus. De domibus vero canonicorum, taliter statuerunt, ut prepositus et canonici eas valeant personis ydoneis assignare. Correctiones quoque regulares et disciplinas canonicorum, tam majorum quam inferiorum, dns archiepiscopus, secundum Deum, si presens fuerit, vel prepositus in capitulo cum fratribus faciat et remittat. Verum si tantus fuerit excessus, quod sit dignus suspensione, vel amissione ordinis, seu beneficii, vel etiam gravi culpa, cum concilio et tractatu capituli, vel majoris et sanioris partis, quod faciendum fuerit domnus archiepiscopus providere curabit [1]. Super ecclesiis vero quas communes habent archiepiscopus et canonici, id siquidem statuerunt, ut cum aliqua illarum vaccaverit, archiepiscopus et prepositus, cum capitulo, infra xx. dies, eam studeant ordinare, et tempore vaccationis, res ipsius ecclesie faciant communiter custodire. Cum autem canonicus mortuus fuerit, prepositus res quas habere videbatur omnes [2] accipiat, et in utilitatem domus expendat ; exceptis vestimentis, que vestiarius ex officio suo habeat, et de consilio fratrum proventibus vestiarie adhiciat, aut pauperibus tribuat. Quod autem dictum est, ut prepositus totum proprium canonicorum accipiat, intelligendum est de claustralibus, vel de hiis qui tenent ecclesias ad communitatem spectantes ; que non sunt de mensatis, neque de communibus ecclesiis. Si autem canonicus mensatarius mortuus fuerit, proprium ejus totum reservabitur successori, nisi fuerint vestimenta, que vestiarius debet accipere, ut superius continetur. Si autem simplex canonicus ecclesiam comunem tenuerit, et mortuus fuerit, proprium ejus inter archiepiscopum et prepositum communiter dividatur ; exceptis hornamentis, et aliis rebus ipsius ecclesie, que ipsi ecclesie integre reserventur. Ad hec, quia justum et conveniens est, ut tam prepositus, super hiis que sibi comissa sunt, quam cetere persone, vel officiales, super hiis que ipsis similiter sunt comissa, sciant quid ad officium pertineat singulorum, statuerunt, ut prepositus, intus et extra, liberam et generalem amministrationem, secundum Deum, habeat de hiis que ad officium prepositi spectare noscuntur ; salvis tamen constitutionibus nuper factis, vel adhuc de communi consilio capituli faciendis. Et sciendum, quod de mensa canonicorum, duplicem rationem accipiet, vel triplicem, si canonicum secum tenere voluerit. Decanus vero suos redditus libere habeat, et causas civitatensium clericorum audiat et decernat [3]. Spiritualia vero que non proveniunt ex dignitate pontificali, absente archiepiscopo, archipresbiter in ecclesia peragat. Curam quoque et custodiam thesauri ecclesie, librorum quoque et vestimentorum, et omnium hornamentorum, sacrista liberam habeat, et nullus de ejus officio se intromittat et redditus suos libere habeat. Vestiarius redditus suos, cum consilio prepositi et canonicorum claustralibus distribuat, et sibi duplicem portionem retineat, et quod dare statutum est, similiter augeat, vel diminuat. Infirmarius proventus suos libere habeat, et canonicis infirmantibus, secundum Deum, fideliter amministret. Item sciendum quod, sicut superius dictum est, in quibusdam locis, ut nullus de alterius officio se intromittat, non solum de personis, set etiam de officialibus et mensatariis intelligendum est ; nisi forte aliquis in amministratione taliter excederet, quod a preposito, vel archiepiscopo, seu etiam a capitulo reprehendendum esset, ut corrigeretur..... pro excessu alicujus de mandato et auctoritate capituli hoc faceret. Capud scole curam habeat tocius ecclesiastici officii generalem, et omnia ad nutum ejus et dispositionem in ecclesia fiant ; et nullus de ejus officio se intromittat ; redditus suos libere habeat. Statuerunt etiam, ut nullus deinceps recipiatur in canonicum, nisi hec omnia se observaturum jure jurando promittat. Illi autem qui jam recepti sunt, sed nondum juraverunt, quia pueri sunt, nec sunt adhuc super chorum levati, nec vocem in capitulo sunt adhepti, antequam ista obtineant, omnia supradicta se observaturos jure jurando promittant. Ut autem omnes qui futuri canonici sunt, istam promissionem facere et observare teneantur, sciant in veritate quod ego M. Arelaten. archiepiscopus hanc constitutionem, seu consuetudinem olim factam, et per me, et per singulos de capitulo jure jurando firmatam, nunc autem per tres predictos fratres nostros, de mandato et auctoritate nostra, et tocius capituli, diligenter et fideliter emendatam, sicut in presenti pagina continetur, ratam habeo et confirmo ; et ad ejus observationem me juramento astrictum esse profiteor. Et ego G. prepositus, et totum Arelaten. ecclesie capitulum, ipsam eandem constitucionem ab eisdem tribus viris correctam approbamus, et confirmamus ; et ad ejus observationem nos eodem modo esse astrictos unanimiter profitemur. Ut autem, in observatione omnium predictorum, aliquis scrupulus dubitationis, vel scandali, non possit emergere, nec propter hoc, si quis forte in horum observatione ignoranter deliquerit, statim possit notari perjurus ; statutum est, quod si post trinam amonitionem in capitulo factam, quisque transgressor excessum suum emendare noluerit, statim quasi perjurus canonice puniatur. Si vero in interpretatione alicujus constitutionis, vel vocabuli, dubietas vel dissentio fortassis occurrerit, sicut modo per electionem trium personarum de capitulo, presentis pagine fuit facta correctio, ita semper in posterum per tres electos de capitulo singula corrigantur et interpretentur.

Authentique du chap. d'Arles, f° 130 (A). Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 376 (B).

1. B provideat et discernat. — 2. B p. proprium ejus totum. — 3. A discernat.

763 31 mai 1204.

Innocent III donne à ses trois légats tout pouvoir contre les hérétiques in Aquensi, Arelatensi et Narbon. provinciis.

Patrologia latina, t. CCXV, c. 358-60. Potthast, [illegible]9.

764 31 mai 1204.

Le même demande ·· Aquensi, ·· Arelatensi, ·· Narbon. archiepiscopis et suffraganeis eorum *de donner assistance à ses légats.*

Patrol. lat., t. CCXV, c. 360. Bréq., IV, 350. Potthast, 2230.

765 Arles, août 1204.

Donation... tibi Gaufredo preposito.... in Trefontio... Actum fuit in aula dni archiepiscopi, in presentia dni M. Arelatensis archiepiscopi.

Authentique du chap. d'Arles, f° 130.

766 Septembre 1204.

Voyage à Rome de Michel, archevêque d'Arles.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod anno dominice Incarnationis M°.CC°. IIII°, mense septembris. Ego *M.* Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, profecturus cum rege Aragon., in Dei servicio, ad reformandam pacem inter Pisanos et Januenses, et inde cupiens Romanam ecclesiam visitare, ut fratribus meis meam possim pacem relinquere, et eorum sanctis orationibus me valeam commendare; bona fide et sine omni fraude, dono, laudo atque concedo, tibi, G. preposite, et capitulo Arelatensi, quod ego toto tempore vite mee, illum antiquum morem, et constitutionem Arelatensis ecclesie, in conferendis ecclesiis, et aliis beneficiis ad communitatem spectantibus, et in ordinandis communibus ecclesiis, pro posse meo fideliter observabo. Quem videlicet modum et consuetudinem predecessores mei vobis et vestris antecessoribus servaverunt. Nec adherebo quibusdam specialibus factis dni Ymberti, bone memorie, predecessoris mei, que pro sue voluntatis arbitrio, vobis et vestris predecessoribus faciebat; sed quotienscunque aliqua predictarum ecclesiarum, communitati vel ad nos spectantium, fuerit assignanda, vel aliquod beneficium conferendum vel auferendum, cum consilio et voluntate capituli mei majoris et sanioris partis hoc faciam. Cum autem aliquis vestrum pro aliqua culpa sua fuerit corrigendus, illud, secundum Deum, in capitulo faciam. Si vero tantus esset excessus quod esset dignus ejectione, vel depositione, seu ammissione beneficii, vel etiam gravi culpa, cum consilio et voluntate totius capituli, vel majoris et sanioris partis, quod faciendum fuerit, faciam. Assignationes quoque dignitatum, quociens fuerint faciende, sicut predecessores mei facere consueverunt, ita ego faciam; excepta ordinatione prepositi, que per electionem capituli fiat; electus vero a capitulo, nobis vel successoribus nostris qui pro tempore fuerint, presentabitur, et a nobis confirmationem et investituram accipiet. In receptione siquidem cannonici, volo ut omnium requiratur consilium et assensus; aliter autem si fieret, non valeret, nisi magna necessitate cogente. Omnibus preterea, tam majoribus quam minoribus, debitam affectionem et auctoritatem pro posse meo servabo. Statuta preterea vestra, que facta sunt inter vos, pro utilitate domus vestre, sive de mensatis, sive de distributione ciborum preposito et aliis cannonicis, et de forma vivendi imposita universis et singulis, auctoritate Dei et nostra, confirmo, et precipio sub interminatione anathematis, ut serventur. Ut autem hec omnia irrefragabiliter tenear observare, promitto vobis in verbo veritatis, et in ordine meo, quod ego toto tempore vite mee, sciens, contra maliciose non veniam. Ad majorem itaque cautelam et securitatem, instrumentum istud, bulla nostra plumbea muniri precepi.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 313. Livre rouge, f° 383.

767 Rome, 11 novembre 1204.

Anno septimo pontificatus dni Innocentii papæ III, mense novembri, Petrus, rex Aragonum, ad apostolicam sedem accessit, ut ab eodem dno papa militare cingulum et regium acciperet diadema. Venit autem per mare cum quinque galeis, et applicuit apud insulam inter Portum et Ostiam, adducens secum Arelatensem archiepiscopum, præpositum Magalonensem, cum quibus interfuit electus Montis majoris, et alii quidam clerici, nobiles et prudentes... Tertio vero die, in festo videl. Sancti Martini [*11*], præfatus dns papa ... ad monasterium Sancti Pancratii martyris prope Transtiberim est profectus, ibique præfatum regem ... fecit inungi, quem postmodum ipse manu propria coronavit .... Deinde præfatus rex... rediit juxta dom. papam ad basilicam Sancti Petri ... regnumque suum beato Petro... obtulit illudque sibi constituit censuale per privilegii paginam...: « Cum corde credam..., de consilio procerum curiæ meæ, præsente venerabili patre meo, Arelatensi archiepiscopo, et Sancio patruo meo et Hugone de Baucio... » His ... peractis, fecit eum dns papa per Urbem ad ecclesiam Sancti Pauli deduci; ubi, galeas inveniens præparatas, intravit et, apostolica benedictione munitus, ad propria meruit cum prosperitate redire.

Arch. Vatic. Reg. 5, f° 178. *Gesta Innocentii pp. III*, c. 120 (*Patrol. lat.*, t. CCXIV, c. clix-lxj; t. CCXV, c. 550-1). Potthast, t. I, p. 200.

768 2 décembre 1204.

Innocent III charge l'archevêque d'Arles de donner à l'évêque d'Orange malade un coadjuteur.

Arelatensi archiepiscopo. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod, cum ven. frater noster Aurasicensis episcopus gravi et incurabili morbo fere jam per quadriennium laborarit, ita quod pastorale officium non potuit nec potest ullatenus exercere, nobilis vir ·· de Bautio, princeps terre illius, consules ac cives civitatis ejusdem, a te postulant incessanter, ut tam ipsis quam Aurasicensi ecclesie, cum sis metropolitanus eorum, studeas providere. Verum, cum tu predictum episcopum ad cessionem compellere nec possis nec debeas ullo modo, nec afflicto afflictio sit addenda, imo potius sit ipsius miserie miserendum, eo quod idem vir bonus extiterit et honestus, et ecclesiam sibi commissam salubriter gubernarit, quid super hiis agere debeas sedem duxisti apostolicam consulendam. Nos igitur, volentes tam prefato episcopo quam ecclesie sue salubriter provideri, fraternitati tue taliter respondemus, et per apostolica scripta mandamus, quatenus illi coadjutorem associes, virum providum et honestum, per quem tam episcopo quam populo sibi commisso salubriter consulatur. Datum Rome, apud S. Petrum, IIII. nonas decembris.

Arch. Vatic. Reg. 5, f° 158 v° (Innoc. III, an. VII, ep. 166). Potthast, 2335.

769 2 décembre 1204.

Lettre d'Innocent III à l'archevêque d'Arles et à l'abbé de Montmajour, au sujet de St-Gervais de Fos.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ·· *Arelatensi archiepiscopo*, et dilecto filio ··

abbati Montismajoris, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod cum monasterium Sancti Gervasii, juxta castrum de Fosso, olim tam spiritualium quam temporalium floruerit ubertate, nunc per abbatis incuriam, qui seculariter vivens, venacionibus, et tanquam quilibet secularis, patrociniis causarum intentus, ea committere non formidat que pro cleri sunt honestate potius subticenda, sic est in utroque collapsum quod ibidem ordo monasticus penitus non servatur, et duo monachi vix possunt ibidem, abbati consimiles, commorari; qui nec ordinem servant, nec divina, ut tenentur, volunt officia celebrare. Abbas vero prefatus apud quandam ecclesiam de dyocesi Tholonen. subjectam monasterio memorato, moram faciens, vix semel in anno ad illud accedit, ut mercennarius et non pastor. Cum igitur, ex injuncto nobis officio, de agro dominico evellere, ac erradicare inutilia, et plantare utilia debeamus, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus ad monasterium ipsum pariter accedentes, circa statum ipsius inquisita plenius veritate, que ibidem inveneritis corrigenda, sublato appellacionis obstaculo, corrigatis, et statuatis que secundum Deum videritis statuenda. Ita quod si predictum abbatem tanquam inutilem arborem videritis abscidendum, eo a regimine abbacie amoto, prefato monasterio faciatis per electionem canonicam, de persona idonea, sublato appellacionis obstaculo, provideri. Contradictores, si qui apparuerint, vel rebelles, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescentes. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, III. nonas decembris, pontificatus nostri anno septimo.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 351.

770 (4-13) décembre 1204.

Lettre du même à Guillaume, seigneur de Montpellier : Per vener. fratrem nostrum Arelatensem archiepiscopum, ad sedem apostolicam accedentem, tua nobis nobilitas supplicavit, ut filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare....

Arch. Vatic. Reg. 5, f° 37 v° (ce texte est de l'an VII, entre « II. nonas » et « idus dec. »). *Patrologia latina*, t. CCXIV, c. 1139-44. POTTHAST, 1794 (à 1202, 7 sept. déc., comme toutes les éditions, mais avec le nom de l'archev. Ymbert, erreur que D. BRIAL n'avait pas commise, t. XIX, p. 418).

771 9 décembre 1204.

Faire cesser les exactions et nouveaux péages.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Arelaten. archiepiscopo et suffraganeis ejus, salutem et apostolicam bened. Ad nostram noveritis audientiam pervenisse, quod in Massilia, et Trencatallis, et civitate ac burgo Arelaten., et extra, quedam exactiones insolite, ac nova pedagia, contra Lateranen. concilium, extorquentur. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eos qui indebitas exactiones et nova pedagia statuerunt, ab hujusmodi presumptione cessare, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis, sicut utilitati et necessitati patrie videritis expedire. Nullis litteris veritati et justitie prejudicantibus a sede apostolica impetratis. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V. idus decembris, pontificatus nostri anno septimo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 80. BONNEMANT, t. II, p. 328.

772 21 décembre 1204.

Observer les sentences d'excommunic. de l'archevêque.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatibus, et aliis viris religiosis exemptis et privilegiatis, per Arelaten. provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nos ipsi sententias a fratribus et coepiscopis nostris rationabiliter promulgatas observemus, et faciamus firmiter observari, grave gerimus et indignum, quod vos, sicut venerabilis frater noster Arelaten. archiepiscopus nobis proposuit, sententias excommunicationis et interdicti, quas ipse in sua promulgat provincia, contempnitis observare, excommunicatos et interdictos ab ipso ad sepulturas recipientes, et alia sacramenta ; et procurationes ab ecclesiis vestris eidem debitas, cum suam provinciam visitat, denegatis penitus exhibere. Quocirca presentium nobis auctoritate mandamus atque precipimus, quatinus ejus sententias rationabiliter in suos subditos promulgatas, de cetero firmiter observetis ; et excommunicatos et interdictos ad divina recipere nullatenus presumatis ; procurationes ejusdem de ecclesiis non exemptis archiepiscopo debitis exhibentes. Alioquin venerabili fratri nostro episcopo et dilecto filio preposito Avinion. dedimus in mandatis, ut vos ad hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Datum Rome, apud S. Petrum, XII. kal. januarii, pontificatus nostri anno septimo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 80. BONNEMANT, t. III, n° 53.

773 1205 ?

Circulaire de l'archevêque Michel à tous les fidèles, pour la restauration de l'église de St-Trophime aux Aliscamps.

VENERABILIBUS fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prepositis, et dilectis filiis prioribus, ecclesiarum rectoribus, capellanis, et universis catholicis principibus, atque omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, *M[ichael]* Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, salutem in eo qui est salus et redemptio animarum nostrarum. Quot et quantis mirabilium insignibus, quot sanctorum floribus Ecclesia per mundum sit redimita, hiis solis nosse datum est qui sanctorum loca investigant, qui tanquam de Babilone exeuntes propter Syon non tacent et propter Jherusalem peregrinantur, si tales Patrem in spiritu et veritate digne adorant ; quia dum sanctorum virtutes cognoscere gestiunt, Deum mirabilem in sanctis suis agnoscunt, et peccatorum suorum sarcinas deponunt. Verum, ut ad sanctorum exempla magis provocentur et eorum virtutibus plus edificentur, dignum nobis visum est ea que quibusdam abscondita sunt de latebris suis eruere, et lucem que apud nos jam diu fulget non sub modio ponere, sed cunctis domum Dei ingredi cupientibus

detegendo propalare. Notum ergo omnibus facimus quod extra muros urbis Arelatensis, in campis qui vulgariter dicuntur Alisii, ecclesia fundata est que Sancti Honorati censetur, quam predecessores nostri viris religiosis Sancti Victoris Massiliensis contulerunt, ut sancti sanctis obvenirent. Ibi beati Honorati corpus locello suo repositum est ; ibi viri disertissimi Hylarii, predicte civitatis episcopi, reliquie sepulte foventur ; ibi beatorum pontificum Aurelii, Concordii, Eonii, Virgilii, Rothlandi, et aliorum pontificum beatissima membra loca predicta sanctificant, ut beati Genesii martiris, ut Dorothee virginis et martiris, ut multorum aliorum eque sanctissimorum, quod etiam dictu incredibile videtur, corpora illic collocata sileamus. Tot floribus et gemmis preciosissimis humus predicta perornatur, quot credere non possis in principio germinasse terram, immo ut vere dicere possis : « Isti sunt semen cui benedixit Dominus ». Habet hec ecclesia cimiterium spaciosum, in cujus sinu corpora infinita eorum requiescunt, qui sub beato Karolo, et beato Willelmo, et Viziano nepote ejus, triumphali agone peracto, proprio sunt sanguine laureati. Sed et plurima aliorum corpora illic terre commendata sunt, quorum certe anime divina visione perfruuntur. Revocanda etiam in medium antiquitas, cujus est tantum illustre spectaculum et gravis auctoritas, ut omnia majorem conciliare possit ad gratiam. Admirandum et illud miraculum celo teste approbatum, quod predictum cimiterium viri apostolici, apostolorum digni imitatores et discipuli septem, Trophimus scilicet, a beato Petro et Paulo apostolis Arelati provisus et ordinatus episcopus, cum Sergio Paulo Narbonensi, Maximino Aquensi, Saturnino Tholosanensi, Frontone Petragoricensi, Marciali Lemovicensi, Eutropio Aurasicensi episcopis, et aliis divino oraculo ammonitis, benedixerint, et Domino Jesu Christo presente et ibidem corporaliter apparente consecraverint, ut scribit beata Marcella, sancte Marthe obstetrix, in secundo libro quem de actibus ejus una cum primo libro vite ejusdem hebraice uno edidit volumine. Cujus cimiterii longitudo et latitudo, sicut in gestis Karoli legitur, uno miliario constat. Ejus miraculi fidem, cum aliis quamplurimis ipso visu teste probandis, omnis hominum condicio et etas, et ipsius loci vetustas, dignitas et auctoritas demonstrat. Adnexa est supranominate ecclesie, scilicet Sancti Honorati, capella quam beatissimus Trophimus, predecessor Dionisii Parisiensis, consobrinus beati Pauli, Stephani et Gamaliel, fundavit, erexit et vivens semper amando excoluit, in honorem scilicet Dei genitricis. Ibi, in loco ubi steterunt pedes Domini, altare de terra, multis sanctis presentibus, fecit et cum predictis septem episcopis Jesu Christi discipulis consecravit ; et adhuc in carne degens, se illic sepeliri sanctis fratribus precepit, quia viderat quod ibi « dextera Domini fecit virtutem », et ibi resplenduit gloria majestatis ejus. Ubi post aliquot annos sepultus fuit, cum subsequente sanctorum antistitum et venerabilium clericorum Arelatensium innumera multitudine, cum aliis tot nobilium milibus, quot vetustissima mille centum triginta annorum, aut amplius, temporum successio aut edidit nascendo, aut detrivit moriendo, quorum numeri et nomina Deo, cui nichil perit, nota sunt. Si subjecta occulis fidem rei facere possunt, littere note et ignote in hoc altari scripte testantur loci dignitatem et auctoritatem, quas, ut ab hodie visis, accepimus, Greci legentes, manus celo tendentes, terre toto corpore sunt affixi. Res magni miraculi loco dicenda et inter magnalia Dei habenda ; in prefata ecclesia aliquando voces angelorum canentium esse auditas, ut vita beati Quinnidii confessoris testatur. Supersunt hodie quidam Deo placiti homines, qui se audisse contestantur. Nec sileri hoc oportet, quod ab omnium regionum locis, tam finitimis quam longe remotis, corpora a prima predicti cimiterii fundatione illic transportabantur, nec usquam fere alibi ea moris fuit sepeliri, sicut tumbarum numerus super terram et sub terra sitarum designat ; qui tantus est ut fidem intuentium vel audientium excedat. Cerneres illic sepe numero, quoniam « magnus est Dominus et magna virtus ejus », quando corporum custode vel ductore reverso, solius tantum unda Rodani remige, littus ea excipit ; terra placide stationis sinu colligit ; nec ubi inferiores Aliscampi terminos ex adverso prospiciunt, inpetu Rodani inpelli possunt ad descendendum, nec contra naturam cursus fluvialis ascendere possunt ad redeundum ; ut vere diceres quoniam sensibilia et insensibilia auctorem suum venerantur, et creatori quadam occulta virtute obsequuntur. Pluresque vidimus refferentes quandoque peccuniam cum mortuis obsignatam avaricia reproborum furum sublatam ; sicque vasculum in quo mortuus erat inclusus tandiu in conspectu castri per Rodanum rotabatur, nulloque inpulsu fluminis aut hominis artificio descendere poterat, quousque, furto detecto restitutioneque resignata, mortuus oblatione sepulture sue recepisset. Verum, quia prenominata ecclesia a beato Trophimo constructa, et a Karolo magno dilatata et dotata, ante paucos annos tota pene corruit, nec parvis inpensis ressarciri possit, rogamus in Domino et pie obsecramus, ut quociens nuncii hujus ecclesie ad vos venerint, benigne sicut decet et opus est recepti elemosinas plebium vestrarum recipiant, et pia vestra admotione ea pro quibus ad vos mittuntur cum effectu expleant. Vos autem, venerabiles fratres coepiscopi, litteras vestras ipsis per universas dioceses vestras utiles et ydoneas date, quatenus predictorum sanctorum meritis « merces vestra multa sit in celis », et quem habetis desuper operum inspectorem, sentiatis in districto examine justicie et misericordie retributorem.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 139 v°. Saxi, *Pontif. Arelat.*, p. 247-9. Bouche, *Hist. de Provence*, t. I, p. 514-5. Faillon, *Mon. de Ste Marie-Madel.*, t. II, c. 729-34. Bréq., IV, 548 (1205).

774 Arles, janvier 1204/5.

Donation à l'église de Marseille par Raimond Aleman.

Ad hec nos M., D. g. Arelatensis archiepiscopus, huic donacioni et recognicioni interfuimus, et decretum et auctoritatem prestavimus, et hanc cartam bulla nostra muniri fecimus. Actum.... in camera dni archiepiscopi...

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 1127.

775 11 janvier 1205.

Lettre d'Innocent III en faveur des Hospit. de St-Gilles.

Innocentius, episcopus, s. s. D., ven. fratri archiepiscopo et dilectis filiis canonicis Arelatensis ecclesie,

salutem et apost. benedictionem. Dilecti filii prior et fratres hospitalis S. Egidii sua nobis conquestione monstrarunt quod, cum ecclesiam S. Thome per multa tempora libere et quiete tenuerint, vos eos contra libertatem tot obtentam temporibus presumitis molestare, et super decimis etiam quas eis apostolice sedis indulsit auctoritas, vexare minime dubitatis. Quia igitur nemini licet apostolice sedis privilegiis contraire, discretioni vestre per apostolica scripta districtius inhibemus, ne super decimis eis ab apostolica sede concessis, ullam deinceps inferre presumatis dictis fratribus injuriam vel gravamen ; nec eorum impediatis aliquatenus sepulturam qui apud ecclesiam predictam elegerint sepeliri. Porro dictam ecclesiam S. Thome in ea libertate dimittatis nominatis fratribus pacifice possidendam, quam tempore predecessorum tuorum, frater archiepiscope, eam constiterit habuisse. Nullamque super legatis que, pro sepeliendis mortuis, dicte ecclesie offeruntur, eis contra antiquam consuetudinem inferatis molestiam aut gravamen. Datum Rome, apud S. Petrum, III idus januarii, pontif. nostri anno septimo.

Authentique de Trinquetaille (XIIIe siècle), f° 79.

776 Arles, mars 1205.

Fondation de l'abb. de Pierredon, par l'archev. Michel.

M[ICHAEL], Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, dilectis in Xpisto fratribus Jordano eadem gratia abbati de Chales, et Willelmo eadem gratia abbati de Bosco audono, et successoribus eorum abbatibus et monachis ejusdem ordinis, in perpetuum. Cum et plantare sacram religionem, et fovere plantatam, affectuosius, ex officii nostri debito, teneamur, religiosam vitam ducentibus congrua nos oportet consideratione prospicere, ne cujusquam necessitatis occasio, aut desides eos faciat, aut robur, quod absit, pie conversationis infringat. Hac igitur consideratione inducti, fratres karissimi, habito consilio fratrum nostrorum, divini amoris intuitu, ac vestre religionis respectu, concedimus vobis prenominatis abbatibus, et successoribus vestris, et per vos ordini vestro in perpetuum, ecclesiam Sancte Marie de Podio Rotundo, cum omnibus ad eam pertinentibus, habendam et possidendam : salvis et retentis nobis et successoribus nostris, eis que inferius continentur. Videlicet, salvo pleno jure diocesano, nobis et successoribus nostris ; et IIIJ^{or} denariis sinodalibus, et aliis censibus qui nobis debentur ; et correctione ; et ipsius loci visitatione ; et canonica portione, videlicet quarta parte de omnibus relictis mortuorum parrochianorum nostrorum qui ibi elegerint sepulturam. Et retento quod ibi constituatis abbatiam, ubi abbas et duodecim monachi perpetuo in Dei servitio commorentur. Et quotiens Arelatensis ecclesia sinodum celebrabit, abbas loci illius qui pro tempore fuerit, cum uno vel duobus de fratribus suis monachis, ad sinodum veniat, vel procuratorem suum mittat, et sinodi statuta custodiat. Et quotiens locus prefatus abbate caruerit, fratres domus illius abbatem libere ac canonice eligant, et electionem Arelatensi archiepiscopo qui pro tempore fuerit confirmandam presentent ; et confirmatus ab archiepiscopo munus benedictionis accipiat, et obedientiam ei promittat et servet, sicut episcopi suffraganei nostri faciunt cum consecrantur. Decimas, exceptis de novalibus et ortis, nobis plenarie persolvetis. Excommunicatos et interdictos nostros ad divina, vel ad sepulturam, nullo modo recipietis. Ecclesiam vero predictam, vel aliqua ad eam pertinentia, ad alium ordinem, vel ad aliam religionem, non transferetis ; quod, si presumptum fuerit, vel attentatum, dicta concessio minime valeat, et totum ad nos, vel ad successores nostros, sine contradictione qualibet, libere et absolute, ipso jure, revertatur. Sane privilegium aliquod, vel indulgentiam, vel immunitatem aliquam, contra supradicta, vel aliquod supradictorum, nullo unquam tempore impetrabitis ; et si ab aliquo est vel fuerit impetratum, nullas vires habeat, et sit ipso jure irritum et vacuum. Et ego G. prepositus, et ego B. sacrista, et ego Johannes precentor, et ego R. Ferreoli canonicus, et ego magister Bertrandus canonicus, et ego Bermundus canonicus, et ego Willelmus Michael canonicus, et ego Privatus canonicus, et ego M. de Caunis canonicus, et ego P. Isnardi canonicus, et ego Rainaldus canonicus, et ego Bermundus canonicus, qui interfuimus, pariter et unanimiter omnia supradicta laudamus et confirmamus. Et ego Jordanus, Dei gratia abbas de Chales, et ego Willelmus abbas de Bosco audono, nos recipientes hanc liberalitatem et concessionem a vobis, dne archiepiscope, per nos et per omnes successores nostros, promittimus vobis quod omnia supradicta fideliter servabimus et custodiemus, ad voluntatem et intellectum [vestrum ; et hoc, in verbo veritatis et in ordine nostro polli]cemur. Acta sunt hec Arelate, a[nno] dominice Incarnationis M°[CC°V°, mens]e marcii, sub presentia et testimonio istorum testium : Silvi, abbatis Albe vallis, Gerini [mona]chi, Willelmi de Monte, monachi, R. de Bar, canonici ejusdem loci, P. de Veruna, G. Bastonis, [R. d']Aiel, Johannis Sancti Martini, S. capellani dni archiepiscopi, Bertrandi fratris ejusdem domus, Ymbertus. Et ad majorem in perpetuum firmitatem tenendam, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine, nos et vos, predicti abbates, duximus roborandam.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 331, orig. parch., charte partie ; il y avait trois sceaux, reste le sceau pendant de l'archevêque, cire jaune, courroies de peau blanche. Les mots entre crochets sont suppléés à l'aide du Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 410 v°, et du Livre vert, f° 334 v°.

777 25 mai 1205.

Lettre d'Innocent III à l'archevêque d'Arles, aux abbés de Vallemagne et de St-Guilhem, leur ordonnant d'examiner la cause de l'évêque d'Agde et de procéder, le cas échéant, à sa déposition.

Patrologia latina, t. CCXV, c. 642-4. POTTHAST, 2516.

778 Montmajour ? juillet 1205.

Frère Rodolphe, [cistercien de Fontfroide,] légat du Siège apostolique, procède à la visite du monastère de Montmajour, qu'il reconnaît inter initia pullulantis Ecclesiæ auctoritatem sumpsisse a sanctissimo Trophimo, Arelatensi archipræsule... ; communicato consilio cum vener. patre M. Arelatensi archiepiscopo et W. præposito Avenionensi....

CHANTELOU, *Hist. de Montmajour*, p. 265-7.

779 Décembre 1205.

Concile tenu à Arles et règlements faits pour cette église par le légat Pierre de Castelnau.

Cum status humane conditionis, ex sui dispositione, tam fragilis, tamque variabilis censeatur, ut quod hodie fit inter homines, die crastino a memoria hominis recedere comprobetur; non immerito antiquis et modernis temporibus est statutum, ut quicquid ex auctoritate agendum fuerit, ne in posterum veritas valeat obumbrari, litteris autenticis muniatur. Eapropter, in nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, anno Incarnationis ejusdem M.CC.V, mense decembris, ego fr[ater] P[etrus] de Castronovo, apostolice sedis legatus, cum propter quasdam dissentiones et scandala que in Arelaten. ecclesia, diabolo seminante, contigerant resecanda, apud eandem urbem, cum suffraganeis episcopis ejusdem ecclesie accessissem, ad petitionem venerabilis patris nostri *M[ichaelis]* tunc temporis *Arelatensis archiepiscopi*, et tocius ejusdem ecclesie capituli, cum consilio et tractatu eorundem venerabilium patrum nostrorum episcoporum, videlicet R. Massilien., B. Cavellicen., V. Aurasicen., G. Carpentoraten., R. Vasionen.; et abbatum, videlicet Montismajoris, et Sancti Andree, et Sinaque, et Sancte Marie de Ulmeto, et prepositorum Avinionen., et Massilien., et Piniacen., et Aurasicen., et Vasion., et archidiaconi Tricastrini qui vicem episcopi sui gerebat, et aliorum religiosorum et sapientum virorum; auctoritate apostolica nobis commissa, talem in Arelaten. ecclesia constitutionem promulgandam, ac perpetuo servandam decrevi, ut quorundam stultorum hominum, metu ejusdem constitutionis coherceatur audatia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis formidata pena, nocendi refrenetur facultas. — In primis siquidem, communi circa hec habita deliberatione, constituimus, quatenus, a tempore quo Arelaten. canonici in choro levati fuerint, et plenam, omnimodamque canonici auctoritatem adhepti fuerint, si, diabolo suadente, sese invicem percusserint, et religionis sue obliti, turpibus manuum injectionibus se maculare presumpserint, ab amministrationis officio et honore, si quod tunc temporis habuerint in majori ecclesia, vel in menbris, sine spe restitutionis, removeantur, et ab habendo in perpetuum prohibeantur. Ita quod, in odium criminis perpetrati, et ultionem fraterne lesionis, priventur omni spe in eadem ecclesia amministrationis ecclesiastice, et culmine prelationis et magistro altari Beati Trophimi apostoli, et Beati Stephani, in aliquo officiorum gradu de cetero nullatenus ministrabunt, qui tam irreverenter et enormiter manus suas fraternis lesionibus polluerunt. Quia scriptum est: « Longe est Dominus ab impiis », et: « Dona iniquorum non probat Altissimus ». Et Gregorius dicit quia « cum (h)is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur ». Hac siquidem pena tenebitur tam invasor quam invasus, si suum invasorem, se ipsum vindicando, repercutiendum putaverit, qui presidio fuge sibi pocius consulere debuit, aut pro religionis sue perfectione, cum patientia si fieri posset, injuriam etiam proprii corporis equanimiter sustinere: sicut scriptum est de magistro tocius perfectionis et religionis Domino Jhesu Xpisto, « qui cum malediceretur, non maledicebat », cum percuteretur, non repercutiebat, « cum pateretur, non cominabatur »; immo pocius pro suis persecutoribus apud Patrem suum altissimum intercedebat. De eo vero qui primo fratrem suum, ausu temerario, per manuum injectionem invaserit, quia graviori culpa feriendus est qui incepit, id duximus statuendum, ut superiori pene, ad majorem confusionem, istud addatur, ut de choro superiori deponatur et in inferiori cum pueris ultimum locum teneat, et eorundem parte et auctoritate, tam in victualibus quam in sedibus ceterisque omnibus contentus fiat. Sane, hoc solummodo excipimus, ut cum litteris archiepiscopi et capituli restitutionis beneficium possit a domino papa misericorditer impetrare. Quod si forte, quod Deus avertat, aliquis illorum, sive qui primo fratrem suum percusserit, sive qui denuo repercuciendo eundem, instinctu diabolico, sanguinis effusionem fecerit, quia facti atrocitas graviorem exigit penam, illum ab ecclesia Arelatensi et ab omni participatione ipsius, perpetuo, sine spe restitutionis, decernimus removendum, et in aliud districtius monasterium, vel canonicam regularem, perpetuo detrudendum; ut ibidem, si Deus voluerit, sibi et aliis, bene vivendo, emendatus possit proficere, et hic suo malo exemplo de cetero alios non corrumpat. Si vero aliquis canonicorum Arelatensium, vel clericorum ejusdem ecclesie intitulatorum, in tantam vesaniam vel furorem lapsus fuerit, ut pro violenta manuum injectione quam passus est ab altero, aut forte pro illicita verborum dehonestatione, seu pro alia qualibet causa, quia se aliter vindicare non potest, amicos suos laicos ad vindictam faciendam provocaverit, aut mortem, aut captionem, seu etiam verberationem fratri suo canonico, vel clerico intitulato, duxerit procurandam, si confessus fuerit aut convinci poterit, simili sententie subjacebit, ut ab Arelatensi canonica, sine spe restitutionis, perpetuo removeatur. Eos etiam qui secreta capituli, postquam eis dictum fuerit secretum sit istud, foris aliis qui non sunt de capitulo revelaverint, si confessi vel convicti fuerint, preter excommunicationis penam quam ex proditione incurrunt, simili sentencie decernimus subjacere qua feriuntur illi qui manus violentas, sine sanguinis effusione, in fratres suos inicere presumpserint. Ut autem hec omnia superius comprehensa perpetuis temporibus inviolabiliter observentur, illa auctoritate apostolica nobis commissa confirmamus, et ea valere precipimus; auctoritate domini pape excommunicantes et anathematizantes omnem hominem qui contra hanc nostre constitutionis paginam, ausu temerario, venire presumpserit. Et insuper, ad perpetuam memoriam retinendam, sigilli nostri munimine et dictorum patrum episcoporum, eam fecimus pariter roborari.

Chartrier de Marignane, nº 218, orig., charte partie; nºs 216, 217, 225, copies antiques. Livre noir de l'archev. d'Arles, fº 153 vº.

780 1er mars 1206.

Lettre canonique d'Innocent III, au sujet de la résignation du fardeau épiscopal.

Gregorii IX *Decretal.* lib. I, tit. IX, cap. 10 (*Corp. juris canon.*, ed. Boehmer, t. II. c. 90). Potthast, 2698. Cette lettre a été adressée à l'archevêque de Cagliari, bien que des mss. portent *episcopo Arolenen.* et *archiepiscopo Aleratenen.*, et les anciennes éditions *episcopo Arelaten.*

781 18 mars 1206.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles ; il lui conseille de fixer aux délinquants un délai pour les appellations.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 80. POTTHAST, 2719.

782 11 mai 1206.

Lettre du même à l'archevêque et au chapitre de Narbonne... Licet ... apostolicæ sedis legati electionem de Tolosano episcopo canonice factam admiserint, et cum a venerabili fratre nostro Arelatensi archiepiscopo fecerint consecrari, *l'église de Toulouse n'en restera pas moins dans la dépendance de celle de Narbonne.*

Patrol. latina, t. CCXVII, c. 159-60. BRÉQ., IV, 384. POTTHAST, 2778.

783 Salon, 6 ; Aurons, 8 juin 1206.

Investiture par Michel de Mouriez, archev. d'Arles.

ANNO ab Incarnatione Domini M.CC. sexto, octavo ydus junii, Ymbertus de Aurons permutavit cum sanguineis suis Petro Ymberto, et fratribus ejus Berengario et Arnaldo, omne jus quod habebat in castro de Aurons, videlicet terciam partem ipsius castri, cum suis pertinentiis, et in ejus tenemento, et illud quod habebat apud Laurias ; pro eo quod predicti P. Ymberti, et fratres ejus, habebant apud Avinionem. Et se devestiendo investivit eos de omnibus que habebat, sicut dictum est, in castro de Aurons, et in ejus tenemento, et apud Laurias ; ita quod ipsi et eorum heredes predicta in pace habeant et possideant in perpetuum. Et predicti P. Ymbertus, et fratres ejus, similiter devestiendo se, investierunt Ymbertum de Aurons, de omnibus que habebant apud Avinionem. Factum fuit hoc apud Sallonem, coram dno *M.* per Dei gratiam *Arelatensi archiepiscopo*, qui precibus utriusque partis, laudavit et confirmavit predictam permutationem castri de Aurons, receptis M. sol. Raymundensium novorum, pro laudimio, a supradictis P. Ymberto et fratribus ejus. Hujus rei testes sunt : Petrus Bellon, canonicus Magalonen., Bertrandus de Rosson, bajulus Sallonis, R. Bastonus, Pontius Bastoni, Petrus de Crota, Rost. Laurentius.. *(19 autres)* ... — Postea vero, tercia die sequenti, scilicet sexto ydus junii, predictus dns archiepiscopus venit ad castrum de Aurons, ibique coram ipso, predicta permutatio que facta erat apud Sallonem, ab utraque parte fuit, tactis sanctis euvangeliis, confirmata, ne occasione aliqua posset postea revocari. Et predictus Ymbertus induxit prefatos P. Ymbertum, Berengarium et Arnaldum, in corporalem predicti sui juris possessionem, et reddens dicto dno archiepiscopo claves sui staris, dimisit et desamparavit in manibus ejus omne jus quod habuerat in sepedicto castro de Aurons, et in ejus pertinentiis. Et dns archiepiscopus, recepto stari predicto, precepit Bertrando de Rossono, bajulo Sallonis, Guillelmo Miloni, Bertrando Guiraldo, et multis aliis de castro Sallonis, ut ascenderent super turrim que fuerat Ymberti de Aurons, et erecto super eam vexillo Sancti Trophimi et Sancti Stephani, clamarent ter : « Adjuva te Deus, et sancte Trophime, et sancte Stephane, et bona fides dni Arelatensis archiepiscopi ». Et Bertrandus de Rosson, et alii ascendentes turrim, fecerunt juxta mandatum ejus. Quo facto, supradicti P. Ymberti et fratres ejus, flexis genibus et manibus junctis, ante ipsum dnm M. Arelaten. archiepiscopum, fecerunt ei hominium, tam pro eo quod antea habuerant in castro de Aurons, scilicet tercia parte, quam pro eo quod tunc recipiebant pro permutacione cum Ymberto facta, scilicet alia tercia parte ; et tactis sanctis euvangeliis, juraverunt eidem archiepiscopo, et successoribus suis archiepiscopis qui pro tempore fuerint in perpetuum, fidelitatem, et vitam, et menbra, contra omnes homines. Et sub eodem juramento promiserunt eidem archiepiscopo, quod irati et paccati, in pace et guerra, redderent ei dictum castrum, et successoribus suis archiepiscopis, quociens ipse, vel successores sui archiepiscopi, vellent. Receptis autem hujusmodi premissis a sepedictis P. Ymberto et fratribus ejus, cum osculo pacis et dilectionis, memoratus dns archiepiscopus, recognoscens et profitens sibi esse satisfactum solucione et numeratione, de predictis M. sol., quos ab ipsis debebat habere pro laudimio illius permutacionis, concessit eis ad fidelitatem et ad servicium Arelaten. ecclesie duas partes castri de Aurons ; tercia vero pars ipsius castri erat tunc Guillelmi Jordani, et Raymundi, fratris ejus. Hujus rei testes sunt : Guillelmus de Vellaus, Aymericus de Sancto Saturnino, Raymundus Gaufredus, Petrus de Martraco, Bertrandus Gantelmus, Bertrandus Guifredus, Johannes sacerdos et rector ecclesie de Aurons.. *(12 autres.)*

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 329.

784 Villeneuve-lès-Maguelonne, 27 octobre 1206.

Traité de paix entre le roi d'Aragon et les habitants de Montpellier, par l'entremise de l'évêque de Maguelonne, adhibitis nobiscum vener. fratribus nostris, videl. dom. M. Arelatensi archiepiscopo... et etiam cum consilio... S. Arelatensis decani,... P. de Monte Lauro.... M. Arelatensis archiepiscopus.

VIC et VAISSETE, *Hist. de Lang.*, t. III, c. 204-6 ; 3e éd., t. VIII, c. 534-7.

785 Villeneuve-lès-Maguelonne, 27 octobre 1206.

Serment du roi d'Aragon, in domo ipsius d. regis, in præsentia d. M. Arelatensis archiepiscopi.

VIC et VAISSETE, ouvr. cité, t. III, c. 206 ; 3e éd., t. VIII, c. 537-8.

786 Fourques, 19 mars 1206/7.

SACRAMENTALE RAYMUNDI COMITIS THOLOSE, FILII REGINE CONSTANTIE, QUANDO FECIT HOMINIUM DNO MICHAELI ARELATEN. ARCHIEPISCOPO.

DOMINE *Michael*, per Dei gratiam *archiepiscope*. Ego Raymundus, comes Tholose, dux Narbone, marchio Provincie, pro feudo quod progenitores mei longe retro temporibus tenuerunt pro Arelaten. ecclesia, et pro antecessoribus tuis archiepiscopis, quod quidem feudum ego nunc pro ipsa ecclesia et pro te teneo, faciens tibi hominium, juro tibi vitam et menbra, et corpus tuum et ecclesiam Arelaten., et claustrum Arelaten., et castellum de Sallone, castellum de Sancto Amantio, de Alvernico, de Aurons, de Grans, et de Vaqueriis, et om-

nia que habes ; quod ego non auferam illa a te, nec aliquid ex illis ; nec homo nec femina per meum adjutorium, nec per meum consilium. Et si homo vel femina illa, vel aliquid ex illis a te auferre attemplaverit, cum monitus fuero a te, vel a nuntio tuo, in omnibus, et de omnibus supradictis, adjutor et defensor ero, per fidem, et sine inganno, ad intellectum tuum, si Deus me adjuvet, et hec sancta euvangelia. Et omnia predicta me servaturum fidéliter tibi et successoribus tuis archiepiscopis in perpetuum promitto.

Anno ab Incarnatione Domini M.CC.VI, quarto decimo kal. aprilis, Raymundus comes Tholose fecit suprascriptum hominium dno M. Arelaten. per Dei gratiam archiepiscopo apud villam que vocatur Furcas, ad cornu ecclesie Sancti Martini, extra, versus orientem. In presentia multorum, quorum quidam sunt hic subscripti, videlicet Gaufredus de Berra, prepositus Arel., B. sacrista, Ste. decanus, Durantus, precentor, B. de Vellaus, Privatus et Durantus de Nemauso, canonici ; Imbertus de Aqueria, Villelmus Bonusfilius, R. de Farnaria, P. de Thoro, Motetus, magister Berengarius, consules civitatis Arel.; et Pontius de Juncqueriis atque Michael, clerici dni archiepiscopi, P. de Leone, Bertrandus Berengarius, P. Aurella, Bertrandus Bonusfilius de Airaga, R. Gilius, Berengarius Ranjarda, Ugo Fulco, Ugo Petrus, Aldebertus de Volta *(20 autres)*. Omnes suprascripti sunt Arelaten.; suscripti vero erant de societate predicti comitis : Bertrandus de Lauduno, W. Laugerius, Giraldus Amici, Elsyarius de Albais, P. de Beccoirano, Bermundus de Salve, R. de Codaleto, Aldebertus de Nonis, Ste. Aldemar, B. de Remolins, Raymbaldus de Gorda, Raymbaldus Laugerius, Esquirpa, Ruffus de Castro novo, et plures alii.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 313.

787 Arles, 15 avril 1207.

Création des consuls d'Arles par l'archevêque Michel.

Anno Christi M°CC°VII°, xvii kalendas madii, in die Ramis palmarum. Cum Ugo de Baucio, W. Bonusfilius, Imbertus de Aqueria, R. Guiberti, Berengarius causidicus, Petrus de Toro, R. de Farnaria, et Motetus, consules, completo anno sui consulatus, inter se de eligendis novis consulibus discordarent, dom. Michael, tunc per Dei gratiam Arelatensis archiepiscopus, potestate et auctoritate archiepiscopali, elegit et creavit novos consules in civitate Arelatensi, videl. Gaufridum Bastoni, R. Ugolenum, R. Gantelmi, Ermenganum, de Arderium, Petrum Iterium, Petrum Stephani, R. Paicsâ, quos quidem universus civitatis Arelatensis populus gratanter et benigne recepit in consules.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 47. Livre vert, f° 40 v°. Bonnemant, t. II, p. [illegible]. Barthél., *Bull.* [illegible]. Boehmer-Ficker, V, 12303.

788 29 mai 1207.

Lettre d'Innocent III aux archevêques de Vienne, d'Embrun, d'Arles, de Narbonne et à leurs suffragants, leur ordonnant de faire observer la sentence portée par ses légats contre le comte de Toulouse.

Bouquet, *Recueil*, t. XIX, p. [illegible] ; Bréq., IV, 398. Potthast, 3115.

789 21 août 1207.

Lettre du même à ses légats : Significante vener. fratre nostro Arelatensi archiepiscopo, cum multis episcopis, ad nostram noveritis audientiam pervenisse quod, cum cives Massilienses in fœdus pacis convenissent cum eis, gravis ex parte d. f. nobilis viri Hugonis de Baucio querimonia fuit proposita contra eos, *etc.*

Patrologia latina, t. CCXV, c. 1166-7. Potthast, 3163. Boehmer-Ficker, *Reg. imperii*, t. V, n° 5995.

790 Arles, janvier 1207/8.

Deuxième voyage à Rome de l'archevêque Michel.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod anno dominice Incarn. M°.CC°.VII°, mense januarii, dns *Micahel, Arelaten. archiepiscopus*, volens Romanam ecclesiam visitare, canonicis Arelatensibus in capitulo recognovit, quod ecclesia de Granis, quam de concessione bone memorie R. de Abolena quondam Arelaten. antistitis, memorati canonici se asserebant fuisse adheptos, quam tamen minime possidebant, ad mensam canonicorum de cetero pertinere ; volens ut predictam ecclesiam, cum suis pertinentiis, pro anima sua, et predecessorum suorum, memorati canonici pacifice deinceps possideant et quiete, sicut ecclesiam de Sallone, et de Berra, et alias que ad mensam communitatis canonicorum spectare noscuntur. Retento tamen in ea jure pontificali, sicut in ceteris ecclesiis habere dignoscitur, et preterea v. sol. censualibus annuatim. Recognovit etiam se debere omni anno, in festivitate Sancti Trophimi, xxxii^bus canonicis procurationem facere, tali modo : in duabus coccis rotundis vacce, viii° pecias ; et in duobus lateribus porci, totidem pecias ; carnes cirogrillorum xvi ; de pane xl. libras ; de pipere, medietatem libre ; de pigmentis, sex uncias, scilicet spice i, canelle ii et semis, zingiberis et citoval ii et semis, de melle cannam i ; unam saumatam de optimo vino ; de nebulis c.lx. Item recognovit, quod in domo refectorii non debet ipse, vel successores sui, a modo juxta parietem ejusdem domus, aliquid opus erigere, vel in ea honerare, unde parietes ledantur, vel lumina obscurentur. Recognovit etiam et de seipso et de successoribus suis id observandum decrevit, ut quociens archiepiscopus in precipuis festivitatibus, ad comedendum in refectorio invitatur, quatuor aut quinque sociis et duobus servitoribus debeat esse contentus. Acta sunt hec in palatio archiepiscopi et in camera sua, in presentia Stephani Firmini prepositi Arelaten., B. decani, B. sacriste, Wi. Bertrandi archipresbiteri, Duranti precentoris, Privati vestiarii, R. Fulconi, S. Bernardi, Wi. Michaelis, Gaufredi prioris de Berra.

Authentique du chap. d'Arles, f° 131. Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 338. Livre rouge, f° 414.

791 15 janvier 1208.

1208. Petrus de Castronovo, apostolice sedis legatus, apud Arelatem interfectus est.

Chronique de St-Victor de Marseille (éd. Albanès, dans *Mélang. archéol.-hist. éc. franc. Rome*, t. VI, p. 320 ; à part, 1886, p. 66). Les historiens contemporains placent ce tragique événement près de St-Gilles, sur les bords du Rhône (P. Meyer, *Chanson de la croisade contre les Albigeois*, t. II, p. 5-6). — Trichaud, t. II, p. 125.

792 8 ou 10 mars 1208.

Lettre du pape Innocent III Narbonen., Arelatensi, Ebredunensi, Aquensi et Viennen. archiepiscopis, eorumque suffraganeis, *au sujet du meurtre de son légat, Pierre de Castelnau (n° 791).*

Patrologia latina, t. CCXV, c. 1354-8. Bréq., IV, 410, 416. Potthast, 3324. — Voir encore Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, t. I, p. 314-7 (Potthast, 3325) et p. 317-9 (P. 3348).

793 30 avril 1208.

Le pape autorise l'archevêque d'Arles à procéder à la réforme de son église.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, vener. fratri Arelaten. archiepiscopo, salutem et apostolicam ben. Cum multa dicantur esse in tua ecclesia corrigenda, que negligi sine tuo periculo nequeunt et ipsius, fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut auctoritate tam nostra quam tua corrigere satagas in eadem, appellatione remota, que secundum Deum inveneris corrigenda. Datum Laterani, II. kal. maii, pontificatus nostri anno undecimo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 80 v°.

794 2 mai 1208.

Lettre du même consulibus et universis militibus et hominibus tam civitatis quam burgi Arelatensis, et nobilibus viris U. de Baucio et aliis dominis burgi Arelatensis,... Accepimus, vener. fratre nostro Arelatensi archiepiscopo intimante, quod cum Arelatensi ecclesiæ singulariter fidelitate ac dominio essetis astricti, occasione juramenti quod nobili viro comiti Provinciæ præstitistis, graviter læsistis eamdem, Salvariam, Vermellariam et quædam alia in Arelatensi civitate concedentes eidem, in non modicum ejus præjudicium et gravamen... Cum igitur juramentum non sit ad vinculum iniquitatis inventum, *le pape leur ordonne de rendre à l'église d'Arles les services qui lui sont dus.*

Patrol. lat., t. CCXV, c. 1383. Bréq., IV, 419. Potthast, 3393.

795 2 mai 1208.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles : son église ayant le privilège de n'être soumise qu'aux légats de latere, *les services qu'il rend aux autres ne lui causeront aucun préjudice.*

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 20. Bonnemant, t. III, n° 55. *Patrol. lat.*, t. CCXV, c. 1383. Bréq., IV, 419. Potthast, 3394.

796 Bourg d'Arles, novembre 1208.

Fondation de l'abbaye de Molégès par Sacristane, dame du bourg d'Arles. Acta... in ecclesia S. Martini de burgo Arelat., in presentia dni Michaelis, D. g. archiepiscopi Arelatensis, et testimonio ... Stephani prepositi Arelaten. et Bertrandi sacriste... et Rostagni clerici d. archiepiscopi, *lequel confirme l'acte* bulla nostra plumbea.

Voir la pièce à l'abb. cisterc. de Molégès.

797 1209.

L'archev. Michel et les consuls d'Arles se déclarent prêts à renouveler l'ancienne alliance avec les Génois.

Venerabili et discreto in Cristo fratri [Ottoni], Dei gratia Januensi archiepiscopo, et karissimis amicis viris prudentibus atque discretis ejusdem civitatis consulibus, M[ichael], eadem gratia Arelatensis archiepiscopus, et consules ejusdem civitatis, cum sincere dilectionis affectu. Cum certum constet omni viro discreto quod per concordiam parve res crescunt, et quod magne per discordiam dilabuntur, non immerito nos ad memoriam reducentes concordiam et dilectionem quam vestra civitas et nostra quondam erant conjuncte [*n° 742*], unde maxima utilitas utrique ipsarum proveniebat ; dignum duximus vestre scribere discretioni, significantes quod ad pristine dilectionis et concordie statum, si vobis placuerit, nostram civitatem cum vestra reducere affectamus. Hinc est quod vestram deprecamur prudentiam, quatenus habito super hoc contractu cum melioribus vestre civitatis, per aliquem probum civem vestrum et per vestras litteras tale nobis responsum mittatis, quod gratiarum actiones vobis reddere teneamur. Nos etenim sincera voluntate atque bona fide vobis promittimus, quod cives vestros ad partes nostras venientes, stantes et redeuntes, cum omnibus bonis eorum et cum mercaturis et sine mercaturis ab omni dampno, pro posse nostro defendemus quamdiu fuerint in nostra potestate ; super hoc etiam cum aliquis vir probus ad nos ex parte vestra venerit responsurus, illam securitatem libentius ei prestabimus, quam ipse noverit expedire ; et ut premissa majorem habeant firmitatem, presentem scripturam apertam vobis transmittimus, nostrorum sigillorum corrobore communitam. Nos itaque, si placet, quoniam quod rogamus tam ad vestre civitatis quam ad nostre, sicut credimus, cedit comodum et honorem, per latorem presentium civem nostrum rescribendo super premissis voluntatem vestram nobis dignemini declarare. [*Voir le n° 808*].

Hist. patriae mon., Liber jurium reipubl. Genuensis (1854), t. I, c. 549-50.

798 Saint-Gilles, 19 juin 1209.

Ego R[aimundus], D. g. dux Narbonæ, comes Tolosæ et marchio Provinciæ,... omnibus ecclesiis et domibus religiosis provinciarum Viennensis, Arelatensis,... immunitatem secundum statuta canonum et plenissimam libertatem concedo... ; præsentibus dno Michaele Arelatensi archiepiscopo....

Petri Vallium Sarnaii *Historia Albigensium*, cap. xii (Bouquet, *Recueil*, t. XIX, p. 18. *Patrol. latina*, t. CCXVI, c. 93-4). Teulet, *Layettes*, t. I, p. 332. Bréq., IV, 449.

799 20 juin 1209.

... Ego Michael, Arelatensis archiepiscopus, juro tibi Miloni, dni papæ notario, apostolicæ sedis legato, quod castra de Mornas et de Furcis... pro posse meo faciam fideliter custodiri, nec eadem... comiti Tolosæ... restituam... sine mandato tuo vel alterius Romani pontificis nuntii sive legati..., *sauf restitutions occasionnées par*

cette garde. Et ego Milo, dni papæ notarius, apostolicæ sedis legatus, hanc fidelitatem auctoritate dni papæ et Romanæ ecclesiæ accipiens, concedo tibi... ut .... possis exigere et percipere....

Patrologia latina, t. CCXVI, c. 94-5. Bréq., IV, 450.

800 22 juin 1209.

... Ego Milo, *ut supra*, præcipio vobis dno R. comiti Tolosano et vobis baronibus ... quatenus... inter vos pacem perpetuam observetis.... Si vero ortæ sunt... quæstiones vel in posterum..., per vener. patres... Arelatensem archiepiscopum... eas statuo... terminari....

Patrologia latina, t. CCXVI, c. 94.

801 6 septembre 1209.

Concile d'Avignon, par l'évêque de Riez et Milon.

... Presentibus.. Arelatensi.. archiepiscopis.

Labbe, *Concilia*, t. XI, c. 41-9. Voir aussi à l'archev. d'Avignon.

802 11 novembre 1209.

Lettre d'Innocent III Arelatensi archiepiscopo et suffraganeis ejus, *pour engager leurs sujets à détruire les restes de l'hérésie.*

Patrol. lat., t. CCXVI, c. 158-9. Bréq., IV, 460. Potthast, 3828.

803 25 janvier 1210.

Lettre du même Narbonensi et Arelatensi archiepiscopis, *leur donnant connaissance de ce qu'il a décidé au sujet du comte de Toulouse.*

Patrol. lat., t. CCXVI, c. 171-2. Bréq., IV, 477. Potthast, 3888.

804 1210?

Michel, archevêque d'Arles, concède à R., prieur de Frigolet, de ne payer que demi-dîme pour les terres de son prieuré à Maillanne.

Authentique du chap. d'Arles, f° 118.

805 Arles, 28 mars 1210.

Sentence arbitrale rendue par Michel de Mouriès, archevêque d'Arles, entre Hugues de Baux et Guillaume d'Aiguières, au sujet de la seigneurie du château de Barbegal.

Chartrier de St-Césaire, t. XXII, f° 13. Barth., *Baux*, 144.

806 Saint-Gilles, 10 juillet 1210.

Affirmations contradictoires dans le différend entre l'abbaye de Saint-Gilles et le comte de Toulouse. Acta... in domo decani Sancti Egidii, in loco ubi alie cause tractantur, sub presencia et testimonio Michaelis Arelatensis et G[uidonis] Aquensis archiepiscoporum,....

Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, t. I, p. 352-3.

807 Août 1210.

Nos Michael per Dei gratiam Arelatensis archiepiscopus. *Attestation que le concile de Montélimar de 1207 a annullé la convention passée avec le comte de Toulouse par Bertrand de Pierrelate, évêque de Saint-Paul-Trois-Châteaux en 1202.*

Voir la pièce [fausse ?] à l'évêché de St-Paul-trois-Châteaux.

808 Octobre 1210.

Les consuls d'Arles, pro tota universitate civitatis Arelatensis... et auctoritate domini nostri M[ichaelis], per D. g. Arelatensis archiepiscopi, interveniente, *renouvellent pour 29 ans leur traité de paix et d'amitié avec les Génois, les autorisant à avoir dans leur ville des entrepôts* (fondicos) *et des consuls.*

Hist. patriae mon., Liber jurium reipubl. Genuen. (1854), t. I, c. 555-7, d'après un vidimus d'août 1239 : « ab autentico duobus sigillis cereis sigillato ; in uno quorum erat ex una parte quedam sculptura archiepiscopi coronam in capite habentis, in manu sinistra tenens baculum pastoralem, cum dextera vero signans, cujus circumscriptio talis erat : ✠ S. Michaelis Arelatensis archiepiscopi ; ex alia vero erant littere tales : ✠ S. sancti Trofimi Jesu Cristi discipuli... »

809 18 janvier 1211.

Lettre d'Innocent III en faveur des Hospit. de St-Gilles.

Innocencius, episcopus, s. s. D., ven. fratri archiepiscopo Arelatensi, salutem et apost. ben. Dilecti filii prior et fratres Jerosolimitani hospitalis de S. Egidio nobis conquerendo monstrarunt, quod cum causam quam inter ipsos, ex parte una, et Pe. de Veruna, militem, civem Arelatensem, ex altera, super designatione possessionum quarumdam ab eodem cive venditarum eisdem, tibi duxeramus committendam, tu causam ipsam decidere neglexisti, sicut iidem nobis exponere procurarunt. Volentes igitur ut finis litibus inponatur, fraternitati tue per iterata scripta precipiendo mandamus, quatinus in eodem negocio, juxta formam prioris mandati nostri, previa ratione, procedas. Datum Laterani, xv. kalendas februarii, pontificatus nostri anno tercio decimo.

Authentique de Trinquetaille, f° 83 v°.

810 4 février 1211.

Nouvelle lettre en faveur des Hospit. de St-Gilles.

Innocencius, episcopus, s. s. D., ven. fratri Arelatensi archiepiscopo, salutem et appost. benediccionem. Dilecti filii prior et fratres Jherosolimitani hospitalis de S. Egidio nobis intimare curarunt quod, cum tibi dederimus in mandatis ut eorum fratribus in domo S. Thome Arelatensis manentibus exhiberes benigne oleum infirmorum, prout est eis ab appostolica sede indultum, tu eis id facere non curasti. Ideoque fraternitati tue per appostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus eisdem, juxta prioris mandati nostri tenorem id concedere non omittas. Datum Laterani, II. nonas februarii, pontif. nostri anno tercio decimo.

Authentique de Trinquetaille, f° 82 v°.

811 Février 1211.

Concile à Arles, au sujet du comte de Toulouse.

Pois fo lo coms R[amon] a autre parlament,
Que fo faitz a Narbona, pres de la S[ant] Vincent,
. . . .
Pois ne foro a autre, az Arle, mon ecient ;
Lai escriusen en carta trastot lo jutgament,
Que bailaran al comte que defors los atent,
Ab lo rei d'Arago, ab fort freit e ab vent.

Guillaume de Tudèle, *Chanson de la Croisade contre les Albigeois*, v. 1344-51 (éd. P. Meyer, 1875-9, t. I, p. 62 ; t. II, p. 74-6).

On peut lire les développements donnés (dans un sens favorable au comte de Toulouse) à ces quelques vers par l'auteur anonyme de la version en prose languedocienne du XVe siècle (Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. III, c. 30 ; 3e éd., t. VIII, c. 54-7). Sur la date, voir p. 561 ; 3e éd., t. VII, p. 48 ; je crois cependant cette réunion antérieure à l'acte suiv., où figure également le nonce Tedisio. — Labbe, *Concilia*, t. XI, c. 2329-30.

812 Bagnols, 12 février 1211.

Charte, signée par Michel, archevêque d'Arles, et autres prélats, pour remettre l'abbaye de Montmajour en possession de Bédouin.

Gallia christ. nova, t. I, c. 903. Chantelou, *Hist. de Montm.*, p. 268.

813 Arles, avril 1211.

Création des consuls d'Arles par l'archev. Michel.

Postea vero, anno ab Incarnatione Domini M.CC.XI, mense aprilis, idem dom. M. per Dei gratiam Arelatensis archiepiscopus, sine omni alio electore, elegit ad suum libitum et creavit consules tam in civitate quam in burgo Arelatensi, et univit consulatum civitatis et burgi ad quinquaginta annos ; in civitate siquidem creavit tunc subscriptos consules : Bertrandum Gantelmum, Bertrandum de Clareto, Berengarium Darderium, P. de Aqueria juvenem, G. de Olivario, Lambertum Faraudum, R. de Sancto Remigio et Guillelmum de Miramars ; in burgo vero, Rostagnum de Tarascone, P. Raymundum de Becdejum, G. Ugonem, et G. de Junqueriis. Et est certum atque manifestum omnibus qui hoc viderunt, quod a centum annis preteritis usque tunc pax et justitia non fuerunt adeo bene servate in civitate nec in burgo Arelatensi, sicut fuerunt in illo anno.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 40 v°. Bonnemant, t. II, p. 602.

814 15 avril 1211.

Lettre d'Innocent III à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants, leur mandant de faire promulguer dans leurs diocèses la sentence prononcée contre le comte de Toulouse (voir le n° suiv.)

Liber aureus de l'archev. d'Arles, n° 18. [Pourcelet], *Rech. sur Beaucaire*, suppl. p. 134. Bonnemant, t. III, n° 56. *Patrol. lat.*, t. CCXVI, c. 410-1. Bréq., IV, 476, 505. Potthast, 4226.

815 15 avril 1211.

Lettre du pape au sujet du comte de Toulouse.

Innocencius, episcopus, s. s. D., ven. fratribus archiepiscopo Arelat. et suffraganeis ejus, sal. et ap. ben. Cum expectaverimus hactenus ut nob. vir Tholosanus comes, tanquam arbor fructifera commonitionum nostrarum rivulis irrigata, fructus ederet oportunos, et tamquam princeps catholicus, honoraret sanctam ecclesiam sponsam Xpisti, ipse pravo circumventus consilio, non solum dampna sterilitatis incurrit, ad honorem Dei et utilitatem ecclesie expectatos fructus nullatenus producendo, verum etiam disposicionibus ecclesiasticis nequiter se oponit, contra promissa sua et juramenta veniens impudenter. Unde, cum in ipsum a ven. fratri nostro episcopo Uticen. et dil. fil. Cisterciensi abbate, apostol. sedis legatis, de multorum prelatorum consilio, sententia promulgata fuerit, ob ejusdem contumatiam manifestam, et nos mandemus eandem sententiam usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, firmiter observari, fraternitati vestre per apost. scripta precipiendo mandamus quatinus, ad recuperanda castra, et alias possessiones et terras, que ab ecclesiis vestris tenet, insistatis viriliter et prudenter. Datum Laterani, XVII. kal. maii, pontif. nostri an. XIIII.

Chartrier de Mondragon, n° 152, 1re pièce (dans une bulle confirm. de Grégoire IX, du 21 mai 1232). *Patrol. lat.*, t. CCXVI, c. 411. Bréq., IV, 504. Potthast, 4227.

816 5 octobre 1211.

Lettre d'Innocent III aux archevêques d'Arles, Aix, Embrun, etc., leur ordonnant de dénoncer excommuniés le comte et les citoyens de Toulouse.

Teulet, *Layettes du trés. d. charles*, t. I, p. 372. Potthast, 4317.

817 21 mai 1212.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et aux abbés de St-Gilles et de Psalmodi, les chargeant de confirmer l'élection de Bonfils, prieur de St-Honorat d'Arles, comme abbé de St-Victor de Marseille.

Patrol. lat., t. CCXVI, c. 580-1. Bréq., IV, 530. Potthast, 4465.

818 11 septembre 1212.

Lettre du même universis prælatis ecclesiarum ecclesiæ Romanæ censualium per.. Arelatensem, Aquensem et Ebredunensem provincias... constitutis, *pour la perception par un nonce des cens dus à l'église Romaine.*

Patrol. lat., t. CCXVI, c. 692. Bréq., IV, 539. Potthast, 4591.

819 11 septembre 1212.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants ; même objet que la précédente.

Patrol. lat., t. CCXVI, c. 692-3. Bréq., IV, 539. Potthast, 4592.

820 20 décembre 1212.

Traité de paix entre la république de Pise et la ville d'Arles, pour 25 ans, conclu avec legatis civitatis Arelatensis et burgi ejusdem.., pro ipsa civitate et burgo, et pro vener. dno Michaele, D. g. Arelatensi archiepiscopo...

Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. xxxix-xliij.

821 Orange, 20 février 1212/3.

Sanctissimo patri ac benignissimo domino Innocentio, Dei gratia summo pontifici, Michael divina permissione Arelatensis archiepiscopus, Willelmus Avinionensis, Burnus Vivariensis, Raimundus Uticensis, Arnaldus Nemausensis, Guillelmus Magalonensis, Guillelmus Carpentoractensis, Guillelmus Arausicensis, Gaufridus Tricastinensis et Bernardus Cavellicensis episcopi, et Raibaldus Vasionensis electus, et Pontius monasterii S. Egidii abbas, humiles sanctitatis ipsius servi, longitudinem dierum, cum vita et salute perenni. Utinam infallibiliter... *Le félicitant de la tranquillité rendue à leur province, ils lui font sentir les dangers qu'il y aurait à rétablir le comte de Toulouse ou à lui laisser reprendre tout son pouvoir.*

Bouquet, *Recueil*, t. XIX, p. 570-1. *Patrol. lat.*, t. CCXVI, c. 835-6. Bréq., IV, 548.

822 19 avril 1213.

Lettre d'Innocent III archiepiscopis et episcopis, abbatibus et prioribus constitutis per provinciam Arelatensem, *les convoquant au concile général qu'il tiendra le 1er novembre 1215.*

Patrol. lat., t. CCXVI, c. 823-5. Bréq., IV, 558. Potthast, 4706.

823 17 janvier 1214.

Lettre du même aux archevêques d'Embrun, Arles, Aix, etc. et à leurs suffragants, les invitant à recevoir honorablement son légat, le cardinal-diacre Pierre, et à obéir à ses décisions.

Patrol. lat., t. CCXVI, c. 955-6. Bréq., IV, 571. Potthast, 4882.

824 Marseille, 20 juin 1214.

Accord entre Ermeline, abbesse de St-Sauveur, et Ancelme Fer ; arbitres : dno Michaele, Arelatensi archiepiscopo, et Bertrando, ejusdem ecclesie decano, judicibus a dno papa super illa controversia delegatis.

Voir la pièce à l'abb. de St-Sauveur de Mars. Barth., *Bull.*, 163.

825 24 novembre 1214.

Bulle d'or du roi des Romains et de Sicile Frédéric II : Ad imperialis eminentie pertinet majestatem..., confirmamus tibi, Michael venerabilis archiepiscope, et per te successoribus tuis regalia totius diocesis Arelatensis ecclesie et ipsam civitatem pro indiviso et plenam jurisdictionem in civitate, in creandis consulibus et retinenda civitate ad servitium imperii et domini imperatoris, et aliis que pertinent ad jurisdictionem tuam, sicut sunt telonea, pedatica, justitias, Judeos, cordam, quintale, pharnarium, monetam, portus, montationes et redditus navium, stagna, lacus, paludes, flumina, pascua de Lapidoso agro, ita videlicet ut de omni fructu et utilitate que ex his que supra descripsimus poterunt provenire, ecclesia Arelatensis et tu Michael, ejusdem ecclesie archiepiscope, habeas et possideas medietatem et per te tui successores catholici, quicumque imperio fideles extiterint....... Confirmamus etiam tibi dominium de Trencatallis et quartam partem de Fosso et de Albarone et castrum de Salone, de Alvernico, castrum de Avalone, castrum Sancti Amantii et castrum Vercum, castrum de Vinzobrio, abbatiam Sancti Gervasii cum omnibus suis pertinentiis, piscariam de Ponte et quicquid ecclesia Arelatensis in civitate vel extra per ecclesiasticas vel seculares personas habet et possidet vel juste habere debet....

Archev. d'Arles, Liber aureus, n° 73. Livre vert, f° 5. Saxi, *Pontif. Arelat.*, p. 251-4 (= Mencken, *Script. rer. German.*, t. I, p. 272). Bouche, *Hist. de Prov.*, t. II, p. 207-8. Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Friderici II*, t. I, p. 334-6. Bréq., IV, 542. Boehmer-Ficker, V, 760.

826 24 novembre 1214.

Privilège du même empereur consulibus, militibus et universo populo tam urbis quam burgi Arelatensis...: salvo tamen in omnibus jure quod in creandis consulibus et jurisdictione ipsius urbis reverendus pro tempore Arelatensis ecclesie antistes habere dignoscitur.... *Début :* Cum urbs Arelatensis caput Provincie et imperii principalis sedes existat....

Saxi, p. 254-5 (= Mencken, t. I, p. 274). Bouche, t. II, p. 208-9. Huillard-Bréholles, t. I, p. 336-7. Bréq., V, 12. Boehmer-Ficker, V, 761.

827 8 janvier 1214/5.

Concile de Montpellier, au sujet du comté de Toulouse.

Anno ab Incarnat. Dom. MCCXIV, in quindena Nativitatis domin., convenerunt apud Montempessulanum archiepiscopi... Arelatensis,...

Petri Vallium Sarnaii *Hist. Albigens.*, c. 81 (Labbe, *Concilia*, t. XI, c. 103-16 ; Bouquet, t. XIX, p. 100-1). La date des statuts édités dans ce concile (Labbe, t. XI, c. 2331-3) : « die mercurii post Epiphaniam, VI. idus januarii », exacte pour 1214, ne l'est pas pour 1215.

828 Beaucaire, 30 janvier 1214/5.

... Nos Michael, D. g. Arelatensis archiepiscopus, consilio R. prepositi majoris, B. decani, B. sacriste, P. precentoris et totius capituli Arelatensis ecclesie, vobis Simoni, comiti Montis fortis, et heredibus vestris tradimus et concedimus in feudum castrum Belliquadri cum tota signoria sua, cum tota Argentia et omnibus juribus suis et pertinentiis, de quibus duximus hec propriis nominibus exprimenda ; castrum de Furcis, Adavum, villam S. Petri de Campo publico, et castrum de Junqueriis, munitionem de Redorta, castrum de S. Romano et de Aculia, pedagia sive in aqua sive in terra, lesdas, quintale, cordam, furnos, sexterale, jurisdictionem, justitias, firmancias, trezenos, medios trezenos, laudimia, monetam, paludes, pascua, terras cultas et incultas, portus Rodani et Gardonis, et omnia alia jura... que ad memorata castra pertinere noscuntur, quantumcumque Arelat. dyocesis extenditur a castro Furcarum et supra, usque ad Clausonam, et a roca Gaudoni usque ad Petronos ; *ainsi que les autres dépendances de ce château dans les diocèses d'Avignon, Uzès et Nîmes ; moyennant l'hommage lige, une redevance de 100 marcs d'argent, poids de Montpellier, à la St-Michel, le droit d'un denier par livre sur la fabrication des monnaies, et 1400 marcs d'argent pour acapte payés comptant, plus l'exemption des droits de péage pour le chapitre.*

Cet acte fut dressé à 4 exemplaires : 2 en forme oblongue (Paris, Arch. Nation., J. 890, n° 7[1], et Lat. 9236, n° 3), et 2 en rouleau (ibid., J. 890, n° 7[2] ; et anc. Arch. de l'archev. d'Arles, Livre blanc, n° 197). Ces originaux ont été scellés de 3 sceaux, sur cordelettes de chanvre : bulles de plomb du chapitre de St-Trophime (Douët d'Arcq, *Coll. de sceaux*, n° 7104) et de l'archevêque Michel de Mouriez (n° 6285) ; sceau en cire brune de Simon de Montfort. Vidimus de 1218 env. (voir n° 855) ; et autres copies. — Arch. des B.-du-Rh. Authent. du chap. d'Arles, f° 197 v°. Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 145 ; suit l'acte d'hommage (même date). — Caseneuve (P. de), *Franc-allev de la prov. de Languedoc* (1640), p. 315. *Gallia christ. nova*, t. I, instr. p. 100-1. Bréq., V, 13. Molinier (Aug.), *Catal. des actes de Simon de Montfort*, dans *Bibl. de l'éc. des Chartes* (1873), t. XXXIV, p. 474-5. Cf. *Chanson de la Croisade contre les Albigeois*, v. 4219-25 (éd. P. Meyer, t. I, p. 184 ; t. II, p. 226).

829 Beaucaire, 3 février 1214/5.

Simon, comte de Leicester, seigneur de Montfort, vicomte de Béziers et de Carcassonne, s'engage à solder à l'archevêque d'Arles 1000 marcs d'argent pour l'acquisition de possessions à la mense archiépiscopale ; ... pre-

sent. Guilelmo Avinionen. episcopo,... R. preposito, B. decano, P. precentore Arelatensi.

Gallia christ. vet., t. I, p. 78. Bréq., V, 14. Voir nº précéd.

830 Arles, mars 1215.

Transaction entre l'église d'Arles et le monastère de Montmajour, super paludibus exsiccatis, sicut protenduntur a columpnellis jacentibus que dicuntur esse termini Sancti Petri et Sancti Cesarii... Has paludes ecclesia Arelatensis ad se pertinere de jure proponebat ex privilegiis Romanorum imperatorum.... Ex altera parte, respondebant abbas et monachi Montismajoris se omnes terras et paludes habere ex donatione Lamberti, illustris viri, avi scilicet domni Raimbaldi Arelatensis archiepiscopi, et uxoris ejus Galburgis,... et de hoc ex archivo suo instrumentum antiquissimum producebant.... Auditis hinc inde propositis, placuit domno M., D. g. Arelatensi archiepiscopo, et preposito et capitulo... et Wilelmo abbati M. m. et conventui suo... *de prendre comme juges Guillaume, évêque d'Avignon, P. prévôt et Geofroi doyen de la même église, qui réglèrent le différend. L'archevêque d'Arles M., du conseil de ses suffragants les évêques B. de Cavaillon, G. de St-Paul-Trois-Châteaux et R. de Vaison, et R. prévôt, B. doyen, B. sacristain et R. précenteur et tout le chapitre d'Arles promirent à l'abbé d'observer leur décision.* Acta .. apud Arelaten. in ecclesia S. Juliani,.. laudantibus canonicis ecclesie Arelatensis, domno R. Fulcone preposito, B. Daillan sacrista, R. de Amiliavo precentore,... Guiscardo vestiario.... Et ego Petrus de Jonqueriis, dni M. Arelat. archiep. cancellarius,... sigillum suum apposui... Et ego Bernardus de Nemauso, canonicus Arelat.,... bullam ejusdem capituli apposui.

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 275-80. Voir nº 421.

831 2 avril 1215.

Lettre d'Innocent III aux archevêques... d'Arles, Aix et Embrun, et à leurs suffragants, leur mandant qu'il a commis la garde des terres que tenait le comte de Toulouse à Simon de Montfort et leur demandant conseils et secours pour lui.

Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, t. I, p. 416. Potthast, 4968.

832 20 avril 1215.

Lettre de Frédéric II, roi des Romains et de Sicile, dil. et fidel. suis comiti Provincie, suisque bajulis et Baucensibus, aliisque baronibus univ. et castellanis in regno Arelatensi et in tota Provincia constitutis... Decet regalem eminentiam.... Cum igitur Arelatensem ecclesiam, in qua sedes et capud est regni Arelatensis, diligere teneamur et honorare, ipsam ecclesiam ipsiusque archiepiscopum ... ita sub regia protectione recepimus, quod ipsum tam in persona sua quam in rebus perpetua volumus pace gaudere. Mandamus igitur universis vobis ac singulis, rogamus et precipimus ut vos .. ecclesiam Arelaten. ipsumque archiepiscopum, cum omnibus rebus suis mobilibus et immobil., tam castris quam villis, tam hominibus quam rebus eorum, vice et loco nostro manuteneatis et defendatis, et injurias sibi illatas tamquam vestras propulsetis. Datum apud Haguen., XII. kal. maii, indict. III.

Livre noir de l'archev. d'Arles, fº 122. Livre vert, fº 2. Huillard-Bréholles, *Hist. diplomat. Friderici II*, t. I, p. 371. Boehmer-Ficker, V, 793.

833 12 juillet 1215.

... Symon, comes Leicestrie, dominus Montisfortis, D. prov. Biterren. et Karcasson. vicecomes,... damus et concedimus imperpetuum... ecclesie S. Trophimi Arelatensis et canonicis... 200 solidos Remunden. monete, singulis annis in festo b. Trophimi, apud Arelatum, per senescallum nostrum de Belliquadro persolvendos. *Les chanoines devront célébrer l'anniversaire de son père le 18 juillet et le sien après sa mort.*

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. III, c. 248-9; 3ᵉ éd., t. VIII, c. 667-8.

834 Arles, 24 août 1215.

Permission donnée par l'archevêque Michel aux Juifs d'Arles, d'élire annuellement trois d'entre eux pour les gouverner (ad vestrum regimen). Actum.. in sala majori dni archiepiscopi, presentibus testibus B. decano Arelat. *et les consuls de la ville.*

Livre rouge, fº 64 vº. Papon, *Hist. de Prov.*, t. II, p. xliv-vj.

835 Arles, 4 septembre 1215.

Transaction entre l'archevêque Michel et le chapitre d'Arles, au sujet des dîmes de Salon, qui sont attribuées par moitié à chacun d'eux ; fait dans la salle qui est au-dessus de la porte St-Etienne.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, nº 41, orig., sceau du chapitre. Bonnemant, t. II, p. 595. Blancard, *Iconogr. des bulles et sceaux*, p. 129.

836 Arles, 5 septembre 1215.

Testament de Michel de Mouriez, archevêque d'Arles.

Anno dominice Incarnationis Mº.CCº quinto decimo, nonis septembris. Ego *Michael*, per Dei gratiam *Arelaten. archiepiscopus*, sanus mente et corpore, memorans et recogitans in animo meo jugiter novissima vite mee, atque providens et precavens saluti anime mee, si Deo placuerit, spontanea voluntate mea, cum pia devotione, dono, et titulo perfecte inter vivos donationis, cedo, resigno et trado canonicis ecclesie Sancti Trophimi presentibus et futuris, et nominatim ac specialiter personatui precentorie, et tibi Raimundo de Amillavo, precentori, presenti et recipienti prefatam donationem, et investituram ejusdem in perpetuum, pro remedio anime mee, et predecessorum atque parentum meorum, et pro remedio anime dne Sacristane, suorumque progenitorum, illam partem dominationis, quam ex donatione dicte Sacristane, habeo in Bosco malo, et ejus pertinentiis, donationis ratione ab ipsa Sacristana facte michi et archiepiscopatui, scilicet sextam decimam partem tocius Bosci mali pro indiviso. Notandum tamen quod donationem predictam facio in hunc modum : volo siquidem et statuo quod precentor ecclesie Sancti Trophimi, qui pro tempore fuerit, semper teneat et perci-

piat omnes fructus, et omnes gauditas de prefata parte Bosci mali provenientes ; de quibus gauditis teneatur facere singulis annis duo anniversaria pro anima mea, et pro anima dicte Sacristane ; unum scilicet anniversarium faciet in die anniversario mei obitus, et alterum feria quinta illius ebdomade, in qua synodus celebrabitur Sancti Luche. Dicta siquidem anniversaria sic tenebitur facere prefatus precentor, quod omnibus qui in refectorio comedent, et aliis qui ex debito vel ex consuetudine, de domo cannonicorum victum percipiunt cotidianum, fiat honesta et honorifica procuratio de duabus carnibus, vel duobus pulmentis piscium ; et quod vespere precedente diem utriusque anniversarii, dictus precentor transmittat unicuique sacerdoti manenti infra Arelatem, et in ecclesiis circumpositis, usque ad pontem Cravi, duos denarios pro oblatione, rogando ut habeant mei memoriam et dne Sac[ristane], in suis orationibus et sacrificiis que offerent Domino placituris. Et preterea idem precentor faciat offerri ad missas que celebrabuntur infra ecclesiam Sancti Trophimi, in utroque anniversario, decem solidos currentis monete. Predictum autem statutum meum volo et precipio in perpetuum firmiter observari ; et si quis ipsum statutum violare, vel permutare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et gloriose virginis Marie, atque beati Trophimi, et sancti Stephani, et omnium sanctorum, in die districti judicii se noverit incursurum. Ad hec volo et mando quod si divina dispositione, in partibus istis decessero, precentor qui tunc erit in ecclesia Sancti Trophimi faciat collocari et sepeliri honorifice corpus meum infra ecclesiam Sancti Trophimi, ante altare Beate Marie, in pariete que est ex parte occidentis, subtus fenestram in qua est cleda ferrea loco vitree. Preterea statuo atque precipio, quod si unquam precentor qui pro tempore erit in ecclesia, neglexerit, vel noluerit ea facere que facienda statui, successor meus archiepiscopus qui pro temp[ore fuerit], auctoritate sua dictam donationem revocans, predictam dominationem Bosci mali reducat ad manum suam ; nisi tamen prep[ositus et canonici, ab] eodem archiepiscopo commoniti, precentoris negligentiam curaverint emendare. Actum fuit hoc in palatio suprascripti [dni archiepiscopi]. Hujus rei testes sunt : B. decanus, B. sacrista, R. precentor, P. de Sancto Jacobo, B. de Cenas, Guiscardus, R. de Mi[ramari, Amal]ricus, canonici Arelaten., Petrus Bernardus, sacerdos, Laugerius, canonicus Massiliensis. Et ego Poncius de [Junqueriis], predicti dni archiepiscopi notarius, predictis omnibus presens interfui, et tenorem hujus instrumenti dictavi et scribi feci, et mandato ipsius dni archiepiscopi bullam ejus plumbeam apposui.

Chartrier de [illegible], n° [illegible], orig., charte partie des deux côtés ; [illegible] Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 31 v°. Livre rouge [illegible]

837

11 septembre 1216.

Anno Domini M.CC.XVI, tercio ydus septembris, notum sit.... quod nos B. decanus, dni *M. Arelaten. archiepiscopi* coadjutor, et R. prepositus, tractatu, consilio et assensu ejusdem ecclesie capituli,... committimus seu commendamus, causa fidelis custodie ac defensionis, vobis dno Ugoni de Baucio... castrum de Mornatio... Item, adjectum fuit, quod vos, dne Ugo de Baucio, solvatis Raymundo de Moreze, septem milia et c. sol. Raymunden. novorum, que ipsi R. de Moreze debentur, pro expensis... Ad hec nos Ugo de Baucio... prout melius vos, dne B. decane et coadjutor, et R. preposite, et capitulum Arelaten.... Actum fuit hoc infra castrum Trencataliarum... Testes .. B. sacrista....

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 438. Livre vert, f° 357. Bonnemant, t. II, p. 56. Michel de Mouriez dut résigner ses fonctions peu après et demander un successeur.

838

19 janvier 1217.

Lettre du pape Honorius III aux archevêques d'Embrun, Aix, Arles, etc., leur annonçant l'envoi du cardinal Bertrand comme légat apostolique.

Bouquet, *Recueil*, t. XIX, p. 626-7. Potthast, 5415. Pressutti, *Reg. Honorii III*, n° 265.

839

21 juillet 1217.

Epitaphe de Michel de Mouriez, archevêque d'Arles.

Anno Domini M°.CC°.
XVII°. XII° KL'. AUGUSTI OBIIT
DNS MICHAEL DE MORESIO
BONE MEMORIE ARELATEN. AR
CHIEP'S. ORATE PRO EO ✝

« Cette épitaphe, en caractères du temps, se lit contre la muraille, sous la fenêtre de la tribune de la musique dans l'église de St-Trophime » (Bonnemant, *Actes concernant l'archev. d'Arles*, ms. à la bibl. d'Arles, t. I, p. 254), conforme au Catal. n° 3 (c. 8). Saxi, *Pont. Arel.*, p. 257. Estrangin donne (*Descr. de la ville d'Arles*, 1845, p. 99) un texte et une date qui doivent être fautifs.

HUGUES I, *Hugo*, 1217.

Il était évêque de Gap (*Gallia christ. noviss.*, Aix, c. 484-5) quand il fut postulé pour l'archevêché d'Arles par le prévôt et le chapitre (n° 840).

840

10 février 1217.

Election de Hugues, évêque de Gap, à l'arch. d'Arles.

B[ertrando], tituli Sanctorum Johannis et Pauli presbitero cardinali, apostolice sedis legato. Tam ex litteris dilectorum filiorum prepositi et capituli Arelatensis ecclesie quam venerabilium fratrum nostrorum suffraganeorum ejusdem ecclesie, nostro est apostolatui reseratum quod, cum nos, recepta cessione M[ichaelis] quondam Arelatensis archiepiscopi, eisdem preposito et capitulo dederimus in mandatis ut ecclesie memorate de persona idonea, que tanto congrueret oneri et honori, canonice providerent, ipsi convenientes in unum venerabilem fratrem nostrum *Hug*[*onem*], *Vapincensem episcopum*, virum, ut asserunt, litteratum et providum, Spiritus Sancti gratia invocata, sibi canonice in pontificem postularunt, nobis humiliter supplicantes ut postulationem ipsam admittere dignaremur. Verum, quia, juxta morem apostolice sedis quo examinari consuevit electio, seu postulatio, et persona, id fieri non potuit, cum persona presens non esset, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus postulationem ipsam

et postulatum examinans diligenter, si eandem inveneris de persona idonea canonice celebratam, ipsam auctoritate nostra suffultus admittas, et eum a vinculo quo ecclesie Vapincensi tenetur absolvens, injungas capitulo memorato ut tamquam pastori, et ejusdem ecclesie suffraganeis quod tamquam metropolitano suo intendant eidem, et exhibeant obedientiam debitam et devotam. Datum Laterani, III. idus februarii, pontificatus nostri anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 9 (Honorii III. t. I, an. I-II), f° 61, n° 241. *Anal. juris pontif.* (1875), c. 692. ALBANÈS, dans *Bull. histor.-philol. com. trav.* (1893), p. 77. POTTHAST, 25789 (au 8 f.). PRESSUTTI, 326.

841 28 février 1217.

Lettre d'Honorius III archiepiscopo Arelatensi et suffraganeis ejus, *leur indiquant les règles pour percevoir et distribuer le vingtième des revenus destinés à secourir la Terre-Sainte.*

Arch. Vatic. Reg. 9 (Honor. III. an. I, ep. 312), f° 81. POTTHAST, add. PRESSUTTI, 381.

842 28 mars 1217.

Hugues, évêque de Gap, élu archevêque d'Arles.

ANNO ab Incarnatione Domini M°CC.XVII, feria tertia post Pascha, V. kal. aprilis, *vaccante sede Arelatensi,* magistro B. de Nionis, ejusdem ecclesie decano et tunc vicario, et dno *U. Vapincen. episcopo, tunc electo* existente ; cum deberet fieri, more solito, mutatio consulum, congregata multitudine militum et populi, infra atrium archiepiscopale, coram R. preposito, et predicto decano, vice archiepiscopi fungentibus ; et tunc consules veteres, scilicet Berengarius Darderius, P. de Aqueria, B. Rainardi, R. de Sancto Michaele, R. de Castris, Bispe, milites, P. de Toro, R. Berenus, Ugo Gaufridus, G. Trabustol, Jonquerias et B. Johannes, burgenses, qui debebant exire de consulatu, vellent eligere(nt) electores ad eligendos novos consules, multi probi de populo surrexerunt, secum fere tota universitate aclamante(s), prohibentes ne prefati consules veteres, quia minus juste et honeste in consulatu suo se gesserant, potestatem haberent eligendi electores ; et omnes instanter rogantes ut predicti prepositus et decanus, auctoritate ecclesie, ad beneplacitum suum eligerent consules, et constituerent quos ydoneos fore cognoscerent et sufficientes. Unde, post multas contradictiones, rixas et contentiones, a veteribus consulibus et eorum fautoribus attemptatas, sepedicti prepositus et decanus, cum canonicis, freti auctoritate archiepiscopali, habito inter se diligenti consilio et tractatu, adhibitis etiam secum quibusdam probis et honestis viris, consules elegerunt et constituerunt, tam in civitate quam in burgo, videlicet B. de Mories, Guibertum, R. Audierium, R. de Becdejun, V. de Berra, et G. Ysnardum, milites ; alios vero burgenses, R. Garnerium, R. de Turbia, B. Capa, Augerium causidicum, G. Ricaudum, et Martinum Johannem. Quos omnes universitas concionis, seu colloquii, approbando recepit. Et licet veteres consules, cum quibusdam fautoribus suis, movissent super hec illa die seditionem, atque discordiam, et etiam quosdam de jam electis consulibus, minis seu precibus corrumpere et pervertere machinati fuissent ; elapsis tamen tribus diebus, convocata iterum communi sollempniter concione, in atrium archiepiscopi, presentibus dicto preposito et decano, et canonicis, et etiam presentibus veteribus consulibus, et eis imposito silentio, dicti consules novi prius, electi in manibus ipsius decani vicarii, secundum taxatam ab eo formam, sic publice juraverunt : « Ego, Berengarius de Mories, quamdiu ero consul, pro posse meo, sine fraude et dolo, servabo et tenebo pacem et justitiam omnibus, tam majoribus quam minoribus, seu mediocribus, tam privatis quam extraneis, in burgo Arelat. et in toto districtu Arelaten. Custodiam et manutenebo, et defendam personam dni archiepiscopi futuri, necnon et personas canonicorum, et omnia jura ecclesie Arel., infra muros et extra. Hereticos et eorum credentes, furta vel rapinas, non consentiam nec sustinebo. Et sic omnia predicta ad bonum intellectum capituli, et eorum qui sane intelligunt, fideliter observabo. Sic me Deus adjuvet, et hec sancta euvangelia ». In hac eadem forma, omnes et singuli XII novi consules juraverunt.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 43. Livre rouge, f° 50 v°. Autographe B, f° 124. BONNEMANT, t. I, p. 100.

843 29 août 1217.

Obit de l'archevêque Hugues I, d'après le n° 3 (c. 8).

HUGUES II BÉROARD [1], 1217 ?-1232.

Il était prévôt de l'église de Marseille depuis 1214, et il figure encore comme tel le 21 juin 1217 (voir Marseille, n°s 1143-55).

844 30 décembre 1217.

Lettre d'Honorius III aux suffragants de l'église d'Arles, réclamant leur secours en faveur de Simon de Montfort contre les Toulousains.

BOUQUET, *Recueil*, t. XIX, p. 644-5. POTTHAST, 5648. PRESSUTTI, 949.

845 27 mars 1218.

Election d'Hugues Béroard, archevêque d'Arles.

ARCHIEPISCOPO Ebredunensi. Licet nuper, *Arelatensi ecclesia vacante pastore,* prepositus et capitulum ejusdem ecclesie dilectum filium prepositum Massiliensem in ipsorum archiepiscopum concorditer, sicut accepimus, elegissent, et ·· sacrista, ·· archipresbiter, et Bermundus de Marignana, canonicus, et magister Martinus, clericus beneficiatus Arelatensis ecclesie, et ·· sacrista, Raymundus Juliani et Ugo de Laza, canonici Massilienses, ad sedem apostolicam accedentes, electionis decreto nobis exhibito, prepositi et capituli predictorum subscriptionibus roborato, cum instantia postularint ut electionem confirmaremus eandem, tam suffraganeorum ejusdem ecclesie quam multorum illius terre magnatum

1. Hugues Béroard appartenait bien réellement à la famille Marseillaise des Béroard de Saint-Marcel. Je lis au Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 240, acte du 30 mars 1227 : « Raymundus Beroardi de Sancto Marcello, bajulus castri Sallonis ». C'est évidemment un parent de l'archevêque. Voir encore le n° du 27 nov. 1231.

nonnullis super hoc litteris presentatis, nos tamen de moribus et vita dicti Massiliensis prepositi, propter quedam que de ipso audivimus, certificari volentes, cum nemini, secundum Apostolum, « cito debeat manus imponi » ; discretioni tue, de qua fiduciam gerimus pleniorem, per apostolica scripta mandamus quatinus super predictis, vice nostra, inquiras prudenter et sollicite veritatem ; que super hiis inveneris, tuis interclusa sigillis, ad nostram presentiam fideliter transmissurus. Datum Laterani, vi. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Arch. Vatic. Reg. 9 (Honor. III, t. I, an. i-ii, ep. 964), f° 235 v°. Pressutti, 1180.

846 Rome, juin ? 1218.

Hugues Béroard est sacré par le pape Honorius III.

Istos dominus Honorius papa III. consecravit :... archiepiscopum Viennensem..., archiepiscopum Arelatensem.

Arch. Vatic. Reg. 9 (Honor. III. t. I. an. i-ii), f° 176, entre les n°s 722 et 723.

847 16 juin 1218.

Honorius III mande aux archevêques d'Arles et d'Aix de visiter tour à tour la vallée de Trets, pour y administrer les sacrements, quand ils en seront priés par l'abbé de St-Victor.

Arch. Vatic. Reg. 9 (Honor. III. an. ii, ep. 1199), f° 270. Pressutti, 1444.

848 25 juin 1218.

Lettre d'Honorius capitulo Arelatensi ; *il a approuvé l'élection faite par eux, a consacré de ses propres mains leur nouvel archevêque et le leur renvoie décoré du pallium ; il leur ordonne de lui rendre révérence et obéissance*

In e. m. scriptum est suffraganeis ecclesie Arelatensis, ut eidem archiepiscopo tamquam patri et metropolitano de cetero intendant.

Arch. Vatic. Reg. 9 (Honor. III. an. ii, ep. 1268), f° 281. Ms. Valbell., 455. Pressutti, 1472.

849 19 juillet 1218.

Bulle de privilège à l'archevêque et au chapitre.

Honorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni archiepiscopo ejusque successoribus, et dilectis filiis capitulo Arelatensi, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur *(n° 601)*... ad exemplar fel. rec. Anastasii, Urbani, Celestini et Innocentii, predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, sub beati Petri... ordo canonicus, qui secundum Deum et Beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus... professus. Preterea quascumque... Locum ipsum *(n° 623)*... Castrum de Troncataliis. Castrum de Bellicadro... Tolosanum comitem intercessit, sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus observata, ratam habentes auctor. apost. confirmamus. Insulam... Preterea, libertates et immunitates antiquas et rationabiles consuetudines ecclesie vestre concessas et hactenus observatas, ratas habemus, easque futuris temporibus... Statuimus etiam... Cum autem generale ... suppressa voce... Prohibemus insuper... privilegiis pontificum Romanorum. Sepulturam... Ad hec, pro amplioris... fuerit destinatus... Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare *(n° 573)*... salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur... temere venire... commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis... et Domini redemptoris nostri... Cunctis autem... inveniant. Amen. Amen. Amen.

(A gauche, la roue avec la légende). Perfice gressus meos in semitis tuis.

(A droite, le monogramme). Bene valete.

Ego Honorius, catholice ecclesie episcopus, s[ub]s[cripsi].

† Ego Nicholaus, Tusculanus episcopus, ss.
† Ego Guido, Prenestrinus episcopus, ss.
† Ego Petrus, Ste Pudentiane tit. Pastoris presb. card., ss.
† Ego Robertus, tit. S^ti^ Stephani in Celio monte pr. c., ss.
† Ego Stephanus, basilice xii Apostolorum pr. card., ss.
† Ego Gregorius, tit. Sancte Anastasie presb. card., ss.
† Ego Guido, S^ti^ Nycolai in carcere Tull. diac. card., ss.
† Ego Octavianus, Sanctorum Sergii et Bachi d. c., ss.
† Ego Gregorius, Sancti Theodori diaconus cardin., ss.
† Ego Alebrandinus, Sancti Eustachii diac. card., ss.

Datum Laterani, per manum Raneri, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, xiiii. kalendas augusti, indictione viii, Incarnationis dominice anno M°CC°XVIII°, pontificatus vero domni Honorii pape III° anno secundo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 7, orig.; plomb sur tresse de soie jaune et rouge. Livre noir, f° 61 v°. Arch. Vatic. Reg. 9 (Honor. III. an. ii, ep. 1284), f° 285. Pressutti, 1535.

850 19 juillet 1218.

Lettre du pape à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants, leur mandant de défendre Simon de Montfort contre le comte de Toulouse et ses partisans.

Arch. Vat. Reg. 9 (Honor. III. an. ii, ep. 1294), f° 286. Pressutti, 1536.

851 23 juillet 1218.

Lettre d'Honorius III Arelatensi [archi]episcopo et Nemausensi et Massiliensi episcopis, *les autorisant à suspendre les sentences d'excommunication et d'interdit lancées contre les habitants de St-Gilles, sauf caution pour réparation des torts faits à l'abbaye.*

Arch. Vat. Reg. 9 (Honor. III. an. ii, ep. 1292), f° 286. Pressutti, 1544.

852 11 août 1218.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants : ... cum... bo. me. W. de Baucio, princeps genere clarus, sed clarior devotione ac fide, a nefandis Avenionensibus non solum occisus sit, sed etiam in frusta conscissus ; ac... comes inclytus Montisfortis machinis Tolosanorum corruit impiorum ; *il prie et ordonne de venir en aide à Amaury, fils aîné dudit comte.*

Bouquet, *Rec.*, t. XIX, p. 664-5. Potthast, 5888. Pressutti, 1577.

853 5 septembre 1218.

Lettre du même aux mêmes, pour qu'on paye à Amaury le 20e des revenus ecclésiastiques imposé pour la Terre-Sainte.

Bouquet, *Rec.*, t. XIX, p. 671. Potthast, 5902. Pressuti, 1616-7.

854 18 novembre 1218.

Charte concernant le grand prieuré des Hospitaliers de St-Gilles.... Actum ... coram dno R., Arelatensi preposito, vicem Hugonis II. archiepiscopi obtinente, cum esset absens, et coram R. Stephano, tunc temporis consule.

Gallia christ. nova, t. I, c. 567. Le sceau appendu portait en légende : S. HVGONIS SCDI ARELATEN. ARCHIEPISCOPI. Voir le n° suiv.

855 1218?

Transcription, sans date ni formule de vidimus, *de l'acte n° 828.*

Paris, Arch. Nat., J. 890, n° 8. Scellé sur le repli du sceau en cire jaune de l'archevêque Hugues II, pendant sur simple queue de parchemin ; légende : [✝ S|I.G' : V|GONIS : SEC|VDI : ARE|-LA[TN :] ARCHIE PI'|: contresceau : ✝ · SIGIL LVM : SA NCTI : TR OPHIMI : IHV · XPI DISCI PVLI · (Douet d'Arcq, *Coll. de sceaux*, n° 6286).

856 Arles, 7 janvier 1218/9.

Hommage de Bertrand Porcellet à l'archev. Hugues.

Anno Domini M.CC.XVIII, vii. idus januarii, Bertrandus Porcelletus, filius quondam Willelmi Porcelleti, fecit hominium et juravit fidelitatem dno Hugoni Arelatensi archiepiscopo, pro affari quod habet in piscaria Sancti Genesii, et pro medietate honoris quem habet in Angulo ; quod affare Sancti Genesii et medietatem dicti honoris confessus fuit se habere et tenere in feudum a dicto dno archiepiscopo ; et si per instrumenta vel testes posset probari quod plus teneret ab ipso, pro illis de quibus posset probari fecit hominium et juravit fidelitatem eidem. Actum fuit hoc ante capellam dicti dni archiepiscopi. Testes interfuerunt Bertrandus Porcelletus, Bispius, Hugo Jaileucus, Willelmus Petri, Rostagnus de Becdejun, P. Raimundi frater ejus, Hu. de Berra, Guillelmus de Castrias, Hu. Iterius, Bertrandus Iterius, Bernardus de Nemauso, canonicus Arelatensis, Poncius de Junqueriis, Stephanus Cabrius, Willelmus Potas. Ego Aldebertus de Adavo, notarius dicti dni archiepiscopi, de mandato ipsius hec scripsi.

Archev. d'Arles, Livre noir, f° 143, expéd. du 28 juin 1253 par « Bartholomeus Romeus, publicus Camargarum notarius, mandato dni Jo. D. g. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopi, ad requisitionem Bertrandi Porcelleti,... de quodam originali instrumento bulla plumbea predicti quondam dni archiepiscopi communito... » Bonnemant, t. I, p. 5.

857 1er mars 1218/9.

Promesse d'Hugues de Baux de s'entremettre en faveur des Marseillais ... tam apud dom. cardinalem, quam apud archiepiscopum Arelatensem et episcopum Massiliensem....

Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. xlvj-ij (a. D. I. 1218, indict. vi).

858 Arles, 2 avril 1219.

Hommage par Hugues de Baux à l'archevêque Hugues pour le château et la ville de Trinquetaille.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 314. Barth., *Baux*, 191.

859 Arles, 13 avril 1219.

Hommage (sacramentum) *de* Raimundus Gaufridus, filius quondam Rostagni de Fos, *à Hugues Béroard, archevêque d'Arles.* Actum in camera dni archiepiscopi...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 315 v°.

860 Arles, 7 mai 1219.

... Ego Stephanus, abbas monasterii Podii Rotundi, consilio et assensu fratrum meorum, vendo... vobis dno Hu[goni], D. g. Arelatensi archiepiscopo, et vestris successoribus.., tertiam partem pro indiviso tasce omnium fructuum provenientium ex campo Bermundo, qui est in tenemento de Moriers, et tertiam partem pro indiviso dominii ejusdem.. ; quam quid. t. et dom. emeram a dominis de Novis.... Pretio xx. solid. Raymunden. novorum ; quod michi totum fore solutum fateor.... Actum... in palacio dni archiepiscopi, ante cappellam, in presentia Hugonis Fulconis, tunc consulis... Testes... Arnaudus, clericus dni archiepiscopi,... et B. decanus....

Voir la pièce à l'abbaye de Pierredon.

861 Salon, mai 1219.

Hommage par le vicomte Raimond de Baux, de Berre, à l'archevêque Hugues, pour le port de St-Géniès.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 333 v°. Barth., *Baux*, 192.

862 Trinquetaille, 17 juillet 1219.

Barrale, épouse d'Hugues de Baux, promet à l'archevêque d'Arles, de faire donner à l'église de St-Trophime la dîme des possessions de sa mère.

Chartrier de Salon, f° 412. Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 382 v°. Barth., *Baux*, 194.

863 Arles, 28 juillet 1219.

Échange entre l'archev. et le sacristain d'Arles.

In nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem millesimo CC°.XV°IIII, quinto kalendas augusti, dom. Hu[go], per Dei gratiam Arelatensis archiepiscopus, et Bertrandus sacrista Arelaten., cum consensu et voluntate capituli Arelatensis, convenerunt inter se in hunc modum de censis, quas dictus sacrista percipiebat nomine sacristie in quinque ecclesiis infra scriptis, quas ecclesias antecessores dicti dni archiepiscopi assignaverant de mensa sua ipsi sacristie. Convenerunt namque quod dom. archiepiscopus, et ejus successores archiepiscopi qui pro tempore fuerint, habeant et percipiant in perpetuum, nomine permutationis, xv. solidos ab ecclesia Sancti Petri de Pensulo, et quinque solidos ab ecclesia S. Vincentii : que due ecclesie sunt infra muros civitatis Arelatis ; ab ecclesia vero Sancti Ferreoli x. solidos, ab ecclesia Sancti Petri ad Toram v. solidos, ab ecclesia Sancte Cecilie de Menefrech v. solidos : que tres

ecclesie ultime sunt in Camargis. In recompensationem autem horum xl. solidorum censualium, Bertrandus sacrista et omnes ejus successores sacriste habeant et percipiant, nomine permutationis, in perpetuum, pro sacristia et nomine sacristie, dimidiam marcham argenti ab ecclesia Sancte Trinitatis Arelatensis ; quam dimidiam marcham dom. archiepiscopus percipiebat censualem ab ecclesia supra dicta Sancte Trinitatis. Actum fuit hoc in capitulo, presentibus et consentientibus Raimundo preposito, Bertrando decano, Raimundo precentore, Raimundo de Miramars, Bernardo de Nemauso, Gantelmo, Guiscardo, Petro Aillaudo, Amalrico, canonicis Arelatensibus.

Chartrier de la sacr. d'Arles, n° 4, orig., ch. partie. BONNEMANT, t. II, p. 572.

864 Arles, 7 janvier 1219/20.

Anno Dni M.CC.XVIIII°, vii. idus januarii, Bertrandetus Porcelletus, filius quondam Guillelmi Porcelleti, fecit homagium et juravit fidelitatem dno Hugoni, Arelaten. archiepiscopo, pro affari quod habet in piscaria Sancti Genesii, et pro medietate honoris quem habet in Angulo... Actum fuit hoc ante capellam dicti dni archiepiscopi. Testes interfuerunt Bertrandus Porcelleti, Bispius...

Chartrier de Salon, n° 23, orig., bull. de l'archev.

865 1220?

CARTA DE CENSIBUS ANNIS SINGULIS PERSOLVENDIS.

ECCLESIA S. Genesii de la Corona, in uno anno xxx scutellas et xvi gradaletos, in Natale Domini. In alio anno debet dare x justicias ligneas et decem ciphos.

Domus hospitalis S. Tome, pro ecclesia et pro cimiterio, pro curtibus et porto, et pro vinea que est ante domum, debet dare in festivitate S. Tome apostoli xxv. sol. Melgoriensium. Et pro loco illo ubi solebat fieri navis hospitalis, debent portare fratres unum clericum ultra mare, cum suo arnezio, sine precio, quociens faciunt navem.

Ecclesia S. Mederii, v sol., et pro synodo xii den.

Ecclesia S. Petri de Gallico, pro synodo xii den.

Sancta Maria la Capella, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Marie de Mari, xxx sol., pro synodo ii sol.

Ecclesia S. Petri de Mejanis, viii sol., et pro synodo vi den.

Ecclesia S. Ferreoli, pro synodo vi den.

Ecclesia S. Johannis de Nejano, pro synodo xii den.

Sancta Cecilia de Mesefreg, viiii den. pro synodo.

Sancta Cecilia de Romellano, pro synodo xviiii den.

Ecclesia S. Vincencii de Juncla, pro synodo xii den.

Ecclesia S. Cesarii de Juncla, pro synodo xii den.

Ecclesia S. Petri de Thora, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Sisinnii, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Romani de Mesens, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Martini de Fumeriis, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Vincencii de Canoas, pro honore viii modios frumenti, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Petri de Fabriciatio, iiii den. pro synodo.

Ecclesia S. Leodegarii, pro manso xii den., pro synodo xii den. et pro censu vi sexteria annone.

Ecclesia S. Michaelis, pro honore xii modios frumenti, pro condamina S. Stephani viiii modios inter frumentum et ordeum.

Ecclesia S. Vincencii de Albarone, pro synodo xviii den.

Ecclesia S. Crucis de burgo, xx sol.

Ecclesia S. Laurentii, xx sol.

Ecclesia S. Martini, xx sol.

Sancti Luciani, iiii sol.

S. Marie ante S. Trophimum, xl sol. et vi libras cere.

Sancti Juliani, xl sol.

Ecclesia S. Marie majoris, xxv sol.

Sancti Micahelis de Scala, v sol.

Sancti Georgii, ii sol. et dimidium.

Ecclesia S. Trinitatis, mediam marcham argenti, et medietatem pannorum, oblationum, et aliorum bonorum occasione cimiterii provenientium.

Ecclesia S. Petri de Fanabregol, xv sol.

Ecclesia S. Jacobi, xii sol.

Ecclesia S. Desiderii, iiii sol.

Ecclesia S. Honorati, unam libram incensi.

Ecclesia S. Ypoliti de Cravo, pro honore viii modios frumenti, pro synodo xii den.

Ecclesia S. Marie de Gallignano, viii modios frumenti, et unum faicem funiculi.

Ecclesia S. Salvatoris de Fossis, pro synodo xviii den.

Ecclesia S. Sulpicii de Fossis, pro synodo vi den.

Ecclesia S. Marie de Boc, unam libram cere.

Ecclesia S. Vincencii de Ugio, pro synodo iiii den.

[Ecclesia] S. Petri de Ugio, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Marie de Castro veteri, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Mitri, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Trinitatis de Tollone, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Genesii de Ponte, pro synodo vi den.

Ecclesia S. Marie de Castello novo, xxiiii eminas frumenti, et pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Marie de Rot, xii den.

Sancta Cecilia subtus Castrum novum, pro synodo vi den.

Ecclesia S. Petri de Pabia, xxiiii eminas frumenti, et v sol. pro uno porco, et pro synodo xii den.

Ecclesia S. Marie de Marinnana, vi modios frumenti, et iiii vini, et centum anguillas pontesas, et unum porcum de viii sol., et pro synodo duos solidos.

Ecclesia S. Nicholai, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Micahelis de Ginaco, tres modios frumenti, et unum vini, et quatuor eminas ordei, et iiii^{or} eminas fabarum, et pro synodo xii den.

Ecclesia S. Victoris de Cella, pro synodo iiii den.

Ecclesia S. Geraudi de Vitrola, cum appendiciis suis, xxvi sol. regalium, et pro synodo xx den.

Ecclesia S. Marie de Lioncio, v sol., et tertiam partem pannorum et oblationum que proveniunt ei occasione sepulture, et pro synodo iiii den.

Ecclesia de Rodinaco, [*grattages*] partem decime in pane et vino, et quarta pars ipsius castri est S. Trophimi.

Ecclesia S. Martini de Vellaus, pro synodo v den.

Sancta Maria de Vellaus, x sol. pro uno porco, et viii den. pro synodo, et habet in ea ecclesia de Berra unum modium frumenti et alterum ordei.

Ecclesia S. Saturnini subtus Vellaus, cum omni honore suo, est [*grattage*], et debet dare pro synodo vii den.

Ecclesia S. Marie de Cadaroz, cum appendiciis suis, xii modios frumenti et v vini, et xx sol. de duobus porcis.

Ecclesia S. Tyrsi, pro synodo IIII den.
Ecclesia S. Marie de Cornilione, pro synodo VI den.
Sancta Maria de Miramars, pro synodo VI den.
Ecclesia S. Petri de Granis, L sol. et pro synodo VI den.
Ecclesia S. Laurentii de Sallone, V modios frumenti et V vini, et XXIIII sol. pro duobus porcis, et pro synodo II sol.
Ecclesia de Alvernico, III modios frumenti, et pro synodo XII den.
Ecclesia S. Cesarii de Alvernico, X sol. et pro synodo XII den.
Ecclesia S. Marie de Valle, unum modium frumenti, et unum porcum de VI sol.
Ecclesia S. Martini de Palude majori est de manu prepositi, cum omni honore suo, cujus termini sunt isti: a camino Sallonis usque ad lapides magnos, sicut aqua pendet, usque ad terram Bertrandi Bermundi; et a rochatio quod est ultra terram Bertrandi Bermundi, usque ad peironem de Tribus malis, sicut via protenditur usque ad Terruszas; et ultra Terruszas est prope acervus lapidum, a quo movet quedam via ad regordum cominum; et a regordo comino usque ad claperium vie Stelle, et ibi est via publica que ducit usque ad stagnum de duobus emis; et a stagno de duobus emis usque ad Aurichols, et ab Aurichols usque ad thorum Valli maurs, et a thoro Valli maurs usque ad boverium Jaileni. Isti sunt termini Sancti Martini de Cravo.
Ecclesia S. Ypoliti, VIII modios frumenti, et pro synodo XII den.
Ecclesia S. Marie de Auricula, pro synodo IIII den.
Ecclesia S. Marie de Insula, unam libram cere.
Ecclesia S. Marie de Moreriis, pro synodo XII [den.]
Ecclesia S. Romani de Moreriis, pro synodo IIII den.
Ecclesia S. Martini de Lauria, pro synodo VI den.
Ecclesia S. Marie de Castilione, pro synodo VI den.
Ecclesia S. Andree de Baucio, III den.
[Ecclesia] S. Vincentii de Bautio, VI den.
Sancte Marie de Montepavone, IIII den.
Sancti Petri Inter montes, IIII den.
Sancti Victoris de Castello, IIII den.
Sancti Cesarii de Monte majore, II den., et unum facium feniculi.
Ecclesia S. Sepulcri de Clausonna, pro synodo VI den.
Sancti Michaelis de Barcianico, pro synodo XII [den.]
Ecclesia de Chones, V sol., et pro synodo IIII den.
Ecclesia S. Vincentii de Jonqueriis, VI den.
Sancti S. Micahelis de Juncheriis, VI den.
Sancti Sixti de Roca, IIII den.
Sancti Pauli de Curto saxo, VIII den.
Ecclesia S. Pasche, VII carricas olei.
S. Marie de Pomeriis et S. Nazarii, VIII den. pro synodo.
Ecclesia S. Petri de Campo publico, pro synodo XVIII den., et archiepiscopo unam marcham argenti.
Ecclesia S. Jacobi de Saliano, IIII den.
Ecclesia S. Martini de Furcis, XXV sol., et pro synodo XII den.
Sancte Marie de Adavo, pro synodo XVIII den.
Sancti Dionisii, XII den.
Sancti Genesii de Corrigia, pro synodo VI den.
Sancti Petri de Molegesio, VI den.
Sancti Andree super Mallana, VIIII den.
Sancte Marie de Mallana, IIII den.
Sancti Petri de Mallana, XX den.
Sancti Micahelis de Brianzone, III den.
Sancti Romani super Lauradam, VI den.
Sancti Vincentii de Laurada, VIIII den.
Sancti Gabrielis, VI den.
Sancti Philiphi *(sic)*, V sol.
Ecclesia Sancte Marie de Lansaxs, VIII modios frumenti et quatuor vini, et pro synodo XII den.
Abbatia S. Egidii, pro honore de Pelamonegues XII sextarios annone, et IIIIor ordei, et V libras cere.

Authentique du chap. d'Arles, f° 107 (1re pièce de la 2e part.).

866 24 septembre 1220.

Lettre du pape au cardinal légat Conrad, lui permettant d'absoudre les archevêques d'Arles et d'Aix et l'évêque d'Avignon, qui sans autorisation avaient absous les Marseillais et les Tarasconais.

Arch. Vatic. Reg. 11 (Honor. III. an. V, ep. 133), f° 26. POTTHAST, 6363. PRESSUTTI, 2719.

867 25 septembre 1220.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants, leur demandant assistance pour son légat, le cardinal Conrad.

BOUQUET, *Rec.*, t. XIX, p. 706-7. POTTHAST, 6366. PRESSUTTI, 2722.

868 13 décembre 1220.

Lettre du même aux archevêques, évêques et prélats constitués dans la province d'Arles, leur recommandant Guillaume, marquis de Montferrat, à qui l'empereur Frédéric avait confié le gouvernement du royaume d'Arles.

BOUQUET, *Rec.*, t. XIX, p. 713. POTTHAST, 6459. PRESSUTTI, 2865. BOEHMER-FICKER, V, 6421.

869 9 février 1220 1.

Hugues de Baux reconnaît avoir vendu ven. dno Hugoni Beroardo, tunc preposito ecclesie Beate Marie sedis [Massilien.], nunc per Dei gratiam archiepiscopo Arelatensi,...

Voir l'extrait à l'évêché de Marseille, n° 1162.

870 16 février 1220 1.

Le cardinal-légat Conrad, évêque de Porto et de Sainte Rufine, supprime le monastère de Saint-Gervais de Fos, dont l'abbé et les moines juri quod habebant in monasterio... renunciaverunt in manibus vener. patris Hu[gonis] Arelatensis archiepiscopi...; statuentes quod ibidem instituantur quatuor canonici regulares.... Creantes nichilominus archidiaconum in ecclesia Arelatensi, qui perpetuo dictis canonicis, eidem archidiacono subditis et obedientiam promittentibus, preesse debeat et prodesse....

Voir la pièce à l'abb. de St-Gervais de Fos. Voir encore le décret du même (19 février 1221) à l'abb. de Lamanarre, et les confirmations d'Honorius III (6 juin 1221) et Grégoire IX (27 avr. 1230).

871 25 mars 1221.

Lettre d'Honorius III à l'archevêque d'Arles, lui demandant d'envoyer à Rome des missionnaires, destinés à propager la foi chrétienne parmi les nations.

RAYNALDUS, *Ann. eccl.*, a. 1221, 47. POTTHAST, 6599. PRESSUTTI, 3[illegible].

872 3 juin 1221.

Lettre du pape Honorius III à son légat, le cardinal Conrad. Cum per quorumdam defectum et per quorumd. malitiam prælatorum status Provinciæ sit graviter perturbatus, *il défendra aux chapitres de procéder aux élections sans son conseil et son consentement.*

BOUQUET, *Rec.*, t. XIX, p. 700. POTTHAST, 6464. PRESSUTTI, 3433.

873 4 juin 1221.

Anno ab Incarn. Domini 1221, pridie nonas junii.... Eldiardis, abbatissa monasterii Sancti Cesarii, testis jurata dixit quod L. anni sunt et plus, quod ipsa vidit monasterium de quo agitur, tenere pacifice et quiete ecclesiam Sancti Cesarii, et cimiterium, cum libera sepultura illorum qui ibi sepeliebantur, ita quod nec canonici, nec alius, cepit partem aliquam in relictis, vel pannis lectorum... Interrogata si scit de consecratione cimiterii claustri, respondit se audisse dici quod tempore R. de Abolena, archiepiscopi, fuit levatum cimiterium illud, et ibi sepeliebantur. Et postea audivit dici quod P. Isnardus electus in archiepiscopum cito post electionem suam illud consecravit. Interrogata ubi sepeliebantur canonici Sancti Trophimi, ante consecrationem illius cimiterii, respondit quod audivit a dno archiepiscopo Imberto, quod avunculus ejus canonicus sepultus fuit apud Sanctum Cesarium ; et vidit ibidem sepeliri R. Aucellum canonicum et P. Gauterium canonicum... Item, dicit quod contentio erat de absolutione cimiterii inter G. de Aligno priorem S. Honorati et monasterium S. Cesarii, super absolutione cimiterii de Aliscampis, quia invicem fere usque ad alternas ecclesias mortuos absolvebant ; et ideo dns Ymbertus archiepiscopus, ex conquestione prioris S. Honorati, terminavit conquestionem, et posuit terminos, ultra quos nullus eorum absolveret.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire. Privilèges, n° 4 ; orig. parch., charte où sont les dépositions des témoins sur les droits de l'abbaye de St-Césaire au cimetière des Aliscamps, etc. L'enquête fut faite « coram R. Arelatensi preposito et coram magistro Gervasio, arbitris constitutis a dno Hugone archiepiscopo et capitulo Arelaten.... »

874 6 juin 1221.

Lettre d'Honorius III vener. fratri .. Arelatensi archiepiscopo, *confirmant le décret du cardinal-légat au sujet de l'abbaye de Saint-Gervais de Fos et de l'archidiaconé (n° 870).*

Arch. Vat. Reg. Honor. III. an. v. ep. 7[illegible], f° 144. PRESSUTTI, 3440. Ibid. Cette lettre fut confirmée par Grégoire IX le [illegible] avril [illegible].

875 St Marcel, 26 ; St Victor, 27 novembre 1221.

Contrat passé entre le prévôt de l'église de Marseille et Raimond Béroard, de Saint-Marcel, pour la construction de moulins en commun. Acta apud S. Marcellum, in domo dicti Bert. Beroardi *(père de Raimond)*, presente dno Hugone Arelaten. archiepiscopo. Testes rogati : Ber. sacrista Arelat. *Les mêmes furent présents le lendemain à la confirmation par la belle-mère et la femme de Raimond.*

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 1163.

876 Arles, 30 décembre 1221.

Suppression du doyenné et établissement de l'archidiaconat par Hugues Béroard, arch. d'Arles.

In nomine Domini, anno Incarn. ejusdem millesimo CC°XXI°, III. kal. januarii. Quia hominum labilis est memoria, idcirco rerum gestarum series scriptorum tenore munitur, ne lapsu temporis, ea que rite facta sunt, postmodum valeant in dubium revocari. Nos igitur *Hu[go]*, Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus*, ad decorem domus Domini, volentes pro modulo inbecillitatis nostre plantanda plantare et irriganda irrigare ; videntes et diligenter attendentes, quod nobiliora membra ecclesie Arelaten., videlicet prepositura, sacristia, archipresbiteratus, precentoria, non poterant libere sua officia exercere, cum prepositus redditus minus sufficientes mense haberet, sacrista vero fere nullos, archipresbiter vero nullos, precentor modicos. De consilio, voluntate, consensu, et assensu expressis, tam omnium quam singulorum canonicorum Arelaten. infra scriptorum, videlicet Raimundi prepositi, Amici archidiaconi, Bertrandi sacriste, Guiscardi archipresbiteri, Petri precentoris, Hugonis infirmarii, Alfanti vestiarii, Raimundi prioris de Berra, Bermundi de Vellaus, prioris de Marignana, Pontii prioris de Vellaus, Hugonis Danc, prioris de Alvernico, Bertrandi prioris de Giniaco, Gantelmi prioris de Galignano, Petri de Sancto Jacobo, prioris Sancti Michaelis de Capa, Raimundi Bonaudi, prioris Sancte Marie Majoris, Pontii Fabri, Amelii, Guillelmi de Sancto Cannato ; statuimus quod de cetero prepositus habeat et teneat ad manum suam ecclesias Sancti Martini de Palude majori, et Sancti Ypoliti de Cravo, cum omnibus juribus, pertinentiis, et appenditiis suis ; et census, et censas, et cetera que infra civitatem et extra prepositus percipere consuevit, in perpetuum possidenda, ipsi prepositure dictas ecclesias in perpetuum nichilominus annectentes. Ne pro defectu reddituum, mensam canonicorum oporteat indigentia laborare ; et ne communitas debitorum, quod absit, honere aggravetur. Et hiis que prepositure superius sunt annexa, prepositure dignitas sit contenta. Statuimus etiam quod sacristia habeat et percipiat redditus quos percipere consuevit, eidem. . . omnibus juribus, pertinentiis, et appenditiis suis in perpetuum annectentes. Archipresbiteratui vero, qui nullos habet redditus, annectimus. . . cum omnibus juribus, pertinentiis, et appenditiis suis. Precentor vero habeat et teneat redditus quos percipere consuevit ; eidem precentorie ecclesias Sancti Laurentii et Sancti Andree de Burgo, cum omnibus juribus, pertinentiis et appenditiis suis in perpetuum annectentes. Et istis que predictis dignitatibus sunt annexa, sint ipse dignitates contente. Adicimus etiam quod dicte ecclesie dictis dignitatibus annexe censas solitas solvant prepositure.

Volumus etiam et mandamus, quod propter annexionem nostram illis qui in presenti dictas ecclesias possident dictis dignitatibus annexas, nullum inferatur prejuditium vel gravamen. Sed cum dictas ecclesias de jure vacare contigerit, sive quia rectores ipsarum ecclesiarum intrent religionem, sive alio modo, ad predictas dignitates quas de ipsis ecclesiis investimus, libere et absque contradictione qualibet devolvantur... Ad hec, quia confusio mater est discordie, nos futuris casibus caute occurrere cupientes, volentes nichilominus ipsam confusionem et discordiam que de facili oriri posset inter archidiaconatum de novo creatum, et decaniam, prout Dominus dederit, ab Arelatensi ecclesia penitus extirpare, de consilio, voluntate, consensu et assensu expressis universorum et singulorum canonicorum suprascriptorum, statuimus et in perpetuum firmamus, ne de cetero in Arelaten. ecclesia nominetur vel instituetur decanus, eandem decaniam et nomen decanie, penitus extinguentes, et transferentes in archidiaconatum omnem jurisdictionem quam decanus infra civitatem Arelaten. consuevit habere; eidem archidiaconatui stallum in choro, et locum et vocem in capitulo, et locum in refectorio, et dupplicem rationem, et cetera jura que decanus consuevit habere, in perpetuum assignamus. Verum, cum olim decania de bonis archiepiscopalis mense fuerit dotata, et per diligentem curam et sollicitudinem nostram, multis laboribus et expensis, dignitas archidiaconatus de novo in Arelaten. ecclesia sit creata, statuimus cum consilio, voluntate, consensu et assensu expressis universorum et singulorum canonicorum suprascriptorum, quod omnes possessiones et omnia jura que decanus quondam habebat in Argentia, ad mensam archiepiscopalem libere et in perpetuum devolvantur. Sex sextarios vero frumenti quos prepositus consueverat dare decano, mense canonicorum perpetuo deputamus, prepositum ipsum et preposituram Arelaten. a dupplici ratione quam decanus consuevit percipere, penitus absolventes. Per hec autem que de decano, vel de decania extincta, et de archidiacono et archidiaconatu, supra ordinavimus, nolumus quod in aliquo, decano qui modo preest, fiat prejuditium vel gravamen. Sane cum archidiaconatum, et personam archidiaconi, speciali diligamus in Domino caritate, presenti archidiacono, et per ipsum omnibus successoribus suis, concedimus, ut tam infra civitatem quam extra, in absentia nostra, jurisdictionem a nobis et a successoribus nostris habeant delegatam, in audiendis, examinandis, et decidendis causis tam clericorum quam laicorum, extra civitatem Arelaten. in tota dyocesi nostra existentium, et etiam clericorum in dicta civitate nunc et in futuro commorantium. Et eidem archidiacono, et per ipsum omnibus successoribus suis in perpetuum, concedimus omnia jura que de jure noscuntur ad officium archidiaconi pertinere. Concedimus etiam per nos et per omnes successores nostros, Arelaten. capitulo in perpetuum, quod quandocunque in Arelaten. ecclesia, archidiaconatum vacare contigerit, nullus nisi canonicus regularis, et de capitulo Arelaten., ad archidiaconatus officium assumatur. Statuentes nichilominus, cum consilio, voluntate, consensu et assensu expressis universorum et singulorum canonicorum suprascriptorum, quod nos et successores nostri, tam archidiaconatum quam ceteras dignitates, seu personatus, ydonee persone de capitulo conferamus, requisitis videlicet prius consilio et voluntate Arelaten. capituli; excepta dignitate prepositure, que per electionem trium canonicorum fit, de quibus unum ponit archiepiscopus, reliquum dignitates, et capitulum tercium. Statuimus etiam, ut cum aliqua dictarum dignitatum vacare contigerit, omnia bona, mobilia et inmobilia, et se moventia, futuris successoribus in integrum, et sine diminutione qualibet, reserventur. Preterea statuimus, ut cum aliqua ecclesiarum ad collationem capituli spectantium, vaccare contigerit, infra spatium xx. dierum persone ydonee conferatur; nisi justa causa prestaret impedimentum. Ut autem omnia supra dicta et singula, inmobili firmamento subnixa permaneant, nos Hu[go] Dei gratia Arelaten. archiepiscopus, R. prepositus, et nominatim nos omnes canonici Arelaten. suprascripti..., damus in mandatis tibi, venerabili in Xpisto fratri Amico archidiacono Arelaten., ut in animas omnium et singulorum jurare debeas, quod omnia supradicta et singula rata habeamus in perpetuum, atque firma. Promittentes quod contra ea nullo unquam tempore, dictis vel factis, per nos vel per aliquas personas interpositas, jure, vel modo aliquo, veniamus. Addentes quod nullus de canonicis levetur in chorum, nec vocem habeat in capitulo, nisi primo juraverit omnia supradicta, et singula firma tenere et in perpetuum observare. Ad hec, ego Amicus, archidiaconus Arelaten. predictus, de mandato, voluntate, consensu et assensu expressis ven. patris Hu. Dei gratia Arelaten. archiepiscopi, R. prepositi, et omnium canonicorum et singulorum suprascriptorum, in animas ipsorum et meam, tactis sacrosanctis evangeliis, juro quod ipsi et eorum successores in perpetuum, rata et firma habebunt, et in perpetuum observabunt, omnia ea et singula que ven. in Xpisto pater Hu. Dei gratia Arelaten. archiepiscopus, statuit et ordinavit, sive de ecclesiis prepositure, sacristie, archipresbiteratui, precentorie, ut dictum est, annexis, sive de decania extincta, sive de jurisdictione et aliis archidiaconatui concessis, sive de possessionibus quondam ad decaniam pertinentibus, ad mensam archiepiscopalem devolutis, sive de ceteris omnibus supradictis, contra ea nullo unquam tempore venientes. Sic Deus et hec sacrosancta evangelia ipsos et me adjuvent.... Acta fuerunt hec omnia apud Arelatem, in camera ipsius dni archiepiscopi... Ego Aldebertus de Adavo, notarius dicti dni archiepiscopi, omnibus supradictis presens interfui...

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier des paroisses et du prévôt d'Arles, n° 237, orig.

877 30 décembre 1221.

Echange entre l'archevêque Hugues Béroard et le sacristain de la cathédrale, consensu... R. prepositi, A. archidyaconi *et des chanoines.*

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 152-7.

878 12 janvier 1221-2.

Echange d'églises entre le chapitre et l'archevêque d'Arles, qui lui donne N.-D. la Major et St-Michel de Scala. ... Amico archidiacono.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 180.

879 24 janvier 1221/2.

Achat de partie du Bois-Comtal par l'archevêque Hugues Béroard... Testes : A. archidiaconus Arelaten.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 90 v°, 96, 102.

880 Montmajour, 29 janvier 1221/2.

... A., archidiaconus Arelatensis, *donne au monastère de Montmajour l'église de St-Marcellin au diocèse d'Apt.* Et nos Hu., D. g. Arelaten. archiepiscopus,... donatiotionem approbamus. ... Acta... presente... R. preposito et B. sacrista Arelat....

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 312.

881 13 mars 1221/2.

Nouvel achat par l'archevêque Hugues à Bois-Comtal... Testes : A. archidiaconus Arelatensis.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 98.

882 11 avril 1222.

Transaction entre Hugues, archevêque d'Arles, et Cécile, abbesse de Molégès, au sujet des biens de Sacristane.

Anno ab Incarn. Domini M.CC.XXII, III ydus aprilis... Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod lis et controversia erat inter dom. *Hu. Arelaten. archiepiscopum*, ex una parte, et inter dnam Ceciliam, abbatissam monasterii Molagesii, nomine et occasione dne Sacristane, ex alia. Que quidem controversia talis erat. Petebat siquidem dns archiepiscopus quicquid juris dna Sacristana habebat, vel habere debebat, in civitate et in burgo Arelaten., intus et extra, et in tenemento eorundem, citra Rodanum. Dicebat enim eandem Sacristanam totum illud dno Michaeli quondam Arelaten. archiepiscopo, et per eam suis successoribus, donacione inter vivos perfecta et irrevocabili, donasse, retento sibi ususfructu, quemadmodum continebatur in quibusdam cartis, sigillis utrorumque, videlicet dni Michaelis et dne Sacristane, munitis. Ex adverso vero dicebatur, quod non obstantibus illis instrumentis, sive cartis, poterat illa donacio in solidum revocari, cum donacionem illam dicta dna Sacristana a se factam esse penitus inficiaretur; et dicebat cartas illas quas dictus dns Hu. contra eam producebat, non valere, cum ipsa intendisset testamentum fecisse, non donationem inter vivos. Unde quicquid in eo testamento factum esset, per eandem poterat retractari. Cumque fuisset diucius disceptatum, tandem super predicta controversia compromiserunt stare mandatis Amici Arelaten. archidyaconi et Rostagni de Becdejun, sub pena L. marcharum argenti ad invicem stipulata et promissa. Auditis itaque questionibus hinc inde propositis, allegacionibus, confessionibus, quas inter se faciebant, et eorum instrumentis diligenter inspectis, ita inter eos amicabili composicione composuerunt, et sub predicta pena, et sacramento ab utraque parte prestito.... Statuentes, quod sepedictus dns archiepiscopus habeat pleno jure possessionis et proprietatis, nomine transaccionis, partem illam insule Sacristane, videl. medietatem in solidum, quam dicta Sacristana habebat, et quicquid juris vel racionis in dicta insula, et in ejus pertinenciis, sepedicta Sacristana unquam habuit, vel habet, vel visa est habere, contra quamlibet personam, scilicet in terra, herbis, lignis, cyrogrillis, et omnibus aliis. Hoc retento, quod in dicta insula, piscatores marium, qui pro dicta abbatissa et dicto monasterio, in maribus ad eandem abbatissam et ad idem monasterium pertinentibus, piscabuntur, omne obedimentum habeant, quod usque in hodiernum diem habuerunt. Videlicet, quod possint de lignis ipsius insule cabannas facere, et tantum de lignis colligere quod sufficiat ad cremandum in ipsis cabannis; et quod sua recia ibidem valeant desiccare. Statuerunt etiam quod sepedictus archiepiscopus redimat sepedictam insulam de mille et septingentis sol. Raymundensium novorum, pro quibus est obligata. Preterea statuerunt quod idem archiepiscopus habeat pleno jure possessionis et proprietatis, quartam partem ville Nejani, in solidum, cum omnibus pertinentiis, et augmentis, et incrementis, que ad ipsam quartam partem pertinent vel pertinere possunt, intus et extra, et in ejus tenemento; et quicquid juris vel racionis in dicta villa, et in ejus tenemento, unquam habuit sepedicta Sacristana, vel habet, vel visa est habere, contra quamlibet personam. Et insuper, omnem accionem realem vel personalem, seu myxtam, eidem Sacristane, sive abbatisse, et dicto monasterio, competentem, vel competituram, occasione dicte ville Nejani contra quamlibet personam, sepedicto archiepiscopo cesserunt; et eundem archiepiscopum procuratorem sicut in rem suam constituerunt, ad hec omnia prosequenda et deffendenda. Ita tamen quod dictus archiepiscopus redimat dictam partem Nejani de duobus milibus sol. Raymunden. novorum, pro quibus est obligata. Statuerunt etiam quod si dictus dns archiepiscopus aliquam quartam vel aliquas, seu instrumenta aliqua, ad aliquod predictorum pertinentes seu pertinentia haberet, quod illas cartas, vel illa instrumenta, eidem abbatisse, vel ejus monasterio, restituere teneatur, et quod de cetero nullius sit vel sint firmitatis, nec possint dicto archiepiscopo nec suis successoribus prodesse in posterum, nec dicte abbatisse, nec eis que in dicto monasterio pro tempore fuerint, obesse. — Preterea statuerunt quod sepedictus archiepiscopus de omnibus supradictis sit contentus; ita quod nichil amplius de cetero in ceteris possit petere a predicta abbatissa, vel ab eis que in dicto monasterio pro tempore fuerint; et quod faciat bonum finem de omnibus illis que nomine et occasione sepedicte dne Sacristane petebat, et generaliter de omnibus que ab eadem petere posset. Preterea dicti Amicus et Rostagnus de Becdejun retinuerunt potestatem et auctoritatem, si qua dubitatio vel questio super premissis oriretur, de quibus ad invicem possent conqueri.... Actum fuit hoc ante capellam dicti dni archiepiscopi, presentibus dno Avinionen. episcopo et dno episcopo Tholon., R. preposito Arelaten., B. sacrista, Guis. archipresbitero, P. precentore, Ros. Berengario, priore Sancti Laurentii, Hu. Audemerio, infirmario, R. Bonaudi, R. de Miromari, P. de Sancto Jacobo, G. de Sancto Boneto, Pon. de Juncqueriis, Stephano Avinionen., Alexandro, Guillelmo de Avinione, G. de Barri, B. Boquerii et multis aliis.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 142.

883 Arles, 28-9 avril 1222.

...Ego Guillelmus de Moreriis et nos Petrus de Moreriis et Hugo de Moreriis, filii predicti Guillelmi,... donamus Deo et b. Marie et s. Trophimo et vobis dno Hu. D. g. Arelaten. archiepiscopo... segnoriam insolidum et xii den. censuales, quos habemus... in Resurrectione Dni in cursorio de Crau Longueta et unum agnum censualem... in cursorio quondam Chatberti Gervasii : que quidem cursoria sunt in tenemento de Moreriis... Actum fuit hoc ante capellam d. archiepiscopi, T. de Strata Arelat. potestate existente....

Le lendemain, les mêmes désemparent et donnent pasquerium *qu'ils s'étaient retenu et reconnaissent avoir reçu un bœuf.* Act. *ibid.*; ... testes Raimundus prepositus, Ber. sacrista, Petrus Allaudus precentor,...

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 160. BONNEMANT, t. I, p. 11.

884 Montpellier, 9 juin 1222.

Absolution de l'archevêque par le cardinal Conrad.

C[ONRADUS], miseratione divina Portuen. et Sancte Ruffine episcopus, apostolice sedis legatus, universis Xpisti fidelibus ad quos littere iste pervenerint, salutem in Xpisto Jhesu. Constitutus in presentia nostra venerabilis pater Hu[go] Arelaten. archiepiscopus, nobis humiliter supplicavit, quatinus, cum ipsum sua remordeat conscientia, quod in canonem late sententie inciderit, pro eo quod quosdam monachos Sancti Egydii, qui propria temeritate canonicos ecclesie Sancti Gervasii de Fos, de ipsa ecclesia violenter expulerant, cepit et captos detinuit; qui etiam monachi a quibusdam sociis ipsius archiepiscopi verberati fuerunt ; eidem dignaremur absolucionis beneficium impertiri. Nos vero intelligentes intentionem et devocionem ipsius fuisse bonam, presertim cum, sicut ab ipso audivimus, post captionem predictam humiliter a celebratione abstinuerit divinorum ; eundem secundum formam Ecclesie absolvimus, ipsumque vobis remittimus absolutum. Concedentes eidem ut auctoritate nostra possit absolvere illos qui cum eo eidem facto interfuerunt. Datum apud Montempessulanum, v. ydus junii.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 359 v°.

885 13 juin 1222.

Confirmation de la prébende de l'archidiacre.

VENERABILI in Xpisto patri ·· Dei gratia Arelaten. archiepiscopo, C. divina miseracione Portuen. et Sancte Rufine episcopus, apostolice sedis legatus, salutem in Xpisto Jhesu. Ea sunt in nostris officiis graciora que solius liberalitatis officio inpendimus, ad que juris cogentia non tenemur. Veruntamen, ex regulari professione, ad caritatis appensum nos et vos pre ceteris obligamur, si « mensuram confertam et coagitatam » recipere debeamus. Sane, cum officiose pietatis instinctu, *obtentu nichilominus meritorum suorum, promoverimus dilectum nostrum A. in archidiaconum Arelaten.*, assignantes ei ecclesiam Sancti Gervasii de Fos, et villam Sancti Mittrii, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et medietatem decimarum pontis Sancti Genesii, et decimas de Corinthi, et cetera ad jus et proprietatem ecclesie Sancti Gervasii pertinentia, sita in vestra dyocesi ; volentes et vobis et ei, utilitate et honore hinc inde pensatis, consulere honestius, et efficatius providere, predicta omnia, que eidem archidiacono, et per ipsum archidiaconatui, assignaveramus, vobis in perpetuum assignamus. Precipientes sub pena excommunicationis, ne quis huic nostre assignacioni audeat contraire. Verum, vestre ducti fiducia devocionis, in reconpensationem predictorum que vobis curavimus assignare, nos eidem archidiacono dedimus exequutores, dilectos nostros B. sacristam, G. archipresbiterum, P. precentorem Arelaten., qui de bonis ad mensam archiepiscopalem pertinentibus, sepedicto archidiacono, secundum quod decet archidiaconum, auctoritate nostra debeant providere. Datum apud Montempessulanum, ydus junii.

886 15 juin 1222.

Confirmation de l'échange entre l'archev. et le sacr.

VENERABILI in Xpisto patri ·· Dei gratia Arelatensi archiepiscopo, C[onradus] miseratione divina Portuensis et Sancte Ruffine episcopus, apostolice sedis legatus, salutem in Christo Jhesu. Supplicastis nobis quatenus permutationem factam inter vos et Bertrandum sacristam Arelatensem cum consensu et voluntate capituli Arelatensis, super censa XL. solidorum, et dimidie marche argenti, sicut in instrumento inde confecto per alfabetum diviso plenius continetur, dignaremur misericorditer confirmare : ea propter, venerabilis in Xpisto pater, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, predictam permutationem, prout provide et juste facta est, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem ipsius instrumenti super dicta permutatione confecti de verbo ad verbum presentibus duximus inserendum, cujus tenor talis est : *(n° 863)*... Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire ; si quis autem contra hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et nostram se noverit incursurum. Datum apud Montempessulanum, XVII kalendas julii.

Chartrier de la sacr. d'Arles, n° 5, orig. parch. BONNEMANT, t. II, p. 572.

887 Arles, 30 juin 1222.

Engagement du château de Miramas au podestat d'Arles, pour 30.000 sous Raimondins, par l'abbé de Montmajour, qui s'engage à faire confirmer l'acte par l'évêque de Cavaillon et l'archevêque d'Arles (16 juin). Celui-ci (Hugo) *donna son consentement, dans son palais, après s'être assuré des besoins du monastère.*

CHANTELOU, *Hist. de Montmajour*, p. 269-74.

888 Arles, 15 août 1222.

Donation par l'archidiacre d'Arles à l'archevêque de tout ce qu'il possède dans l'église de St-Gervais de Fos, à St-Mitre, à St-Géniès.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 324. BLANCARD, *Iconogr. des sceaux et bulles*, p. 129-30, sceau de l'archid.



889 St Paul à Arles, 15 août 1222.



...In festo Assumptionis B. M. ... *Transaction entre l'archevêque Hugues, et le prévôt Bertrand et les chanoines de St-Paul du Mausolée.* Acta fuerunt hec apud S. Paulum, in capitulo...! Testes fuerunt Amicus, archidyaconus Arelatensis....

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 118. Blancard, *Iconogr.*, p. 124-5, bulle de plomb sur corde de chanvre (Liber aureus, n° 333).

890 Arles, 17 août 1222.

Accord entre Hugues Béroard, archevêque d'Arles, et Amic son archidiacre.

In nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem M.CC. XXII, xvi. kal. septembris. Notum sit presentibus et futuris, quod ego A. archidiaconus Arelaten., de consilio, consensu et assensu expressis R. prioris ecclesie Sancti Gervasii de Fos, et Petri de Amplagarda, canonici ejusdem ecclesie, mea mera et spontanea voluntate, non coactus, non deceptus, ex certa scientia, non errans in jure vel in facto; per me et per omnes meos successores, qui pro tempore in archidiaconatu Arelaten. promoti fuerint, cedo, guirpio, denuncio, et in perpetuum desamparo, vobis dno Hugoni, Arelaten. archiepiscopo, et per vos successoribus vestris, omnia jura, quecunque habebam, seu habere visus eram in ecclesia Sancti Gervasii de Fos, et in villa Sancti Mittrii, cum omnibus juribus et pertinentiis suis; et in medietate decimarum pontis Sancti Genesii, et decimis de Corinthi, et in omnibus aliis ad jus et proprietatem ecclesie Sancti Gervasii pertinentibus, in dyocesi Arelaten. sitis; ex assignacione, seu collatione venerabilis patris et dni C. Dei gratia Portuen. et Sancte Rufine episcopi, apostolice sedis legati, michi et per me successoribus meis competentia; sicut in litteris ipsius dni Cardinalis plenius continetur. Quarum tenor talis est : *(voir n° 885)*. — Que siquidem omnia per dnm papam Honorium III, michi, et per me successoribus meis, extiterunt confirmata. Cujus confirmacionis tenor talis est : *(voir n°s 870 et 874)*. — Quibus scilicet assignacioni et confirmacioni, sponte, et ex certa scientia, per me et per omnes successores meos, penitus renuncians, promitto per stipulationem, tactis sacro sanctis euvangeliis, quod nullo unquam tempore, dictis vel factis, per me vel per aliquam personam interpositam, contra predicta veniam, vel aliquid de predictis. — Et nos Hu[go] Dei gratia Arelaten. archiepiscopus per nos, et per omnes successores nostros, renunciationem, cessionem, seu desamparationem predictam, quam tu, fili archidiacone, per te et per successores tuos, recipimus; collacionem, seu assignacionem, cum honere suo, sive in provisione canonicorum, sine in debitis solvendis, seu in omnibus aliis, quam nobis, et per nos successoribus nostris, dns C. Portuen. et Sancte Rufine episcopus, apostolice sedis legatus, fecit de ecclesia Sancti Gervasii de Fos, et omnibus aliis ad jus et proprietatem ecclesie Sancti Gervasii pertinentibus, in nostra dyocesi sitis, sicut in litteris ipsius dni Cardinalis continetur, ratam habemus et firmam. Promittentes bona fide, per nos et per omnes successores nostros, quod contra assignacionem seu provisionem quam tibi A. archidiacono, et pro te successoribus tuis, dilecti nostri B. sacrista, G. archipresbiter, P. precentor Arelaten., de ecclesia Sancti Juliani, sita infra civitatem Arelaten., et de quinquaginta sestariis ordei, de bonis ad mensam archiepiscopalem pertinentibus annuatim percipiendis, auctoritate et mandato dicti dni fecerunt, nullo unquam tempore, dictis vel factis, per nos vel per aliquam personam interpositam, veniemus. Et ad majorem firmitatem, G. de Sancto Cannato, canonicum Arelaten., hec omnia in animam nostram jurare fecimus. — Ad hec nos, R. prepositus et capitulum Arelaten., predicta, universa et singula, rata habemus et firma; et ad majorem firmitatem, hanc cartam bulle nostre munimine precipimus roborari. Acta fuerunt hec apud Arelatem, in palatio dni archiepiscopi, super portam Sancti Stephani; presentibus et expresse consencientibus R. preposito, B. sacrista, G. archipresbitero, P. precentore, Hugone infirmario, R. priore de Medianis, R. Bonaudo, priore Sancte Marie Majoris, Pontio priore de Vellaus, Bermundo priore de Marignana, Bert. priore de Ginnaco, Gantelmo priore de Gallignano, Alfanto priore de Castronovo, Petro de Sancto Yacobo, priore Sancti Michaelis de Cappa, R. Mercurio, priore Sancti Mittrii, et Amelio, canonicis Arelaten., R. priore Sancti Gervasii, et Petro de Amplagarda, ejusdem ecclesie canonico. Ego Aldebertus de Adavo, notarius dicti dni archiepiscopi, presens interfui, et mandato ejusdem dni archiepiscopi, archidiaconi, et capituli predictorum, hec omnia scripsi.

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier de Salon, n° 314, bulle de l'archevêque. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 349 v°.

891 St Paul trois Châteaux, 12 septembre 1222.

Sentence arbitrale rendue par Hugues, archevêque d'Arles, entre Geofroi, évêque de St-Paul-Trois-Châteaux, et les citoyens (universitatem) *de sa ville épiscopale,* assistentibus nobis vener. fratr. nostris W. Avinion. et R. Vasion. episcopis... Acta... in ecclesia S. Pauli Tricastrin... Testes Amicus Arelat. archidiaconus, Bert. sacrista ejusd. ecclesie... Aldebertus de Adavo, notarius dicti

dni archiepiscopi,... bullam suam apposui et de mandato dni R. prepositi et capituli Arelat... bulla capit. Arelat. sigillavi.

FILLET, dans *Bull. histor.-philol. com. trav.* (1891), p. 336-8.

892 25 septembre 1222.

Hommage à l'archevêque Hugues par Guillaume Armand et Pons de Mondragon, presente dno W. Avinionensi episcopo, A. archidiacono Arelatensi,...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 336 v°.

893 19 octobre 1222.

Différend entre Pons, abbé de St-Gilles, et les Hospitaliers de St-Jean de Jérusalem. Ad hec nos, Hugo Dei gratia Arelatensis archiepiscopus, B. Cavellicensis episcopus, B. sacrista Nemausen., *commissaires apostoliques, sentence arbitrale.* Testes : Amicus, archidiaconus Arelatensis.

Arch. des B.-du-Rh. Ordre de Malte, liasse 103.

894 20 octobre 1222.

Lettre du cardinal Conrad au sujet de l'abbé de Fos.

VENERABILI in Xpisto patri .. Dei gratia Arelaten. archiepiscopo, C. miseracione divina Portuen. et Sancte Ruffine episcopus, apostolice sedis legatus, salutem in Dno. Ad aures nostras noveritis pervenisse quod abbas quondam monasterii Sancti Gervasii de Fos, contra ordinacionem nostram, et confirmacionem venerabilis patris nostri Honorii, summi pontificis, morari in menbris ipsius monasterii non veretur. Hinc est quod cum censuram ecclesiasticam contempnere dinoscatur, paternitati vestre, auctoritate legacionis qua fungimur, districte precipiendo mandamus, quatinus contra ipsum abbatem, monicione premissa, cum expedire videritis, seculare brachium invocetis ; ipsumque captum nobis reservantes, donec aliud mandatum a nobis receperitis ; ut pena docente, discat quam grave sit ordinacioni sui superioris, vel judicio, contraire. Datum Ruttenis, XIII. kal. novembris.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 359.

895 11 janvier 1222/3.

Achat par Hugues, archevêque d'Arles, à Bois-Comtal. Testes : Amicus archidiaconus Arelatensis.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 108 v°.

896 Arles, 16 janvier, 13-4 mars 1222/3.

...Dno Frederico D. g. Romanorum imperatore regnante, dno Taurello de Strata potestate Arelat. existente, ego Bertranda, uxor Bertrandi Porcelleti, dicto viro meo... consentiente, et ego Petrus de Lambisco..., donamus... vobis dno Hugoni, D. g. Arelaten. archiepiscopo... et domui archiepiscopali, omnia jura, *etc.* que habemus... in tota insula Sacristana..., pro remedio animarum nostrarum et anime dni Ugonis Sacristani, *etc.* Testes : Amicus archidyaconus Arelatensis.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 136. Livre vert, f° 106. BONNEMANT, t. I, p. 12.

897 Fos, 17 mars 1222/3.

Cession à l'archev. Hugues Béroard, par Sibieude, femme de Raimond Geofroi, marquis de Fos, de ses droits dans l'île Sacristane. Actum apud castrum de Fos, in ecclesia S. Salvatoris ; testes : magister Raymundus prior S. Gervasii de Fos, Ugo Berengarius, canonicus ecclesie S. Gervasii.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 143.

898 4 avril 1223.

L'archevêque Hugues fait faire une copie de charte. Testes : dom. Amicus archidyaconus Arelatensis.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 140.

899 14 mai 1223.

Lettre du pape Honorius III [archi]episcopo Arelatensi, *lui mandant de promulguer dans sa province l'indulgence accordée aux croisés qui se rendraient en Grèce avec Guillaume marquis de Montferrat.*

HOROY, *Bibl. patrist.*, t. IV, c. 351. PRESSUTTI, 4360.

900 23 mai 1223.

Lettre de l'empereur Frédéric II à l'archevêque d'Arles et à l'évêque de Cavaillon, leur mandant d'obtenir de Guillaume de Sabran, comte de Forcalquier, l'observation de ses conventions avec les moines de Montmajour.

CHANTELOU, *Hist. de Montmajour*, ms. d'Arles, f° 266 ; éd., p. 315. HUILLARD-BRÉHOLLES, *Hist. diplom. Frider. II*, t. II, p. 373. BOEHMER-FICKER, V, 1495.

901 Arles, 13 juin 1223.

Pension accordée par Hugues Béroard, archevêque d'Arles, à Geofroi, ancien abbé de St-Gervais.

ANNO ab Incarnatione Domini M.CC.XXIII, ydus junii, imperante dno Fr. Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto. Nos *Hu*[*go*] Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus*, mera liberalitate nostra, et spontanea voluntate, promittimus nos daturos tibi Gaufrido, quondam abbati monasterii Sancti Gervasii, CCC. sol. Raymunden. novorum, singulis annis, in festo Sancti Michaelis, quamdiu monachus simplex extiteris. Veruntamen si tibi abbatem esse contigerit, vel ecclesiam vel prioratum, extra monasterium, non claustralem, habueris, a predicta promissione, et prestacione CCC. sol. supradictorum volumus esse liberi et inmunes. Ita videlicet, quod accepta a te abbatia vel prioratu, deinceps ex predicta promissione, vel ex alia causa, predictos CCC. sol. tibi dare non teneamur. Et nos supradicta servare, attendere et complere promittimus per stipulacionem, et sub obligacione omnium bonorum domus nostre archiepiscopalis. Et ego Amicus Arelaten. archidyaconus, mera liberalitate mea, sub forma et paccionibus, et retentionibus supradictis, tibi Gaufrido quondam abbati Sancti Gervasii, singulis annis, in festo Sancti Michaelis, C. sol. Raymunden. me daturum promitto, quamdiu Arelaten. archidiaconus extitero. Et ego Bertrandus Porcelletus major, mandato et precibus dni archiepiscopi et archidyaconi predictorum, pro supradictis CCC. ut dictum est,

singulis annis, dandis et solvendis in festo Sancti Michaelis, tibi predicto Gaufrido fidejussorem me obligo et constituo, renuncians quadrimestribus induciis, et statutis pacis, et nove constitucioni, et xx^ti dierum dilationi. Et nos Gasta et Ugo de Sancto Mauritio, fratres, profitemur, et in veritate recognoscimus vobis dno Hu. Dei gratia Arelaten. archiepiscopo, nos vobis jurasse super sancta Dei euvangelia, in carta cessionis et desamparacionis quam vobis fecit Gaufridus quondam abbas Sancti Gervasii, nos facturos et curaturos, pro omni posse nostro, quod dictus Gaufridus contra dictam cessionem et desamparacionem non veniat. Et si forte ipsum Gaufridum contra illam cessionem venire contigerit, promisimus vobis, in virtute prestiti juramenti, et adhuc promittimus, quod nos vobiscum erimus adjutores et defensores contra ipsum Gaufridum. Et insuper promittimus vobis dno Hu. Dei gratia Arelaten. archiepiscopo, presenti et interroganti, sub obligatione omnium bonorum nostrorum, nos restituturos vobis et Amico archidiacono, quicquid predictus Gaufridus a vobis habuerit ex promissione supradicta cccc. sol. annalium, si ipsum Gaufridum contra predictam cessionem venire contigerit. Et inde nos vobis fidejussores obligamus et constituimus, quisque in solidum. Renunciantes epistole divi Adriani, et quadrimestribus induciis, et omni alii juri nobis competenti. Actum fuit hoc super portam Sancti Stephani, T. de Strata Arelaten. potestate existente. Hujus rei sunt testes, R. prepositus, B. sacrista, P. precentor, Hu. infirmarius, Ugo Dancus, R. de Miromari, et R. Bertrandus, canonici Arelaten. ; Pontius de Juncqueriis, Audebertus de Adavo, Raymundus de Aurcillaco, Andreas Gondolenus, Guillelmus Raynaudus, Bernardus Ferreolus. Et ego Petrus Nicholaus, Arelaten. notarius, omnibus supradictis testis interfui et hanc cartam scripsi.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 357.

902 Arles, 28 juin 1223.

...Regnante dno F. Romanorum imperatore et dno T. de Strata potestate Arelat. existente, ego Berengarius de Moreriis... vendo ... vobis dno Hu. D. g. Arelaten. archiepiscopo... tertiam partem .. cursorii et terre, que sunt in Cravo.. et.. vocantur Cambus Bremundus, et junguntur ab oriente cursorio nostro de Tresm..., via in medio, ab occidente cursorio de Crave Longueta, v. in m., et a vento paluis Sancti Martini, v. in m., et a circio montagne de Vacqueriis, acceptis a vobis nomine precii cccc. sol. Raimunden. novorum, de quibus... satisfactum esse profiteor... ; et inde dono vobis fidejussorem Bertrandum Porcelleti majorem... Actum... super portam S. Stephani ;... testes Ber. sacrista,...

Archev. d'Arles, Livre noir, f° 164. Bonnemant, t. I, p. 26.

903 7 février 1224.

Lettre du pape archiepiscopo Arelaten. et suffraganeis ejus, *les invitant à exhorter leurs sujets à se joindre au marquis de Montferrat pour venir en aide au royaume de Thessalonique.*

Arch. Vatic. Reg. 12 (Honor. III. an. viii, ep. 248), f° 151. Pressutti, 4753.

904 4 avril 1224.

Lettre du même aux archevêques et évêques de Provence, pour joindre leurs efforts à ceux de l'archevêque de Narbonne touchant la réconciliation du fils de Raimond comte de Toulouse.

Horoy, *Bibl. patrist.*, t. IV, c. 590. Pressutti, 4923.

905 6 avril 1224.

Lettre de l'empereur aux mêmes du n° 900, pour faire restituer au monastère de Montmajour la ville de Pertuis, dont le même comte s'était emparé.

Chantelou, ouvr. cité, ms. cité ; éd., p. 315-6. Huillard-Bréholles, op. cit., t. II, p. 430. Boehmer-Ficker, V, 1527.

906 Arles, 2 mai 1224.

Union d'églises à St Gervais par l'archevêque Hugues.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno Incarnationis ejusdem M.CC.XXIIII, vi. nonas maii. Nos *Hugo*, Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, habentes potestatem a Dno Deo nobis concessam, ut inspecta utilitate ac necessitate ecclesiarum in nostra dyocesi constitutarum, auctoritate metropolitica nobis a Deo et a dno papa Honorio collata, plures uni, vel unam pluribus, unire possimus. Considerantes, et diligenter attendentes quod in ecclesia Sancti Gervasii de Fos quatuor debent esse canonici regulares, licet in presenti non sint ibi nisi tres canonici, scilicet Raimundus Gilii, prior ipsius ecclesie, Petrus de Amplagarda, et Hugo Berengarius de Sancto Marcello ; cum de redditibus et proventibus ecclesie Sancti Gervasii predictis quatuor canonicis, clericis, et aliis necessariis dicte ecclesie servitoribus, non possint necessaria commode ministrari. Ad decorem domus Domini, et ne pro defectu necessariorum, dictos canonicos, et alios ecclesie servitores, oporteat in posterum, quod absit, indigentia laborare ; de consilio, consensu et assensu expressis venerabilium fratrum nostrorum R. prepositi, B. sacriste, G. archipresbiteri, P. precentoris, Hug. infirmarii, P. de Sancto Jacobo, R. de Miramars, R. Bonaudi, Rost. Berengarii, Alfanti, G. de Sancto Cannato, Mercurii, R. Bertrandi et Moteti, canonicorum Arelaten., unimus ecclesiam Sancti Salvatoris, et ecclesiam Sancte Marie de Fos et ecclesiam Sancti Petri de la Vallduch, et ecclesiam Sancte Marie de Boc, cum omnibus juribus et pertinentiis earundem, ecclesie Sancti Gervasii de Fos ; ut videlicet dicte quatuor ecclesie, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, adhereant ipsi ecclesie Sancti Gervasii de Fos, tanquam menbra capiti suo. Ad memoriam reducentes nichilominus quod retroactis temporibus, non modica oriebatur dissensio inter rectores predictarum ecclesiarum, in decimis, oblacionibus, mortuariis, et aliis, ex vicinitate illarum ecclesiarum, cum una illarum infra castrum, et alia extra, prope portam dicti castri, consistere dinoscatur. Hanc autem unionem, concedimus, tradimus, et investimus in perpetuum, tibi Raymundo Gilio, priori predicto, et per te omnibus canonicis Sancti Gervasii, presentibus et futuris. Statuentes de consilio dictorum fratrum nostrorum, prepositi et canonicorum Arelaten., ut dicte quatuor ecclesie, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, eccle-

sie Sancti Gervasii de Fos, tanquam menbra capiti suo, in perpetuum sint subjecte. Precipientes ad majorem hujus unionis firmitatem, cartam inde fieri, eamque bulle nostre munimine roborari. Et nos, R. prepositus, et canonici supradicti, huic carte bullam capituli Arel. apponi precipimus. Et ego, R. Gilius, prior ecclesie Sancti Gervasii supradictus, Domino Deo et vobis, dne archiepiscope supradicte, grates referens quantas possum, pro me et canonicis Sancti Gervasii, presentibus et futuris, unionem predictam de manu vestra recipio, et per me, et per omnes successores meos, vobis et omnibus successoribus vestris archiepiscopis, pro predictis prioratu et ecclesiis, obedientiam promitto. Actum fuit hoc in camera dicti dni archiepiscopi, apud Arelatem, in presentia et testimonio dnorum prepositi et canonicorum suprascriptorum. Et mei Aldeberti de Adavo, notarii dicti dni archiepiscopi, qui mandato ipsius, et dnorum R. prepositi, canonicorum, et R[i] Gilii prioris, supradictorum, hanc cartam scripsi, et bullam dni archiepiscopi et bullam capituli apposui.

Chartrier de Salon, n° 316, orig., charte partie, lacs de soie; n° 317, copie. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 353 v° et 354 v°.

907 29 mai 1224.

Le pape Honorius III accorde au chapitre d'Avignon l'autorisation d'élire un évêque, habito consilio cum Arelatensi archiepiscopo, metropolitano loci...

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon.

908 Orange, août 1224.

L'évêque d'Orange, Amic, sentant son évêché grevé d'une dette de plus de 15.000 sous, du consentement de son chapitre et du conseil d'Hugues, archevêque d'Arles, aliène divers cens à Rixende, abbesse du Bouchet, pour le prix de 15.800 sous. Et nos Hu., D. g. Arelatensis archiepiscopus, predict. alienationem... laudamus et auctoritate metropolitica confirmamus.

Voir la pièce à l'évêché d'Orange.

909 St-Pierre (Orange), août 1224.

Le même évêque, du consentement, du conseil et de la volonté de l'archevêque d'Arles Hugues et de son chapitre d'Orange, cède à la même abbesse du Bouchet les églises de Gigondas et d'Auteville, sous la redevance d'un cens.

Voir la pièce à l'évêché d'Orange.

910 Orange, 10 août 1224.

Accords et paix entre Guillaume, prince d'Orange, et les Hospitaliers de St-Jean de Jérusalem, qui formulaient beaucoup de plaintes contre lui au sujet de ses droits à Orange. En cas d'infraction, on donne pouvoir dno U. Arelatensi archiepiscopo et A. Aurasicensi episcopo, qui presentes intererant omnibus,... eos excommunicationi supponerent... Acta sunt hec omnia in curia domus Hospitalis., in presentia dni Ugonis archiepiscopi Arelaten. et dni A. episcopi Aurasicen... et P. Aurasicen. prepositi.

Arch. des B.-du-Rh. B. 314. Barthélemy, *Baux*, 211.

911 Août 1224.

Lettre d'Amauri, duc de Narbonne, comte de Toulouse et seigneur de Montpellier, aux prélats qui devaient se réunir en concile à Montpellier (Arelatensi...archiepiscop.)

Labbe, *Concilia*, t. XI, c. 2335. Cf. Molinier (Aug.), dans *Bibl. de l'éc. d. Chartes* (1873), t. XXXIV, p. 500, n° 209.

912 25 août 1224.

Concile de Montpellier, au sujet des Albigeois.

Apud Montempessulanum, dominica post octavas Assumptionis beatæ Mariæ, de mandato dni Papæ, fuit concilium magnum seu colloquium ab universis fere prælatis totius Provinciæ pro facto Albigensium celebratum.... Missi sunt ad curiam Romanam solemnes nuncii, archiepiscopus Arelatensis cum aliis episcopis et duo abbates Sancti Saturnini Tolosani et de Caunis. De hoc archiepiscopo Arelatensi scriptum est in quibusdam literis, quod in supradicto colloquio ecclesiam Dei vendidit, angariavit vel etiam annihilavit, vili pretio et enormi....

Alberici mon. Trium Fontium *Chronicon* (Bouquet, *Recueil*, t. XVIII, p. 793).

913 Août 1224.

Réconciliation du jeune Raimond VII, comte de Toulouse, avec l'Eglise.... Si que alia restant restituenda in archiepiscopatu Arelatensi, restituemus ea plene ad cognicionem dni archiepiscopi Arelatensis....

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, 1879, t. VIII, c. 804-7.

914 Beaucaire, 21 septembre 1224.

Hugues, archevêque d'Arles, et Raimond, comte de Toulouse, au sujet de leurs différends sur le château de Mornas, Mondragon, Beaucaire, Boiscomtal, l'Argence, etc., compromiserunt et posuerunt se in manus dni A. Aurasicen. episcopi et B. de Avinione, militis.... Accepta itaque auctoritate et potestate.., predicti viri.. mandaverunt, constituerunt et diffiniverunt, quod sicut dns R. de Abolena bo. me. quondam Arel. antistes, dno R. comiti Tholosano, avo istius comitis, castrum de Mornatio in feudum concesserat, ita et dns Hu. Arel. archiepiscopus dno R. comiti et successoribus ejus.. concedat (ad fidelitatem et hominium)... Sciendum tamen est quod castrum Montis draconis ab hac feudi concessione est exceptum. Preterea mandaverunt quod in recompensationem hujus feudi, comes.. donet predicto archiepiscopo... quicquid habet in villa de Salgiano... Mandaverunt preterea quod medietatem illius insule que dicitur Boscus comitalis,... cujus insule aliam medietatem archiepiscopus habet et possidet.., acquirat comes emendo, vel aliter..; quam medietatem archiepiscopo.. donet perpetuo possidendam... Acta sunt hec apud Bellicadrum, in sala ecclesie Sancti Pasche, que est juxta ecclesiam S. Marie de Pomeriis;... testibus R. preposito Arelat., B. sacrista..., Rostagno sacrista Aurasic.,... G. de Rupe acuta, priore eccl. S. Marthe,... Aldeberto priore eccl. de Adavo,...

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 150. Livre rouge, f°s 77 et 432. Bonnemant, t. I, p. 7-11.

915 14 novembre 1224.

Lettre de l'empereur Frédéric II aux archevêques d'Arles et d'Aix, et aux évêques de Cavaillon, Avignon et Sisteron, pour faire cesser les injustices de Guillaume de Sabran, comte de Forcalquier, contre le monastère de Montmajour; l'excommunication lancée contre lui par l'archevêque d'Aix, avait été confirmée et promulguée par celui d'Arles.

Huillard-Bréholles, *Hist. diplomat. Friderici II*, t. II, p. 464-6. Boehmer-Ficker, V, 1544.

916 17 décembre 1224.

Honorius III approuve la vente de quelques revenus par l'évêque d'Orange à l'abbaye de Bouchet, faite du conseil et du consentement de l'archevêque d'Arles Hugues.

Voir la pièce à l'évêché d'Orange.

917 18 décembre 1224.

Le même confirme la donation de deux églises par le même évêque à la même abbaye, du consentement du même archevêque.

Voir la pièce à l'évêché d'Orange.

918 2 janvier 1225.

Lettre du pape Honorius III vener. fratri archiepiscopo et dil. filiis capitulo Arelatensi.... Cum ex suscepte.... Indempnitatibus Arelatensis ecclesie paterna sollicitudine precavere volentes, ne castrum Sallonis, quod ad jus et proprietatem ejusdem ecclesie. cum pertinentiis suis, pertinere dinoscitur, distrahere, permutare vel alio modo alienare aliquatenus presumatis, auctoritate vobis presentium districtius inhibemus....

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 122 v°. Bonnemant, t. III, n° 60 bis. Bréq., V, 234. Potthast, 7340. Pressutti, 5251.

919 15 janvier 1225.

Confirmation de Saint-Gervais de Fos à la mense archiepiscopale.

Honorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ·· *Arelatensi archiepiscopo*, salutem et apostolicam ben. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, venerabilis in Xpisto frater, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam Sancti Gervasii de Fos, et villam Sancti Mittrii, cum pertinentiis suis, a venerabili fratre nostro C. Portuen. episcopo, tunc in illis partibus apostolice sedis legato, de capituli tui assensu, ad usum archiepiscopalis mense, provida tibi deliberatione concessa, sicut ea omnia juste, canonice, ac pacifice possides, et in instrumento exinde confecto plenius continetur, tibi et per te archiepiscopali mense Arelaten. ecclesie, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nolumus tamen quod hujusmodi confirmacionis pretextu, depereat debitum obsequium ecclesie supradicte. Nulli ergo... hanc paginam nostre confirmationis... Si quis... Datum Laterani, xviii. kls. februarii, pontificatus nostri anno nono.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 345.

920 27 janvier 1225.

Honorius III confirme l'union de l'église de St-Sauveur au prieuré de St-Gervais de Fos, décrétée par l'archevêque d'Arles Hugues avec son chapitre.

Voir la pièce à l'abb. de St-Gervais de Fos.

921 14 février 1225.

Lettre du même ven. fr. H. Arelaten. archiepiscopo. Cum a nobis petitur... Ex parte siquidem fraternitatis tue fuit nostro apostolatui reseratum quod, cum archiepiscopium tuum debitorum sit onere pregravatum, dil. filii ·· prepositus et capitulum Arelat. tuis et archiepiscopii gravaminibus compatientes ejusdem, ad sublevandas necessitates tuas ecclesiam de Sellone, ad collationem spectantem ipsorum, in personale tibi beneficium concesserunt; quare a nobis humiliter postulasti, ut concessionem ipsam apostolico munimine roborare [dignaremur]. *Demande accordée.* Dat. Laterani, xvi kal. mart., anno nono.

Horoy, *Bibl. patrist.*, t. IV, c. 781. Pressutti, 5310.

922 15 février 1225.

Lettre du même... Ebredunen., Aquen., Arelatensi et Viennen. archiepiscopis, et eorum suffraganeis, *au sujet de l'envoi du cardinal Romain dans la Narbonnaise.*

Teulet, *Layettes*, t. II, p. 47-8. Potthast, 7360 (au 14 f.), cf. 7358. Pressutti, 5313.

923 15 février 1225.

Lettre du même ven. fr. archiepiscopo, et dil. filiis preposito et capitulo Arelaten. Justis petentium desideriis... Eapropter... ordinationem, quam in ecclesia vestra circa institutionem archidiaconatus, et circa prepositurani et alias dignitates ejusdem ecclesie, canonice ac concorditer proponitis vos fecisse, sicut juste, canonice ac rationabiliter facta est..., auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli... n. confirmationis... Dat. Laterani, xv kal. martii, pontif. n. anno nono.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 22 v°. Bonnemant, t. III, n° 60.

924 Mars 1225.

Bulle d'or de l'empereur Frédéric II, confirmant le privilège de son aïeul Frédéric I (n° 639). Collatum nobis celitus.... Hugo, venerabilis Arelatensis archiepiscopus, dilectus princeps noster, per A[micum] vener. Auracisen. episcopum et G. Arelaten. archidiaconum, fideles nostros, quoddam scriptum... demonstravit, humiliter supplicando ut illud... innovare... dignaremur... Nos autem fidem puram et devocionem sinceram dicti archiepiscopi attendentes, quam ad personam nostram et imperium gessit hactenus et gerere non desistit... Dat. in urbe felici Panormi....

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 74, orig. Livre noir, f° 129 v°. Livre vert, f°s 6 et 8. Huillard Bréholles, *Hist. diplomat. Friderici II*, t. II, p. 473 5. Boehmer-Ficker, V, 1553.

925 Mars 1225.

Le même empereur renouvelle tibi. Hugo vener. archiepiscope. *sa bulle du 24 nov. 1214 (n° 825) :* Ad imperialis eminentie..., *sauf addition de* Piscariam de Ponte.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 75, orig. Livre noir, f° 133 r°. Livre vert, f° 8. Huillard-Bréholles, ouvr. cité, t. II, p. 475. B.-F., V, 1554.

926 Mars 1225.

Diplôme du même : nos. Arelatensem ecclesiam volentes oculo benigno respicere et ejus profectibus providere, ad supplicationes quoque Hugonis, vener. ejusdem ecclesie archiepiscopi, dilecti principis nostri, generaliter indulgemus ut liceat cuilibet... de bonis et possessionibus suis... dare [= vendere], donare et in ultima voluntate relinquere dicto ven. archiepiscopo... et Arelatensi ecclesie... *Début :* Presentis scripti serie...

Bonnemant, *Actes concernant l'égl. d'Arles* (ms. à Arles), t. II, f° 290. Huillard-Bréholles, ouvr. cité, t. II, p. 476. B.-F., V, 1555.

927 31 mars 1225.

Défense du même à l'archevêque Hugues d'aliéner castrum Salonis, quod a nobis et imperio tu et ecclesia tua tenes.... *Début :* Scire te credimus....

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 103, orig. Livre noir, f° 121 v°. Livre vert, f° 2. Bonnemant, t. I, p. 33. Huillard-Bréholles, ouvr. cité, t. II, p. 476-7. B.-F., V, 1556.

928 Avril 1225.

L'empereur Frédéric II accorde à l'archev. d'Arles un péage à Salon sur les marchandises.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, *Hu[goni]* vener. *Arelatensi archiepiscopo*, dilecto principi suo, gratiam suam et omne bonum. Accedentibus ad presentiam nostram Amico ven. Aurasicen. episcopo et Guillelmo Arelatensi archidiacono, dilectis fidelibus nostris, inopiam tuam et ecclesie tue, et quod multorum debitorum sit onere pregravata, tum propter concursus hostium, tum propter custodiam castri Sallonis quod a nobis et imperio immediate tenes, intelleximus et audivimus diligenter; super quibus tibi et Arelatensi ecclesie affectu benigno compatimur, utpote qui necessitates tuas graves gerimus et molestas. Verum, quia per eosdem episcopum et archidiaconum nobis humiliter supplicasti, ut ad ecclesie tue inopiam relevandam et dicti castri custodiam ampliandam, quod temporis malitia exigit grandiorem, in ipso castro pedagium tibi liceat auctoritate nostra, non a peregrinis sed mercatoribus percipere moderatum, videl. quinque solidos Turon. a qualibet magna eveitione trossellum sive involucrum deferente, a mediocri vero tres solidos Turon., a minori salem deferente tres den. ejusdem peccunie, recipere et habere; et si strata publica mutaretur ad locum in quo jurisdictionem habeas temporalem, et ibidem illud quod supradictum est pedagium liceret percipere, priori pedagio derelicto; et quod in flumine Rodani, juxta civitatem Arelatensem, pro quolibet magno involucro sive trocello, tam ascendendo quam descendendo per Rodanum, quinque sol. Turon. et pro mediocri trocello, tam ascendendo quam descendendo, tres sol. dicte monete, necnon et pro modio salis ascendendo, tibi duos sol. Turon. recipere et habere liceret; nos supplicationibus tuis, de merita clementia inclinati, et supradictis necessitatibus tuis liberalitatis nostre volentes subsidium exhibere, concedimus tibi Hu[goni] ven. archiepiscopo et ecclesie tue, usque ad quinque annos, predicta pedagia sub memorata forma, tam in castro de Sellone, quam in predicto flumine Rodani, juxta civitatem Arelatensem, auctoritate nostra accipere et habere. Et si medio tempore, prout superius dictum est, strata publica mutaretur ad locum in quo jurisdictionem habeas temporalem, sicut in castro illo recipiebas, sic usque ad predictum terminum pedagium illud accipias de castro ipso, priori pedagio annullato. Datum Panormi, anno dominice Incarnationis M°.CC°.XXV°, mense aprilis, XIII indictionis.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 12. Inédite. Boehmer-Ficker, V, 1558.

929 Arles, 16 mai 1225.

Accords entre Hugues Béroard, archevêque d'Arles, et Bertrand, abbé de Sénanque.

Universis tam presentibus quam futuris presentem inspecturis paginam innotescat, quod anno dominice Incarnationis M°.CC°.XX°.V°, XVII. kal. junii, dno Frederico Dei gratia Romanorum imperatore regnante, dno Draconeto de Montedraconis potestate Arelaten. existente. Nos *Hugo* Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, consilio, et voluntate et assensu Petri, precentoris, Bernardi, sacriste, Ugonis Audemerii, infirmarii, Amelii, Bernardi Amici, Raimundi Bertrandi, Moteti, Guillelmi de Sancto Cannato, et Bertrandi Malferrat, cannonicorum Sancti Trophimi, donamus, cedimus et tradimus in perpetuum, cum hac carta, tibi Petro Dei gratia abbati monasterii de Sangnanca, ordinis Cistercien., domos illas que sunt extra portale de Milicia, in quibus Bertrandus Gaillardus jussit et voluit in suo ultimo testamento, ut fieret sive construeretur hospitale, pro anima Stephani Gaillardi, et sui ; cum omnibus juribus suis, et aliis que predictus testator ad idem hospitale construendum, et ad necessaria ministrandum, reliquit, prout in eodem testamento plenius continetur. Ita tamen donamus et cedimus predicta, ut dictum est, tibi prenominato abbati, et per te monasterio de Sangnanca, ad construendum hospitale, et non ad ecclesiam vel oratorium construendum ; in quo hospitali recipiantur tam monachi quam conversi ordinis Cistercien. Retinentes tamen nobis et ecclesie Arelaten. cannonicam portionem, scilicet quartam partem omnium mobilium et immobilium que pervenerint ad dictum hospitale, vel ad monasterium dictum, a nostris parrochianis, sive jure legati, sive jure hereditario, vel ex alia quacumque causa, si tamen in dicto monasterio elegerint sepulturam. Et si terras, sive alias possessiones adquisieritis modis predictis, vel alia quacumque causa, infra decimarias nostras, et ecclesie Arelaten., de fructibus ex eis provenientibus nobis decimam retinemus. Et quod dictum hospitale, vel redditus deputatos eidem hospitali,

non possitis permutare, seu vendere, vel alio aliquo titulo alienare, sine consensu nostro, et heredum dicti Bertrandi Gaillardi. Et quod in dicto hospitali, sine nostra licentia et ecclesie Arelaten., vel successorum nostrorum archiepiscoporum, oratorium sive ecclesiam construere, sive statuere, non possitis. — Et ego Petrus, abbas dicti monasterii, predictam donationem, cessionem et traditionem recipiens, promitto vobis dno Hu. Dei gratia Arelaten. archiepiscopo, omnia predicta servare, attendere in perpetuum, et complere ; et contra predicta, vel aliquod predictorum, ullo unquam in tempore non venire, vel me vel domum de Sangnanca juvare aliquo privilegio impetrato vel impetrando. Et promitto vobis quod omnes successores mei, abbates ejusdem monasterii, eadem vobis, vel successoribus vestris archiepiscopis, promittent attendere et servare. — Et ego Garcendis Gaillarda pro me, et tutorio nomine, pro Stephano filio meo, et filio dicti Bertrandi Gaillardi, et ego Bernardus Ferreolus, gadiator dicti Bertrandi Gaillardi, et ego Pontius Gaillardus, et ego Bertrandus Gaillardus, nos omnes insimul dictam donationem, cessionem et traditionem omnium predictorum, tibi, prenominato abbati factam a dno archiepiscopo supradicto, approbamus, concedimus, quantum ad nos pertinet, et laudamus. Actum fuit hoc in palacio dicti dni archiepiscopi. Hiis testes rogati et vocati interfuerunt, Guillelmus Boscarerius, Pontius de Junqueriis, Berengarius Audemerius, Bertrandus Borgondus. Et ego Guillelmus de Gravezons, publicus Arelaten. notarius, suprascriptis testis rogatus interfui, et hanc cartam scripsi, et signo meo signavi.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 338. Bréq., V, 251.

930 22 mai 1225.

L'empereur mande à Raimond Bérenger, comte de Provence, de faire rentrer dans l'obéissance de l'évêque de Marseille les citoyens de cette ville : nos vener. principibus nostris Hugoni Arelatensi et B. Aquensi archiepiscopis dedimus in mandatis, ut universitatem predictam monerent et nostra fulti auctoritate inducerent ad restitutionem... Cum autem solus archiepiscopus Arelatensis, cum predictus suus in hac parte collega diem clausisset extremum,... debita diligentia processisset et predict. universitatem... contumacem... invenisset, utriusque partis civitatis populum et totam civitatem... banno imperiali supposuit et bannitos publice nuntiavit, prout... per suas litteras nostre celsitudini declaravit....

Arch. des B.-du-Rh., orig. Huillard-Bréholles, ouvr. cité, t. II, p. 484-6.

931 Arles, 15 novembre 1225.

Circulaire de l'archev. en faveur de l'abb. de Molégès.

Hu[go], Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, universis Christi fidelibus per Arelatensem provinciam constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino et bonis operibus habundare. Cum et plantare novam religionem et plantatam fovere, sit manifeste de precipuis operibus caritatis, et ex eo presentis habeamus vite subsidium, et eterne noscamur premium expectare, universitati vestre duximus significandum quod quedam domina nomine Sacristana, civis quondam Arelatensis, nobilis quidem genere, sed multo nobilior moribus, relictis diviciis transitoriis et vanitatibus hujus mundi, se ipsam et omnia bona sua sponte obtulit in sacrificium Domino ; ex quibus bonis cupiens sibi thesauros incomparabiles comparare, quandam venerabilem ecclesiam in honore beate genitricis Dei Marie, et quoddam gloriosum et inmense religionis monasterium ipsi ecclesie contiguum, in nostra dyocesi, apud Mologesum, in proprio fundo fundavit atque construxit ; ubi, ad multam instantiam et sanctam importunitatem suam, de novo a nobis benedicta et consecrata est abbatissa, Cisterciensis ordinis, sub cujus disciplina vivit regulariter tamquam una ex minimis sororibus monasterii supradicti. In quo monasterio, exceptis sacerdotibus et clericis, et exceptis donatis seu conversis utriusque sexus, et excepta tota alia familia ejusdem monasterii, plus quam sexaginta sanctimoniales Cisterciensis ordinis in omni sanctitate et religione, vasa speciose virginitatis sue conservantes illesa, toto mentis desiderio assistunt Jhesu Christo sponso suo, « specioso forma pre filiis hominum », cujus pulcritudinem sol et luna mirantur. Que quidem sanctimoniales corde contrito et humiliato, noctu dieque vigiliis, jejuniis, et orationibus eundem sponsum suum jugiter interpellare non desinunt, pro sua, nostra, omniumque fidelium Christi salute. Verum, cum dicta ecclesia luminaribus, libris, et aliis ornamentis ecclesiasticis, honestis et religiosis edificiis, noscatur plurimum indigere, ac propter excrescentem dominarum multitudinem, domus et officine monasterii dominabus non sufficiant antedictis ; caritatem vestram exhortamur et deprecamur attentius in Domino, et in remissionem vestrorum vobis injungimus peccatorum, quatinus ad tam pium et tam laudabile ac necessarium opus ecclesie ac monasterii ampliandum, et dante Domino, vestris et aliorum Christi fidelium mediantibus subsidiis, feliciter consummandum, de bonis vobis a Deo concessis, pias helemosinas vestras et grata caritatis subsidia per latores presentium, fratres ejusdem monasterii, devotius transmittatis ; ut per hec et alia bona que, Domino inspirante, feceritis, ad eterne felicitatis mereamini gaudia pervenire. Vos quoque dilectos in Christo filios rectores ecclesiarum et capellanos rogamus attentius et exhortamur in Domino, ut cum latores presentium ad vos accesserint, eosdem in ecclesiis vestris benigne recipiatis, et subjectos vobis populos diligenter ammoneatis, ut de bonis sibi a Deo collatis misericorditer operi subveniant memorato. Nos vero de misericordia Dei confisi, omnibus operi predicto suas helemosinas transmittentibus, vere confessis et penitentibus, quibus possumus et tenemur, decem (*en interligne* xx) dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Concedentes et indulgentes nichilominus eidem monasterio, ut si aliquando latores presentium ad ecclesias a nobis interdictas accesserint, in eorum jocundo adventu, semel in anno, apertis januis, in eisdem divina officia celebrentur, exclusis tamen excommunicatis et nominatim interdictis. Datum Arelate, anno dominice Incarnationis millesimo CC°XXV°, septimo decimo kalendas decembris.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 243, orig. ; tresse de fil tricot, sceau. Ibid., n° 233, copie de la fin du XIII° siècle.

932 Arles, 11 janvier 1225/6.

Convention entre Hugues Béroard, archev. d'Arles, et Raimond Bérenger, comte de Provence, au sujet de l'île entre les ponts de Saint-Géniès (Martigues), present. et consentient. Guillelmo preposito et capitulo Arelat., videl. B. sacrista, Hugone Danc, vestiario, Amelio priore de Vitrola, Moteto et Raim. Bertrando, canon.... Acta... in palatio d. archiepiscopi, ante capellam... Testes... Guill. Martinus, mon. et sacrista Lyrinen., Bertrandus Beroardus, canon. Massil.,...

Arch. des B.-du-Rh. B. 313. Chartrier de Salon, n° 284. Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 91. Bonnemant, t. I, p. 27-32.

933 Aix, 19 janvier 1225/6.

Cession à l'archevêque de droits à Castel-Veire.

Cum, juxta sacre Scripture testimonium, omnes intuitu glorie celestis seminare debeamus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis ; nos Raimundus Berengarius, D. g. comes et marchio Provincie, et comes Forchalquerii, intuitu helemosine et pro redemptione animarum parentum nostrorum et nostre, vobis dno Hugoni, D. g. Arelaten. archiepiscopo, et per vos Arelat. ecclesie et omnibus successoribus vestris, donatione inter vivos in perpetuum valitura donamus, cedimus, solvimus et in perpetuum desamparamus, per nos et per omnes successores nostros, albergas, cavalcatas, firmantias, justitias sanguinis et alias j., tallias et quistas, et omnia alia jura... comitatui Provincie... competentia... in Castro Veire, in omnibus habitatoribus... et in toto tenemento ejusdem c., et in castro pred... libere bastire et edifficare possitis, retenta nobis... jure dominii... una masmutina fini auri annuatim in festo S. Michaelis a vobis... prestanda... ; promittentes... preterea... nos facturos hinc ad Pentecosten quod Bertrandus Porcelletus, filius quondam Guillelmi Porcelleti, albergam pred. castri quitiam... vobis... clamabit, desamparando... ; renunciantes... Et ut omnia suprad... habeamus et conservemus..., G. de Singna Blancus, nomine et mandato dicti comitis,... in animam ejus juro. Et nos Hugo, D. g. Arelat. archiepiscopus, recipientes a vobis dno Raimundo Berengario, comite Provincie, nomine Arelat. eccl. supradict. helemosinam seu donationem, promittimus... esse fideles pro castro pred.... Acta fuerunt hec Aquis, in camera Burgueti civis Aquen. Testes vocati et rogati interfuerunt G. prepositus Arelat., Aldebertus de Forcalquerio et Petrus Aldeberti, canonici Aquenses, Justacius Romeus, canon. Forojulien., P. Bellianus, Bertrandus Beroardus, Arnaldus, Hugo Beroardus, Giraudus de Cadarossa, Aldebertus de Adavo ; et ego Guill. Poncius, dni comitis Provincie notarius,... Anno Dni M°CC°XX°V°, quarto decimo kal. februarii.

Arch. d'Arles. Livre noir, f° 96 v°. Bonnemant, t. I, p. 96.

934 5 mai 1226.

Accord entre l'archevêque Hugues et Guillaume de Moriès, sur l'arbitrage de Guillaume de Pennafort et Bérenger de Moriès..., domno Dragoneto potestate Arelatensi existente.

Gallia christ. nova, t. I, c. 568.

935 12 juillet 1226.

Le podestat de Marseille, mandato *du cardinal Romain* et dni Hugonis, D. g. Arelatensis archiepiscopi, *etc.*, *annulle l'union des deux villes*. Act. Massilie, ante ecclesiam S. Marie de Acuis, in presentia... Guillelmi Beroardi, prepositi Arelat....

Belsunce, *Antiq. de l'égl. de Marseille*, t. II, p. 98-100.

936 13 janvier 1227.

Lettre d'Honorius III Arelatensi et Ebredunen. archiepiscopis, *leur mandant qu'il a pris sous la protection apostolique l'empereur Frédéric et son fils ; il leur demande de veiller à ce qu'il ne se produise aucun trouble contre lui* in regno Arelatensi.

Pressutti, *Reg. Honorii III*, t. II, p. 464, n° 6160.

937 Tarascon, 1227.

Concession de privilèges à la ville de Tarascon par Raimond Bérenger, comte de Provence; apud Tarasconem, in ecclesia B. Marte, in generali parlamento,... in presentia dni Hugonis D. g. Arelatensis archiepiscopi, *etc.*

Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. liv.

938 Avril 1227.

L'archev. Hugues Béroard donne à Ugo, visitator ordinis Sancte Trinitatis et captivorum in Provincia,... hospitale novum quod olim edificavit Petrus de Auriaco, extra muros castri Bellicadri.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 398.

939 Arles, 13 avril 1227.

Bertrand Porcellet le jeune cède à l'archev. Hugues ce qu'il possède à Castel-Veire et à St-Mitre.

Anno ab Incarnatione Domini M.CC.XX.VII, ydus aprilis, regnante domino Fr. Romanorum imperatore, et domino Dragoneto potestate Arelatis existente. Ego Bertrandus Porcelletus junior, sponte, non coactus nec deceptus dolo vel fraude, presente domino R. Berengario, comite Provincie, laudante et mandante et assensum prestante, totum jus pignoris quod ego habebam, vel habere debebam, pro domino comite Provincie, in Castro Veire et Sancti Mittrii, intus vel extra in eorum pertinentiis, vobis domino *Hugoni* Dei gratia *Arelatensi archiepiscopo*, et per vos successoribus vestris archiepiscopis, ad preces vestras et ad mandatum dicti domini comitis ; vobis, inquam, dono, cedo, mando, remito et penitus desamparo, sciens et recognoscens vobis quod jus meum dicti pignoris, quod vobis remito, remaneat michi salvum in segnoria et jura que dictus comes habet in castro de Fosso. Quam segnoriam totam castri de Fosso, et Castri Veire et Sancti Mittrii, ego habebam obligatam jure pignoris, pro quinque milibus solidorum. Insuper, vobis recognosco quod dictus dominus comes dedit michi in regressum, pro remissione et desamparatione dicti pignoris Castri Veire et Sancti Mittrii, quam vobis facio, omnia jura et segnoriam quam dictus comes habet, vel habere debet, in dicto castro de Fosso. Et

quod omnia predicta rata et firma habeam, et quod contra predictam cessionem et desamparationem, de facto vel de jure, per me vel per aliam personam, non veniam, per stipulationem, vobis dicto domino archiepiscopo promitto. Ad hec ego predictus R. Berengarius, comes Provincie, profiteor et in veritate recognosco tibi predicto Bertrando Porcelleto stipulanti, quod tu habebas totum meum affare et segnoriam meam castri Sancti Mittrii, et castri de Fosso, et Castri Veire, a patre meo pignori obligata pro quinque milibus solidorum. Et scio et recognosco quod tu, ad preces meas et mandatum, tu remisisti dicto domino archiepiscopo omne jus pignoris quod tu habebas in dictis castris Sancti Mittrii et Castri Veire, ut a te superius est expressum. Ideoque volo, mando et concedo tibi eidem Bertrando, quod tu et tui habeatis et teneatis jure pignoris obligatam, pro dictis quinque milibus solidorum, in solidum, totam meam segnoriam et omnia jura que ego habeo in castro de Fosso et ejus pertinentiis. Et me omnia predicta rata et firma perpetuo servare et tenere, et nullam de cetero controversiam, occasione dicti pignoris castri de Fosso, vel aliorum predictorum, tibi vel tuis movere, per stipulationem tibi promito. Actum fuit hoc in cappella dicti domini archiepiscopi. Hujus rei sunt testes, Allaudus, precentor Arelatensis, Pontius de Juncqueriis, Arnaudus, Raymundus Marcho, Petrus de Flassans, Ricavus de Tharascone. Et ego Petrus de Montareno, Arelatensis notarius, qui hanc cartam, rogatu utriusque partis, scripsi.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 283 v°. Livre vert, f° 197.

940 Salon, 20 août 1227.

...Ego Guillelmus Rostagnus, de Malamorte,... vendo..., trado, transfero... vobis dno Hugoni, D. g. Arelaten. archiepiscopo,... octavam partem totius Montis Ruffi et octavam partem illius cartoni castri et territorii de Moreriis, quod vocatur cartonum illorum de Malamorte..., pro pretio 600 sol. Raymunden., de quibus... esse satisfactum... confiteor... ; et inde vos... investio... Act... in castro Salonis, in aula nova dni archiepiscopi, present. testibus... Guillelmo abbate Podii Rotundi, B. sacrista Arelat., Raymundo de Barjolis et Petro de S. Jacobo, canonicis Arelat....

Chap. d'Arles. Liasses diverses, t. II, f° 581. Bonnemant, t. II, p. 564.

941 Aix, 22 décembre 1227.

Nos Raimundus Berengarius, D. g. comes et marchio Provincie, et comes Folcalquerii,... mandamus... ut de cetero Deo et ecclesie Arelatensi et per eam vener. patri Hugoni, D. g. ecclesie ejusdem archiepiscopo,... dentur decime... de tota condamina que dicitur Massiliensis et de ejus frontaria... et in territorio quod dicitur Trebons.... Eo salvo quod capella nostra, constructa infra domum nostram que dicitur Truella apud Arelatem, percipiat tertiam partem dict. decimarum ; quam partem nos Hugo Arelaten. archiepiscopus concedimus...; in presentia... Petri de S. Jacobo, canon. et infirmarii Arelaten....

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 383 v°. Bonnemant, t. I, p. 15. Bréq., V, 311.

942 (Fin juin) 1228.

Encyclique du pape Grégoire IX.... " Ebredunensi,... " Aquensi, " Arelatensi et " Viennensi archiepiscopis, et eorum suffraganeis, *etc. leur annonçant une nouvelle légation du cardinal Romain, pour purger l'Albigeois de l'hérésie.*

Arch. Vatic. Reg. 14 (Gregor. IX. an. II, ep. 46), f° 87 v°. Potthast, 8267. Auvray (Luc.), *Reg. de Grégoire IX*, t. I, c. 141-3. La date du 21 oct. (du *Bull. Roman.*) est inadmissible.

943 (Juin juillet 1228).

Le pape mande à son légat qu'à raison de la corruption de la terre de Provence, les élections des prélats devront se faire avec son conseil (cf. n° 872).

Arch. Vatic. Reg. 14 (Gregor. IX, an. II, c. 56), f° 89 v°. Auvray, n° 240.

944 Arles, 11 octobre 1228.

Confédération entre le comte Raimond Bérenger et la ville d'Arles contre celle de Marseille, in consilio Arelatensi ... super palatium archiepiscopatus, presente et volente dno Hugone, D. g. archiepiscopo Arelatensi,...

Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lv-j.

945 Arles, 15 mai 1229.

Arbitrage de Draconet de Bocoiran et de Pons Astoaud, entre Hugues, archev. d'Arles et le commandeur de Trinquetaille, à propos de diverses querelles et réclamations. Acta in Arelate, in ecclesia S. Trinitatis, present. testibus Bernardo sacrista, Bertrando vestiario Arelaten.

946 Arles, 2 novembre 1229.

Transaction entre Hugues de Baux, les hommes de Castillon et des Baux, d'une part, et l'archevêque d'Arles, au sujet de la chasse aux lapins dans la partie du territoire de Vacquières appartenant à l'archevêque.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 159. Livre vert, f° 123.

947 Aix, 9 janvier 1229/30.

Composition entre l'évêque de Marseille et les citoyens de la ville inférieure, par l'arbitrage de l'archevêque d'Arles Hugues et de Pierre de Colmieu.

Belsunce, *Antiq. de l'égl. de Marseille*, t. II, p. 113-21.

948 Marseille, 14-5 janvier 1229/30.

Hugues de Baux, seigneur et vicomte de Marseille, reconnait avoir donné à l'abbaye de St-Victor tout ce qu'il possédait à Marseille, à l'exception des châteaux, data fide in manu dni Hugonis, Arelatensis archiepiscopi... ; testibus... prefato dno Hugone Arelaten archiepiscopo, *qui fait apposer son sceau.*

Cartul. de l'abb. de St-Victor, t. II, p. 309-11. Barth., *Baux*, 231.

949 27 avril 1230.

Le pape Grégoire IX confirme à l'archevêque d'Arles la bulle d'Honorius III du 6 juin 1221 (n° 874) relative à l'abbaye de Fos.

Arch. Vatic. Reg. 15 (Gregor. IX. an. IV, c. 13), f° 4. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 346 v°. Auvray, n° 444.

950 11 mai 1230.

Lettre du même au roi de France : l'archevêque d'Arles a porté à sa connaissance la concession en fief du château de Beaucaire et de l'Argence faite par son prédécesseur à Simon de Montfort (n° 828), moyennant une redevance qui n'est pas payée ; comme le roi a tenu ce fief pendant trois ans sans donner aucune satisfaction à l'archevêque, celui-ci a eu recours à l'intervention du pape.

Baluze, *Miscell.*, ed. Mansi, t. III, p. 392. Potthast, 8552.

951 Latran, 11 mai 1230.

Lettre du même magistro Petro de Collemedio, capellano nostro. Illo devotionis affectu... Sane ven. frater noster Arelaten. archiepiscopus in nostra presentia constitutus... (*Simon de Montfort n'a pas accompli sa promesse pour l'Argence et Beaucaire, ni le roi de France, qui les possède ; engager le roi à indemniser l'église d'Arles*). Laterani, v. idus maii, an. iv.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 202 v°.

952 Rome, 12 mai 1230.

L'archev. Hugues bénit solennellement Adémar, abbé de Castres, dans la basilique de Saint-Nicolas de l'Hôpital.

Hugo, Dei gratia *Arelatensis* [*archi*]*episcopus*, B[ernardus] Biterrensis et E. [Clarinus] Carcassonensis episcopi, universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Sapientum cura laudabilis actus suos est solita litterarum memoriæ commendare, ne vetustatis fuligine possint de facili denigrari. Hac igitur ratione præmoniti universitati vestræ notum fieri volumus, quod nos præsentes fuimus quando Ademarus electus in abbatem Castrensis monasterii petiit confirmationem electionis suæ a venerabili fratre dno Albiensi episcopo, salvo jure ecclesiæ suæ, qui cum jure diocesano, quia constabat ei de electione facta canonice et de idoneitate personæ, facta super his inquisitione, nobis præsentibus confirmavit et etiam benedixit. Dictus vero Ademarus benedictione habita promisit eidem episcopo suisque successoribus obedientiam et reverentiam et subjectionem et Albiensi ecclesiæ... Hæc autem Romæ facta sunt, in basilica Beati Nicolai Hospitalis qui est prope portam Lateranensem, assistentibus Helya abbate de Clusa et de Uschia, magistro Guillelmo archidiacono Buffeciaci, Bituricen. diœcesis, et pluribus aliis tam clericis quam laicis qui præsentes cum supradicta fierent astiterunt. Nos vero in hujus rei memoriam præsentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum anno Domini MCCXXX, iv idus maii.

Estiennot, *Fragm. hist. Aquitan.*, t. IX (Paris, Bibl. Nat., ms. lat. 12771, p. 265-6), ex arch. episc. Albien. *Gallia christ. nova*, t. I, cc. 65 et 568.

953 13 mai 1230.

Bulle de privilège à l'archevêque et au chapitre.

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *Hugoni archiepiscopo* ejusque successoribus, et dilectis filiis capitulo *Arelatensi*, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur... (*n° 849*)... ad exemplar fel. rec. Anastasii, Celestini, Innocentii et Honorii, predecessorum nostrorum... de Bellicadro. Castrum de Mornatio et de Montedracone. Villam Sancti Mitrii, cum omnibus pertinentiis suis. Quartam partem ville de Nejano. Insulam Sacristanam. Redditus de ponte S. Genesii... in portubus et teloneis... immunitates, ac jura presertim ab imperatoribus, necnon antiquas... vel interdicti sint, aut publice usurarii, nullus... inveniant. Amen. Amen. Amen.

(A gauche, la roue avec la légende) Fac mecum, Domine, signum in bonum.

(A droite, le monogramme) Bene valete.

Ego Gregorius, catholice ecclesie episcopus, s[ub]s[cripsi].

† Ego Johannes, Sabinensis episcopus, ss.
† Ego Jacobus, Tusculanus episcopus, ss.
† Ego Thomas, tituli S. Sabine presbiter cardinalis, ss.
† Ego Johannes, tituli S. Praxedis presbiter cardin., ss.
† Ego Bartholomeus, S. Pudenciane presbiter cardinalis tituli Pastoris, ss.
† Ego Guifredus, tituli S. Marci presbiter cardinalis, ss.
† Ego Sigembaldus, tit. S. Laurentii in Lucina pr. card. ss.
† Ego Stephanus, S. Marie trans Tiberim tituli Calisti presbiter cardinalis, ss.
† Ego Octavianus, SS. Sergii et Bachi diac. cardin. ss.
† Ego Rainerius, S. Marie in Cosmidin diac. cardin. ss.
† Ego Romanus, Sancti Angeli diacon. cardinalis, ss.
† Ego Egidius, SS. Cosme et Damiani diacon. cardin. ss.
† Ego Petrus, S. Georgii ad Velum aureum diac. card. ss.
† Ego Rainaldus, S. Eustachii diaconus cardinalis, ss.

Datum Laterani, per manum magistri Martini, S. R. E. vicecancellarii, iij. idus maii, indictione iii, anno Incarnationis dominice M°.CC°.XXX°, pontificatus domni Gregorii pape VIIII. anno iiii°.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 8, orig., sans plomb. Livre noir, f° 119.

954 13 mai 1230.

Lettre du même à son chapelain, Pierre de Colmieu, légat apostolique, pour qu'il fasse restituer à l'archevêque d'Arles le château de Mornas, concédé en fief à Raimond, comte de Toulouse.

Baluze, *Miscell.*, ed. Mansi, t. III, p. 393. Potthast, 8553.

955 21 mai 1230.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles, lui confirmant la bulle de son prédécesseur Innocent III à l'archev. Michel, du 15 avril 1211 (n° 815).

Arch. Vatic. Reg. 15 (Gregor. IX. an. iv, ep. 35), f° 18. Auvray, 466.

956 23 mai 1230.

Lettre du même archiepiscopo Arelaten. et suffraganeis suis. Quia parum est promulgari statuta, nisi ad observationem eorum arctentur improvidi transgressores ; cum sit cautum ut nullus monachus in prioratu solus existat, sed tres vel quatuor insimul commorentur,... mandamus quatinus id in diocesibus vestris facia-

tis firmiter observari... Dat. Laterani, x° kal. junii. pontif. n. anno quarto.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 21 v°. Bonnemant, t. III, n° 62.

957 6 juin 1230.

Grave lettre du pape pour la réforme du diocèse.

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ecce venit Deus sempiternus et Dominus, qui fundavit terminos orbis terre, citans nos in voce archangeli et in « novissima tuba » ad generale concilium, ut universis impendat suorum stipendia meritorum ; labia ejus indignatione plena sunt, et lingua ipsius quasi ignis devorans. Quomodo dormientes et amantes sompnia, jacentes in locis eburneis et lascivientes in cubilibus suis, diem adventus ejus non cogitant? aut qualiter stare poterunt ad videndum ipsum, cum revelabuntur omnia abscondita tenebrarum, et infelix impiorum nuditas apparebit? Non erit locus ubi lateant miseri nudi, stantes ante tribunal Christi, ut audiant vocem judicii, qui ad vocem obturavere consilii aurem suam. Ad confusionem igitur perpetuam evitandam, et declinandos sempiternos ardores ac cruciatus eternos, oportet omnes, qui assumpti sunt ad agrum Dominicum excolendum, granum a palea flagello debite correptionis excutere, et a fruge Dominica zizaniam separare, ne electos contagium tante corruptionis inficiat, et filios Dei cum filiis mundi hujus hora repentine calamitatis involvat ; quocirca fraternitati tue in virtute obedientie per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus, omni mora et occasione postpositis, primo incipiens a te ipso, torporem desidie et negligentie teporem omnimodo deponendo, ne bovis stercore lapidatum incipiat te Dominus vomere de ore suo, viriliter arma spiritualia, gladium et ignem assumens incipias parietem fodere, ut appareant genimina viperarum, et radius solis vibretur interius, et ad vindictam exigat umbram mortis, moniales et monachos, regulares et seculares canonicos, ac alios clericos tue diocesis efficaciter corrigetis, tam in capite quam in membris. Cum autem prelati ecclesiarum sepe, propter occupationes multiplices seu occasiones alias, non sufficiant ministrare populo verbum Dei, et statutum ab hoc fuerit in generali concilio, ad sancte predicationis officium salubriter exequendum, ut viri assumantur idonei, potentes in opere ac sermone, qui plebes sollicite visitantes, eas verbo edifficent et exemplo, aliquos de clericis tue diocesis tibi associare procures, qui tui cooperatores et coadjutores in quibus expedit existentes, tam verbo predicationis quam visitationis officio, tibi suffragium convenienter impendant, ut tua et ipsorum sollicitudine muri Jherusalem et templum Domini reparentur. Si vero quicquam difficultatis emerserit, quod videatur per te ac clericos ipsos expediri non posse, illud ad sedem apostolicam referre procures ; nos enim in hiis, prout oportunum fuerit, tibi efficaciter assistemus, et necessarium impendemus auxilium et favorem. Quod si negligens fueris super hiis que mandamus, cum securis ad radicem infructuose arboris sit ponenda, gravem penam poteris, tamquam qui ex hoc te reddas nimis culpabilem, non immerito formidare ; quare volumus et mandamus ut per te ac eosdem clericos ad nos quecumque facta fuerint plenius referantur. Datum Laterani, VIII° idus junii, pontificatus nostri anno quarto.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 74. Bonnemant, t. III, n° 64.

958 7 juin 1230.

Gregorius, episcopus, s. s. Dei, ven. fratri *archiepiscopo Arelaten.* Quia ubi non est gubernator, populus corruet, ecclesia sine rectore pervia est variis in spirit. et temp. detrimentis.. (Religiosos ecclesias parochiales habentes cogat ut in eisdem rectores seu vicarios perpetuos statuant, ipsi presentandos ut ab eo recipiant curam animarum). Datum Laterani, VII. idus junii, anno IV.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 68.

959 8 juin 1230.

Bulle du pape contre les clercs incontinents.

Gregorius, episc., servus serv. Dei, vener. fratri .. archiepiscopo Arelatensi, sal. et apost. bened. Desiderantes plurimum ut « mundentur qui ferunt vasa Domini », cum per fornicationis contagium honestas Ecclesie nimium inquinetur, pro correctione clericorum, maxime super incontinentie vitio, tibi sub certa forma nuper direximus scripta nostra ; quia vero jacentium in fornicatione sunt aliqui, qui tamquam jumenta computrescentes in stercore suo, correctionem nullo modo recipiunt, eligendo perire potius quam parere, quorum quidam, ut hoc effugiant, interponentes ad apostolicam sedem appellationis obstaculum, aliqui autem citra appellationem in forma communi litteras obtinent ab eadem, per quas eos a quibus corrigantur de hujusmodi vitio, indebite inquietant. Nos, ne vel tales correctionem super hoc eludere valeant, vel hac occasione vexari possis, providere volentes, cum ad peccatorum defensionem trahi non debeat quod ad innocentum et oppressorum presidium est statutum, nec deceat inde defendi crimina unde consueverunt gravamina relevari, fraternitati tue auctoritate presentium indulgemus, ut per hujusmodi litteras nequaquam valeas conveniri, nec etiam tenearis a correptione cessare, nisi seriem facti contineant et plenam de ipsis fecerint mentionem. Nulli... n. concessionis... ; si quis... Datum Laterani, VI idus junii, pontif. nostri anno quarto.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 41. Bonnemant, t. II, p. 609.

960 22 juillet 1230.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et à l'évêque d'Orange, leur mandant d'avertir Raimond, comte de Toulouse, et son épouse Sancie simul ut cohabitent et sibi mutuo conjugales affectus exhibeant, *sous peine de censures.*

Labbe, *Concilia*, t. XI, c. 358-9. Bréq., V, 379. Potthast, 8589.

961 Ceprano, août 1230.

Bulle d'or de l'empereur Frédéric II. Per presens scriptum notum fieri volumus... quod Hugo, vener. Arelatensis archiepiscopus, dil. princeps noster, ad presen-

tiam nostram accedens, inopiam suam et ecclesie sue humiliter exposuit celsitudini nostre, ac qualiter eadem ecclesia sua, tum propter concursus hostium, tum propter custodiam castri Sallonis... multorum sit debitorum onere pregravata. *L'empereur accorde à l'archevêque, sa vie durant, un péage modéré au château de Salon ; et un autre sur le Rhône près d'Arles et sur l'autre bras qui passe devant le château de Fourques.*

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 77, orig. Livre vert, f° 11 v°. Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Friderici II*, t. III, p. 221-3. Winkelmann, *Acta imperii ined.*, p. 277. Boehmer-Ficker, V, 1808.

962 Août 1230.

Le même confirme au même le privilège de son aïeul Frédéric I, du 30 juil. 1178 (n° 637).

Winkelmann, *Acta imperii ined.*, p. 278. Boehmer-Ficker, 1809.

963 Août 1230.

Le même renouvelle de nouveau tibi. Hugo vener. archiepiscope, *sa bulle du 24 nov. 1214 (n°s 825 et 925) :* Ad imperialis emin..., *sauf addition de* insulam et piscariam de Ponte, et villam Sancti Mitrii, insulam Sacristanam ; tertiam partem castri de Moreriis, cum omnibus pertinentiis suis ; quartam partem ville de Nejano, c. o. p. s. ; castrum de Aurone et castrum de Granis, insulam de Bosco comitali, c. o. p. s. ; villam de Vakeriis, c. o. p. s.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 76, orig. Livre noir, f° 132. Livre vert, f° 8. Huillard-Bréholles, ouvr. cité, t. III, p. 223-4. B.-F., V, 1810.

964 Août 1230.

Le même renouvelle encore son diplôme de mars 1225 (n° 926) : Presentis scripti serie...

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 78, orig. Livre noir, f° 131. Livre vert, f° 7. Huillard-Bréholles, ouvr. cité, t. III, p. 224. B.-F., V, 1811.

965 28 août 1230.

Témoignage de Hugues Béroard, archev. d'Arles, à Sta-Giusta, près Ceprano.

Nos Dei gratia .. *Arelatensis archiepiscopus*, [Petrus] Wintonien. et M[ilo] Belvacensis episcopi, requisiti a ven. patribus J[ohanne], Dei gratia episcopo Sabinensi, et Th[oma], tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis dni imperatoris audivimus et vidimus, testimoniales litteras scriberemus ; ad communem deducimus notitiam quod predicti domini legati dno imperatori fecerunt mandata subscripta, in hunc modum : « Nos J. Dei gratia Sabinensis episc. et Th. eadem gra. tt. S. Sabine presb. card., apost. sedis legati, auctoritate dni pape, mandamus dno imperatori quod non impediat, per se vel per alium, quin electiones, postulationes et confirmationes ecclesiarum et monast. in regno libere fiant de cetero, secundum statuta concilii gen. Item, ut comitibus Celanen. et filiis quondam Renaudi de Aversa satisfaciat secundum formam compositionis, in hiis pro quibus ecclesia fidejussit. Item, quod satisfaciat de mobilibus, injuriis, dampnis illatis Templariis, Hospitalariis et aliis personis ecclesiasticis, terminis competentibus ab ecclesia assignandis. Item, quod a die absolutionis usque ad octo menses caveat ecclesie bona fide, per fidejussores idoneos et juratos, principes, comites, barones Theutonie, et comunia civitatum Lombardie, Tuscie, Marchie, Romagnole, et earumdem provinciarum marchiones, comites et barones, quos ecclesia nominabit... Injungimus quoque ei quod infra quindecim dies certum nuntium mittat ad curiam, qui recipiat nomina illorum quorum fidejussionem requiret ecclesia... » Acta sunt hec apud Sanctam Justam juxta Ceperanum, anno Domini M°.CC°.XXX°, in festo sancti Augustini.

Arch. Vatic. Reg. 14, f° 163 v° (Greg. IX. t. I, an. I-III), in fine. Pertz, *Mon. Germ. hist.*, Leg. t. II, p. 273 ; Constitvt. et acta imperat. et regvm (1896), t. II, p. 177-8. Huillard-Bréholles, ouvr. cité, t. III, p. 218-9. Auvray, n° 421. Boehmer-Ficker, V, 1817.

966 11 septembre 1230.

Lettre du pape Grégoire IX archiepiscopo Arelaten. et suffraganeis ejus. Qui ecclesiasticis beneficiis inhiantes, officia quibus sunt annexa exequi dedignantur, utrisque reddunt merito se indignos, cum in altero avariciam et in altero superbiam exhibeant manifestam. Cum itaque, sicut est nostris auribus intimatum, non nulli tam canonici quam clerici vestrarum diocesum, habentes ecclesias quibus cura est animarum annexa et alia beneficia que residentiam exigunt personarum, nolunt ad ordines promoveri quos animarum cura requirit et debitam in ecclesiis residentiam facere aspernantur ;... mandamus quatinus tales ad suscipiendos ordines receptis beneficiis congruentes et ad debitam in beneficiis et ecclesiis residentiam faciendam..., per subtractionem beneficiorum... compellatis. Dat. Anagnie, III° idus sept., pont. n. a. quarto.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 73 v°. Bonnemant, t. III, n° 67.

967 22 septembre 1230.

Lettre du même archiepiscopo Arelaten. Ex tua insinuatione nobis innotuit quod non nulli regulares et seculares clerici diocesis tue, pro violenta injectione manuum in canonem inciderunt sententie promulgate et ministrare in suis ordinibus, non obtento absolutionis beneficio, presumpserunt ; unde cum eos... laborare ad nostram presentiam opporteret... Nos autem, de tua discretione plenam in Dno fiduciam obtinendo, *permission de les absoudre après satisfaction,* nisi eorum sit difficilis et enormis excessus... Dat. Anagnie, x. kal. oct., pont. n. a. quarto.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 75 v°. Bonnemant, t. III, n° 67 bis.

968 7 octobre 1230.

L'archevêque, muni de l'autorité impériale, contraint Hugues de Baux à restituer une propriété à Montmajour.

Gallia christ. nova, t. I, c. 568.

969 Aix, 26 novembre 1230.

Hugues, archevêque d'Arles, est arbitre entre l'évêque et les citoyens de Marseille.

Nos Hu[go], Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus*, omnibus esse volumus manifestum quod nobilis vir R[aimundus] Bereng[arii], comes et marchio Provincie,

obtulit coram nobis, quod ipse per se et episcopum Massilien. et Arelatenses paratus erat stare juri coram nobis tanquam majori paciario, vel tanquam communi partium amico vel sicut coram imperatoris vicario, super omnibus querelis et rancuris que inter ipsum comitem Provincie et episcopum Massilien. et Arelatenses ex una parte, et R[aimundum] comitem Tolosan. et Massilienses inferioris ville, ex alia, vertuntur et verti possunt ; vel si in aliquo comes Tholosanus et predicti Massilienses nos possent habere de jure suspectum, idem comes Provincie paratus erat dare curiam omni suspicione carentem, et coram eadem curia parere justitie, cum civitas Massilie de dominio ipsius comitis Provincie extiterit et existat. Si vero predicta dicto comiti Tholosano et Massiliensibus non placerent, prenominatus comes Provincie paratus erat eligere communes judices, qui de predictis querelis cognoscerent inter eos. Demum si nec predictus comes Tholosanus et Massilienses non admitterent aliquid de jam dictis, idem comes Provincie pro se et Massilien. episcopo et Arelatensibus, eligebat sub jure imperatoris judicium tanquam dni principalis, et ipsius imperatoris nomine, nobis tanquam ipsius vicario in nostra provincia, obtulit pignorum, castrorum scilicet et obsidum sufficientes et ydoneas cautiones. Actum fuit hoc apud Aquis, in domo hospitalis Sancti Johannis, presentibus testibus, Massilien. et Tholonen. episcopis, electo Valentino, abbate Sancti Victoris Massilien., preposito Arelaten., W. de Cotiniaco, Ancelmo Fero, Bonifacio Carpentoraten. canonico. Ad majorem autem fidem omnium supradictorum, presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Predicta autem omnia fuerunt oblata anno Domini M°CC°XXX°, VI. kal. decembris.

Arch. des B.-du-Rh. B. 328. Orig. parch., avec sceau en cire jaune, pendant à un cordon de parch. (voir le n° suiv.) Copie de l'époque, vidimée par Jean de Riez, custode des frères Mineurs : « Ego frater Johannes... » WINKELMANN, *Acta imperii ined.*, t. I, p. 497. BOEHMER-FICKER, V, 13061.

970 Arles, 7 décembre 1230.

Réserves d'Hugues Béroard, archev. d'Arles, au sujet de l'absolution accordée par lui au comte de Toulouse.

UNIVERSIS presentem paginam inspecturis, *Hu.* Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus*, salutem in Dno Jesu Xpisto. Quum exigente necessitate locorum et temporum, necnon et pro consideratione personarum pariter et causarum, rigorem canonum frequenter conveniat mitigari, nos attendentes quod si nobilis vir R. comes Tolose cum exercitu suo in terra Provincie diucius moraretur, grandis et periculosa posset ex hoc toti terre scandali ac guerre materia generari, totis viribus duximus laborandum ut ipsum de Provincia exire citissime faceremus ; et ideo ad multiplex periculum evitandum, sibi promisimus quod si recederet infra VIIJ. dies, et interim non offenderet Massilien. ecclesiam, vel comitem Provincie, sive suos, ipsum absolveremus, cum Rodanum jam transisset ; quod et fecimus, ne possemus redargui de promisso. Verum, quoniam apud clericos et laycos non intelligentes forte nostrum propositum ex absolutione hujusmodi, grave scandalum intelleximus esse ortum, auctoritate presentium universis fieri volumus manifestum, quod absolutionem hujusmodi fecimus pro turbatione que imminebat tollenda, et nichilominus pro bono pacis facilius obtinendo. Id autem ab (h)universis sciri volumus quod nos dictum comitem Tolosanum, vel eos qui secum venerant, sive alios valitores Massilienses, absolvimus tantum a sententia vel sentenciis, quam vel quas venerabiles fratres Arelaten. prepositus, tunc vices nostras gerens in Arelathen. provincia, vel suffraganei nostri, de mandato ejus, vel auctoritate, tulerant in eosdem, occasione dicti comitis, si cum exercitu suo in Arelaten. provinciam introiret. Ab aliis autem sentenciis, quas venerabilis frater B. Massilien. episcopus vel quilibet alii prelati tulerant tam in predictum comitem quam in Massilien. ac valitores eorum, neminem duximus absolvendum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum apud Arelat., anno ab Incarn. M.CC.XXX, VII. idus decembris.

Arch. des B.-du-Rh. B. 328, orig., sceau en cire brune sur queue de parchemin. BLANCARD, *Iconogr.*, p. 174. — B. 328, parch. ; à la fin : « Et sit manifestum universis presentes litteras inspecturis quod nos fr. R. prior provincialis fratrum Predicatorum in Provincia, litteras dni archiepiscopi vidimus et eas verbo ad verbum intelleximus, ad cujus rei memoriam sigilli nostri munimine duximus roborandas. Ego fr. Johannes, custos fratrum Minorum in Montepessulano, similiter. Ego Guillelmus Bertrandi, sacri palatii notarius, hanc cartam translatavi de carta sigillata cum sigillis fratris R. prioris provincialis fratrum Predicatorum in Provincia, et fratris Johannis, custodis fratrum Minorum in Montepessulano, et hoc meo signaculo confirmavi et sigillum dni B. Antipolitani episcopi et abbatis Sancti Victoris Massil. ipsorum mandato apposui ». Sceau en cire jaune, pendant à un cordon de parchemin : S. B. ANTIPOLITANI. EPSI. ; le sceau de l'abbé de St-Victor manque.



971 Salon, 18 février 1230/1.

Hugues, archevêque d'Arles, promet au comte de Provence d'obliger celui de Toulouse de se départir de son union avec les Marseillais et les Tarasconais.

IN nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno ejusdem secundum carnem M°CC°XXX°, XII° kal. marcii. Nos

Hu[go] Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus*, promittimus vobis dno R. Berengario, Dei gratia illustri comiti et marchioni Provincie, et comiti Forcalcherii, bona fide, et sine fraude et dolo, nos curaturos et effecturos, cum omni cura, et sollicitudine, quod R. comes Tolosanus dicedet penitus et desistet a manutenentia, et valentia, et auxilio et consilio, et omni juvamine hominum Massil. et Taraschonis, et aliorum inimicorum vestrorum, constitutorum in Provincia, citra Rodanum ; et quod renunciabit penitus fidelitati, et hominio, et segnoria, et juramento, quam vel quod sibi predicti homines fecerunt, recognoverunt, aliquo tempore, seu promiserunt, occasione donationis segnorie, vel alia de causa, vel alii recipienti nomine ejus. Et quod renunciabit etiam dictus comes Tolosanus omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus et juramentis, quas vel que cum eo inierunt, vel fecerunt, dicti homines de Massilia, vel ipse cum eis, vel alii nomine ipsorum, inter se. Et quod deinceps abstinebit dictus comes Tolosanus, toto tempore vite sue, a manutenentia, juvamine, et auxilio hominum Massilie et Taraschonis, contra dictum comitem Provincie, et heredes suos, seu successores. Et quod contra non veniet, per se vel per interpositam personam. Et quod cartas conventionum et pactorum omnes, quas dictus comes Tolosanus fecit cum hominibus Massilie et Taraschonis, vel alii nomine suo, vel ipse vel alii cum eis fecerunt, nomine suo, a dicto comite recuperabimus, et vobis, si de voluntate ejus facere poterimus, reddemus ; vel ad minus, coram vobis scindemus, et ad utilitatem vestram custodiemus. Et quod inde, et super predictis faciet fieri cartam, seu instrumentum, fideliter dictatum et compositum, sigilli sui et nostri munimine roboratum, et corporaliter ab ipso prestito juramento vallatum. Alioquin, si predicta non attenderentur, prout superius est expressum, volumus nos dictum R. comitem Provincie, ab omni juramento, obligatione, promissione, conventione et pacto, quas vel que nobiscum inibistis, vel fecistis, super facto venerabilis dne S. amite vestre, et dicti R. comitis Tolosani, mariti sui, secundum quod continetur in instrumento facto per manum Aldeberti, prioris de Adavo, notarii nostri, die predicto, et in eodem loco, esse penitus absolutum ; ita quod in nullo de hiis que in dicto instrumento continentur, nobis teneamini, vel a nobis possitis inde compelli, aliquo tempore, vel aliqua ratione. Actum apud Sallonum, in talamo predicti dni archiepiscopi. Testes vocati et rogati fuerunt, Ancelmus Ferus, W. de Cotiniaco, Guido de Soleriis. Et ego P. Andree, publicus notarius prefati dni comitis Provincie, qui mandato dicti dni archiepiscopi hanc cartam scripsi, et sigillo ejusdem archiepiscopi sigillavi, et signum meum feci.

Arch. des B. du Rh. B. 321, orig. parch. ; sceau de cire, pendant à un cordon de parch. Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lviij-ix.

972 20 octobre 1231.

... Dno Frederico D. g. Romanorum imperatore regnante... et d. Persevallo de Auria potestate Arelat. existente, nos Hugo Arelaten. archiepiscopus, quia plene per nos utilitatibus domus archiepiscopalis... operam dare non possumus, ideo his, quorum fidem et providentiam experti sumus, sollicitudinis nostre partimur onera et negotia, que per nos gerere non valemus, eis gerenda committimus. Hinc est quod, cum castrum quoddam nostrum, quod vulgo Castrum Vetus appellant, olim populosum, nunc fere habitatore quolibet destitutum, quia ex defectu munitionis et clausure in ejusdem castri territorio predia possidentes domicilia tuta habere non possunt, neque nos, cum simus ere alieno non modico gravati, ad expensas munitionis et clausure dicti castri necessarias peccuniam invenire valeamus, tibi Petro Duranto Porcello, parrochiano et fideli nostro, dict. Castrum Vetus, quod vere vetus, inveteratum et dirutum est, cum omn. pertinentiis et juribus suis..., consilio et approbatione conventus ecclesie S. Trophimi, scil. d. G. ecclesie Carpentoraten. electi, Bertrandi prepositi, Guiscardi archidiaconi, Raimundi de Miromari, archipresbiteri, P. precentoris, Petri de S. Yacobo, prioris eccl. S. Laugerii, G. de S. Cannato, prioris eccl. S. Michaelis, G. de Bosco, Bernardi sacriste, Raimundi de Barjols, prioris de Vellaus, Gantelmi vestiarii, Amelii prioris de Vitrola, Bernardi de Barjols, G. de Boccoirano, prioris de Alvernegue, Mercorii prioris de Castro Novo, Moteti prioris de Ginnhaco, donamus hoc modo, ut fructus omnes et obventiones et gauditas... habeas et tuas facias usque ad xx annos, a festo Omnium Sanctorum proxime numerandos, ad hoc ut munitioni, meliorationi et clausure dicti castri fideliter et efficaciter intendas : et quia redditus dicti castri sunt adeo modici, ut ad expensas etiam parvi operis non sufficerent, fructus decimarum et aliorum proventuum ecclesie dicti castri... tibi... conferimus, ita tamen quod in ead. ecclesia unum presbiterum et unum clericum Domino servientes honeste debeas procurare et c sol. regalium annuatim pro censu precentori S. Trophimi... dare, ita quod in utraque synodo... solves l. sol.... ; et quod residuum de proventibus habebis, in munitionem et clausuram dicti castri et refectionem dicte ecclesie et domorum ad ipsam pertinentium... expendas, ita quod plebs... ibi se possit tute recipere, et catholice conversari ad servicium Jhesu Xpisti. Ad hec ego Petrus Durantus Porcellus *reçoit ce don, promet d'être fidèle aux archevêques et d'exécuter les conditions imposées*. Actum.. in cappella dicti d. archiepiscopi. Testes... dict. d. electus Carpentorat., Audebertus prior de Adavo...

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 281. Livre vert, f° 213 v°. Bonnemant, t. III, n° 63.

973 1232.

Raimond Bérenger, comte et marquis de Provence, fait remise à l'archevêque Hugues et à son église des péages et autres exactions de Salone, de S. Amantio, de Granis, de Castro Veteri et de castro S. Mitrii, et de Vaqueriis, de S. Martino de Crau, de Alvernico, de Auronis.

Saxi, *Pontif. Arelat.*, p. 261-2. Bouche, *Hist. de Prov.*, t. II, p. 240.

974 20 mai 1232

...Hugo, Arelatensis archiepiscopus,...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 118.

975 2 août 1232.

Excommunication fulminée contre le comte de Toulouse, pour avoir contrevenu à son traité avec le comte

de Provence, contemptis admonitionibus.. vener. patrum Narbon. et Arelaten. archiepiscoporum.

Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxiij-iv.

976 18 novembre 1232.

Mort et épitaphe d'Hugues Béroard, archev. d'Arles.

xv. kal. decembris. Obiit Ugo Beroardi, Arelatensis archiepiscopus, anno Domini M.CC.XXX.II.

Ex Mortuologio eccl. Massil. (Bibl. Nat., ms. lat. 12702, f° 138 v°)

✝ Anno Dni M°.CC°.XXXII°
XIV°. kal. decembris obiit
dnus Ugo B'oardi bone me
morie s'ce Arelat'n eccl'e ar
chiepiscopus. Orate pro eo.

« Dans l'église de St-Trophime, sur la muraille, à côté de la porte de la sacristie » (Bonnemant, *Actes concernant l'arch. d'Arles* (ms. à la bibl. d'Arles), t. I, p. 99, au bas. Conforme au Catal. n° 3 (c. 8). Saxi, p. 262. Estrangin, p. 100.

977 28 février, 2 mars 1232 3.

Anno Incarnationis Dni M.CC.XXXII, pridie kal. martii. — *Testament de Raimond* Garnerii, *d'Arles*. — Anno quo supra, quarto nonas martii, *publication du testament* (post mortem), in presentia P. precentoris Arelaten., sede vacante, vicem dni B. prepositi et capituli Arelat. gerentis.

St-Césaire d'Arles, 1er carton de chartes séparées.

JEAN III (V) Baussan. 1233 1258.

Archidiacre de Marseille en 1223, il devint évêque de Toulon l'année suiv. (voir Mars., n° 224, et Toulon).

978 XIIIe siècle.

Formule du serment des évêques suffragants d'Arles.

Ego *N*.... episcopus vobis, reverende pater et domine *N*.... Arelatensis archiepiscope, vestrisque successoribus canonice intraturis, et sancte Arelatensi ecclesie promitto obedientiam, reverentiam et subjectionem, et quod ab hac die in antea vobis, vestrisque successoribus, et sancte Arelatensi ecclesie ero fidelis et devotus, nec ero in statu vel consilio in quo vos et dicta ecclesia perdatis aliquid de juribus vestris aut honore, sed juvabo vos et eam in eis deffendendis, et recuperandis ; jura et bona ecclesie nostre.... servabo, deffendam et manutenebo pro posse, nec quicquam de eis alienabo, seu alienari permittam pro posse meo, nec obligabo aut inpignorabo absque conscientia vestra et consensu vel ejus qui pro tempore fuerit archiepiscopus Arelatensis ; et hec omnia et singula me ita fideliter servaturum promitto et juro. Sic me Deus adjuvet, et hec sancta evangelia ; et manu mea propria subscribo et consigno.

Archev. d'Arles, Livre noir, f° 1 v°. Bonnemant, t. III, n° 29.

979 1233.

Lettre du pape Grégoire IX aux archevêques de... Vienne, Arles, Aix et Embrun, et à leurs suffragants : un seul évêque, avec quelques clercs, suffit pour la dégradation des clercs.

Percin, *Mon. conv. Tolos. Prædicat.*, III, p. 92. Bréq., V, 455. Potthast, 9356.

980 27 juillet 1233.

Lettre du même aux archevêques de Narbonne, d'Arles et d'Aix, leur annonçant qu'il a désigné pour légat apostolique dans leur province l'archevêque de Vienne (Jean de Bernin), pour extirper les derniers restes de l'hérésie ; il demande pour lui conseil et aide.

Arch. Vatic Reg. 17 (Gregor. IX. an. VII, ep. 252), f° 73. Auvray, 1473. Il me semble qu'il faut corriger la date du 28 d'après le n° suiv. et l'ensemble des n°s 1472 à 1486.

981 15 octobre 1233.

Lettre du même à l'évêque d'Avignon. Ex parte... abbatis S. Egidii fuit expositum coram nobis quod, cum olim inter bo. me. B. [*lire* Hugon.] Arelaten. archiepiscopum et P[ontium] quondam predecessorem suum... super monasterio S. Gervasii de Fos... auctoritate apostolica questio verteretur, tandem predicto archiepiscopo frustratorie ad sedem apostolicam appellante, idem judex appellationem ipsam frivolam reputans sicut erat, partem alteram in quasi possessionem rerum petitarum, ipsius archiepiscopi contumacia exigente, causa custodie decrevit induci : at idem archiepiscopus, falsa nobis appellationis sue causa suggesta, cognitionem appellationis ipsius tibi, tunc archidiacono Nemausensi, obtinuit delegari : *ordre de terminer cette affaire dans trois mois.*

Goiffon, *Bull. de St-Gilles*, p. 119-20. Cf. *Gallia christ.*, VI, 492.

982 18 novembre 1233.

Anno ab Incarnatione Dni M.CC.XXXIIJ, XIIII. kal. decembris, Nicholaus, canonicus Arelaten., procurator domus archiepiscopalis, et Pontius de Margaritis, prior ecclesie Sancti Petri de Gallega, coram dno Pe. precentore Arelaten., gerente vicem dni Jo. episcopi, Dei gratia electi Arelaten., produxerunt testes infrascriptos, in modum publicationis contra Raimundum Rostagnum, curatorem liberorum quondam Berengarii de Moreriis... *(Enquêtes sur les droits de l'archevêque et de l'église d'Arles sur le tènement de* Badassacs.)

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 459.

983 13 janvier 1234.

Lettre du pape Grégoire IX .. archiepiscopo Viennensi, apostolice sedis legato, et aliis archiepiscopis et episcopis in Provincia constitutis, *leur recommandant l'indulgence pour le comte de Toulouse.*

Arch. Vatic. Reg. 17 (Gregor. IX. an. VII, ep. 465), f° 131. Potthast, 9365. Auvray, *Reg. de Grégoire IX*, t. I, c. 943-4, n° 1711.

984 23 janvier 1234.

Grégoire IX accorde à l'archevêque d'Arles le pallium que ses envoyés ont demandé et qu'il recevra des mains de l'archevêque de Vienne.

Episcopo quondam Tholonensi, in archiepiscopum Arelatensem electo. Cum palleum, insigne videlicet pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis per dilec-

tos filios priorem de Vitrola et magistrum Sicardum, canonicum Arelatensem, nuntios tuos, cum ea qua decet instantia postulatum, nos eorum supplicationibus annuentes, ipsum de corpore beati Petri sumptum, per eosdem nuntios, venerabili fratri nostro archiepiscopo Viennensi, apostolice sedis legato, recepto ab eis corporaliter juramento quod illud sibi fideliter resignabunt, duximus destinandum, ut illud tibi assignet sub forma quam ei sub bulla nostra mittimus interclusam, et a te, nostro et romane ecclesie nomine, sub forma quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipiat juramentum. Tu autem illo intra ecclesiam tuam illis diebus uteris qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signante, sed quod geris exterius intus serves in mente, fraternitatem tuam monemus attentius et hortamur, quatinus humilitatem et justitiam, dante Domino qui dat munera et premia clargitur, conservare studeas, que suum servant et promovent servatorem ; et Arelatensem ecclesiam sponsam tuam cures sollicite, auctore Domino, spiritualiter et temporaliter augmentare. Datum Laterani, x. kalendas februarii, anno septimo.

Arch. Vatic. Reg. 17 (Gregor. IX. t. IV, an. VII-VIII, ep. 483), f° 134 v°. AUVRAY, 1731.

985 Salon, 1er février 1233/4.

Lettre de Jean, archevêque d'Arles, fratri Bonaventure, ministro ordinis fratrum Minorum, *donnant à son ordre l'autorisation de construire une église et un couvent, et d'établir un cimetière dans le local que Pierre Baston lui a donné à cet effet* in castro Salonensi.

MABILLON, *Anal.*, t. III, p. ... ; 2e ed., p. 484. BRÉQ., V, 447.

986 1234.

Composition entre l'archev. et le podestat d'Arles.

In nomine sancte et individue Trinitatis, hec sunt conventiones tractate et habite inter dom. J. Dei gratia Arelaten. archiepiscopum, nomine sancte ecclesie, ex una parte, et dom. B. Rollandum Rubeum, potestatem Arelat., nomine communis Arelatensis, ex altera. — In primis, super jurisdictionem Judeorum taliter conveniunt, quod uti possident vel quasi possident predictam jurisdictionem predicti J. archiepiscopus nomine dicte ecclesie et dictus d. potestas nomine dicte communitatis Arelat., ita ad presens possideant et quasi. — Questionem vero presentem circumcisionis et deviationis a fide xpistiana dictus d. archiepiscopus debeat terminare, cum consilio d. potestatis, et condemnationem facere ; condemnationes autem dict. criminum seu perceptiones dividantur equali portione inter predictos, videl. dom. J. archiepiscopus nomine Arelat. ecclesie habeat et percipiat medietatem, et dictus d. B. nomine communis Arelat. aliam medietatem. — Item, super bonis hereticorum et credentium eorumdem taliter convenerunt, videl. quod deductis alimentis et aliis expensis et necessariis illorum qui detruduntur in perpetuo carcere, de bonis eorumdem ; cetera alia bona hereticorum et credentium debeant dividi equali portione inter predictos,... ; eo tamen salvo quod dictus d. J. archiepiscopus et d. B. potestas possint dispensare de bonis hereticorum cum filiis eorumdem, si sint catholice fidei. — Item, super testamentis ordinandis et conficiendis in civitate Arelat. taliter convenerunt, scil. quod, sicut hactenus libere solita sunt confici et ordinari et conscribi, quod deinceps et ordinentur et conscribantur libere a quolibet testatore et tabellione, et quod cujuslibet testantis liber sit stilus. — Item, super pecuniaria pena excommunicatorum taliter convenerunt, scil. quod dicta pena remittatur ; verumtamen potestas ex officio suo teneatur prestare juvamen et auxilium d. archiepiscopo, si aliquis civis Arelat. vellet esse rebellis d. archiepiscopo. — Item, super obventionibus et prestationibus pedagiorum et guabelle salis, monetarum et aliorum usaticorum taliter convenerunt inter sepedictos, videl. quod medietas dict. perceptionum pertineat ad dom. J. archiepiscopum nomine dicte ecclesie et ad ipsam ecclesiam, et alia medietas ad dictum d. B. nomine dicte communitatis et ad dict. communitatem ; expense vero, que occasione predictorum fierint, debeant fieri communiter... : eo tamen excepto de predictis, quod dictus dom. J. archiepiscopus... nichil percipiat vel habeat de obventionibus vel redditibus gabelle seu cize salis que vendita est G° de Jonqueriis et sociis ejus, per dictum dom. B. et commune Arelat. usque ad tempus completum dicte venditionis videl. ; post complementum vero temporis predicti, obventiones et redditus et sumptus et expense dicte gabelle sint communes.... Dictus vero dom. J. archiepiscopus jure privilegiorum imperialium... corroborabit et confirmabit pedagia et tolonea et dict. gabellam salis, prout de modo percipiendi terminatum fuerit et stabilitum..., quod dom. J. predicta pedagia, usatica, monetam et tolonea defendet..., cum communibus tamen expensis ipsius dom. J. et dicti communis Arelatis.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 106 v°. BONNEMANT, t. I, p. 75.

987 12 juin 1234.

Anno dominice Incarnat. M.CC.XXXIIII, pridie ydus junii... Ego Jacobus Trueia, confiteor et in veritate recognosco, tibi Petro Nicholao, canonico Arelaten., stipulanti procuratorio nomine et pro dno *Jo.* Dei gratia *Arelaten. archiepiscopo*, me teneri et dare debere dicto dno archiepiscopo, jure decime, unam saumatam racemorum pro singulis modiatis vinee quas habeo, vel in futurum habebo, in clauso Jacari, vel alibi in Cravo...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 465 v°.

988 Arles, 10 juillet 1234.

CONCILIUM DOMINI JOHANNIS CELEBRATUM ANNO DOMINI M.CC.XXXIIII, VI. IDUS JULII.

Quoniam ex obedientie debito constitutiones Romanorum pontificum tenemur fideliter observare, mandamus omnibus suffraganeis nostris et districte precipimus, ut canonicas regulas et statuta consilii Lateranensis secundi a domino papa Innocentio III promulgata diligenter observent, et a suis subditis faciant observari. — Item, presentis approbatione concilii, duximus statuendum ut quilibet episcopus, in sua dyocesi, frequenter fidem pre-

dicet orthodoxam, et cum expediet, ut per alias onestas et discretas personas faciat predicari. — Item, statuimus quod quilibet episcopus moneat efficaciter et inducat, et si necesse fuerit, per Deum eos [a] compellat, potentes, castellanos, consules etiam civitatum, et aliorum locorum dominos et rectores, quibuscumque fungantur officiis, ut sicut reputari cupiunt et haberi fideles, ita pro defensione fidei prestent publice juramentum, quod de terris sue jurisdictioni subjectis universos hereticos ab ecclesia denotatos, bona fide, pro viribus exterminare studebunt. — Item, statuimus ut singulis diebus dominicis et festivis publice excommunicentur et anathematizentur, pulsatis campanis et extinctis candelis, omnes heretici quibuscumque nominibus censeantur, credentes, receptatores, defensores et fautores etiam eorumdem. — Item, ut plenius exterminari valeat heretica pravitas, statuimus ut singulis parochiis, tam in civitatibus quam extra, quibus episcopus sacerdotem unum, vel duos vel tres bone opinionis laycos, vel plures si opus fuerit, juramenti religione constrigat quod diligenter et sollicite investigant, si quos ibi reperierint hereticos, credentes, fautores, defensores et receptatores eorum, et ipsi episcopo, rectoribus civitatum, et dominis locorum, et bajulis eorumdem, cum omni studeant festinantia intimare, ut eos puniant secundum canonicas et legitimas sanctiones ; nichilominus bona hereticorum omnia confiscantes, hiis tamen qui incarcerari debent, ad arbitrium episcopi, sufficienti provisione retenta. — Item, sicut audivimus, quidam heretici in Aralatensi provincia constituti, qui metu mortis ad catolicam ecclesiam revertentes, nec non et plures alii de heretica pravitate convicti, ad errorem pravitatis ejusdem, quam a se penitus abdicasse videbantur, ut gravius scindere valeant catolicam unitatem, sepius revertuntur ; unde, ne per tales, sub ficta conversionis specie, catolice fidei professores pernitiosius corrumpi contingat, omnibus suffraganeis nostris, auctoritate domini pape, et nostra, districte precipimus ut heretici pestilentes, postquam de pravitate fuerint jam convicti, si aliter puniti non fuerint, juxta quod eorum quilibet in sua dyocesi, ut ipsis det vexatio intellectum, in carcere perpetuo detrudere non postponant ; de bonis ipsorum, si qua fortassis habent, vite sibi necessaria, prout talibus convenit, ministrando. Dampnati per ecclesiam de heretica pravitate, si converti noluerint, seculari judicio relinquantur, animadversione debita puniendi, sicut dominus papa statuit hereticos, judicamus. — Item, mandamus quod pax servetur per totam Arelatensem provinciam, prout in statutis pacis evidencius continetur. — Insuper hoc omnibus suffraganeis nostris, et aliis ecclesiarum prelatis, auctoritate presentis concilii injungentes, quod de pace tenenda et cen. ej. [b] fideliter observanda, et de plenitudine justicie exibenda, mutuum sibi prestent ad invicem concilium et juvamen. — Item, quia propter conjurationes et conspirationes que confratrie vocantur, in civitatibus, villis et castris, quam multe discordie et discentionis materie suscitantur, auctoritate presentis concilii, sub interminatione anathematis prohibemus, ne in villis, civitatibus et castris, fiant de cetero confratrie, nisi de voluntate dyocesani episcopi, propter urgentem et evidentem utilitatem, id fiat, et si que actenus facte sunt, causa cognita, ad dyocesani arbitrium destruantur, possessionibus ipsarum aliis piis locis, secundum dyocesani arbitrium, deputatis. — Item, statuimus quod si quis, propter dampnum datum vel injuriam irrogatam, excommunicationis vinculo fuerit innodatus, non tamen absolutionis beneficium mereatur optinere ipse qui dampnum dedit vel injuriam irrogavit, quam pro posse suo satisfaciat competenter. Quod si absque satisfactione debita fuerit absolutus, absolvens juxta superioris arbitrium puniatur. — Item statuimus, quod si quis post mortem detectus fuerit in secta seu credentia hereticorum decessisse, si eorum corpora vel ossa ab aliis discerni potuerint, extumulentur et seculari judicio relinquantur. — Item statuimus ut nulle layce persone, nomine suo vel alterius, ecclesia vel ecclesiasticum beneficium concedatur. — Etiam auctoritate presentis concilii prohibemus ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione premissa, et presentibus personis ydoneis, per quas si neccesse fuerit possit probari admonitio, promulgare presumat. Excommunicatus autem, si satisfacere contempserit infra mensem, non ante absolutionis consequitur [a] beneficium quam pro singulis mensibus solvat pro pena solidos quinquaginta, quorum medietatem dominus temporalis percipiat, alia vero medietas ad pias causas dyocesano reservetur episcopo dispensanda. — Item, mandamus omnibus suffraganeis nostris et districte precipimus, ut in corrigendis excessibus et moribus reformandis, presertim in clero, curam et sollicitudinem cum Dei timore habeant diligentem, per singulas dyoceses statuendo personas ydoneas, providas et honestas, que sollicite investigent que correctione vel reformatione invenerint esse digna, et ea dyocesano episcopo studeant intimare. Quod si dyocesanus negligens fuerit in correctione, ipsi referre ad provinciale concilium non postponant. — Item, statuimus ut in qualibet synodo, et singulis diebus dominicis et festivis, excommunicentur usurarii et adulteri manifesti, divini et sortilegii, et omnes ad eorum divinationem vel sortilegium scienter accedentes. — Item, decernimus quod Judei masculi, a XIII. annis et supra, deferant extra domos, in superiori veste, in pectore, signum celle, latitudinis trium vel IIIIor digitorum, nisi sint in viagio constituti. Mulieres autem judee, a XII. annis et supra, oralia deferant extra domos. Si vero judei quicumque [b] pretextu contrafecerint, christianorum eis participium denegetur. Hac eadem pena judeos decernimus compellendos ad satisfaciendum ecclesiis, pro decimis et oblationibus de domibus et possessionibus quas noscuntur in ipsis parrochiis possidere. — Item, hoc duximus statuendum, quod si privil[eg]iati sententias prelatorum et censuram ecclesiasticam duxerint enervandas, et [c] eis possit propter hoc plerumque justicia denegari. — Item, cum teneamur jura suffraganeorum nostrorum deffendere et servare, volumus et mandamus omnibus suffraganeis nostris, ut regalia Beati Trophimi ad ecclesiam Arelatensem pertinentia, pro posse suo, deffendant uti-

a. Labbe per censuras etiam. — b. Labbe et censura Ecclesie.

a. Labbe consequatur. — b. Labbe quocumque. — c. Labbe etiam.

liter et potenter, secundum quod in privilegiis Romanorum imperatorum eidem ecclesie est concessum, quorum privilegiorum transcriptum, vel saltem transcriptum privilegii Colradi, unusquisque habeat et transcribat. — Item, statuimus ut quelibet ruralis ecclesia proprium habeat sacerdotem, vel saltim juxta dispositionem dyocesani episcopi ecclesie deserviatur. — Item, statuimus quod episcopi et alii prelati curam animarum habentes, in decimis, primiciis, legatis, vel relictis cappellanis vel monasteriis, vel aliis piis locis, et in aliis juribus ecclesiasticis, jure communi utantur, et procedant secundum canonicas sanctiones. — Item, quoniam pro certo didicimus quod credentes hereticorum, fautores, defensores et receptatores eorum, in testamentis, hereticis actenus legaverunt, de consilio presentis concilii, prohibemus ne quis sine presencia rectoris vel cappellani sue parrochialis ecclesie, presumat condere testamentum, vel testis interesse, nisi periculum sit. Quod si tabellio tali testamento presumpserit interesse, ipso facto excommunicationis [a] se noverit incurssurum. Et si testator taliter decesserit, sine licencia dyocesani episcopi, non tradatur ecclesiastice sepulture. Quod si testator ea que legavit pro anime sue redemptione non diviserit, sed aliquorum dispositioni commiserit dividenda, illi sine consilio dyocesani vel ejus locumtenentis, vel rectoris ecclesie parrochialis, si illi de facili haberi non possunt, legata dividere non presumant. — Item, statuimus ne aliqua pedagia, vel salinaria, per Arelatensem provinciam accipiantur, nisi que apparent imperatorum, vel regum, vel principum, vel Lateranensis concilii largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine, a tempore cujus non extat memoria, introducta. Quod si aliquis contra hoc fecerit, et infra mensem non destiterit, ex tunc per censuram ecclesiasticam desistere compellatur. — Item, sub interminatione anathematis prohibemus ne aliquis Arelatensis provincie super decimis vel aliis juribus debitis ecclesiasticis parrochialibus, cum aliquibus religiosis componere audeat, sine auctoritate dyocesani episcopi, vel jus uni ecclesie debitum alteri audeat assignare. — Item, statuimus quod nullus ecclesiastico beneficio jam adepto, sine cause cognitione, a prelato suo aliquatenus spolietur. Quod si spoliatus infra mensem non fuerit restitutus, ex tunc, cum de spoliatione constiterit, superior, ex officio suo, spoliatum restituere non postponat.

Precedentia statuta, excepto statuto de usuris judeorum, fuerunt renovata [a] predicto domino Johanne, in concilio Arelatensi, anno Domini M.CC.XXX.VI, scilicet III. ydus novembris.

Rome, Bibl. Chigiana. Cod. ms. C. v. 151, f° 3. LABBE, *Concilia*, t. XI, II, c. 2339-45.

989 Arles, 12 juillet 1234.

Cession par Geofroi Béroard à l'archev. Jean Baussan.

ANNO ab Incarnatione Domini M.CC.XXXIIII, IIII. ydus julii... Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod ego Gaufridus Beroardi, recognoscens vobis dno *Johanni sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo*, me accepisse et habuisse a bone memorie dno Hugone quondam Arel. archiepiscopo predecessore vestro, in emphyteosim, seu acaptum, res infrascriptas, que sunt in tenemento castri de Sallone, videlicet quoddam stare, quod jungitur, a circio muro castri predicti, ab oriente stari Stephani Bonerii. Item, aliud stare, quod jungitur ab oriente vie publice, a circio stari de Malaterra. Item, aliud stare quod jungitur stari Ugonis Soau a circio, a vento domni Bertr. Bova. Item, quendam furnum, qui dicitur furnus de porta Savina, cum domo coherenti ipsi furno. Et quandam terram, que est ad Lurians... Et quosdam cartonos, et quoddam dominium quarumdam vinearum, qui quartones et quod dominium fuerunt dnorum d'Aurons, et sunt predicte vinee in tenemento de Lurians. Et quasdam vineas, quarum una est ad clausum Castelli ; et alie vinee sunt ultra la Vulpilliera, in III. locis ; que omnes fuerunt Gaufridi Soau. Et quandam terram que est sub fonte de Bressono... Et quandam terram que est in Cravo... Et quandam aliam terram que est juxta viam de Bresson... Et quendam ortum qui est ad Lequam... Et quandam aliam terram que est in plano d'Albas... Et quandam aliam terram que est tras la Malautiera... Et aliam terram que est ad Lonam... Et aliam terram que est ad Columberium... Item, aliam terram que est tras lieira dels Quiquirantz... Et quamdam turrim, cum quadam area, que est extra castrum Sellonis, ad portale dels Bastoners. Predicta siquidem omnia, ad requisitionem et mandatum vestri, dne archiepiscope, cedo, finio et desamparo, per me et successores meos in perpetuum, vobis, et successoribus vestris archiepiscopis qui pro tempore fuerint. Et insuper vos, et successores vestros clamo quitios et absolvo de V. millibus sol. in quibus domus archiepiscopalis erat michi obligata ; de quibus R. Torcha, scriptor quondam dicti dni Hugonis quondam archiepiscopi Arelaten., fecit michi instrumentum. Quod quidem instrumentum de cetero valere nolo, imo ipsum vobis resigno, et restituere promitto... — Ad hec, nos Johannes, Dei gratia sancte ecclesie Arelaten. archiepiscopus supradictus, predictam cessionem et resignationem recipientes, et recognoscentes domum archiepiscopalem in predictis V. millibus sol. tibi Gaufrido predicto obligatam fuisse, et res predictas te habuisse in acaptum, seu emphiteosim, a dicto dno Hugone Dei gratia quondam Arelaten. archiepiscopo, predecessore nostro predicto, restituimus tibi omnia predicta, excepto furno predicto, quem retinemus ad manum nostram nobis et successoribus nostris. Et concedimus tibi quod dicta omnia habeas, et teneas, et possideas, habendo et percipiendo usum fructum omnium predictorum, quamdiu vixeris, excepto furno predicto. Ita tamen quod res predicte, statim post mortem tuam, quoad proprietatem et usum fructum, plene et libere ad domum archiepiscopalem revertantur. Et quod tu aliquid de rebus predictis non possis obligare alicui, seu quocunque modo alienare, seu in aliquam personam transferre ; ita quod domus archiepiscopalis predicta, vel aliquid de predictis amittere possit aliquo modo. Actum fuit hoc in camera predicti dni archiepiscopi. Hujus rei sunt testes : Monachus, miles, Gaufridus de Petra fuoc, Giraudus de Barjols, P. precentor, B. sacrista, R. de Barjols, canonicus Arel., et dns Carpent. episcopus [1].

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 235.

a. LABBE excommunicationem.

1. Guillaume Béroard, év. de Carpentras, naguère prévôt d'Arles.

990 Aix, 28 juillet 1234.

In nomine Domini. Anno Incarn. ejusdem 1234, quinto kalendarum augusti, noscant omnes quod nos J. Dei gratia Arelatensis archiepiscopus et R. Dei gratia Regensis episcopus, et magister Artaldus, et Poncius Ferrerii, officialis ven. dni J. Viannensis archiepiscopi, apostolice sedis legati, et prior Sancti Innocentii, de controversia que vertebatur super oratorio hospitalis Sancti Johannis de Aquis, et oblationibus, sepultura, legatis sive relictis, decimis, et aliis omnibus, inter Bertrandum de Comis, priorem Sancti Egidii in hospitali Sancti Johannis Jeros... et canonicos Aquenses ; *arbitrage.* — Actum Aquis, in ecclesia Sancti Salvatoris, sedis Aquensis, presentibus...

Arch. des B.-du-Rh. La Major de Mars., cellule 31. St-Sauveur d'Aix, un des originaux. Ordre de Malte, liasse 173, orig.

991 Arles, 10 août 1234.

Bertrand et Rainaud Porcellet rendent hommage à J., archevêque d'Arles, pour des tènements dans la Crau et des pêcheries à St-Géniès. Testes... d. Gui abbas monasterii Montis majoris, d. Bertrandus prepositus Arelat....

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 143. Bonnemant, t. I, p. 6.

992 Arles, 11 août 1234.

Hugues de Baux prête hommage et serment de fidélité au même archevêque pour le château de Trinquetaille, les ports, le domaine de Barbegal, etc.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 281 v°. Barth., *Baux*, 253.

993 7 septembre 1234.

J[ohannes], Arelatensis archiepiscopus.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 226 v°.

994 Aiguières, 10 octobre 1234.

Diplôme du comte de Provence, Raimond Bérenger, affranchissant l'archev. d'Arles et ses hommes de Salon, du péage d'Aiguières.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, anno ejusdem secundum carnem M°.CC°.XXX°.IIII°, vi° idus octobris. Nos Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie, et comes Forchalquerii, ex mera liberalitate et spontanea voluntate nostra, damus, concedimus et desamparamus vobis dno Johanni, Arelatensi archiepiscopo, toto tempore vite nostre, recipienti pro vobis, et hominibus vestris, et hominibus de Sallono, pedagium quod percipiebamus apud Aqueriam, vel soliti eramus percipere, nos vel predecessores nostri, vel alius nomine nostro vel predecessorum nostrorum, ab hominibus vestris, et hominibus de Sallono ; et si posset constare per privilegia, vel per testes, vel alio modo quod de jure nostro predictum pedagium accipere possemus, predicta non valeant nisi quoad vitam vestram, sin autem sint in perpetuum valitura. Actum apud Aqueriam, in claustro Beate Marie. Testes fuerunt dnus B. Avinionensis episcopus, B. sacrista Arelatensis, Bertrandus Ricardus, canonicus Arelaten., Bertrandus et Rainaudus Porcelleti, Po. et Ber. de Allamanono, P. Amicus, bajulus Autevezii, et plures alii ; et ego Raimundus, publicus notarius a dno R. Berengario, illustri comite Provincie, institutus, qui mandato ipsius hanc cartam scripsi, et sigillo suo sigillavi et hoc signum meum apposui.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 97. Livre rouge, f° 225 v°. Livre vert, f° 166. Bonnemant, t. I, p. 6 (a 1233) ; t. III, n° 66.

995 Aiguières, 10 octobre 1234.

Accords entre Jean Baussan et Rainaud Porcellet, confirmés par le comte de Provence, pour le péage de Sénas... Et B. Porcelletus obligavit se et sua mandato dicti Rainaudi. — Actum apud Aqueriam, in claustro B. Marie.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 28. Livre noir, f° 97 v°. Bonnemant, t. I, p. 4.

996 Saint-Rémy, 12 octobre 1234.

Raimond Bérenger, comte de Provence, donne une exemption de péage à Aiguières P. Augerio, fideli nostro, in recompensationem et emendationem donationis quam fecimus ven. patri Johanni, D. g. Arelatis archiepiscopo, super dicto pedagio... Testes.. d. Johannes, Arelatis archiepiscopus, B. abbas Fontis Frigide,...

Arch. des B.-du-Rh. B. 2. Reg. *Pergamenorum,* f° 327.

997 Arles, 12 décembre 1234.

Garantie donnée à l'archev. par le comte de Provence.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno ejusdem secundum carnem M°.CC°.XXX°.IIII°, pridie ydus decembris. Nos R'. Bereng[arius], Dei gratia illustris comes et marchio Provincie, et comes Forcalcherii, concedimus et assignamus vobis dno Johanni, Arelatensi archiepiscopo, omnes redditus et adissidas tocius bajulie Altavezii et bajulie Aquensis, pro quinquaginta marchis Sterlengorum novorum et bonorum, in quibus vos constituistis pro nobis solutorem et paccatorem magistro milicie Templi ; salvis dno Aquensi archiepiscopo in redditibus et adissidis bajulie Aquensis quinquaginta marchis, quas in illis ei prius assignaveramus, promittentes vobis quod predictas quinquaginta marchas vobis dari faciemus usque ad festum Pentecostes proxime venturum de predictis redditibus et adissidis ; et hec juramus super sancta Dei euvangelia attendere et complere, et contra non venire. Actum Arelate, in capella dni Arelatensis archiepiscopi ; testes fuerunt dom. R. Regensis episcopus, dom. W. electus Valentinensis, Romeus de Vila nova, magister Galterius, cantor Regensis, frater Archimbaudus de Sainis, frater Johannes de Castro Buco. Et ad majorem hujus rei firmitatem, presentem cartam fecimus sigilli nostri munimine roborari.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 95 v°. Bonnemant, t. III, n° 68.

998 Arles, 31 décembre 1234.

Le même donne P. Amico, fideli consanguineo nostro, villam de Cabanis... Pedagium vero... in dicta villa... post te... concedimus filio tuo, domino de Sabrano,

filiolo dni Johannis, D. g. archiepiscopi Arelaten... Act. Arelate, in porticu ante capellam d. archiepiscopi. Testes.. d. Johannes, archiepiscopus Arelat.,...

Arch. des B.-du Rh. B. 105. Reg. *Oppressa*, f° 8.

999 1er janvier 1234/5.

Acquisition de Fos par l'archev. et Bertrand Porcellet.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno ejusdem secundum carnem M°.CC°.XXX°.IIII°, kalendis januarii. Nos R. Berengarius, Dei gratia illustris comes et marchio Provincie, et comes Forcalcherii, emptionem quam venerabilis pater *Johannes*, Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, et B. Porcelletus, fecerunt vel facient de affari quod domini et domine castri Arearum habent apud Fos et in ejus tenemento, sub nostro dominio, concedimus, approbamus, laudamus, et hujus presentis scripti testimonio confirmamus. Et ad majorem hujus rei firmitatem, dictus dominus comes presentem cartam jussit sigilli sui munimine roborari. Datum Arelate, anno Domini M°.CC°.XXX°.IIII°, kalendis januarii.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 95 v°.

1000 1235.

Lettre des archevêques Pierre de Narbonne, Jean d'Arles et Raimond d'Aix aux Dominicains inquisiteurs dans leurs provinces, sur la manière de procéder avec les hérétiques.

Hardouin, *Concilia*, t. VII, c. 251. Bréquigny, V, 496.

1001 Salon, 23 juin 1235.

Hommage et reconnaissance du vicomte Raimond de Baux à l'archevêque Jean pour la pêcherie du pont Saint-Géniès, la crau d'Istres, etc.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 257. Barth., *Baux*, 259.

1002 Pierrefeu, 21 août 1235.

Donations par Bertrand de Fos et ses sœurs à l'archev.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno Incarnationis ejusdem M.CC. tricesimo quinto, indictione octava, xii. kalendas septembris, ante terciam. Sit notum omnibus hominibus, hanc publicam scripturam intuentibus, quod Bertrandus de Fos, et dna Cecilia, et dna Hugueta, pro se et dna Mabilia, filii quondam Amelii de Fos, de beneplacito et spontanea voluntate, donaverunt donatione simplici, inter vivos habita, et ex causa dicte donationis concesserunt dno *J.*, Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo*, et successoribus suis, jura et actiones que et quas habebant vel habere poterant contra Bertrandum Porcelletum, vel quemlibet alium, occasione pignoris, vel venditionis quam fecerat dicto Bertrando Porcelleto, vel quibuslibet aliis, tam dictus Bertrandus de Fos quam supradicta dna Cecilia, et dna Hugueta, et dna Mabilia, vel ipse Bertrandus de Fos, vel ipsorum predecessores. Concedentes dicto domino archiepiscopo, ex causa supradicte donationis, quod ipse possit agere, et experiri, et defendere, replicare et excipere, et exceptiones facere, et de calumpnia jurare, pro supradicto pignore, seu supradicta venditione, vel occasione fructuum de dicto affari perceptorum, vel a quibuslibet aliis, contra predict. Bertrandum Porcelletum, vel contra quoslibet alios, sicut hactenus ipsi poterant; et eum ut in rem suam procuratorem constituerunt. Et promiserunt se effecturos quod dicta dna Mabilia ratam et firmam habebit dictam donationem et concessionem, et contra in aliquo non veniet, aliqua juris vel facti subtilitate, per se vel per interpositam personam. Omnia autem supradicta, singula et universa, dictus Bertrandus de Fos, et dicta dna Cecilia, et dna Hugueta, pro se et dicta dna Mabilia promiserunt dicto domino archiepiscopo, attendere et complere, et nunquam in aliquo contravenire. Renunciantes omni juri, scripto et non scripto, legali et canonico, speciali et generali, divino et humano, et induciis xx. dierum et quatuor mensium; et specialiter juri quod dicit donationem excedentem summam quingentorum solidorum posse revocari, nisi in actis fuerit insinuata; et demum omni alii juri per quod contra predicta venire possent, vel aliquid de predictis infringere vel revocare. Acta sunt hec in territorio castri de Petrafoco, in prato Beate Marie de Petrafoco, coram his testibus vocatis et rogatis; videlicet, dno R. Tholonensi episcopo, domino Bernardo, Arelatensi archidiacono, Rogerio de Fos, Isnardo de Antravenis, Ro. Alamanno, jurisperito, R'o Peironeto, canonico Tholonen., Juliano, cappellano dicti dni archiepiscopi; et me magistro Thomasio, notario publico dni R. Berengarii, Dei gratia comitis Provincie, qui omnibus supradictis interfui, et mandato et voluntate utriusque partis, hanc cartam scripsi, et hoc meum signum apposui.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 281 v°. Livre vert, f°s 195 et 296.

1003 Pierrefeu, 21 août 1235.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. Anno Incarnationis ejusdem M.CC. tricesimo quinto, indictione octava, duodecimo kalendas septembris, ante terciam. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod Bertrandus de Fos, et dna Cecilia, et dna Hugueta, pro se et dna Mabilia, filii quondam domini Amelii de Fos, donaverunt donatione simplici, inter vivos habita, domino *J.* Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo*, et successoribus suis, affare quod habebant in Castro Veire, et in Sancto Mittre, et in tenementis predictorum locorum, et jus et rationem que habebant, vel habere visi erant in predictis locis et tenementis eorum. Concedentes eidem, ex causa supradicte donationis, quod auctoritate propria possit ingredi in possessionem, vel quasi, tam supradicti affaris quam jurium competentium occasione dicti affaris. Item, promiserunt se effecturos et curaturos quod dna Mabilia ratam et firmam habebit dictam donationem et concessionem, et contra in aliquo non veniet, aliqua juris vel facti subtilitate, per se vel per interpositam personam. Omnia autem *(n° 1002)*... Renunciantes *(ibid.)*... donat. ultra quingentos sol. factam actis insinuari debere; et... Acta *(ibid.)*... Provincie et dominorum Tholoni, qui...

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 282. Livre vert, f° 195 v° (deux fois).

1004 Pierreleu, 21 août 1235.

Vente par les mêmes à l'archevêque d'Arles.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. Anno Incarnationis ejusdem M.CC. tricesimo quinto, indict. octava, duodecimo kalendas septembris. Notum sit omnibus hominibus hanc publicam scripturam intuentibus, quod Bertrandus de Fos, et dna Cecilia, et dna Ugueta, filii quondam domini Amelii de Fos, asserentes se habere mandamentum de venditione infrascripta facienda a dna Mabilia, sorore sua, pro se et dicta dna Mabilia, bona fide et sine dolo vendiderunt, et titulo perfecte et pure et irrevocabilis venditionis concesserunt, dno *J.* Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo*, ementi et recipienti pro se et successoribus suis, et Bertrando Gaudino, ementi et recipienti nomine Bertrandi Porcelleti, qui a dicto Bertrando Porcelleto propter hoc et ad hec fuerat constitutus et destinatus procurator..., affare suum et dicte domine Mabilie, quod habebant vel habere videbantur, et ad eos pertinebat vel pertinere poterat, in castro de Fossis, et specialiter in capite castri de Fossis, et in ejus territorio seu tenemento, et in castro Sancti Genesii et in ejus tenemento seu territorio ; et jus et rationem quod et quam habebant, vel eis conpetebat vel conpetere poterat in dicto affari, vel occasione dicti affaris ; et quicquid infra dicta castra vel extra habebant ; sive illud jus consistat in segnoriis, dominiis, jurisdictionibus, proprietatibus, possessionibus, in heremis et in cultis, in stagnis et in paludibus, et in pascuis, et in venationibus, et in salinis, et in piscariis, et in usaticis, et in rippa, et in aliis quibuscumque. Et confessi fuerunt ea que secuntur se et predecessores suos tenere et tenuisse in feudo ab archiepiscopo Arelatensi, et sub dominio ejusdem. Que omnia vendiderunt dicto dno archiepiscopo, ementi et recipienti pro se et successoribus suis, et Bertrando Gaudino, recipienti et ementi pro dicto Bertrando Porcelleto, et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis concesserunt, scilicet quicquid habent vel habebant apud Corente, ab introitu illius portus qui appellatur Boc, in aquis et in terra, usque ad pontem Sancti Genesii ; et quicquid habent vel habebant in stagno quod dicitur Martegue, et in proppe dictis ; et quicquid habent vel habebant in Cravo ; sive sint pedagia, usatica, mestralia, bajulia, seu alia, quecumque sint et qualiacumque. Et hoc, precio quinquaginta quatuor milium solidorum et quadringentorum sexaginta solidorum Raymundensium. De quibus dictus Bertrandus de Fos et dicte sorores confessi fuerunt et sollempniter recognoverunt sibi satisfactum esse in triginta octo milibus solidorum, et quadringentis sexaginta solidis Raymundensium, a dicto domino archiepiscopo, et a dicto Bertrando Porcelleto, qui predicta omnia emerunt, equis partibus. Renunciantes, ex certa scientia, exceptioni non numerate et non tradite sibi peccunie, et precii non soluti. Pro residuis autem sexdecim milibus solidorum, dedit in solutum dictus dominus archiepiscopus dicto Bertrando de Fos, et dicte domine Cecilie, et domine Uguete, recipientibus pro se et dicte domine Mabilie, quadraginta libras regalium coronatorum quas habet comes Provincie in castro Arearum, pro albergo, singulis annis, et viginti libras quas habet idem comes in castro de Colobreria, pro albergo et pro cavalcadis ; que dictus dom. archiepiscopus habebat obligata a dicto dno comite Provincie, ut ipse dicebat, et se habere potestatem dandi in solutum predictis. Promittentes dictus dom. archiepiscopus dicto Bertrando de Fos et dictis sororibus, salvare et defendere supradicta alberga et cavalcadas, tam castri Arearum quam castri Colubrerie, dicto Bertrando de Fos et supradictis sororibus, donec eis fuerit plenarie satisfactum de dictis sexdecim milibus solidorum Raymundensium. Item, promisit se facturum quod dom. comes laudabit et approbabit supradictis, scil. dicto Bertrando de Fos et dictis sororibus supradictam dationem in solutum de supradictis albergis, et contra ea non veniet ; et quod ipse dictus comes concedet dicto Bertrando de Fos, et dicte dne Cecilie, et dne Uguete, et dne Mabilie, quod si predicta alberga, scilicet quadraginta libras regalium quas habet in castro Arearum, pro albergo, et viginti libras regalium, quas habet singulis annis in castro de Colobreria, pro alberga et pro cavalcadis, habeant et percipiant dictus Bertrandus de Fos et supradicte sorores, pro se et dna Mabilia, donec de supradictis sexdecim milibus solidorum Raimundensium fuerit eis plenarie satisfactum a dicto dno comite, dicto Bertrando de Fos et dictis sororibus. Item, promisit dictus dominus archiepiscopus quod ipse salvabit et defendet, et salvari et defendi faciet supradicta alberga, scilicet dictas quadraginta libras quas habet singulis annis dictus comes in castro Arearum, pro albergo, et viginti libras quas habet in castro de Colobreria, pro albergo et pro cavalcadis, dicto Bertrando de Fos et sororibus suis supradictis. Pro quibus, scilicet quod dom. archiepiscopus faciet concedi dicto Bertrando de Fos et dictis sororibus dictam dationem in solutum de supradictis albergis, et inde fieri cartam, extitit fidejussor, mandato et voluntate dicti dni archiepiscopi, dicto Bertrando de Fossis et supradictis sororibus, dom. R. Dei gratia Tholonensis episcopus. Dictus autem Bertrandus de Fossis et dicte sorores promiserunt dicto domino archiepiscopo, ementi et recipienti pro se et successoribus suis, et dicto Bertrando Gaudino, recipienti et ementi nomine dicti Bertrandi Porcelleti, salvare et defendere, suis expensis propriis, dictum affare venditum equis partibus, tam dicto domino archiepiscopo quam dicto Bertrando Porcelleto, a quollibet inquietante. Et si in parte vel in totum evinceretur dictum affare a supradictis, vel eorum successoribus, illud promiserunt eis in integrum restituere et resarcire. Et ob hoc omnia bona sua obligaverunt eisdem. Promittentes etiam quod ipsi non fecerunt nec dixerunt, nec facient nec dicent quominus dicta venditio et omnia supradicta rata maneant et firma. Item, promiserunt dicto domino archiepiscopo, et dicto Bertrando Gaudino, recipienti nomine dicti Bertrandi Porcelleti, se facturos et curaturos quod dicta domina Mabilia ratam et firmam habebit predictam venditionem, et contra eam non veniet, aliqua juris vel facti subtilitate. Si vero supradictum affare venditum plus valeret supradicto precio... Concedentes eisdem... Renunciantes... Acta sunt hec in territorio castri de Petrafoco, in prato ecclesie Beate Marie de Petrafoco, juxta rivulum Martinum, aliquantulum ante ves-

peras, coram hiis testibus vocatis et rogatis, videl. Bernardo, Arelatensi archidiacono, dno Rogerio de Fossis, Isnardo de Antravenis, filio quondam dni R. Gaufridi, Bertrando Bochissa, sacrista Tholonensi, Gaufrido de Valbera, canonico Tholonensi, R'o Peironeto, jurisperito, Gaufrido Barreria, canonico Tholonensi, Gaufrido de Coriis, milite, Aycardo de Signa, milite, Hugone Ricavo, milite de Garda, Rostagneto de Coriis, milite, magistro Juliano, cappellano dicti dni archiepiscopi, Bertrando Audeberto, milite de Areis, Amelio de Coriis, milite, Martino de Enferneto, milite. Et me magistro Thomasio (*n° 1002*)....

Archev. d'Arles. Livre rouge, f°s 297-9. Livre vert, f°s 245 v° et 247 v°. Arch. de la prévôté, Fos. Bonnemant, t. I, p. 108.

1005 12 septembre 1235.

Promesse de Raimond Bérenger, comte de Provence, de faire la paix avec les Marseillais, ad cognitionem et mandatum dni J... s. Viennen. eccl. archiepiscopi, a. s. l., vel archiepiscopi Arelatensis....

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 258.

1006 7 novembre 1235.

... Gaufridus Barreria, bajulus castri Sallonis pro dno J., D. g. s. Arelat. ecclesie archiepiscopo,... precepit Hugoni Fornerio et Poncio Succa..., quod... curent et efficiant quod Guillelmus de Barjolis, filius quondam Raimundi de Barjolis, sit in posse dicti dni archiepiscopi... ; et sub simili... fratribus dicti Guill. de Barj., et omnibus militibus et hominibus castri Sallonis ibi astantibus...

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 113 v°. Bonnemant, t. III, n° 69.

1007 27 novembre 1235.

Lettre du pape Grégoire IX à l'archevêque d'Arles et à l'évêque de Carpentras, leur mandant de se rendre à Marseille, dont l'évêque est exilé, pour y corriger et réformer ce qu'ils jugeront opportun.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 259.

1008 5 décembre 1235.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants, sollicitant un secours armé contre les Romains qui tendent à changer en servitude la liberté de l'Eglise.

Arch. Vatic. Reg. 17 (Gregor. IX, an. VIII, ep. 390), f° 247 v°. Auvray, 2844.

1009 11 décembre 1235.

Lettre du même au même. Tua nobis fraternitas intimavit quod, licet nonnulli milites ac alii civitatis Arelaten. latam in eos per te ac predecessores tuos sententiam excommunicationis incurrerint, pro eo quod usque ad hec tempora decimas non solverunt, nuper tamen ad cor, Domino faciente, reversi, absolutionis beneficium humiliter postularunt, parati satisfacere de premissis ; quare de ipsorum salute sollicitus, supplicasti ut super hoc eis providere salubriter dignaremur. De tua igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue ... concedimus ut eisdem, satisfactionem super hiis debitam exhibentibus, juxta formam Ecclesie beneficium absolutionis impendas, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum. Dat. Viterbii, III. idus decembri, pontif. nostri anno nono.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 71 v°. Bonnemant, t. III, n° 75 bis.

1010 3 janvier 1235 6.

Sentence d'excommunication prononcée par l'archevêque de Vienne, légat du St-Siège, contre Taurel de Strata et Barral de Baux, de consilio et consensu vener. patrum Narbon., Arelaten., Aquen. archiepiscoporum, *qui devront la faire publier dans leurs provinces.*

Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxxiv. Barthélemy, *Baux*, 260. Boehmer-Ficker, V, 13203.

1011 Après 12 janvier 1236.

J., Dei gratia sancte Aralaten. ecclesie archiepiscopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis nos vidisse litteras dni pape, sub stilo, filo et bulla legitimis, in hunc modum : « Gregorius, episcopus, s. s. D., d. fil. ministro et fratribus ord. Min. Quo vos in Xpisto,.. Dat. Viterbii, XIIII kal. dec. a. IX ». Item alias litteras dni pape vidimus, sub stilo, filo et bulla legitimis, in hunc modum : « Gregorius, episcopus, s. s. D., ven. fr. archiepiscopis et episcopis.... Cum dilectorum filiorum.... Viterbii, XV. kal. januarii, a. IX ». Item alias litteras dni pape vidimus, sub stilo, filo et bulla legitimis, in hunc modum : « Gregorius, episcopus, s. s. D., dil. fil. univ. abbatibus et conv. ord. Cistercien.... Quo vos in Xpisto... Perusii, XII. kal. julii, a. IX ». Item alias litteras dni pape vidimus, sub stilo, filo et bulla legitimis, in hunc modum : « Gregorius (Potthast, 9821) ». In hujus rei testimonium precepimus presentem paginam bulle nostre munimine roborari.



Arch. des Domin. d'Arles, D XXI ; sur un petit morceau de parch., sans date. A une corde de chanvre pend la bulle en plomb, très belle : ✠ S' Johannis Arelaten. archiepi ; sur le revers : ✠ : S : Sci Trophimi : Jhu Xpi discipuli : Blancard, *Iconogr.*, p. 116.

1012 15 février 1235 6.

J[ohannes], Arelatensis archiepiscopus.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 98.

1013 Arles, 24 juillet 1236.

Les habitants de la ville et du bourg d'Arles reconnaissent avoir usurpé la juridiction de l'archev.

Universis presentem inspecturis paginam innotescat quod anno dom. Incarnationis M°.CC°.XXXVI, IX. kal. augusti, dno Frederico Dei gratia Romanorum imperatore regnante et semper augusto. Nos Monachus, Bertrandus Borgondus, Guillelmus Bastonus, et Guillelmus de Carono, milites civitatis ; et nos Laurencius de Toro, Durantus Vaientornus, Ugo Porrada, et Jacobus de Poscheriis, probi homines civitatis ; et nos Poncius Archymbaudus et Bertrandus Rostagnus, milites burgi ; et nos Bertrandus Johannes, et Guillelmus Ferigolerius, probi homines burgi Arelatensis ; nos insimul, recognoscentes in veritate vobis dno J. Dei gratia sancte Arel. ecclesie archiepiscopo, nos usurpasse regimen civitatis et burgi Arelatis, quia positi fuimus tanquam consules excommunicati, non communi consensu universitatis militum et proborum hominum civitatis et burgi, sed ab illis tamen qui fecerant conjurationem contra Deum et ecclesiam, et ejusdem dominium et jurisdictionem, et contra pacis statuta, contraque legem municipalem, et contra prohibitionem vestri et ecclesie, et contra jus quod vos habetis, et ecclesia Arelaten., in creandis consulibus, et contra consuetudinem antiquam et hactenus observatam ; renunciamus expresse vobis dicto dno archiepiscopo, assistentibus vobis Bertrando, preposito, B. archidiacono, R. sacrista, Petro archipresbitero, Berengario Gaillardo, B. Ricardo, P. Bernardo, et Poncio Salavesio, Arelatensis ecclesie canonicis, dicto consulatui ; et renunciando, eundem consulatum penitus desamparamus, coram toto consilio universitatis civitatis et burgi, et multis aliis ad hoc specialiter convocatis. Et nos prenominatus archiepiscopus dictam renunciationem, et desemparationem, recipimus factam a vobis usurpatoribus superius nominatis. Factum hoc in palacio dicti dni archiepiscopi, in loco ubi tenetur parlamentum. Et ego Guillelmus de Gravesontz, publicus Arelaten. not., supra scriptis testis interfui, et hanc cartam scripsi, et signo meo signavi.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 44. Livre noir, f° 103. Bonnemant, t. I, p. 14. Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxxvij. Le même jour, Jean Baussan réélit les mêmes consuls, jusqu'à Pâques suivant, et leur adjoint un conseil de trois membres, sans lequel ils ne devront rien faire. Les consuls prêtent serment (Papon, p. lxxviij).

1014 Arles, 24 juillet 1236.

Création des consuls par l'archevêque Jean.

...Universum consilium civitatis et burgi Arelatis, congregatum coram dno J., D. g. s. Arelat. ecclesie archiepiscopo,... elegit Gaufridum Trabustolum et Petrum de Toro pro civitate, et Bertrandum Porcelletum pro burgo, ad consules eligendos ; et dictus dom. archiepiscopus, cum consilio predict. trium elegit de novo, ad instantiam et preces plurium tam militum quam proborum virorum civitatis et burgi *les mêmes du n° 1013*, usque ad diem martis post festum Pasche proxime futurum. Predictus autem d. archiepiscopus, de consilio consilii suprad., supposuit et addidit ipsis consulibus *les 3 ci-dessus. Ils promettent d'observer* cartam consulatus antiquam factam per d. R. bo. me. Arelat. archiepiscopum et diu observatam... Acta *ut supra*.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 103. Bonnemant, t. I, p. 90.

1015 Salon, 24 septembre 1236.

Guillaume de Baux, seigneur de Berre, reconnaît à Jean, archevêque d'Arles, tenir en fief de son église les pêcheries du pont St-Géniès, la Crau d'Istres, le droit de pâturage dans la Crau, etc. : suit l'hommage et serment de fidélité.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 258. Barthélemy, *Baux*, 266.

1016 Arles, 11 novembre 1236.

Dans un nouveau concile, l'archevêque Jean renouvelle les prescriptions de celui de 1234.

Voir à la fin du n° 988.

1017 Arles, 16 décembre 1236.

... Controversie vertebantur inter dom. Johannem, D. g. Arelaten. archiepiscopum..., et fratrem Johannem de Castroboc, preceptorem domus Templi Sancti Egidii, *au sujet des possessions de St-Gilles* in manso et tenemento Salegii vel alibi in insula de Camargiis, sicut mari et Rodano clauditur. *Le prévôt de St-Paul du Mausolée tranche le différend par délégation du Pape.* Ad hec nos Ber. prepositus, Ber. archidiaconus, R. sacrista, P. archipresbiter, S. precentor, G. vestiarius, Ber. infirmarius... Et ego frater Johannes de Castroboc... promitto quod ...per dom. Hugonem de Monte lauro, magistrum citra mare, faciam comprobari... Ad hec nos Johannes, D. g. sancte Viennen. ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus,... omnia... roboramus et sigillum nostrum... apponi precipimus. Acta ... in camera dni archiepiscopi... ; testes.. dns G. episcopus Carpentoraten., dns A. episcopus Cavallicen.,...

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 373, orig. Livre jaune, f° 316. Bonnemant, t. I, p. 118.

1018 Arles, 18 février 1236/7.

Les délégués des consuls d'Arles prêtent serment dno J., D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo, *de lui donner* consilium et juvamen, donec potestas, qui electus est ad regimen futuri anni, venerit in Arelatem, *de recevoir celui-ci, même s'il vient* ante diem martis festi Pasche proxime futuri, *etc.*

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 107 v°. Bonnemant, t. I, p. 13.

1019 8 août 1237.

Lettre du pape Grégoire IX à Henri de Revel, sénéchal impérial en Provence, d'avoir à cesser de molester l'archevêque d'Arles et son église ; si non, l'évêque de Nîmes l'y contraindra par censure.

Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frider. II*, t. V, p. 107-8. Potthast, 10427. Boehmer-Ficker, V, 7175.

1020 Arles, 14 novembre 1237.

Arbitrage de Jean, archevêque de Vienne, sedis apostolice legatus, *entre Jean, archevêque d'Arles, et le*

commandeur de St-Thomas de Trinquetaille, pour des biens en Camargues et en Crau. — Actum in palatio dni archiepiscopi [Arelat.], *en prés. du chapitre.* Bertrandus prepositus, Raimundus sacrista,...

Arch. des B.-du-Rh. O. de Malte, cart. 69, Trinquetaille.

1021 Arles, 18 décembre 1237.

... Milites et probi homines Arelatis, *de l'assentiment du podestat,* Guillelmus Ebriacus Niger, *donnent tout pouvoir à l'archevêque Jean pour mettre fin à leurs discordes.*

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 102. Bonnemant, t. I, p. 102.

1022 Arles, 24 décembre 1237.

Acte de paix et concorde entre 35 habitants d'Arles, qui se pardonnent leurs injures et torts mutuels, promettant en outre de salvare et defendere personam dni archiepiscopi Arelatensis, jurisdictionem ejus et dominium..., personas etiam canonicorum.... Ad hec nos Joannes, D. g. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus,... et nos W. Ebriacus Niger, potestas Arelaten., *décrètent que quiconque contreviendra à cet accord, sera privé de ses droits de citoyen...* Acta... in aula dicti dni archiepiscopi Arelat.; testes interfuerunt dns Bertrandus prepositus, d. Bernardus archidiaconus, d. Raimundus de Barjols, sacrista Arelat....

Saxi, *Pontif. Arelat.*, p. 265 9. Bréquigny, V, 5-5.

1023 28 janvier 1238.

Lettre de Grégoire IX aux abbés de St-Victor de Marseille et de Saint-Gilles, et au prévôt de St-Salvi à Albi, pour faire restituer par le comte de Toulouse le château de Mornas et autres à l'archevêque d'Arles.

Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, t. II, p. 362. Potthast, 10511.

1024 20 mars 1237/8.

L'archevêque Jean, reconnaissant les Templiers de St-Gilles lésés par l'arbitrage du 16 déc. 1236 (n° 1017), ad preces dni J[ohannis], sancte Viennen. ecclesie archiepiscopi, apostolice sedis legati, *leur fait remise de 10 setiers* annone *par an; apposition de sa bulle en plomb.*

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 165 v°. Bonnemant, t. III, n° 70.

1025 Aix, 24 avril 1238.

Hommage et serment de fidélité à Raimond Bérenger, comte de Provence, par Jean Baussan, archevêque d'Arles, et autres prélats, dans l'église de l'Hôpital St-Jean.

Arch. des B.-du-Rh. Reg. *Pergam.*, f° 66. Bouche, *Hist.*, t. II, p. 241.

1026 Arles, 1er mai 1238.

Anno dominice Incarnationis M.CC.XXXVIII, primo die maii, questio seu controversia vel controversie vertebatur vel vertebantur inter dom. J. Dei gratia sancte Arelatensis [ecclesie] archiepiscopum, ex una parte, et Bertrandum Porcelletum, ex altera, coram dno Raimundo Berengario, Dei gratia comite et marchione Provincie et comite Folcalquerii. Conquerebatur enim dictus dom. archiepiscopus de dicto Bertrando Porcelleto coram dicto dno comite, et petebat ab ipso Bertrando Porcelleto medietatem tercie partis castri de Fos, et pertinenciarum et jurium ejusdem medietatis, que tertia pars fuerat olim Amelii de Fos; item petebat a dicto Bertrando medietatem alterius tertie partis castri de Fos, et jurium et pertinentiarum ejusdem castri de Fos, que tertia pars fuerat condam Guidonis de Fos. Cumque dictus dom. comes Provincie predictas controversias examinandas et terminandas Guillelmo Gantelmo, judici suo in Altavezio, delegasset, et cum etiam dictus judex dict. Bertrandum Porcelletum semel, secundo, et tertio et peremptorie citasset pro supradictis controversiis ut coram ipso compareret, et comparere noluisset, et dicto dno archiepiscopo coram ipso judice per se vel per idoneum procuratorem suum legitime comparente, propter contumaciam dicti Bertrandi dictus judex pronunciavit dictum dom. archiepiscopum esse mittendum in possessionem et quasi medietatis tertie partis, et jurium et pertinentiarum ejusdem castri de Fos que condam fuit Amelii de Fos, et eodem modo medietatis alterius tertie partis, et jurium et pertinentiarum ejusdem castri de Fos, que fuit condam Guidonis de Fos, et tedialem possessionem causa rei servande predict. duarum medietatum dict. tertiorum castri de Fos, et jurium et pertinentiarum ejusdem castri dicto dom. archiepiscopo adjudicavit, ut tali tedio affectus dictus Bertrandus Porcelletus coram dicto dom. comite vel coram dicto judice delegato veniat responsurus dicto dom. archiepiscopo, secundum quod dictaverit ordo juris. Lata fuit hec sentencia in palatio dicti dom. archiepiscopi, in presentia dicti domini comitis predictam sententiam, et omnia que in ea continentur approbantis, et confirmantis. Hii testes interfuerunt Petrus Amicus, dominus de Airaga, R. Auderius, Albeta, Durantus Vaientornus, Aimericus de Tharascone et Bertrandus de Alamannone, et multi alii; et ego Guillelmus de Gravezons publicus Arelatis notarius suprascriptis testis interfui, et hanc cartam scripsi, et signo meo signavi, et ad majorem hujus rei firmitatem habendam dictus dom. comes presentem cartam precepit sui sigilli munimine roborari.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 98. Livre rouge, f°s 294 et 443. Livre vert, f°s 244 et 361. Bonnemant, t. I, p. 32.

1027 21 mai 1238.

Lettre du pape aux prélats des provinces d'Embrun, Aix, Arles, etc., leur recommandant son légat le cardinal-évêque de Palestrina, envoyé en Provence pour la répression de l'hérésie.

Acta pontif. Helvet., t. I, p. 130. Boehmer Ficker, V, 11547.

1028 10 juin 1238.

Alfantet de Tarascon reconnaît devant l'archevêque d'Arles avoir reçu 3000 sous de l'abbé de Montmajour pour les frais de son voyage et de son service à la cour de l'empereur.

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 3-3.

1029 26 juin 1238.

Par trois constitutions l'empereur Frédéric II renouvelle ses édits contre les hérétiques. Ad hec notum fieri volumus vener. Arelatensem archiepiscopum, fratres

Predicatores et alios ejusdem archiepiscopi nuntios in eisdem partibus... sub nostra imperii speciali defensione receptos....

Liber aureus de l'archev. d'Arles. Livre vert, f° 9 et 10. Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frider. II*, t. V, p. 215-6. *Mon. Germ. hist.*, Constit. et acta imperat. et regum, t. II, p. 280-2.

1030 Brescia, septembre 1238.

Serment de fidélité de l'archev. d'Arles à l'empereur Frédéric, qui l'investit des droits régaliens.

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur, quas nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod juste petitur per injuriam videremur. Universis igitur imperii fidelibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum quod dilectus princeps noster Johannes venerabilis Arelatensis archiepiscopus, juxta morem et jus antiquum imperii ad presentiam nostre majestatis accedens, oblato nobis et imperio fidelitatis et hominii juramento, humiliter nostre celsitudini supplicavit ut de regalibus que a nobis et imperio ecclesia sua tenet, investire ipsum de nostra gratia dignaremur. Nos igitur supplicationibus suis favorabiliter inclinati, recepto ab eo in presentia nostra, prout est juris et moris imperii, juramento tam fidelitatis et hominii quam super singulis articulis qui in juramento fidelitatis nobis exhibito continentur, eumdem archiepiscopum de regalibus que ecclesia sua a nobis et imperio tenere dinoscitur, per imperiale sceptrum investivimus de nostre gratia majestatis ; ita tamen quod idem archiepiscopus et successores sui eadem regalia tantum a nobis et imperio teneant et etiam recognoscant, et eadem de dominio nostro et imperii aliquo tempore subtrahere non intendant ; consueta quoque et debita servicia nobis et imperio fideliter ac devote debeant exhibere. Mandamus igitur et districte precipimus quatenus nullus sit qui jamdictum archiepiscopum et ecclesiam suam aut successores ejusdem contra presentis investiture nostre tenorem temere inquietare, offendere seu molestare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem culminis nostri se noverit incursurum. Ad cujus rei memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum in castris in obsidione Brixie, anno dominice Incarnationis M°CC° tricesimo octavo, mense septembri, duodecima indictione, imperante domino nostro Frederico II, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno XVIII°, regni Jerusalem tercio decimo, regni vero Sicilie XL°I°, feliciter. Amen.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 2. Arch. de l'hôtel-de-ville de Salon. Bonnemant, t. I, p. 45. Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frider. II*, t. V, p. 226-7. Boehmer-Ficker, V, 2388.

1031 Brescia, septembre 1238.

Johannes, Arelatensis archiepiscopus, *figure parmi les temoins des diplômes accordés par l'empereur Frédéric II aux évêques d'Avignon, de St-Paul-trois-Châteaux et de Die.*

Huillard-Bréholles, op. cit., t. V, pp. 230, 232 et 235. Chevalier (C. U. J.), *Cartul. de l'égl. de Die*, p. 14. B.-F., V, 2389-91.

1032 Crémone, octobre 1238.

J[ohannes] venerabilis archiepiscopus Arelatensis *assiste comme témoin à l'investiture accordee par l'empereur Frédéric à Etienne de Villars.*

Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frider. II*, t. V, p. 247. B.-F., V, 2400.

1033 Arles, 4 décembre 1238.

Serment de fidélité prêté par les habitants d'Arles au vicaire de l'empire.

Noverint universi quod anno Domini MCCXXXVIII, pridie nonas decembris, Nobilis vir Berardus, comes Laureti et vicarius dni imperatoris in regno Arelatensi et Viennensi, convocato ad sonum campane et preconis more solito parlamento, proposuit in ipso parlamento et requisivit ab universis et singulis civibus Arelatensibus fidelitatis juramentum pro dno imperatore sibi prestari. Ad que dnus J., Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, respondit dicens, quod cum ipse sit medium inter dnum imperatorem et ipsos, quia tenet Arelatem a dno imperatore, quod ipsi Arelatenses ad hoc non tenebantur. Verumtamen, salvo et retento jure Arelatensis ecclesie,nunc et in posterum, et libertate seu franquisia militum et proborum hominum Arelatensium, voluit et concessit eisdem Arelatensibus, ut de gratia et honore ac reverentia prestarent dicto vicario juramentum ; et ad hoc populus qui erat in parlamento respondit : « Ita fiat ». Quibus dictis et peractis ipse populus prestitit juramentum, ut predictum est. Actum est hoc in curia dicti dni archiepiscopi Arelatensis, ubi tenetur parlamentum. Testes interfuerunt dni B. Avenionensis, B. Massiliensis et G. Aptensis episcopi, B. archidiaconus, et Nicolaus canonicus Arelatensis, Bertrandus Abriviatus, Guillelmus Raymundus de Avinione, G. Bonus filius, P. Fulco, Poncius Gallardus, et Guill. Miramars, Arelatenses et multi alii ; et ego Raymundus Simeon, dni imperatoris notarius in regno Arelatensi et Viennensi, interfui.

Papon, *Hist. de Provence*, t. III, p. xj-ij. Winkelmann, *Acta imp. ined.*, t. I, p. 526. Boehmer-Ficker, V, 13271.

1034 Arles, 4 janvier 1238/9.

Hommage et serment de fidélité par Barral de Baux à Jean, archevêque d'Arles, pour le château de Trinquetaille et ses dépendances, les ports de la ville et du bourg d'Arles, du petit Rhône, de Fourques et de St-Gilles, ses droits de péage et autres sur le Rhône, etc., la seigneurie et l'albergue de Cornillon, le Bourg neuf, le pâturage de la Crau et Barbegal; suivis de l'investiture de tous ces fiefs et droits cédés par l'archevêque, sous un cens annuel pour les domaines de Trinquetaille et de la Camargue. Actum.. in palatio communis Arelatis..., coram dno comite Berardo. Testes interfuerunt d. episcopus Massilien., d. Raimundus Berengarius, comes Provincie, d. Bertrandus prepositus, d. Bernardus archidiaconus, d. R[aimundus] sacrista eccles. S. Trophimi Arelat..., d. Rostagnus de Agoudo, prepositus eccl. Massil....

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 99 v°. Livre rouge, f° 307 v°. Livre vert, f° 256 v°. Reg. Trinquetaille, t. I, n° 37. Bonnemant, t. II, p. 328. *Gallia christ. nova*, t. I, instr. p. 101-2. Bréq., V, 541. Barthél., *Baux*, 276 (au 6 j.)

1035 15 janvier 1239.

Vidimus *par l'archevêque d'Arles de l'acte n° 1033.*

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 188. Boehmer-Ficker, 13271.

1036 Aix, 21 février 1238/9.

Hommage des prélats de Provence au comte R.-B.

Anno Domini M°.CC°.XXX°.VIII, viiii°. kalendas martii. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod dns J. Dei gratia Arelatensis archiepiscopus, et dnus R. Dei gratia Aquensis archiepiscopus, dnus R. Dei gratia Forojuliensis episcopus, F. Forojuliensis prepositus, Gaufridus Piniacensis prepositus, Rostagnus, Dei gratia Tolonensis episcopus, G. Tolonensis prepositus, B. Dei gratia Antipolitanus episcopus, U. Dei gratia Dignensis episcopus, W. prepositus Dignensis, W. Dei gratia Venciensis episcopus, P. Dei gratia Glandatensis episcopus, W. Senescensis prepositus, P. abbas Sancti Victoris Massilie, Aicardus procurator abbatis Lirinensis, cujus procurationis habebat instrumentum sigillatum sigillo abbatis et conventus Lirinensis ; omnes predicti, ad requisitionem dni R. Berengarii, eadem gratia comitis et marchionis Provincie, et comitis Forcalcherii, et dns R. Dei gratia Regensis episcopus similiter, fecerunt recognitionem, et se fideles existere promiserunt, jurantes super sancta Dei euvangelia, predicto dno R. Berengarii, Dei gratia comiti Provincie, pro omnibus castris, villis et dominiis que habent infra terminos comitatus Provincie, scilicet a Durentia usque ad mare, et a montibus Lombardie usque ad Rodanum, salvis privilegiis, concessionibus, donationibus, et instrumentis sibi et antecessoribus suis, et ecclesiis suis concessis a dno comite Provincie supra dicto, et ab antecessoribus suis. Et dnus comes Provincie supra dictus omnes predictos archiepiscopos, episcopos, abbates, et prepositos investivit predictis castris, villis et dominiis que predicti habent in comitatu Provincie, confirmans eisdem et successoribus eorum privilegia, concessiones, donationes, et instrumenta concessa a se et antecessoribus suis, libertatesque et [a] consuetudines. Excipitur tamen dns Jo. Arelatensis archiepiscopus, qui fidelitatem fecit pro Castro Veire, et pro castro Sancti Mitrii, et pro castro de Confors, et pro medietate tercie partis castri de Fos, que fuit condam Amelii de Fos, et pro affari de Gabardello tantum. Et ad majorem hujus presentis carte firmitatem, dnus comes Provincie fecit hanc cartam sigillo suo sigillari [b]. Acta Aquis, in ecclesia Hospitalis Sancti Johannis, coram istis presentibus : Guillelmo de Cotiniaco, Romeo de Villanova, Ancelmo Fero, B. de Alamannone, G. Raimundo, judice Provincie, magistro P. de Alpibus, Jo. de Condamina, priore de Laurata, priore de Valmoissina [c], Guiraldo monacho Lirinensi, V. Otobon, operario Tolonensi, Petro Peironeto, canonico Tolonensi, priore de Toreves, canonico Piniacensi, F. novo canonico Piniacensi, Petro gramatico Dignensi, Senecio canonico Ebredunensi, Radulpho canonico Ebredunensi, B. Gaieto, canonico Niciensi ; et super fidelitate dni R. Regensis episcopi supradicti affuerunt testes dnus Ay. Ebredunen. archiepiscopus, d. J. Arelaten. archiepiscopus, d. R. Aquen. archiepiscopus, R. Forojulien., B. Antipolitanus, P. Glandaten., W. Vencien. et U. Dignen. episcopi, F. Forojulien., G. Barjolen., W. Dignen. prepositi ; et ego B. Raimundus, notarius d. comitis Provincie.., qui... hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

a. *A* et ab antecessoribus suis et libertates et bonas. — b. *A* firm., supradicti archiepiscopi, episcopi, abbates et prepositi fecerunt h. c. sigillorum suorum munimine roborari. — c. *A*. priore Beate Marie de Lauzada, p. de Valle Moixina.

Arch. des B.-du-Rh. B. 330. B. 188, f° 23. B. 756. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 449 (*A*). Livre vert, f° 365 v° (*B*). Bonnemant, t. III, n° 71. Boehmer-Ficker, V, 13250 (à 1238).

1037 Salon, 1er juin 1239.

Excommunication fulminée par l'archevêque d'Arles contre les envahisseurs des biens de son église.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno Incarnationis ejusdem M°CC°XXX°VIIII°, kal. junii, ex hujus scripture testimonio cunctis pateat audientibus, quod nos J., D. g. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus, olim excommunicavimus et iterum excommunicamus omnes illos et singulos, qui scienter jura ad nos et ecclesiam Arelat. spectantia seu regalia, possessiones, castra, homines et res... invaserunt seu invadunt aut invadent, occupaverunt..., diminuerunt... Item excommunicav. et iterum excommun. omnes illos qui scienter jurisdictiones, dominia et senhorias et alia ad nos et ecclesiam Arelat. pertinentia.., contra formam privilegiorum regum et imperatorum Romanorum, et summorum pontificum,.. diminuerunt... ; et omnes illos qui scienter libertates ecclesiasticas infringerunt... ; et omnes illos qui scienter nos et ecclesiam Arelat. et nostros impediunt quominus omnibus pred. et singulis uti libere possimus... Item excommunicamus omnes illos qui fidelitatis juramenta et obedientias nobis et ecclesie Arelat. promissas scienter servare renuunt vel contra... venerunt. Actum est hoc in castro Sallonis, in ecclesia Beati Michaelis, in plena sinodo capellanorum et clericorum Arelat. diocesis ibidem convocata ; in presentia et testimonio eorumdem, specialiter B. prepositi, B. archidiaconi, R. sacriste, Poncii Salavezii, canonicorum Arelat., et Hugonis Fornerii, R. Juliani et Berengarii de Caunis, militum Sallonis, et Andree de Barjolis et mei Guillelmi Berengarii, publici castri Sallonis notarii,... apposui.

Postea vero predicta sententia per omnes ecclesias Arelat. fuit publicata et denunciata, singulis diebus dominicis et festivis, et per diocesim Arelatensem.

Fuit etiam publicata et denunciata in concilio provinciali per archiepiscopum et episcopos et alios prelatos dicti concilii apud Arelatem, in ecclesia Sancti Trophimi, candelis accensis et pulsatis campanis.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 102 v° et 116 v° ; dans cette 2° copie la pièce est datée du 9 des cal. de juin (24 mai) et finit à « apposui ». Bonnemant, t. I, p. 69.

1038 1239 ?

Formule d'excommunication contre les détenteurs des biens ecclésiastiques.

Sanctorum patrum exempla sequentes, et sanctorum canonum et Romane ecclesie forma roborati, auctoritate Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti,

et gloriose virginis Marie genitricis Dei et beati Michaelis, et sanctorum angelorum et archangelorum et beatorum patriarcharum et prophetarum, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andree, Jacobi, Johannis, Philippi, Bartholomei, Thome, Mathei, Alphei, Taddei, Symonis et Mathie, et Trophimi et Stephani, et omnium sanctorum et electorum Dei, anathematisamus, excommunicamus et maledicimus, et a sancte matris ecclesie grenio et a consortio tocius Xpistianitatis eliminamus, et ab omnium bonorum vivorum et mortuorum participatione sequestramus omnes illos, quicumque sint[1], qui dominium, jus et proprietatem, et patrimonium et res mobiles vel immobiles sancte Arelatensis ecclesie [2] distraxerunt [3], rapuerunt [4], et sua mala voluntate, et avaricia retinent [5] et dispergunt [6], et omnes consiliarios et coadjutores, participes et fautores eorum, necnon et eos qui eis in tanto scelere comitati sunt et secuti, et omnes qui cum eis scienter comunicant, comedunt, bibunt aut locuntur. Maledicti sint in civitatibus; maledicti sint in castris; maledicti in villis, in agris; maledicti in laboribus; maledicti sint in terra; maledicti in mari; maledicti sint in fluminibus; maledicti in viis; maledicti in semitibus; maledicti in domibus; maledicti in cubiculis; maledicti sint vigilantes; maledicti sint dormientes; maledicti sint ambulantes et stantes; maledicti sint sedentes et jacentes; maledicti sint tacentes et loquentes; maledicti sint comedentes et bibentes; maledicti laborantes et quiescentes; maledicte sint cogitationes eorum; maledicta verba et opera eorum; maledicte persone illorum; maledicta sint corpora et visus, auditus, gustus, odoratus et tactus eorum; maledicta sint omnia membra eorum; maledictum sit capud et oculi, et aures et nares eorum; maledicta sint buca et linga eorum; maledicti sint dentes et ossa, et caro et sanguis eorum; maledicta sit omnis substantia et domus eorum; maledicti sint agri, orti et vinee eorum; maledictum sit semen eorum; maledictus sit omnis fructus terre eorum; maledictus sit cibus et potus et venter eorum; maledicte sint reliquie eorum; maledicta sint omnia viscera eorum; maledicta sint interiora et exteriora eorum; maledicte sint mulieres eorum, et filii et filie, et nepotes et tota progenies eorum, si illis consentientes vel adjuvantes vel defendentes in his malis operibus fuerint. Maledicat illos Deus Pater et Deus Filius et Deus Spiritus Sanctus; maledicat illos sancta Dei genitrix Maria; maledicant illos omnes sancti angeli et archangeli; maledicant illos sancti patriarche et prophete; maledicant illos sancti apostoli et evangeliste et discipuli Domini; maledicant illos omnes sancti Innocentes et sancti martires et sancti confessores et sancte virgines; et omnes sancti et sancte et electi Dei maledicant illos. Et quia male fecerunt contra Deum et contra istam sanctam ecclesiam et contra seipsos, sint maledicti et excommunicati et anathematizati, et a Deo et a sancta ecclesia et a societate omnium sanctorum separati, et diabolo et angelis ejus in anima et corpore conjuncti; et veniat super eos maledictio que venit super Pharaonem et complices suos, qui in mare perierunt, et que venit super Datan et Abyron, quos terra absorbuit, et que venit super Chore, Nadab et Abiu, quos ignis combussit; et « fiant dies illorum pauci, et filii et filie eorum orphani, et uxores eorum vidue »; et quia « noluerunt benedictionem, elongetur ab eis; induant maledictionem sicut vestimentum, intret sicut aqua in interiora eorum et sicut oleum in ossibus eorum »; maledicant illis omnes creature Dei; sint maledicti in terra et mari et in omnibus abissis, cum Juda proditore, qui Dominum nostrum Jhesum Xpistum tradidit et se ipsum suspendit; et sint cum illis qui dixerunt Domino Deo : « Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus »; et sint de illis qui erunt in parte sinistra, quibus in die judicii a Domino dicetur : « Ite, maledicti, in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus »; et sint maledicti et dampnati pereant a facie Dei; et qui pro facto isto aliquid biberunt aut comederunt, fiat ignis in ventre eorum, ardens viscera et interiora eorum; et qui inde vestierunt aut calciati sunt, fiat illis lepra in corpore perseverans in omni vita eorum; et sint maledicti de omnibus que Deus fecit et mandavit, si non penituerint et se non emendaverint et ecclesie Dei non satisfecerint; et sicut lucerna hec extinguitur, sic extingatur memoria eorum in eternum. Fiat, fiat, fiat, Amen.

Add. en interl. : — 1. vel fuerint. — 2. vel membrorum ejus. — 3. vel distrahent in futurum. — 4. vel rapient. — 5. vel retinebunt. — 6. vel dispergent.

Bonnemant, t. I, p. 70-2, parch. du temps, 2 ff.; l'écrit. commence au v° du 1er.

1039 Arles, 24 juillet 1239.

Hommage de Raimond Bérenger à l'archevêque Jean.

Innotescat præsentibus et futuris, quod anno dominicæ Incarnationis M°CC°XXXVIII°, VIIII°. kalendas augusti, domino Frederico Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto. Nos Raimundus Berengarii, Dei gratia comes et marchio Provinciæ, et comes Folcalquerii, tactis sacrosanctis evangeliis jurando promittimus vobis dno Johanni, Dei gratia sanctæ Arelaten. ecclesiæ archiepiscopo, interroganti, quod vobis et ecclesiæ fidelis existemus, et fidelis defensor et protector, et conservator omnium jurium quocunque modo pertinentium ad vos, dne archiepiscope, et ecclesiam Arelat. existemus, et personam vestram et dominium, et segnoriam, et jurisdictionem, et omnia bona vestra et res, et jura, et possessiones, et immunitates, et libertates et franchesias vestras ubique, et personas canonicorum Arelatensis ecclesiæ, et bona et res, et jura et immunitates et franchesias eorundem ubique defendemus; et salvabimus, et custodiemus; et privilegia, et regalia vestra, et ecclesiæ Arelatensis servabimus, et firma tenebimus, et ecclesias et ecclesiasticas personas et domos religiosas, et earum immunitates, et libertates tenebimus, et servabimus; et tam minoribus, quam majoribus, et aliis omnibus justitiam exhibebimus sine acceptione aliqua personarum; Valdenses, et alios hæreticos quocunque nomine censeantur, et eorum credentes, fautores, receptatores, defensores, consiliarios, et benefactores ad mandatum vestrum et ecclesiæ Arelatensis exterminabimus, et ea quæ continentur in carta consulatus, et cartam consulatus promittimus vobis tenere firmiter, et servare, et omnes venditiones factas de bonis hæreticorum per vos vel commune Arelatis, et omnes alias venditiones factas de bonis communis prædicti,

prout in instrumentis eorum continetur, ratas et firmas tenebimus, et servabimus. Item promittimus vobis prænominato dno archiepiscopo, quod non patiemur transferri nec aufferi vobis vel ecclesiæ Arelaten. dominium vel jurisdictionem, immunitatem, et franchesiam, et libertatem que vos, et dicta ecclesia, et milites, et probi homines Arelatis in Arelate, et in ejusdem civitatis tenementis, vel alibi ex quacunque causa habetis, vel habere debetis, vel visi estis habere, vel hactenus habuistis : ymmo omnia ea et singula servabimus, et firmiter defendemus. Item promittimus servare, et attendere, et complere ordinamenta quæ ordinabitis vos cum illis septem qui constituti sunt ad ordinamenta civitatis Arelatis facienda ; promittentes etiam vobis nos universa, et singula supradicta attendere, et complere ad vestrum bonum intellectum. Sic Deus nos adjuvet et hæc s. Dei evangelia. — Ad hæc nos Johannes, Dei gratia sanctæ Arelat. ecclesiæ archiepiscopus, de voluntate expressa totius parlamenti, ad sonum campanarum, et tubarum more solito congregati, tradimus et concedimus Raimundo Berengarii, comiti Provinciæ, jurisdictionem Arelatis et quicquid commune Arelatis habet, vel visum est habere, vel habere debet, cum suo emolumento et onere, et honore usque ad tempus quod nos ordinabimus, et statuemus : salvis tamen, et retentis nobis, et vobis, juribus et rebus aliis quæ in civitate Arelatensi vos, et nos habemus, vel habere debemus, et eis omnibus quæ in privilegiis nostris, regalibus et Arelatensis ecclesiæ continentur, et retentis nobis, et ecclesiæ Arelatensi appellationibus, publicationibus testamentorum, codicillorum, et omnium aliarum ultimarum voluntatum, et notariis publicis, et Judæis Arelatis : salvo etiam et retento omni jure et dominio dominorum burgi ipsis dominis Burgi ; quod tam ipsi, quam prædecessores eorum habere consueverunt in burgo Arelatis ; retento equidem vobis prænominato comiti omni jure quod habetis in civitate Arelatensi, vel tenementis ejusdem civitatis, vel prædecessores vestri habuerunt, vel tenuerunt ex quacunque causa, sicut continetur in pluribus privilegiis, vel aliis cartis, vel per testes. — Ad hæc Guilelmus de Miromari, civis et habitator Arelatis, de mandato dicti parlamenti in animas omnium, et singulorum civium dicti parlamenti, et suam promisit, corporaliter præstito juramento super sancta Dei evangelia, prædictam traditionem, et concessionem, et universa, et singula suprascripta rata, et incommota tenere, et servare. — Actum fuit hoc in palatio dicti dni archiepiscopi, in parlamento publico Arelatis.

Livre noir de l'archev. d'Arles. Livre rouge, f° 318. Saxi, *Pontif. Arelat.*, p. 271-4 (au 25 j.). *Gallia christ. vetus*, t. I, p. 58 (au 1er août 1238). Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 243-4 (au 25 j., partageant l'acte en deux parties interverties). *Gallia christ. nova*, t. I, instr. p. 102. Bréq., V, 535, 553-4 (3 dates et 4 actes différ.).

1040 Arles, 19 août 1239.

La suzeraineté de la ville d'Arles lui est accordée à vie.

Postea vero, anno quo supra, xiiii°. kalendas septembris, concilio Arelatis more solito congregato ; nos prænominatus archiepiscopus, præsente et volente, et expresse emologante consilio supradicto, in hunc modum tempus ordinamus, et statuimus supradictum, videlicet quod vos dictus comes habeatis et teneatis et pacifice regatis omnia supradicta et ad ea pertinentia toto tempore vitæ vestræ : salvis vobis et nobis, atque retentis juribus nostris, et ecclesiæ Arelatensis, et vestris, et possessionibus, et omnibus aliis ad vos et nos spectantibus, et ecclesiam Arelatensem, prout superius est expressum. Actum fuit hoc in sala dni archiepiscopi memorati, præsentibus testibus infra scriptis, videl. Romæo de Villa nova, Guidone præposito Barjolensi, Enrico priore Antipolitano, coram consilio more solito ad sonum campanæ congregato. Et ego Guillelmus de Gravezons, publicus notarius, suprascriptis testis interfui, et hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

Mêmes sources. Bréquigny, V, 556.

1041 Décembre 1239.

Il en est dépouillé par l'empereur Frédéric : advertentes manifestam perfidiam quam Raymundus, comes Provincie, benefitiorum nostrorum immemor et fidei qua nobis et imperio tenebatur oblitus, contra nos proditorie presumpsit conmictere, civitatem Arelatensem, nobis et imperio subditam, a fide nostra pervertens et occupare presumens, unde ipsum... omnibus bonis ejus sententialiter privavimus....

Paris, Arch. Nat., J. 610, orig. scellé. Bouche, ouvr. cité, t. II, p. 245. Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frider. II*, t. V, p. 541-3. Teulet, *Layettes*, t. II, p. 419-20. Bréq., V, 561. Boehmer-Ficker, V, 2598.

1042 10 janvier 1240.

Le pape Grégoire IX mande à l'évêque de Palestrina, légat apostolique, de venir en aide à l'archevêque d'Arles et au comte de Provence, qui l'ont soutenu dans sa lutte contre l'empereur.

Arch. Vatic. Reg. 19 (Gregor. IX, an. xiii, ep. 228). Potthast, 10838. Boehmer-Ficker, V, 7282.

1043 11 janvier 1240.

Le pape remercie l'archev. d'Arles de la réception faite à son légat le cardinal-évêque de Palestrina.

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Probata tue devotionis sinceritas et non inexperta tue sinceritatis devotio dignum te Sedi apostolice singularis favoris gratia exhibent, dignum te reddunt ecclesie favore gratie specialis. Nuper etenim, meritis affectum ad Christum ejusque sponsam perseverantem habitum apertius facti exhibitione demonstrans, venerabilem fratrem nostrum episcopum Penestrinum, pro catholice fidei et Ecclesie generalis exequendis negotiis suscepto plene legationis officio in regnum Francie accedentem, ut bajula ejus insinuatione nobis innotuit, recepisti jocunde, hilariter honorasti, et letissime, sibi ad Romane necnon ecclesie universalis servitium quicquid infra terminos tue possibilitatis contines obtulisti. Super quibus sinceritatem tuam dignis in Domino laudibus extollentes, tibi grates referimus quas debemus, fraternitatem tuam affectuose rogantes quatinus sic te in Christo et ejus sponse assidua obsequio-

rum exhibitione conserves ut, te ipsis prosecutione devotionis exhibens continue gratiorem, merearis hinc inde plene retributionis premium reportare. Ad hec super subsidio impendendo tibi, pro quo nobis litteras destinasti, eidem legato dirigimus scripta nostra ut ipse de subventione quam a prelatis et ecclesiis sue legationis recipiet, tibi pro necessitatibus tuis providere ac subvenire procuret. Datum Laterani, III. idus januarii, pontificatus nostri anno tercio decimo.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 75. Bonnemant, t. III, n° 74.

1044 9 mars 1240.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles. Cum, sicut nobis tua fraternitas intimavit, pro dissolvendis impietatis colligationibus et profliganda heretica pravitate de tua provincia, frequenter ipsam te oporteat visitare, nos attendentes quod, talia prosequendo et opponendo te murum pro domo Domini ascendentibus ex adverso, apud Deum et homines debes merito commendari, et dignum te reddis apostolice sedis gratia et favore ; ab ejusdem provincie monasteriis et ecclesiis exigendi et recipiendi semel in anno moderatas procurationes, pro quindecim personis et totidem evectoribus, et compescendi contradictores per censuram ecclesiasticam, tibi... concedimus facultatem.... Dat. Laterani, VII. ydus martii, pontif. nostri anno XIII.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 21 v°. Bonnemant, t. III, n° 73.

1045 26 mars 1240.

Bertrand Bruni, *vicaire du comte de Provence, fait serment à l'archevêque pour l'extirpation des Vaudois, le maintien du consulat et de la confédération avec Marseille et Avignon.*

1046 Arles, 26 avril 1240.

Excommunication du comte de Toulouse par l'archev.

Nos J[ohannes], Dei gratia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, cum consilio capituli nostri et plurium sapientum, auctoritate Dei omnipotentis, Patris et Filii et S. S. et nostra, excommunicamus et anathematizamus nobilem virum R[aymundum] comitem Tholose], pro eo quod sarcinam navis, arma et res crucesignatorum et nautarum et marinariorum eorundem in subsidium Terre sancte, occupavit et adhuc detinet occupata, propter quod transitus crucesignatorum qui apud Arelatem venerant, et Terre sancte subsidium impeditur. Item excommunicamus dictum comitem, pro eo quod, spreto fidelitatis et homagii juramento quod olim dno M[ichaeli] bone memorie quondam Arelaten. archiepiscopo predecessori nostro... fecerat, juramenti etiam religione contempta in manu nostra prestita, et osculo pacis firmata, de defendendo et salvando personam nostram et personas canonicorum, possessiones, res et jura ad nos et dictam ecclesiam pertinentia, ipse invasit feudum ecclesie violenter, videlicet castrum de Trencatalliis et Camargas, Arelaten. dioc., pro quo castro Barralus nobis homagium et fidelitatem fecerat ; invasit inquam ad inpugnandum nos et Arelaten. ecclesiam et nobilem virum comitem Provincie, civitatem et cives Arelatenses, qui tanquam fideles ecclesie recepti fueramus sub protectione et tuitione dni pape et ecclesie Romane per venerabilem patrem et dnm J[acobum] Dei gratia Prenestrin. episcopum, apostolice sedis legatum. Item excommunicamus dictum comitem, pro eo quod ipse, et sui, armenta nostra equarum, bovum et porcorum depredati fuerunt, et restituere contradicunt. Item excommunicamus dict. comitem, qui favet F. dicto imperatori, faciendo vivam guerram pro eod. contra nos et comitem Provincie, et civitatem et cives Arelaten., qui omnes crucis signum suscepimus contra dictum F., pro defensione fidei, et ecclesiastice libertatis. Item, cum dns papa omnibus qui crucem susceperint contra dictum F., illam indulgenciam, idemque privilegium largiatur, que transeuntibus, et subvenientibus in Terre sancte subsidium, in generali concilio sunt concessa ; et cives Arelaten. contra dictum F. crucis signum susceperint, et dictus comes innumerabilem predam ex armentis eorum fecerit, et multos crucesignatos ceperit, et interfecerit, nos dictum comitem, et omnes fautores ipsius, videlicet comitem Berardum qui principaliter pro dicto F. guerram facit, Barralum de Baucio, R. Gancelmum de Lunello, Ro. de Baucio, dominum Aurasice, Dragonetum de Monte Albano, comitem G. de Alvernia, comitem Convenarum, comitem Rutinensem, Aimericum de Claro monte, Ros. et Guillelmum de Sabrano, Beren. Santol, canonicum Rutinen., Jo. Auriol, Guill. de Barreria, Ros. de Podio alto, Petrum Martinum, Guill. Augerium, Pon. Astoaudum, et Guill. Astoaudum, juris perditos, Olivarium de Termes, Pon. d'Olargue, Guill. Arnaldum de Monte pesato, G. de Pipion, Pe. Bermundum de Salve, Pon. de Villa nova, Guill. Arnaldum, senescalcum de Agenes, Massilienses, Avinionenses, Bellicadrenses, et omnes fautores et adjutores eorum, excommunicationis vinculo innodamus. Item, cum dns papa omnes illos excommunicaverit qui crucesignatos ceperint, vel spoliaverint rebus suis, nos dictum comitem, et alios supradictos, cum suis fautoribus, et etiam principales adjutores et fautores eorum denunciamus, auctoritate dni pape, excommunicationis vinculo innodatos. Item, cum dictus comes castra metatus sit apud Trencatallias, nos omnes illos qui cum ipso, vel cum aliquo de suo exercitu, scienter, in aliquo venditionis, vel emptionis contractu, seu alio modo, contra nos, comitem Provincie et Arelaten., communicaverint, vel eis victualia, seu alia necessaria, seu utilia, attulerint, seu miserint, excommunicationis vinculo innodamus. Item, cum Massilienses per dnm Hu. bone memorie quondam Arelaten. archiepiscopum, predecessorem nostrum, excommunicati fuerint, propter multa dampna que irrogaverant Arelaten. ecclesie, et aliis locis religiosis Arelaten. diocesis, et propter hoc quia juraverant stare mandatis nostris, nos ipsos olim absolverimus, et pendente mandato, ipsi venerint contra nos, in subsidium comitis Tholosani ; nos ipsos in eandem excommunicationis sententiam duximus reducendos. Item, cum a dno J. Dei gratia Prenestrin. episcopo, apostolice sedis legato, receperimus in mandatis, ut omnes molestatores comitis Provincie, et civium Arelaten., per censuram ecclesiasticam compesceremus ; nos dictum comitem Tholosanum, et omnes supradictos, cum suis fautoribus, auctoritate dicti dni legati, excommunicationis vinculo

innodamus. Item, excommunicamus, et denunciamus excommunicatum, comitem Tholosanum, et omnes supradictos, cum suis fautoribus, ex eo quod exercitus ejusdem, et sui, domos ecclesiarum sitarum in Camargiis, turres et grangias nostras ecclesie Arelaten., et villam de Mamussana, combusserunt. Item excommunicamus dictum comitem, et specialiter comitem Berardum, quia invaserunt ecclesiam Sancti Petri de Trencatalliis, auferendo et rapiendo bladum, vinum et pannos, et multa bona que erant in dicta ecclesia et in domo, et eam irreverenter penitus violarunt. Late fuerunt et publicate hee sententie, in ecclesia Beati Trophimi, anno Domini M°.CC°.XL°, vj kal. maii.

Inséré dans l'acte du 26 juillet 1240. Boehmer-Ficker, V, 13327.

1047 30 avril 1240.

Lettre du pape au comte de Provence, lui mandant de prêter aide et conseil à l'archevêque d'Arles pour amener à résipiscence Guillaume de Sabran, comte de Forcalquier, détenteur de la ville de Pertuis, propriété de Montmajour.

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, pp. 323-4, 333-4.

1048 10 mai 1240.

Le cardinal-légat frère Jacques, évêque de Palestrina, annonce à l'archevêque de Narbonne, que, malgré que l'archevêque d'Arles, le comte de Provence et les bourgeois d'Arles se soient mis sous la protection de l'église Romaine contre l'empereur Frédéric, quelques-uns des protégés ont été attaqués par des partisans du vicaire de Frédéric, Bérard, qui est excommunié. Il mande donc à l'archevêque de Narbonne d'excommunier tous les nobles et capitaines qui ont été mêlés à ces troubles, à moins qu'ils ne réparent dans un délai très court tous les dommages causés.

Arch. des B.-du-Rh. B 331, copie. Winkelmann, *Acta imper. med.*, t. I, p. 529. Boehmer-Ficker, V, 13331.

1049 8 juin 1240.

Jean, archevêque d'Arles, Raimond Bérenger, comte et marquis de Provence et Forcalquier, et Romée de Villeneuve déclarent avoir reçu de Zoen, archiprêtre de Bologne, représentant du légat Jacques, évêque de Palestrina, la somme de 2000 marcs d'argent, pour le bien de la foi catholique, et s'engagent à rembourser cette somme pour la fête de St-Michel, ou à partir de cette date à supporter tous les frais.

Arch. des B.-du-Rh. B. 331, orig. Boehmer-Ficker, V, 13332.

1050 15 juillet 1240.

Sentence d'excommunication lancée par Zoen, vicaire du cardinal-légat, contre le comte de Toulouse et ses partisans, pour avoir occasionné de grands dommages à l'archevêque d'Arles, à sa ville et au comte de Provence.

Arch. des B.-du-Rh. B. 331. Barthél., *Baux*, 287.

1051 Arles, 26 juillet 1240.

Lettre de l'archev. à Zoen, archiprêtre de Bologne.

Vener. in Xpisto fratri magistro Zoen, archipresbitero Bononien., gerenti vices reverendi patris et dni J. Dei gratia Prenestrin. episcopi, apostolice sedis legati, J. Dei gratia sancte Arelaten. ecclesie minister humilis, salutem, reverenciam, obbedienciam et honorem. Noveritis nos tulisse infra scriptas sentencias sub hac forma : (*n° 1046*). Fraternitatem igitur vestram requirimus in sanguine crucifixi, quem ipsi negant, quatenus predictas sentencias per totam legationem vestram faciatis sollempniter publicari, accensis candelis et pulsatis campanis, diebus dominicis et festivis. Item excommunicamus omnes tam clericos quam religiosos, qui in dicto exercitu intrabunt vel venient sine nostra licencia vel superiorum nostrorum, vel absque casu necessitatis, vel absque in casibus a jure concessis, retrahendo illos de exercitu a malo, et ad viam veritatis reducendo. Datum Arelate, vii. kal. augusti.

Arch. des B.-du-Rh. B. 331. Orig. parch. ; sceau en cire jaune pendant à une bande de parch. : S. IOH'IS. QVINTI. ARELATN. A[RCHI]EPI. Boehmer-Ficker, V. 13341.

1052 Arles, 30 juillet 1240.

... Dno R. Berengario, D. g. comite Provincie, presidente in Arelate, *l'archevêque J. donne en fief* vobis Petro Rainaudo et Marie, viro et uxori,... honorem et dominia et census quondam Petri de Roveria, patris tui dicte Marie,... in territorio de Trencatalhiis,.., et ii pondera pipiperis ad pondus ferri scole Judeorum et dimidiam lampreram, *etc.* ; quem honorem et alia predicta ceciderunt in comissum nobis et ecclesie Arelat. propter proditionem quam Barralus de Baucio fecit contra nos ... et propter excessum quem postea comisit contra nos Petrus de Roveria... Testes .. B't. prepositus, B' archidiaconus, P. archipresbyter et R. sacrista Arelat.,...

Archev. d'Arles. Reg. Trinquetaille, t. I, n° 1. Bonnemant, t. I, p. 323.

1053 Salon, 28 octobre 1240.

Guillaume, seigneur de Berre, et Bertrand Porcellet prennent pour arbitre de leurs différends Jean, archeveque d'Arles.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 299 v°. Barth., *Baux*, 289.

1054 15 décembre 1240.

... Nos J., D. g. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus, pro nobis et aliis dominis portuum Traversariorum tam civitatis quam burgi, constituimus te Johannem Caussamiram et filium tuum Poncium Caussamiram, ad percipiendum et congregandum omnes proventus provenientium ex portibus supradictis : *le prix de ferme est de 80 livres* Raimunden. *par an.*

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 137, expédit. orig. du 8 janv. 1248 9. Bonnemant, t. III, n° 72.

1055 Arles, 31 décembre 1240.

Anno 1240, pridie kal. januarii, dns R. abbas Montismajoris, et dns Guillelmus *de Sabran*, comes Forcalcherii, compromiserunt in d. Joannem Arelaten. archiepiscopum, ut arbitrum, de omnibus controversiis quas invicem faciebant, ratione castri et ville de Pertusio, et ejus tenementi, sub pena mille marcharum argenti...

Actum Arelati, in pres. dni R. Berengarii, comitis Provincie, F. Regensis electi, *etc*....

Chantelou, *Hist.* ms. *de Montmajour.* Les seigneurs de Berre et celui d'Eyragues se portèrent caution de ce compromis, le 14 janv. suiv. (Barthél., *Baux*, 290).

1056 Arles, 13 janvier 1241.

R. Bérenger, comte de Provence, reconnaît avoir reçu en prêt de son épouse Béatrix 100000 sous Raimunden. Testes.. d. Johannes, s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus,...

Arch. des B.-du-Rh. B. 333, orig. et vidimus. B. 334, vidimus de Jean archevêque de Vienne et Philippe élu de Lyon.

1057 Cavaillon, 30 mai 1241.

Raimond, comte de Toulouse et marquis de Provence, reconnaît tenir le château de Beaucaire et l'Argence en fief de l'archevêque d'Arles Jean, qui l'en investit. Act... in camera dni Cavellicen. episcopi, in presencia.. dom... Guillelmi Carpentorat., A[mici] Aurasic. episcoporum, Barralli domini de Baucio....

Paris, Arch. Nat., J. 318, orig. scellé. Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. III, c. 401-2; 3e éd., t. VIII, c. 1059-60. Teulet, *Layettes*, t. II, p. 448-9. Bréq., VI, 16. Barth., *Baux*, 295. Douët, *Coll. de sceaux*, n° 10287.

1058 2 juin 1241.

Raimond, comte de Toulouse, et R. Bérenger, comte de Provence, pour lui, l'archevêque et les citoyens d'Arles, déclarent s'en rapporter, pour régler leurs désaccords, au roi d'Aragon et aux évêques de Toulouse et de Riez.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 95, orig., fragm. de sceau.

1059 17 juin 1241.

Grégoire IX exhorte de nouveau les évêques et autres prélats de la province d'Arles à venir en aide à l'archevêque de cette ville, dont le prédécesseur adeo gravaverat ecclesiam suam onere debitorum, quod ipse sub eo sine vestro auxilio non poterat respirare. — Dudum nobis vener.... Dat. Laterani, xv kal. julii, pontif. nostri anno quinto decimo.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 74 v°. Bonnemant, t. II, p. 344.

1060 Cavaillon, 23 juin 1241.

Promesses de Raimond, comte de Toulouse, à Jean Baussan, archevêque d'Arles.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno Incarnationis ejusdem M°.CC°.XLI°, ix. kal. julii. Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod nos R. Dei gratia comes Tholose, marchio Provincie, vobis ven. patri, dne *J.* Dei gratia sancte *Arelaten. ecclesie archiepiscope*, et gratie vestre reconciliari plurimum affectantes, de nostra mera et gratuita voluntate, mandatis vestris nos supponimus, et omnimode voluntati, super restauratione dampnorum, que per nos, vel per nostros, illata fuerunt vobis, et ecclesie Arelaten., in vestris proprietatibus, possessionibus, bonis, mobilibus et immobilibus, seu dominicaturis, quando intravimus insulas Camaricarum, et dum moram fecimus in eisdem; et super omnibus aliis dampnis ibidem, vel alibi, ante vel post, vobis et ecclesie Arelaten., in vestris proprietatibus, seu dominicaturis, per nos et nostros illatis. Promittimus insuper vobis prefato dno archiepiscopo nos stare mandatis vestris, et omnimode voluntati, super universis querimoniis, rancuris, et controversiis, quas prelati, et ecclesie, et clerici, vel ecclesiastice persone Arelaten. provincie contra nos faciunt, vel facere possunt, et nos facimus, vel facere possumus contra ipsos. Promittentes vobis, bona fide, quod nos, super mutuis querimoniis et petitionibus, dispositioni vestre stabimus, sicut discretioni vestre placuerit ordinare. Quod autem omnia predicta et singula compleamus, et observemus, et contra, nullo jure, nullaque ratione, veniamus, vobis bona fide promittimus, corporaliter prestito juramento. Renunciantes omni juri, scripto vel non scripto, canonico et civili, promulgato et promulgando, per quod venire possemus contra predicta, vel aliquid de predictis. Acta sunt hec in curia dni episcopi Cavallicen., in presentia dominorum G. Carpentoraten., A. Aurasicen., R. Cavallicen., L. Tricastrini, D. Albien. episcoporum, G. electi Vasion., B. prepositi et R. sacriste Arelaten., G. prepositi Albien.; nobilis viri Barrali, dni de Baucio, Wi. de Barreria, Po. Astoaudi, J. de Aurono, judicis Venaisini, Bauciani civis Massilien., Hugonis de Novis, clerici, Hu. Staque, notarii dni archiepiscopi Arelaten., Jo. de Auriolo, notarii illustris comitis Tholosani, et plurium aliorum. Et mei Raimundi Symeonis, imperialis aule notarii, qui de mandato dicti dni comitis Tholosani, hanc cartam scripsi, et signum meum apposui. Ad majorem autem hujus rei firmitatem, nos dictus comes Tholose, hanc cartam fecimus sigilli nostri pendentis munimine roborari.

Arch. des B.-du-Rh. B. 333. Orig. parch.; sceau pendant à une tresse de fil. Boehmer-Ficker, V, 13373 [bis].

1061 Tarascon, 29 juin 1241.

Raimond Bérenger, comte et marquis de Provence et comte de Forcalquier, assigne vener. patri Jo., D. g. sancte Arelat. ecclesie archiepiscopo, *6 liv. 13 sous et 4 den.* regal. coronat. in cavalcatis... castri de Fossis, in restitutionem albergue S. Mitrii, quam modo tenet B. Porcelletus... Actum apud Tharasconem, in claustro B. Marthe. Testes: Guido, prepositus Barjol., Raimundus de Barjolo, sacrista Arelaten.,...

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 96. Bonnemant, t. I, p. 6.

1062 Tarascon, 29 juin 1241.

Le même reconnaît au même, nos recepisse a vobis fidelitatem pro quarta parte dominii et segnorie et jurisdictionis burgi Arelaten.... Actum *ut supra*.

Archev. d'Arles, Liber aureus, n° 24. Livre rouge, f° 43. Livre noir, f° 96. Bonnemant, t. I, p. 15.

1063 Arles, 6 juillet 1241.

L'archevêque J. renouvelle, dans les mêmes termes, la concession faite par lui à Pierre Rainaud (n° 1052). Testes : Bonifacius prior quondam Sancti Juliani, prepositus de Barjols, Vicedominus de Vicedominis,...

Archev. d'Arles. Reg. Trinquetaille, t. I, n° 2. Bonnemant, t. I, p. 224.

1064 17 juillet 1241.

Lettre de Grégoire IX aux archevêques, évêques et autres personnages ecclésiastiques de Provence, les exhortant à donner du secours au comte de Provence contre le comte de Toulouse et l'empereur.

Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxxx. Potthast, 26299. Boehmer-Ficker, V, 7373.

1065 Bouc (auj. Albertas), 10 août 1241.

Procuration donnée par Raimond, comte de Toulouse, au roi Jacques d'Aragon, pour son mariage avec Sancie, fille du comte de Provence. Apud Boch. Testes J. archiepiscopus Arelatensis,...

Arch. des B.-du-Rh. B. 334, orig. Boehmer-Ficker, V, 13380.

1066 Aix, 11 août 1241.

Contrat de fiançailles entre Raimond, comte de Toulouse, et Sancie, fille de Raimond Bérenger, comte de Provence, et de Béatrix, par l'intermédiaire de Jacques, roi d'Aragon. Testes sunt J. archiepiscopus Arelaten., R. archiepiscopus Aquen., F. episcopus Regen., Raim. episcopus Tolosanus, G. episcopus Carpentoraten.,...

Arch. des B.-du-Rh. B. 334, orig. *Gallia christ. vetus*, t. I, p. 688. D'Achery, *Spicil.*, t. VIII, p. 231. Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 249. Bréq., VI, 19. Boehmer-Ficker, V, 13381.

1067 Salon, 29 novembre 1241.

L'archevêque Jean promet aux habitants de Salon de ne jamais aliéner ce château. Act. in castro Sallonis, in ecclesia S. Michaelis, in presentia.. dom. G. Carpentorat. episcopi, d. L. Tricastrinen., d. B. prepositi, d. B. archidiaconi et Gantelmi precentoris Arelat..., d. G. comitis Forcalquerii, d. G. de Baucio...

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 132. *Gallia christ. vetus*, t. I, p. 58-9 ; *nova*, t. I, instr. p. 102, anim. lxxj. Bonnemant, t. I, p. 40. Bréq., VI, 9 (à 1240).

1068 1er février 1241/2.

Règlements pour Beaucaire, dressés de l'autorité de Jean Baussan : quoniam dictus dns archiepiscopus, magnis et arduis negociis prepositus, circa diffinitionem vel ordinationem istorum personaliter intendere non poterat, commisit dno Bertrando, Arelatensi preposito, vices suas.

Voir la pièce aux prévôts d'Arles.

1069 14 mars 1241/2.

Absolution accordée, in extremis, *à Raimond, comte de Toulouse, de l'excommunication qu'il avait encourue* pro facto Camargarum et guerra quam fecit in Camargis, et pro dampnis datis ibidem dno archiepiscopo Aralatensi et ecclesiis....

Paris, Arch. Nat., J. 305, orig. scellé. Teulet, *Layettes*, t. II, p. 466.

1070 9 avril 1242.

Vener. patri in Xpisto et dno J., D. g. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo, R. ead. g. comes Tholose, marchio Provincie, sal. et paratam in omnibus ad ejus beneplacita voluntatem. Sicut vestre paternitatis prudentia non ignorat, super omnibus querimoniis, quas de nobis faciunt... ecclesie et ecclesiastici viri Arelaten. provincie, cognitioni vestre nos subposuimus et mandatis. *Voulant accomplir sa promesse, il se déclare prêt à obéir aux décisions de l'archevêque et lui envoie* dil. et fid. n. R. de Libra, *qui répondra à tous les réclamants.* Dat. Galliaci,...

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 430. Livre vert, f° 357.

1071 Salon, 27 juillet 1242.

... Joannes archiepiscopus Arelaten., arbiter electus, et executor a dno papa in hoc negotio concessus *(voir n° 1055)*, mandavit, ut dictus abbas et dictus comes, pro se et successoribus suis, teneant pro indiviso villam Pertusii, cum tenemento ejus, justitias omnes, et exercitium earum, exceptis his que ad merum imperium pertinent... Ponant communiter bajulos, bannerios, tascherios, lesderios... Quod fructus et obventiones suprascripte dividantur communiter inter abbatem et comitem. Quod dictus comes faciat et juret homagium et fidelitatem abbati... Teneatur comes quotannis solvere abbatibus nomine census quingentos sol. Guillelmensium in festo S. Petri, intrante augusto... Item.. pro damnis datis monasterio.. et acapto.. det abbati 3000 sol. reg. cor. incontinenti, et alia 3000 in Nativitate Dni proxima, et alia 3000 a Nat. Dni prox. in unum annum. Actum est hoc in castro Cellonis, in curia staris dicti dni archiepiscopi, in porticu ante januam dicte curie, in presentia... Bertrandi decani Sancti Andree,...

Arch. des B.-du-Rh. B. 335. Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 246-8. Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 334-43. Bréq., VI, 31 (au 6 août). Barth, *Baux*, 300.

1072 7 janvier 1243.

Le pape Innocent IV annonce à l'archevêque d'Arles l'absolution du comte de Toulouse et lui recommande de la faire promulguer dans son diocèse.

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV. an. 1, ep. 362), f° 60 v°. Berger (Elie), *Reg. d'Innocent IV*, n° 364.

1073 18 avril 1243.

Concile de Béziers, où se trouve l'archevêque d'Arles.

D'Achery, *Spicil.*, t. IV, p. 265. Voir le n° suiv.

1074 Béziers, 21 avril 1243.

Sommation du comte de Toulouse aux évêques de ses états d'exercer l'inquisition, in presentia vener. patrum d. P. Narbone et d. J. Arelaten. archiepiscoporum et ... G. Carpentorat..... episcoporum.

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, t. III, c. 425 ; 3e éd., t. VIII, c. 1121-2.

1075 Beaucaire, 26 juin 1243.

Ego Barralus dns Baucii, bona fide, et sine dolo, juro, tactis corporaliter a me sanctis evangeliis Dei, et promitto, et facio homagium, fidelitatem, vitam et membra, vobis dno J. D. g. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo, nomine dicte ecclesie, flexis genibus et junctis manibus et positis inter manus vestras... Acta fuerunt hec apud Bel-

liquadrum, in claustro... Testes interfuerunt ad hec Raimundus Tholosanus episcopus, G. Carpentoraten. episcopus, Bertrandus, prepositus Arelaten.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 403. Livre rouge, f° 336 v°. Livre jaune, f° 278 v°. Barth., *Baux*, 304.

1076 Jarnègue, Beaucaire, 29 juin 1243.

... Nos J[ohannes], D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, damus et concedimus treugas vobis illustr. viris, R[aimundo] D. g. comiti Tholose, marchioni Provincie, et R[aimundo] Berengarii, ead. g. comiti et marchioni Provincie et comiti Forcalquerii, et hominibus et terris et valitoribus vestris... *Consentement de Raimond Bérenger.* Fact... in domo pedagii de Gernegua; testes.. episcopus Regien., electus Avinion., prepositus de Barjolis... *Consentement du comte de Toulouse.* Fact... apud Belliquadrum....

Paris, Arch. Nat., J. 311, orig. scellé. Vic et Vaissete, *Hist. de Lang.*, t. III, c. 425-7; 3e éd., t. VIII, c. 1124-8. Teulet, *Layettes*, t. II, p. 514-6. Bréq., VI, 45. Barth., *Baux*, 305. Douet d'Arcq, *Coll. de sceaux*, n° 6287. Boehmer-Ficker, V, 13459.

1077 29 juin 1243.

... Nos R., D. g. comes Tholose et marchio Provincie, atendentes et considerantes fidei puritatem et vere dilectionis constantiam, quam vener. pater dns J., D. g. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus, erga nos et nostra gerit negotia, ex liberalitate sua potius quam ex nostris meritis, ad nostri honoris et comodi incrementum, notam ingratitudinis vitare volentes, personam et terram n. ad ipsius obsequia exponentes, vener. patri dno R., D. g. episcopo Tholosano, nomine ipsius dni archiepiscopi recipienti,... promittimus bona fide, quod si prefatum d. archiepiscopum, occasione compromissi inter nos et comitem Provincie facti..., contingeret dispendium aliquod incurrere vel gravamen, nos... procurabimus emendare....

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 158, orig., dont le sceau a été enlevé. Bonnemant, t. II, p. 589.

1078 19 juillet 1243.

Lettre d'Innocent IV aux archevêques d'Embrun, Aix, Arles, etc. et à leurs suffragants, leur annonçant l'envoi de [Zoen], évêque élu d'Avignon, pour légat.

Hauréau (B.), dans *Not. et extr. des mss* (1876), t. XXII, II, p. 160-2. Boehmer-Ficker, V, 14856.

1079 1243/4.

Concile de Narbonne, instructions aux inquisiteurs.

Petrus, D. g. Narbonensis, Joannes Arelatensis, Raimundus Aquensis archiepiscopi, cæterique prælati...

Labbe, *Concilia*, t. XI, c. 487-501. Cf. Vic Vaissete, *Hist. de Lang.*, t. III, p. 585-6; 3e éd., t. VII, p. 94-5.

1080 28 janvier 1244.

Lettre d'Innocent IV au comte de Provence, au sujet de la reprise de la guerre, à l'expiration de la trêve conclue entre lui et le comte de Toulouse, par la médiation de l'archevêque d'Arles.

Arch. des B.-du-Rh. B. 337, orig., plomb sur corde de chanvre. Perrin, 417, cf. 416.

1081 18 mars 1244.

Bulle d'Innocent IV .. vicario, consilio et universitati civitatis Arelatensis. Promerente tam vestre devotionis promptitudine quam fidei puritate constantis, vos speciales inter devotos Romane ecclesie reputari dignum fore providimus.... *Il leur accorde pour deux ans le privilège de ne pouvoir être excommuniés ou interdits par leur archevêque.*

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV, an. 1, ep. 591), f° 94 v°. Berger, 592. Boehmer-Ficker, V, 7451.

1082 30 avril 1244.

Innocent IV mande à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants qu'il a ordonné à son légat, l'évêque d'Avignon, d'annuler le procès contre l'évêque de Carpentras.

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV. an 1, ep. 664), f° 103. Berger, 165.

1083 6 mars 1245.

Le même exempte pour trois ans l'évêque d'Avignon [Zoen] de la juridiction de son métropolitain l'archevêque d'Arles.

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon.

1084 8 mars 1245.

Le même mande aux archevêques de ... Vienne, Embrun, Arles et Aix et à leurs suffragants, ainsi qu'aux autres prélats de leurs diocèses, qu'il leur envoie pour légat l'évêque d'Avignon.

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV, an. 1, ep. 365), f° 163 v°. Berger, 1106. Boehmer-Ficker, V, 7524.

1085 Lyon, 13 juillet 1245.

Le pape Innocent IV fait transcrire les originaux de 91 privilèges de l'église Romaine sur 17 rouleaux de parchemin, qui sont scellés par 40 des prélats assemblés au concile de Lyon, parmi lesquels Johannes Arelatensis... archiepiscopi.

Huillard-Bréholles, *Hist. diplom. Frider. II*, t. VI, p. 317. Potthast, 11722. Voir sur les Rouleaux de Cluny les articles indiqués dans le *Répert. d. sourc. hist. du moy. âge*, t. II, c. 758.

1086 5 septembre 1245.

Confirmation par le pape Innocent IV d'un statut sur les discussions entre chanoines.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Hiis que pro ecclesiasticarum personarum pacis commodo statuuntur, libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem. Cum igitur, sicut nobis exponere curavistis, deliberatione provida venerabilis fratris nostri archiepiscopi Arelatensis accedente consensu, duxeritis statuendum ut questiones que inter ipsum archiepiscopum et capitulum Arelatense, seu inter aliquos de ipso capitulo contigerit suboriri, deberent per aliquos de eodem capitulo, electos comuniter a partibus, terminari; nos vestris precibus inclinati, statutum hujusmodi, prout provide factum est, gratum et ratum habentes, ipsum auctoritate apostolica confirmamus, et

presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo... hanc pag. nostre confirmationis...; si quis... Datum Lugduni, nonis septembris, pontificatus nostri anno tercio.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 66. BONNEMANT, t. III, n° 83.

1087 17 septembre 1245.

Lettre du même aux archevêques d'Embrun, Arles, Aix, etc., leur défendant d'inquiéter les Frères-Prêcheurs et les invitant à réprimer leurs sujets.

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV, an. III, ep. 537), f° 285 v°. POTTHAST, 11878. BERGER, 1876.

1088 3 novembre 1245.

Le pape rend aux archevêques, évêques et autres prélats le droit de nommer aux bénéfices de leurs églises.

BULEUS, *Hist. univers. Paris.*, t. III, p. 263. POTTHAST, 11953.

1089 Après 1245.

Ego soror Porcelleta, abbatissa Molegesii, subjectionem, reverentiam et obedientiam a sanctis patribus constitutam, secundum regulam Sancti Benedicti, tibi, domine pater *Johannes, archiepiscope Arelatis*, tuisque successoribus canonice substituendis, et sancte sedi Arelatis, salvo ordine nostro, perpetuo me exibituram promito.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 134 v°, de l'époque.

1090 6 mars 1246.

Lettre d'Innocent IV .. archidiacono Massilien. Quia fervet avaritia... (Novas exactiones in bona archiepiscopi Arelatensis impositas, per censuram ecclesiasticam, ut desistant, compescat.) Dat. Lugduni, II. nonas martii, anno III.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 64. Livre vert, f° 20. BONNEMANT, t. III, n° 77.

1091 10 mars 1246.

Bulle du même .. archiepiscopo et capitulo Arelaten. Cum a nobis petitur... (Confirmat auctoritate apostolica regalia civitatis Arelat. et diocesis, justitias et alia quamplura a Frederico imperatore confirmata.) Dat. Lugduni, VI. idus martii, anno III.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 21, orig. scellé. Livre noir, f° 64. BONNEMANT, t. III, n° 75.

1092 13 mars 1246.

Bulle du même .. archiepiscopo Arelaten. Apostolice sedis benignitas... (Nullus delegatus in personam archiepiscopi sententias promulgare, absque sedis apostolice licentia speciali, [valeat].) Dat. Lugduni, III. idus martii, anno III.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 64 v°. BONNEMANT, t. III, n° 81.

1093 25 mars 1246.

Le pape mande à l'archevêque de venir auprès de lui.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Arelaten., salutem et apostolicam benedictionem. Inter ceteros prelatos Ecclesie, de sinceritate devocionis et puritate fidei, ac etiam de circumspecta industria, plene laudabilis apud nos et Romanam ecclesiam inveniris. Procedit quidem ex hoc, quod cum pro tractandis quibusdam Ecclesie jamdicte negociis tua sit nobis presentia plurimum oportuna, fraternitatem tuam rogandam duximus et monendam, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus specialiter in hac parte promte devotionis affectu studens apostolice sedi placere, sic provideas, quod in tertia dominica post proximum Pascha tui presentiam habeamus. Datum Lugduni, VIII. kal. aprilis, pontificatus nostri anno tertio.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 64 v°. BONNEMANT, t. II, p. 330.

1094 1er avril 1246.

Bulle du même au même. De sinceritate tua... (Licentia conferendi beneficia ad sedem apostolicam, secundum Lateranen. statuta concilii, devoluta.) Dat. Lugduni, kal. aprilis, anno III.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 64 v°. BONNEMANT, t. III, n° 81 bis.

1095 20 mai 1246.

Bulle du même .. archiepiscopo Arelaten. Tuam volentes honorare personam... (Dispensare possit cum duobus clericis suis ad plura beneficia.) Dat. Lugduni, XIII. kal. junii, anno III.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 65. BONNEMANT, t. III, n° 82.

1096 21 mai 1246.

Bulle du même .. archiepiscopo et capitulo Arelaten. Solet annuere sedes apost.... (Uti possit privilegiis et indulgentiis olim a sede apostolica predecessoribus concessis, etsi neglectis.) Dat. Lugduni, XII. kal. junii, anno III.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 65. Livre vert, f° 20 v°. BONNEMANT, t. III, n° 78.

1097 21 mai 1246.

Lettre du même .. archidiacono Massilien. Quia nonnulli sic... (Molestatores archiepiscopi et capituli Arelaten. per censuram compescat.) *Même date.*

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 65. Livre vert, f° 20 v°. BONNEMANT, t. III, n° 79.

1098 22 mai 1246.

Lettre du même fratribus ordinum Predicatorum et Minorum. Cum sicut ex parte vener. fratris archiepiscopi Arelaten... (Exhortent ad solvendas decimas, contra dicentes non esse peccatum non solvere.) Dat. Lugduni, XI. kal. junii, anno III.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 65.

1099 22 mai 1246.

Bulle du même .. archiepiscopo Arelaten. Devotionis tue precibus... (Absolvere possit incendarios, et qui excommunicati vel suspensi se immiscuere divinis.) *Même date.*

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 66. BONNEMANT, t. III, n° 82 bis.

1100 17 août 1246.

Lettre du même au même. Cum sicut accepimus... (Exequatur reformationem sue ecclesie, juxta ordinem Beati Augustini.) Dat. Lugduni, XVI. kal. septembris anno IV.

Archev. d'Arles, Livre noir, f° 66.

1101 27 août 1246.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Arelaten., sal. et apost. ben. Supplicantibus nobis civibus Arelatensibus humiliter et devote, per litteras tibi nostras injungi ut ad presentiam nostram accedas cum ambaxatoribus eorumdem, quos ad nos destinare proponunt : fraternitati tue presentibus intimamus quod si volueris venire cum ipsis ad instantiam civium predictorum, nos gratum habebimus et acceptum. Rogantes ut in hiis et in aliis preces eorum, quantum cum Deo poteris, studeas exaudire. Datum Lugduni, VI. kal. septembris, pontif. nostri anno quarto.

Archev. d'Arles, Livre noir, f° 66 v°.

1102 Arles, 19 septembre 1246.

Monition canonique faite par Jean Baussan, archevêque d'Arles, à ses chanoines.

NOVERINT universi presentem paginam inspecturi quod anno Incarnationis Domini M.CC.XLVI, XIII. kal. octobris, dns *J.* Dei gratia *s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus* precepit Gy. archidiacono, P. archipresbitero, P. precentori, Bereng. Gaillardo, infirmario, Petro Nicholao, Bertr. Ricardo, Pontio de Salaves, Guillelmo de Sancto Cannato, Moteto, Hugoni de Miromari, et Raymundo Guiberto, canonicis ecclesie Arelaten., ut hinc ad diem dominicam proximam reddant racionem de aministracionibus suis plenam et veram. Ita tamen quod si aliqua debent, quod de residuo solvant debita suarum aministrationum, si aliqua supersunt. Item, precepit dictus dns archiepiscopus Guillelmo de Sancto Cannato et Moteto canonicis ut hinc ad diem dominicam proximam, petant absolucionem, secundum formam Arelatensis ecclesie, et regulam beati Augustini, sicut regulares petere debent, humiliter et devote. Alioquin, ex tunc obmittere non posset, quin, secundum Deum, juris formam, ecclesie statuta Arelaten., et beati Augustini regulam, contra eos procederet. Item monuit predictos, quod hinc ad diem dominicam proximam, cum pluries amonuerit eosdem, quod quantum in ipsis est, eligant rectores in ecclesia Sancti Martini, a qua privavit et privat B'n. de Barjols, quia ei fuit et est inobediens, contumax et rebellis, et incorrigibilis, et regularem disciplinam fugiens ; et quia commisit incestum, prout fama publica laborat, de quo multociens fuit amonitus, et requisitus noluit se purgare ; et ecclesiam Sancti Leodegarii, de qua privavit et privat Guillelmum Vitalem, nisi hinc ad diem sabbati proximum, venerit coram eo, satisfacturus super inobedientia, furto des mataillis campanarum ecclesiarum Arelaten., de quo furto fuit publice infamatus, et monitus et requisitus noluit se purgare ; et quia contempsit claves Ecclesie, nolens servare sententias excommunicationis latas ab ipso archiepiscopo, auctoritate dni pape et sua, inmiscendo se divinis excommunicatus cum excommunicatis, specialiter cum B. Malferrat, et quibusdam aliis ; et quia aliis multis criminibus ab ipso henormiter commissis ; ecclesiam vero Beate Marie de Coms, quia fuit concessa sine nostro consensu, contemptis B. archidiacono, P. precentore, Petro Nicholao, Pontio de Salaves, Pontio de Mostiers, et Guillelmo de Codols, et quibusdam aliis canonicis ; et qui excommunicatus auctoritate dni pape, propter subventionem imperii romani ; quatinus collatio ad eum tam per dnm papam quam per ipsum, fit devoluta, voluit deferre capitulo Arel. ; ita tamen quod propter hoc, in ipsis ecclesiis, seu in aliis, nullum prejudicium generetur. Actum fuit hoc in stari dicti P. archipresbiteri. Hujus rei sunt testes : Petrus Ferreolus, prior ecclesie Sancte Crucis. Et ego Pontius Mota, publicus Arelaten. notarius, qui mandato dicti dni archiepiscopi, hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

Archev. d'Arles, Livre rouge, f° 382 v°. Livre vert, f° 312 v°. BONNEMANT, t. III, n° 76.

1103 14 octobre 1246.

Déclaration de l'évêque de Toulon en faveur de l'administration de Jean Baussan.

ANNO dominice Incarnationis M°CC°XL°VJ°, pridie idus octobris. Noverint universi quod nos R[ostagnus] Dei gratia Tholonen. episcopus confitemur et in veritate recognoscimus quod venerabilis in Xpisto pater dns *J.*, Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, omnes redditus, fructus, gauditas et obventiones, quos et quas percepit, ipse vel alius pro eo, vel eidem obvenerunt quoquo modo, quamdiu fuit episcopus Tholon., occasione mense episcopalis vel episcopatus Tholonen., expendit in necessitatibus et utilitatibus mense episcopalis Tholon., et ipsius episcopatus, et etiam plus. Non enim sunt vel fuerunt tanti et tot redditus, fructus, gaudite vel obventiones dicti episcopatus, tempore quo fuit episcopus quod, deductis expensis quas ipsum facere oportebat, maxime pro tuenda justicia et pace conservanda, aliquid posset de predictis superesse. Actum est hoc in Massilia, in ecclesia Beate Marie de Paradiso, in presentia et testimonio dnorum G. prepositi, B. et Guillelmi, canonicorum Tholon., et Hu. operarii Tholon., Guillelmi Bernardi et Stephani capellanorum Beate Marie de Paradiso ; et mei Guillelmi Berengarii, publici Arelaten. not., qui mandato predictorum dnorum archiepiscopi Arelaten. et episcopi Tholon. hanc cartam scripsi et signum meum apposui.

Archev. d'Arles, Livre noir, f° 83. BONNEMANT, t. III, n° 80.

1104 11 décembre 1246.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servor. Dei, vener. fratri .. archiepiscopo Arelatensi, sal. et apost. bened. Devocionis tue precibus benignum impercientes assensum, te ab omnibus excommunicationum sentenciis tam juris quam judicis, si quas incurreras, absolvi juxta formam Ecclesie fecimus ad cautelam, cum super hiis tua te, sicut asseris, conscientia non accuset ; in cujus rei tes-

timonium has litteras tibi duximus concedendas. Nulli... n. concessionis... Datum Lugduni, III. idus decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Archev. d'Arles. Livre noir, f°s 68 et 81. BONNEMANT, t. III, n° 83 bis.

1105 15 décembre 1246.

Bulle du même au même. Etsi libenter petent... (Trahi non possit extra provinciam.) Dat. Lugduni, XVIII. kal. januarii, anno IV.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 81. BONNEMANT, t. III, n° 84.

1106 15 décembre 1246.

Bulle du même au même. Et tua supplex devotio... (Facultas absolvendi de casu simonie.) *Même date.*

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 81 v°.

1107 15 décembre 1246.

Lettre du même " archiepiscopo Arelaten. et suffraganeis suis. Cum sicut accepimus... *Il leur mande d'empêcher l'imposition et l'exaction de nouveaux impôts et péages. Même date.*

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV, an. IV, ep. 342), f° 354 v°. Archev. d'Arles. Livre noir, f° 82. BONNEMANT, t. III, n° 85. BERGER, 2558.

1108 19 décembre 1246.

Lettre du card. d'Albano pour l'absol. des chanoines.

VENERABILI in Xpisto patri *J.* Dei gratia *archiepiscopo Arelaten.*, P[etrus] miseratione divina Albanen. episcopus, salutem in Domino. Paci ac reformationi vestre ecclesie, prout a dno papa nobis injunctum est et a vobis petitum, intendere cupientes, fraternitati vestre, ipsius auctoritate, mandamus, quatinus omnes sententias quas in prepositum et sacristam [1] et quoscunque alios Arelaten. canonicos, necnon et seculares clericos adherentes eisdem, post discordiam inter vos et ipsos exortam, tulisse dicimini, recepto ab eis juramento quod super hiis super quibus dicte sententie in eos late sunt, mandatis parebunt Ecclesie, sine difficultate quallibet relaxetis; nichil eis preter septem psalmos penitentiales, et aliqua jejunia, occasione hujusmodi, injungentes. Et hec fiant in capitulo, secularibus personis omnino exclusis, nisi essent duo vel tres de vestro consilio, aut etiam aliqui seculares clerici a vobis, ut predictum est, absolvendi. Preterea volumus et mandamus ut prepositus et sacrista prefati, et alii omnes Arelaten. canonici, qui post motam discordiam a quocunque hinc inde spoliati sunt, ordini suo et statui restituantur omnino, bonis que de beneficiis seu administrationibus que habebant a quibuscunque ablata sunt, eis cum integritate debita restitutis. Si qua etiam circa statum ecclesie innovata sunt, in statum pristinum reducantur. Bernardum tamen canonicum Arelaten., qui de quadam moniali graviter dicitur diffamatus, ad presens restitui nolumus; cum per viros religiosos, priorem ordinis Predicatorum et gardianum fratrum Minorum Arelaten. super predicta infamia mandaverimus veritatem inquiri. Volumus autem ut omnes canonici, rancoris et odii deposita materia, sint in pace, [vob]isque tanquam patri et pastori animarum suarum, in hiis que ad Deum pertinent, humiliter obediant et intendant; quos, versa vice, diligatis sicut spirituales filios, et paterna affectione tractetis. Servent preterea prepositus et canonici memorati, sicut ex promissione tenentur, beati Augustini regulam, unanimiter oris debitis ad ecclesiam ordinate conveniant; in claustro secundum ordinem resideant; simul refficiantur in refectorio, et in dormitorio omnes jaceant; hiis exceptis quos super premissis infirmitas, aut evidens necessitas, excusabit. Et hec, ad quorum observationem sine aliqua dubitatione tenentur, eos servare precipimus, eis ad reformationem religionis et ordinis quasdam constitutiones quas pro parte fecimus, per aliquem de nostris missuri in brevi, quas similiter observabunt. Ceterum, si de preteritis inter vos et ipsos aliquid dubitationis emerserit, illud ad nos referri volumus, ut per nos, juxta mandatum apostolicum, declaretur. Datum Lugduni, XIIIJ. kal. januarii, anno Domini M°.CC°.XLVI°.

Inséré dans l'acte du 30 décembre 1246.

1109 20 décembre 1246.

Lettre du pape aux mêmes du n° 1107 et aux autres prélats de la province. Illius vices licet... Cavete a communicatione cum excommunicatis... *Ils devront notifier à leurs diocésains la sentence d'excommunication lancée contre l'ex-empereur Frédéric et celle d'interdit sur ses terres.* Dat. Lugduni, XIII. kal. januarii, anno IV.

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV, an. IV, ep. 348), f° 355 v°. Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 81 v°. BONNEMANT, t. III, n° 84 bis. BERGER, 2544.

1110 Arles, 30 décembre 1246.

Démêlés entre l'archevêque Jean Baussan, le prévôt Bertrand et le sacristain Raimond.

ANNO dominice Incarnationis M°.CC°.XL°VI°, IIJ°. kal. januarii. Notum sit universis presentem paginam inspecturis, quod dns *J.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, universis cannonicis Arelaten. tunc in civitate Arelaten. presentibus, in capitulo Arelaten. ecclesie congregatis, excepto G. de Sancto Cannato, qui infirmabatur, legi fecit infrascriptas litteras in hunc modum *(voir n° 1108)*. Post hec, lectis predictis litteris, dictus dns archiepiscopus, protestans totum jus suum super predictis omnibus contra predictos sibi salvum fore, dixit quod excommunicationis sententias contra predictos latas paratus erat relaxare, juxta mandatum dni episcopi Alban. Et incontinenti, B. et R. dicti prepositus et sacrista, Moletus et Durantus, canonici Arelaten., Guillelmus Vitalis, Poncius Coissinus et Guillelmus Fornerius, clerici, juraverunt stare mandatis ecclesie. Et dns archiepiscopus, recepto juramento eorum, et nichil eis injuncto, relaxavit omnes excommunicationis sententias quas, auctoritate propria, et auctoritate superioris, post exortam discordiam tulerat in eosdem, quia predicti dixerunt quod talis erat intellectus dni episcopi Alban.; et eos fecit reconciliari per dnm episcopum Aurasicen.: salvis et retentis juribus suis in omnibus et per omnia, super causis excommunicationum ipsarum, cum sint manifestissime offense. Tamen ob honorem et reverentiam dni episcopi Alban., etiam si

1. Je crois que ce prévôt est Bertrand Malferrat, depuis archevêque d'Arles, et le sacristain Raimond de Barjols, qui fut ensuite prévôt, puis évêque de Carpentras.

non mandasset auctoritate dni pape, relaxaret ipsas sententias, et eos faceret reconciliari. Preterea voluit et mandavit dns archiepiscopus ut dicti B. et R. et alii omnes Arelaten. canonici, qui post motam discordiam, a quocunque hinc inde spoliati sunt, ordini suo et statui restituantur omnino, bonis que de beneficiis seu administrationibus que habebant a quibuscunque ablata sunt, eis cum integritate debita restitutis. Et ipse idem dns archiepiscopus restituit B. et R. supradictos, et omnes alios hinc inde spoliatos; precipiens eis quod omnia super quibus fuerunt spoliati darent sibi hinc inde in scriptis, et ipse faceret eos plenarie restitui omnes hinc inde spoliatos. Super facto vero Bernardi de Barjolis, ad presens dns archiepiscopus supersedere voluit, dicens quod haberet consilium super eo, et si sine lesione juris poterit in facto illo aliquid facere, illud faciet. Item monuit, rogavit et requisivit dns archiepiscopus omnes canonicos Arelaten., et eis precepit quod, deposita materia rancoris et odii, omnes sint in pace, et sint unanimes et concordes; et si eidem dno archiepiscopo voluerint obedire tanquam patri et pastori animarum suarum, et venire in spiritu humilitatis et in animo contricto, ipse paratus est eos paterna affectione tractare et recipere tanquam spirituales filios, in spiritu lenitatis et mansuetudinis. Predicti vero B. et R. dicti prepositus et sacrista responderunt quod negocium istud est in manu dni Albanen.; et ipsam pacem non possent facere sine ipso, vel ejus nuntio, quem debet ad partes istas pro negocio Arelaten. ecclesie destinare; quia pro malo haberet dictus dns Albanen., ex quo habet istud negocium in manu sua, si pax fieret sine ipso. — Item precepit eisdem ut regulam beati Augustini, quam professi sunt, servent, et ad ecclesiam [h]oris debitis ordinate conveniant; in claustro secundum ordinem resideant, simul reficiantur in refectorio, et omnes in dormitorio jaceant, hiis exceptis quos super premissis infirmitas aut evidens necessitas excusabit. Acta sunt hec in capitulo ecclesie Arelaten., in presentia et testimonio dni A. episcopi Aurasicen., dni G. prepositi Avinion., fratris G. prioris Predicatorum Arelaten., fratris R. de Venejano, ejusdem ordinis, fratris Stephani, gardiani fratrum Minorum Arelaten., et fratris R. conversi ejusdem ordinis, P. Ferreolis, prioris Sancte Crucis, magistri Guillelmi de Colubreria, Guillelmi Rancurelli, canonici Avinion., Petri Porta, canon. Aurasicen., Raimundi de Maasano, can. Carpentoraten., fratris Johannis preceptoris domus Templi de Fos, et magistri Andree capellani dni archiepiscopi. Et ad majorem omnium precedentium firmitatem, dictus dns Aurasicen. episcopus et dns G. Avinion. prepositus presentem cartam fecerunt sigillorum suorum munimine roborari. Et ego Guillelmus Berengarius, publicus notarius Arelaten., omnibus supradictis presens testis interfui, et mandato predicti dni archiepiscopi, hanc cartam scripsi, et signum meum apposui.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 305 v°. Livre rouge, f° 372. Bonnemant, t. II, p. 608.

1111 21 janvier 1247.

Lettre du pape abbatibus, *etc.* Cum nos ipsi... (Servare sententias ab archiepiscopo Arelaten. latas.) Dat. Lugduni, XII. kal. februarii, anno IV.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 82.

1112 Arles, 31 mai 1247.

... Nos J., D. g. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus, bona fide et sine dolo promittimus vobis vener. in Christo fratri R', e. g. monasterii Montismajoris abbati, presenti.. et nomine dni Pape recipienti, quod nos non faciemus nec procurabimus quod malum eveniat... Cellonensibus, pro dampnis nobis ab eisdem datis, eo quod dno Pape obediverunt...; in presentia... tocius concilii Arelat., B'n' archidiaconi Arelat....

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 3; le sceau manque. Bonnemant, t. I, p. 34.

1113 8 octobre 1247.

Convention entre Jean Baussan et les capita misteriorum *d'Arles; ceux-ci promettent fidélité à l'archevêque et à l'église et de les défendre. — Et l'archevêque leur reconnaît le pouvoir de diriger sous lui les affaires de la ville et de prendre les armes, quand besoin sera.*

Arch. des B.-du-Rh. B. 341.

1114 12 novembre 1247.

Lettre du pape à l'archevêque d'Arles et autres, leur mandant d'encourager les hérétiques à se convertir, avant la promulgation de la sentence des inquisiteurs.

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV. an. V, ep. 371), f° 486. Potthast, 12744. Berger, 3421.

1115 12 novembre 1247.

Lettre du même aux mêmes, au sujet des dots des femmes catholiques, femmes d'hérétiques, à restituer et à ne plus confisquer.

Reg. cité (ep. 372), f° 486. Potthast, 12743. Berger, 3422.

1116 20 février 1248.

Lettre du même ·· archiepiscopo et dil. fil. rectoribus, magistris arcium et communi Arelaten., *demandant un laissez-passer pour un citoyen Romain (?), qui avait acheté du blé chez eux, avant la défense d'exportation, pour le transporter par le golfe de Gênes.*

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV. an. V, ep. 610), f° 509. Berger, 3659.

1117 Arles, 5 mars 1247/8.

... Ego Albertus de Lavania, electus potestas Arelatis, juro vobis dno J[ohanni], D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo, quod vobis ero fidelis toto tempore mei regiminis..., salvabo et deffendam personam vestram et personas canonicorum vobis obedientium, et res et possessiones, et jura, privilegia, immunitates, franchesias, libertates et immunitates militum et proborum hominum de Arelate, domos religiosas, clericos et personas ecclesiasticas...; hereticos Valdenses et alios contra fidem catholicam et apostolicam insultantes... fideliter exterminabo; venditiones factas de bonis hereticorum a vobis et a communi Arelat. ratas atque firmas tenebo...; cartam consulatus... bona fide servabo; capita misteriorum et capitula ipsorum capitum et alia a vobis eisdem concessa..., quandiu dicta capita erunt vobis fideles et obedientes bona fide rata et

incommota servabo... Acta ... in palatio dni archiepiscopi, ubi consuetum est parlamentum congregari..., sub testimonio B. archidiaconi et P. Bernardi precentoris....

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 104 v°. Livre rouge, f° 45. BONNEMANT, t. I, p. 23. PAPON, *Hist. de Prov.*, t. III, p. xij. *Hist. patriae mon.*, Chart. (1853) t. II, c. 1482-3. BARTH., *Baux*, 339. BOEHMER-FICKER, V, 13652.

1118 Arles, 16 mars 1247/8.

Serment prêté à l'archevêque par Bertrandus Brunus, civis Massilien., electus vicarius judex Arelaten. a dicto dno A. de Lavania.... sub testim. Bern. archidiaconi et Petri Bernardi precentoris....

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 105 v°. BONNEMANT, t. I, p. 23.

1119 28 mars 1248.

Lettre d'Innocent IV à l'archevêque d'Arles. Tua nobis fraternitas intimavit quod licet Arelaten. ecclesia reformatione indigeat, cum in spiritualibus et temporalibus plurimum sit collapsa, canonici tamen ejusd. ecclesie ordinis S. Augustini reformationem tuam observare non curant. *Ordre de procéder à cette réforme, nonobstant toute commission donnée à un autre.*

Arch. Vatic. Reg. 21 (Innoc. IV, an. v, ep. 718), f° 519 v°. BERGER, 3776.

1120 28 mars 1248.

Lettre du même au même. Exigentibus tue devotionis meritis... (Duobus clericis beneficia libere conferat.) Dat. Lugduni, v. kal. aprilis, anno v.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 68 v°. BONNEMANT, t. III, n° 85 bis.

1121 3 avril 1248.

Accord entre les chartreux de Montrieu et les seigneurs de Méounes, par l'intermédiaire de frater B. episcopus Massilien. *L'archevêque d'Arles* J. *approuve et fait sceller l'acte de sa bulle en plomb.*

BELSUNCE, *Antiq. de l'égl. de Marseille*, t. II, p. 184-6.

1122 9 juin 1248.

Le pape Innocent IV renouvelle pour deux ans l'exemption de l'évêque d'Avignon vis-à-vis de son métropolitain.

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon.

1123 14 novembre 1248.

Lettre du même à l'archevêque et au chapitre d'Arles : il les exhorte à ne pas exiger des Frères Prêcheurs, établis dans leur ville, une part des legs qui leur sont faits.

Voir la pièce aux Dominicains d'Arles.

1124 5 décembre 1248.

Concile convoqué à Montélimar et tenu à Valence, sur la foi et la discipline.

Præsentibus et consentientibus vener. patribus.. Arelatensi et Aquensi archiepiscopis,...

LABBE, *Concilia*, t. XI, c. 696-702. HARDOUIN, *Conc.*, t. VII, c. 423. COLETI, *Conc.*, t. XIV, p. 111. MANSI, *Conc.*, t. XXIII, p. 770. BOEHMER-FICKER, V, 13693.

1125 24 février 1249.

Le pape suspend les sentences contre les associations.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Arelatensi, .. Massiliensi et .. Nemausensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater .. Albanensis episcopus, et dilectus filius nostri H. tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, cum prelatis Provincie, de speciali mandato nostro, apud Valentiam existentes, in concilio celebrato ibidem [1] fratrias, societates, conjurationes et colligationes civitatum ipsius Provincie dissolvere ac nunciare dissolutas, secundum conciliorum statuta alias editorum in illis partibus, curaverunt ; mandantes Arelatensi, Massiliensi, et Avinionensi communitatibus, quod ipse a societate quam contraxerant, infra duos menses postquam statuta in eodem concilio edita fuerint publicata, se ad invicem redderent absolutas, alioquin actores, factores, tractatores, defensores, et fidejussores predictarum societatum, fratriarum, conjurationum et colligationum denunciarentur ex tunc excommunicationis vinculo innodati. Quia vero nos, intendentes cum prelatis partium illarum super hoc habere consilium, executionem mandati directi super denuntiatione hujusmodi teneri volumus in suspenso, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ad denunciationem ipsam, sine speciali mandato nostro, nullatenus procedatis, prelatis aliis, qui fuerunt in predicto concilio congregati, ut faciant id ipsum denuntiare curantes. Datum Lugduni, VI. kalendas martii, pontificatus nostri anno sexto.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 35. BONNEMANT, t. II, p. 610.

1126 1249.

Sirvente de Bertrand d'Alamanon contre l'archevêque.

DE l'arcivesque mi sap bon
Q'ieu un sirventes fasa,
Don ieu dirai, Dieus m'o perdon
Donei de mala casa ;
De nul mal no si lassa
Que puesca far,
Ni tem duptar
En ren q'a Dieu desplasa,
Qu'en totz fatz o traspassa,
Per que plus fols par que s'avi' amansa.

EL ha los set peccatz mortals
Per q'om ten mala via ;
Aucir no tem ne perjurs fals.
E viu de raubaria ;
Ergueilh et avaria
Al renegatz,
Et es proatz
De falsa garęntia ;
Lo seten no diria,
Qar es tan laitz m'en lais per cortesia.

1. Voir le n° précédent ; l'article visé est au § 20.

Anc non vi tan fals coronat
Nuls hom qi tenges terra,
Q'el no tem far tort ni peccat,
E mescla tot l'an gerra,
Els sieus baissa en terra,
Els pren soven
Per son fol sen,
Els enclaus els enserra ;
Veiatz del fals com erra,
Que per aver veda e solv e soterra,

Jonqera aucis per aver
Dinz la maison escura,
Qe anc nuls homs no i poig saber
Nuilh' autra forfachura ;
El non a de Dieu cura,
Per qe mescre
La ferma fe
Q'es en sant' Escritura :
Ben er mal' aventura,
Sel legatz ve, si nol crema o nol mura.

Cill d'Arll' estavan a legor,
Ses trebailh e ses nausa,
Tro q'el agron lo fals pastor ;
Ben es fols, qar el ausa
Penr' aissi la lur causa,
Ni far perdon
Del dan qe fon ;
Veias s'es fera causa,
Jamais non auran pausa,
Si nol meton tot viu de sot la lausa.

Paris, Bibl. Nation., ms. 12474, f° 244. Raynouard, *Choix d. poésies orig. des Troubadours* (1819), t. IV, p. 218-20. Cf. *Hist. litt. de la France*, t. XIX, p. 467. — Par un singulier anachronisme, Saxi (*Pontif. Arelat.*, p. 323) et, ce qui est plus grave, Baluze (*Vitæ pap. Aven.*, t. I, c. 890) ont rapporté cette « satyre » à l'archevêque Guillaume de la Garde, qu'elle ne saurait concerner ; la justification tentée par Baluze (c. 891) est inacceptable.

1127 — 29 août 1249.

Interdit lancé par le Conseil contre l'archevêque.

Anno ab Incarnatione Domini M.CC.XLVIIIJ°, quarto kal. septembris. Consilio, tam generale quam capitum misteriorum, congregato ad sonum campane, more solito, in aula communis, ubi sepe solitum est congregari ; dictum consilium convenit et concordavit quod nullus de Arelate sit ausus loqui cum dno archiepiscopo Arelaten., nec in hospitio suo intrare, nec etiam aliquod servitium eidem, vel sue mainate facere ; nec vendat, vel det, seu mutuet aliquid ei, sine mandato dni potestatis et septimanariorum, et illorum qui electi sunt ad dandum consilium dno potestati ; et quod ita preconizetur per villam. Verum dns Albertus de Lavania, potestas Arelatensis, in dicto consilio surrexit, et dixit quod non videbatur ei quod dicta preconizatio esset ydonea ; et rogavit ut dicta preconizatio nomine suo non fieret. Verum universum consilium respondit quod consuetum erat quod, postquam consilium in aliquo concordabat, illud debebat compleri et fieri super quo consilium concordabat. Quare volebat quod dicta preconizatio nomine ipsius dni potestatis, per villam fieret. Ego Bertrandus Calva, notarius publicus Arelatis, hec scripsi mandato tocius consilii, et signo meo signavi.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 139 v°. Bonnemant, t. I, p. 100. Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxxxij (au 28 août 1248). Cff. Bréq., VI, 175 ; Léon Clos, dans *Mém. prés. acad. Inscr. et Bel. let.* (1854), 2° s., t. III, p. 305.

1128 — Arles, 20 septembre 1249.

L'archevêque Jean Baussan demande un sauf conduit pour sortir de la ville.

Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod anno ab Incarnatione Domini M.CC.XLIX, xii kalendas octobris, dnus Johannes, Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, requisivit Bertrando Rostagno, Bertrando Raimundo et Bernardo Ventairono, consiliariis electis dni Alberti de Lavania, potestatis Arelatis, et Raimundo de Rovillano et Bertrando Michaeli, sindicis comunis Arelatis, presentibus Raimundo Poncio, Guillelmo Arnaudo, Raimundo Trabustulo, milite, Poncio Gaillardo, Petro de Alansono et Guillelmo Fabro, sociis predict. consiliariorum et sindicorum ad hoc specialiter vocatis, ut predicti, amore Dei, dignarentur dare ipsi dno archiepiscopo, et rebus suis, et familie sue, guidagium usque ad Furchas, eo quod videbatur ei quod planius staret civitas Arelatis si ipse recesserit ; ad quod dictus Bertrandus Raimundus, presentibus predictis, obtulit, nomine dicti dni A. de Lavania potestatis, et consiliariorum Arelatis, ac tocius universitatis Arelatis, quod si ipse dictus dom. archiepiscopus vellet remanere, quod remaneret, habens tres servientes qui servirent ei, et quod si aliquid ei placeret de civitate Arelatis, quod habundanter posset habere, aut si vellet recedere, quod recedere posset secure, et quod eligeret quid plus volebat. Qui dictus dom. archiepiscopus respondit quod plus diligebat exitum quam si remaneret, et quod voluntarius recedebat. Item interrogaverunt predicti quid esset faciendum de debitis que quibusdam civibus debebat, et pro quibus aliqui cives tenebantur ; qui dom. archiepiscopus respondit quod ipse institueret procuratorem dom. Bernardum archidiaconum, qui creditoribus satisfaceret de illis debitis que ad tempus sunt, et de illis que ad tempus erant quando dictis tempus affuerit ; quod nolebat quod aliquis, qui pro ipso obligatus esset, dampnum aliquod pateretur. Actum fuit hoc in palatio predicti dni archiepiscopi. Testes fuerunt dom. Bernardus archidiaconus, Bernardus Julianus, Poncius de Salavesio, Mothetus, canonici, Pellegrinus Hugo de Pennaforti, Guillelmus de Avinione, Bonetus sacerdos ; et ego Petrus Brunus, publicus Arelatensis notarius, qui mandato dicti d. archiepiscopi et predictorum consiliariorum et sindicorum hanc cartam scripsi, et signo meo signavi.

Arch. du chap. d'Arles. Chartrier des paroisses, 2° part., n° 242, orig. ; suit une note du XIII° ou XIV° s. : « Credo quod tempore hujus instrumenti dom. Carolus, comes Provincie, habebat guerram cum civitate Arelatis, quia nolebant ipsum, scil. dom. archiepiscopum, recognoscere superiorem, nisi in certis, etc. ; verum post recessum hujus dicti archiepiscopi, anno sequenti, cives dederunt se dicto comiti, ut constat quod. instrumento, in quo sunt conventiones certe inter eos facte, etc. ; item, eodem tempore, idem Carolus in pluribus subjugavit, ymo destruxit personas ecclesiasticas et ecclesias civitatis predicte, propter quod prepositus et capitulum, forte archiepiscopo mortuo, supplicarunt sedi apostolice de remedio, ut in eadem supplicatione latius continetur, etc. » Bonnemant, t. II, p. 292. Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxxx-j.

1129 St Pierre de Camp Public, 15 décemb. 1249.

Monitoire de l'archevêque aux podestat, viguier, juges, conseillers et chefs du conseil secret d'Arles, pour la paix.

J[OHANNES], Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, venerabilibus in Christo fratribus B. archidiacono et P. archipresbitero, et dilectis in Christo prioribus et capellanis Arelatensibus, salutem et esse inter prospera humiles et inter adversa securos. Novit ille qui nichil ignorat nos condolere plusquam credant aliqui, de adversitate et de statu minus bono, malo et deteriori Arelatis. In tantum enim sunt ibi adversa et divisa, quod dicere possimus et flere cum JEREMIA dicente et lamentante : « Quomodo sedet sola civitas, plena populo? facta est vidua domina gentium; princeps provinciarum facta est sub tributo ». Et licet hoc dixerit Jeremias de Jherusalem, nos verius dicere possumus et lamentare de Arelate et super Arelatem, que olim super septem provincias tam spiritualiter quam temporaliter principatum tenebat, modo, propter inhabitatores quosdam qui Arelatem non diligunt, bene potest dici sola, quia « non est inventus ibi qui faciat bonum, etiam usque ad unum »; licet populo dicatur plena, est redacta in servitutem propter collectas que ibi fiunt; « facta est sub tributo », licet magis esset libera et honorabilis, et privilegiis decorata quam aliqua civitas in tota lingua ista. Nos vero volentes, in quantum nobis est, quod ad statum bonum reducatur, mandamus vobis in virtute obedientie, quatenus potestatem, vicarium et judices et illos qui dicuntur esse de secreto consilio capitum misteriorum et ipsa capita misteriorum et illos qui dicuntur de eorum consilio, qui juraverunt omnes et singuli quod nobis fideles essent et obedientes, et nobiscum se tenerent et nobis adhererent, moneatis ex parte nostra, eis in virtute juramenti nobis prestiti injungentes quod non permittant destrui Arelatem, ymo modis omnibus faciant quod pax ibi reformetur, firmetur et conservetur. Et quia dominus P. Dei gratia Albanensis episcopus, domini pape gerens vices, ad hoc in partes istas venit, et ut quilibet quantum in eo fuerit jura sua servet illibata, iterum ex parte nostra injungatis eisdem ut mandatis domini cardinalis et voluntati de omnibus et in omnibus et per omnia obediant, et se subponant. Nos enim obligamus nos eisdem quod mandatum suum et voluntas erunt justissima. Moneatis insuper nobilem virum Barralum et in virtute juramenti fidelitatis et homagii ab ipso nobis prestiti quantiminus predicta modo aliquo clam vel palam non impediat; ymo, cum ad hoc de jure nobis teneatur, si reducat ad memoriam capitula sex que juramento fidelitatis continentur, procuret quod mandatum dicti dom. cardinalis et voluntas adimpleantur, et quod impeditoribus non det seu prestet per se vel per alium auxilium, consilium, vel favorem, quod contra nos et ecclesiam, quibus tenetur juramento fidelitatis et homagii, faceret, quod non esset ei nec generi suo onestum. Scit enim quod domino suo non debet se opponere, nec ea que sunt domino levia, facere gravia. Moneatis insuper populum Arelatensem per omnes ecclesias super predictis omnibus ter, scilicet die jovis, die veneris, et die sabbati, et insuper die dominico, dicentes eisdem quod nisi predicta adimpleant, gravamina non modica tam spiritualia quam temporalia contra eos poterunt evenire. Adjungatis etiam quod nos, si placet eis, parati sumus in predictis dare eisdem consilium auxiliumque utile et opportunum; et utinam ista cito et sine more dispendio adimplebunt. Timemus enim et merito quod mora maximum ad se trahat periculum et irreparabile detrimentum, quod Deus avertat. Ista omnes et singuli adimpleatis coram testibus, vos, archidiacone, et archipresbiter, priores et capellani, set habeatis vobiscum fratres Predicatores et Minores et alios religiosos, si comode fieri potest, et responsum eorum si habere potestis, vel quod habere non potestis die sabbati, ante prandium, in scriptis cum sigillis eorum qui sigilla habent, mittatis et penes vos similiter retineatis, et nichilominus fiat monitio die dominico. Et si ante diem sabbati habere potestis responsum, quam cito habebitis, nobis mittatis. Datum apud Sanctum Petrum de Campo publico, subtus Bellicadrum, XVIII. kalendas januarii, anno Domini M. CC. XL. VIIII.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 207, copie. BONNEMANT, t. II, p. 590.

1130 St Pierre de-Camp Public, 20 décemb. 1249.

Jean Baussan fait annoncer son intention de rentrer à Arles pour Noël.

J., DEI gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, vener. in Christo fratribus B. archidiacono, P. archipresbitero, et dilectis in Christo prioribus et capellanis universis Arelatensibus, salutem in Domino Jhesu Christo. Quoniam ad officium pertinet pastorale ut quilibet prelatus in sede sua resideat, presertim in precipuis festivitatibus, ut cum omni devotione officii sui debitum exequatur, universitatem vestram volumus non latere, quod nos in instantibus festivitatibus Natalis Domini interesse proponimus Arelate, ut in sede nostra, quantum cum Deo poterimus, ea que ad nostrum officium pertinent exequamur, necnon et universis civibus Arelatensibus ac toti civitati, in pacis negotio fidele consilium ac utile patrocinium impendamus. Et quia sunt aliqui in Arelate, secundum quod intelleximus, qui publice dicunt quod si apud Arelatem veniremus, ingressum nobis impedirent, ac inferrent dedecus atque dampnum, universitati vestre districte precipiendo mandamus, quatinus potestatem, vicarium, judices, capita misteriorum, et universos consiliarios Arelatenses moneatis et efficaciter inducatis, eis ex parte nostra, in virtute sacramenti nobis prestiti, nichilominus injungentes, ut cum venerimus apud Arelatem, nos ac socios nostros et totam familiam nostram, cum rebus nostris quas nobiscum habuerimus, salvent, protegant et deffendant; nec impediant vel sustineant impediri quominus in sede nostra possimus exequi officium pastorale. Non enim caret scrupulo societatis inique, qui manifesto facinori desinit obviare. Nos enim non proponimus ibi aliquod scandalum generare, nec contra aliquem seu contra aliquos procedere, sed nitimur intendere ad pacem et communem hutilitatem, et ad statum prosperum et pacificum civitatis. Vos vero predicti priores et capel-

lani ea que in presentibus continentur, cum omni diligentia, in ecclesiis vestris, singulis diebus, populis vobis subditis demonstretis et publice nuncietis. Responsionem predictorum potestatis, vicarii, judicum, capitum misteriorum, et universorum consiliariorum, et omnium etiam aliorum, nobis per vestras litteras declarantes. Et quia responderunt quod voluntatem domini cardinalis facerent, et parati erant in omnibus adimplere, gratum habuimus et acceptum. Datum apud Sanctum Petrum de Campo publico, XIII. kalendas januarii, anno Domini M. CC. XL. VIIII.

Même source. BONNEMANT, t. II, p. 591.

1131 St-Pierre-de-Camp-Public, 5 janvier 1250.

Lettre du même, pour avertir Barral de Baux d'avoir à renoncer à la dignité de podestat.

J., Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, venerabilibus in Christo fratribus B. archidiacono et P. archipresbitero, et dilectis in Christo filiis prioribus et capellanis Arelatensibus, salutem in Domino Jhesu Christo. Cum nobilis vir Barralus, in prejudicium, gravamen et exheredationem nostri et ecclesie Arelatensis, et contra juramentum fidelitatis et homagium per ipsum nobis prestitum, et contra prohibitionem nostram et statuta consilii Valentini, potestariam seu regimen Arelatis de facto, cum de jure non possit, assumpserit, movemur quamplurimum et dolemus. Quocirca discretioni vestre, in virtute obedientie et sub pena excommunicationis districte precipiendo mandamus, quatinus dictum Barralum per tres dies subsequentes, semel in prima, secundo in secunda, tertio in tertia moneatis ut dicte potestarie seu regimini de facto cedat, eam penitus desamparando et etiam dimittendo, eidem Barralo auctoritate nostra regali nichilominus injungentes, sub pena feudi quod a nobis tenet, ut dictam potestariam seu regimen penitus desamparet. Moneatis etiam omnes illos qui de facto illum eligere presumpserunt ut eumdem tamquam excommunicatum a dicto regimine seu potestaria expellere non postponant, et super eodem tam capita misteriorum quam consiliarios utriusque consilii et populum universum moneatis, injungentes eisdem auctoritate nostra regali, sub pena omnium quibus ex nostra permissione et predecessorum nostrorum actenus usi sunt, ut dictum Barralum a predicta potestaria seu regimine ammoveant et expellant, mittentes nobis de responsione cujuslibet monitionis patentes litteras cum sigillis vestris pendentibus sine mora. Quod si non omnes hiis exequendis poteritis interesse, vos predicti, archidiacone et archipresbiter, cum illis quos habere poteritis, visis litteris, omnia exequamini supra dicta. Si vero noluerint respondere, factis tribus monitionibus, nobis sub sigillis vestris pendentibus per vestras patentes litteras declaretis, ut per ipsas de responsione vel de non responsione eorum domino cardinali vel domino pape fidem facere valeamus. Datum apud Sanctum Petrum de Campo publico, nonis januarii.

Même source. BONNEMANT, t. II, p. 592.

1132 St-Pierre de Camp Public, 12 janv. 1249/50.

Monitoire du même, où il raconte tous les excès commis contre sa personne.

J., Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, venerabili fratri in Christo B. Maleferrato dicto preposito Arelat., salutem et Deum magis timere quam hominem et reveri, et temporalia, modis omnibus, spiritualibus in omnibus et per omnia postponere sine fraude. Vobis in virtute hobedientie districte precipiendo mandamus, quatenus super omnibus que inferius continentur moneatis diligentissime nobilem virum Barralum et illos qui se gerunt de facto pro vicariis seu judicibus et specialiter R. Jaucelini, qui se gerit de facto pro judice, et illos qui dicuntur esse de generali consilio, et illos qui se gerunt pro capitibus misteriorum et qui se dicunt de consilio eorumdem, et universitatem Arelatensem, ut super eisdem, prout justum fuerit, nobis satisfaciant competenter et penas que in privilegiis regum et imperatorum continentur, contra que privilegia in omnibus infra scriptis venerunt, et eas comiserunt, solvant, et ea que contra privilegia occupaverant, nobis sine aliqua dilatione, desamparent penitus et dimittant. Ea autem que contra dicta privilegia comiserunt et propter que in penis in dictis privilegiis contentis inciderunt sunt hec, licet alia multa olim comiserint : in primis quod extraxerunt de domo et ecclesia Hospitalis Sancti Thome quosdam milites, quorum quosdam extinctos interfecerunt et vilissime dilaniaverunt. Item quasdam domos Templi propria temeritate diruerunt. Item Stephanus Gaillardi quemdam militem Arelatensem, Ymbertum Darderium nomine, qui se ei reddiderat et in mercede sua receperat, propriis manibus interfecit. Item cum vellent levare milites, et alios, in eculeo, quos captos detinebant, et nos archiepiscopus ad curiam ad hoc impediendum accessissemus, impedito hoc, Poncius Gaillardi, R. de Farnaria, S. Gaillardi, qui posuit manum ad cultellum contra nos archiepiscopum impengendo, de dicta curia ejecerunt. Item cum potestas et consiliarii omnes utriusque consilii, nobiscum dicto archiepiscopo et septimanariis, et ambaissatoribus Massilie cum illis quos nos archiepiscopus eligeremus cum septimanariis, qui non essent nimis graves nec nimis leves, ordinarent super facto quod evenerat et reducerent dictam civitatem ad bonum statum, et nos dictus archiepiscopus vellemus predicta effectui mancipare, predicti contradixerunt, et penitus impediverunt. Item, cum nos dictus archiepiscopus et omnes consiliarii utriusque consilii ordinassemus quod capti de terra regis et comitis Provincie manulevarentur, crastina die, sine nostri archiepiscopi consilio, mutaverunt et in contrarium. Item, cum nos dictus archiepiscopus graviter inciperemus infirmari, fecerunt preconisari per preconem cum tubis, quod nullus esset ausus vendere nobis archiepiscopo aliquid vel nostris, vel emere ab eisdem, vel aliquod nobis humanitatis consilium exhibere, sub pena decem librarum. Item, fecerunt preconisari quod nullus accederet ad nos archiepiscopum, et si accederent, tamquam proditores punirentur. Item, invaserunt domum nostram archiepiscopalem, et specialiter Poncius Gaillardi et alii ; et manus violentas Poncius Gaillardi et alii

quidam in nos archiepiscopum et nostros socios injecerunt. Item, Poncius Gaillardi et B. Ventaironi vilissima verba et gurgura habuerunt cum Hugone de Pennaforti, qui emebat et emere volebat gallinas ad opus nostri archiepiscopi. Item, ejecerunt fratrem Johannem de Arelate, imponentes ei et dicentes quod ipse tractabat de pace inter nos archiepiscopum et senesqualcos et Francigenas. Item, cum nos dictus archiepiscopus gravissime infirmaremur, domum nostram invaserunt et munierunt, in tantum quod postam porticus ante cameram armati occupaverunt et aliquam refectionem nobis vel nostris vix afferri permiserunt; ymo aliquis de nostris servientibus non fuit permissus descendere a nobis seu ascendere ad nos ob alicujus causam necessitatis. Item accesserunt ad nos archiepiscopum Poncius Gaillardi et B. Ventaironus et plures alii, et claves domus nostre archiepiscopalis abstulerunt bajulo, dicentes : « Opportet quod archiepiscopus exeat, ita enim est ordinatum in utroque consilio ». Item, dixerunt nobis dicto archiepiscopo : « Vos potestis remanere, si vultis, ita tamen quod nullus vestrorum vobiscum remaneat, duobus exceptis, quos nos eligemus, et nichilominus tenebimus domum vestram munitam, et caveant bene sibi vestri ne loquantur cum Franssigenis, vel aliis inimicis nostris ». Et nos archiepiscopus rogavimus eos ut permitterent nos esse in pace, sicut decebat, usque ad diem dominicam, et hoc fuit quadam die lune, dicentes eis quod interim mitteremus apud Massiliam pro amicis nostris ut ducerent nos apud Massiliam, quod penitus facere denegaverunt, et ita oportuit nos archiepiscopum exire. Item, Barralus dixit palam quod omnes illi qui erunt absoluti erunt ejus inimici, et omnes illi qui erunt excommunicati erunt ejus amici. Item, Poncius Gaillardi dixit palam mulieribus in ecclesia : « Ego precipio vobis sub pena quinque solidorum ne offeratis seu oblationes faciatis ». Item preceperunt magistro Guillelmo, medico Arelatis, sub pena decem librarum ne visitaret nos archiepiscopum cum graviter infirmaremur. Item quemdam officialem nostrum Barralus et sui sequaces tenent inclusum, quem nos archiepiscopus constitueramus super testamentis publicandis, qui exire domum suam aliqua necessitate non audet. Item, cum nos dictus archiepiscopus graviter infirmaremur et de consilio medicorum esset nobis dictum quod faceremus nobis minui, non permiserunt sagnatorem ire ad nos, nec barberium pro radenda nobis barba. Item, cum vellemus intrare civitatem pro Nativitate Domini et aliis festis sequentibus in ecclesia nostra more solito celebrandis, non permiserunt nos intrare et prohibuerunt nobis ingressum. Item, nec miretur nobilis vir Barralus quod super predictis facimus eum moneri, cum omnia predicta de consilio suo facta sint, et eisdem ut fierent concesserit nec impediverit, cum potuerit ; licet ad hoc nobis juramento fidelitatis et homagii teneatur. Item Poncius Gaillardi moneatur quod tempore confratrie, cujus ipse fuit caput, nequiter fecit preconisari per Arelatem quod aliquis seu aliqua non esset ausus facere oblationes, seu vigilias offerre, neque intrare ecclesiam pro audiendis divinis, sub pena viginti solidorum ; et etiam quasdam fecit puniri que contra predictam preconisationem vigilias seu oblationes fecerunt, super quibus omnibus juravit stare mandatis nostris, et obligavit personam suam et res omnes nobis archiepiscopo, sub pena amissionis predictorum bonorum, et quod tamquam infidelis, si talia et consimilia de cetero atemptaret, puniretur per nos archiepiscopum. Non est enim dubium quin qui talia atemptat, cum sint contra laudabilem ecclesie consuetudinem, tamquam suspectus de heretica pravitate debeat judicari ; et pro dicto Pontio Gaillardi obligavit se et sua Stephanus Gaillardi, qui etiam moneatur ut super predictis procuret quod Pontius Gaillardi satisfaciat et penas solvat : alioquin ob hoc specialiter, tam Poncius Gaillardus quam Stephanus Gaillardus post monitionem trinam denuncientur excommunicati et perjuri, et dict. Poncius de heretica pravitate suspectus. Super predictis omnibus et singulis, vos predicti Po. de Salavesio et Motetus, canonici Arelatenses, et P. Ferreoli prior Sancte Crucis Arelatis, moneatis predictos omnes et singulos ut satisfaciant prout superius continetur, et omnia juramenta que nobis archiepiscopo fecerunt servent integre, et qui contra dicta juramenta venerunt satisfaciant et penas solvant. Per tres vero dies moneantur et die dominico sollempniter ; et nullo modo vos subtrahatis, quin dicte monitioni intersitis et eam faciatis, et predicta non reveletis, quousque monitiones faciatis ; et qui revelaverit, sit excommunicatus, et qualiter monitio facta fuerit et responsiones eorum, si respondere voluerint vel non responderint, nobis per litteras patentes cum sigillis vestris transmittatis, ita quod secure eas habere valeamus. Item predicta omnia et singula, tam nobili viro Barralo quam utrique consilio et universitati Arelatensi, auctoritate regali et nostra ex parte, precipiatis quod adimpleant sub pena et amissionis feudi quod detinet Barralus a nobis et ecclesia Arelatensi, et sub pena omnium que tenet sive detinet sub regalia, et consiliis et universitati sub pena usus quem detinuerunt seu usi sunt circa jurisdictionem temporalem Arelatis, ut satisfaciant nobis, prout superius est expressum ; alioquin omittere non poterimus quin privatos a predictis denunciemus. Datum apud Sanctum Petrum de Campo publico, II° idus januarii, anno Domini M°CC°XL°VIIII°. Factis vero monitionibus, nobis presentes litteras remittatis.

Inséré dans l'exécution du 18 suiv. (n° 1133).

1133 18 janvier 1250.

Tentative d'exécution du précédent monitoire.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod ego P. Salavesius et Mottetus, canonici Arelatenses, et P. Ferreolus prior Sancte Crucis Arelatensis, recepimus litteras dni Arelatensis archiepiscopi in hunc modum *(n° 1132)*... Quibus receptis, ego dictus P. Salavesius, cum dictis meis sociis, processi in hunc modum, videl. quod ego cum dictis Moteto et P. Ferreolo accessimus, die martis ante festum Sancti Vincentii, ad nobilem virum dom. B. dominum Baucii in palatio communis Arelatensis, dicendo eidem quod nos habebamus quedam dicere, et legere quasdam litteras eidem, judicibus, consilio majori et consilio capitum misteriorum Arelatensium, de mandato dni archiepiscopi. Ipse vero respondit : « Ostendite mihi mandata et tradite lit-

teras quas ab eo habetis, et ego in pleno consilio faciam eas legi » ; et receptis dictis litteris, dixit quod deliberaret cum septimanariis, et judicibus suis super eisdem litteris, et quod nos dimitteremus eum. Et tracta aliquantulum postmodum mora, intravit quamdam domum dicti palatii ; in qua, convocatis omnibus consiliariis utriusque consilii dicte civitatis, more solito, ad sonum campanarum, inter quos erant R. Jaucilinus, judex, Pontius et Stephanus Gaillardi, dictas litteras in audientia et ad intelligentiam omnium, nobis audientibus, fecit legi ; quibus sic lectis, fuit de consilio quorumdam amicorum nostrorum quod nos recederemus incontinenti, non expectato responso, et male feceramus qui de mandato alicujus tales litteras apportaveramus, que tanta crimina continebant falsa et non vera, et omnes contra nos minabantur, dicentes : « Recedatis, et nullum responsum expectetis ». Nos vero, auditis gravibus interminationibus, et quibusdam verbis contra nos dictis, recessimus cum timore. Hec vero fuerunt circa nonam ; post vero fecimus inquiri, si possemus recuperare dictas litteras ; et egomet cum predictis inquisivi, et nobis fuit dictum quod nullomodo possemus eas de cetero habere. Et eadem die, post prandium, dictus dom. Barralus exivit civitatem, nullo dato responso ; et postea accessimus pluries ad dictum B. et ad dictum palatium, et non potuimus ei loqui, quia dicebatur nobis ab illis, qui erant in palatio, quod erat in consilio, et non poteramus ei loqui ; et quia ego sigillum non habeo, sigillo G. de Codols, canonici Arelat., has litteras sigillari feci.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 210, orig. scellé. Bonnemant, t. II, p. 593-5. Barth., *Baux*, 352, cf. 353. Boehmer-Ficker, V, 13744.

1134 9 mai 1250.

Excommunication lancée par Jean Baussan, archevêque d'Arles, contre les Arlésiens, Barral de Baux, et tous ceux qui ont participé à la révolte contre l'autorité de l'Eglise ; interdit sur tous les domaines de Barral.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 208. Barth., *Baux*, 354.

1135 30 mai 1250.

Lettre d'Innocent IV vener. fratr. archiepiscopis et episcopis in Provinciæ ac Forcalquerii comitatibus constitutis, *leur enjoignant d'obtenir de tous leurs prêtres, chaque année, une messe pour le repos de l'âme de Raimond, comte de Provence, et de celle de son épouse.*

Bouche, *Hist. de Provence*, t. II, p. 253. Potthast, 13986*.

1136 22 juin 1250.

Lettre du même ·· episcopo Nemausen. Precibus ven. fratris nostri... (Cogat prepositum Arelaten. ad restituendos fructus archiepiscopo debitos.) Dat. Lugduni, x. kal. julii, anno vii.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 70. Bonnemant, t. II, p. 345.

1137 13 juillet 1250.

Lettre du même fratribus Predicatoribus et Minoribus. Summus orbis opifex... (Predicent solvendam decimam.) Dat. Lugduni, iii. idus julii, anno viii.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 82 v°.

1138 18 juillet 1250.

Lettre du même ·· archidiacono Magalonen. Quia fervet avaritia... (Exactiones et pedagia in locis diocesis Arelaten. imposita revocare curet.) Dat. Lugduni, xv. kal. augusti, anno viii.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 68 v°. Livre vert, f° 21. Bonnemant, t. III, n° 86 bis.

1139 18 juillet 1250.

Lettre du même au même. Quia nonnulli... (Molestias multiplices in archiepiscopum Arelaten. illatas compescat.) *Même date.*

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 69. Livre vert, f° 21 v°. Bonnemant, t. III, n° 87.

1140 28 juillet 1250.

Lettre du même ·· episcopo Tricastrino. Cum ven. frater... (Proventus et redditus de Salone in solutionem debitorum archiepiscopi Arelaten. converti faciat per perceptores.) Dat. Lugduni, v. kal. augusti, anno viii.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 67. Bonnemant, t. III, n° 85 ter.

1141 30 août 1250.

Autorisation à l'arch. de donner un bénéf. à son neveu.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ·· archiepiscopo Arelaten., salutem et apostol. bened. Tuam volentes honorare personam, et per exhibitum tibi honorem alii providere ; fraternitati tue, providendi per te vel per alium dilecto filio Peregrino, Massilien. et Tholonen. canonico, nepoti tuo, nondum, ut asserit, prebendale beneficium assecuto, in civitate vel diocesi tua de beneficio ecclesiastico competenti, etiam si curam habeat animarum, si vacat ad presens, vel quam cito ad id obtulerit se facultas, auctoritate presentium concedimus facultatem. Non obstante si dictus P. alias beneficiatus existit ; seu si personis ad quas hujusmodi beneficii collatio pertinet, a sede apostolica est indultum, quod ad provisionem alicujus compelli, seu interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi non faciant mentionem ; aut si eis dereximus scripta nostra pro aliis, quibus auctoritate presentium nolumus prejudicium generari ; sive quacumque alia indulgencia quibuscumque concessa, per quam hujusmodi gratia impediri valeat vel differri ; et de qua in nostris litteris mentio fieri debeat specialis. Contradictores autem per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescas. Datum Lugduni, iii. kal. septembris, pontificatus nostri anno octavo.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 69 v°. Bonnemant, t. III, n° 87 ter.

1142 2 septembre 1250.

Lettre du même dil. fil. Predicatoribus, Minoribus, Templariis, Hospitalariis et aliis religiosis univers. per Provinciam constitutis... Cum sicut ex parte ven. fratris... (Publicent sententias in Fridericum latas.) Dat. Lugduni, iv. nonas septembris, anno viii.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 69. Bonnemant, t. III, n° 87 bis.

1143 3 septembre 1250.

Lettre du même episcopo Tricastrino. Cum dil. filius Bonagura... (Absolvat archiepiscopum Arelaten. ad cautelam, *au sujet des dettes de l'église de Valence que Grégoire IX avait chargé les évêques voisins de payer.*) Dat. Lugduni, III. non. septembris, anno VIII.

1144 21 septembre 1250.

... Nos L[aurentius], Dei miser. Tricastrinensis ecclesie minister, litteras dni Pape recepimus IX° kal. octobris, anno Dni M°CC°L, sub hac forma *(n° 1143); il absout l'archevêque d'Arles*, ad cautelam.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 67. BONNEMANT, t. III, n° 86.

1145 .. septembre 1250.

Lettre du même gardiano fratrum Minorum Belliquadri. Cum ven. frater noster... (Absolvat archiepiscopum Arelaten. ad cautelam.) Kal. octobris 1254.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 67 (en m. de copie : 1250); voy. suiv.

1146 Beaucaire, 28 septembre 1250.

Absolution ad cautelam *des censures encourues par l'archevêque.*

UNIVERSIS Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, frater, P. Borrelli, guardianus fratrum Minorum Bellicadri, salutem et pacem. Noveritis recepisse nos litteras summi Pontificis, in hac forma : « Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio guardiano fratrum Minorum Bellicadri, Arelatensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerabilis frater noster archiepiscopus Arelatensis, cui, sicut exhibita nobis petitione monstravit, redditus et proventus castri Sallonis ad Arelatensem ecclesiam pertinentes, pro solutione debitorum, quibus premitur, duximus concedendos, metuat ne, occasione debitorum ipsorum, diverse fuerint in eum auctoritate apostolica, excommunicationis sententie promulgate ; nos, ipsius precibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum a prefatis excommunicationum sententiis, dummodo satisfecerit super hiis, pro quibus excommunicatus extitit, auctoritate nostra absolvere ad cautelam, et cum ipso super irregularitatibus, si quas forsam contraxit exinde, studeas dispensare. » Nos igitur, auctoritate dni Pape, eum absolvimus, et cum eo dispensamus, juxta predict. seriem litterarum, in claustro Bellicadri, presentibus Guillelmo de Gardiis, priore Bellicadri, et fratre Laurentio, de ordine Minorum, et Petro clerico et Raimundo de Jocono, anno Domini M.CC.L, IIII. kal. octobris, et sigillo conventus fratrum Minorum Bellicadri sigillavimus.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 67. BONNEMANT, t. II, p. 345.

1147 Tarascon, 29 octobre 1250.

Hommage de l'archevêque au comte de Provence.

ANNO Domini M°.CC°. quinquagesimo, IIII° kalendas novembris. Notum sit cunctis presentibus et futuris quod dom. videlicet Johannes, Arelatensis archiepiscopus, fecit homagium et fidelitatem dno Karolo comiti Provincie, junctis manibus, osculo dato, et juramento prestito, de eo quod ipse habet vel habere debet nomine ecclesie Arelatensis in burgo Arelatis quod dicitur Porcelletorum, et pro castro Sancti Mitrii, et Castro Veteri, et pro Conforso, et pro ripa Sancti Genesii, que est versus partem Sancti Mitrii, quod vocatur Joncas, et pro Gabardello ; mala et dampna dicti comitis et suorum evitando, bonaque et proficua et honorem implorando. Actum apud Tharasconem, in castello. Testes hujus rei fuerunt dom. Zoen Avinionensis episcopus, dom. Fulco Regensis episcopus, B. Arelaten. archidiaconus, magister Philippus cappellanus dom. comitis, dom. Romeus de Villanova, dom. Alba de Tarascone, dom. Bagotus, Hugo de Aqueria, Jacobus Gantelmus, Guillelmus Bonusfilius de Arelate, Dalmacius de Rocamaura, Guillelmus de Piquinino ; et ego Bernardus Raimundi, publicus notarius dom. comitis Provincie, qui omnibus hiis interfui, et mandato dom. comitis predicti, et dom. Johannis archiepiscopi Arelatensis, hanc cartam scripsi, et signo meo signavi.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 366. BONNEMANT, t. III, n° 92. Arch. des B.-du Rh. B. 344. B. 356. B. 756. B. 376, parch., extrait du Cartulaire de Bernard « Raymundi », notaire d'Aix, sur la demande de « dns Guido de Tabia, procurator regius et advocatus » adressée à « dns Bert. de Rochavaria, juris civilis professor, judexque major Provincie et Forcalquerii ». *Gallia christ vetus*, t. I, p. 59 ; *nova*, t. I, instr. p. 102. BRÉQ., VI, 253 (au 1er nov. 1254).

1148 Nîmes, 7 novembre 1250.

L'archevêque Jean abandonne à Charles d'Anjou, comte de Provence, le domaine de la commune d'Arles.

UNIVERSIS presentes litteras inspecturis, J[*ohannes*] Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus* et Bertrandus prepositus ac Bernardus ejusdem ecclesie archidiaconus, salutem in Domino Jhesu Xpisto. Noverit universitas vestra quod ob utilitatem, et honorem ac incrementum ecclesie nostre, et deffensionem contra Fredericum, et ejus nuncios, et alios Ecclesie inimicos, volumus, concedimus, et consentimus, quod illustris dns Karolus, filius regis Francie, Andegavie et Provincie comes, et ejus successores, in perpetuum habeant, et possideant integre, totum dominium, et jurisdictionem, ac omnia jura, et omnes redditus, ac proventus, que vel quos commune Arelaten. percipit, et percipere consuevit, in civitate Arelaten., tenemento, territorio, et districtu ejusdem. Salvis et retentis nobis, et ecclesie Arelaten., hiis quibus nos, et predecessores nostri, juste usi sumus. Et promittimus quod ad predicta adipiscenda, pro posse nostro, juvabimus dictum dnm comitem, bona fide. Et juramus super sancta Dei euvangelia, quod contrarium non procurabimus, nec per alium procurari faciemus, nec contra veniemus. Salva tamen in omnibus, et per omnia, ac retenta dni pape voluntate. Et si super predictis juribus, et aliis, questio seu dubitatio aliqua oriretur, volumus et concedimus quod per venerabiles fratres F. Regen. episcopum, et magistrum Philipum canonicum Aurelian., dni pape capellanum, si dnus papa alii non commiserit, cognoscatur et diffiniatur. Quorum cognitionem, et ordinationem, promittimus, sub juramento predicto, nos inviolabiliter serva-

turos. Ad hec fuerunt presentes, isti inferius annotati : Bernardus Juliani, Arelat. canonicus, Ugo de Miramari, Arelat. canonicus, ven. in Xpisto frater F. Regen. episcopus, magister Philipus, dni comitis capellanus, et Adam, clericus ipsius comitis, ac Petrus de Vicinis, Guillelmus de Pinquinhiaco, Symon Bagot, Symon Corbol., Guillelmus Tade, Ricardus de Bosco Jocelini, Odo de Sintinis, Fabianus, milites dni comitis supradicti. In quarum rerum testimonium et munimen, presentes litteras sigillis nostris fecimus roborari. Actum apud Nymas, die lune proxima post festum Omnium Sanctorum, anno Dni mill'. ducent. quinquagesimo, mense novembris.

Arch. des B.-du-Rh. B. 344. Orig. parch. ; trois sceaux en cire jaune, pendants à des bandes de parch. ; archevêque : [S.] IOh'IS Q[VINTI AREL] ARCHIE[PI] = SIGIL LVM : SA NCTI : TR O-PHIMI : IHV : XPI : DISCI PVLI. Prévôt (Bertrand Malferrat) : † S. B'TNDI. PPOSITI. ARELATEN. Archidiacré (Bernard de Languissel) : S. B'NARDI. AR[CHID]IACONI. ARELA. Bonnemant, t. III, n° 94. Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxxxiij-iv. Blancard, *Iconogr.*, p. 130.

1149 Nîmes, 7 novembre 1250.

Promesses de Charles d'Anjou à l'archev. d'Arles.

Nos Karolus, filius regis Francie, Andegavie et Provincie comes, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos venerabili in Christo patri *J.* Dei gratia *Arelatensi archiepiscopo*, Bertrando preposito, Bernardo ejusdem ecclesie archidiacono, et per ipsos ecclesie Arelatensi, promittimus bona fide, quod cum nos adepti fuerimus possessionem civitatis Arelatensis, jurabimus personam dicti archiepiscopi et ejus successorum, canonicorum etiam, et bona eorumd. ac jura ecclesie, per nos et per nostros defendere et salvare ; et si super juribus ecclesie Arelatensis, quibus juste usa est ecclesia, vel super aliis, questio vel dubitatio oriretur, nos ratum et firmum habebimus quicquid per ven. patrem F. D. g. Regensem episcopum, et magistrum Philipum canonicum Aurelianensem, domini Pape capellanum et nostrum, seu per alium cui dominus Papa duxerit committendum, super premissis ordinatum fuerit seu diffinitum. Ad hec predicta fuerunt presentes isti inferius annotati, videlicet venerabilis in Christo pater F. Regensis episcopus, magister Ph. capellanus noster, Petrus de Vicinis, Guillelmus de Piquinhiaco, Simon Bagot, Simon Corbol, Guillelmus Tade, Ricardus de Bosco Jocelini, Odo de Sentinis, Fabianus, milites nostri, et Adam clericus noster. In quarum rerum testimonium et munimen, presentes litteras sigillo nostro fecimus roborari. Datum apud Nymas, die lune proximo post festum Omnium Sanctorum, anno Domini M.CC. quinquagesimo, mense novembris.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 142 v°. Livre vert, f° 365 v°. Bonnemant, t. III, n° 95. Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxxxiv-v.

1150 11 novembre 1250.

Lettre d'Innocent IV archiepiscopis et episcopis per Provinciam constitutis, *leur mandant de laisser les Hospitaliers du prieuré de St-Gilles user des lettres apostoliques à eux accordées.*

Arch. Vatic. Reg. 22 (Innoc. IV. an. viii, ep. 213), f° 31 v°. Berger, 4957.

1151 16 février 1251.

Lettre du pape à l'archevêque d'Arles, lui annonçant l'envoi de frère Etienne [*dominicain*], *son chapelain et pénitencier, pour traiter de la paix dans sa province.*

Arch. Vatic. Reg. 22 (Innoc. IV. an. viii, ep. 564, cur. 29), f° 85 v°. Berger, 5298. Boehmer-Ficker, V, 8324.

1152 21 juin 1251.

Lettre du même à ce frère Etienne, lui ordonnant de traiter avec les prélats et les villes de Provence, le sénéchal et les procureurs du comte de Provence, pour le salut et la paix de ce pays.

Ripoll, *Bull. Prædicat.*, t. I, p. 195. Potthast, 14340.

1153 Saint-Remy, 3 août 1251.

... Quia nos Johannes, D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, scimus vos dom. Karolum, comitem Andegavie et Provincie, principem catolicum et fidelem, licet ad hec non teneamur, Deo promittimus et, prepositis sacrosanctis euvangeliis, juramus quod cum castro et de castro Salonis, quod ad Arelaten. ecclesiam dinoscitur pertinere, juvabimus vos et bailivos vestros... Acta ... apud S. Remigium, in ecclesia ; testes ... dom. Bertrandus prepositus Arelat., Vicedominus capellanus dni pape,... G. Berengarius, officialis dicti d. Arelat. archiepiscopi....

Bonnemant, t. III, n° 96. Papon, *Hist. de Provence*, t. II, p. lxxxvj-ij.

1154 Saint-Remy, 3 août 1251.

Jean Baussan, archevêque d'Arles, s'engage à secourir Charles d'Anjou, comte de Provence, avec le château de Salon.

Anno dominice Incarnationis millesimo CC°.LI, scilicet tertio nonas augusti. Quia nos Johannes, Dei gratia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, scimus vos dnm K[arolum] comitem Andegavie et Provincie, principem catolicum et fidelem ; licet ad hoc non teneamur, Deo promittimus, et propositis sacrosanctis euvangeliis juramus, quod cum castro, et de castro Sallonis, quod ad Arelaten. ecclesiam dinocitur pertinere, juvabimus vos, et bailivos vestros, contra omnes personas, in placito et in guerra, excepto quam contra Ecclesiam. Et in sacramento fidelitatis quod recipiemus ab hominibus dicti castri, faciemus aponi, quod omnes et singuli, cum armis et sine armis, juvabunt vos, et bailivos vestros, infra comitatum Provincie, contra omnes personas, excepto quam contra Ecclesiam, ut de nobis diximus. Ita tamen quod si contingeret homines memorati castri nostri exire territorium dicti castri, pro vestro auxilio, hominibus qui ibunt in equis teneamini ad expensas, aliis vero minime teneamini. Et volumus quod si, quod Deus avertat, nos essemus aliquando alterius voluntatis, et nollemus, aud prohiberemus quod predicti homines vos juvarent, ipsi nichilominus vos juvare teneantur ; et quantum ad hunc articulum, ex sacramento fidelitatis quod nobis fecerunt, vel facient, nobis non obediant, sed vos juvent. Salvo et retento in omnibus supradictis mandato Romane ecclesie speciali, quod nondum procuravimus, nec unquam pro-

curabimus, nec faciemus per alios procurari. Predicta vero facimus, pro utilitate ecclesie, et ad amovendam omnem suspitionem, quam contra personam nostram forsan, ex causis, vel pocius occasionibus aliquibus, concepistis ; non quod nos, vel homines dicti castri, ad hec promitenda tenerentur. Unde, per hec promissa, vel juramenta, nolumus nostris successoribus ecclesie Arelaten., vel hominibus dicti castri, post mortem nostram, prejudicium generare. Et nos, memoratus comes, vos, dne archiepiscope, et ecclesiam Arelaten., et homines dicti castri, quamdiu predicta servata fuerint juramenta, in nostra protectione recipimus ; et dabimus nostris bajulis in preceptis, ut vos, et predictam ecclesiam, et memoratum castrum, deffendant ab offensis, et incursibus malignorum. Acta fuerunt hec apud Sanctum Remigium, in ecclesia. Testes interfuerint, dns Bertrandus, prepositus Arelaten., Vicedominus, capellanus dni pape, Petrus de Belvais, Girardus de Sarc., G. Tedei, Hugo de Arc., senescallus Provincie, G. de Pichinino, vicarius Arelatis, G. Raimundi, jurisperitus, Peregrinus, canonicus Marcilien., fr. Johannes, preceptor domus Templi de Bailes, G. Beren., officialis dicti dni archiepiscopi. Et ego Bonus homo, publicus notarius dni comitis Provincie, qui mandato ipsius dni comitis, et dni Arelaten. archiepiscopi, hanc cartam scripsi, et signum hoc posui. Et ad majorem rei firmitatem, predicti dni archiepiscopus et comes presentem paginam jusserunt sigillorum suorum munimine roborari.

Arch. des B.-du-Rh. B. 346. Orig. parch. ; cordes de chanvre, les sceaux manquent.

1155 Saint-Remy, 3 août 1251.

Le même demande au comte de faire observer l'accord qui sera fait avec Salon.

Anno dominice Incarnationis millesimo CC°.LI, scilicet tertio nonas augusti. Nos *J.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, vos, dne K. comes Andegavie et Provincie, et comes Forcalquerii, rogamus et requirimus, pro bono pacis, et utilitate ecclesie Arelaten., quod pacem, compositionem, seu concordiam, que fiet inter nos et valitores nostros, ex una parte, et universitatem castri Sallonis, et singulos de universitate et valitores eorum, ex altera, per Bertrandum Baussanum fratrem nostrum[1], et Hugonem Stacam, et tertium, si concordare non possent, ab eisdem electum, vel alios a nobis et ab eis communiter electos, faciatis custodiri, et observari. Et si contingeret, quod Deus avertat, quod compositionem, arbitrium, seu arbitramentum, vel voluntatem predictorum, observare nollemus, in totum vel in partem, volumus et concedimus vobis, et etiam vos rogamus, quod vos, vel senescallus vester, vel alii bailivi vestri, possitis nos compellere ad observandam compositionem, seu dictum predictorum, captis pignoribus, vel per alteram viam, secundum quod vobis videbitur melius expedire, cum vobis, vel curie vestre, constiterit de predictis. Et nos, memoratus comes, pro bono pacis, et utilitate ecclesie Arelaten., dictis vestris precibus assentimus. Acta fuerunt hec apud Sanctum Remigium, in ecclesia. Testes interfuerunt, dom. B. prepositus Arelaten. (*et autres, mot à mot comme à la charte précéd.*)

Arch. des B.-du-Rh. B. 345, orig. parch. ; cordes de chanvre, sceaux pendants du comte et de l'archev. en cire jaune : S : IOhIS QVINTI : ARELAT....

1156 8 août 1251.

Serment des habitants de Salon envers le comte de P.

Anno dominice Incarnationis millesimo CC°.LJ, scilicet VI° idus augusti. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod cum dns *J.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, misisset dnm Bert. prepositum Arelaten., apud Sallonem, ad recipiendum sacramentum fidelitatis ab hominibus dicti castri, in parlamento congregato in palatio dni archiepiscopi, in castro Sallonis ; et dns K. Andegavie et Provincie comes, misisset dom. Girardum de Sarc., militem, apud Sallonem, causa videndi juramentum prestandum ab hominibus dicti castri, pro observatione pactorum initorum inter predictum dnm comitem et dom. archiepiscopum supradictum ; lecto instrumento pactorum facto per manum magistri Bonihominis, notarii, sicut in eo plenius continetur ; predicti homines juraverunt, quod omnes et singuli, cum armis et sine armis, juvabunt dictum dnm comitem, et bailivos suos, infra comitatum Provincie, contra omnes personas, in placito et in guerra, excepto quam contra Ecclesiam. Ita tamen quod si contingeret homines memorati castri exire territorium dicti castri, pro auxilio dicti dni comitis, hominibus qui ibunt in equis teneatur dictus dns comes ad expensas, aliis vero minime teneatur. Et si, quod Deus avertat, dictus dom. archiepiscopus esset aliquando alterius voluntatis, et nollet, aud prohiberet, quod predicti homines non juvarent dictum dom. comitem, ipsi nichilominus juvare teneantur ; et quantum ad hunc articulum, ex sacramento fidelitatis quod dno archiepiscopo fecerunt, vel facient, ei non obediant, sed juvent dictum dnm comitem. Salvo et retento in omnibus supradictis, mandato Romane ecclesie speciali. Actum fuit hoc in castro Sallonis, in palatio dni archiepiscopi, in presentia et testimonio dni Bern. archidiaconi, dni R. sacriste Arelaten., fratris Johannis, preceptoris domus Templi de Bailes, Peregrini Baussani, canonici Marcilien., Barjolis, Po. de Villa sicca, et Hugonis Fornerii, militum, Hugonis Stache, G. Veren. notarii Arelatis. Et mei Boni hominis, notarii publici dni comitis Provincie, qui mandato dni Girardi de Sarc., militis supradicti, hanc cartam scripsi, et signum hoc ✝ posui.

Arch. des B.-du-Rh. B. 346, orig. parch. Bonnemant, t. III, n° 96 bis.

1157 24 août 1251.

... Ego Matheus sartor... juro stare mandatis Ecclesie, dni pape et dni archiepiscopi, et promitto... me daturum decimam de omnibus fructibus, obventionibus et gauditis omnium bonorum meorum..., si ab hac

[1] On trouve dans le chartrier de Salon, à la date de 1253, « Bertr. Baucianum, civem Massilien. » (n° 3) et « Bertr. Baussanum, civem Massilien. » (n° 5) ; dans l'un et l'autre cas il s'agit du même frère de l'archevêque.

egritudine evadero... Item promitto me daturum et adjuturum... quod predictus d. archiepiscopus et ecclesia possit uti jure suo spirituali et jurisdictione temporali in Arelate et districtu Arelatis... Item promitto... me daturum... pannos in quibus detulero ad cimiterium... ecclesie ejusdem cimiterii... Testes... Bertrandus prior ecclesie S. Luciani, qui auctorit. et mandato dni J., D. g. s. Arelat. ecclesie archiepiscopi...

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 382. Bonnemant, t. II, p. 605.

1158 L'Isle (Vaucluse), 19 septembre 1251.

Concilium secundum dicti domini Johannis.

Hec sunt statuta per dominum *J.* Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopum*, apud Insulam, in provinciali capitulo facta et renovata, presentibus et consentientibus, et auctoritatem prestantibus venerabilibus in Christo patribus R. Cavallicen., B. Massilien., G. Carpentoraten., B. Tricastrino, R. Tholon. et P. Auraicen. episcopis, dominis Joem *(corrigé en marge :* Zoen) Avinion. et S. Vasyonent. episcopis, se canonice excusantibus, sed tamen aliis super hoc committentibus vices suas, presentibus etiam pro majori parte abbatibus, et prepositis, et prioribus conventualibus provincie Arelatensis, anno Domini M°.CC.LI, die martis post festum Exaltationis Sancte Crucis. — Primum capitulum, de fide catholica frequenter predicanda, secundum quod in Arelatensi concilio olim noscitur constitutum. — Item, de inquisitione hereticorum, observetur quod statutum est in canonibus et statutis conciliorum ; et fiat dicta inquisitio a quolibet episcopo in sua dyocesi, et scripta olim facta requirantur a Predicatoribus et ab aliis qui ea habent, tam auctoritate ordinaria quam auctoritate hujus consilii. — Insuper addentes quod bona hereticorum sub dominio et jurisdictione ecclesiarum existentium, a prelatis ipsarum ecclesiarum occupentur. Si quis autem alius bona talium, sint mobilia vel immobilia, in prejudicium dictarum ecclesiarum vel prelatorum, per se vel per alium, invadere, occupare seu confiscare presumpserit, sit utique ex nunc, ipso facto, excommunicationis sententia innodatus, potestate absolvendi domino archiepiscopo et dyocesano loci, congrua satisfactione premissa, auctoritate presentis concilii, reservata. — Item, sententia excommunicationis cum debita admonitione et maturitate proferatur, et ab omnibus, tam privilegiatis quam aliis, inviolabiliter observetur ; et contra contemptores excommunicationum servetur quod continetur in concilio Valentino ; et si ulterius contempserint, puniantur peccuniaria pena contemptores, ut continetur in concilio Arelatensi, si hoc poterit per temporales dominos obtineri. — Item, de decimis statuim. quod exigantur et predicentur frequenter, secundum tenorem litterarum domini pape ; et solvantur ecclesiis vel prelatis quibus de jure debentur. — Item, de testamentis faciendis in presentia rectoris ecclesie, vel parrochialis sacerdotis, servetur quod statutum est in dicto consilio Arelatensi, et consilio Tholosano. — Item, statu. quod canonica portio exigatur et solvatur secundum canonicas sanctiones. — Item, super excessibus privilegiatorum cohercendis, servetur constitutio domini Innocentii IIII que incipit *Volentes*. — Item, sta. quod quicumque auctoritate vel temeritate propria ecclesias vel ecclesiasticas personas pignoraverit vel gadiaverit, seu bona eorum invaserit seu occupaverit violenter, nisi infra VIII. dies super hoc satisfecerit, sit ex tunc ipso facto excommunicationis sententia innodatus, dyocesano tamen episcopo ab hac excommunicationis sententia absolvendi, auctoritate concilii, concedimus potestatem. — Item, de novis pedagiis et salinariis que per Arelatensem provinciam exiguntur, servetur quod in Avinion. et Arelaten. conciliis continetur. — Item, super confratriis, conjurationibus, conspirationibus, colligationibus, societatibus, vel quocumque nomine censeantur, vocentur pacta seu conventiones, servetur quod statutum est in concilio Valentino ; hoc addentes quod, sicut ad enervandam censuram ecclesiasticam, vel ut contumaciter perdurent in excommunicatione, predicta pacta vel conventiones inire presumpserint contra jura ecclesiastica, sive ante excommunicationem sive post, dicta pacta, conventiones, vel etiam vota vel promissiones, prorssus irrita habeantur et denuncientur, sicut in dicto concilio continetur. — Item, pro negotio Terre sancte, dicatur psalmus *Deus venerunt gentes*, oratio *Deus qui admirabili providentia*, sicut fieri consuevit. — Item, clamdestina conjugia fieri prohibemus, que si facta fuerint, procedatur contra contrahentes secundum canonicas sanctiones.

Rome, Bibl. Chigiana. Cod. ms. C. v. 151, f° 5 v°-6. Labbe, *Concilia*, t. XI, II, c. 2348-51.

1159 Beaucaire, 26 décembre 1251.

... Nobilis vir Barralus, dominus Baucii, venit et comparuit coram dno J., D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo, et cum eo venerunt Raimundus Gantelmi, de Tarascone, et Petrus de Benevento et Bertrandus de Luperiis, milites de Tharascone, et salutaverunt ex parte dni Karoli, D. g. comitis Andegavie, et comitis et marchionis Provincie, predictum dom. archiepiscopum et rogaverunt ex parte ejusdem... quod esset benignus et favorabilis dicto dno Barralo et in absolutione *des sentences d'excommunication et d'interdit portées contre lui ; promesses de Barral ;* present. testibus dno Bertrando preposito Arelat..., Bermundo Barcilono, capellano dicti d. archiepiscopi...

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 108. Bonnemant, t. III, n° 89. Barthélemy, *Inv. Baux*, 363 ; *Rech. histor. et généal. sur la maison de Baux*, 1877, p. 70-1.

1160 17 février 1251/2.

J[ohannes] Arelatensis archiepiscopus.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 30.

1161 27 mai 1252.

Lettre d'Innocent IV ·· archiepiscopo Arelaten. Cupientes indempnitati... (Non teneri ad debita solvenda nisi ad utilitatem ecclesie contracta.) Dat. Perusii, VI. kal. junii, anno IX.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 83 v°. Bonnemant, t. III, n° 88.

1162 27 mai 1252.

Lettre du même ·· episcopo Magalon. et ·· abbati Anianensi. Cupientes indempnitati... (Executoria precedentis.) *Même date.*

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 83 v°. Bonnemant, t. III, n° 88 bis.

1163 27 mai 1252.

Lettre du même ·· archidiacono Magalonen. Sua nobis vener... *Terminer un procès sur l'église* de Saujano, *appartenant à la mense de l'archevêque d'Arles. Même date.*

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 84 v°. Bonnemant, t. III, n° 92 bis.

1164 6 juillet 1252.

Lettre du même ·· archiepiscopo Arelaten. Inter corruptibiles... *La matrice de sa bulle s'est cassée ; il en a fait graver une autre, que l'artiste n'a pas faite en tout semblable ; s'il s'élevait des doutes, l'archevêque a le nouveau modèle sous les yeux et il pourrait juger.* Dat. Perusii, II. nonas julii, anno X.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 84 v°. Bonnemant, t. III, n° 93. Mabillon a publié (*De re diplomat.*, 1709, p. 131) cette bulle (sauf le début) avec la date du 14 du même mois, « II. idus julii ». Potthast, 14663.

1165 19 juillet 1252.

Lettre du même ·· archiepiscopo Narbonen. et archidiacono Magalon. Sua nobis vener... (Bona ecclesie Arelat. illicite distracta recuperent.) Dat. Perusii, XIIII. kal. augusti, anno X.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 84. Bonnemant, t. III, n° 97.

1166 19 juillet 1252.

Pouvoir de relever les clercs de l'irrégularité.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum in civitatem Arelatensem, pro eo quod ejus sollempnes nuntii contra ecclesiam ad quondam Fredericum dudum imperatorem accesserant, ac homines civitatis ejusdem tam clericos quam laycos, pro eo quod eidem favorabiles extiterant, excommunicationis et interdicti sentencie auctoritate apostolica fuerint promulgate ; fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vice nostra, juxta formam ecclesie, relaxes easdem, et dispenses cum clericis qui exinde irregularitatem aliquam incurrerunt, injuncta eis penitentia salutari, et que injungi talibus consuevit. Datum Perusii, XIIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno decimo.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 85. Bonnemant, t. II, p. 336.

1167 29 septembre 1252.

Lettre d'Innocent IV pour ramener à résipiscence les nobles et les laïcs du diocèse d'Arles, sous peine de censures.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ·· archidiacono Magalonensi, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster ·· archiepiscopus Arelatensis sua nobis petitione monstravit quod ipse in cives Arelatis, et quam plures nobiles et alios laicos Arelatensis diocesis, pro eo quod archiepiscopum ipsum de civitate Arelatensi, in qua jurisdictionem optinet temporalem, per violentiam expellentes, ac alias ei dampna gravia et ruinas irrogantes, sibi et ecclesiis earumdem civitatis et diocesis decimas solvere contra justitiam denegabant, cum hec essent ita notoria quod nulla possent tergiversatione celari, auctoritate ordinaria excommunicationis sententias promulgavit, justitia exigente, ac civitatem ipsam ecclesiastico supposuit interdicto. Cumque venerabilis frater noster Stephanus Turritanus archiepiscopus, tunc penitenciarius noster, ad eumdem Arelatensem archiepiscopum accedens, ei nostras litteras detulisset, ut ipse hiis que idem Turritanus archiepiscopus ex parte nostra diceret fidem plenariam adhiberet, dictus Arelatensis archiepiscopus eidem archiepiscopo Turritano ex parte nostra petenti concessit ut, juxta formam ecclesie, hujusmodi relaxans sententias, nobilibus et aliis predictis injungeret ut de premissis omnibus satisfacerent Arelatensi archiepiscopo, et ecclesiis supra dictis ; predicto vero Turritano archiepiscopo easdem sententias relaxante, nobiles et alii predicti archiepiscopo Arelatensi, et aliis prefatis de hiis satisfactionem denegant, quamquam dictus Arelatensis archiepiscopus hoc eis preceperit exhiberi, in ipsius et predictarum ecclesiarum prejudicium et gravamen, super quo petiit sibi et eisdem ecclesiis per sedis apostolice providentiam subveniri. Quo circa discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, nisi nobiles et alii prefati infra competentem terminum a te prefigendum eisdem, de premissis omnibus archiepiscopo et ecclesiis prelibatis satisfecerint competenter, eos et civitatem ipsam auctoritate nostra in pristinas excommunicationis sententias reducere non ommittas. Si autem aliqui nobilibus et aliis predictis contra eumdem Arelatensem archiepiscopum super hiis prestare presumpserint consilium vel favorem, tu eos quod ab hujusmodi presumptione desistant, monitione premissa, per censuras ecclesiasticas, appellatione remota, compescas : non obstante si est aliquibus ab eadem sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem. Datum Perusii, III kalendas octobris, pontificatus nostri anno decimo.

Insérée dans l'exécution du 24 juillet 1255.

1168 Marseille, 20 novembre 1252.

Lettre de l'archevêque à l'abbesse de Saint-Sauveur.

J., Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, religiose domine ·· eadem gratia abbatisse et conventui Sancti Salvatoris Massiliensis, salutem in presenti, et gloriam in futuro. Dilectioni vestre per presentes volumus litteras declarare, quod vos non tenemini servare statutum a bone memorie Gregorio papa condam edito, in quo prohibetur quod monachi nigri, in suis reffectoriis, nullo tempore, carnes edant. Quia non fuit factum, seu editum, super moniales, sed super monachos, et de voluntate ipsorum. Et cum promisistis regulam Sancti Benedicti vos servare, non fuit intentionis vestre quod non comederetis carnes. Immo fuit intentionis vestre quod comederetis, in refectorio et aliis locis, sicut in vestro monasterio erat semper, retroactis temporibus, consuetum. Et nos ita vobis consulimus, et concedimus,

quod sicut consuevistis, ita observetis. Datum Massilie, anno Domini M°.CC°.LII°, xii. kal. decembris.

Arch. des B.-du-Rh. St-Sauveur de Marseille. Orig. parch., bandes de parchemin ; le sceau manque.

1169 11 juillet 1253.

J[ohannes] Arelatensis archiepiscopus.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 234.

1170 24 janvier 1254.

Lettre d'Innocent IV à l'archevêque d'Arles. Licet tibi dicamus nostris dedisse litteris in mandatis, ut in monasteriis ordinis S. Benedicti... tuæ civitatis et diocesis statuta, edita super reformatione ipsius ordinis a fel. rec. G. papa predecessore nostro, faceres observari ; *autorisation d'accorder à Montmajour des dispenses sur les points non substantiels.*

Chantelou, *Hist. de Montmajour*, p. 352.

1171 Août 1254.

Louis IX, roi de France, supprime le péage de Beaucaire.

Ludovicus, Dei gratia Franc[orum] rex. Ad petitionem dilectorum nostrorum Arelatensis, Narbonensis et Aquensis archiepiscoporum, et aliorum plurium prelatorum, ob Dei et sancte matris Ecclesie reverentiam et honorem, pedagium quod a prelatis, personis religiosis et clericis, apud Bellicadrum in transitu Rodani levabatur, et levari consueverat ab antiquo, regia auctoritate cassavimus ; volentes ut liberi a pedagio in dicto transitu perpetuo transeant et immunes, et eorum familia transiens cum eisdem. Quam siquidem libertatem sic eisdem indulsimus, ut ad marchandi[a]s[1] eorum aliquatenus non trahatur. Sed et illud regia liberalitate statuimus, ne in dicto transitu peregrinus quicunque solvat pedagium, nisi deferat marchandi[a]s [1], non obstante consuetudine qualibet huic nostre liberalitati contraria, quantocunque tempore sit obtenta. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus aponendum. Actum Alesti[2], anno Domini M°CC°LIIII^to^, mense augusto.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 161, orig., le sceau manque. Livre noir, f°s 89 v° (à peu près de l'époque) et 139 *(C)*.

1172 5 avril 1255.

Décision du pape Alexandre IV, adressée à tous les prélats, annullant toutes les nominations à des bénéfices qui surpassent le nombre de quatre.

Magnum Bullar. Roman. (1858), t. III, p. 598. Potthast, 15776.

1173 22 juillet 1255.

Johannis Arelatensis archiepiscopi.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 330.

1. *C* merchandias. — 2. *C* A. apud Alest.

1174 24 juillet 1255.

Le délégué du Pape mande à l'évêque de Marseille d'intervenir auprès du sénéchal en faveur de l'église d'Arles.

Venerabili in Christo patri et domino B[enedicto], Dei gratia Massiliensi episcopo, M. de Moresio, Magalonensis archidiaconus, super infra scriptis a summo pontifice delegatus, salutem in Domino, cum omni reverentia et honore. Litteras dni pape olim recepimus sub hac forma : *(n° 1167)*... Cum igitur venerabilis pater dom. J., Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, nobis pro certo duxerit intimandum quod, occasione dictarum sententiarum, cives Arelatenses, permittente et favente sibi nobili viro M. de Fontainis, senescalco Provincie, et precipiente vicario Arelatis quod non se intromitterent de hiis que dicti cives facerent contra clericos et ecclesiam supra dictam, capitulum ejusdem ecclesie venerabilis et metropolitane, tam violenter quam viliter, de ipsa ecclesia et de predicta expulerunt civitate, et expulsis simili modo, intervenientibus minis, terroribus et diffidationibus civium predictorum, officialibus et bajulis dom. archiepiscopi supra dicti ; paternitatem vestram rogandam duximus et ortandam, auctoritate qua fungimur, cum reverentia vobis precipiendo mandantes, quatinus dictum senescalcum, cujus permissu et favore dicti cives in predictis tam enormiter excessisse dicuntur, semel, secundo, et tertio peremptorie infra competentem terminum moneatis, ut cessans penitus a predictis, predicta omnia, cum possit, faciat revocari ; alioquin, factis predictis monitionibus contra ipsum, quantum de jure poterimus procedemus. Reddite litteras, factis dictis monitionibus, dom. Arelatensi archiepiscopo, sigilli vestri munimine roboratas. Datum apud Montem Pessulanum, viii kalendas augusti, anno Domini M.CC.LV.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 415. Bonnemant, t. III, n° 98.

1175 1er septembre 1255.

Le pape Alexandre IV charge l'archevêque d'Arles de débouter Aymericus de Robiano, clericus de Narbona, *de ses instances pour entrer dans le chapitre de St-Paul de Narbonne, l'abbé et les chanoines ayant reçu* ad mandatum apostolicum quatuor ad prebendas vacaturas....

Arch. Vatic. Reg. 24, f° 92 v°, n° 612. Bourel de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV* (1895), p. 235, n° 767. Cf. n° 1172.

1176 23 septembre 1255.

Le même proroge de deux années l'exemption partielle de la juridiction de l'archevêque d'Arles, son métropolitain, accordée à l'évêque d'Avignon par Innocent IV.

Voir la bulle à l'archevêché d'Avignon.

1177 Beaucaire, octobre 1255 ?

... Accedentes ven. dns Reimundus, prepositus sedis Massilien. ecclesie, et Symon, canonicus et operarius ecclesie dicte sedis, coram rev^do^ in Xpisto patre dno Johanne, Dei gratia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo, *lui demandant de faire un* vidimus *du règlement*

de Pierre, évêque de Toulon, de juillet 1190. — Qui dns Johannes archiepiscopus, audita postulatione ipsorum,... precepit... Apud castrum Bellicadri, in quadam domo d'en Ferrando juxta pontem Rodani, in qua dictus dns archiepiscopus morabatur tunc. Anno Domini 1255, mense octobris, quadam die in qua fuit factum consilium generale apud castrum Bellicadri.

Voir la pièce aux prévôts de Marseille, n° 1205.

1178 Baux, 16 octobre 1255.

...Cum lites, controversie et questiones plures .. extitissent inter ven. patrem dom. Johannem, s. Arelaten. ecclesie archiepiscopum, et dom. Bertrandum, prepositum dicte ecclesie..., et nobilem virum dom. Barralum, dominum Baucii, *au sujet du château et territoire de Mouriez, des seigneuries, château et domaine de Vaquières, et des pâturages de St-Martin-de-Crau, enlevés injustement par Barral à l'archevêque, qui demandait 20000 sous Raimondins d'indemnité ;* compromiserunt in discretos viros dom. Albam de Tharascone et dom. Raymundum, sacristam Arelaten., et dom. Ymbertum de Auronis, *qui condamnent Barral à restituer ce qu'il a pris, mais l'archevêque lui fera reconnaissance pour Vaquières.* Apud Baucium, infra claustrum ecclesie S. Andree : testes ... d. Bertrandus de Alamannone,... milites, d. Bermundus, capellanus d. archiepiscopi,... Guillelmus Berengarii, officialis Arelat.,... prepositus S. Pauli, prior de Baucio.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 181. Livre vert, f° 134 v°. BONNEMANT, t. II, p. 559-62. BARTHÉLEMY, *Baux*, 391. Voir encore les actes du 22 avril 1262.

1179 Beaucaire, 20 mars 1255/6.

...Nos Johannes, D. g. s. Arelaten. ecclesiæ episcopus, considerantes devotionem et religionem Beatricis abbatissæ et monialium S. Salvatoris de Fonte Nemausensi,... donamus eisdem domum illam... in qua olim Repentitæ in condamina castri Bellicadri habitabant... ; præsent... d. Bernardo Julliano, Arelat. archidiacono....

Gallia christ. nova, t. VI, instr. c. 202. BRÉQ., VI, 281.

1180 18 juillet 1256.

Lettre du pape Alexandre IV aux archevêques d'Arles et d'Aix, à leurs suffragants et aux autres dignitaires ecclésiastiques de leurs provinces, leur défendant d'extorquer aux Frères Prêcheurs la tierce ou quarte des biens qui leur sont légués.

Voir la pièce aux Dominicains d'Arles.

1181 21 octobre 1256.

Lettre du même aux archevêques d'Embrun, Aix, Arles, etc. et à leurs suffragants, leur ordonnant de s'unir contre ceux qui décrient en chaire les Dominicains et les Franciscains.

RIPOLL, *Bull. Prædic.*, t. I, p. 321 ; etc. POTTHAST, 16589.

1182 10 novembre 1256.

Le même autorise son légat, Zoen, évêque d'Avignon, à interdire toute élection dans les provinces d'Arles, Aix et Embrun sans son conseil et son consentement.

BELSUNCE, *Antiq. de l'égl. de Mars.*, t. II, p. 205. POTTHAST, 16612.

1183 Fin 1256.

Lettre du légat Zoen à l'archevêque d'Arles et à l'évêque de Marseille, par laquelle il délègue ses pouvoirs au prieur de Tarascon.

BELSUNCE, *Antiq. de l'égl. de Marseille*, t. II, p. 206.

1184 7 juillet 1257.

Lettre d'Alexandre IV à l'archevêque d'Arles. Après l'éloge des Frères Prêcheurs : Hec siquidem preclara merita tu, prout mirantes accepimus et referimus cum dolore, considerare dedignans, di[ctos Predicato]res multis gravas injuriis, et ipsorum quietem ac pacem, divino timore postposito dam[pnabili]ter impedire presumis, ad illum excessum malitie nequiter prorumpendo, quod sine legitima et rationabili causa, juris ordine pretermisso, excommunicationis sententiam [ful]minas in eosdem et ipsos facis excommunicatos publice nuntiari ac etiam, ut asserunt, impedis quod predicandi et confessiones audiendi non exerceant indultam eis a sede apostolica facultatem. Nec hiis contentus, ab eis vel ultimarum executoribus voluntatum et heredibus decedentium, de hiis que pro fabrica et luminaribus vel ornamentis ecclesie, nec non de aliis que ipsis a Xpisti fidelibus, pro cultu divino, pia liberalitate legantur, contra sanctiones canonicas et tenorem mandati apostolici, quod tibi super hoc direximus [*n° 1180*], canonicam exigis portionem ; que, si tibi negatur ab ipsis, tu eos ac predictos executores et decedentium heredes, excommunicationis gladio ita precipiti modo percutis sicut alienus a mente vel destitutus pontificali modestia penitus habereris. *Défense de récidiver, sous peine de voir les susdits Frères détachés de sa juridiction.*

Voir la pièce aux Dominicains d'Arles.

1185 7 juillet 1257.

Lettre du même à l'évêque de Béziers, lui mandant de déclarer nulles toutes sentences portées par l'archevêque d'Arles à l'encontre de la défense précédente.


Voir la pièce aux Dominicains d'Arles.

1186 Tarascon, 2 septembre 1257.

Approbation de l'échange de la ville épiscopale de Marseille cédée à Charles d'Anjou par Benoît d'Alignan. Nos vero Johannes, Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, requisiti a partibus supradictis quod predictam permutationem, et que in ea continentur, confirmare deberemus, cum aliter nollent procedere in predictis ; considerantes utilitatem evidentem Massiliensis ecclesie, facta de predictis diligenti inquisitione, et examinatione, et veritate plenius intellecta ; de bonorum consilio, presentem permutationem, seu scambium, cujuscumque contractus nomine censeatur, auctoritate metropolitica, laudamus, approbamus et ex certa scientia confirmamus. Volentes et mandantes, auctoritate predicta, dictam permutationem, et universa et singula que in ea continentur, habere perpetuam firmitatem. In cujus rei testimonium, presentem cartam sigilli nostri pendentis munimine jussimus roborari. Actum apud Tharascum, in castro predicti dni comitis, in camera

superiori, presentibus testibus infrascriptis, dno B. Forojulien. episcopo, dno Vicedomino, electo Aquen..., dno Barrallo, domino Baucii, dno Rostagno de Agoto. Et me Martino de Parisius, publico notario..

Arch. des B.-du-Rh. B. 355. Orig. parch. ; très beau sceau de Jean Baussan, cire verte, pendant à une tresse de soie verte (voir Marseille, n° 284). BLANCARD, *Iconogr.*, p. 125. Autre exempl. sans sceau.



1187 Tarascon, 5 octobre 1257.

Paix par compromis entre l'archev. et les habitants.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Anno ab ejusdem Incarnatione millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, tertio nonas octobris, illustri dno Karolo, Dei gracia comite Provincie, existente domino Arelatis. Constat quidem hoc publico instrumento quod, cum super decimis, dampnis datis et injuriis, et aliis diversis articulis inter venerabilem patrem dom. J. Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopum, Bertrandum prepositum et capitulum Arelatense, suo et Arelatensis ecclesie nomine, ex una parte, et Guillelmum Bonum filium, Bernardum Ferreolum, jurisperitum, Pontium Galhardum et Pontium de Tharascone, sindicos universitatis Arelatensis, suo et ipsius universitatis nomine, ex altera, diverse forent questiones suborte, et super eisdem questionibus et aliis in venerabilem patrem dom. Bonifacium, Dignensem episcopum, dom. Baxianum, juris civilis professorem, et Guillelmum Bardina, Forojuliensem prepositum, fuisset concorditer compromissum, sicut in ipso compromisso inde facto plenius continetur ; tandem ipsi arbitri, deliberatione cum ipsis partibus habita et tractata, terminando questiones predictas, dixerunt, pronuntiaverunt et ordinando mandaverunt, mandamenta sua, prout sequitur, proferendo : imprimis videl. quod milites, probi homines et habitatores, sive cives Arelatis de cetero de blado et leguminibus, ita quod de omni genere bladi et leguminis, de racemis sive uvis, de agnis et edis tantummodo dent et prestent libere et integre pro decimis et primitiis predictis dno archiepiscopo, preposito, et capitulo ac Arelatensi ecclesie quadragesimam ; et ad quadragesimam omnimodo integraliter de rebus expressis superius exsolvendam eisdem cives teneantur predicti : salvis antiquis decimis, que ab antiquo sub certa forma seu numero dari consueverunt a civibus Arelatis et prestari, seu de quibus prestandis dictis dno archiepiscopo, preposito et capitulo, et eorum predecessoribus cives ipsi se ante motas questiones hujusmodi aliquathenus obligarunt, ut in futurum ad decimas antiquas hiis exsolvendas, sicut eas prestabant antea libere, teneantur ; et salvo quod omnes cives Arelatis, milites et alii, qui post motas questiones predictas, sub certa forma seu numero juraverunt solvere decimas, quod pro subtractis et non solutis decimis a tempore juramenti citra prestiti restituant, et solvant vicesimam quintam de omnibus, de quibus juratum extitit, et conventum, et donec de vicesima quinta predictis dno archiepiscopo, preposito et capitulo satisfecerint seu convenerint cum eisdem, non contineantur in generali ordinatione predicta de quadragesima exsolvenda ; postquam autem satisfecerint seu convenerint cum eisdem, contineantur in generali ordinatione predicta. Ceterum, quia non nulli sunt in civitate Arelatis, qui zelo fidei succinti, integram de omnibus rebus dare volunt decimam, ut dicitur, et prestare, mandaverunt arbitri quod ipsi et omnes alii, qui solvere in futurum voluerint decimas integre, seu majorem quadragesima quantitatem, et de rebus aliis preter expressa superius, quod hoc eis liceat, nec generali ordinationi teneantur subesse. Item mandaverunt arbitri supradicti quod, pro dampnis datis ab universitate predicta, seu singularibus personis ejusdem quibuscumque, solvant predicto dno archiepiscopo cccc libras Turon. sindici supradicti, suo et universitatis predicte nomine, et etiam singulorum : quod[a] quidem incontinenti factum extitit, et completum. Preterea mandaverunt ipsi arbitri quod omnes de universitate predicta, qui equos habere poterunt, teneantur venire obviam extra civitatem per unam leucam, et alii pedes extra portam[b] civitatis predicte, quando eidem d. archiepiscopo vel preposito cum canonicis, seu majori parti ipsorum redire placuerit Arelatem, et usque ad domos suas omnes supradicti prestent nichilominus, et ipsis reverenter faciant honorabilem comitivam. Mandaverunt etiam arbitri supradicti quod dicta universitas, et singulares ejusdem persone ab omnibus injuriis predictis d. archiepiscopo, preposito, canonicis et eorum famulis irrogatis, et ab omnibus dampnis datis eisdem, et substractis et non solutis decimis, et penis omnibus et aliis debitis occasione predictorum, sint liberi et immunes, et generaliter et specialiter etiam ab hiis omnibus absoluti ; et ipso jure de cetero liberati, salva determinatione de antiquis decimis et juratis, et salvis debitis aliis, que preter ista specialiter hinc inde alias debentur : injuncto ipsis sindicis, totius universitatis nomine, quod nullam violentiam eisdem archiepiscopo, preposito, et canonicis, seu injurias faciant de cetero, et quod fideliter et integre dict. quadragesimam eisdem solvant, prout est superius ordinatum. Ceterum, quoniam propositum extitit coram dictis arbitris quod, cum aliquem de dictis civibus locis religiosis, vel ob pias causas alias legare aliquid contingebat, d. archiepisco-

pus, prepositus et capitulum supradicti heredes illius ad prestandam de legato hujusmodi canonicam portionem compellebant, nec non et pro exhibendis et prestandis lectis et cereis mortuorum, deffunctorum heredes etiam compellebant, vel lectos retinebant eisdem, arbitri supradicti super hiis taliter ordinarunt quod super hiis stetur juri, et servetur consuetudo laudabilis, que fuerit approbata, mandantes quod d. archiepiscopus, prepositus et capitulum supradicti pro hiis neminem ex civibus Arelatensibus injuste excommunicent neque gravent. Predicta igitur mandamenta universa et singula iidem arbitri, sub pena in compromisso contenta, mandaverunt ab ipsis partibus inviolabiliter observari, retinentes sibi dicti arbitri, de voluntate partium, potestatem quod si qua dubia super hiis forsitan orirentur, quod illa declarare et interpretari ipsi omnes, vel duo ex ipsis valeant quecumque, et supplere et ordinare in predictis, salva rei substantia, prout noverint expedire. Factis itaque mandamentis predictis, et concorditer per ipsos arbitros recitatis, satisfacto predicto d. archiepiscopo de cccc libris Turon. supradictis, predictus dom. B. Dignensis episcopus, et G. Bardina, prepositus Forojuliensis, ex commissione prefati d. archiepiscopi, qui eisdem vices suas super hiis commiserat, omnes interdicti sententias in civitatem, et ecclesias, et universitatem Arelatis, ex causis et questionibus predictis, vel dependentibus ab ipsis, auctoritate qualibet ab ipso archiepiscopo, seu ex commissione ipsius prolatas, ibidem presentialiter relaxarunt. Item mandaverunt quod de predictis compromisso, mandamentis, et aliis ordinatis per arbitros supradictos plura possint fieri instrumenta, ita quod duo instrumenta saltim sint sigillis ipsorum arbitrorum sigillata, nec aliter valeant, nisi duo illa saltim fuerint sigillata ; duobus autem instrumentis sigillatis, omnia alia instrumenta sine sigillis valeant, dummodo ejusdem tenoris existant, quemadmodum fuerint sigillata ; et hoc, quia fuerunt plures tabelliones adhibiti et diversi, fuit ad cauthelam per ipsos arbitros ordinatum. Acta fuerunt hec apud Tarasconem, in domo fratrum Predicatorum, in presentia partium, et dom. Raymundi de Barjolis, sacriste, Raymundi de Mercorio, precentoris, Bertrandi Ricardi et Motteti, canonicorum Arelatis ; et in presentia et sub testimonio dom. Hugonis archidiaconi, magistri Imberti archipresbiteri Dignensium, G. Ospinelli, notarii Arelatis, P. de Meloduno, notarii Bellicadri, fratris Johannis, preceptoris Templi de Aquis, Mathei de Laude, jurisperiti, Hugonis de Auronis, Jo. Bajuli, sacerdotis, Jacobi Malferrati, Johannis Malferrati, Jaucellini clerici, Pellegrini Bertrandi, Hugonis de Sellano, P. Porte, Arnaudi scutiferi(s) dicti dni sacriste ; et mei Benevegne publici Arelatis notarii, qui mandato dictorum arbitrorum hanc chartam scripsi, et signum meum apposui.

Inséré dans l'acte du 27 juil. 1431. Bonnemant, t. I, p. 206.

1188 1er mai 1258.

Johannes D. g. sanctæ Arelatensis ecclesiæ archiepiscopus *souscrit à un acte en faveur des Hospitaliers de St-Jean de Jérusalem.*

Gallia christ. nova, t. I, c. 569-70, descript. du sceau (n° 1186).

1189 11 mai 1258.

J., archevêque d'Arles, écrit à G., archevêque de Narbonne, pour empêcher Aimeric de Roubia (Robiano) *de troubler le chapitre de St-Paul de Narbonne.*

Gallia christ. nova, t. I, c. 569.

1190 24 novembre 1258.

viii. kal. dec., *au bas*... Eodem die, obiit dominus Johannes Bausanus, archiepiscopus sancte Arelatensis ecclesie, anno Domini *(illisible : mais on a refait plus bas le chiffre* M.CC.LVIIII, *que je crois vrai, et il me semble apercevoir l'ancien chiffre 1259)*, indictione secunda, viii. kal. decembris.

Martyrol. d'Arles-Toulon. (Bibl. Vatic., ms. Reg. 540, f° 166 v°). [L'indiction (prise en septembre) et l'acte n° 1193 demandent de fixer la mort de Jean Baussan à l'année 1258. Son obit était fixé au 23 nov. (ix. cal. dec.) dans le Nécrologe de St-André d'Avignon.]

1191 4 juin 1278.

In nomine Dni. Noverint universi quod, cum olim inter bone memorie dnm Johannem Bauciani Arelaten. archiepiscopum et cives Arelatenses .. per bo. me. dnm episcopum Dignen... facta fuisset compositio .. super decimis...

Chap. d'Arles. Chartrier des paroisses, t. II, n° 252.

1192 24 juillet 1327.

Reverendus in Christo pater dominus Johannes Bauciani, bone memorie, archiepiscopus sancte Arelatensis ecclesie, donavit in acapitum perpetuum...

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 367.

BERTRAND I Malferrat, 1258-1262.

Voir les titres antérieurs le concernant aux prévôts d'Arles. Il fut probablement élu le 25 novembre 1258, date du n° suiv.

1193 Arles, 25 novembre 1258.

Accord entre Bertrand Malferrat, archev. élu d'Arles, et les chanoines de sa métropole.

Anno ab Incarnatione Domini M.CC.LVIII, vij. kal. decembris, dno Karolo, Dei gratia illustri comite Provincie, existente dno Arelatis. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod nos *B.* permissione divina *in archiepiscopum sancte Arelaten. ecclesie electus*, scientes et recognoscentes medietatem pro indiviso decime piscationum aquarum de ponte Sancti Genesii ad ecclesiam Beate Marie de Marinhana, ad capitulum dicte ecclesie Beati Trophimi spectantem, pertinere, et pertinere debere. Item, scientes et recognoscentes viginti quinque sestar. frumenti boni et recipientis, Petro tunc archipresbitero ejusdem ecclesie Beati Trophimi, recipienti nomine precentorie sepedicte ecclesie Beati Trophimi, et per ipsum ipsi precentorie, a dno Johanne bone memorie quondam Arelaten. archiepiscopo, predecessore nostro, pro anniversariis dni Michaelis bone memorie quondam Arelaten. archiepiscopi, et dne Sacristane, in

dicta ecclesia Beati Trophimi faciendis, assignatos esse, prout in quadam carta manu Poncii de Salaves quondam Arelaten. canonici inde confecta, bullarum plumbearum dni J. quondam Arelaten. archiepiscopi et capituli predictorum munimine roborata, plenius continetur; et ideo ipsos xxv. sest. dicti frumenti, ex causa predicta, ad predictam precentoriam pertinere. Item scientes et recognoscentes mille gavellos bonos et legales de lignis Bosci comitalis, a dno Hugone bone memorie quondam Arelaten. archiepiscopo, Guillelmo tunc preposito, et communitati capituli Arelaten., donatos esse, et promissos dari, tradi et afferri, per se et successores suos, eidem communitati, singulis annis in perpetuum, in festo Sancti Andree, in plano de Milicia, propriis sumptibus archiepiscopalibus, pro anniversario dicti dni Hugonis, annis singulis in perpetuum ab ipso capitulo faciendo, prout in quodam instrumento manu Johannis de Riperiis, Arelaten. not., inde confecto plenius continetur... Item, scientes et recognoscentes archiepiscopos Arelaten., ex causa transactionis et amicabilis compositionis, facte inter dnm Hugonem archiepiscopum supradictum, ex una parte, et G. tunc prepositum et capitulum supradictos, ex altera, teneri dare, et tradere, et afferre, suis propriis sumptibus, scilicet archiepiscopalibus, in plano de Milicia supradicto, illi qui tenebit communitatem ejusdem capituli, alios mille gavellos, de lignis dicti Bosci comitalis, bonos et legales, singulis annis in perpetuum, in festo Sancti Andree supradicto... Nos, inquam, B. electus predictus, scientes et recognoscentes, vobis capitulo Arelaten., presenti et interroganti, vestro et ecclesie de Marignana et precentorie supradictarum nomine, predictam medietatem pro indiviso decime piscationum dictarum aquarum de ponte Sancti Genesii ad eandem ecclesiam de Marignana, et predictos xxv. sest. dicti frumenti ad dictam precentoriam, et mille gavellos de lignis predictis Bosci comitalis, ex parte una, et alios mille gavellos eorundem lignorum, ex altera, ex causis supra expressis, ad vos dictum capitulum pertinere, et pertinere debere. Que omnia dns J. quondam archiepiscopus supradictus, tam ipsis ecclesie de Marignana et precentorie quam vobis, subtraxerat sine causa. Ea, inquam, omnia et singula, vobis predicto capitulo, presenti et recipienti, vestro et sepedictarum ecclesie de Marignana et precentorie nomine, et per vos eisdem ecclesie de Marignana et precentorie, scilicet cuique vestrum, queque sibi a dno J. quondam archiepiscopo sepedicto subtracta fuerant, ut dictum est, pleno jure proprietatis et possessionis, presenti in perpetuum restituimus instrumento; cum ea retinere, absque conscientie lesione, et anime nostre periculo, non possemus. Item, scimus, et ex certa scientia confitemur, ac in veritate recognoscimus, vobis dicto capitulo, presenti et sollempniter interroganti, omnes ecclesias ad vos spectantes, infra Arelatem vel extra, et earum cimiteria, esse et esse debere quittias, liberas et inmunes ab omni prestatione canonice portionis nobis competentis in mortalagiis, et occasione ipsorum, tam mobilium quam inmobilium, vel per se moventium... Item, scimus et in veritate recognoscimus vobis capitulo supradicto, canonicam portionem ad nos et ad Arelaten. ecclesiam, jure episcopali pertinentem, omnium que parrochiani Arelaten. ecclesie, quocunque modo, in testamentis, seu ultimis voluntatibus, seu codicillis suis, pro anima sua accipient, legando, relinquendo, instituendo, vel etiam substituendo, ad nos et vos communiter, equis portionibus, pertinere. Ita quod nos habemus et habere debemus ibi medietatem, et vos aliam medietatem... Omnia autem predicta et singula rata et firma habere et tenere in perpetuum, et inviolabiliter observare, per nos et successores nostros, et contra non venire, aliqua ratione, vobis predicto capitulo, presenti et stipulanti, nomine quo supra, in bona fide nostra promittimus. Actum fuit hoc in domo capitulari Arelaten. ecclesie. Hiis testes interfuerunt adhibiti et rogati, frater Johannes preceptor domus Templi de Aquis, Bermondus prior Sancti Petri de Pesulo, Petrus Garinus sacerdos. Et ego Guillelmus Hospinellus, publicus Arelaten. notarius, qui mandato utriusque partis, hanc cartam scripsi, et signum meum apposui.

Arch. d'Arles. Chart. des paroisses et du prévôt, t. II, nº 246, orig.

1194 12 mai 1259.

Lettre d'Alexandre IV au sujet de Beaucaire.

ALEXANDER, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ·· episcopo Anicien., salutem et apost. bened. Venerabilis frater noster ·· Arelatensis archiepiscopus nobis significare curavit quod carissimus in Xpisto filius noster rex Francie illustris, super castro Bellicadri et ejus pertinentiis, Arelaten. dioc., injuriatur eidem. Cum itaque dictus Rex, qui in eodem castro se asserit jus habere, pro anime sue remedio, intendat, sicut accepimus, componere super eodem castro, cum archiepiscopo nominato, fraternitatem tuam, de qua plenam in Dno fiduciam gerimus, rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus inter eosdem archiepiscopum et regem ad faciendum compositionem super predictis, pro nostra et apostolice sedis reverentia, sic efficaciter interponere studeas partes tuas, quod inter prefatos archiepiscopum et regem nulla possit, occasione hujusmodi, discordia suboriri, nosque sollicitudinem tuam propter hoc merito commendemus. Datum Anagnie, IIII. idus maii, pontificatus nostri anno quinto.

Archev. d'Arles. Livre noir, fº 109. Livre vert, fº 142. BONNEMANT, t. III, nº 99.

1195 13 juin 1259.

Vidimus *d'une charte d'Alphonse, comte de Toulouse, et Charles, comte de Provence, en faveur de l'évêque d'Avignon Zoen, du 10 mai 1251.* Nos Bertrandus, Dei gratia s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus, Rostagnus Cavallicen., Guillelmus Carpentoraten., Faraudus Vasionen., Petrus Aurasicen., Bertrandus Tricastrin. episcopi, mis. divina s. Arelaten. ecclesie suffraganei...

Arch. de Vaucluse. G. 6. Cartul. de l'archev. d'Avignon, nº 29. Orig., les sceaux enlevés.

1196 20 septembre 1259.

Charte à laquelle est appendu le sceau de Bertrand, archevêque d'Arles.

Paris, Arch. Nat., J. 890, n° 31, sceau disposé comme celui du n° 828 : [✝ S]IGILL' B'TRA'DI AR[EL]AT'N' ARCHIEP'[I]. Douët d'Arcq, *Coll. de sceaux*, n° 6288.

1197 Octobre 1259.

Transaction entre Bertrand Malferrat, archevêque d'Arles, et s^t Louis, roi de France, au sujet du château de Beaucaire et de l'Argence.

Ludovicus, Dei gratia Franc[orum] rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod dilectus noster Arelaten. archiepiscopus, super castro Belliquadri et Argentia, que in sua tenemus diocesi, nobis suscitaverat questionem, asserens quod bone memorie Simon, olim comes Leycestrie et dnus Montisfortis, dictum castrum cum Argentia in feudum receperat ab eo qui tunc erat Arelaten. archiepiscopus, ad fidelitatem et homagium per ipsum comitem, et successores ipsius, Arelatensi archiepiscopo, et ejus successoribus facienda. Mille eciam marchas argenti eidem archiepiscopo protinus dare promisit, et centum marchas pro censu annis singulis in perpetuum. Et ideo petebat a nobis archiepiscopus qui nunc est, pro fidelitate et homagio, que nemini facimus, recompensationem debitam sibi fieri, et dictum censum in posterum sibi solvi ; et tam sexcentas marchas, que de dictis mille marchis supererant ad solvendum, quam eciam arreragia transacti temporis sibi reddi. Pro parte vero nostra, et ad nostram defensionem, inter cetera facere videbatur longa karissimi genitoris nostri et nostra possessio, nec non et Raimondi comitis quondam Tholosani, super quem idem noster genitor acquisisse dinoscitur dictum castrum ; quod siquidem de nostro feodo, cum sit in regno nostro, pocius videretur quam Arelatensis ecclesie, que sita est in imperio, licet ad regnum fines diocesis extendantur. Tandem, veniente ad nostram presentiam Guillelmo, archidiacono Arelaten., procuratore archiepiscopi supradicti, mediante dilecto ac fideli nostro Guidone Anicien. episcopo, qui ex mandato summi pontificis speciali, ad componendum inter nos et dictum archiepiscopum seu procuratorem ipsius, fideliter intendebat, cum eodem procuratore super predictis composuimus in hunc modum. Videlicet, quod castrum Belliquadri cum Argentia nobis et successoribus nostris, regibus Francie, liberum remaneat ab omni fidelitate et homagio, et recompensacione debita pro eisdem. Si vero dictum castrum ad manum alicujus successoris nostri veniret, qui non esset rex Francie, ille et ejus in perpetuum successores, qui reges Francie non fuerint, archiepiscopo Arelaten. qui pro tempore fuerit, fidelitatem jurare et homagium facere teneantur. Et per hanc pacem, dictus procurator, procuratorio nomine pro dicto Arelaten. archiepiscopo, in predicta composicione consentiens, tam a censu centum marcharum annuo, quam a sexcentis marchis, quam eciam a preteriti temporis arreragiis, animam karissimi patris nostri, nos eciam, et successores nostros, quittavit in perpetuum et absolvit. Nos vero, ex causa hujus composicionis, eidem Arelatensi archiepiscopo assidari, seu assignari faciemus apud Belliquadrum, vel in Argentia, in possessionibus, centum libratas Turon. annui redditus, ab eo et suis successoribus in perpetuum possidendas. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Paris[ius], anno Domini M°CC° quinquagesimo nono, mense octobris.

Chartrier de Mondragon, n° 154; orig., lacs de soie rouge, grand sceau en cire verte. Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 109. Bonnemant, t. II, p. 590.

1198 Octobre 1259.

Lettre de s^t Louis au sénéchal de Beaucaire.

Ludovicus, Dei gratia Franco[rum] rex, senescallo Belliquadri, salutem. Mandamus vobis quatenus apud Bellicadrum, vel in Argentia, assideatis centum libratas Turon. annui redditus, in loco bono et competenti, Arelaten. archiepiscopo, ab eodem et ejus successoribus imperpetuum possidendas ; et hoc sine diffugio compleatis, et assisiam quam eidem feceritis, eidem cum vestris patentibus litteris tradatis, a nobis postea confirmandam. Actum Paris[ius], anno Domini M°CC° LVIIII°, mense octobris.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 110. Bonnemant, t. II, p. 312.

1199 Arles, 20 novembre 1259.

Approbation de l'archevêque et du chapitre.

Serenissimo dno Ludovico, Dei gratia Francorum regi, B. eadem gratia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus et capitulum ejusdem ecclesie, salutem et regni et honoris sui perpetuum incrementum terre. Regie serenitatis vestre litteras vidimus in hec verba (*n° 1197*)... Nos igitur... que cum procuratore dicto Guillelmo archidiacono nostro egistis,... rata habentes et firma et... acceptantes, ea universa et singula per nos et successores nostros in perpetuum illibata servare bona fide promittimus, renunciantes... ; et ad majorem horum securitatem, hec omnia in animas nostras jurari fecimus, jurante nostro nomine et mandato... archidiacono Arelat..., et... presentes litteras sigillorum nostrorum impressionibus fecimus communiri. Actum Arelate, in capitulo ecclesie Arelat., anno Domini M.CC.LIX, scil. xii. kal. decembris.

Arch. de Montpellier. Reg. *Curiæ Franciæ*, f° 37. Bonnemant, t. I, p. 35.

1200 20 novembre 1259.

Assignation de 100 liv. sur le péage de Beaucaire.

Noverint universi, quod nos Gaufridus de Ronchere, miles, senescallus Bellicadri et Nemausi pro serenissimo dno Ludovico Dei gratia rege Francorum, de speciali mandato ipsius dni regis, assidemus centum libras Turon. annuatim, venerabili in Xpisto patri *B. Arelaten. archiepiscopo*, ab eodem, et ejus successoribus imperpetuum, habendas et percipiendas apud castrum Bellicadri, in pedagio quod dns Rex habet in eodem castro, et solvendas eidem archiepiscopo et suis successoribus, per manum dni Regis, vel sui senescalli Bellicadri, in festo beati Martini hyemalis. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo nostro fecimus communiri. Datum Arelate, in capitulo Arelaten. eccle-

sie. anno Domini M°CC°LVIIIJ°, scilicet XII° kal. decembris.

Chartrier de Mondragon, n° 153, orig. scellé sur queue. Bonnemant, t. II, p. 312.

1201 St-Césaire d'Arles, 2 décembre 1259.

Hommage de Barral de Baux à l'archev. Bertrand.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno ab ejusdem Incarnatione M.CC.LVIIIJ, quarto nonas decembris, dno Karolo, D. g. ill. comite Provincie, existente domino Arelatis. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod nobilis vir dns Barralus dominus Baucii, in presentia venerabilis patris dni *B.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopi* constitutus, confessus fuit et sollempniter recognovit ipsi dno archiepiscopo quod antecessores sui dicti dni Bar. et ipse, tenuerunt in feudum ab ecclesia Sancti Trophimi Arelaten., et ab archiepiscopis predecessoribus ipsius dni archiepiscopi... ; scilicet castrum Trencataillarum cum pertinentiis suis, et portus civitatis et burgi Arelatis, et de Rodaneto, et de Furchis, et de Sancto Egidio, et pedagia et usatica de riperia, tam civitatis quam burgi Arelatis et Trencataillarum ; et dominium et albergum de Cornillone, et Burgum novum...., et pascua de Cravo, et Barbegalle et villam Novam, et villam de Mejanis de Camargis, cum suis tenementis et pertinentiis. Et generaliter totum affare suum de Camargis... Pro quibus omnibus ipse dns Barralus promisit et juravit, super sancta Dei euvangelia, dicto dno archiepiscopo fidelitatem et ea que in fidelitate continentur. Et genibus flexis, et manibus junctis, positis inter manus dni archiepiscopi supradicti, homagium ei fecit, et sacramentum fidelitatis.... Ipse dns Barralus et successores sui tenentur dare nomine census, quolibet anno in festo S. Trophimi, x. paria cuniculorum cum pellibus suis... Acta fuerunt hec in monasterio Sancti Cesarii Arelaten., in ecclesia Sancti Petri. Testes ... dom. Poncius de Rozinhaco, archipresbiter, Rostagnus Assoaudus, infirmarius Arelat.,... Durantus Malferratus.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 279. Livre rouge, f° 337 v° (où *R.*, par erreur pour *B.*) — Arch. des B.-du-Rh. B. 1067, f° 241. Bonnemant, t. III, n° 91. Barth., 445.

1202 Mai 1260.

Confirmation par st Louis de l'assignation de 100 liv.

Ludovicus, Dei gratia Franc[orum] rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod cum de nostro speciali mandato, dilectus et fidelis noster Gaufridus de Ronchere, miles, senescallus noster Belliquadri et Nemausi, ex causa compositionis nuper inter nos et dilectum nostrum in Xpisto B. Arelaten. archiepiscopum et ecclesiam suam habite, pro castro Belliquadri et Argentie, cum pertinentiis, assederit centum libras Turonen. annui redditus, memorato archiepiscopo, tam ab ipso quam ab ejus successoribus imperpetuum habendas et percipiendas, apud castrum Belliquadri, in pedagio quod ibidem habemus, per manum senescalli nostri qui pro tempore fuerit, in festo beati Martini hyemalis ; nos predictam assisiam, sicut ab eodem senescallo facta est, ratam et gratam habemus, et eam auctoritate regia confirmamus. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Paris[ius], anno Domini M°CC° sexagesimo, mense mayo.

Chartrier de Mondragon, n° 155, orig.; bandes de parch., grand sceau en cire jaune. Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 110. Bonnemant, t. II, p. 312.

1203 Avignon, 15 juillet 1260 ?

Concilium primum per dominum B. Maleferrati, condam archiepiscopum Arelatensem, celebratum.

Anno Domini M°CC.LXX. [1], idus julii, venerabiles patres domini *B.* Dei gratia *archiepiscopus Arelatensis*, R. Cavallicen., G. Carpentoraten., Zoen Avinion., S. [2] Vasion., P. Auraycen., J. Tricastrinus episcopi, Arelatensis ecclesie suffraganei, atque multi alii prelati ejusdem provincie, apud Avinionem in provinciali consilio congregati, hec subscripta capitula in eodem concilio promulgata servari per totam eandem provinciam mandaverunt, licet eadem non sint statuta, sed in forma pronunciata fuerint statutorum. — Alienationes factas de possessionibus ecclesiarum, sine dyocesanorum consensu, rectores seu priores earundem ecclesiarum, sive sint alienatores, seu eorum successores, studeant celeriter revocare, quatenus processerint de facto. Alioquin per dyocesanos locorum, tam dicti rectores seu priores, quam abbates, seu alii ad quos spectant ille ecclesie, ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam compellantur. — Cum autem testator legat certam pecunie quantitatem, vel res alias, pro forefactis suis, distribuendis arbitrio gadiatorum seu executorum testamenti sui, nec extant certe persone quibus seu inter quas pecunia, seu res sic legate distribuantur, statuimus quod pecunia, seu res predicte, per ipsos executores, de consilio tamen et assensu prelatorum, ne fraus aliqua per ipsos gadiatores valeat procurari, in pias causas dividantur ; et nisi testator tempus prefixerit ad hujusmodi persolvenda, dicti executores per dyocesanos locorum ea infra annum solvere, per censuram eciam compellantur. — Item, statuimus quod dominus archiepiscopus et ejus suffraganei mutuum sibi ad invicem auxilium, in sententiis servandis et publicandis, prestent, cum per illum, qui ipsas sententias tulerit, fuerint requisiti. — Item, statuimus quod illi qui habent personatus etiam sine cura seu beneficia curam animarum habentia, compellantur per dyocesanos, per substractionem beneficiorum, infra annum in presbyteros promoveri, nisi rationalem causam ostenderent quare infra annum non possent vel deberent, vel nisi sint archidiaconi, quibus sufficit quod sint dyaconi, et quod in dyaconatu ministrent. — Item, statuimus quod si episcopus, vel aliquis rector alicujus ecclesie de dyocesi, expensas necessarias fecerit in legatis et nunciis sedis apostolice, expense ille solvantur de communi contri-

1. [Cette date du ms. Chigi est impossible, tant à raison de l'inscription, qui rapporte ce concile à l'épiscopat de Bertrand Malferrat, qu'à cause des évêques de Cavaillon, de Carpentras et d'Avignon, dont les initiales se rapportent à des prélats morts avant 1270. — 2. M. Albanès avait noté que cette lettre n'était pas sûre ; l'écriture de cette époque me ferait conjecturer qu'il faut lire *G.*]

butione ecclesiarum tocius dyocesis, et iste expense semel in anno in una synodo colligantur. — Item, statuimus quod episcopi et capitula assignent et deputent clericis in personatibus seu dignitatibus sue ecclesie constitutis, qui carent redditibus, certos redditus, juxta facultates suas et qualitatem dignitatis, sine magno prejudicio aliorum, quod videtur posse fieri ibi presertim ubi communia bona habentur. — Item, statuimus quod si religiosi, vel clerici seculares, se in guidagio seu defensione seculari posuerint, contra episcopos et prelatos suos, nisi, canonica admonicione premissa, illi guidagio seu defensioni penitus renunciaverint, per dyocesanum excommunicentur, alias per substractionem beneficii, si quod habent, si hoc contempserint, puniantur. — Item, statuimus quod si quis clericus episcopum, prepositum, seu alium in personatu, dignitate seu canonica alicujus ecclesie constitutum, factis vel verbis graviter dehonestaverit, non admitatur ulterius ad aliquod beneficium illius ecclesie, nisi passo injuriam satisfecerit de injuria vel offensa.

Rome, Bibl. Chigiana, Cod. ms. C. v. 151, f° 6. LABBE, *Concilia*, t. XI, 1, c. 919-21. HARDOUIN, *Conc.*, t. VII, c. 655.

1204 Arles, 28 septembre 1260.

Vidimus *par Bertrand, archevêque d'Arles, du privilège accordé par l'empereur Frédéric II, en mai 1223, au monastère de St-Césaire d'Arles.*

Arch. des B.-du-Rh., B. 1069, f° 238 v°. BARTHÉLEMY, *Baux*, 454.

1205 18 janvier 1261/2.

Vente au bailli de l'archevêque Bertrand à Salon.

ANNO dominice Incarnacionis M.CC.LXI, xv. kal. februarii. Ego Petrus Aldeberti de Sancto Amantio, per me et per meos, vendo tibi Bonaventure Cambi, bajulo castri Sallonis, ementi et recipienti nomine dni *B. Arelaten. archiepiscopi*, et pro ipso, et suis successoribus Arelaten. archiepiscopis, et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis, absque omni exceptione, cum hac carta publica, trado, transfero, vel quasi, tibi predicto dno Bonaventure, nomine quo supra, partem seu porcionem quam habeo, seu debeo habere, in caslennia castri de Sancto Amantio, seu de territorio ejusdem castri, precio xxxv. sol. Tur. Exceptioni non traditi et non recepti precii penitus renuncians. Et constituo me dictam partem, seu porcionem dicte caslenie, nomine dicti dni archiepiscopi possidere, donec corporalem possessionem ingressus fueris, vel quasi, nomine dicti dni archiepiscopi. Et si dicta pars, seu porcio dicte caslenie, plus dicto precio valet, vel in antea valeret, totum illud plus, nomine dicti dni archiepiscopi, tibi dono et concedo. Supradictam partem, seu porcionem dicte caslenie, defendam et salvabo tibi, nomine dicti dni archiepiscopi, et dicto dno archiepiscopo, ab omni controversia et interpellatione, in jure et judicio. Et pro eviccione, si forte ibi in solidum partemve contingeret, obligo tibi, nomine dicti dni archiepiscopi, omnia bona mea, presentia et futura. Actum est hoc in stari dicti dni archiepiscopi de castro Sallonis. Testes presentes interfuerunt ad hoc vocati et rogati, dns Egidius de Rivolta, jurisperitus, et dns Bertrandus de Barjolis, miles, et Hugo Regordi. Et ego Thomas, castri Sallonis publicus notarius,...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 266.

1206 Vaquières, 22 avril 1262.

Nouvelle sentence arbitrale entre Bertrand, archevêque d'Arles, et Barral de Baux.

ANNO ab Incarnatione Domini [a] M.CC.LX.IJ°, x. kal. madii. Cum multe questiones olim [b] orte fuissent inter venerabilem patrem dnm [c] quondam Arelaten. archiepiscopum, ex una parte, et nobilem virum dnm Barralum [d], ex altera, occasione ville et territorii de Vacqueriis, et [e] castri et territorii de Moreriis ; et dicte questiones terminate fuissent per discretos viros Bertrandum [1] [f] prepositum Arelaten., tunc sacristam, et dnm Albam de Tharascone et dnm Ymbertum [g] de Auronis, et ex ipsis questionibus, questiones quamplurime alie emersissent [h] ; placuit venerabili patri dno *Bertrando, Arelaten. archiepiscopo*, et predicto dno Barralo, mediantibus predictis dnis Bertrando preposito, et Ymberto de Auronis, in modum infrascriptum ad invicem convenire. In primis cum jurisdictio minorum questionum, bannorum, et vermilationum, et carteriorum ferarum, pro tercia parte, et pro indiviso, castri et territorii de Moreriis pertineat jure suo ad ecclesiam Arelatis, et ad dnm archiepiscopum, convenerunt quod predicta omnia et singula per unum bajulum, vel plures, prout magis eis placuerit, colligantur, exerseantur et distringantur. Qui bajulus, vel bajuli, si plures contingerit ibi esse, constituantur a predictis dominis ; et jurent in manus eorum, vel suorum, quod fideliter exercebunt predicta ; et deductis expensis, dno Barralo reddet duas partes, et dno archiepiscopo terciam partem proventuum predictorum. — Item, quia videbatur predicto dno archiepiscopo quod bajuli dni Barrali in territorio de Moreriis, possessiones aliquas et jura, pertinentes vel pertinentia ad predictum dnm Arelaten. archiepiscopum, indebite occupassent, dicti mediatores, inquisita veritate super predictis, de partium voluntate, voluerunt quod predictus dns Barralus predicto dno archiepiscopo restitueret vallem de Auros, et in condamina de Servannis duas saumatas terre, ad annonam seminandam ; vel pro dictis duabus saumatis, det dns Barralus dno archiepiscopo cambium in dicta valle de Moreriis, ad cognitionem duorum hominum dicte vallis. — Item, dicti mediatores, de voluntate partium predictarum, [voluerunt] quod predictus dns archiepiscopus percipiat de cetero quartam partem in tasca terrarum quondam frigeriorum. — Item, quod dictus dns Barralus restituat predicto dno archi-

1. Ce mot *Bertrandum* a été exponctué, tant dans le Livre vert que dans le Livre rouge, et remplacé par *Raymundum* aux deux endroits ; et au Livre vert, en marge : « prepositus Raymundus, non Bertrandus appellabatur ». C'est en effet Raimond de Barjols, qui fit la 1re transaction ; d'abord sacristain sous Jean Baussan, il fut élu prévôt à la place de Bertrand Malferrat, qui devint archevêque d'Arles. Je crois que c'est lui qui fut fait évêque de Carpentras en 1263.

Var. : — *a.* In nomine Domini, anno Incarnationis ejusdem. — *b.* madii. Sit notum cunctis presentibus et futuris quod, c. olim plures q. — *c.* v. dnum J. — *d.* n. virum d. B., dominum Baucii. — *e.* Vaqueriis et occasione. — *f.* v. dnum Raimundum. — *g.* Imbertum. — *h.* q. alie q. orte fuissent.

episcopo quandam busigam, juxta vineam Tiblerii, et juxta campum Rostagni de Moreriis quondam. — Item, ad viam Nacaressam, restituat dns Barralus predicto dno archiepiscopo quinque sestariatas terre. — Item, ad caminum Sallonis, duas terras que fuerunt Aicardorum, alteram super viam, alteram subtus viam ; et unam busigam ad Passatorias ; que omnia cognoverunt predicti mediatores ad jus dni archiepiscopi pertinere. — Item, cognoverunt defensum quondam Raymundi Florencii, et terras in eodem contentas, ad jus predicti dni archiepiscopi pertinere. — Item, voluerunt predicti mediatores, de partium voluntate, sextam partem tasche de corrigia, et dominii dicte corrigie, ad jus predicti dni archiepiscopi pertinere. — Item, cognoverunt quod terra quam tenent heredes Hugonis Poncii, in tenemento de Tregavins, est in dominio dni archiepiscopi supradicti. — Item, cognoverunt supradicti quod pratum quod fuit quondam Guillelmi de Moreriis, subtus Nivolas, et juxta paludem, et juxta terras Johannis Stephani, ad dnm archiepiscopum pertinere. — Item, cognoverunt quod defensum quondam Guillelmi de Moreriis, quod confrontatur ab una parte cum riali de Malagass, et cum buca de Servannis, cum terris infra contentis, est de dominio dni archiepiscopi. — Que omnia et singula voluerunt predicti mediatores restitui debere dno archiepiscopo supradicto, et in possessionibus vel quasi predictorum de cetero non turbari. — Item, de affari vero de coza de Rua, nichil diffinierunt, cum eis incertum sit ad quem proprietas dicti affaris debeat pertinere ; sed voluerunt utrique parti super eo jus suum inposterum salvum fore. — Quia vero in mandatis predictorum arbitrorum non extitit diffinitum, quantum extenderetur territorium de Vacqueriis, data modo eis, predictis dnis Raimundo preposito, et Ymberto de Auronis, plenaria potestate a predictis dno archiepiscopo et dno Barralo, dictum territorium de Vacqueriis limitandi et determinandi, seu antiquam limitationem ville predicte etiam declarandi, declaraverunt limitationem antiquam predicti territorii sic se habere debere. Videlicet, totam terram que est a Laurono Longares usque ad monteam de Almis, et usque ad ripas altas, cum montibus sicut aqua vergit, et omnes valles que inter montes sunt usque ad cravem ; et terra que modo est sicca, vel siccabitur de palude, usque in medium paludis ; cum rivis et fluctibus et pratis, rupibus et vallibus, aquis, aquarumque decursibus, arboribus, pomiferis et infructuosis, et pascuis, esse de territorio ville de Vacqueriis supradicte. — Item, voluerunt mediatores predicti, de partium voluntate, quod predictus Arelaten. archiepiscopus et successores sui, perpetuo habere valeat et tenere piscatores suos, cum uno navigio, in stagno de Moreriis, et ibi piscari libere valeat cum dicto navigio, ad voluntatem dni archiepiscopi et suorum. — Item, voluerunt mediatores predicti quod homines de Vacqueriis, habitantes et habitaturi in villa Vacqueriarum, juxta fronteriam territorii sui, valeant dictum stagnum et paludem desiccare et facere desiccari, et reducere ad culturam. — Supradicta omnia et singula predicti mediatores, inquisita plenius veritate, mandaverunt observari sicut superius est terminatum, data eis a partibus plenissima potestate diffiniendi et determinandi omnia supradicta. Que omnia et singula diligenter audita partes laudaverunt, confirmaverunt, et emologaverunt, et per se et successores suos servare bona fide sibi ad invicem promiserunt. Et ad majorem horum omnium firmitatem predicti dni, dns archiepiscopus et dns Barralus, voluerunt et preceperunt presens instrumentum, vel instrumenta, suis bullis plumbeis communiri. Acta sunt hec in camera dni archiepiscopi, juxta cappellam, apud Vacqueriis, testibus infrascriptis, scilicet dno Poncio archipresbitero Arelaten., Petro Andrea, cannonico Arelaten., Guillelmo Isnardo Avinionis, Raimundo Treco, Petro de Bello vicino, militibus, Bertrando de Romanino, Petro Duranto Vaientorno, Poncio Rogato, Petro Codonello, Raimundo Tiblerio, Guillelmo Grosso, Petro Senequerio, Guillelmo de Moreriis, Raimundo Isnardo de Vacqueriis, et plurium aliorum ; et mei Raimundi Vitalis, publico notario pro dno Barralo, qui de mandato dni archiepiscopi et dni Barrali, his omnibus presens interfui, et presens instrumentum meo signo signato scripsi, et bulle dni Barrali inpretione roboravi.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 176. Livre vert, f° 131. Item. Rubei Arelatis. B. 1069, f° 206, avec variantes. Barth., *Baux*, 465.

1207 Vaquières, 22 avril 1262.

Reconnaissance par l'archevêque à Barral de Baux.

Anno Domini M°.CC°.LXII°, x° kal. madii. Cum omnes questiones que orte fuerant inter venerabilem patrem *Bertrandum Arelaten. archiepiscopum*, ex una parte, et nobilem virum dnm Barralum, dnm Baucii, ex altera, per viros nobiles, venerabiles, providos et discretos dnm Raimundum Arelaten. prepositum, et dnm Imbertum de Auronis jurisperitum, in quibus partes convenerant tanquam in mediatores a partibus communiter electos, definite et terminate fuissent ; dictus dns Bertrandus Arelaten. archiepiscopus recognovit et recognitionem fecit dicto dno Barralo, et suis successoribus, se tenere et possidere sub majori dominio predicti dni Barrali, et suorum successorum, tertiam partem castri et territorii de Moreriis ; et quicquid habet et possidet, vel quasi, in dicto castro et ejus districtu, occasione jurisdictionis ejusdem castri. Promittens dictus dns archiepiscopus predicto dno Barralo, quod pro supradictis omnibus, eidem perpetuo fidelis existet, prout in quodam instrumento per manum Petri Bermundi publici notarii confecto, bullato bullis plumbeis predictorum dnorum continetur. Recognovit etiam predictus dns archiepiscopus dicto dno Barralo villam Vaqueriarum et ejus territorium et districtum, sub majori dominio dicti dni Barrali se tenere. Pro quibus omnibus supradictis, dictus dns archiepiscopus promisit dicto dno Barralo, et pro eo, suis successoribus, fidelis esse, et fidelitatem servare toto tempore vite sue. Supradictus vero dns Barralus, pro se et suis successoribus, promisit dicto dno Bertrando Arelaten. archiepiscopo, bona fide, predicta omnia contra personam quamlibet, totis viribus, salvare perpetuo, et etiam defendere. Actum fuit hoc Vaqueriarum, in camera dicti dni archiepiscopi, juxta turrem, in presentia et testimonio infrascriptorum testium, videl. dni Poncii, archipresbiteri Arelaten., dni Petri Andree, canonici Arelaten., dni

Guillelmi Isnardi, militis, dni Raimundi Treti, militis, dni Petri Bellivicini, militis, Bertrandi de Rosignaco, Petri Duranti Vayentorn, Poncii Rogati. Et mei Raimundi Vitalis, publici dni Barrali not., qui predictis omnibus presens interfui, ac de mandato predictorum dni archiepiscopi et dni Barrali, presentem cartam scripsi, et meo signo signavi.

Arch. des B.-du-Rh. B. 365, orig. Rubei Arelatis. B. 1069, f° 205.

1208 Vaquières, 22 avril 1262.

Anno ab Incarnatione Dni millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, scilicet decimo kal. madii. Nos, Bertrandus miseratione divina sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, profitemur, et in veritate recognoscimus vobis Barralo, dno Baucii, et vestris, nos habere, tenere, et possidere, nomine dicte ecclesie Arelaten., nullo alio mediante, et nos, et antecessores nostros, a longis retro temporibus, possedisse castrum et villam de Vaqueriis, cum omnibus pertinentiis et apendiciis suis ; cum hominibus videlicet et mulieribus, terris, vineis, pratis, pascuis, paludibus, piscationibus... cultis et incultis. Pro predictis igitur omnibus, vobis prefato Barralo, et vestris, nos dictus Bertrandus supradictus, sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, pura et spontanea voluntate nostra, non fraude seu violentia, nec malo ingenio alicujus ad hoc inductus, facimus vobis homagium, et promittimus vobis fidelitatem, amplectis vestris manibus, in signum fidelitatis predicte. Ne autem contra predicta, vel aliquod predictorum, veniamus, per nos vel personam interpositam, aliqua excogitata vel excogitanda ratione, set ea firma et illibata perpetuo teneamus, bona fide, per sollempnem stipulationem, vobis prefato Barralo, domino Baucii, et vestris, promittimus ; omni exceptioni et juris auxilio, quo vel quibus, contra predicta, vel aliquod de predictis, venire possemus, renunciantes. Factum fuit hoc apud Vaquerias, infra munitionem castri, in camera ipsius dni archiepiscopi, juxta cappellam. Testes, dns Poncius, archipresbiter Arelatis, Petrus Andree, canonicus Arelatis, Guillelmus Isnardi, Spinas, Raimundus Grequi, Petrus de Bello vicino, milites ; Bertrandus de Romanino, Petrus Duranti Vaientorno, Poncius Rogat, Petrus Codonelli, Raimundus Tiblerii, Guillelmus Gros, Petrus Senequerii, Guido de Moreriis, et Raimundus Isnardi. Et ego Raimundus Vitalis, publicus dni Barrali notarius, qui de mandato predictorum dominorum, scilicet dni archiepiscopi et dni Barrali, hanc cartam scripsi, et meo signo signavi, et bulla dni Barrali bullavi.

Arch. des B.-du-Rh. B. 361. Orig. parch., corde de chanvre, le sceau manque. Barth., *Baux*, 566.

1209 25 mai, 14 octobre 1262.

Littere pro obitu dni B. archiepiscopi Arelaten. per provinciam Arelaten. directe ; quas dictavit R. prepositus infra scriptis.

Reverendis in Xpisto patribus et dnis B. Marssilien., G. Carpentoraten., F. Vasionen., P. Aurasicen., B. Tricastrin., G. Cavellicen., et G. Tolonen., Dei gratia episcopis, ac procuratoribus Avinion. ecclesie, necnon abbatibus, abbatissis, prepositis, prioribus, gardianis, et aliis ecclesiarum rectoribus per Arelaten. provinciam constitutis, *R.* humilis *prepositus Arelaten.*, salutem cum reverentia et honore. Primus parens ad ymaginem Dei factus, in paradiso ab ipso in beato statu immortalitatis et innocentie constitutus, illius beatitudinis statum transmisisset ad posteros, propagatione incolumi et felici ; sed suo inobbediens creatori, ipsius transgressione incauta et moriendi necessitas et peccandi pronitas sive fomes, tam inevitabiliter quam miserabiliter in progeniem derivata, dampnavit omnes et singulos successores. Et licet hec penalitas in tocius humani generis ramos fluxa a stipite vitioso, per diluvii penam, seu baptismi gratiam, non potuerit postmodum aboleri, actualia tamen delicta, que ex « lege peccati repugnanti legi mentis » prodeunt, per mediatoris hominis Jhesu Xpisti clementiam, remedio multiplici abluuntur. Nam, ut ait Gregorius, anime defunctorum quatuor modis solvuntur : aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut carorum elemosinis, aut jejunio cognatorum. Cum sit igitur « sancta et salubris cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur », quanto defunctorum anime juvari deinceps nequeunt a se ipsis, tanto amplius subveniri eis debet oblatione hostie sacrificii salutaris ; que, ut dicit Gregorius, multum solet post mortem animas adjuvare, si culpe post mortem insolubiles non existant. Hinc est quod cum venerabilis pater noster dns *B.*, felicis recordationis, *archiepiscopus Arelaten.*, qui ab adolescentia sua divino se dedicavit obsequio, sub habitu regulari, in quo diu laudabiliter conversatus, ad pontificalem honorem meruit in eadem ecclesia sublimari ; et viii°. kal. junii migraverit feliciter ab hac luce, ob vitam ipsius laudabilem et probatam, ac insuper catholicum ejus transitum et devotum, vobis confidentius pro eo dirigimus preces nostras ; reverendam paternitatem vestram et discretionem humiliter exorantes, quatinus orationes vestras pro anima patris ejusdem ad Dominum offeratis, et offerri a vestris subditis faciatis ; ut vestris et subditorum vestrorum orationibus, a peccato solutus, si quid infecit vitium mundiale, eterne felicitatis premia assequi mereatur inter civium agmina beatorum. Datum Arelate, pridie idus octobris.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 169 (écrite à l'époque sur le dernier feuillet blanc). Bonnemant, t. III, n° 100. — Cette circulaire ne peut s'appliquer qu'à Bertrand Malferrat, chanoine, prévôt et archev. d'Arles. Elle est de 1262, Florent ayant été élu dès la fin de cette année. Elle fut écrite par le prévôt Raimond de Barjols, qui dut succéder dans la prévôté à Bertrand Malferrat ; et fut, très probablement, en 1263, évêque de Carpentras. Evidemment elle avait pour but de demander des prières et non pas d'annoncer la mort, arrivée 4 mois et demi auparavant. Le retard s'explique en ce que Raimond était élu par le chapitre pour remplacer Bertrand Malferrat et occupé par son élection, qui n'aboutit pas.

1210 Octobre 1276.

Enquête faite par ordre de l'archevêque Bertrand sur la juridiction du prévôt d'Arles à Saint-Martin de Palude majori.

Durantus Malferrati, testis iii. requisitus super juridictione temporali ville S. Martini de Palude majori, dixit quod dns Bertrandus Malferrati, bone memorie,

fuit prepositus Arelatensis ecclesie per viginti septem annos. Et vidit ipse testis et audivit cum esset frater ipsius prepositi, quod ipse prepositus exercebat et exercuit per tempus illud jurisdictionem temporalem, in villa predicta S. Martini, per judices et notarios quos ibi faciebat venire, et per se ipsum, causas audiendo et determinando inquisitiones et condempnationes faciendo... Guillelmus de Petralapsa, nepos ipsius testis, tunc bajulus dni Bertrandi Malferrati prepositi... De tempore dixit quod dictus dns Bertrandus Malferrati factus fuit archiepiscopus Arelatensis, ita quod nullus alius immediate post dnm Johannem Baucianum, et in archiepiscopatu vixit per quatuor annos, vel quasi, et post ipsum fuit archiepiscopus immediate dns Florentius.

Arch. des B.-du-Rh. B. 371, orig.

FLORENT, *Florentius*, 1262-1266.

1211 21 janvier 1255.

Florent, chanoine de Laon [1], *postulé pour évêque par le chapitre de St-Jean-d'Acre, confirmé par le pape Innocent IV, fut sacré par Alexandre IV.*

Capitulo Acconensi. Debitum officii nostri requirit *etc. usque* incrementum. Sane Acconensi ecclesia pastoris sollatio destituta, vos, vocatis omnibus qui volebant, debebant et poterant comode interesse, die ad eligendum prefixa convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, venerabilem fratrem nostrum Florentium, episcopum Acconensem, tunc canonicum Laudunensem, in vestrum episcopum et pastorem canonice elegistis. Ipso igitur cum nunciis vestris ad eum specialiter destinatis ad sedem apostolicam accedentes, dictisque nunciis petentibus a fe. re. Innocentio papa, predecessore nostro, ut electionem confirmaret eamdem, ipse predecessor volens eidem ecclesie salubriter providere, ne ex longa vacatione detrimenta sustineret, electionem hujusmodi confirmavit, nosque sibi postmodum munus consecrationis duximus impendendum [2]. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus memoratum episcopum tanquam patrem et episcopum animarum vestrarum devote suscipientes, eidem obedientiam et reverentiam debitam impendatis, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendendo; alioquin sententiam *etc. usque* observari. Datum Neapoli, XII. kalendas februarii, anno 1°.

1. On pouvait espérer de trouver les antécédents de ce chanoine à son pays d'origine. Si les recherches consciencieuses de M. l'abbé Bouxin, vicaire à la cathédrale de Laon et correspondant de l'académie de Reims, sont demeurées infructueuses, c'est que le Cartulaire du chapitre saute de 1238 à 1285 et que ses délibérations ne remontent pas au-delà de 1406. Les historiens locaux ont ignoré ce personnage. — Pour s'expliquer la bienveillance particulière du pape en faveur de Florent (n° 1221), il suffit de se rappeler qu'Urbain IV, Jacques Pantaléon, avait été archidiacre de Laon et patriarche de Jérusalem. Les mots « in solo quasi natali » (n° 1220) doivent sans doute s'entendre de la France, plutôt que de la Provence, par opposition aux pays d'Orient.

2. On remarquera que dans les provisions de Florent pour Arles (n°s 1220-1), Urbain IV ne le traite pas de « venerabilis frater », mais de « dilectus filius magister », ce qui suppose qu'il n'avait pas encore été sacré.

In eodem modo, Clero civitatis et diocesis Acconensis. — In eodem modo, Populo civitatis et diocesis Acconensis, *usque* intendendo. Datum ut supra.

Arch. Vatic. Reg. 24, f° 14. (Alexand. IV. t. I, an. I-II, ep. 114). Bourel de la Roncière, *Reg. d'Alex. IV*, n° 125.

1212 5 février 1255.

Lettre d'Alexandre IV Florentino episcopo Acconen... Ne de cappellaniis sive parrochiis seu aliis beneficiis ad tuam presentationem vel collationem spectantibus, alicui provideri valeat te invito... per litteras apostol. vel legatorum ipsius... Dat. Neapoli, nonis febr., an. 1°.

Arch. et Reg. cit., f° 24 v°, ep. 191. Bourel de la R., *Reg.*, n° 216.

Florent aborda au port d'Acre en juillet 1256 (Roehricht, dans *Zeitschr. Deutsch. Palaest.-Ver.*, 1887, t. X, p. 21); l'intérim fut rempli par son frère (?) Adam (voir plus loin).

1213 St-Jean-d'Acre, avril 1257.

Florent, évêque d'Acre, confirme par l'apposition de son sceau une convention passée entre lui et le maître de l'Hôpital de St-Jean de Jérusalem, Guillaume de Châteauneuf.

Paoli, *Cod. diplom. d. ord. Gerosolim.* (1733), p. 226-7. Roehricht, *Reg. regni Hierosolym.* (1893), n° 1258.

1214 St-Jean-d'Acre, septembre 1257.

Accord entre Florent, évêque d'Acre, et Annon, maître de la maison des Teutoniques, au sujet de divers droits et dîmes.

Strehlke, *Tab. ord. Theuton.* (1869), p. 91-4. Roehricht, 1260.

1215 Vers 1258.

Florent, évêque d'Acre, et Jean, abbé de Saint-Samuel d'Acre, vidiment un privilège en faveur de l'Hôpital.

Delaville Le Roulx, *Arch. de S. Jean de Jérus.* (1883), p. 25. Roehricht, 1217.

1216 St-Jean-d'Acre, 7 janvier 1260.

Transaction entre Florent, évêque d'Acre, et Jean, curé de St-Marc des Vénitiens à Acre, au sujet de la dépendance de cette église vis-à-vis de l'évêque.

Tafel et Thomas, dans *Fontes rer. Austriac.* (1857), 2ᵉ sect., t. XIV, p. 31-8. Roehricht, 1285 (ind. XIV !)

1217 Vers 1260.

Henri, archevêque de Nazareth, et Florent, évêque d'Acre, vidiment une donation de Boémond III, prince d'Antioche, à l'Hôpital.

Delaville Le Roulx, ouvr. cité, p. 23. Roehricht, 714.

1218 13 janvier 1261.

Le baile des Vénitiens et le consul des Pisans à Acre se présentent devant le légat du pape, au sujet des tours d'Acre, en présence de l'évêque de cette ville, etc.

Tafel et Thomas, ouvr. cité, t. XIV, p. 39-44. Roehricht, 1298.

1219 St-Jean-d'Acre, 30 septembre 1262.

Accord entre Pierre, abbé de Notre-Dame de Josaphat, et Henri, archevêque de Nazareth, en présence de l'évêque d'Acre.

DELABORDE, *Chartes de N.-D. de Josaphat* (1880), p. 113-4. ROEHRICHT, 1320.

1220 28 novembre 1262.

Provisions de Florent pour l'archevêché d'Arles.

CAPITULO Arelatensi. De sedis apostolice provida circumspectione procedit pensare temporum vices, attendere merita personarum, et qualitates considerare locorum, ut ad singula dirigens debite considerationis intuitum, et oportune manum operationis extendens, interdum plantet, plantataque transferat, necnon foveat dirigatque translata. Sic enim operando proficit, profectus multiplicat, ac multiplicatos officiosi regiminis gubernatione custodit. Inter cetera vero quibus ex commissa nobis a Domino universali cura dominici gregis astringimur, ecclesiarum utilitatibus eo sollertius et attentius debemus intendere, quo specialius, licet immeriti, sumus ad earum regimen superna disponente clementia deputati. Sane, vacante Arelatensi ecclesia, vos, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, convenistis ut moris est, pro futuri substitutione pastoris, in unum, et tandem votis vestris in diversa divisis, quidam vestrum Raimundum, ecclesie vestre prepositum elegerunt; reliqui autem Robertum de Ucena [*lire* Ucecia][1], canonicum Valentinum, cappellanum nostrum, in minoribus ordinibus constitutum, ad regimen ejusdem ecclesie postularunt. Cumque procurator ipsius prepositi, habens super hoc plenum ab ipso mandatum, sicut per ipsius prepositi litteras nobis constitit evidenter, in manibus nostris renuntiasset expresse omni juri, si quod ex eadem electione dicto preposito competebat, R. de Balma et Bremundus de Medenis, ecclesie predicte canonici, suo nomine, et aliorum qui una cum eis capellanum postularant eundem, postulationem de ipso factam a nobis admitti cum instantia supplicarunt. Nos vero, licet eidem capellano, de nobilitate generis, litterarum scientia, et honestate morum, a nonnullis ex fratribus nostris laudabile testimonium redderetur, tamen postulationem eandem non duximus admittendam. Ceterum nolentes quod ecclesia predicta cogatur diutius viduitatis incomoda deplorare, consideratis virtutibus dilecto filio *magistro Florentio, Arelatensi electo, quondam Acconensi episcopo*, divinitus traditis, quibus idem electus existit multipliciter, per opera utilia et exempla laudabilia, fructuosus, pensatis quoque multis laboribus quos, Acconensis ecclesie presidendo regimini, subiit, et volentes quod inter servitutis pontificalis angustias, in solo quasi natali, quietis gaudio post labores hujusmodi recreetur, ipsum quem a vinculo quo ipsi Acconensi ecclesie tenebatur absolvimus, ad predictam Arelatensem ecclesiam, de fratrum nostrorum consilio, duximus transferendum, et preficimus eidem ecclesie nichilominus in archiepiscopum et pastorem, de apostolice plenitudine potestatis; sperantes quod dicta ecclesia vestra, per sue circumspectionis industriam, in spirit. et temp., auctore Domino, salubria suscipiet incrementa. Ideoque volumus, et presentium vobis auctoritate, firmiter precipiendo mandamus quatinus ad eundem electum vestrum, ut quam citius comode poterit, ad ecclesiam predictam se conferat, speciales et sollempnes nuntios destinantes, eidem tanquam patri et pastori animarum vestrarum, obedientiam et reverentiam debitam impendatis, ejus salubria monita et mandata suscipiendo devote ac humiliter observando. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum apud Urbem veterem, IIII. kalendas decembris, anno II°.

In eo. mo. Clero civitatis et diocesis Arelatensis, *verbis competenter mutatis*. Datum ut supra.

In eo. mo. Suffraganeis ecclesie Arelaten. De sedis apostolice *etc. usque* mandamus, quatinus eidem electo tanquam metropolitano vestro intendere et obedire curetis, ejus salubria *etc.* Ut supra.

In eo. mo. Populo Arelatensi. De sedis *etc. usque* mandamus, quatinus eidem electo tanquam patri et past. anim. vestrarum, intendatis et obedire curetis, ejus salubria *etc. usque* observando. Ita quod exinde possit vestra devotio commendari. Datum ut supra.

In eo. mo. Universis vassallis Arelaten. ecclesie. De sedis *etc. usque* mandamus, quatinus eidem electo tanquam vestro domino temporali homagium et juramenta fidelitatis exhibere curetis. Alioquin sententias sive penas quas spiritualiter vel temp. per se vel per alium rite *etc.* Dat. ut supra.

In eo. mo. Magistro Florentio, electo Arelatensi. De sedis *etc.*, *verbis competenter mutatis*, *usque* mandamus, quatinus regimen ejusdem Arelatensis ecclesie devote suscipiens, ad illam, quam citius comode poteris, te conferre procures, sicque laudabiliter curam ejus gerere studeas, quod tibi per vite meritum, et aliis proficias de bono in melius per exemplum; nosque personam tuam exinde precipui favoris gratia prosequi non inmerito teneamur. Datum ut supra.

In eo. mo. Preposito, archipresbitero et sacriste Arelaten. De sedis *etc. usque*. Sane vacante Arelatensi ecclesia, dilecti filii capitulum ejusdem *etc. usque* divisis, quidam eorum te, fili preposite, elegerunt, *etc. usque*. Cumque, fili preposite, ·· procurator tuus habens super hoc plenum a te mandatum, *etc. usque* incrementa. Nolentes igitur quod ex defectu regiminis eadem ecclesia patiatur in ipsius electi absentia detrimentum, de vestra quoque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi, fili archipresbiter, in temporalibus, vobis vero, filii preposite ac sacrista, in spiritualibus duximus committendas, gerendas a vobis donec eundem electum presentem inibi, Deo propitio, contigerit interesse. Ceterum, dilectum filium Nicolaum, capellanum ven. fratris nostri ·· Portuensis episcopi, latorem presentium, quem ad vos propter hoc specialiter mittimus, vobis adjungimus in utrisque, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes,

1. Il est évident pour moi que ce Robert d'Uzès est celui qui en 1266 devint évêque d'Avignon, et en 1267 évêque de Valence, laissant pour successeur à Avignon un second Robert *de Ucecia*, son cousin.

quatinus eidem capellano statum ecclesie predicte ac bonorum archiepiscopalium, tam mobilium quam inmobilium, fideliter exponatis, ut eumdem electum possit de hiis reddere certiorem. Ut autem curam et administrationem hujusmodi liberius gerere valeatis, constituimus vos et prefatum capellanum, circa premissa, electi vicarios memorati. Quod si predictus capellanus hiis exequendis continue vobiscum nequiverit interesse, vos ea nichilominus exequi studeatis. Contradictores *etc.* Datum apud Urbem veterem, IIII. kalendas decembris, anno II°.

In eo. mo. Nobili viro Carolo comiti Andegavie ac Provincie. De sedis *etc. usque* incrementa. Cum itaque tamquam benedictionis filius et zelator ecclesiastice libertatis, ecclesiarum profectibus libenter intendas, magnitudinem tuam cum fiducia rogamus et hortamur attente, quatinus dictam Arelatensem ecclesiam et personas ejusdem habens, pro nostra et apost. sedis reverentia, favorabiliter commendatas, prefato electo, ac specialiter memoratis Ramundo de Balmis et Bremundo de Medenis, nuntiis suis, necnon Nicolao, capellano ven. f. n. episcopi Portuen., ·· preposito, ·· archipresbitero et ·· sacriste Arelaten., vicariis ejus, tam in ipsius quam ecclesie predicte negotiis, impendas consilium, auxilium et favorem, ipsos nichilominus grata benivolentia prosequendo. Ita quod exinde eterne retributionis premium consequi, et extolli laudis humane preconio merearis. Datum ut supra.

Arch. Vatic. Reg. 26, f°ˢ 8 v° et 9 ou 55 v° (Urbani IV. t. I, an. I-II, ep. 27). GUIRAUD (Jean), *Reg. d'Urbain IV*, p. 63-4, n° 165.

1221 — 13 janvier 1263.

Bulle d'Urbain IV, annonçant à Florent sa translation à l'archevêché d'Arles.

MAGISTRO *Florentio, electo Arelatensi.* Postquam omnipotens Dominus humilitatem nostram ex alto prospiciens, nos licet immeritos ad summi apostolatus apicem sublimavit, omnium preteritorum obliti, et in anteriora nos secundum apostolum extendentes, de statu persone tue quam sincera diligimus in Domino caritate, cepimus esse solliciti; et ad memoriam revocantes qualiter ex mora tua in partibus transmarinis, tuus non poterat animus consolari, sicut frequenter nobiscum super hoc familiariter contulisti, exponendo nobis tue mentis angustias et perplexitates multiplices quibus te multipliciter implicitum asserebas, quam cito ad id se oportunitas optulit, adhibere curavimus opem et operam efficacem, ad hoc ut tui cordis naviculam inter procellosas tempestates illarum partium fluctuantem, ad aliquem salubris quietis et quiete salutis portum reducere, teque, pensatis tua eminenti scientia, tueque meritis probitatis, ad sublimioris dignitatis eminentiam promovere, divina nobis gratia cooperante possemus. Ecclesia igitur Arelatensi, que regni Arelatensis metropolis et caput existit, pastoris tunc solatio destituta, nos attendentes quod eadem ecclesia, inter alias illius patrie metropoles dignitate ac nobilitate refulget, pensantes etiam quod est in terra dilecti filii nobilis viri Caroli Andegavie ac Provincie comitis, qui personam tuam benivolentia multa prosequitur, constituta; considerantes insuper quod cum ubilibet Deo fueris per opera laudabilia utilis et exempla salubria fructuosus, edificans multipliciter ad salutem, scires et posses, ex data tibi celitus gratia, fructus animarum in predicta ecclesia et circumadjacentibus germinare; te de Acconensi ecclesia, de fratrum nostrorum consilio, ad predictam Arelatensem duximus transferendum, prout in aliis nostris litteris, quas tibi super hujusmodi translatione transmisimus, plenius continetur. « Euge ergo, serve bone et fidelis », quem, pro eo quod in pauca fuisti fidelis, Christi vicarius constituit super multa. Euge, inquam, et ad sedem apostolicam confidenter et festinanter accede, de tuis et Arelatensis ecclesie ibidem tractaturus negotiis, et favorabiles ab ea gratias, prout secundum Deum oportunum fuerit, accepturus. Ad hec, scire te volumus quod nos ad hoc ut jura, fructus, redditus et proventus ipsius Arelatensis ecclesie ad opus tuum integre et sine diminutione qualibet conserventur, dilectum filium Nicolaum, clericum tuum, ad eandem Arelatensem ecclesiam misimus, eidem Nicolao et cuidam canonico ipsius Arelatensis ecclesie, per nostras sub certa forma litteras, injungentes ut hujusmodi jura, fructus, redditus et proventus integre colligere studeant, et ad opus tuum fideliter conservare. Verum, quia nos nolentes ulterius sustinere quod Jerosolimitana ecclesia, que gradum nobis prebuerat per quem culmen specule supreme ascendimus, longiora viduitatis sue tempora deploraret, dilectum filium Willelmum, electum Jerosolimitanum, de Agennensi ecclesia ad eandem Jerosolimitanam, apostolica similiter auctoritate transtulimus, absolventes eum a vinculo quo dicte Agennensi tenebatur ecclesie, ac concedentes sibi licentiam ad dictam Jerosolimitanam libere transeundi. Et quia eadem Jerosolimitana ecclesia facultates habet tenues et exiles, ut nosti, nos predictam ecclesiam Acconensem eidem electo suisque successoribus, de predictorum fratrum consilio, fore decrevimus committendam, et ab eis una cum Jerosolimitana tamdiu in spirit. et temp. gubernandam, donec eadem Jerosolimitana, bonis ejus recuperatis, possessionem habeat eorumdem. Cupientes itaque tales personas ad predictarum Jerosolimitane et Acconensis ecclesiarum custodiam, interim, donec idem electus ad partes transmarinas accesserit, deputare, quarum bonitate ac studio eedem ecclesie preservari a noxiis, ad salubria dirigi, et in prosperis, Deo propitio, valeant ampliari, ven. fratri nostro Petro, episcopo Ebronensi, et dilecto filio Ade, archidiacono Acconensi, de quorum circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, curam et regimen ecclesiarum ipsarum, tam in spirit. quam temp., per nostras plene commisimus litteras, tamdiu gerenda ab eis, donec memoratus electus personaliter se ad easdem partes duxerit transferendum... Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, cum predicte Arelatensis ecclesie jura, fructus, redditus et proventus colligantur et conserventur ad opus tuum, prout superius est expressum, permittas libere, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, predictos episcopum et archidiaconum similiter jura, fructus, redditus et proventus ejusdem Acconensis ecclesie colligere, et ad opus dicti electi, sicut eis injunximus, conservare; nullum in hoc eis difficultatis obsta-

culum ingerendo. Ita quod nos devotionis tue promptitudinem dignis exinde in Domino laudibus merito commendemus. Datum apud Urbem veterem, idus januarii, anno II°.

Arch. Vatic. Reg. 26, f° 18 (Urbani IV. t. I, an. II, ep. 51).

1222 Mondragon, 5 février 1263.

Hommage à Florent par les seigneurs de Mondragon.

Anno Domini M.CC.LXIII, quinta die mensis februarii. In presentia dnorum P. Aurasicen. episcopi et Johannis de Arsisio, senescalli de Vennaissino, et Pontii, archipresbiteri Arelaten., et mei Berengarii de Amiliavo, not. publici Arelat. sedis, fecerunt homagia dno *Florentio, Arelaten. archiepiscopo*, sub eadem forma, et verbis et juramento, quibus supra proxime, Arnaudus, et Pontius, et Raymundus de Montedrachonis, et dna Rixendis, uxor quondam dni Pontii de Montedrachonis, pro se et suis ; quillibet predictorum pro parte quam habet in dicto castro de Montedrachonis. Acta fuerunt hec in dicto castro ; desamparato prius castro cum uxoribus, et liberis, et tota familia sua, et apportatis clavibus castelli, extra portam, ad manus dicti dni archiepiscopi. Et eadem die, paulo post, accessit ad eundem dnm archiepiscopum Raymundus de Montedrachonis, filius dicte dne Rixendis primo genitus, eoque emancipato per predictam matrem suam, fecit homagium eidem dno archiepiscopo, secundum formam eandem.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 304. Livre noir, f° 19.

1223 St-Jean-d'Acre, 12 février 1263 (1262?).

Le légat du pape confirme les droits de l'église de N.-D. de Josaphat contre l'archevêque de Nazareth, en présence de F[lorent], évêque d'Acre.

Delaborde, ouvr. cité, p. 112-5. Roehricht, 1323.

1224 Arles, 24 février 1263.

Compromis sur le différend entre Florent, archevêque d'Arles, et les Templiers de St-Gilles.

Anno Domini M.CC.LX.III, VI. kal. marcii. Questio vertebatur, seu verti sperabatur inter reverendum patrem dnm *Florentium*, Dei gratia *sacrosancte Arelaten. ecclesie archiepiscopum*, ex una parte, et dnm Rocelinum de Fos, magistrum milicie Templi in Provincia, ex altera, super collatione seu donatione decem sextarum annone quam fecerat dns Johannes olim Arelaten. ecclesie archiepiscopus, sicut videbatur in quodam publico instrumento super hoc facto. Que decem sextarum ecclesia Arelaten. consueverat recipere cum aliis octoginta sextarum annone, a domo milicie Templi Sancti Egydii, in manso de Saleriis, racione cujusdam composicionis olim facte inter dnm archiepiscopum Arelaten., et dictam domum Templi Sancti Egydii. Et super blado retento per domum Templi ratione predicte donacionis dni Johannis archiepiscopi supradicti. Super quibus questionibus compromisit dictus dns archiepiscopus, nomine suo, et successorum suorum, et capituli ecclesie Arelaten., in ven. patrem dnm Alanum Dei gratia Sistaricen. episcopum ; et eodem modo, dictus dns Rocelinus magistrum dicte milicie templi in Provincia, nomine suo, et fratrum templi dicte domus, et successorum suorum, in dnm episcopum supradictum. Compromiserunt, inquam, dicte partes, in dictum dnm episcopum, tanquam in arbitrum, arbitratorem, seu amicabilem compositorem ; promittentes per sollempnem stipulationem, et sub pena centum marcharum argenti a parte parti stipulata et promissa, quod dicti dni episcopi servabunt mandatum et mandata, sententiam et sententias, et ad diem venient citati per ipsum. Voluerunt etiam... Actum apud Arelatem, in camera archiepiscopali, anno et die quibus supra, in presentia testium infrascriptorum, vocatorum et rogatorum ; scilicet dni B. Arelaten. prepositi, et P. castellani de Furcis, G. Falconati, fratris Jordani, preceptoris domus templi Aviticen., fratris Raymundi de Posqueriis, militis Templi, fratris Lamberti, preceptoris domus templi Sancti Egidii, fratris Stephani, camerarii ejusdem domus templi. Et mei Guidonis, clerici et publici not. dicti dni Alani episcopi Systaricen....

Anno et die quibus supra, dns Alanus episcopus supradictus, dedit partibus in mandatis, quod infra quindecim dies, quellibet parcium debeat ratificare compromissum ; dns archiepiscopus per capitulum suum, et dictus dns Rocelimus, per fratres suos Sancti Egidii et de maso predicto. Et incontinenti, anno et die quibus supra, capitulo Arelaten. ecclesie congregato, consenserunt omnes et singuli canonici Arelaten. compromisso superius comprehenso ; scilicet, dns B. prepositus dicte ecclesie, dns Ugo sacrista, dns B. precentor, dns P. canon. et sacerdos, dns R. infirmarius, dns Symon, et dns P. diaconi. Hoc idem fecerunt fratres dicti Templi Sancti Egidii, et de maso predicto, infra prenominatos quindecim dies, sicut in litteris dicti dni Rocelini, et fratrum suorum Templi Sancti Egidii et de maso predicto, vidi plenius contineri.

1225 Cavaillon, 8 avril 1263.

Comparution devant l'évêque de Sisteron, arbitre.

Eodem anno Domini M.CC.LX.III, VI. idus aprilis, comparuerunt citati apud Cavellionem per litteras dicti dni Alani episcopi Systaricen., dns *Florentius* Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus*, coram dicto dno Alano, episcopo Systaricen., arbitro, arbitratore, seu amicabili compositore, electo, sicut superius expressum est, in causa que vertitur inter ipsum dnm archiepiscopum, ex una parte, et domum milicie Templi Sancti Egidii, ex altera ; et frater Villelmus de Cavellione, preceptor domus templi Arelaten., constitutus procurator in dicta causa, et ad dictam diem, per dictum dnm Rocelinum, et per fratres suos domus templi Sancti Egydii et de maso predicto, sicut in procuratorio eorumdem vidi plenius contineri... Quam diem dictus dns Alanus episcopus continuavit in crastinum, scilicet V. ydus aprilis, in ortu solis, in ecclesia Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani de Cavellione.

1226 Cavaillon, 9 avril 1263.

Sentence qui condamne le commandeur de St-Gilles.

Anno Domini M.CC.LX.III, v. ydus aprilis, nos Alanus Dei paciencia Systaricen. episcopus, arbiter, arbitrator, seu amicabilis compositor, electus a dno *Florencio* ordinatione divina *sacrosancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo*, ab una parte, et a dno Rocelino... magistro domorum milicie Templi in Provincia, ex altera ; super questione decem sextar. bladi que petebat dictus dns archiepiscopus ab ipso dno Rocelino, nomine domus milicie templi de Sancto Egidio ; ratione cujusdam compositionis facte olim inter dnm J. archiepiscopum Arelaten., et domum predictam milicie Templi Sancti Egidii. Nos, inquam, dictus Alanus, arbiter electus a partibus, laudamus, diffinimus, precipimus arbitrator, quod commendator seu magister predicte domus milicie Templi Sancti Egidii, qui pro tempore fuerit, solvere teneatur, et solvat, singulis annis, in festo Sancti Michaelis, sub pena in compromisso contenta, per se vel per alium, dicta decem sext. frumenti, ad mensuram Arelaten , in maso de Saler., dicto dno archiepiscopo, et ejus successoribus, qui pro tempore fuerint, vel eorum procuratoribus, vel nunciis ; salvis aliis que in quibusdam compositionibus olim factis continentur, de quibus non est actum coram nobis. Volumus etiam et mandamus quod dictus dns Rocelinus solvat, vel solvi faciat, dicto dno archiepiscopo, ad mensuram Arelaten., c. triginta quinque sextar. annone, infra quindenam Pasche proximo venturi, ratione bladi retenti usque nunc, ratione cujusdam donacionis olim facte per supradictum dnm Johannem quondam Arelaten. archiepiscopum. Et hec omnia et singula precipimus et mandamus, sub pena c. marcharum argenti contentarum in compromisso suprascripto ; et in hiis condempnamus dictum dnm Rocelinum, nomine domus milicie templi Sancti Egidii, et fratrem Villelmum, procuratorem dicti dni Rocelini, in personam tamen dicti dni Rocelini, et nomine dicte domus milicie templi Sancti Egidii ; adjudicantes ut supra, dno archiepiscopo Arelaten., nomine ipsius ecclesie Arelaten., ipsum bladum. Et ita volumus, et mandamus quod super predictis questionibus, pax et finis sit inter partes. Dictum vero arbitrium, mandatum seu mandata, utraque pars approbavit et emologavit. Actum anno et die quibus supra, in ecclesia Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani de Cavellione, in presentia testium infrascriptorum, vocatorum et rogatorum ; scilicet dni Ymberti de Aurons, militis, Guillelmi dicti Patriarche, prioris de Podioleno, fratris Ade, fratris dni archiepiscopi [1], dni Pontii, archipresbiteri, fratris Geraudi, preceptoris domus milicie templi Avinion., Johannis, cappellani dicti dni episcopi Sistaricen., Petri Parisii, clerici. Et mei Guidonis, clerici, et publici not. dicti dni Alani, episcopi Sistaricen., qui de mandato ejusdem, et de voluntate partium, hanc cartam, seu sententiam, et omnia supradicta scripsi, et signo meo signavi. Et nos predictus Alanus, episcopus Systaricen., ad majorem hujus rei firmitatem, presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 407 v°.

1. Ce frère de l'archevèque serait-il Adam, le chapelain de Charles d'Anjou [(nos 1148-9)? Ne serait-ce pas aussi l'archidiacre de St-Jean-d'Acre, de 1253 à 1263 au plus tard (Roehricht, *Reg. regni Hierosol.*, nos 100, 423, 1206, 1258, 1260, 1298, 1314 et 1323), qui remplit l'intérim avant la nomination de Florent au siège d'Acre (n° 1212) et après son élévation à celui d'Arles (plus haut, n° 1221)?]

1227 12 août 1263.

Bulle du pape Honorius IV ven. fratri Florentio archiepiscopo et dil. fil. capitulo Arelaten. Desideriis vestris... indulgemus ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus et specialiter de camera tua... vel ecclesiasticis beneficiis compelli aliquatenus non possitis : *valable pour trois ans*. Dat. apud Urbem veterem, II. idus aug., p. n. a. II.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 20. Bonnemant, t. II, p. 588.

1228 12 août 1263.

Bulle du même au même archevêque. Ad audientiam nostram pervenit quod nonnulli monachi in quibusdam ecclesiis tue civitatis et diocesis, contra Lateranen. statuta concilii, solitarii commorantur.... Ipsorum abbates sive priores moneas ... ut vel eosdem monachos ad claustrum revocent, facientes in eisdem ecclesiis per seculares clericos deserviri, vel alios monachos eis associent, cum quibus possint vitam ducere regularem... Dat. *ut supra*.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 36. Bonnemant, t. II, p. 589.

1229 Salon, 12 décembre 1263.

Cession par Bernard de Barjols à l'archevêque.

Anno Domini M.CC.LXIII, secundo ydus decembris. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod cum dns Bern[ardus] de Barjolis, miles, teneret et possideret quendam ortum quem dns bajulus pater suus acaptaverat a dno Jo. sancte Arelaten. quondam archiepiscopo...; qui ortus est in orto de castro, qui confrontatur ab una parte cum orto dni archiepiscopi, et ex alia, cum curte dicti Bn. de Barjolis, militis, et ex alia parte, cum vallato seu fossato castri Sallonis, et ex alia parte, cum besale aque de Albis ; ipsum ortum desamparavit et concessit rev. dno *F.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo*. Et voluit quod dictus dns archiepiscopus, propria auctoritate, possessionem dicti orti posset accipere, et intrare ; cedendo sibi omne jus quod ibi habebat... Actum est hoc in camera dicti dni archiepiscopi, in castro Sallonis. Testes..., Guillelmus de Faissis, miles, Bn. de Rossono, miles, R. de Rocasalva, bajulus Sallonis...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 248.

1230 3 février 1264.

Vente des frères Quiquiran à l'archevêque.

Anno Domini M.CC.LXIIII, tertio nonas februarii. Nos Rostagnus Quiquiranni et Jacobus, fratres, filii quondam Pe. Quiquiranni, non coacti... vendimus.., tradimus, transferimus et in perpetuum concedimus, vobis Pe. Hugonis, ementi et recipienti procuratorio

nomine reverendi patris dni *Flor*. Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie*, et suorum successorum archiepiscoporum, quasdam domos nostras liberas, que sunt in castro Sallonis, in torno, que confrontantur ab una parte cum viridario dicti dni archiepiscopi et cum camera picta ;... pretio XI. libr. Turon... Actum est hoc in curia castri Sallonis...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 254.

1231 Salon, 19 février 1264.

Vente de Pierre du Pont au même archevêque.

Anno Domini M.CC.LXIIII, undecimo kal. marcii. Ego Petrus de Ponte, non coactus.., trado, transfero, et in perpetuum concedo vobis reverendo patri dno *Flor*. Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo*..., totam illam partem quam habeo.. in molendino novo, cum omnibus suis pertinentiis... ; pretio VII. libr. Turon... Actum fuit hoc in palatio dicti dni archiepiscopi in castro Sallonis...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 251 v°.

1232 1264.

Lettre du pape Urbain IV au roi s[t] Louis, lui demandant, sur les instances des prélats de Provence, de réprimer les exactions de ses baillis.

Duchesne, *Hist. Franc. script.*, t. V, p. 872. Potthast, 19025.

1233 126..

Concilium domini Florentini.

Antiquorum patrum et sanctorum episcoporum auctoritas irrefragabilis, et consuetudo celebris, illud in ecclesia Dei optinuit, ut per varias provincias patribus in unum congregatis, sacri celebratione concilii discutiatur status ecclesie, et quod temporis immutavit malitia, congregatis in unum prelatis, et melius reformetur ; et sicut multorum examinatione rectorum consultius et cautius quidquid agendum tenendumque fuerit discutitur, sic etiam quod discussum et statutum fuerit, et firmius multorum consensu et diffinitione sapiencium roboretur ; ut sic propulsetur pravorum et mente corruptorum astucia, conservetur sanctorum prudencia, et per multorum providenciam sapiencium, sanitas maneat in orbe terrarum. Et sicut sanctorum apostolorum, et quibus et per quos sacrosancta et catolica fundata est per totum orbem Ecclesia, traditiones quas a solius pii et celestis pastoris nostri auserunt pectore, immutabiliter commendate refulgent, sic sequencium per tempora canones et instituta patrum in cunctis tocius orbis ecclesiis vigere probantur ; quorum solerti providencia et vigilanti solercia, quociens variarum heresum scismatumque visum est pullulare seminarium, tociens, ne succresceret, prorssus evellendum, avulsum et condempnatum disparuit. Quapropter plurima sanctorum patrum concilia in ecclesia Dei velud IIII[or] euvangelia celebrantur. Quod si primitivorum sanctorum temporibus constancium in fide, admirandorum virtute, fervencium caritate, tam solers et diligens contra reprobos adhibita est cautela, quid agendum est diebus novissimis, cum temporibus periculosis instantibus surgent pseudo[a] dicentes : « Hic est Christus » ? Discipuli quoque mente corrupti « ad sua desideria coacervabunt sibi magistros auribus prurientes », tanto astuciores in suis adinventionibus, quantum pertinatiores in suis maliciis, et expertiores in antiquorum versuciis, ypocrisis et simulationis exterius velamine dealbati, sed interius fuligine nequiores. Inter quos non modicum locum et perniciosum tenent illi qui in fundamento sue vesanie vera quedam in parte et varia jaciendo ternaria, eaque perniliose coaptando, doctrinam fedissimam concordanciarum suarum contextu nephario statuere moliuntur, et maliciosam ven[er]acionem Spiritus Sancti, quem secundum ordinem nominandi terciam dicimus in Trinitate personam, singulari redemptioni facte per Filium tam imprudenter quam nepharie nituntur, dum tempus et opera Filii sub annorum curriculo et seculi hujus parte quadam signata et media claudere peribentur ; ut quemadmodum dicit Filius in carne mundo apparens visibilis : « Pater meus usque modo operatur, et ego operor », sic et Spiritus Sanctus, completo Filii tempore, dicat : Actenus post Patrem operatus est Filius, et ego de cetero operabor ; operationem Filii sub illo annorum numero claudens, quo Sathanas olim ligatus per Filium denuo pronunciatur solvendus ; hoc exemplum mille ducentis LX. annis, ac si sollempnius et magnificentius quodam modo sigillatim et approbante Spiritu Sancto[b] operatus sit deinceps, quam actenus a principio nascentis ecclesie fuerat operatus. Quis autem somniare presumat Spiritum Sanctum gloriosius paraclitum infundendum deinceps in curssu presentis seculi, quam cum repente super apostolos Christi vehementer insonuit, et linguis apparens ligneis dispertitus super singulos requievit et sedit, genera linguarum tribuens, corda eorum tam patenter et potenter inflammans, ut totum doctrina salutis illustrarent et fervore caritatis accenderent mundum. Isti tamen Joachitici[c], quorundam ternariorum intricatione fictitia, nituntur astruere Spiritus Sancti tempora cum lege majori fore deinceps revelanda. In fundamento erroris sui primitus jacientes sacratissimum illud et superceleste ternarium ineffabilium personarum et individue Trinitatis, Patris videlicet, et Filii, et Spiritus Sancti ; et super quod omnis stabilitur veritas, erroris sui vanitatem firmare conantur. Nulla siquidem adeo falsa et pestifera est doctrina, que non aliqua vera intermisceat. Huic igitur summe veritati alia quedam subnectunt et contexunt ternaria, dicentes tres status vel ordines hominis, sibi invicem successione quadam temporum clariſficandos. Primus est ordo conjugatorum, qui tempore Patris claruit in veteri Testamento. Secundus est status clericorum, qui tempore gratie claruit per Filium, in hoc statu mundi medio. Tertius autem status est ordo monachorum, clarificandus tempore majoris gratie in Spiritu Sancto. Addunt etiam cum hiis aliud doctrine sacre ternarium, videlicet veteris et novi Testamenti, ac deinceps euvangelii eterni, sive euvangelii Spiritus Sancti, duabus rotis in visione prophetica terciam fantastice subnectentes, et comparatione secuturi quod spirituale nunciabamus, euvangelium spirituale

a. p. prophete. — b. *Ms.* spiritus. — c. *Ms.* iaccitici.

Filii litterale ore blasphemo et sacrilego dicere non formidant. Dividunt etiam et distingunt totum hoc spacium labentis seculi in tria tempora, quorum partem primam Patri atribuunt, s[cilicet] spiritus tal[ionis] et legis Mosayce, secundam attribuunt Filio, quem appellant Spiritus gracie, et duravit annis M.CC.LX; terciam Spiritui Sancto, quam dicunt tempus amplioris gracie et veritatis revelate, ad quod referunt evangelium, id est Filii : « Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem ». Quod in sacro die Pentecostes impletum fuisse in apostolis, et deinceps continue in apostolicis viris implendum, omnes catholici hactenus exposuere doctores. Adnectunt etiam ad predicta quoddam vivendi ternarium, trium predictorum temporum distinctione variatum. Per primum namque, tempus posuerunt in quo vivebant homines secundum carnem. Secundum, quod illi adjunxerunt inter utrumque, hoc est inter carnem et spiritum, usque in presens tempus. Et ex hoc sequetur aliud, in quod vivent secundum spiritum, et ab eo videlicet usque ad finem mundi. His igitur et hujusmodi sibi invicem coaptatis et connexis ternariis : quid ab hac perfida et perniciosa contexitur concordia, nisi quod exsuffletur deinceps redemptio per Christum facta, et finem habeant ecclesie sacramenta ? Quod Joachitici, ore polluto, ut expressimus, quodammodo dicere non formidant : dum evacuandas his temporibus et abjiciendas asserunt omnes figuras et signa : vivida tantummodo maneat unitas, et absque sacramentorum velamine penitus revelata. Que omnia debet detestari, abominari, et abjicere, quilibet Christianus, qui a sanctis accepit, et firma fide tenet, invisibilis gratie visibiles esse imagines et figuras ecclesiastica sacramenta : sub quorum visibilibus speciebus quibusdam, ipse Dei Filius, dominus Salvator noster, se in ecclesia sua usque ad finem mundi manere promisit. Et licet nuper, presentibus nobis et procurantibus, a sancta Dei sede apostolica damnata fuerit nova quedam, que ex his pullulaverat, doctrina venenata, evangelii Spiritus Sancti pervulgata nomine, ac si Christi evangelium non eternum, nec a Spiritu Sancto nominari debuisset : tanquam pestis hujusmodi fundamenta non discussa fuerint, nec damnata, libri videlicet Concordantiarum, et alii libri Joachitici, qui a majoribus nostris usque ad hec tempora remanserunt intacti, utpote latitantes apud quosdam religiosos in angulis et antris, doctoribus indiscussi, a quibus si ruminati fuissent, nullatenus inter sacros alios et sanctorum codices mixti remansissent : cum alia modica Joachitica opuscula, que ad eorum pervenere notitiam, tam solemniter sint damnata.

I. Nos ergo, qui predicta cum aliis quibusdam majoribus nostris diligenter inspeximus, contulimus et notavimus, timentes non immerito, ne posteris maneant in laqueum et ruinam, presertim cum in partibus provinciarum, quibus licet immeriti in parte presidemus, jam plurimos etiam litteratos hujusmodi phantasiis intellexerimus eatenus occupatos et illectos, ut plurima super iis commentaria facta descripserint, et de manu ad manum dando circumferentes, ad externas transfuderint nationes. Ne ergo error peccans ulterius serpat ut cancer, et paulatim occupet curiosos, nos quantum debemus et possumus in hac per... cientes nostri provincialis sacri autoritate concilii, predicta, prout, ad manus nostras devenerunt, reprobantes : ne subditi nostri de cetero talibus utantur, aut ea ultra recipiant, sub anathematis interminatione prohibemus.

II. Circa sacramentorum dispensationem, quoniam per quorumdam dispensatorum negligentiam multiplices subcreverunt abusus, statuimus, ut presbyteri parochiales in precipuis festivitatibus in plena ecclesia et publica populi allocutione et sermone, doceant parochianos suos, qualiter et quibus verbis debeant uti, dum parvulos in casu necessitatis taliter baptizant.

III. Confirmationis autem sacramentum, quod propter sui venerationem et sanctorum apostolorum traditionem, a solis pontificibus datur, nonnisi jejunis et a jejunis, nisi propter necessitatem, tribuatur : nisi propter nimiam populi multitudinem et frequentiam, ut quando prelati visitant, non potuerint commode jejuni officium confirmationis implere : exceptis parvulis, qui sugentes ubera, tempus et horam lactandi non servant.

IV. Ceterum quia jam in partibus Provincie, quasi passim, absque autoritate ecclesie, suorum suarumque presumunt firmare conjugia : statuimus, ut quicunque laici hujus presumptionis et temeritatis actores, seu participes, fuerint deprehensi, una cum his qui sic juncti fuerint, tamdiu per suos parochiales in ecclesiis suis publice et solemniter excommunicati denuncientur, quousque super hoc penitentiam agentes, meruerint a suis pontificibus absolutionis beneficium obtinere.

V. Item, quia major pars ecclesiarum parochialium hujus provincie, ad monachorum vel conventuum regularium pertinet prioratus, de quorum collegiis aliqui consueverant in ipsis ecclesiis continue residere, in spiritualibus et temporalibus presidentes, et de ipsis, prelatis suis rationem congruam opportune reddentes ; nunc autem residentia sua ad hec sola coartatur tempora, quibus spiritualibus [a] spolia colliguntur, alicubi nullo prorsus sacerdote relicto, alicubi vero solo mercenario : ita quod plurime ecclesie aut rectores et ministros non habent, aut per [presbyteros] regantur mercenarios : statuimus, ut in talibus ecclesiis deinceps, aut de ipsis collegiis ad quorum patronatum pertinent, alique bone sufficientes et honeste persone resideant, que curam animarum loci recipiant a prelatis ; aut si tales sunt patroni, qui curam habere non debeant, aut non velint, tantum accipiatur et sequestretur de bonis et dotibus ecclesie, quantum vicario perpetuo sufficienti et honesto et in sacris promoto, ibidem residenti, et per patronum presentato, et per prelatum instituto, ad victum honestum sufficiat et vestitum, et alia que ad officium vicarii pertinere noscuntur : et hujusmodi vicarius curam animarum loci recipiat a prelato. Quod si vacante tali ecclesia per mortem aut successionem [b] vicarii, non fuerit intra tempus statutum a jure alter vicarius sufficiens, prelato loci per patronum presentatus : ex tunc per ipsum prelatum vicarius competens constituatur ibidem, nec ultra mercenariis, nisi forte bonis et expertis, et hoc ad tempus, et ex causa, dominicarum ovium regimina committantur : quia mercenariis gregem committi dominicum, evangelica veritas summi pastoris ore promulgata graviter detestatur.

a. temporalia ? — *b.* cessionem ?

vi. Item statuimus etiam, ut in octava Pentecostes celebretur solemniter officium Sancte Trinitatis, et a vesperis sabbati dominica agatur solemnitas, et per totam sequentem hebdomadam tres lectiones et tria responsoria singulis diebus, nisi festum ix. lectionum extiterit, de Sancte Trinitatis historia per ordinem decantentur, usque ad vesperas sequentis sabbati, et tunc incipiatur historia. Festum autem B. Trophimi per totam provinciam solemniter celebretur sicut de apostolis.

vii. Ceterum, quia non convenit aliquid eorum, que ad decorem et ad honestatem cultus Dei fieri consueverunt in ecclesiis Dei, fictitie et simulatorie agi, maxime in ecclesiis majoribus cathedralibus et conventualibus, et ubi ad hec in veritate agenda ecclesiarum suppetunt facultates : prohibemus districte, cereos ligneos in colorem cere tinctos in predictis ecclesiis fieri aut haberi, seu in processionibus aliquatenus deportari; seu [a] juxta status et facultates ecclesiarum, et secundum festorum et solemnitatum excellentiam, luminaria congrua per sacristam, vel per eum ad quem de consuetudine pertinet, subministrentur.

viii. Item, quia ridiculosum est et turpe, quod habitus sacerdotales, ut sunt cape rotunde clause, quibus ambulando per vias et plateas ministri ecclesiastici a cunctis popularibus discernuntur, perfidis Judeis et infidelibus cum eisdem Christi sacerdotibus sint communes : districtius inhibemus, ne de cetero ab infidelibus habitus hujusmodi deportentur; sed rotis, aut signis aliis in exteriori eorum habitu patentibus utantur, quibus infideles a fidelibus distinguantur. Si quis autem laicus, aut secularis potestas, Judeum aliquem, aut infidelem alium habitum hujusmodi sacerdotalem deferre compulerit, excommunicetur, et a sancte matris ecclesie liminibus arceatur : maxime cum a sanctis patribus, predecessoribus nostris, et sancte sedis apostolice legatis, fuerit hoc idem alias solemniter promulgatum.

ix. Ad hec, cum per ecclesiasticos ecclesiastica et per seculares secularia tractari conveniat, ne forte clericus « ad aratrum mittens manum et aspiciens retro, Dei regno » efficiatur ineptus : nec enim beatus apostolus Mattheus, qui et Levi telonearius dictus est, postquam a Domino vocatus fuit, rursus ad lucra telonei resedit; inhibemus districte, ne clericus in ecclesia beneficiatus, advocationis officium suscipere in curia laicali presumat, nisi forte pro ecclesia vel pro pauperibus et viduis et orphanis, patrocinari voluerit intuitu pietatis. Si quis autem contra hoc attentare presumpserit, ipso facto ab ingressu ecclesie noverit se suspensum : et si per prelatum suum requisitus et monitus, ab hujusmodi officiis desistere noluerit, beneficio ecclesiastico privetur per eundem; et per ipsum, beneficium alteri conferatur. Quod si resipuerit, ab ipsa suspensionis sententia per episcopum suum absolvatur.

x. Illud etiam penitus interdicimus, ne monachi, aut canonici regulares, pro doctrina sua ab auditoribus suis, seu a rectoribus civitatum et burgorum quibus docent, salarium accipiant. Quod si fecerint, ipso facto noverint se suspensos.

xi. Item, cum canonici regulares a ceteris canonicis secularibus in victu et vestitu discerni debeant, secundum statuta s. patris Augustini : precipimus, ut omnes et singuli canonici regulares, sani et incolumes, in Adventu Domini mensam et cibum in refectorio teneant regularem, [nec extra] refectorium diebus predictis et temporibus, nisi evidenti causa, manducare presumant. Item, habitu clauso et uniformi, regularibus congruo, cum sella alba vel fustina sine phaleris equitent. Qui autem contra hoc fecerit, octo diebus a mensa fratrum noverit se suspensum : et per illos octo dies in terra sedendo comedat quod sibi ministri duxerint apponendum.

xii. Item, cum Hospitalarii et Templarii, preter signa religionis sue solita et antiqua, quibus fratres religionem eorum profitentes, habitus suos consignant, quedam signacula adinvenerint quibus familiares suos clericos in ecclesiastico et seculari habitu persistentes consignare ceperunt, ut sic eos etiam contra prelatos defendant, immunitatibus suis et exemptionibus ipsos gaudere satagentes, ac si de domestica eorum essent familia : volumus, ordinamus, et statuimus, ut tales per prelatos suos, non obstantibus signis hujusmodi, ab omnibus insolentiis suis et delictis jure ordinario compescantur, corrigantur, et puniantur; prout in decretali de Privilegiis continetur.

xiii. Item, quia in civitatibus et oppidis provincie nostre, hospitalia pauperum multa sunt, quorum regimina ut frequentius laici et clerici seculares, multiplici prece et precio, aliquando etiam per litteras papales et mandata principum et potentum, consueverant occupare, nec ibi pauperibus aliquid ministratur, sed omnia bona et eleemosyne talium hospitalium per hujusmodi rectores in usus proprios asportantur et devorantur : ordinamus et statuimus, prout in jure cavetur, ut de cetero per prelatos locorum, et alios ad quos id pertinere noscitur, proprie, congrue et ad id competenter perquirantur, qui habitu et signo aliquo religionis assumpto, ibidem Domino famulantes, vitam agant communem, et annis singulis, ipsis institutoribus suis, vel deputatis ab eis, rationem de omnibus reddant, nihil sibi aut suis, preter victum et vestitum, de omnibus eleemosynis hujusmodi hospitalium retinentes.

xiv. Item, cum magnopere cavendum sit prelatis, ne bona ecclesiarum suarum obligent, absque evidenti necessitate et urgenti : quoties ejusmodi exegerit necessitas, adhibita omni diligentia fiat, hoc et [a] cautela, ut et munimenta competentia conscribantur, et propriis prelatorum sigillis consignentur, eademque intra [annum ?] repetantur et cassentur. Sepius etiam accidit ut supra g. . . . obligatione et mutuo alicui prelato ecclesiastico, post ejus mortem, et an[norum] successiones plurimas, unius incogniti apud modernos notarii, et cujus memoria temporis diuturnitate preteriit, proferatur instrumentum, cui, etiamsi presentialiter viveret, modica non immerito fides in talibus esset adhibenda, cujusmodi occasione vexate fuerunt ecclesie multotiens et gravate. Ut ergo hujusmodi malitiis obvietur, et ecclesiarum periculis occurratur in hac parte, duximus statuendum, ut prelatus qui pro suis et ecclesie necessita-

a. *Corr.* sed.

a. *Lire* hac ?

tibus mutuum contraxerit, chartas et instrumenta inde confecta proprii saltem sigilli charactere et impressione consignet : necdum notarii signum absque sigillo prelati sufficiat in hoc casu, sed ad fidem in hujusmodi obligationibus faciendam, etiam instrumenta cum sigillis episcoporum roborentur. Et ne per statuti hujus ignorantiam se quispiam valeat excusare, hoc per omnes civitates provincie hujus, villas, et oppida, in ecclesiis, per mensem unum continue, diebus dominicis et festivis, solemniter et patenter precipimus et volumus publicari.

xv. Item, quia laici statum suum et ecclesie mandata scire non valent, nisi dominicis diebus, quibus in ecclesia hec consueverunt recitari, ad parochias suas pro divinis audiendis conveniant : districtius inhibemus, ne religiosi in ecclesiis suis aut capellis eos diebus dominicis et solemnitatibus precipuis recipiant ad divina ; nec horis illis, in suis locis populo publice predicent, quibus in parochiis missarum solemnia celebrantur. Sed illi religiosi qui sciunt, et quibus conceditur in populo predicare, verbum Dei per diversas parochias civitatum predicent et castrorum, vel in locis suis, horis talibus, quibus parochianorum ad ecclesias suas non impediatur conventus. Si qui autem religiosi contra hoc attentare presumpserint, ipsis tamdiu prohibeatur predicationis et confessionis officium, quousque congrue castigati, ab hujusmodi presumptionibus resipiscant.

xvi. Item, quia propter imbecillium et impotentium et pauperum occupationes et penuriam, aliquando per villas et oppida consueverunt penitentiarios suos in Quadragesima destinare, ut eos a casibus qui majoribus reservantur, absolvant, frequenter accidit, ut magna pars Christianorum, occasione hujusmodi penitentiariorum, propriis sacerdotibus super confessionibus illudant, asserentes se dictis penitentiariis fuisse confessos, cum tamen per hujusmodi confessores vix aut nunquam possit pars populi modica suorum peccatorum confessionibus generaliter expediri. Ut ergo de cetero populares, occasiones hujusmodi frivolas non pretendant, inhibemus, ne confessores hujusmodi qui mittuntur solummodo ad predicta, per villas et parochias diecesis discurrentes, generalibus parochianorum confessionibus audiendis se occupent, nisi de mandato prelati, et licentia curati, generalibus confessionibus audiendis se duxerint occupandos, sed eos ad proprios remittant sacerdotes, et casibus pro quibus mittuntur penitentes absolvant : ne ipsi parochiani mandatum de confitendo saltem semel in anno propriis sacerdotibus simulatorie et dolose se gaudeant evasisse : nec prelati super casibus sibi reservatis, ad parochianos suos penitentiarios destinent, nisi ad eos, qui commode prelatos suos adire non possunt.

xvii. Ad hec, cum jam perniciose inolitum sit in partibus Provincie, non solum apud seculares clericos, sed apud regulares monachos, ut cum super beneficiis ecclesiasticis questiones inter aliquos oriuntur, relictis et contemptis ecclesiasticis judicibus, ad quos solos cognitio et definitio talium pertinere noscuntur, statim ad arma concurrant, parentum et amicorum suorum secularium laicorum impetu et violentia ecclesias occupantes, armis quoque et armatis munientes easdem, se deinde mutuo prout prevalent, plerumque cum effusione sanguinis, nonnunquam vero cum homicidiis, expellentes ; propter quod in partibus illis innumerabilia surrexerunt, et adhuc quotidie surgunt scandala, plurima quoque corporum et animarum scandala sequuntur et ruine. Nos igitur tot et tantis insolentiis occurrere cupientes, statuimus, ut quicunque clericus secularis, aut religiosus, talia de cetero presumpserit attentare, absque diecesani sui aut judicis, seu ex communis sui ecclesiastici autoritate et licentia, armorum et armatorum impetu... *(la fin manque).*

Rome, Bibl. Chigiana, Cod. ms. C. v. 151, f° 7-11. LABBE, *Concilia*, t. XI, II, c. 2359-68. HARDOUIN, *Conc.*, t. VII, c. 509.

1234 31 mars 1265.

Lettre d'Urbain IV à son légat le cardinal Simon, pour faire savoir aux prélats du Comtat-Venaissin, quod est Arelatensis provinciae, *qu'il aurait pour agréable la solution d'une décime pour le royaume de Sicile.*

MARTENE, *Thes. nov. anecd.*, t. II, p. 120. POTTHAST, 19086.

1235 Salon, 17 avril 1265.

ANNO Domini M.CC.LXV, xv. kal. maii. Ego R. Quiquiranni, filius quondam R. Quiquiranni, bona fide..., vendo vobis patri reverendo dno *Florencio* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo*, quasdam domos meas liberas, que sunt in torno castri Sallonis..., pretio XVIII. libr. Turon.... Actum est hoc in camera dni archiepiscopi picta in Sallone...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 252 v°.

1236 2 juin 1265.

Bulle de Clément IV à l'évêque de Maguelonne. — Les Clarisses de Narbonne avaient acheté, à Arles, le couvent des frères Mineurs B. M. de Roqueta (*parce qu'ils l'abandonnaient*), *pour y établir une maison de S*[te] *Claire*, bone memorie Arelaten. archiepiscopi assensu concurrente. Verum ven. frater Arelat. archiepiscopus... non permittit... *Commission à l'évêque de Maguelonne de les mettre en possession.*

Voir la pièce aux Clarisses d'Arles.

1237 17 novembre 1265.

Lettre du pape aux archevêques et évêques et à tout le clergé des provinces d'Embrun, Arles, Aix, etc., demandant instamment des secours pour le royaume de Sicile.

MARTENE, *Thes. nov. anecd.*, t. II, p. 244. POTTHAST, 19451. BOEHMER-FICKER, V, 9609.

1238 Arles, 12 décemb. 1265 ; Orange, 7 janv. 1266.

Transaction entre l'archevêque Florent et le prieur de St-Saturnin.

CUM inter reverendum patrem *F.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopum*, ex una parte, et virum religiosum et prudentem priorem Sancti Saturnini, Uticen. dyoc., nomine suo et conventus sui, aliosque priores

sibi subditos, intra Arelaten. provinciam constitutos, ordinis Cluniacen., ex altera, fuissent questiones suborte; ex eo quod dicti priores dictum dnm archiepiscopum ad visitationem et procurationem, in dictis prioratibus sue provincie, sibi jure comuni debitas, admittere recusabant. Item, super quibusdam injuriis et dampnis datis, quas et que quelibet dictarum parcium ab alterutra sibi mutuo dicebant illatas et illata. Tandem amicabiliter super premissis omnibus compromiserunt in ven. viros et prudentes P. Dei gratia Aurasicen. episcopum et R. priorem de Balneolis, Uticen. canonicum, tanquam in arbitros, vel arbitratores seu amicabiles compositores, qui dictas discordias pace vel judicio, seu amicabili composicione, bona fide, et juxta suas conscientias, sopiant et terminent, prout melius viderint expedire... Acta fuerunt hec apud Arelatem, in capitulo Arelatis, anno Dni M.CC.LXV, scilicet II. idus decembris; presentibus dno archiepiscopo et priore Sancti Saturnini... Post hec, anno quo supra, scilicet XVIII. kal. januarii, dns P. Aurasicen. episcopus, et dns R. prior de Balneolis, canonicus Uticen., predictum compromissum in se receperunt, et... incontinenti predicti arbitratores assignaverunt diem partibus, scilicet crastinum Epyphanie Domini, et locum apud Auraycen. Et quod hinc ad festum Innocentium, dicte partes tradiderint dno Auraycen. episcopo peticiones suas in scriptis. Ad quam diem et locum, dns Arelaten. archiepiscopus, ex una parte, et religiosus vir Johannes de Tiangiis, prior Sancti Saturnini, ex altera, comparuerunt coram predictis arbitris... Tandem arbitri supradicti, vel arbitratores, seu amicabiles compositores, visis, et auditis, et diligenter intellectis peticionibus et responsionibus, et defensionibus utriusque partis, et tocius cause et processus meritis intellectis; habito diligenti tractatu de pace et concordia inter partes, mandatum suum, seu mandamenta, seu sententiam, seu ordinationem, protulerunt, prout inferius continetur. In primis, nos arbitri supradicti, volumus, mandamus, et ordinamus, quod ecclesia de Serriano, et ecclesia de Cadarossa, Auraicen. dyoc., et ecclesia Sancti Johannis de Vassols, Carpentraten. dyoc., et ecclesia de Tuelleta, Vaysonen. dyoc., seu tenentes ecclesias predictas, et quellibet per se, teneatur et teneantur in posterum predicto reverendissimo archiepiscopo, et successoribus suis, procuracionem, seu procurationes, que debentur racione visitacionis, integraliter exibere. Item, volumus quod ecclesia de Avisano, et ecclesia de Colosellis, inter ambas, propter exiguitatem reddituum, procurationem usque ad summam C. sol. Vian., racione procuracionis debite predicto dno archiepiscopo, et successoribus suis, teneantur in posterum exibere. Si vero predictus dns archiepiscopus, vel successores sui, ad alteram ecclesiarum, vel utramque, voluerint declinare, racione visitacionis predicte, hoc licite facere possint, dum tamen predicte ecclesie de Avisano, seu de Colosellis, Tricastrinen. dyoc., quellibet predictarum, racione visitacionis facte, vel in posterum faciende a dicto dno archiepiscopo, quinquaginta sol. Vianen. tantum solvere teneantur. Et hoc idem per nos dictos arbitros de ecclesiis de Senonis et Sancti Amantii, Tricastrinen. dyoc., extitit ordinatum. Ita tamen quod dictus prior Sancti Saturnini, hinc ad festum Ascensionis Domini proxime venturum, possit ostendere privilegia coram nobis arbitris supradictis, si que habet, per que a procurationibus hujusmodi ecclesiarum de Avisano et de Senonis, et Sancti Amantii, et de Colosellis, contra dictum dnm archiepiscopum valeat se tueri, ad arbitrium nostrum predictorum arbitrorum. Ab illa vero die in antea nullatenus audiretur; sed teneantur ad procurationes predicte ecclesie prout supra est expressum. Si que vero injurie familie dicti dni archiepiscopi a rectoribus dictarum ecclesiarum, vel familiis earundem, sint illate, vel dicto dno archiepiscopo, quod absit, super hoc dictus prior Sancti Saturnini, misericordie dicti dni archiepiscopi, se supponat pro illis qui dictas injurias intulerunt, ejus misericordiam humiliter implorando. Item, volumus et mandamus, quod pro subtractis, vel negatis procurationibus eidem dno archiepiscopo in ecclesiis predictis, sex libre Vianen. eidem dno archiepiscopo dictus prior solvere et reddere teneatur, hinc ad diem dominicam proxime venientem; et dns archiepiscopus libros, seu res quas habet de ecclesia Sancti Amantii, et aliis predictis ecclesiis, nuntio predicti prioris ad ipsum misso reddere teneatur. Item, volumus et mandamus quod ecclesia Sancti Pantaleonis in eo statu in quo est remaneat, nichil penitus inmutato. Alie vero ecclesie, si que sunt, spectantes ad priorem Sancti Saturnini, seu subditos suos, infra Arelaten. provintiam constitute, quocunque nomine censeantur, a procurationibus hujusmodi sint inmunes. Per hoc tamen ecclesia Sancti Pantaleonis non intelligatur esse exempta a procurationibus supradictis. Et hec omnia, universa et singula supradicta, mandamus et ordinamus; retenta nobis, de consensu parcium, plenaria potestate addendi, diminuendi, declarandi super mandato seu mandatis predictis, secundum quod nobis videbitur expedire. Et insuper quod de questione quam habent super ecclesia de Richarenchis veteribus, possimus nos arbitri supradicti, partibus absentibus, cognoscere, et prout voluerimus diffinire, seu etiam ordinare. — Et lectis mandatis seu mandamentis, incontinenti utraque pars omnia, universa et singula mandamenta supradicta, laudavit, approbavit et emologavit; et dictus dns archiepiscopus, et dictus dns prior Sancti Saturnini, et dicti dni arbitri, in predictis mandamentis, et in compromisso, sigilla sua jusserunt apponi. Acta fuerunt hec apud Auraycam, in claustro canonicorum Auraycen., presentibus testibus dno Bertrando, preposito Auraycen., et Raymundo Ugone, vestiario Auraycen., et Petro Porta, priore Mornatii, canonico Auraycen., et dno Maurino, doctore magistro decretorum, Rigaudo, fratre ejus, monachis de Casa Dei, Guillelmo Richavo, priore Montisdrachonis, Guiraudo de Libra, officiali Vaisonen., Raymundo de Camareto, priore Sancti Florentii Aurayce, jurisperitis, et Durando Ebrardo, notario dni episcopi Auraycen. Et me Petro de Monterotundo, notario dni regis Francie...

Archev. d'Arles. Liber aureus, nº 30. Livre rouge, fº 410 vº.

1239 24 mai 1266.

Lettre de Clément IV à Florent, archevêque d'Arles.

ARCHIEPISCOPO Arelaten. Cum dilectam in Christo filiam nob. mulierem Laudanam et ejus filios Ber-

trandum et Karolum diligamus et dilexerimus sincera caritate, quos etiam frat. t. specialiter commendavimus in minori officio constituti, tu, prout audivimus, te eisdem nunc blande nunc asperum exhibens, occasione decime possessionum suarum quarundam, quod prout legis censura deposcit, solvere noluerunt, alternis vicibus, et dimisisti quietos et graviter concussisti. Sacris sane canonibus non detrahimus nec legem decrevimus, sed statuimus, jura insuper ecclesiarum evertere nolumus, ad quorum erectionem intendimus ex affectu; sine juris tamen offensa, nonnunquam volumus et consulimus justitie temperari rigorem, ut familiaris rei dispendium reprensione scandali compensetur. Ideoque frat. tuam [monendam] duximus et hortandam, quatinus ob nostram reverentiam et precum nostrarum obtentu, juxta ven. fr. n. episcopi Avinionensis consilium sic agas cum dicta Lauduna et ejus liberis in premissis, ut et nostro desiderio satisfacias, et jus tuum suspensum ad tempus maneat, non subversum. Datum Viterbii, IX. kal. junii, anno II°.

1240 24 mai 1266.

Lettre de Clément IV à Bertrand, évêque d'Avignon.

EPISCOPO Avinionen. Ecclesiarum jura, que debemus defendere, non evertimus, si pro tempore et ad tempus prosecutionem suspendi nonnunquam volumus, ut liberius et utilius oportunitate captata, ad statum debitum reducatur. Verum sane de decimis inter Arelatensem ecclesiam et parrochianos ejus querella, ad quam pacifice sopiendam sepe dedimus operam in minori officio constituti, licet effectus effectui non responderit tunc optatus; fuit tamen utcunque, mediantibus aliis, eorundem arbitrio terminata. Sed ven. fr. n. *archiepiscopus*, civibus *Arelaten.* eam non refricatis, cujus laudamus prudentiam si dans aliquid tempori pecuniario quomodo, reprehensionem scandali attentavit, dil. in Xpisto filiam nob. Laudanam et ejus liberos, super consilii questione, quietos et in pace nunc dimittit, et concutit graviter, prout licet. Quod vero multum dileximus et diligimus matrem et filios supradictos, fr. tue per ap. scr. mand. quat. ad pacem super hiis perpetuo reformandam, Deum habens pre oculis, partes tuas cum omni diligentia interponas; quam si te facere nequiveris, ad hec demum archiepiscopum eundem ducas ut eosdem ad ea qua cives Arelatenses tractandos duxerit humanitate pertractans, in aliqua tranquillitate supportet; sic tamen ut si quando cum civibus supradictis sue conditionem ecclesie fecerit meliorem, dicti Laudune liberi censure paras exitum sortiantur. Quicquid autem super hiis feceris, nobis rescribere non omittas. Datum Viterbii, IX. kal. junii, anno II°.

Arch. Vatic. Reg. 30 (Clement. IV. an. I-IV), f° 34.


1241 Salon, 7 juin 1266.

Hommage par Bertrand de Baux à l'arch. Florent.

EGO Bertrandus de Baucio, armiger, filius quondam dni Guillelmi de Baucio, dns de Berra, Castrinovi, Alensonis, et Ystrii, confiteor et recognosco vobis dno *Florentio, sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo*, me habere et tenere in feudum a beato Trophimo, et a vobis, totum affare meum quod habeo apud pontem Sancti Genesii, et in aquis Sancti Genesii, et totum affare meum quod habeo in Cravo, seu in agro lapidoso, quantum se extendit dominium ecclesie Arelaten. Et pro hiis vobis hominium facio, et fidelitatem juro. Promittens me servaturum vitam vestram, corpus, menbra, ecclesiam Arelaten. cum claustro et pomptisio suo; et castrum de Sallone et de Sancto Amantio; et totum alium honorem vestrum. Quod ego non auferam vobis illa, nec aliquid ex illis, nec alius homo vel femina, per meum consilium, vel adjutorium. Et si homo, vel femina supradictum honorem, vel aliquid de supradicto honore, vobis offerre attemptaverit, in omnibus, et de omnibus tibi fidelis adjutor et defensor ero, contra omnes homines, per fidem, et sine inganno, ad intellectum vestrum. Sic Deus me adjuvet, et hec sancta Dei euvangelia. Actum in castro Sallonis, in domo archiepiscopali, anno Domini M.CC.LX.VI, VII. ydus junii; presentibus magistro Rogerio de Fay, P. priore de Castello novo, Bt. de S. Saturnino, Hu. de Cornillon, bajulo Sallonis, Alfanto Gantelmi, dno Roberto de Laud', cappellano dni archiepiscopi Arel., magistro Raymundo Broquerii, notario Sellonis, et me Johanne de Festeolis, dicti dni archiepiscopi Arel. publici not.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 315 v°. Livre noir, f° 18 v° (sans date). *Gallia christ. vet.*, t. I, p. 59. BOUCHE, *Hist. de Prov.*, t. I, p. 321. *Gal. christ. nova*, t. I, instr. p. 102-3. BRÉQ., VI, 502 (s. quant.) BARTH., *Baux*, 513.

D'après le Catal. n° 3 (c. 8), l'archevêque Florent mourut le 29 juin 1266 et rien ne contredit cette date. Peut-être le sceau ci-après lui appartient-il (BLANCARD, *Iconogr.*, p. 127):



BERTRAND II DE SAINT-MARTIN, 1266-1273.

Bénédictin, doyen de Saint-André de Villeneuve-lès-Avignon dès 1238, il fut nommé évêque de Fréjus en 1248 et transféré au siège d'Avignon le 5 mars 1264 (voir à ces évêchés).

1242 22 septembre 1266.

Lettre du pape Clément IV à Charles, roi de Sicile, lui reprochant de ne pas rendre ses droits à l'église d'Arles, etc.

MARTENE, *Thes. anecd.*, t. II, p. 406. BRÉQ., VI, 493. POTTHAST, 19819.

1243 11 octobre 1266.

Provisions de Bertrand (de Saint-Martin) pour l'archevêché d'Arles.

BERTRANDO *olim episcopo Avinionen., electo Arelatensi.* De variis innumerisque negotiis jugiter emergenti-

bus, ex multarum diversitate causarum, continua reddimur attentione solliciti, et profundis circa illa vigiliis excitamur, ne desit apostol. sollicitudinis studium ubi pastorale tenemur injunctum nobis officium exercere. Sed in eo potissimum studiorum nostrorum sedulitas officiosa versatur, ut ad curam ecclesiarum omnium quarum, licet immeriti, regimini presidemus, et earum maxime quas viduitatis incommoda deplorare conspicimus, oportunam solertiam et solertem diligentiam impendentes, studeamus eis preficere viros secundum cor nostrum ydoneos in pastores. Sane Arelatensi ecclesia past. sol. destituta, dilecti filii prepositus et capitulum ejusdem eccl., pro futuri subst. pastoris, sicut moris est, convenientes in unum et vocatis omnibus qui voluerunt, deb. et pot. comode interesse, ad personam tuam, quam multis conspiciebant virtutibus insignitam, oculos dirigentes, te Avinionensis ecclesie regimini presidentem, Spiritus Sancti gratia invocata, in eorum et ecclesie pred. Arelaten. archiepiscopum unanimiter et concorditer postularunt. Et tandem postulationem hujusm. per dil. filios Petrum Andree et Hugonem Florentii, ejusd. eccl. canonicos, procuratores eorum sollempnes, ad nostram destinatos presentiam, admitti, de gratia sedis apost. consueta, petierunt humiliter et instanter; tuas nichilominus litteras exhibentes, inter cetera continentes quod tu, qui licet pluries requisitus postulationi predicte, ex qua tibi jus quesitum non fuerat, non assenseras, in nostro beneplacito tuum ponebas assensum. Nos igitur, presentatam nobis postulationem hujusmodi, quia eam invenimus, utpote de viro quem novimus fore perutilem ad gerendum ejusdem eccl. regimen, celebratam, de fratrum n. consilio duximus admittendam; sperantes quod eadem ecclesia tam utilis presidio munita pastoris, Deo propitio, relevabitur a noxiis et optatis proficiet incrementis. Hoc siquidem sinceritas quo te prosequimur suggessit affectus; ad hoc etiam gratiosi fructus ex tuis provenientes operibus nostrum animum induxerunt, cum preteritorum consideratio rationem probabilem soleat inducere de futuris. His igitur provida delib. pensatis, postulationi de te facte pro te nostrum impertientes assensum, te a vinculo quo teneris Avenion. eccl. absolventes, et ad dictam Arelaten. transferentes ecclesiam, ipsi ecclesie, de pred. fr. con. et plen. potestatis, te prefecimus in archiepiscopum et pastorem, tibi nichilominus concedentes ut ad eandem Arelaten. eccl., administrationem ejus et regimen suscepturus, cum gratia nostre bened. valeas te transferre. Ideoque mandamus quatinus provide pensans quod rem forte majoris laboris aggrediens, potiora tibi apud Deum premia comparabis, et patebit latius tuorum claritas meritorum, sic curam ejusd. Arel. eccl. prudenter et utiliter, juxta solite probitatis tue laudabile studium prosequaris, quod ipsa tuo salubri ministerio prospere dirigatur, et in sp. ac temp. augmentetur; tuque, veluti pastor sollicitudine pervigil, commissum tibi gregem gubernare studioso regimine comproberis, ac exinde nostram et prefate sedis gratiam uberius merearis. Datum Viterbii, v. idus octobris, anno secundo.

In e. m. preposito et capitulo Arelaten. — In e. m. clero civ. et dioc. Arelaten. — In e. m. univ. suffraganeis eccl. Arel.

Arch. Vatic. Reg. 32, f° 98 (Clement. IV. t. III, an. II, ep. 127). Ed. Jordan, *Reg. de Clement IV*, n° 370.

1244 Arles, 3 mars 1266/7.

Hommage de Bertrand Porcellet à l'archevêque B.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, videlicet quinto nonas martii. Ego Bertrandus Porcelleti confiteor ex veritate et ex certa scientia recognosco vobis domino *B.* Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo,* presenti et recipienti, nomine vestro et successorum vestrorum, necnon et nomine ecclesie Arelatensis, me tenere et possidere, ac tenere et possidere debere, sub dominio pleno et sennoria Arelatensis ecclesie, et Beati Trophimi atque vestra, quicquid habeo, teneo et possideo, vel visus sum habere, tenere, seu etiam possidere, vel alius seu alii habent, tenent et possident, seu visi sunt habere, tenere vel etiam possidere pro me et nomine meo, ad feudum tamen francum, in toto affari de Angulo et illius territorio ac districtu. Pro quo quidem affari vobis predicto domino archiepiscopo, recipienti nomine ecclesie Arelatensis, flexis genibus et junctis manibus, homagium facio et fidelitatem juro. Promittens sub dicto juramento, vobis dicto domino archiepiscopo, nomine vestro et successorum vestrorum, quod predictum feudum, in totum vel in partem, non vendam, nec aliquo modo alienabo, nec in personam aliquam transferam, absque vestro vel successorum vestrorum consilio et assensu... Acta fuerunt hec in camera archiepiscopali Arelatensi, presentibus testibus, dominis P. de Ventimilio, magistro Rogerio, jurisperitis, Ymberto de Rupemaura, milite, Raimundo Chabaudo, milite... Et me Guillelmo Visiani, publico s. Arel. eccl. notario,...

Chartrier de Meyranne, etc., n° 43, orig. Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 73.

1245 5 mars 1266/7.

Hommage de Bertrand et Charles Albe, de Tarascon, dno B[ertrando] Arelatensi archiepiscopo.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 109.

1246 25 mars 1267.

Lettre de Clément IV .. archiepiscopo Arelatensi, *pour autoriser l'archevêque d'Aix à échanger le revenu d'une obole sur le péage d'Aix avec des terres ou autres biens.*

Arch. Vatic. Reg. 32, f° 137 (Clem. IV, an. III, ep. 16). Jordan, n° 447.

1247 Arles, 27 avril 1267.

Désaccord entre l'archevêque et Rainaud Porcellet.

Anno Incarnationis dominice M.CC.LX.VII, scil. v. kal. madii, reverendo patre dno B. Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo existente. Noverint universi quod controversia vertebatur inter dictum dom. archiepiscopum, nomine suo et ecclesie Arelaten., et specialiter hominum de Sallone et aliorum hominum dni archiepiscopi supra dicti, ex una parte, et Raynaudum Porcelleti, filium condam nobilis viri Raynaudi

Porcelleti, ex altera : que controversia talis erat : dicebat siquidem dictus dom. archiepiscopus quod dict. Raynaudus sibi et Arelaten. ecclesie injuriam faciebat, ex eo quod exigebat et accipiebat pedagium et exactiones apud Bastidam vel apud Senacium, ab hominibus de Sallone, et ab aliis hominibus dni archiepiscopi supradicti. Dictus vero Raynaudus contrario respondebat quod sibi et suis antecessoribus concessum fuerat ab antiquo, ut apud Bastidam vel apud Senacium possent recipere pedagium a transeuntibus per loca predicta, unde sicut ab aliis transeuntibus, ita credebat sibi licitum recipere pedagium ab hominibus de Sallone et ab aliis supradictis, nisi predicti homines super hoc ostenderent libertatem. Ad hec autem dom. archiepiscopus respondebat quod si, ex usu vel ex consuetudine vel etiam ex privilegio posset recipere pedagium a predictis, quod ipse non credebat, nobilis tamen vir Raynaudus Porcelleti, pater ejus, ad requisitionem dni Johannis Dei gratia condam Arelaten. archiepiscopi, desamparavit per se et suos perpetuo pedagium et exactiones, quod et quas exigebat et accipiebat, vel solitus erat accipere ipse et sui predecessores ab hominibus supradictis apud Senacium vel Bastidam, que omnia supradicta dom. Raymundus Berengarii, Dei gratia condam illustris comes Provincie, confirmavit, et ad hoc probandum dictus dom. archiepiscopus fecit legi dicto Raynaudo tenorem cujusdam publici instrumenti ; et ipse Raynaudus adhibens ei fidem, omnia et singula que facta fuerant per patrem suum rata et firma voluit habere, et tam per se quam per suos, sicut pater suus fecerat, desamparavit pedagium et exactiones in perpetuum quod et quas exigebat et accipiebat, vel solitus erat accipere ipse et sui predecessores ab hominibus de Sallone, vel ab aliis hominibus dni archiepiscopi supradicti apud Senacium vel Bastidam. Acta sunt hec Arelate, in camera archiepiscopali, presentibus testibus dno B. preposito Arelatensi, Hu. sacrista, B. precentore, Rost. infirmario, P. Andree, magistro Hugone, J. Malferrato, canonicis Arelaten., Jaufredo de Roureto, milite ; et me Guilhelmo Visiani, publico s. Arelaten. ecclesie notario, qui predictis omnibus interfui, et de mandato ac voluntate predict. rev[di] patris dni archiepiscopi et Raynaudi, predicta scripsi et signo meo signavi, et in formam publicam redigere procuravi.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 277. Bonnemant, t. I, p. 33.

1248 Arles, 27 avril 1267.

Hommage de Rainaud Porcellet à l'archevêque B.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod anno dominice Incarnationis M.CC. sexagesimo septimo, videlicet v. kal. madii. Ego Raynaudus Porcelleti, dominus de Senatio, confiteor in veritate, et in certa scientia recognosco, vobis dno *B.* Dei gratia *sancte Arel. ecclesie archiepiscopo*, presenti et recipienti nomine vestro et successorum vestrorum,... me tenere et possidere, et tenere ac possidere debere in feudum, sub pleno dominio et segnoria Arelaten. ecclesie, et Beati Trophimi, atque vestra, quicquid habeo, seu habere debeo... in toto affari meo de Sancto Ypolito, et in pascuis meis de Cravo, et in toto affari meo de Galinnano, et in toto affari meo de Riperia, scilicet in usaticis et pedagiis ; et in parte quam habeo in portu Burgi, et in censa quam habeo super Ebreos et in scola Judeorum, et in pasqueriis meis gradus de Pannavidas, et de Passono, et in toto affari meo de Plano. — Item, recognosco, eodem modo quo supra, vobis dno archiepiscopo... me tenere et possidere, et tenere et possidere debere quicquid habeo, teneo, seu possideo, vel alius seu alii habent, tenent et possident, nomine meo et pro me, ad feudum tamen francum, in stagno de Montical, et in universo tenemento quod est circa villam Sancte Marie de Mari, infra duas leucas circumquaque, in maribus et piscariis, et in saunariis vel salinis, et stagnis et ornedis, venationibus, et dominiis, et censubus et segnoriis, proprietatibus et domeniaduris, et terris cultis et incultis, nemoribus et devesis. Et in recognitione dicti feudi de Mari, promitto vobis dno archiepiscopo supradicto..., me teneri, et debere teneri, dare et solvere ecclesie Arelaten., et beato Trophimo atque vobis, unum obolum aureum censualem, in festo beati Trophimi, annuatim. Pro quibus omnibus et singulis supradictis, vobis predicto dno archiepiscopo, recipienti nomine ecclesie Arelaten., flexis genibus et junctis manibus, homagium facio et fidelitatem juro. Promittens... Et nos prefatus archiepiscopus predictum homagium et fidelitatis juramentum recipientes, promittimus tibi Rainaudo Porcelleti predicto, quod nos erimus tibi bonus dominus et fidelis ; et dictum feudum, seu feuda, tibi de jure defendere et salvare. Acta sunt hec Arelate, in camera archiepiscopali, presentibus testibus dnis *B. preposito Arel.*, Hu. sacrista, B. precentore, R. infirmario, P. Andree, magistro Hugone, *Johanne Malferrato*, canonicis Arelatensibus, Gaufrido de Roureto, milite dni Rainaldi ; et me Guillelmo Visiani, publico sancte Arelaten. ecclesie notario, qui de mandato parcium hec scripsi, et signo meo signavi.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 68.

1249 6 mai 1267.

Lettre du pape Clément IV ·· archiepiscopo Arelatensi. Traditas a Domino... Ecclesiam S. Mitrii, Arelaten. diocesis, ad collationem tuam .. plene ac libere pertinentem, necnon et castrum de S. Mitrio *(St-Mitre)*, in quo ipsa est ecclesia constituta..., pro archiepiscopalis mense tue... usibus, tibi... in perpetuum de gratia concedimus liberali ; *il en prendra possession à la cession ou au décès du recteur actuel, qui l'occupe par grâce apostolique, et pourvoira l'église d'un vicaire.*

Arch. Vatic. Reg. 32, f° 139 v° (Clem. IV, an. III, ep. 22). Jordan, 453.

1250 6 mai 1267.

Le même concède au même ecclesiam de Castro Veteri, Arelaten. dioc., necnon Castrum Vetus *(Châteauvieux), dans les mêmes conditions.*

Arch. et Reg. cités, f° 139 v° (ep. 23). Jordan, 454.

1251 6 mai 1267.

Concession par le pape du port de la croix métropol.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *archiepiscopo Arelaten.*, salutem et apostoli-

cam ben. Ad rememorandum sacramentum dominice Passionis, que fuit nostra redemptio, mortis nostre destructio, et vite reparatio salutaris, crucem quam ipse redemptor nos redimendo subiit, gerimus figuratam interius, et in crucifixi memoriam, devotis mentibus exterius adoramus. Illius quoque vivifice crucis signum Romani pontifices, veluti Xpisti vicarii, habent suis gressibus previum, ut in eis signum cum signato concordet, ac ejus cujus gerunt vices in terris, vestigia prosequi dinoscantur. Licet igitur deferende crucis dignitas solis eisdem pontificibus convenire noscatur, dignum tamen duximus ut Arelaten. ecclesiam, quam propter laudabilia suorum, qui fuere pro tempore, merita prelatorum, grandium honorum conspicimus titulis insignitam, hujusmodi apostolice dignitatis participem faciamus. Quare, ad tui et ipsius ecclesie decoris augmentum, tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum, faciendi coram vobis deferri crucem per Arelaten. provinciam, ex presenti privilegio, quo ipsam ecclesiam, de speciali gratia, presignimus, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Viterbii, II. nonas maii, pontificatus nostri anno tertio.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 14; orig. parch., lacs de soie jaune et rouge, sans plomb. Arch. Vatic. Reg. 32, f° 139 v° (Clem. IV. an. III, ep. 24). SAXI, *Pontif. Arel.*, p. 286. DUCHESNE, *Hist. card. Franç.*, t. II, p. 212. MARTENE, *Thes. anecd.*, t. II, p. 521. BRÉQ., VI, 526. POTTHAST, 20137 (sept. ?) JORDAN, 455.

1252 6 mai 1267.

Clément IV permet à l'archevêque d'Arles de conserver, pour l'usage de sa mense, ecclesiam ruralem S. Johannis Delgres *(St-Jean-de-Grés)*, sitam in territorio castri de Sallone.

Arch. et Reg. cités, f° 140 (ep. 25). JORDAN, 456.

1253 29 mai 1267.

*Hommage d'*Alasacia Porcelleta, uxor quondam nobilis Raynardi Porcelleti, *à l'archevêque.*

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 68.

1254 29 mai 1267.

Hommage de Rostagnus Gantelmi et Petrus de Veruna, fratres, et Raymundus Gantelmi, milites de Arelate, *à l'archevêque.*

1255 31 mai 1267

Hommage de Petrus de Clareto et Hugo, fratres, de Arelate, *à l'archevêque.*

1256 Tarascon, 10 juin 1267.

Reconnaissance par Bertrand de Baux, fils de Guillaume, seigneur de Berre, Châteauneuf, Istres et Lançon, à B[ertrand], archevêque d'Arles, pour tout ce qu'il tenait en fief de son église et pour tous droits au pont St-Geniès et dans ses terres de la Crau; hommage et serment. Fait dans le cloître de Ste-Marthe.

Arch. des B.-du-Rh. B. 1069, f° 364. BARTH., *Baux*, 525.

1257 Arles, vers 1267.

Concile tenu par l'archevêque Bertrand de St-Martin et ses suffragants.

IV...... laten[ter], excepta super civitatem Arelatensem et aliis locis in quibus archiepiscopus presens erit.

V. Item, quod sententias excommunicationis vel interdicti latas ab uno, alii denunciari et observari faciant, cum a proferente super hujusmodi fuerint requisiti. Addentes, quod predicte sententie excommunicationis et interdicti, non nisi ex justis càusis, et cum maturitate et solemnitate debita, proferantur.

VI. Item statuimus, quod priores et rectores ecclesiarum et hospitalium pauperum, et omnes alii beneficia ecclesiastica obtinentes, faciant inventarium de omnibus bonis immobilibus et mobilibus, in principio sui regiminis infra mensem : et idem faciant institui post primam synodum infra mensem.

VII. Item statuimus, quod calices, libri, et alia ornamenta ecclesie, non vendantur, nec pignori supponantur, sine diecesani licentia speciali : et frequenter hoc statutum in ecclesia publicetur, quod tam vendens, quam emens, tam supponens pignori, quam recipiens, ipso facto excommunicationis sententie subjacebunt.

VIII. Item statuendo volumus et precipimus, ut testamentum et ultima voluntas, in presentia semper catholicorum virorum, et parochialis sacerdotis, vel alterius persone ecclesiastice de voluntate ipsius parochialis presbiteri, vel locum ejus tenentis, condatur seu ordinetur : presertim ut idem sacerdos vel locum ejus tenens, valeant de ipso testatore laudabile testimonium perhibere, et ne de ipso aliqua ínfidelitatis suspicio habeatur, et maxime ut ea que in pias causas relinquet, fidelius et citius persolvantur. — Quod si testator vocare, ut diximus, sacerdotem parochialem contempserit, careat ecclesiastica sepultura, donec de hujus mandati contemptu, quod eo ipso presumitur nisi eum vocaverit cum effectu, ecclesie satisfactum fuerit competenter. — Notarius vero, qui absque solemnitate superius expressa notare vel scribere presumpserit testamenta et ultimas voluntates, quousque ad cognitionem diecesani satisfecerit, ingressum ecclesie sibi noverit interdictum.

IX. Verum, quia parochiales presbiteri, circa solutionem eorum que ad pias causas a decedentibus relinquuntur, negligentes existunt, precipue ex quo in his, que ipsis proveniunt, eisdem fuerit satisfactum : statuimus, ut omnia legata ad pias causas ab ipsis testatoribus derelicta, omnes parochiales sacerdotes in scriptis penes se retinere procurent, ut sciant quid, a quo et quibus [... sol]licitos esse precipimus et intentos : statuentes, ut post obitum testatoris, infra quindecim dies, heres ab ipso parochiali presbitero requisitus, ipsius testamenti seu voluntatis ultime eidem sacerdoti dare transcriptum seu translatum, quo ad pias causas, et piis usibus deputata, expensis legatariorum teneantur, ad quod ab eodem presbitero per censuras ecclesiasticas compelli valeat ipse heres. Insuper statuentes, ut legantur publice tunc, proxima die dominica vel festiva, legata supradicta, ut quid cui legatum fuerit vel relictum, minime ignoretur ; adjicientes, ut sacerdos qui hoc legerit, pro persona que legatum seu relictum hujusmodi fecerit, Dominum de-

precetur, et ad rogandum pro ipsa persona subditos suos sive parochianos moneat, et inducat ut saltem orationem dominicam dicant.

x. Item excommunicentur omnes illi qui solicitant, monent, inducunt aliquo modo, aliquam vel aliquem, per se vel per alium, ut dimissa sua ecclesia parochiali vel matrice, ad aliam se transferant, sepulturam ibi ecclesiasticam eligendo. Adjicientes, ne quis clericus seu alia persona, testatoris voluntatem seu ordinationem impediat, vel ad impediendum, per se vel per alium, prestet consilium, auxilium, vel favorem, in prejudicium alicujus ecclesie vel ecclesiastice persone. Et si quis contra fecerit, ipso facto excommunicationis sententia sit ligatus, donec a suo diecesano absolutionis beneficium meruerit optinere.

xi. Item volumus et mandamus, quod in dictis exigendis jura canonica observentur.

xii. Item statuimus, quod si quis confitebitur se credere pravitatem hereticam : item si quocumque modo commiserit simoniam : item clerici excommunicati majori excommunicatione, vel interdicti aut suspensi, si ante absolutionem divina officia celebrarent, scilicet missam cantando, evangelium, epistolas, vel alias horas canonicas dicendo, et faciendo principaliter officium suum in ecclesia : item clerici per saltum promoti, aliquo ordine pretermisso : item clerici, qui ab aliquo episcopo se fecerunt ordinari, episcopi sui licentia non obtenta : item incendiarii : item illi qui tractaverunt in malos usus Eucharistiam sive chrisma : item illi qui suos filios occiderunt : item illi qui facto, verbo, consensu, vel aliquo modo, homicidium perpetrarunt : item sacrilegi et violatores ecclesiarum : item illi qui luxuriam expleverunt cum matre, vel sorore, vel cum alia consanguinea sua, vel uxore fratris, vel cum sanctimoniali consecrata, vel qui violenter virginem defloraverunt : item illi qui in ecclesiis luxuriam commiserunt : item illi qui cum Judea vel Sarracena vel bruto animali coire ausu temerario, vel alias contra naturam presumpserunt : item mulier, que de adulterio recepit infantem, quem maritus ejus credit esse suum, propter quem legitimi liberi fraudantur hereditate paterna : item qui mulieribus aliquid fecerunt, propter quod fecerunt abortivum, vel non concipiunt ; mulier contra si hoc fecerit, vel sibi procuraverit fieri : transmittantur absolvendi per ipsos episcopos, si id eis de jure competit ; alioquin, cum eorum litteris, ad sedem apostolicam transmittantur.

xiii. Item, illi qui contra aliquos falsum tulerunt testimonium in aliquibus causis : item qui contractis sponsalibus cum aliquibus prestito juramento, et non dissolutis, postmodum contrahunt cum aliis sponsalia vel matrimonium, contra juramentum prius prestitum temere veniendo. Item illi qui excommunicati, vel nominatim interdicti a quocumque judice, ingerunt se divinis in ecclesia ante absolutionem, invito proprio sacerdote, nec ad monitionem sacerdotis volunt exire de ecclesia, divinum officium perturbantes. Item clerici qui scienter celebraverunt in ecclesia interdicta. Item illi qui in cemeterio ecclesiastico, interdicto supposito, presumunt scienter excommunicatorum corpora sepelire. Item, si aliqui abstulerunt, subtraxerunt, aut forefecerunt, vel qualitercumque illicite acquisierunt, rapuerunt, seu decimam retinuerunt : nisi sciatur, quibus personis certis vel locis predicta de jure fuerint emendanda. Item de his qui in testamento seu ultimis voluntatibus, pro forefactis incertis relinquuntur, emendandis, vel etiam dividendis. Statuimus omnes casus supradictos ad episcoporum audientiam, ab omnibus confessiones audientibus, specialiter reservandos : inhibentes, quod illi qui confessiones audiunt, se intromittere non debeant de absolutionibus peccatorum, nisi persone que in aliquos predictorum casuum inciderint, fuerint adeo senes vel valetudinarie, quod ad episcopos, vel eorum penitentiarios, venire non possint ; vel nisi fuerint in mortis articulo constitute. Et tunc eis nihilominus injungatur, quod si recuperaverint sanitatem, pro predictis se debeant episcoporum aspectibus presentare.

xiv. Item statuimus, quod nullus clericus beneficiatus, nullus in sacris ordinibus constitutus, per se vel per alium, emat bladum vel vinum causa revendendi, vel negotiandi, vel huic statuto fraudem aliquam adhibeat. Quod si contra fecerit, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto : de qua sententia, nisi per diecesanum possit oblationis [a] beneficium obtinere : et tunc puniatur in amissione bladi vel vini seu precii, convertendi in fabricam ecclesie parochialis : salva etiam pena alia majori, si diecesano videbitur imponenda juxta ipsius contrafacti qualitatem.

xv. Item ordinamus et statuimus, ut nullus clericus beneficiatus, nullus in sacris ordinibus constitutus, vendat bladum, vel vinum, seu alia victualia, sub ea forma quod contractus usurarii verisimiliter presumantur, nec fraudem aliquam per se vel per alium circa premissa adhibeat. Quod si fecerit, in penam amittat rem venditam, seu precium, convertendum in fabricam seu ornamentum ecclesie parochialis, juxta majorem necessitatem et utilitatem ecclesie antedicte.

xvi. Item statuimus quod, in omnibus ecclesiis quarum redditus et proventus annuatim attingunt summam xv. lib. Turon., expensis dumtaxat que fiunt in colligendo et reponendo deductis, fiant calices argentei ab ipsarum rectoribus infra annum.

xvii. Item statuimus etiam, ut episcopi Arelatensis provincie, rectores ecclesiarum, vel alii qui ad hoc de consuetudine tenentur, compellantur ad reficiendas ecclesias rurales, et alias domos quaslibet, et alias officinas eisdem ecclesiis necessarias, et servitoribus earundem, prout ipsis qui hoc tenentur facere proprie suppetunt facultates.

xviii. Item statuimus, quod usurarii publici, et adulteri, publice denuncientur excommunicati diebus dominicis et festivis.

xix. Item statuimus, quod omnes sacerdotes curam animarum habentes, de bonis ipsarum ecclesiarum emant chartularia, in quibus quolibet anno, saltem in Quadragesima, conscribant nomina parochianorum, qui ad penitentiam venerunt, et dicta chartularia teneant et custodiant diligenter, ipsa, quando ab ecclesia recesserint, penes ecclesiam dimittentes. Nomina autem illorum, qui in Quadragesima non fuerint ad confessionem faciendam proprio sacerdoti, vel alii de licentia ipsius, in

a. *Lire* absolutionis.

synodo post Pascha, per proprios sacerdotes in scriptis ad diocesanum episcopum deferantur. Et si contigerit, quod religiosi, aut alii confessiones audiant, presertim in Quadragesima, de parochia alicujus, nomina sibi confitentium, infra octavam Pasche, in scriptis tradant proprio sacerdoti, ut sic parochialis sacerdos certitudinem habeat de confessionibus subditorum, ad fraudulentas quorundam parochianorum versutias evitandas, et animarum pericula evitanda. — Adjicimus etiam huic statuto, quod si parochianum alicujus mori contingat, de cujus confessione facta infra annum non constat proprio sacerdoti, non tradatur ecclesiastice sepulture absque diocesani episcopi licentia speciali.

xx. Et quoniam parochialibus presbiteris curam animarum habentibus specialiter et precipue cura commissa est animarum : statuimus inhibentes, quod infirmantium confessiones, non nisi per ipsos parochiales presbiteros, si haberi potuerint, vel per alios presbiteros seculares vel religiosos, de ipsorum licentia, audiantur : quam licentiam dari volumus et precipimus ab eisdem liberaliter et libenter, cum fuerint requisiti.

xxi. Statuimus etiam, ut predicti parochiales presbiteri, ecclesias quarum curam habent, usque ad synodum post festum B. Luce, non dimittant, nec ad alias se transferant, nec curam deserant animarum, donec de cura sibi commissa coram prelato suo reddiderint rationem.

Actum Arelate, in ecclesia Beati Trophimi, ibidem generali concilio congregato. (*Suit, sans intervalle*) Ecclesiarum rost'ones [restaurationes ?] pretextu incendii facientes. — Qui retinent Euch[arist]iam. — Super emendis et restitutionibus, pretextu sacrilegii et violationis ecclesiarum faciendis, assensu episcopi habeatur. — In censu retinent, tamen virginis deflorationes permituntur. Item, permitunt seminis pollutionem cum femina commissam. — Concedunt preterquam in criminalibus vel in restitutionibus, pretextu h'ri faciendis. — De bannis clericorum et de bannis aliorum religiosorum et ecclesiarum et clericorum patrimonia tenencium defendantur. Item, de talliis et questis super bonis ecclesiarum et clericorum habencium patrimonia defendantur. — Item, de clericis conjugatis defendendis in personis et de percucientibus ipsos, defendantur quoad cap^m^ *Si quis suadente*, exceptis bygamis, et etiam aliis secundum consuetudinem cujuslibet dyocesis defendantur. — Item, de clericis qui capi possunt in delicto vel in fuga post delictum, an permittantur capi per curiam secularem, relinquatur arbitrio prelatorum. — Item, de mulieribus que opprimunt infantes, vel inveniunt mortuos juxta se, stetur consuetudini approbate, et statutis conciliorum approbatis. — Item, de litteris pro regina defuncta [1]. — Item, de signo Judeorum portando, portent ut ceteri.

Rome, Bibl. Chigiana. Cod. ms. C. v. 151, f° 12 (le f° précédent, où se trouvait le commencement, fait défaut) -14 v°. Labbe, *Concilia*, t. XI, II, c. 2369-74. Hardouin, *Conc.*, t. VII, p. 727 (vers 1275).

1. Il ne peut s'agir ici que de Béatrix, épouse de Charles d'Anjou, morte à Nocera en juillet 1267.

1258 28 mars 1268.

Concession perpétuelle du pallium à l'arch. d'Arles.

Archiepiscopo *Arelatensi.* Commissam diligentie tue cure Arelatensem ecclesiam, merito, propter sui status eminentiam, honorandam olim specialis largitione privilegii, liberalitate favorabili, decorantes, tibi ac successoribus tuis, usum pallei per quod plenitudo pastoralis designatur officii, duximus in perpetuum concedendum ; ut scilicet, intra ecclesiam vestram atque provinciam, in Nativitate Domini, festivitatibus Beati Stephani prothomartiris, Sancti Johannis evangeliste, Sancti Trophimi, Circumcisionis Domini, Epyphanie ac Purificatione B. M. V., die Cinerum, dominica in Ramis palmarum, Cena Domini, Sabbato sancto, Pasca et duobus proximo sequentibus diebus, Ascensione, Pentecoste ac duobus immediate sequentibus diebus, tribus festivitatibus Beate Marie, natali Beati Johannis Baptiste, sollempnitatibus omnium Apostolorum, in festo Sancti Cesarii, Dedicatione Sancti Michaelis, commemoratione Omnium sanctorum, dedicationibus ecclesiarum, anniversariorum tui ac successorum predictorum consecrationum diebus, ecclesie vestre necnon ecclesiarum provincie memorate, ubi vos interesse ac missarum sollempnia celebrare contigerit, principalibus festis, consecrationibus episcoporum et virginum, ac ordinationibus clericorum, predicto uti palleo libere valeatis. Hujusmodi autem honoris gratiam, qua ipsam ecclesiam vestram insignivimus, digne promptis intendentes affectibus ampliare, ut in Sancti Honorati, qui eidem vestre ecclesie prefuit, Sancti quoque Genesii, qui apud Arelatem pro Christi nomine gloriosum suscepit martirium, et ibidem corporaliter in Domino requiescit, ac Sancti Augustini festivitatibus, que, sicut accepimus, in Arelatensi civitate, sollempnitate coluntur celebri a Christi fidelibus reverenter, necnon in sinodis ac provinciali concilio quibus interfueritis, tu ac successores prefati palleo memorato, intra dictas ecclesiam vestram et provinciam, perpetuis futuris temporibus, libere uti possitis, tibi ac successoribus ipsis, ad devote supplicationis tue instantiam, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum Viterbii, v. kalendas aprilis, anno IIII°.

Arch. Vatic. Reg. 32, f° 223 (Clem. IV. an. IV, ep. 21). Jordan, 624.

1259 28 avril 1268.

Le pape charge l'archevêque d'Arles et l'évêque d'Avignon de bénir Bérenger de Manganello, *abbé du monastère de* S. Benedicto, *au diocèse de Vich.*

Arch. Vatic. Reg. 32, f° 219 v° (Clem. IV. an. IV, ep. 13). Jordan, 615.

1260 19 juillet 1268.

Hommage de Bernard de Barjols au viguier de Salon.

Anno Domini M.CC.LXVIII, XIV. kal. aug. Ego Bernardus de Barjolis, miles de Sallone, bona fide et sine dolo, confiteor et recognosco vobis Isnardo Garini, militi, vicario castri Sallonis pro dno *B.* Dei gratia *s. Arel. eccles. archiepiscopo*, me a vobis habuisse et recepisse decem libras, occasione restitutionis cujusdam

orti, quem dns Johannes quondam Arel. archiepiscopus dederat in acaptum perpetuum dno Barjolo, militi, patri meo quondam ; quem quidam ortum postea dns Florentius, Arelaten. archiepiscopus quondam, a me abstulit. Qui ortus confrontatur ex una parte cum turre mea, et ex alia cum orto dni archiepiscopi.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 261.

1261 Orange, 1er septembre 1268.

Transaction entre l'évêque d'Orange et les seigneurs de Baux, au sujet de la création d'une école. L'archevêque d'Arles Bertrand ratifie la promesse de l'évêque.

Voir la pièce aux évêques d'Orange.

1262 Arles, 12 octobre 1268.

Hommage, serment de fidélité et reconnaissance à l'archevêque d'Arles B. par Bertrand de Baux, fils de Barral, pour le château de Trinquetaille, les ports et tous péages et droits ; etc. Present. dno R. Carpen. episcopo, dnis B. preposito, G. archipresbitero... Arelat., P. preposito... Carpen...., d. Roberto de Laon', capellano d. archiepiscopi,... G. officiali Arelat.,...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 71. Livre vert, f° 57. BONNEMANT, t. III, n° 102. BARTH., *Baux*, 539.

1263 Mondragon, 15 janvier 1268/9.

Hommage des seigneurs de Mondragon à l'archev. B.

NOVERINT universi, presentes pariter et futuri, quod anno dominice Incarnationis M.CC. sexagesimo octavo, videlicet XVIII. kal. februarii, nobiles viri Arnaudus, et Raymundus, et Pontius de Montedrachono, confessi fuerunt in veritate, et ex certa scientia recognoverunt reverendo patri dno *B.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo*, recipienti nomine ecclesie Arelaten. supradicte, quod ipsi tenent et tenere debent, et antecessores eorum tenuerunt, et tenere debuerunt, castrum de Montedrachono, cum toto suo territorio et tenemento, et omnibus suis pertinentiis, in feudum, ab ecclesia Arelaten.... Et in signum dominii dicti castri predicti, Arnaudus, et Raymundus, et Pontius, claves dicti castri tradiderunt ipsi dno archiepiscopo, recipienti nomine Arelaten. ecclesie antedicte. Item dicti Arnaudus et Raymundus et Pontius recognoverunt dicto dno archiepiscopo quod dictum castrum, de se et de tota eorum familia, tenentur reddere cuillibet archiepiscopo in suo primo adventu ; et hoc idem debet fieri in mutacione archiepiscopi vel dni dicti castri. Item, recognoverunt dicti nobiles quod de predicto castro, et ejus territorio et tenemento, tenentur, et debent, et parati sunt valere dicto dno archiepiscopo, et ejus successoribus, et ecclesie Arelaten., de placito et de guerra, vel tradere dicto dno archiepiscopo, et ejus successoribus, dictum castrum, ut cum ipso castro possint se juvare de placito et de guerra. Et si contingeret dictum dnm archiepiscopum, vel ejus successores, recipere dictum castrum, dictus dns archiepiscopus, vel ejus successores, finito placito sive guerra, debet et debent, absque difficultate aliqua, dictis Arnaudo, et Raymundo, et Pontio, et eorum successoribus, restituere dictum castrum. Et pro predictis omnibus et singulis, dicto dno archiepiscopo, recipienti nomine ecclesie Arelaten., flexis genibus, et junctis manibus, dicti Arnaudus, et Raymundus, et Pontius, homagium fecerunt, et fidelitatem promiserunt, et fidelitatis juramentum etiam prestiterunt, sanctis Dei euvangeliis ab eorum quollibet corporaliter sponte tactis. Et in signum fidelitatis, ipsorum quillibet osculatus est dnm archiepiscopum supradictum. Promittentes sub dicto juramento, personam dicti dni archiepiscopi, et successorum suorum, et canonicorum Arelaten. ecclesie, et regalia beati Trophimi, et omnia alia bona et jura Arelaten. ecclesie, pro posse suo, bona fide defendere et salvare... Et in signum dominii ipsius castri, et omnium predictorum, de voluntate dictorum Arnaudi, et Raymundi, et Pontii, ipsis videntibus et consentientibus, dictus dns archiepiscopus per illos de familia sua, vexillum Arelaten. ecclesie, quod est cum aquila, explicari, elevari, et poni fecit, in munitione et cacumine dicti castri. Et homagium predictum, et fidelitatem, in formam et modum superius annotatum, dictus dns archiepiscopus, nomine Arelaten. ecclesie, recipiens a predictis dnis Arnaudo, et Raymundo, et Pontio, promisit eis esse bonus dominus et legalis, et libertates et franquesias, de quibus ipsi et eorum antecessores juste usi fuerunt, secundum quod tenetur dominus, conservare. Acta sunt hec in introitu dicti castri de Montedrachone, juxta quoddam portale, in presentia et testimonio ven. patris dni P. Aurasicen. episcopi, et dnorum R. Ugonis, prioris de Mornatio, Bertrandi Giboyni, canonicorum Aurasicen., Johannis de Podiolena, officialis Aurasicen., Duranti Ebrardi, notarii dni episcopi supradicti....

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 440.

1264 1269.

Ven. Bartholomeo, archiepiscopo Aureliatensi, consiliario, familiari, provisio quod sit recommendatus omnibus nostris officialibus, quia evocavimus eum pro associandis filiis nostris ante nostram presentiam, et dirigitur Guillelmo de Lagonissa, senescallo Provincie. Reg. 1269. D. n° 6. fol. 178 t.

MINIERI-RICCIO, *Notizie storiche tratte da 62 registri Angioini* (Napoli, 1877), p. 129. Il ne peut s'agir que de Bertrand de St-Martin, archevêque d'Arles.

1265 Arles, 5 avril 1270.

... Nos B., D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, capitulo ecclesie Arelaten. more solito congregato, de voluntate et consilio etiam et assensu dicti capituli, videl. B. prepositi, Hu. sacriste, G. archipresbiteri, B. precentoris, *etc., approuve le règlement de Gautier, évêque de Toulon, au sujet du nombre de ses chanoines.*

Voir la pièce à l'évêché de Toulon.

1266 Aix, 21 janvier 1270/1.

Hommage de Bertrand de Saint-Martin, archevêque d'Arles, au sénéchal de Provence.

IN nomine domini nostri Jhesu Xpisti. Amen. Anno Incarnationis ejusdem M.CC.LXX, XII. kal. febroarii. Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod ven. pater

dns *B.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, recognovit nobili viro dno Guillelmo de Gonessa, militi, senescallo Provincie et Forcalquerii, recipienti nomine excellentissimi dni K. Dei gratia regis Sicilie, comitis Provincie et Forcalquerii, et heredum suorum in dictis comitatibus; quod ipse tenebat et tenere debebat, nomine Arelaten. ecclesie, pro dicto dno rege, castrum Sancti Mittrii, Castrum Vetus, et castrum de Confors, et medietatem tercie partis castri de Fos, que fuit quondam Amelii de Fos, et quartam partem burgi Arelatis, quod dicitur Porcelletorum, et affare de Gabardello. Et pro predictis, fecit et juravit fidelitatem dicto dno Senescallo, recipienti nomine dicti dni Regis, et heredum suorum in dictis comitatibus, secundum ordinationem testamenti clare memorie dne Beatricis, quondam regine Sicilie, et comitisse comitatuum predictorum. Et voluit dictus dns archiepiscopus quod in isto sacramento intelligantur illa capitula que in sacramento fidelitatis continentur, ac si specialiter fuissent expressa. Et hanc fidelitatem fecit dictus dns archiepiscopus, salvis privilegiis, concessionibus, donationibus, et instrumentis, sibi et antecessoribus suis, et Arelaten. ecclesie jam concessis. Et dictus dns Senescallus, nomine dicti dni Regis et heredum suorum, recepit dictam fidelitatem, salvo jure dicti dni Regis, et filiorum dicti dni Regis et dicte dne Regine ; ita quod propter hoc, non fiat aliquod prejuditium dicto dno Regi, nec liberis ejus. Actum Aquis, in villa turrium, in hospitio dni Aquen. archiepiscopi, coram dno A. Systaricen. episcopo, dno Roberto de Leverio, dno Philippo de Leverio, dno Fulcone Ardoino, majore judice Provincie et Forcalquerii, dno Raymundo Rupho de Comis, dno Raymundo scriptore, magistro Guillelmo, Roberto Adgaus, not., testibus. Et me Nicholao de Foncianus, publico not. dni Comitis...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 450.

1267 19 mai 1272.

Bulle du pape Grégoire X à l'archevêque d'Arles, le chargeant d'examiner l'élection de Bertrand d'Esparron comme évêque de Senez et, s'il trouve le sujet digne, de le confirmer et de le faire sacrer.

Voir la pièce à l'évêché de Senez.

1268 23 décembre 1272.

Le même mande de nouveau au même de faire sacrer le même archidiacre de Senez par son métropolitain (l'archevêque d'Embrun).

Voir la pièce à l'évêché de Senez.

1269 11 mars 1273.

Lettre du même : in Provincia archiepiscopo Arelaten., super indagatione de moribus corrigendis facienda et referenda ad concilium.

Arch. Vatic. Reg. 37 (Greg. X cur. an. I, ep. 65), f° 74. Jean Guiraud, *Reg. de Grégoire X*, n° 220.

1270 13 avril 1273.

Lettre du même : in Provincia, Aquensi, Arelaten., Ebredun... archiepiscopis, *leur annonçant son intention de tenir un concile à Lyon et les invitant à s'y rendre.*

Bull. Roman. (1859), t. IV, p. 16-7. Potthast, 20716. Guiraud, 307.

1271 Mai/juin 1273.

Chronicon majus Lemovicense, a Petro Coral, etc.

M.CC.LXXIII,... infra octabas Pentecostes, fuerunt electi in episcopos et cardinales... archiepiscopus Arelatensis, monachus niger, qui fuerat episcopus Avinienis et alterius civitatis ;...

Bouquet, *Recueil*, t. XXI, p. 780, avec note inexacte des éditeurs, qui abandonnent d'ailleurs leurs conjectures « provido lectori dijudicanda » : ils ont ignoré que Bertrand passa du siège de Fréjus à celui d'Avignon. Pentecôte fut en 1273 le 28 mai ; le pape était à Orvieto, qu'il quitta le 5 juin pour Florence. Le P. Eubel n'a pas connu ce texte de la Chronique de Limoges, car il place (p. 8) cette première promotion de Grégoire X en juin ou septembre.

1272 Mai/juin 1273.

Lettre du pape Grégoire X à B. élu évêque de Sabine.

Gregorius, episcopus, etc. venerabili fratri *B. quondam archiepiscopo Arelatensi, in episcopum Sabinensem electum.* A nostre promotionis initiis, id inter cetera desiderabilia cordis nostri, propensiori cordis nostri putavimus procurandum esse consilio, id majoris attentionis instantia promovendum, ut ecclesie, que multa tempestate convellitur, lapides per ordinem sternerentur, et ipsa fundamenta solidius in sapphiris haberet, sua propugnacula jaspidem, desiderabiles terminos omnes et doctos a Domino filios universos, sicque in justitia fundaretur, et multitudinem pacis filiis suis effundens, a calumnia recederet, nec timeret eamdem, et a pavore, nec propinquaret eidem. Hoc attentioribus egere consideravimus animis ; ad hoc multa sollicitudine ac diligentia insistendum. Hinc quam pluribus diebus et noctibus in multa lucubratione deductis, ad illum precipue levavimus oculos, cujus negotium agebatur, supplicantes humiliter et supplicatione humili postulantes, ut ipse sue lumine claritatis illustrans mentis nostre judicium, et in suo beneplacito dirigens actus nostros, sua immensa pietate concederet tales, nostro ministerio, ad preeminentiam cardinalatus assumi, quorum vita videntes instrueret, quorum fama, dum in omni loco Christi bonus odor existeret, reficeret audientes, quorum consilio confidenter innisi in dubiis, et de ipsorum suffragiis divinum [possemus] sperare auxilium in adversis. Et demum, cum fratribus nostris cogitationibus profundis instantes, et frequentibus collationibus habitis cum eisdem, ad personam tuam, quia virtutum Dominus multis patentibus et latentibus, ut credulitate firma tenemus, virtutibus te insignivit, una cum quibusdam aliis a Domino electis, ut credimus, ad onus hujus ministerii eligendam nostre convertimus considerationis intuitum, et de ipsorum fratrum consilio, te a vinculo quo Arelatensi tenebaris ecclesie absolventes, de te Sabinensi ecclesie tunc vacanti duximus providendum, te in episcopum preficientes eidem ; fraternitati tue non solum libere transeundi ad illam licentiam concedentes, sed et presentium auctoritate mandantes, quatenus onus dispositione apostolica humeris tuis impositum devote suscipiens, hujus provisioni nostre in humilitate spiritus, sine cujusquam difficultatis obice, acquiescas. Precipimus quoque ut ad presentiam nostram absque tarditate

aliqua morose cunctationis accedas, una nobiscum divini obsequii universalis ecclesie servitiis vacaturus.

Martene, *Vet. script. ampl. coll.*, t. II, c. 1273. Potthast, 20681 (avant mars ?)

1273 22 juin 1273.

Lettre de Charles d'Anjou, roi de Sicile, etc., comte de Provence et de Forcalquier, chargeant de juger son différend avec l'évêque d'Avignon, ven. patres dnos B., quondam Arelaten., in Sabinensem, et V., quondam Aquen. archiepiscopos, in Prenestinum episcopos electos, licet absentes.

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon.

1274 30 juin 1273.

Lettre du cardinal Vicedominus, *évêque de Palestrina, ancien archevêque d'Aix,* vener. in Christo patri B., quondam Arelaten. archiepiscopo, in Sabinensem episcopum electo, *lui confiant ses pouvoirs au sujet de l'affaire précédente.*

Voir la pièce à l'archevêché d'Aix, instr. c. 37.

1275 L'Isle (Vaucluse), 8-9 août 1273.

Robert, évêque d'Avignon, G. de Gonesse, sénéchal de Provence et Forcalquier, et le procureur du roi de Sicile se présentent coram rev. patre dno B., D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo, in Sabinen. episcopum electo, *et lui font donner lecture des lettres n*os *1273 et 1274. Suit l'autorisation donnée par l'évêque d'Avignon à l'archevêque d'Arles de lever l'interdit et l'excommunication. — Le lendemain, le sénéchal et le procureur désemparent Noves, Barbentane et Verquières à l'archevêque, qui les absout et fait prendre possession.*

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon ; l'orig. a un très beau sceau de Bertrand, évêque de Sabine.

1276 22 décembre 1273 ?

Lettre de Rodolphe, roi des Romains, au cardinal-évêque de Sabine [*Bertrand*] : Licet ad cuncta... *Il le prie, au nom de leur vieille amitié, d'agir sur le Pape, pour que celui-ci écrive une encyclique, au moment où il recevra la couronne impériale.*

Boehmer-Redlich, *Regesta imperii*, 1898, t. VI, n° 61, p. 31.

Bertrand figure à la cour pontificale, à Lyon, du 7 mars 1274 au 23 mars 1275 (Potthast, p. 1703).

1277 Lyon, 25 avril 1274.

Les arbitres, nos V. Penestrinus et B. Sabinen. miser. div. episcopi cardinales, *prononcent leur sentence sur le désaccord précédent, au sujet de droits d'albergue et de chevauchée, de l'hommage, etc.* Actum Lugduni, in hospicio dni episcopi Prenestini, present.... magistro Salvagno, magistro Roberto, cappellanis pred. dni Sabinen....

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon ; en triple orig., avec de très beaux sceaux de Bertrand, cire rouge, sur lacs de soie verte : ✠ S · BERTRANDI · DEI · GRATIA · EPISCOPI SABINE'SIS.

1278 Lyon, 28 mars 1275.

v. kal. aprilis. Depositio domni Bertrandi de S. Martino, cardinalis episcopi Sabinensis, monachi nostri, pro quo fiat sicut pro abbate.



Nécrologe de Saint-André d'Avignon, conforme au n° 3 (c. 8). La bulle ci-contre se rapporte à l'archevêque Bertrand II ou peut-être à Bertrand I. Le dessin en a été gravé par A. Raspal dans un recueil du XVIIIe siècle, où il occupe le n° 1 de la pl. V.

1279 12 novembre 1284.

Reconnaissance ... ratione et occasione anniversarii constituti in predicta ecclesia per rev. in Xpisto patrem bone memorie dnm B. de Sancto Martino, quondam predicte Arelatensis ecclesie archiepiscopum, postea translatum in episcopum Sabinensem.

Archev. d'Arles. 1er Reg. des Anniversaires, in-4°, f° 44. La même chose revient là dans plusieurs autres actes.

1280 29 janvier 1284/5.

Reconnaissance procuratori dni Rostagni Capre, sancte Arelatensis ecclesie canonici et operarii, administratoris anniversariorum,... pro anniversario constituto in predicta ecclesia per rev. in Xpisto patrem dnum B. de Sancto Martino bone memorie, quondam predicte ecclesie archiepiscopum, postea translatum in episcopum Sabinen.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. I, n° 11.

BERNARD II de Languissel. 1273-1281.

Issu d'une famille de Nîmes, il avait pour oncle André de Languissel, prévôt de cette ville, et pour frères André et Bertrand, qui devinrent plus tard évêques, l'un d'Avignon, l'autre de Nîmes ; lui-même fut élevé sur le siège d'Arles par le pape Grégoire X (n° 1289).

1281 (12 juin) 1266.

Lettre du pape Clément IV magistro B[ernardo] Languiselli, archidiacono Lantarensi in ecclesia Tolosana,

capellano nostro, *lui envoyant la formule de réconciliation pour les Siennois.*

Martene, *Thes. nov. anecd.*, t. II, p. 350. Potthast, 19692. Boehmer-Ficker, V, 9695.

1282 (2 août) 1266.

Lettre du même Bernardo Languisselli, archidiacono Lateranen. [*à Toulouse*], capellano nostro, *au sujet de Sienne et d'Orvieto.*

Fumi, *Cod. d'Orvieto*, p. 252-3 (extr.) Boehmer-Ficker, V, 9721.

1283 1er septembre 1266.

Lettre du même Bernardo Languiscelli, archidiacono Lauterensi (*al.* Lauracen.) in ecclesia Tholosona, capellano nostro, *le chargeant d'obtenir des habitants de San-Gimignano (Toscane) l'obéissance aux ordres du St-Siège sur divers chefs.*

Coppi, *Ann. di San Gimignano* (1695), p. 121. Potthast, 19808. Boehmer-Ficker, V, 9727.

1284 13 novembre 1267.

Le même promet une réponse précise à Henri, fils du roi de Castille et sénateur de Rome, dès le retour de magister B. Languiselli, archidiaconus Lantaresii in ecclesia Tolosana, capellanus noster, *qu'il avait envoyé comme nonce à Charles, roi de Sicile.*

Martene, op. cit., t. II, p. 539. Potthast, 20163. Boehmer-F., 9835.

1285 20 novembre 1267.

Lettre du même à Charles, roi de Sicile, lui demandant de laisser partir le plus tôt possible magistrum B. Languiselli, capellanum nostrum, *qu'il lui avait envoyé au sujet du Sénateur de Rome.*

Martene, op. cit., t. II, p. 542. Potthast, 20168. Boehmer-F., 9839.

1286 14 avril 1268.

Magister Bernardus de Languscello, domini pape capellanus, mandavit ex parte.. dni Clementis pape IV vener. patri Ricardo, Si Angeli diacono cardinali, ut procedat in causa inquisitionis factæ per dom. Cavalicensem episcopum, *pour la cassation de l'échange de la seigneurie de la ville haute de Marseille.*

Belsunce, *Antiq. de l'égl. de Mars.*, t. II, p. 269.

1287 4 février 1274.

A. 1274, II. nonas februarii, indict. II, pontif. d. Gregorii pp. X a. IIº. — *Restitution au pape du Comtat-Venaissin et prise de possession de Malaucène, par* dnis Bernardo, electo Arelatensi, et Guillelmo de Sancto Laurentio, predicti pape camerario..., present... dno Guilielmo, sacrista Arelat..., mag. Joanne de Felin, clerico dicti d. electi,...

Saurel, *Hist. de Malaucène*, 1883, t. II, pièces justif. p. XIV-V.

1288 Lyon, 5 mai 1274.



... Vener. pater B[ernardus], sola Dei miseratione Arelatensis ecclesie archiepiscopus, attendens utilitatem ecclesie Avenionensis procuratam esse in compositione predicta *(nº 1277), la confirme et y fait apposer son sceau.*

Arch. des B.-du-Rh. B. 373. Très beau sceau, en cire jaune, sur lacs de soie rouge : † S BERNARDI : SCE : ARELATEN : ECCLE : ARCHIEPI :. Blancard, *Iconogr.*, p. 126.

1289 13 juin 1274.

Lettre de Grégoire X, relatant qu'après la mort de Raimond, évêque de Nîmes, le chapitre fit une double élection, l'une de ven. fratre nostro B[ernardo] Arelatensi archiepiscopo, tunc notario nostro, *l'autre de Pierre* Gaucelmi, *prévôt de Marseille, qui eut les deux tiers des voix...* Postmodum, dicto B. notario nostro per nostre provisionis gratiam in archiepiscopum Arelaten. promoto....

Voir la pièce aux prévôts de Marseille, nº 1238.

1290 30 août 1274.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et un autre, pour mettre Bernard de Castanet en possession de l'archidiaconé de Fenouillèdes dans l'église de Narbonne.

Arch. Vatic. Reg. 37, fº 151 vº (Greg. X. an. III, ep. 55). Guiraud, 425.

1291 17 septembre 1274.

Lettre du même archiepiscopo Arelatensi et universis episcopis sue provintie, *les invitant à prêcher la croisade décidée dans le concile.*

Arch. Vatic. Reg. 37, fº 195 (Greg. X. an. III, ep. cur. 94). Potthast, 20920. Guiraud, 569.

1292 25 octobre 1274.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et un autre; même objet que celle du nº 1290.

Arch. Vatic. Reg. 37, fº 152 (Greg. X. an. III, ep. 57). Guiraud, 427.

1293 Arles, 9 octobre 1276.

Empiétements de la cour séculière d'Arles.

In nomine Domini, amen. Noverint universi quod dns pater dns *B.* sola miseratione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, attendens et considerans, ac

universis fieri notum volens, et per infrascriptos notarios, seu eorum alterum, mandans ut continetur inferius enarrari diligenter et scribi ; quod cum Bertrandus Lombardi, tenens tunc locum Guillelmi Valentini, militis, vicarii, et Raymundus Columbi, et Leonardus de Casulatio, judices Arelaten. curie secularis, per Johannem de Monteforti, subclavarium, et per Gaufridum Cabassuti, notarium, et per Laugerium et Lorinum, et Perrotum, et Johannem Cellararium, nuntios ejusdem curie secularis, cum armis fecerint extrahi per violentiam, de domo prepositure Arelatensis ecclesie, que domus est in villa Sancti Martini de Palude majori, Arelaten. dioc., et ad se per eos abduci, ad civitatem Arelaten., quemdam maleficum hominem, nomine Durantum Carboni, habitatorem ville ipsius, et hominem prepositi ejusdem Arelaten. ecclesie, in qua villa siquidem idem prepositus, ab antiquo, plenam jurisdictionem temporalem obtinet et exercet ; ad requisitionem honorandi viri dni Bertrandi ejusdem ecclesie Arelaten. prepositi, vir discretus Bernardus de Sevena, officialis Arelaten., predictos judices, clavarium, et alios superius nominatos, legitime fecit moneri, atque citari, ut predictum Durantum, infra certum terminum, quem eis prefixit peremptorium, restituerent et redderent dno preposito memorato ; et nichilominus, pro tantis injuriis perpetratis per eos in Arelatensem ecclesiam prelibatam, et ipsum dnm prepositum, comparere debite coram eo curarent, facturi et recepturi quod justicia suaderet. Et quoniam iidem judices, clavarius et alii nominati superius, ad ipsum terminum, Durantum eundem restituere denegarunt, nec etiam coram eodem officiali, non sine contumatia, comparere curarunt, idem officialis in eos omnes et singulos, auctoritate ordinaria, excommunicationis sententiam promulgavit, et eos excommunicatos fecit denunciari publice, per civitatis Arelatensis ecclesias, ut est moris. Cum autem iidem officiales predicte curie secularis, plures et varios, ac nimis enormes excessus, contra ecclesias et personas ecclesiasticas, et contra libertatem ecclesiasticam, quia denunciabantur excommunicati, publice commisissent, demum predictus dns archiepiscopus in eadem civitate personaliter constitutus, attendens propensius et considerans quod iidem officiales curie secularis predicte jurisdictionem premissam, quam idem dns prepositus habet in villa Sancti Martini predicta, volebant et intendebant graviter perturbare, quin etiam adnullare, demumque totaliter occupare, ac si jurisdictio eadem non ad ipsum dnm prepositum, sed ad eandem secularem curiam pertineret ; ut plenius et liquidius universis constaret de perpetuis excessibus supradictis ; et quod eadem jurisdictio temporalis plenissime pertinet ad dnm prepositum memoratum ; quamquam super hiis esset ita publicum et notorium, quod aliqua tergiversatione celari non posset, ad inquisitionem tamen legitimam super premissis decrevit procedi, per modum infra contentum. In primis etenim, ipse dns archiepiscopus predictos vicarium, judices, clavarium, notarium, subclavarium, et nuntios curie secularis predicte, per discretum virum dnm Raymundum de Miramars, canonicum Arelaten., priorem Sancti Vincentii de Caunis, fecit requiri, moneri, atque citari, ut cum per eos plenior posset haberi veritas, super injuriis et excessibus supradictis, ad diem certam quam eis peremptoriam ipse dns archiepiscopus assignavit, suo se conspectui presentarent, super eisdem parati dicere veritatem. Et insuper etiam, cum eadem inquisitio tangeret eos specialiter et expresse, viderent jurare testes recipiendos super eisdem, et aliis quibuslibet que tangere viderentur eosdem. Et tandem, quoniam ad ipsam diem peremptoriam non venerunt citati, propter hujusmodi contumaciam eorumdem, ipse dns archiepiscopus in omnes et eorum singulos excommunicationis sententiam promulgavit. Et nichilominus, quia moniti peremptorie, non venerunt ad terminum sibi prefixum, videre testes super quibuslibet de predictis recipiendos jurare, super eisdem, ipse dns archiepiscopus, per seipsum, et per discretum virum dnm G. archipresbiterum et canonicum Arelaten., eorum absentia non obstante, processit, et fecit procedi sicut suadet justitia super eisdem ; prout hec omnia plenius colliguntur alias ex legitimis documentis. Inter que, tenor littere quam super hiis ipse dns archiepiscopus eidem dno archipresbitero direxit, est iste : « B. sola miseratione divina sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, dilecto in Xpisto archipresbitero Arelaten., salutem in Domino. Cum super articulis, injurias et gravamina nobis et Arelatensi ecclesie, per officiales Arelatensis curie secularis nuper illatas continentibus, prout eos viro nobili G. de Alneto, senescallo Provincie, scripto notificavimus, jam ceperimus inquirere, sicut de jure possumus et debemus, et aliis occupati negociis hujusmodi nequeamus inquisitioni vacare, ad eandem prosequendam, seu faciendam deinceps, ut expedierit, discretioni vestre, tenore presentium, committimus vices nostras, quandocumque nobis placuerit resumendas. Contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Arelate, VII. idus octobris, anno Domini M°.CC°.LXX° sexto. » — *Suit l'enquête par témoins et pièces.*

Arch. des B.-du-Rh. B. 371, orig. parch.

1294 Janvier. 23–7 février 1276/7.

BRIGA SEU INSULTUS HOMINUM DE SALLONE CONTRA HOMINES CASTRI DE ALAMANNONO ET INDE SEQUUTA.

Homines de Alamannono, de mandato Petri de Alamannono, domini dicti castri, nescio quo sub pretextu, ceperant oves quorumdam hominum Sallonis, mense januarii, anno ab Incarnatione 1276. Re narrata Salonensibus, B. Arelatensis archiepiscopus, qui tunc Sallone degebat, habuit consilium cum suis hominibus de agendis ut dampnum acceptum repararetur ; et unanimiter fuit conclusum justitiam requirere a vicario Tharasconis ; et si debitam denegaret, recurrere ad senescallum Provincie. Verisimiliter non favorabiliter fuerunt auditi archiepiscopus et sui Salonenses ; nam universitas hominum de Sallone congregata fuit per preconem, de mandato archiepiscopi ; et, communicato consilio inter predictum presulem et ipsam universitatem, fuit conventum quod accederent cum armis ad castrum de Alamannono, causa expugnandi dictum castrum, et animalia hominum dicti castri depredandi. — Sic deliberato consilio, septingenti vel octingenti de melioribus

dicti loci Sallonis, tam equites quam pedites, armati lanceis, ensibus, bordonis, balistis, massis ferreis et fustibus, loricati, per vim et manu armata intraverunt in territorium Alamannoni, clamantes et dicentes alta voce : « A mort ! a mort ! Dieu lo vol ! ad traditores de Alamannono ! moriantur ! moriantur ! non evadant ! Alamannia ! Alamannia ! Vivat imperator ! vivat ! bonum dominum habemus ». Sic furiose ululando, invenerunt plures homines de Alamannono laborantes in suo territorio, in quos irruerunt, et ipsos atrociter vulneraverunt, ita quod duo ex ipsis diem suum clauserint extremum, et plurimos alios semimortuos reliquerint ; item oves et alia animalia dict. hominum de Alamannono depredando secum adduxerunt, et retinuerunt ; et bene octo vel decem homines de Alamannono vinctos et ligatos manibus retro dorsum, verberando et vulnerando, ad castrum Sallonis traduxerunt, et in carceres Sallonis dejecerunt. Imo, quod deterius est, cum in illo insultu predicti homines de Alamannono dicerent humiliter hominibus de Sallone : « Domini, pro Deo non moriamur, quia homines sumus domini nostri regis Sicilie, comitis Provincie, et pro eo nos reclamamus, et in terra sua non interficiamur » ; ipsi Sallonenses dicebant yronice et cum superbia, et clamabant furibunda voce : « Moriantur rustici, perfidi ! moriantur, quia mutata est eorum segnoria »; clamantes : « Alamannia ! imperator ! imperatorem habemus ; per Deum, rustici, perfidi, crudelles omnes moriemini, non valebit vobis rex nec aliquis, quin moriamini »; et plura alia injuriose dixerunt. Erant autem in dicta briga, et in comitiva Salonensium homines, sed pauci numero, de castro Auronis. — Dominus et homines de Alamannono, ille de centum libris et ultra, isti de multo plurimis dampnificati, conquesti sunt ; et senescallus Provincie speciale mandatum dedit Stephano Cayre, qui erat judex Tharasconis, Altavesii et Camargarum, et sub cujus jurisdictione erat dictum castrum de Alamannono, quod super predictis excessibus diligentem faceret inquisitionem. Judex testes circiter quinquaginta administratos audivit ; qui omnes testificati fuerunt dictos excessus, quorum autorem dicebant Guiraudum de Angussello, vicarium castri Sallonis, de mandato et consensu archiepiscopi Arelatensis ejus agnati. Testibus auditis, judex diem assignavit dicto vicario, quibusdam nominatim denunciatis, et etiam universitati hominum Salonis, ut comparerent coram eo ad perhibendum testimonium veritatis super delatis excessibus, recepturi deinde pro meritis quod justitia suaderet. — Nomina autem nominatim citatorum sunt hec *(suivent 141 noms)*. — Vicarius, universitas et ipsi nominatim delati citationes decies repetitas spreverunt ; quorum contumacia visa, tandem judex prefatus, sedens pro tribunali apud Urgonem, suam difinitivam sententiam tulit anno predicto ab Incarnatione 1276, die septimo kalendas martii, qua condempnavit predictam universitatem Sallonis in quinque millibus libris provincialium coronatorum, solvendis curie regie infra decem dies ; Guiraudum de Angussello, vicarium Sallonis, in tribus millibus libris ejusdem monete, pariter solvendis in eodem termino et predicte curie ; ceteri vero delati ad minorem pecunie summam solvendam damnati sunt, qui plus, qui minus ; nullus vero morti addictus, nullus carceribus vel exilio damnatus fuit. — Paulo post, videl. tertio kalendas martii, archiepiscopus qui, Sallonem deserens, se receperat apud Bellicadrum, per organum Hugonis de Fagia, procuratoris sui, de dicta sententia appellavit ad dom. Galterium de Alneto, militem, senescallum Provincie, et ad apostolos. Similem appellationem fecerunt delati. Has omnes appellationes, quas, solo pretextu defectus jurisdictionis in damnatos, legitimas probabant appellantes, inanes et frivolas dixit judex, quia excessus supra narrati non solum facti fuerant in prejudicium et injuriam dom. Petri de Alamannono ac hominum suorum, vassallorum dom. regis et comitis, sed in territorio castri de Alamannono, quod est in districtu comitatus Provincie, et subest vicarie et jurisdictioni Tharasconis.

Archev. d'Arles, Chartrier de Salon, n°s 108-11, copie parch. BONNEMANT, t. II, p. 597-9.

1295 28 février 1277.

Lettre du pape Jean XXI Alberto, priori de Gordanicis, collectori decime in Viennen., Arelatensi, Aquen., Ebredun., *etc.* provinciis deputato.

Arch. Vatic. Reg. 38, f° 28. CADIER (L.), *Reg. de Jean XXI*, n° 116, p. 38.

1296 17 mars 1277.

Lettre du même au même, ordinis Sancti Benedicti.

Arch. Vatic. Reg. 38, f° 31. CADIER (L.), ouvr. cité, n° 133, p. 41-2.

1297 12 avril 1277.

Lettre du même ·· Narbonen. et ·· Arelatensi archiepiscopis, *les autorisant à accorder, en cas de nécessité, au roi d'Aragon les décimes de son royaume pour repousser les Sarrasins qui le menaçaient.*

Arch. Vatic. Reg. 38, f° 33. BRÉQ., VII, 112. POTTHAST, 21242. CADIER, 143, p. 44.

1298 12 avril 1277.

Lettre du même Benenato, canonico Narbonensi, collectori decime in regno Aragonum Terre sancte subsidio deputate, *lui mandant de remettre cette décime aux archevêques de Narbonne et d'Arles.*

Arch. Vatic. Reg. 38, f° 33 v°. CADIER, ouvr. cité, n° 144, p. 44.

1299 18 juin 1277.

Lettre du chapitre de Valence (Espagne) aux archevêques de Narbonne et d'Arles, leur racontant la situation critique du royaume de Valence, envahi par les Sarrasins, et leur demandant conseil et secours.

BALUZE, *Miscellanea*, t. IV, p. 499. BRÉQUIGNY, VII, 114.

1300 Marseille, 20 juin 1277.

... Fuerunt posita et collocata dicta corpora sanctorum et reliquie *(de la Major)* in capsia nova per rever. patrem dom. Bern[ardum] Arelaten. archiepiscopum, presente clero et populo civitatis Massil....

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 307 ; cf. n° 1255.

1301 Mouriez, 8 avril 1278.

Cession à l'archev. Bernard par Bertrand de Baux

Anno dominice Incarnationis M°CC°LXX.VIII, videl. vi° idus aprilis, dno *B.* Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo* existente. Noverint universi quod preclarus vir dns Bertr[andus], comes Avellini, dominus Baucii, reddidit ac restituit prenominato in Xpisto patri reverentissimo dno archiepiscopo presenti, pro tertia parte castri de Moreriis, condempnationes omnes que fient in castro de Moreriis et ejus territorio, exceptis condempnationibus pertinentibus ad merum imperium. Restituit insuper eidem dno archiepiscopo tascas novalium, presentium et futurorum, super patuis communibus ; necnon tretsena, acapita, venationes, ac jus venationum, in tenemento, patuis, et territorio communibus castri de Moreriis. Restituit etiam prefatus comes eidem dno archiepiscopo preconizationes, exceptis que pertinent ad merum imperium. Restituit nichilominus idem comes prefato dno archiepiscopo banna vermillationis et emendas. Restituit siquidem memoratus comes sepedicto dno archiepiscopo omnia alia que dicto dno archiepiscopo Arelaten. competunt in dicto castro de Moreriis, et ejus territorio, prout in compositionibus dudum factis inter dnm Johannem Bausani, dnm Bertr[andum] Malferrati, dnm Florentinum, Arelaten. ecclesie quondam archiepiscopos, ad dnm Barralum, dnm quondam Baucii ; et in mandamentis, preceptis, difinitionibus et declarationibus dni Imberti de Auros, plenius continetur ; ita quod in isto presenti instrumento omnia capitula in istis compositionibus contenta comprehendantur. Convenerunt etiam dicti dns archiepiscopus et dns comes, quod de proventibus, redditibus, et gauditis communibus, perceptis a tresdecim annis citra per bajulum de Moreriis, dns Jacobus Gantelmi, dns de Romanino, miles, et dnus Bert. Imberti, legum professor, possint cognoscere, diffinire, ac determinare, pro sue libito voluntatis, infra decem dies proximos ; et inde reddere ac restituere partem dnm archiepiscopum contingentem super predictis, ad cognitionem, arbitrium et difinitionem dictorum dni Jacobi et dni Bertrandi, dictus dns comes promisit. Actum apud Morerias, testibus presentibus, dno Bertr. archidiacono Poscheriarum, magistro Stephano de Sancta Maria, canonico Massilien., Raimundo de Vodabsa, priore ecclesie Sancti Juliani civitatis Arelaten., et Rostagno Capra, canonico Arelaten., fratre Guillelmo de Tonenco, fratre Raymundo Magistri, de ordine Predicatorum, Rostagno Gantelmi, Petro de Benivento, militibus, Guillelmo de Anguiss., Bernardo de Brugeriis, clerico, Bertr. Giraudi, not. Et me Poncio Coltellerii, publico palatii archiepiscopalis Arelaten. [not.], et ad requisitionem dicti dni archiepiscopi hanc cartam publicam scripsi, et signo meo signavi.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 469. Barth., *Baux*, 604.

1302 Arles, 4 juin 1278.

Transaction entre l'archev. et les citoyens pour la dime.

In nomine Domini, amen. Noverint universi quod, cum olim inter bone memorie dom. Johannem Bauciani, Arelaten. archiepiscopum, et cives Arelatenses, post multos et varios tractatus habitos per bo. me. dom. episcopum Dignensem, et fratrem Guillelmum Bardina, ordinis Fratrum Minorum, tunc prepositum Forojuliensem, et dom. Baxianum, legum doctorem, a partibus electos communiter, quedam fuisset facta compositio super decimis, quas idem dom. archiepiscopus precise petebat sibi et Arelaten. ecclesie, ut jura precipiunt et sacra Scriptura testatur, a civibus supradict. persolvi : quod videl. iidem cives et successores eorum eidem dno archiepiscopo, suisque successoribus et ipsi ecclesie, loco decime supradicte, partem quadragesimam bladi, leguminum, vindemie seu racemorum, et motonorum, scil. et agnorum et edorum, quam siquidem partem nuncupabant vulgariter quarentenum, integre, fideliter et sine fraude persolvere procurarent ; quia ven. pater dom. B., D. g. ipsius ecclesie archiepiscopus, per suos collectores quarenteni hujusmodi et alias comperit quod cives predicti quarentenum ipsum minus bene solvebant, cum et collecturam, portaturam et calcaturam, et quedam alia deducere minime formidarent, bladum de areis sine presentia et scientia collectorum sive quarentenariorum, pro suo libito deportantes, et quandoque ipsis collectoribus scientibus et contradicentibus, dicentes deductiones hujusmodi cum aliquibus ejusdem dni archiepiscopi predecessoribus quasi per consuetudinem sic fecisse ; ipse dom. archiepiscopus actendens se ipsum et ipsam ecclesiam dampnificari nimis enormiter ex deductione predicta, cives requisivit eosdem seu majores aliquos ex eisdem, ut de cetero, vel quarentenum integre, fideliter et sine fraude persolverent juxta compositionem predict., nullo quidem sumptu deducto, sicut nec in solutione decime sumptus sunt aliqui de jure deducendi, et nichilominus de quibuslibet post dict. compositionem factam deductis per eos plene satisfacere procurarent ; vel, cum eadem compositio successores dicti dni Johannis archiepiscopi ligare non potuerit, quin per successores eosdem integra decima posset haberi, ad ipsam decimam sine deductione qualibet integre persolvendam ipse dom. B. archiepiscopus, ut posset de jure, procederet contra cives eosdem. Sane cum super deductione quarenteni predicti cives iidem per aliquos ex seipsis cum ipso dno archiepiscopo multifarie contulissent, demum placuit ipsi domino archiepiscopo, et civibus supradictis, quod tam super ipso quarenteno et ejus deductione imposterum facienda, quam super quorumlibet retro temporibus deductorum ex quarenteno predicto restitutione debite facienda, quam etiam super compositione predicta servanda, seu forsitam non tenenda, quam siquidem super eo quod servari debeat imposterum super istis, prelibatus frater Guillelmus Bardina, tamquam neutri parti suspectus, sed tam ipsius dni archiepiscopi, et ecclesie sue predicte, quam eorumdem civium reputatus fidelis amicus, placabilis earumdem partium existeret mediator. Cum autem idem frater Guillelmus Bardina, super omnibus supradictis cum ipso dno archiepiscopo, et cum civibus supradictis per aliquos majores ex eis, tractatus multiplices habuisset, tandem in aula majori palatii archiepiscopalis Arelatensis, prefato dno archiepiscopo, dno B. preposito et capitulo Arelaten. ecclesie constitutis, presentibus etiam dno Petro Comestore, vicario, dno

Raymundo de Velaucio et dno Petro Stephani, judicibus curie secularis Arelatensis, atque Guillelmo Primayrano, et Bertrando Calva, eorum notariis, nec non Petro Guillelmi, clavario curie supradicte, adstantibus etiam ibi consiliariis consilii civitatis Arelatensis, pluribusque civibus aliis civitatis ejusdem, idem frater Guillelmus Bardina, de beneplacito dicti dni archiepiscopi, et aliorum omnium predict., verba non pauca prossequens circa predicta, demum inter alia conclusit, sic dicens : « Cum inter patrem et filios mutua debeat charitas effectualiter apparere, et omnis discordie materia sit ex eis radicitus extirpanda, quoniam inter vener. patrem dom. B. D. g. Arelaten. archiepiscopum, et cives Arelatenses, super quadragesima parte bladi, leguminum, racemorum, agnorum etiam et edorum, que per compositionem inter bo. me. dom. Johannem Bauciani, Arelaten. archiepiscopum, et cives seu homines civitatis Arelaten., in quondam dom. Dignensem episcopum, et dom. Baxianum legum doctorem, atque nos ipsum fratrem Guillelmum Bardina, ordinis Fratrum Minorum, tunc Forojuliensis ecclesie prepositum, olim habitam, ordinata per nos tres pariter extitit, loco decime per cives eosdem, et successores eorum preffato dno Arelaten. archiepiscopo suisque successoribus, ac etiam Arelatensi ecclesie fideliter et integre ac sine fraude persolvi, quedam est dissensio suscitata, super eo specialiter quod, ut idem dom. B. D. g. Arelaten. archiepiscopus asserit, de prefata quadragesima parte predictorum, que loco decime tunc extitit deputata, sicut neque de parte que recta decima suscipitur nulli sumptus, occasione collecture, portature, calcature, sive quorumlibet aliorum sunt penitus deducendi, sed est ipsa pars quadragesima predictorum, que vulgariter nuncupatur quarentenum, integre, fideliter et sine fraude, nullo penitus sumptu deducto, solvenda, sicut recta decima consuevit integre, nullis collecture, portature, calcature, sive quorumlibet aliorum sumptibus deductis, persolvi ; quodque cives predicti tenentur ipsi dno archiepiscopo, et Arelaten. ecclesie persolvere quicquid a tempore facte compositionis predicte retinuerunt occasione sumptuum predict. quos idem dom. archiepiscopus ponit in estimatione septem milium saumatarum bladi vel circa, cum jam ab ipso tempore sint viginti anni elapsi et plures, sicut ex instrumento compositionis predicte colligitur manifeste ; predict. civibus super hec asserentibus, post compositionem eamdem cum predicto dno Johanne archiepiscopo suisque successoribus, usque modo consuetudinem habuisse sumptus predictos ratione collecture, portature, calcature ac forsitam aliorum, ex predicta parte quadragesima deducendi, quare dictus dom. archiepiscopus nichil debet amplius petere circa partem eamdem, nec super deducendis predict. sumptibus aliquid innovare, neque retenta per eos hactenus ab iis repetere, ratione sumptuum eorumdem ; cum predecessores ipsius nichil petierint ex predictis. Demum, post multos tractatus vicissim habitos super eis, placuit eidem dno archiepiscopo et civibus supradictis, quod super quadragesima parte predicta, et super sumptibus supra tactis, intentionem quam in compositione predicta gessimus, aperiamus expresse, ac quid imposterum sit super eis tenendum de bene placito partium exponamus seu etiam ordinemus. Nos igitur super hiis taliter procedimus, ordinantes, secundum intentionem quam tempore facte compositionis predicte cum supradict. nostris collegis habuimus, et que de jure canonico et civili debet haberi, et etiam secundum quod hiis diebus tractavimus et ordinavimus singulariter et seorsum cum ipso dno archiepiscopo, et cum consiliariis consilii, ac quibusdam ex majoribus civitatis Arelaten. predicte ; dicimus etenim quod de cetero cives omnes predicti persolvant in areis integre, fideliter et sine fraude quadragesimam partem bladi cujuslibet et leguminum, ita quod sumptus aliquos occasione collecture, portature, calcature, sive quorumlibet aliorum quocumque nomine censeantur, ex ipsa parte quadragesima, que vulgariter quarentenum nuncupatur, numquam deducant, sed ipsam solvant semper in grano ; similiter faciant de racemis ad eorum expensas collectis, et de agnis et edis ; et super hiis attentius observetur quod presentibus ipsius quadragesime partis collectoribus, quos vocant quarentenarios, mensure bladi et leguminum, et sarcine racemorum, sive partes sarcinarum quelibet, nec non agni et edi, sicut diligentius et competentius fieri poterit, numerentur, ut pars ipsa quadragesima sine suspicione qualibet integre, fideliter et sine fraude collectoribus solvatur eisdem ; nec iidem cives bladum sive legumina de areis extrahant antea, donec numerus precesserit, et ipsa pars quadragesima fuerit persoluta. Insuper etiam iidem cives denunciabunt ipsis quarentenariis sive collectoribus, seu eorum aliquibus, tempore competenti, saltim videl. per unum diem ante quam ad suas areas veniant, ad recipiendum quadragesimam partem predict. sive quarentenum predict. ; et si medio tempore post denuntiationem hujusmodi, periculum ex aquarum impetu, vel aliud accidens et inevitabile, quod per expectationem aliquam dampnum evidens minaretur, forsitam immineret, in hiis quidem casibus libeat civibus supradictis bladum et legumina de suis areis ad domos suas portare, quamquam dicti collectores sive quarentenarii nondum venerint aut non fuerint ibi presentes, sic tamen quod bladum et legumina mensurentur in areis, et sub certo numero inde portentur, et tunc sine dilatione qualibet, vocatis ipsis collectoribus, ipsa pars quadragesima seu ipsum quarentenum, in domibus fideliter, integre ac sine fraude, nullis penitus deductis sumptibus, persolvant eisdem. Super hiis vero que cives predicti retinuerunt hactenus a tempore facte compositionis predicte, occasione sumptuum collecture, portature, calcature et quorumlibet aliorum, placeat ipsi dno archiepiscopo misericorditer agere cum civibus supradict., ad eorum animarum salutem ; et placeat etiam ipsi dno archiepiscopo et ejus capitulo compositionem predict. sub modo nunc per nos exposito servare imposterum et tenere. Et dicimus insuper quod si contingat cives eosdem a sede apostolica gratiam obtinere, quod eadem compositio, prout eam nunc exposuimus, confirmetur, ipse dom. archiepiscopus seu ejus capitulum hujusmodi confirmationem apostolicam non impediat obtineri, sed potius, si forte summus pontifex ad instantiam eorumdem civium requireret beneplacitum ipsius dni archiepiscopi et sui capituli super confirma-

tione hujusmodi concedenda, iidem dom. archiepiscopus et capitulum sua beneplacita libenter exponant dispositioni sedis apostolice seu etiam voluntati. Placeat igitur ipsi dno archiepiscopo suoque presenti capitulo atque predictis civibus suam super hiis exprimere voluntatem ». Quibus per dict. fratrem Guillelmum Bardina prolatis, vir nobilis dom. Rostagnus Gantelmi, nomine suo et nomine consiliariorum consilii civium Arelaten. ibi tunc presentium, volentium et asserentium eumdem nobilem nomine suo et nomine omnium civium civitatis ejusdem hujusmodi verba proferre, surrexit, asserens inter alia sic dicendo : « Nos Rostagnus Gantelmi, pro nobis et pro presentibus consiliariis consilii civium Arelatensium, et pro ipsis etiam civibus universis, omnia supradicta, prout alias ordinata fuerant et tractata per nos omnes cum fratre Guillelmo Bardina presenti, laudamus, approbamus, ratifficamus et emologamus, prout ea omnia per eumdem fratrem Guillelmum sunt modo prolata, exposita et distincta ; promittentes nomine quo supra nos omnes presentes, et etiam universos cives alios civitatis predicte, fideliter et plenarie servaturos, et facturos imposterum et adimpleturos ea omnia prout per eumdem fratrem Guillelmum sunt superius recitata ; et rogamus attente, nomine quo supra, vos vener. patrem dom. archiepiscopum Arelaten., quod omnia substracta per cives eosdem ex quadragesima parte predicta, prout sunt tacta superius, eisdem civibus misericorditer remittatis. » Mox autem idem dom. archiepiscopus prossequens supradicta, respondit sic dicens : « Nos semper dileximus post archiepiscopalem susceptum honorem, et diligimus affectuosissime pre cunctis hominibus cives Arelatenses, tamquam proprios filios in Domino Jhesu Christo ; quare volentes eos in quibus possumus, salvo jure Arelaten. ecclesie, quod adstricti multipliciter confovere tenemur, salubriter comportare pro suarum animarum salute, sic tamen quod licet eadem ecclesia suum ex hiis non habeat jus ad plenum, anime tamen ipsorum a periculo sint immunes, omnia supradicta per fratrem Guillelmum Bardina presentem recitata, prolata, exposita et distincta super quadragesima parte predicta bladorum, leguminum, racemorum, agnorum et edorum, juxta modum predict. integre, fideliter et sine fraude, nullis prorsus deductis sumptibus exsolvenda, pro nobis et pro capitulo nostro presente laudamus, concedimus, approbamus et ratificamus, dicentes et protestantes expresse quod quamdiu cives predicti persolverint partem ipsam quadragesimam sive quarentenum omnium predictorum, bladi scil. et leguminum, racemorum, agnorum et edorum, recte ac debite numerando, et omnia prout circa hec per eumdem fratrem superius sunt expressa, integre, fideliter et sine fraude aliqua faciendo, nos et capitulum nostrum tenebimus et servabimus compositionem predict. ; et sub hujusmodi conditione pro nobis et pro ipso capitulo remittimus civibus supradict. omnia que per eos a tempore facte compositionis predicte usque in hodiernum diem ex dicta parte quadragesima ratione quorumlibet sumptuum fuere deducta, sustracta sive retenta. Nam, si unus aut duo sive plures ex eisdem civibus non persolverint imposterum ipsam partem quadragesimam sive quarentenum ipsum integre, fideliter et sine fraude, nullis deductis expensis, juxta formam superius per dictum fratrem Guillelmum expressam, nos et capitulum nostrum, ex tunc ab illo et ab illis quibuscumque decimam rectam et integram omnium predict. et quorumlibet aliorum, ex quibus predicta decima debet prestari de jure, sine remissione qualibet exigere curabimus et habere ; et nichilominus omnia substracta, deducta sive retenta per eum vel eos ex quadragesima parte predicta sive quarenteno prefato, a tempore facte compositionis preffate usque ad hec tempora, repetemus ex toto ; et nichilominus quoad cives alios, qui juxta formam premissam quarentenum solverint supradict., compositionem servabimus supradict. Si vero aliqui ex civibus supradictis, de consensu vel beneplacito seu auctoritate consiliariorum consilii civium eorumdem vel majoris partis eorum, non servaverint formam predict. solvendi quarentenum preffatum, neque nos in hoc casu servabimus compositionem predict., sed generaliter repetemus substracta, prout superius sunt expressa, et decimam rectam et integram a civibus universis ; et similiter faciemus si generaliter cives predicti non servaverint formam solvendi predict. ; et ita servari volumus per nostrum presens capitulum et laudari, et per cives presentes pro se, ac pro aliis universis civibus Arelaten. sine conditione vel retentione qualibet approbari pariter et concedi. » Et continuo dom. Bertrandus prepositus et capitulum Arelatensis ecclesie presentes ibidem, pariter expressis vocibus laudaverunt, concesserunt et approbaverunt omnia supradicta. Ex ipso quidem capitulo Arelaten. ecclesie presentes erant ibidem ipse dom. B. prepositus, Guillelmus de Crota, sacrista, Raymundus Sabonus, precentor, Petrus Andree, prior ecclesie de Berra, Petrus Juliani, vestiarius, Simon Abraym, prior ecclesie de Velaucio, Raymundus de Miromari, prior ecclesie S. Vincentii de Caunis, Raymundus Rostagni, prior S. Crucis, Albertus de Bononia, prior S. Laurentii, Rostagnus Capra, presbiter, Raymundus de Coyrano, prior de Gigniaco, Bertrandus de Mornacio, Raymundus Adhemari et forsam alii canonici Arelatenses. Similiter dicti consiliarii et cives ibi presentes, pro se et universis aliis civibus Arelaten., expressis vocibus laudaverunt, voluerunt, concesserunt, approbaverunt et servare promiserunt omnia supradicta ; insuper etiam predicti vicarius et judices curie secularis predicte comendaverunt, laudaverunt et approbaverunt omnia supradicta. Erant autem ibi presentes consiliarii consilii supradicti et quidam alii cives Arelaten. non pauci, quorum, non tamen omnium, hic nomina sunt expressa, videl. predictus dom. Rostagnus Gantelmi, et nobiles viri dni Bertrandus Mesoaga, Bernardus Romei, Raymundus de Orgone, Bertrandus Berengarii, Petrus de Monteolivo, Bertrandus Bastoni, Petrus de Aqueria, Reynaldus de Rocamaura, Bertrandus Fulci, Petrus de Veruna Gantelmi et Raymundus Bergundi, milites, necnon Petrus Raynaudi, Petrus de Clareto, Guillelmus Bastoni, Hugo de Clareto, Audebertus de Rocamaura, Petrus de Lauda, Botinus Portas, Jacobus de Aqueria et Filimarinus, domicelli, atque Raymundus Ricardi, Bertrandus Motteti, Guillelmus de Tarascone, Raymundus Trabustol, Guillelmus Amelii, Raymundus Botellerii, Jaufredus Porton, dictus Avedon,

Nicholaus Rocha, Bertrandus Rodolini, Bertrandus Mataroni, Guillelmus Mataroni, Petrus de Vintimilla, jurisperitus, Guillelmus Molteti, jurisper., et alii quam plurimi burgenses et cives Arelaten. Facta sunt hec et recitata in loco predicto, anno Domini M°CC°LXXVIII°, II° nonas junii, scil. in vigilia Pentecosthes, in presentia et testimonio dni Bertrandi Imberti, juris civilis professoris, Raymundi de Rodable, prioris S. Juliani, *etc.* ; et mei Stephani de S. Maria, dni pape scriptoris, s. palatii notarii....

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier des paroisses et du prévôt d'Arles, t. II, n° 252. Inséré aussi dans l'acte du 17 juillet 1431.

1303 Arles, 30 mars 1279.

Lettre de Bertrand [*B.* = *Bernard*], *archevêque d'Arles, ordonnant aux chapelains de Mirabel et de Nyons de s'opposer à la cession de ces châteaux à Bertrand de Baux, comte d'Avellin, par Raimond Geofroi, seigneur de Montauban, et son épouse Randone, qui les tiennent en fief de l'abbesse de St-Césaire, et celle-ci de l'archevêché d'Arles, etc.*

Chartrier de Salon, n° 383. Barthélemy, *Baux*, 609.

1304 Avignon, 16-7 mai 1279.

Concilium celebratum per dominum Bertrandum archiepiscopum Arelatensem, postea episcopum Sabinensem [1].

In nomine Domini, amen. « Jherusalem que sursum est libera mater nostra, sterilis quia non pariens filios » superbie, per prophetam letari precipitur, « erumpere pariter et clamare, que non parturit » humilitatis filios, quia multi, pro dolor! sunt hodie « deserte », sed ancillantis mundialitas filii, « magis quam ejus » celestis videlicet libertatis « que virum habet » dominum Jhesum Christum, hanc nempe Jehrusalem. Nos B[ernardus] sola miseratione divina Arelatensis archiepiscopus, una cum venerabilibus fratribus nostris B. Tricastrino, B. Vasyon., P. Carpentoraten. et J. Tolonen. Dei gratia episcopis, necnon et cum venerabilium fratrum nostrorum Massilien., Avinion., Cavallicen. et Aurayccn. per eandem gratiam episcoporum, ex certis causis absencium, loca tenentibus, in presenti provinciali capitulo personaliter constitutis, assistentibus in personis aliis Arelat. et aliarum ecclesiarum sue provincie presencialiter, ut est moris, efficacius intendentes ad deprimendos filios superbie que multipliciter inolevit, et ad corroborandos humilitatis liberos, qui multipharie, pro dolor! odie cernuntur oppressi, et ad laudem et gloriam celestis Jherusalem libere matris nostre, statuta presencia duximus in hoc ipso provinciali capitulo proferenda concorditer et edenda.

1. It. [= In] primis igitur, quoniam aliqui suis finibus non contenti, passim aliena deripiunt, et ecclesiasticas libertates effringere non verentur, approbante presenti consilio, statuimus quod quelibet persona secularis aut ecclesiastica, nobilis aut alia, cujuscumque preeminencie, dignitatis, officii, condicionis aut status fuerit, que vel ecclesias, vel cappellas, seu earum cimiteria, hospitalia, reclusoria, domos, possessiones, loca, villas, castra, census, tascas, trezena, laudimia, vintena, fauda, lesdas, pedagia, seu alia quecunque jura, seu etiam earum homines aut familias, animalia sive bona quelibet, mobilia seu immobilia, sive domos religiosas aut ospitalia sive reclusoria, quomodolibet invadere, capere, occupare, detinere, pignorare seu gadiare, necnon et qui contra ecclesias vel capellas, aut clericos, sive personas ecclesiasticas, seu earum homines, loca, villas, castra seu mansiones, aut contra libertates ecclesiasticas, vel domos religiosas, aut ospitalia sive reclusoria, quomodolibet edere vel facere quevis statuta sive banna, vel preconizationes, aut novitates quascumque, sive quibuslibet ex predictis directe vel indirecte violentias aut molestias irrogare, seu eis super bonis quibuslibet, ecclesiastici[s] seu patrimonialibus, questas aut tallas, angurias sive peranguarias, aut necessitates quaslibet, aliqualiter imponere vel inferre, sive domos ecclesiarum aut clericorum, seu personarum ecclesiasticarum, occasione quacumque, serrare seu claudere, vel ferrare, seu placare, sive eorum banna quecumque b'nare, seu etiam vias novas aliquas ubilibet adinvenire vel facere, per quas ecclesie possint, seu earum ville, castra, vel loca, in pedagiis sive lesdis, aut quibuslibet juribus aliis, possint in aliquo diminui, vel etiam pejorari, sive caminos aut vias, seu stratas publicas aut privatas, infra limites sive territoria, vel districtus locorum, villarum, seu castrorum ecclesiastice ditionis, auferre vel sibi quomodolibet apropriare, atribuere, seu etiam applicare, vel terminos eorum arrare presumpserit seu atemptaverit, per suam potenciam aut violenciam, sive superbiam, [nisi] infra tres dies super hiis, a die captionis seu invasionis, atemptationis sive presumptionis hujus, et eorum fautores, per emendam aut revocationem debitam, seu alias ut res exegerit, plene satisfecerit, excommunicationi subjaceat ipso facto, quam ex tunc in atemptatores et presumptores hujusmodi, fautoresque eorum, consiliarios et coadjutores quoslibet, ferimus in hiis scriptis. — Et nichilominus, si persona hujusmodi perstiterit in excomm. ipsa per tres dies, ex tunc loca quelibet ubi fuerit eccles. subjaceat interdicto ; quam siquidem excomm. seu interdicti sententiam, cum de premissis, seu eorum aliquibus, cuilibet ordinario, vel ejus officiale, summate constiterit, aut de plano, volumus et statuendo mandamus executioni debite per ipsum quemlibet ordinarium, seu officialem ipsius certificatum de plano, mandari per universas ecclesias Arelatensis civitatis, dyocesis et provincie, sicut viderit commodius expedire, super quo tam in genere quam in quascunque personas singulariter nominandas plenam hanc facultatem ; et insuper, etiam ad agravandam hujusmodi sententiam, prout ei videbitur expedire. — Insuper, mandamus et precipimus firmiter et districte, quod super omnibus circa premissa per quoslibet ab olim actenus attemptatis fiant, post instans festum Pentecostes, per III. dies dominicos continuos, monitiones in ecclesiis ubilibet generales, ut quicumque super premissis, aut eorum aliquibus, ab olim contra ecclesias et personas ecclesiasticas, seu earum jurisdictionem et jura, prout superius sunt expressa,

1. Cette rubrique est inexacte, quant au nom de l'archevêque. Le 17 mai 1279 fut bien le mercredi avant la Pentecôte et les prélats indiqués siégeaient cette année-là.

quicquid actenus atemptaverit, illud et illa quelibet, infra festum instans Assumptionis beate Marie, totaliter revocent et emendent, sive de ipsis satisfaciant competenter ; quod nisi fecerint, nos, eodem approbante concilio, in quoslibet atemptatores hujusmodi, seu etiam presumptores, ex nunc ut ex tunc, excommunicationis sentenciam similiter ferimus in hiis scriptis, et in eorum quoslibet coadjutores, consiliarios et fautores. Quam excommunicationis sentenciam, cum constiterit ordinario cuilibet, seu ejus officiali, de plano vel summarie, per officium vel ai'al' de premissis, volumus et mandamus per universas ecclesias civitatum et diocesum publicari, singulis diebus dominicis et festivis, prout per quemlibet ordinarium, seu officialem ipsius, fiet requisitio super eis.

II. Insuper approbante presenti concilio statuimus, quod si contingat vel homines, vel res quaslibet, animalia quevis ecclesiarum, sive personarum ecclesiasticarum, sive hominum aut locorum suorum quorumlibet, abduci per aliquos aut aliquas in predictam sive pignorationem aut represaliam : abductores hujusmodi, et eorum fautores, et autorizatores, excommunicationi subjaceant ipso facto ; qui tamdiu per capellanos ecclesiarum civitatis et diocesis, ubi predicta commissa fuerint, autoritate presentis concilii denuncientur excommunicati cum campanis pariter et candelis, singulis dominicis diebus et festivis, quousque de damnis et injuriis irrogatis fuerit eas passis plenarie satisfactum. Et nihilominus civitates, castra, loca, et ville, in quibus predicta hujusmodi recepta fuerint seu admissa, ecclesiastico subjaceant interdicto, si requisiti, qui fuerint inibi requirendi, a se noluerint abjicere predicta eadem. Et ad hec eadem exequenda, diocesani singuli, et officiales eorum, se promptos exhibeant sine contradictione quacunque, ut idem faciant fieri per capellanos suos, cum per illum, in cujus civitate vel diocesi res sic detestabilis commissa extiterit, fuerint requisiti. Et nihilominus super iis etiam observetur attente novella constitutio Gregoriana.

III. Preterea quia difficile nimium, et ut plurimum in parte magna damnosum, et periculosum etiam sepius invenitur, ut contra frequentes et quasi continuos injuriatorum et invasorum aggressus in alienis territoriis, ex absentia sive copia competentis judicis, debita coercitio retardetur : statuimus approbante presente concilio, quod si contingat nobis, vel alicui de fratribus nostris suffraganeis, seu nostro vel illorum officialibus, sive nostrum aut eorum loca tenentibus, aut nostris seu eorum canonicis, clericis, famulis, seu hominibus quibusvis, etiam laicis, castris aut villis, feudis, vel retrofeudis, ab aliquibus, cujuscumque preeminentie, status, officii, vel conditionis fuerint, in quocunque loco civitatis, diocesis, seu provincie Arelatensis, ubicunque, seu universaliter in locis, vel extra loca, injuriam vel violentiam seu offensam inferri : prelatus, vel ejus officialis, aut locum tenens ipsius, cui super premissis injuria, violentia, seu offensa fuerit irrogata, possit per censuram ecclesiasticam, et aliter ut expedierit, animadvertere ubicumque fuerit, in civitate, diocesi, et provincia supradictis, et punire quoslibet irrogantes, seu hujusmodi delinquentes. Nec possit objici, quod quia forsan extra territorium jus dixerit, vel monitiones aut citationes fecerit, vel sententias excommunicationis aut interdicti tulerit, vel tales punierit, ei non pareatur impune. In casu enim hujusmodi civitatem et diocesim Arelatensem, et totam ejus provinciam prelibatam, volumus esse de territorio cujuslibet de predictis : et quod insuper ad mandatum seu ad requisitionem illius seu hujus punientis, quilibet prelatorum, et officialium, seu eorum loca tenentium, sive quorumlibet aliorum ecclesiis presidentium, quamlibet sententiam latam a tali, sine difficultate qualibet, usque ad satisfactionem condignam teneatur executioni mandare : hoc adjecto moderamine, quod per presens statutum, Arelatensis archiepiscopus in suffraganeos suos, sive prelatus quilibet in prelatos alios, vel eorum subditos, seu eorum communitates et dioceses, jure metropolitico, seu quolibet alio, ratione consuetudinis, vel usus, aut aliter, nullum jus, nullamve jurisdictionem acquirat, presenti quidem statuto post terminum minime valituro.

IV. Ad hec etiam approbante presenti concilio statuimus, quod si officiales, vel locorum domini quilibet seculares, seu eorum cursores aut bannerii, ceperint clericum aliquem ; et requisiti per diocesanum, vel officialem suum, quod clericum illum captum cum omnibus rebus suis restituant sibi confestim : si per unum diem destiterint illum restituere, quamquam ipso facto sint excommunicati, extunc officiales illi, seu domini, et quilibet detinentes atque cursores seu bannerii supradicti, denuncientur excommunicati nominatim et expresse diebus singulis cum campanis pariter et candelis. Et si denunciati per tres dies, clericum illum non reddiderint, extunc locus aut civitas, sive castrum, aut villa, ubi captus ille clericus detentus fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto. Nec teneatur aliquis fidem facere dictis officialibus, sive dominis aut detentoribus, sive quibuslibet aliis, quod captus sit clericus : cum sufficiat, ut illum constet clericum, in eo quod diocesanus, vel officialis, seu locum tenens ipsius, asserat per litteras vel nuncium, clericum illum esse ; nec super his fides aliqua sit laicis facienda. Hoc autem de tali clerico intelligimus, qui erat in possessione clericatus tempore captionis.

V. Posthec approbante presenti concilio statuimus, quod nulla persona ecclesiastica vel secularis, cujuscumque religionis, status aut conditionis existat, inducat per se, vel per alium, aliquam personam in infirmitate vel sanitate constitutam, nec etiam moneri faciat, ut dimissa sua parochiali ecclesia, in cemeterio alterius ecclesie cujuslibet eligat sepeliri. Alioquin contra facientes, scilicet tam inducens, quam induci faciens, et tam monens, quam moneri faciens, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, que sententia debite publicetur.

VI. Insuper etiam statuimus, ut jura edita de Judeis serventur : videlicet in pectoribus appendentia vestimentis exterioribus dissimilia signa portent ; talia siquidem, per que faciliter et distincte valeant a Christianis agnosci pariter et discerni. Sed neque teneant Christianos nutricios aut nutrices ; carnes autem per eos occisas nullus vendat fidelibus Christianis. Ipsi quoque Judei dies excolant manifeste. In Quadragesima carnes

publice non manducent. Obviantes autem cruci, sive Christi corpori, vel penitus se recludant, aut cito recedant, vel reverentiam exhibeant ut Christiani. Alioquin Judei quilibet contra facientes, per subtractionem communionis fidelium, et Christiani per excommunicationis sententiam, per ordinarios, vel officiales, seu loca tenentes eorum, solicite compellantur.

vii. Cum in jure canonico caveatur, quod qui de cetero servari fecerit statuta, et consuetudines introductas contra ecclesie libertatem, statutarii et scriptores statutorum ipsorum, necnon potestates, consules, rectores, consiliarii locorum ubi statuta hujusmodi et consuetudines de cetero edita fuerunt vel servata, necnon et illi, qui secundum ea judicare presumpserint, vel in formam publicam scribere judicata, excommunicationis sententie debeant subjacere : nonnulli proprie salutis obliti, et sue verecundie non parcentes, juris sententiam verborum amplexu non sine fraude circumvenire nituntur : non statuta, ut asserunt, banna tamen faciunt proclamari, precepta et prohibitiones inducunt, que non est dubium in libertatis ecclesiastice prejudicium redundare. Nos itaque fraudibus malignorum, quas circa hoc adhibitas fuisse cognovimus, obviare volentes, approbante presenti concilio statuimus : ut qui contra ecclesie cujuslibet libertatem banna, prohibitiones, sive precepta, scientes fecerint, aut fieri procuraverint, seu facientibus consilium vel opem duxerint adhibendam, ipsa, postquam per locorum ordinarios, vel officiales eorum, super hoc fuerint requisiti, absque cujuslibet difficultatis obstaculo indilate revocent, seu faciant revocari, ad consimilia nunquam de cetero processuri : alioquin censura simili sint adstricti. Qui vero contra ecclesiasticas consuetudines antiquas, rationabiles, approbatas, et hactenus pacifice observatas, statuta, banna, prohibitiones, aut precepta, scienter fecerint, aut fieri procuraverint, sive jam facta servaverint, aut servari fecerint, seu facientibus vel servantibus, in hujusmodi consilium vel opem prestiterint, per diocesanos locorum, aut officiales, presentis autoritate concilii moneantur, ut infra viii. dies a tempore monitionis hujusmodi numerandos, statuta, banna, prohibitiones et precepta hujusmodi debeant revocare, ad consimilia nunquam ulterius processuri : alioquin excommunicationis sententia, quam in his scriptis exnunc ferimus, sint ligati.

viii. Cum nonnulli temporale dominium obtinentes, seu secularis justitie potestatis gerentes officium, jurisdictionem sancte matris ecclesie subvertere vel minuere exquisitis astutiis moliantur : nos eorum malitiam ultione canonica reprimentes, approbante presenti concilio statuimus, inhibentes, ne quis in foro ecclesiastico litigantes seu litigare volentes super causis mere ecclesiasticis, sive que ad forum ecclesie de antiqua et approbata consuetudine et hactenus pacifice observata pertinere noscuntur, ad desistendum compellat, per ipsorum vel parentum aut consanguineorum, sive rerum eorum et personarum hujusmodi captionem, modisve aliis quibuscunque. Si quis vero contra presumpserit, excommunicationis sententie autoritate concilii se noverint subjacere.

ix. Licet regularis observantie professores, et alios quos sedes apostolica exemptionis seu libertatis majoris decoravit titulo, et privilegiis insignivit, attollere condignis favoribus intendamus, ipsorumque privilegia, quantum ad nos attinet, observare penitus illibata : sic tamen eos suis manere contentos juribus affectamus, quod privilegiorum suorum limites in aliorum injuriam non extendant. Proinde sacro approbante concilio duximus statuendum, districtius inhibentes, ne deinceps religiosi quicumque, vel etiam seculares, exemptionis seu libertatis sedis apostolice privilegiis muniti, excommunicatos publice vel nominatim interdictos, seu usurarios manifestos, ad divina seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam, admittant. Qui vero contra presumpserint, preter penas a jure statutas, ingressum ecclesie eo ipso sibi noverint interdictum : donec prolatoribus sententiarum hujusmodi, quorum autoritatem contempserint, et aliis quorum interesse contingat, de predictis excessibus et omni interesse et damnis satisfecerint competenter.

x. Insuper et presenti approbante concilio statuimus, ut infrascriptum statutum concilii Valentini ab omnibus firmiter observetur, quod est istud : « Excommunicati, in consules, rectores, potestates, assessores, ballivos, vel ad alia officia publica, nullatenus eligantur : et qui tales scienter elegerint, excommunicentur ; et nulla sententia lata per ipsos, sive autoritate eorum, valeat, seu processus habiti per eosdem sive autoritate ipsorum. Quia vero intelleximus quod excommunicati quidam, statuta quedam faciunt, precepta, seu banna, contra excommunicatores vel denunciatores excommunicationum, quod est quasi hereticum, et a disciplina ecclesiastica alienum, cum directe fiat hoc in contemptum clavium, et illusionem ipsarum, quod ipsas nituntur infringere malitia obstinata : licet excommunicati intelligantur per constitutionem domini Honorii, quia tamen constitutionem illam contemnunt, statuimus, quod quicunque statutum, preceptum, bannum, interdictum, furni, molendini, ignis, aque, seu aliorum commerciorum, seu mandatum fecerint contra excommunicatores vel denunciatores, apertum, tacitum, vel occultum, denuncientur etiam excommunicati per totam provinciam, et etiam in vicinis provinciis si videbitur expedire ; et cessetur a divinis, in omnibus locis ad que venerint taliter excommunicati, quamdiu moram fecerint in eisdem ; nec absolvantur donec satisfecerint competenter de damnis et injuria illatis propter hec ecclesie et personis ecclesiasticis. Precipimus autem quod prelati omnes, cum a diocesano qui excommunicationem tulit, ipsis fuerit denunciatum, predictos renuncient, et illos evitent, et hoc medicinale statutum observent inviolabiliter. Quod si non fecerint, ingressum ecclesie per mensem unum sibi noverint interdictum ».

xi. Huic autem statuto concilii Valentini adjicimus, approbante presenti concilio, statuentes, quod quicunque sumpserint aut elegerint excommunicatos, qui semel aut pluries fuerint in ecclesiis aut in ecclesia denunciati, vel in consules, vel rectores, vel vicarios, vel judices, vel potestates, vel assessores, vel ballivos, vel clavarios, vel notarios, vel alia officia publica, excommunicationi subjaceant ipso facto ; et omnia in quibus, seu ad que illi taliter electi fuerint ad officia, si requisiti electores hujusmodi electos ipsos ab ipsis officiis non amoverint, infra

mensem post requisitionem hujusmodi sibi factam, ecclesiastico subjaceant interdicto, donec tales prorsus amoti fuerint et recesserint de locis eisdem.

xii. Ad hoc etiam, infrascriptum statutum editum per bo. me. dom. B. Arelatensem archiepiscopum predecessorem nostrum in provinciali concilio, statuimus approbante presenti concilio cum subsequenti moderamine firmiter observari. Et ante [= Est autem] istud statutum, « quod n. (*n° 1257, § 14*)... n. etiam in... neg. neque huic... si facere presumpserit, inc... possit absolutionis ben.... alia pena... ipsius facti qual. ». Hoc autem moderantes statutum, propter animarum periculum, tollimus penam excommunicationis impositam clericis vendentibus et revendentibus, in ipso statuto contentam : ipso statuto, quoad alia ibi contenta, in suo robore alias permanente. Adjicientes, quod venientes contra ipsum statutum, et spiritualiter et pecunialiter arbitrio diocesani sui puniantur debite.

xiii. Aliud etiam infrascriptum statutum, olim editum per bo. me. dom. Florentinum, Arelatensem archiepiscopum, predecessorem nostrum, in provinciali concilio, statuimus, similiter approbante presenti concilio, cum subsequenti moderamine, firmiter observari ; quod est istud : « Ad hec, cum eccles. per ecclesiast. (*n° 1233, § 9*)... aratrum Ecclesie mitt. m., et resp... presumat, nec judiciarium exercere : nisi... vel paup., viduis... benef. suo eccles... per ipsum episcopum absolvatur ». Hoc autem moderantes statutum, volumus statuendo, quod hujusmodi clericus, de sententia sui episcopi generali vel speciali, possit libere advocationis judicature officium ubilibet exercere. Adjicientes predicto statuto, ut nullus clericus ecclesiasticum habens beneficium, presertim in dignitate ecclesiastica constitutus, in aliqua curia ecclesiastica vel civili presumat, contra ecclesiam vel personam ecclesiasticam, advocationis officium in civitate, diocesi, et provincia Arelatensi pro laicis exercere : nisi per judicem illius ecclesiastice curie fuerit datus laicis advocatus. Alioquin contra faciens ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

xiv. Cum autem plurima testamenta soleant ex heredum malitia nequiter occultari, ut ea que vel ad pias causas, vel ad faciendas emendas, in ultimis defunctorum voluntatibus legata sive relicta fuerint, ad lucem nequeant pervenire : nos volentes hujusmodi malitiis obviare, approbante presenti consilio statuimus, quod tam heres quilibet, quam notarius, qui notam cujuslibet receperit testamenti, per ecclesiam, ut commodius videbitur, requiratur, quod testamentum, vel notam, sive transcriptum alterutrius, in eo quod vel pias causas vel faciendas emendas tangere dinoscitur, exhibeant infra octo dies, a tempore requisitionis hujusmodi computandos. Quod nisi fecerint, ex tunc eos prout requisiti fuerint, decernimus excommunicationis sententie subjacere : quam excommunicationis sententiam volumus nominatim et solemniter diebus singulis publicari.

xv. Demum approbante presenti concilio statuimus, quod quilibet diocesanus sive prelatus Arelatensis provincie, presens concilium habeat infra duos menses, ab instanti festo Pentecostes numerandos : et per ecclesias subditas eadem statuta, presertim excommunicationis et interdicti sententias continentia, prout eadem statuta requirunt, sub pena excommunicationis vel alia, prout eis visum fuerit, a subditis suis faciat publicari et diligenter exponi, ut pericula que clericis et laicis ex eisdem possunt sententiis imminere, sint liquide manifesta, et cautius evitentur.

Factum Avenione, anno Domini MCCLXXIX, xvi. kal. junii, die scil. mercurii ante Pentecosten.

Pro crucesignatis in Terre sancte subsidium, in provinciali concilio, quod celebratum fuit apud Avenionem anno MCCLXXIX, xvi. kal. junii, concorditer extitit ordinatum. — Quod cum apostolice littere Gregoriane d. archiepiscopo Arelatensi et ejus suffraganeis omnibus simul directe, per eos fuerint hactenus multipliciter publicate, et processus multiplices autoritate earum per eos sint habiti et quasi per universum mundum sit publicum et notorium, quod quilibet metropolitanus, et ejus suffraganei, super hoc plenam habeant potestatem, transcriptum earum sive copia nulli detur. — Quod insuper crucesignati et crucesignandi pro subsidio terre sancte, per ipsos dominos archiepiscopum et ejus suffraganeos defendantur, juxta indulgentiam contentam in litteris supradictis, et in concilio generali. — Quod etiam crucesignati, licet antequam crucem sumpserint citati fuerint, vel contra eos sint aliqui processus habiti, autoritate litterarum sedis apostolice de predictis non facientium mentionem, extra suas dioceses ; nihilo minus tamen in posterum similiter, postquam crucem susceperint, defendantur, ne ad judicia extra suas dioceses evocentur. — Nec in aliis, in quibus eos sedes apostolica privilegiat, offendantur : ita quod processus habiti coram judicibus delegatis teneant, ut tenere debebunt, et juxta eos sive post eos fiat continuatio per crucesignatorum ordinarios, et finaliter procedatur. — Quod si forsitan contra ordinarios, seu eorum vices gerentes, quod defenderent crucesignatos, vel contra ipsos crucesignatos defensos per eos, aliqui delegati procederent, citando vel monendo, vel sententias aliquas fulminando, vel eas denunciari mandando, seu alias quoquo modo : nullus in civitate, diocesi, et provincia Arelatensi, delegatorum eorundem sigillet litteras, nec exequatur mandata. — Quodque cum crucis ipsius transmarine negotium sit continuum in favore, et vivente d. Gregorio summo pontifice per prelatos fuerit inchoatum, nec per aliquem successorem ipsius aliqualiter revocatum, non obstante morte ipsius domini Gregorii : circa ipsum negotium per prelatos juxta directum predictum sibi mandatum apostolicum procedatur, cum negotium crucis adhuc maneat et vigeat, nec dum passagium sit inceptum. — Et omnes diocesani, et eorum officiales, exequantur latas sententias, per eorum quemlibet pro crucesignatis contra quoscumque.

Super confessionibus, quas religiosi passim audierint, extitit in eodem concilio similiter ordinatum. — Quod religiosi per ipsos diocesanos, vel tenentes loca eorum, cautius requirantur, an de licentia vel sine licentia prelatorum audiant confessiones. Quod si privilegia confessiones audiendi se dicant habere, illa sine mora qualibet exhibeant et ostendant, et copiam dent eorum. — Quodque deinceps illi religiosi, qui voluerint confessiones audire, veniant ad prelatos, ut ab eis super confessionibus audiendis recipiant specialiter facultatem.

— Quod etiam iidem prelati non committant religioso alicui confessiones generaliter audiendas. — Quod insuper iidem prelati retineant illos in causis, qui retenti sunt ipsis prelatis per provincialium conciliorum statuta. Si tamen inter religiosos eosdem alique sint persone, per quas prelati senserint tali gratia speciali meritos sive dignos : ipsi prelati faciant super his erga personas hujusmodi, quod viderint expedire.

Facta sunt hec die precedente prenunciationis concilii supradicti, videlicet xvij. kal. junii, in presentia et testimonio plurium personatuum, et aliorum, et mei Stephani de Sancta Maria, dni pape scriptoris, sacri palatii notarii, qui de mandato predict. dni archiepiscopi et dnorum episcoporum, et aliorum absentium loca tenentium, predictum concilium, sive statuta contenta in eo, prout omnia sunt ordinata superius, scripsi ; et ut ex his publicum instrumentum facerem, sive plura, mandatum ab ipsis recepi. In cujus rei certitudinem, hic apposui signum meum.

Rome, Bibl. Chigiana. Cod. ms. C. v. 151, f°° 14 v°-18 v°. Labbe, *Concilia*, t. XI, c. 1051-61. Hardouin, *Conc.*, t. VII, p. 771.

1305 Salon, 20 août 1279.

Bernardus, mi. di. s. Arelaten. eccl. archiepiscopus, ven. in Christo fratri B. Dei gratia episcopo Tricastrinen., salutem in eo qui Petri naviculam mergi non sustinet in procellis. Cum propter excessus... (Mandat denunciari excommunicatos senescallum, judicem majorem Provincie, vicarium Arelat., *etc., affaire de Salon contre Alamanon).* Datum Sallone, xiii. kal. sept. a. D. 1279.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 114. Bonnemant, t. II, p. 596 : « Cette lettre étoit circulaire, c'est-à-dire addressée à tous les évêques suffragans de l'église d'Arles ». Cf. n° 1294.

1306 28 septembre 1279.

Nos Karolus, regis Jerusalem et Sicilie primogenitus, princeps Salerni et honoris Montis S. Angeli dominus, attendentes quod cum Stephanus Caire, quondam judex Tharasconis, occasione cujusd. rixe que facta fuerat.. inter homines castri Sallonis et castri Alamanonis dudum contra Guiraudum Laguisselli, tunc vicarium... ejusd. castri Sallonis, et contra familiares quosd. vener. patris dni B., D. g. Arelaten. archiepiscopi, quosd. fecisset processus ; *sur la requête de l'archevêque il les annule* ;... per vir. nob. Guillelmum de Lagonessa, militem, tunc senescallum Provincie, cum suo consilio, tamquam impertinens mandata fuisse dicitur de libris ejusd. curie cancellari... Dat. Aquis....

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 166. Bonnemant, t. III, n° 103.

1307 Saint-Maximin, 18 décembre 1279.

Invention du corps de s° Marie-Madeleine par Charles, prince de Salerne, fils aîné du roi de Jérusalem et de Sicile, præsentibus vener. patribus dnis Aquensi et Arelatensi archiepiscopis, et pluribus aliis prælatis...

Faillon, *Mon. de s° Marie-Madel.*, t. II, c. 801-2.

1308 Arles, 8-10 février 1280.

Les chanoines de Carpentras demandent à l'archevêque B. de confirmer l'élection de leur nouvel évêque, Raimond de Mazan, chapelain du Pape. Nos, *raconte Bernard*, eorum condescendendo precibus, diem veneris primam [2] februarii et diem sabbati subseq. eis assignavimus per litteras nostras patentes. Sed cum iidem canonici .. a nostra presentia recessissent, die ipsa post solis occasum, litteras preclarissimi domini principis Salerni recepimus, per quas nos multum amicabiliter et instanter rogabat quod ad eum, ad celebrandum cum eo festum Purificationis B. Marie, personaliter veniremus. Nos vero, considerantes affectionem quam idem dom. princeps ad nostram in hac parte gerebat personam, quodque super premissis in paucis diebus mora nullum periculum inducebat, precibus ejusdem d. principis acquievimus, et diem jovis sequentem cum diebus subseq. apud civitatem Arelaten. mox per nostras patentes litteras assignavimus.. eisdem preposito et capitulo. *Le jeudi [8], les chanoines se présentent, à la nuit tombante, devant l'archevêque, qui les renvoie au lendemain vendredi [9]. Ce jour-là, on lit au prélat les lettres de procuration et le procès de l'élection ; il fait l'enquête canonique,* ex abundantia, *et confirme l'élu le samedi 10,* hora quasi sexta, de sapientum virorum B. prepositi et capituli Arelat. ecclesie consilio.

Voir la pièce à l'évêché de Carpentras.

1309 Salon, 25 février 1280.

Le dimanche de la Sexagésime, in missarum sollempniis, *B. archevêque d'Arles, assisté des évêques R. de Marseille, J. de Toulon et G. d'Orange, présents* B. preposito, Petro Andree archipresbitero, R. archidiacono Arelat., *etc., consacre solennellement l'évêque susdit de Carpentras,* apud Sallonem. in ecclesia S. Michaelis.

Voir la pièce à l'évêché de Carpentras.

1310 28 mars 1280.

Diplôme de Rodolphe, roi des Romains, adressé vener. archiepiscopis, episcopis cæterisque comitatus et marchionatus Provinciæ ac comitatus Folkalker ecclesiarum prælatis ; *il proteste qu'en confirmant au roi de Sicile Charles les comtés de Provence et de Forcalquier, il ne veut faire aucun tort aux droits du clergé.*

Raynaldus, *Ann. eccles.*, a. 1280, n° 2. Boehmer-Redlich, VI, 1181.

1311 Saint-Maximin, 5 mai 1280.

Translation du corps de s° Marie-Madeleine par le même prince (n° 1307), en présence des archevêques de Narbonne, d'Arles et d'Aix, et d'autres prélats.

Faillon, *Mon. de s° Marie-Madel.*, t. II, cc. 779 et 801.

1312 Arles, 4 juillet 1280.

Transaction entre Bertrand [B. = Bernard], archevêque d'Arles, et Bertrand de Baux, comte d'Avellin, par laquelle la vente des châteaux de Mirabel, Nyons et Vinsobres, faite à Barral, père de Bertrand, par l'abbesse de St-Césaire, est approuvée ; en échange l'archevêque

reçoit tout ce que ce seigneur possède au château de Cornillon, au dioc. d'Arles, ses possessions de Confoux près Salon, et la promesse de récupérer les droits utiles de son église et du monastère sur les châteaux vendus.

Chartrier de Salon, n° 154. Barthélemy, *Baux*, 615.

1313 Salon, 17 juillet 1280.

Restitution par le clavier d'Aix à B. archevêque d'Arles.

In nomine domini nostri Jhesu Xpisti. Anno Incarnationis ejusdem M°.CC°.LXXX°, xvi. kl. augusti. Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod constitutus magister Johannes de Marchisio, clavarius Aquen. curie, coram venerabili patre dno *B. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo ;* reddidit, restituit, et tradidit dictus clavarius dicto dno archiepiscopo, nomine curie dni nostri regis, unum obolum aureum, quem solverat dictus dns archiepiscopus dicto clavario, ut dicebat, pro affari Gabardelli ; pro quo dicebat et asserebat dictus dns archiepiscopus, se debere dari et prestari, nomine census, seu canonis, singulis annis, in festo Sancti Michaelis, unum obolum aureum curie supradicte. Et cum dictus dns archiepiscopus, vel ejus predecessor, cessasset, seu cessassent, in solutione dicti census, seu canonis, curie supradicte, per quinque annos, ut dictus clavarius firmiter asserebat ; et predictum obolum a dicto dno archiepiscopo recepisset per ignoranciam, cum eidem non constaret de cessatione dicti census, quando a dicto dno archiepiscopo recepit obolum supradictum ; et timeret dictus clavarius ne dicta receptio dicti oboli posset dicte curie regie in futurum, prejudicium generare ; maxime, cum ipse diceret se habuisse in mandatis, a dno senescallo Provincie, quod dictum obolum redderet dno archiepiscopo supradicto. Idcirco predictum obolum prefato dno archiepiscopo reddidit, et tradidit coram me notario et testibus infrascriptis. Qui dictus dns archiepiscopus dictum obolum recepit manu propria, et ipsum obolum incontinenti dicto clavario obtulit, nomine dicti census, quem dicebat se prestari pro dicto affari de Garbadello, predicte curie, pro isto anno presenti. Qui dictus clavarius dictum obolum recipere recusavit ; pro eo quia dicebat quod dictus dns archiepiscopus in solutione dicti census cessaverat per v. annos, ut superius est jam dictum. Et de predictis, predictus clavarius peciit, nomine dicte curie, sibi fieri publicum instrumentum. Actum in castro Sallonis, in aula superiori, in qua jacet dictus dns archiepiscopus, in presentia et testimonio dni Raimundi de Vellaucio, jurisperiti, Bernardi de Brugueria, Guillelmi Corvi, notarii, magistri Raimundi de Verdabla, capellani. Et mei Jacobi Barracii, publici notarii comitatuum Provincie et Forchalquerii, qui ad requisitionem dicti clavarii, hanc cartam scripsi, et signo meo signavi.

Arch. des B.-du-Rh. B. 376, orig. parch.

1314 Arles, 22 septembre 1280.

Acte de Bernard de Languissel, archevêque d'Arles, unissant à la mense épiscopale d'Orange l'église de Saint-Jacques de Mondragon.

Voir la pièce à l'évêché d'Orange.

1315 6 mars 1280/1.

Aladaissia de Caislario, abbatissa S. Cesarii, accedens coram rev. patre dno Bernardo de Agussello, Arelaten. archiepiscopo, *présente et obtient l'institution de Bernard de Irla, comme prieur de St-Césaire des Alicamps.*

St-Césaire. Prieurés, n° 52, orig. parch.

1316 Alais, 22 avril 1281.

Arbitrage de B. archevêque d'Arles, qui casse un hommage fait par Odilon de Tournel au commandeur de Gap-Francès, comme fait au préjudice de l'évêque de Mende ; sauf pour 4 mas dépendants in tenemento castri de Rocablava.... Actum apud Alestum, Nemausen. diocesis.

Arch. des B.-du-Rh. Ordre de Malte, liasse 457, orig.

1317 Aix, 10 juin 1281.

Dnis B. Aralaten. archiepiscopo *témoin, à Aix, à un vidimus d'un diplôme de l'empereur Rodolphe en faveur de Charles I.*

Arch. des B.-du-Rh. B. 377.

1318 Aix, 11 juin 1281.

Les archevêques B. d'Arles, G. d'Aix et J. d'Embrun, et R. évêque de Carpentras assurent que Charles, fils aîné du roi de Jérusalem et de Sicile, prince de Salerne, leur a montré le chef de sainte Marie-Madeleine, qu'il se propose de placer, enrichi d'or et d'argent et orné de pierres précieuses, dans l'église de St-Maximin ou ailleurs.

Reboul (Vinc.), *Le pèlerinage de St-Maximin et de la Ste-Baume en Provence* (1662), p. 69. Bouche, *Défense de la foy... de Provence* (1663), p. 80. Faillon, *Mon. de Sainte Marie-Madel.*, t. II, c. 803-6. Bréq., VII, 174.

1319 1281.

Bulle de Martin IV, élevant au cardinalat Bernard de Languissel, archevêque d'Arles.

Venerabili fratri *B. quondam archiepiscopo Arelatensi, episcopo Portuensi.* Moysi circa regendam plebem Israeliticam laboranti, Jethro vel socer cognatus ipsius attendens illi supra vires imminere negotium, quod solus portare non posset, salubre consilium describitur prestitisse ; proinde, inquirens de omni plebe viros potentes et Deum timentes, in quibus sit veritas, et avaritiam oderint. Nos itaque hujus secuti consilium, post vocationem nostram ad apostolatus officium, considerantes nobis immensum onus spiritualis regiminis totius orbis incumbere, quod soli procul dubio sustinere nequimus, ut impleri omnipotentis imperium ejusque possint sustentari precepta, et in loca sua, dilecta videlicet Domini tabernacula, commissus nobis populus, ipso auspice inducatur, nobisque opere partito sit levius, de diversis mundi partibus viros cooperaturos nobis in ejusdem executione regiminis deliberavimus providendos, virtutum pollentes viribus, non effeminationis infamia denigratos, viros utique potentes tam opere quam sermone, ut plebem operum exemplis instruant, doctrina sermonis informent, viros qui sic Deum timeant, qui nequaquam hominis faciem vereantur, sic avaritiam

odiant ut post aurum non abeant, et in pecuniarum multiplicatione non sperent, sed veritatem, immo Christum qui est via, veritas et vita, pure, nec ad dextram nec ad sinistram declinando sequantur. Sane in scrutinio deliberationis hujusmodi, nobis cum gaudio persone tue merita, quibus eam insignivit Altissimus, occurrerunt, et super illis cum fratribus nostris deliberatione prehabita, de ipsorum consilio, te ad ministerium hujus operationis elegimus, et de plenitudine potestatis, a vinculo quo tenebaris Arelatensi ecclesie absolventes, de persona tua Portuensi ecclesie tunc vacanti duximus providendum, te illi preficientes in episcopum et pastorem ; fraternitati tue non solum libere transeundi ad illam licentiam concedentes, sed et presentium auctoritate mandantes, quatenus onus dispositione apostolica humeris tuis impositum devote suscipiens, hujusmodi provisioni nostre in humilitate spiritus, sine cujusquam difficultatis obice, acquiescas, et ad presentiam nostram, absque dispendio morose tarditatis, accedas, una nobiscum divinis obsequiis, et universalis Ecclesie servitiis vacaturus.

Martene, *Vet. script. et mon. ampliss. collect.*, t. II, c. 1283, ex cod. Colbert. Potthast, 21829 (fin de l'an.). Le P. Eubel estime (p. 10) que la nomination de cardinaux, dans laquelle Bernard de Languissel fut élevé au siège suburbicaire de Porto, eut lieu avant le 24 mai, d'après une bulle de ce jour (Potthast, 21758) où figurent les cardinaux Hugues et Benoît, nommés en même temps que lui.

Il n'y a pas lieu de donner l'analyse de toutes les lettres pontificales adressées au cardinal Bernard ; il suffira de renvoyer aux *Reg. pont. Rom.* de Potthast, nos 22038-40, 22062, 22084, 22086, 22099, 22126, 22149, 22202 et 22215 ; elles montrent qu'il fut envoyé comme légat dans plusieurs provinces de l'Italie. Le 29 mai 1289, il participa au couronnement de Charles II, roi de Sicile, à Rieti *(Bibl. de l'éc. d. Chartes*, t. LIV, p. 72). Il figure à la cour pontificale du 17 sept. 1285 au 23 juil. 1291 (Potthast, pp. 1824 et 1914) ; il mourut peu après, à Orvieto, le 19 sept. [1]. D'après Frison *(Gallia purpur.*, p. 246) il aurait laissé, par testament, à son ancienne église d'Arles « quamplurimos redditus sacello construendo dicandos ». — Voir encore les nos 1332, 1335, 1338, 1342.

BERTRAND III Amalric, 1281-1286.

D'après l'acte suivant, sa carrière commença par un canonicat à la métropole de Reims [2].

1320 13 juin 1279.

Bertrand Amalric collecteur des décimes en Danemark et en Suède.

Dilecto filio *magistro Bertrando Amalrici, cappellano nostro, canonico Remensi, collectori decime in Dacie et Suetie regnis deputato.* Felicis recordationis G. papa. predec. noster, olim, approbante concilio generali Lugdunensi, decimam omnium eccl. reddituum et prov. ad Terre sancte subsidium, per sex annos a festo Sancti Johannis Baptiste tunc transacto novissime numerandos concessit, tibique dictus predec. suis dedit litteris in mandatis, ut predicte decime colligende in Datie et Suetie regnis, videlicet ut in singulis civit. et dioc. dictorum regnorum de consilio locorum ordinarii aut ejus vicem gerentis, si diocesanus ipse absens foret, et duorum fidedignorum de ecclesia cathedrali constitutorum in dignitatibus, seu aliorum, quoad non exemptos, quoad exemptos vero, de consilio aliquorum proborum de contrata, deputares duas personas fide, facultatibus, si tales invenirentur comode, ac alias ydoneas ad collectionis hujusmodi ministerium exequendum ; collectores vero quos ut premittitur deputares, sub forma jurare faceres in hujusmodi litteris annotata ; et ut tu nichilominus partes circuires easdem, diligentius scrutaturus qualiter in commisse sibi dicte collectionis officio iidem se collectores haberent, qualiter ipsis de decima satisfaceret supradicta, collectamque per illos ex decima ipsa pecuniam, de predictorum ordinarii et aliorum consilio, faceres per collectores eosdem in tutis locis vel loco deponere ; tibi quoque cum consilio eorumdem ordinarii et aliorum, mutandi collectores ipsos, quotiens expedire videres, ac compellendi coram eisdem ordinariis et aliis, ad reddendum tibi computum de collectis, ac contradictores quoslibet per censuram eccl. auct. apostol. compescendi, plenam concessit auctoritate simili potestatem ; et ut tam tu quam dicti collectores fructum reportaretis ex vestris laboribus, idem predec. premissa tibi et eis in rem. peccaminum injunxit ; et nichilominus a prestatione decime pro annis quibus circa ea laboraretis, vos voluit esse immunes ; preterea ejus indulgentie concessit esse participes que crucesignatis personaliter transfretantibus in terre sancte subsidium est concessa ; et quod tu de pecunia ex ipsa decima colligenda, singulis diebus in quibus circa premissa vacares, tres solidos et sex denarios sterlingorum perciperes. Non obstante si aliquibus a sede ap. sit concessum... Voluit etiam dictus predecessor, ut frequenter ei referres quid actum esset in qualibet ex provinciis sepedictis, tam circa collectores quam etiam circa collectionem, ut quantitatem collectam ipsius ....m, locum depositionis et modum. Cum igitur hujusmodi negotium specialiter insideat cordi nostro, et ad liberandum de manibus impiorum terram ipsam mentis nostre desiderium dirigatur, discr. tue per ap. scr. mandamus ad executionem pref. negotii studeas vigilanter intendere, juxta predictarum predecessoris ejusdem continentiam litterarum ; sic prudenter et consulte in hac parte te dirigens, ut ab eo qui est bonorum omnium retributor, retributionis premium et a nobis laudis titulos et gratiam assequi merearis. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, idus junii, anno secundo.

Arch. Vatic. Reg. 39, f° 177 (Nicol. III, an. II, ep. 129). — Suivent du n° 130 au n° 145 (f° 177-80) toutes les bulles de sa mission : « Regi Dacie, Regi Suecie » et aux évêques, datées « VII. idus julii, VIII idus junii, XI. kal. julii, V. kal. julii, anno II » (6, 21, 27 juin, 9 juillet 1279).

1. Son inscription tumulaire, rapportée par Ughelli *(Italia sacra*, 1717, t. I, c. 138-9) portait : « A. D. MCCLXXXX, videl. XIII. kal. octobris... » ; il y a eu sûrement, pour le millésime, erreur, soit du lapicide, soit du copiste.

2. MM. H. Jadart, conservateur de la bibliothèque, et Demaison, archiviste de la ville de Reims, ont vainement cherché son nom, soit dans les *Archives de Reims* de P. Varin, soit dans les chartes ecclésiastiques. Ce que Weyen en dit *(Dignit. eccl. metrop. Remen.*, ms., f° 187) est tiré de la *Gallia.*

1321 Orvieto, 20 décembre 1281.

Provisions de Bertrand Amalric pour l'archev. d'Arles.

BERTRANDO *archiepiscopo Arelatensi*. Exemplo conditoris omnium, qui hominem ad ymaginem et similitudinem suam, mirabili operatione plasmatum, posuit ad custodiam paradisi, ut commissa sue custodie salva fierent, seque ibidem tanquam operosus agricola fructuosis operibus exerceret; illos de quorum scientia, munditia vite, ac approbata conversatione, indubitatam fiduciam gerimus, in partem sollicitudinis, ad custodiendum gregem dominicum, eo libentius evocamus quo idem grex per tales custodes consuevit salubrius verbo Domini refici, et securius a lupi rapacis morsibus et malignorum incursibus defensari. Sane Arelatensi ecclesia per translationem ven. fratris nostri B. Portuensis episcopi, de regimine ipsius ecclesie, cui diu laudabiliter dinoscitur prefuisse, ad Portuensem ecclesiam tunc pastore carentem, pontificis proprii solatio destituta, dilecti filii B. prepositus et R. precentor ipsius Arelatensis ecclesie, qui cum eodem episcopo ad sedem apostolicam accedentes, ab Arelatensi capitulo eligendi, permissione prius super hoc a nobis obtenta, personam ydoneam in pastorem eorum et ipsius ecclesie Arelatensis potestatem habebant, humiliter petierunt a nobis ut eis celebrandi electionem hujusmodi concedere licentiam dignaremur. Verum nos non indigne pensantes quod cum supradictus Portuensis episcopus ecclesiam ipsam, dum sibi prefuit, in suis juribus protexerit viriliter et plurimum ampliarit, et si eam, pro bono dumtaxat obedientie, dimiserit, continuare circa ipsam zelum caritatis pristine non omittit, ipsius interveniente ministerio, de sponso utili consultius illi poterat subveniri, preposito et precentori predictis, quod de consilio et assensu memorati episcopi providerent sibi et eidem ecclesie Arelatensi de persona ydonea per electionem canonicam, in pastorem, concessimus vive vocis oraculo facultatem. Iidem autem prepositus et precentor hujusmodi concessionis nostre in eo forma postposita, quod memorati episcopi super hoc expectare postulatum perfunctorie assensum et consilium omiserunt, dilectum filium magistrum Bernardum Johannis, canonicum Agathensem, causarum nostre camere auditorem, suo et predicti capituli nomine, in eorum et Arelatensis ecclesie prelibate pontificem concorditer, sed minus canonice, cum ad id, absque memorati episcopi consilio et consensu, potestatem, ut premittitur, non haberent, apud sedem elegerunt eandem. Et quamvis prefatus auditor, facti, ut creditur, ignorantia circumventus, eidem electioni suum prebuisset assensum, rei causam postmodum, veritate agnita, electionem eandem, ex hujusmodi omissione, invalidam recognoscens, usus consilio saniori, electioni predicte ac omni juri, si quod sibi forsan competere diceretur ex ea, sponte ac libere in nostris manibus renuntiavit expresse. Nos igitur hujusmodi renuntiatione recepta, provisionem ejusdem Arelatensis ecclesie ea vice, nobis duximus reservandam. Et demum ad ipsam, quam interne brachiis amplectimur, ne tali pretextu diu careret proprii consolatione pastoris, sed de presule secundum cor nostrum ydoneo ecclesie provideretur eidem, ad te quoque tunc capellanum nostrum, canonicum Remensem, post diligentem deliberationem a nobis cum fratribus nostris super hoc habitam, benigne dirigentes considerationis intuitum, te ipsi Arelatensi ecclesie, de ipsorum consilio et apostolice potestatis plenitudine prefecimus in archiepiscopum et pastorem, munere deinde tibi consecrationis manibus nostris impenso. Firma namque fiducia ducimur, quod cum eleganti scientia preditus, morum honestate decorus, consilii maturitate preclarus, in spiritualibus providus et temporalibus circumspectus, fidedignorum testimonio censearis, per tuam industriam eadem Arelatensis ecclesia relevabitur a noxiis, et votivis, auctore Domino, tam spiritualiter quam temporaliter proficiet incrementis. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus onere ipsius ecclesie sponse tue impositum tibi a Domino mente devota et animo reverenti suscepto, ad eam dein ecclesiam, cujus administrationem in spirit. et temp. plene tibi duximus committendam, cum gratia nostre benedictionis accedas, teque in ipsius regimine talem, corde sollicito, studeas exhibere, quod grex tue cure commissus in te salutis ministrum repperisse gaudeat, et tandem propter hoc tibi claritatis eterne radius illucescat. Datum apud Urbem veterem, XIII. kalendas januarii, anno primo.

In eo m. B. preposito et capitulo Arelaten. — In e. m. clero civ. et dioc. Arelaten. — In e. m. ven. fr. suffrag. eccl. Arelaten. — In e. m. vassallis eccl. Arelaten. — In e. m. populo civ. et dioc. Arelaten. — In e. m. nobili viro C. principi Salernitano, primogenito carissimi in Xpisto fil. n. C. illustris regis Sicilie.

Arch. Vatic. Reg. 41, f° 25 (Martini IV, t. I, an. I-IV, ep. 96).

1322 Avignon, 1282.

CONCILIUM DNI BERTRANDI AMALRICI ARCHIEPISCOPI ARELATENSIS.

BERTRANDUS, miseratione divina sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, ad futuram rei memoriam. Inter pressuras presentis temporis multiplices, atque curas que nostro coherent officio servitutis, illa precipue nos affligit, visceribus nostri cordis infixa profundius atque solidius radicata, nostrum incessanter pungens animum suarum acculeis passionum, ut ecclesie comprovinciales, ac ministri earum nostro subjecti regimini, sollicite provisionis remedio, prout nobis desuper ministratur, a malignorum defendantur incursibus, cohibeantur injurie et violentie, ac omnis materia malignandi radicitus extirpetur, et adversis omnibus propulsatis, in pacis pulcritudine delectentur habitantes in eis; et ut hostium sublata formidine, et tranquillitate serena et serenitate tranquilla, pacis auctori, cujus mancipatus [a] obsequiis, eo devocius quo tranquillius, et quo devocius eo acceptius valeant famulari. Libenter itaque assidues [b] portandum, nocturnis pariter et diurnis insistentes vigiliis, nonnunquam etiam supra vires, ut personis ecclesiasticis infra sortem nobis traditam constitutis

a. Lire mancipantur. — *b. Lire* assiduos labores amplectimur, quamquam nostris impares humeris ad (*d'après le concile de Bourges du 13 sept. 1276, dont Bertrand Amalric a reproduit presque textuellement le préambule*).

(infra sortem nobis traditam), molestationum, injuriarum crebrarum turbinibus relegatis, divino fulti presidio, nostris laboribus pacem, et propria sollicitudine quietem, oportune provisionis commercio preparemus. Sane in concilio quod nuper cum prelatis nostre provincie apud Avinionem duximus convocandum, et actore Domino feliciter celebrandum, quedam statuta ad honorem Dei, Matris ejus reverenciam, apostolique ejus Trophimi, almi nostri patroni, et sancti Stephani protomartiris gloriosi, animarum lucrum, ecclesiarum pacem et ministrorum ipsorum quietem tranquillam, edenda decernimus, de ven. fratrum suffraganeorum nostrorum consilio et assensu, que brevi stilo et omni curiositate repulsa, sunt inferius annotata.

i. In primis, nostre considerationis oculos dirigentes, ac pleno intuitu clarius intuentes quod morbis noviter irruentibus oportuna sunt antidota adhibenda, ne totam terram inficere valeant, infigentes rapaces occulos bonis alienis, quorum substancias exauriunt infelici commertio usurarie pravitatis, quod quasi passim colitur a nonnullis divitibus, et aliis qui se solo nomine asserunt mercatores, quos, ut loquamur certius, direptores possumus merito appellare, ne ulterius « eorum promptuaria eructantia ex hoc in illud », quorum faces adhuc exinaniri nequeunt, quin in malignis caloribus pocula mortifera per pravitatem usurariam ministrent assidue pauperibus et egenis, ut facilius ad extreme paupertatis discrimina perducant eosdem, et etiam quam plures divites, ut rei evidencia et clamor validius attestatur. Statuimus itaque quod omnes usurarii sint ipso facto vinculo excom. innodati ; intelligentes usurarios etiam eadem sententia fore ligatos, qui pannos, bladum, vinum, oleum, vel alias quascumque [res] mobiles vel se moventes, presertim ad sostam, sive ad solutionem post tempus aliquod faciendam, carius vendunt, propter temporis dilationem, quam essent alias venditurі, si tempore solutionis esset venditio facienda. Et etiam illos qui quoscumque contractus alios faciunt in fraudem usurarum, quocumque alio nomine censeantur. Et quod contra tales ordinarii procedant ex officio ad inquirendum super id, et etiam ad puniendum et maxime ad denuntiationem conquerentium, vel ad famam ; a qua quidem sententia non possint absolvi, etiam in foro penitentiali, [si] satisfactionem prebuerint, nisi dumtaxat a suis dyocesanis, vel ab eo cui hoc specialiter duxerint committendum. Excipimus autem evidens mortis periculum, exclusis malitia qualibet atque fraude, quas ab aliquibus circa talia nonnunquam audivimus adhiberi.

ii. Cum juxta Scripture testimonium, qui pro alio orat pro se Dominum interpellat, « multumque valet justi deprecatio assidua », eoque « occuli Domini super justos et aures ejus in preces eorum », ut Psalmista testatur, pia deliberatione duximus statuendum, ubicumque Christianus fidelis devotas orationes et pia vota prosternere curaverit, [orent] in missarum praesertim sollempniis, ante divine majestatis conspectum, a quo cuncta bona procedunt, ut per suam ineffabilem misericordiam nobis clementer annuens, sacrosanctam ecclesiam, matrem cunctorum fidelium et magistram, conservet, pacifficet et regat, ac custodire dignetur, fidemque catholicam toto orbe terrarum multiplicare et conservare, una cum patre beatissimo domino nostro papa, ac cardinalibus universis, ut facilius deprecationes servorum suorum, quamquam exiles, Deus miserator exaudiat ; precipimus et volumus etiam quod quilibet sacerdos parrochialis dicat singulis diebus dominicis in missa parrochiali pro ipsis orationem populo : *Ecclesie tue quesumus, Domine, preces placatus intende*, etc. Et moneant populum publice et diligenter inducant, ac fideliter orent pro eisdem Dominum ; significantes ipsis quod quocienscumque pro predictis humiliter oraverint, quod nos cum fratribus nostris, tamen vere penitentibus et confessis, xl. dies de injunctis penitentiis eis misericorditer relaxamus.

iii. Quoniam sacrorum statuta canonum, principum decreta, et cetere legitime sanctiones, prohibent manifeste ut possessiones, predia, census et alia quevis bona usibus celestium deputata, ex quorum proventibus veri Dei ministri vite percipiunt neccessaria, et sustentant pauperes et egenos, aliquo alienationis titulo distrahantur, vel quodcunque ad circa ea commercium habeatur, ideo statuimus ne aliquis possessiones ecclesiasticas, redditus aut quecunque alia jura ecclesiastica alienet, quocunque titulo, in quascunque personas, cujus[vis] status, religionis, ordinis, conditionis aut dignitatis existant, sine dyocesani consilio et assensu ; et qui contra fecerit, incurrat excommunicationis sentenciam ipso facto.

iv. Attendentes quod aliqui divinum judicium non timentes, prælatos et rectores ecclesiarum, ceteros beneficia ecclesiastica obtinentes, coram diversis judicibus fatigant laboribus et expensis, et ipsos indebite ac fraudulenter vexationem suam compellant redimere, propter vexationem indebitam et injustam, statuimus quod omnes prelati, rectores ecclesiarum, et ceteri beneficia ecclesiastica in nostra Arelatensi provincia optinentes, unum vel plures procuratores constituant, qui citationes factas et faciendas, et litigia indebita coram non suis judicibus, vel etiam peregrinis, expensis communibus omnium prosequantur, contra quascunque personas cujuscunque preeminentie, dignitatis, religionis, conditionis, ordinis aut status existant, quousque a vexatione indebita cessaverint, et justitia suum consequatur officium. Et quod omnes predicti in expensis super hoc faciendis contribuant, juxta taxationem super hiis faciendam per ven. viros Cavallicen. et Auraycen. episcopos ; privilegiis, honore, beneplacito et auctoritate sedis apostolice ac legatorum omnibus semper salvis.

v. Insuper, advertentes quod parochiani ecclesiarum, in plerisque locis parochiales ecclesias deserunt, et quas[i] contempnentes easdem, ad nullas [!] vel alias ecclesias accedentes ; presenti concilio statuimus quod quilibet parochiani, saltim quibuslibet diebus dominicis et sollempnibus, venire ad suas parochiales ecclesias, cessante impedimento canonico teneantur, et inter missarum sollempnia, Eucharistie nostre peregrinationis viaticum a propriis presbiteris, corde contrito, devotione et reverentia debitis recipere, omni occasione postposita, studeant diligenter, presertim in festis Resurrectionis Domini, Penthecostes, tunc contingat et alia sacramenta ecclesiastica ab eisdem. Que si venire recusaverint, seu recipere, eorum ordinarii, juxta datam a Deo sibi providentiam, eos puniant et castigent. Et quod parochiales presbiteri, singulis diebus dominicis et festivis, moneant

et inducant, dum divina celebrantur, populum, ut predicta observare debeant sollicitudine diligenti.

VI. Quia, sicut ait Scriptura, sententia pastoris tenenda est, et per omnia a quolibet observanda, ne for[t]e apud dominum qui antea ligatus non erat, per contemptum dampnabilem merito se involvat, sententia in ipsum occasione aliqua prius lata; statuimus, quod si privilegiati, seu exempti, pretextu suorum privilegiorum quibus utuntur, inherendo intellectui litterali dumtaxat, vel cortici eorumdem, sententias prelatorum et censuram ecclesiasticam, ausu temerario presumpserint quomodolibet contempnere, seu etiam violare, quod in suis querelis hujusmodi descendentibus, prius non audiantur, donec super hiis satisfecerint competenter. Salvis in omnibus sedis apostolice privilegiis et indulgenciis, auctoritate, beneplacito et mandato ejusdem.

VII. Frequens et detestanda presumptio apud plures invaluit clericos, et etiam regulares, juris ordinem pervertentes, ut clerici, necnon layci, clerico suo relicto pontifice, non expavent, in eversionem juris manifestissimam utriusque, ad judicia secularia pertrahere passim, ac eosdem ad redendum conantur compellere coram judicibus peregrinis, sicque inique de ecclesie consortio judicant, quod universa ecclesia male sentiendo de judicio, poscunt auxilium seculare, cum privatorum causas Apostolus ad ecclesiam deferri, ibique precipiat terminari. Volentes igitur hujusmodi morbo salubre antidotum preparare, presenti concilio statuimus, quod si aliquis super causis spiritualibus vel ecclesiasticis negociis, quoquolibet, per se vel per alium, adiverit curiam secularem, et monitus infra III. dies desistere recusaverit, eo ipso sit excommunicationis sententia innodatus.

VIII. Quia vero colligationes, societates, confratrie seu conjurationes, quocumque nomine censeantur, reprobate noscuntur a canonibus, et humanis legibus introducte, et constitutionibus conciliorum factorum per legatos apostolice sedis in partibus et provinciis istis, et omnino cassate, et sententia excommunicationis lata in fautores ; ideo nos approbante et assensu presentis concilii, predictas factas et faciendas in posterum conjurationes, colligationes, societates clericorum regularium cujuscumque ordinis, status et conditionis existant, in nostra provincia Arelatensi ubicumque, et civitatum, castrorum, baronum, et omnium aliorum existentium in civitati[bu]s, villis dominio ecclesiastico subjectis, contra statuta canonum et conciliorum facta relaxantes, dissolvimus et cassamus : decernentes sacramenta prestita, ad predicta observanda, illicita, a quibus eos qui hujusmodi sacramenta prestiterant, absolvimus, et pro juramento incaute prestito seu illicito volumus ut a confessoribus suis, penitentiam recipiant salutarem. Et ubi infra decem dies post publicationem presentis statuti se ad invicem absolverint, denuncientur autores, fautores, tractores, defensores, et fidejussores pro his observandis excommunicati : et frequenter hec dissolutio excommunicationis sententia per prelatos in suis diocesibus, in suis synodis, diebus festivis et solemnibus, publicetur ; et faciant per subjectos sibi prelatos vel presbyteros publicari.

IX. Advertentes quod nonnunquam plerique exempti, pro aliquibus casibus, nostra statuta contemnere non formidant, in suarum periculum animarum, ecclesiarum damna, et non modicum plurimorum scandalum, et enervationem ecclesiastice discipline ; et quoniam per predicta, licet sint exempti, non est dubium ipsos extra locum exemptum excommunicationis sententiam incurrisse : presente approbante concilio statuimus, ut si aliqui exempti, occasione statutorum nostrorum, excommunicationis sententia taliter fuerint involuti, quod in ecclesiis, ex quo certum fuerit, seu constiterit, ad requisitionem ordinarii per totam nostram provinciam excommunicati publice nuncientur : nisi probare possint, et etiam fidem facere pleniorem, quod per sua privilegia debeant lucidius et absque dubitatione qualibet excusari, quo minus hujusmodi sententiis involvantur.

X. Quia quidam predecessores nostri retroactis temporibus deliberatione provida statuerunt, et quasi quodammodo per abusum statuta hujusmodi in desuetudinem abierunt, ut scilicet aliquis non auderet sine suo parochiali presbytero condere testamentum, propter damnum et animarum pericula, potissime que circa restitutionem male acquisitorum in ultimis voluntatibus ex debito faciendam aliquotiens obvenerint, presertim cum decumbunt in loco egritudinis, a quo liberari eosdem a medicis immerito desperantur, quia ubi majus periculum vertitur et finale, ibi cautiori solicitudine et finali industria est agendum, ut lucrifacere subditorum animas Dei cooperante gratia valeamus : presenti approbante concilio statuimus, ne quis testator sine suo parochiali presbytero, si absque magno periculo expectari possit, maxime ad pias causas, non faciat aliquatenus testamentum, vel condere presumat aliam quamvis ultimam voluntatem : in qua precipimus ut caveatur in primis, quod absque more dispendio post testatoris obitum, seu convalescentiam, male acquisitorum quomodolibet fieri debeat restitutio integra, quamdiu ejus sufficere potuerint facultates, antequam legata quecumque favorabilia persolvantur. Statuentes nihilo minus quod homines in ecclesiis moneantur diebus dominicis et festivis, ne intersint talibus testamentis.

XI. Preterea injungimus parochialibus presbyteris, quod statutum editum per dominum Portuensem, tunc Arelatensem archiepiscopum, contra illos qui in... *(la fin manque).*

Rome, Bibl. Chigiana. Cod. ms. C. v. 151, f° 19 v°-22. LABBE, *Concilia*, t. XI, c. 1174-80. HARDOUIN, *Conc.*, t. VII, p. 877.

1323 18 juillet 1282.

Lettre du pape Martin IV episcopo Arusiensi [*Aarhuus, en Danemark*], ut Wilgrippum præpositum de Roxho, et mag. Wilgªppum canonicum Arusiensem, quos Bertrandus Arelaten. archiepiscopus, olim canonicus Remensis, qui super colligenda decima in partibus Daciæ, Terræ sanctæ concessa subsidio, dudum a sede apostolica extitit deputatus,... excommunicaverat, quia in reddenda sibi quadam summa pecuniæ de præfata decima collecta defecerant, absolvat a sententia...

ROERDAM (H. F. og T. S.), *Ny kirkehist. Samlinger* (1866), t. III, p. 378. POTTHAST, 21919.

1324 1er octobre 1282.

Lettre du même episcopo Arusiensi, mandat ut cum, post recessum Bertrandi archiepiscopi Arelaten., olim canonici Remensis et decimæ collectoris, inibi colligenda decima pro subsidio Terræ sanctæ remanserit, eandem exigat ac recipiat.

Munch, *Pavelige Nuntiers Regnskabs-Dagboeger* (1864), p. 155. Potthast, 21934.

1325 1283.

*Lettre des archevêques d'Arles, Embrun, Aix, etc. attestant l'authenticité des parchemins trouvés dans le tombeau de s*te *Marie-Madeleine.*

Bouche, *Vindiciæ fidei et pietatis Provinciæ* (1644), p. 71. Bréq., VII, 213.

1326 (–23 mars) 1283.

...Per rationem redditam per fratrem Albertum, priorem de Gordanicis, collectorem decime Terre sancte in Arelatensi, Aquensi, Viennensi, Ebredun., Tarentas. et Bisunt. provintiis deputatum, coram ven. dno Berardo, dni pape camerario, mag. Bernardo de Carcassona, dni pape scriptore, cappellano rev. patris dni Jacobi, Sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, *etc.*

Fabre (Paul), *Les décimes ecclésiastiques dans le royaume d'Arles de 1278 à 1283*, dans *Ann. du Midi* (1892), t. IV, p. 371-80. Ce texte est exclusivement relatif à la comptabilité du collecteur (qui recueillit en six années 93000 liv.) et ne donne aucun détail sur la perception locale.

1327 Molégès, 14 août 1285.

Excommunication d'Eldiarde de Porcellet, abbesse de Molégès, par l'archevêque d'Arles.

Bertrandus, miseratione divina sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, venerabilibus in Christo fratribus episcopis, et aliis sibi carissimis abbatibus, prioribus, vicariis, ceterisque ecclesiarum rectoribus per Arelatensem provinciam et diocesim constitutis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum monasterium de Molegesio in Arelatensi diocesi sit constructum, et ita de jure communi ad nos, nomine Arelatensis ecclesie, ipsius correctio, seu visitatio, pertinere noscatur ; et nos, juxta morem et consuetudinem predecessorum nostrorum, usque ad hec tempora observatam, volentes ratione visitationis ad ipsum monasterium declinare, et quia debitum nostre servitutis hoc exigit, seu requirit, ad exsequendum visitationis officium, ad dictum monasterium declinavimus, animo visitandi, corrigendi, seu etiam esmendandi, si qua essent in dicto monasterio corrigenda, vel etiam esmendanda, juxta canonicas sanxiones. Et cum essemus in dicto monasterio, discretus vir M. rector ecclesie B. M. de Bello loco, noster socius, nomine nostro, in presentia testium plurimorum, religiosam mulierem Heldiardem Porcelletam, que se gerit pro abbatissa monasterii supradicti, monuit, vice nostra, semel, secundo et perhemptorie, quod solveret, seu pararet procurationem nobis debitam, ratione visitationis predicte, sicut nostris predecessoribus actenus abbatisse dicti monasterii fecisse noscuntur. Que requisita, seu monita per dictum M., ut superius est expressum, dictam procurationem nobis solvere, seu facere, contradixit, requisita pluries per eundem. Tandem vero die sequenti, intravimus ecclesiam monialium predictarum pro divina officia celebranda ; et cum essemus induti sacerdotalibus, iterum dictam Heldiardem, ad majorem ipsius confusionem, et suam pertinaciam convincendam, moneri fecimus semel, secundo et tercio, et perhemptorie, per discretum et religiosum virum R. de Coirano, nostrum canonicum, ut tam ipsa quam ejus conventus a nobis deberet suscipere visitationem et correctionem predictas. Quibus monitionibus sic peractis, predicta Heldiardis moniales que erant in choro, et volebant audire missam nostram, ejessit de ecclesia supradicta, in nostrum vituperium et pontificalis dignitatis. Nos vero videntes rebellionem et duriciam Heldiardis predicte, considerantes ejus pertinaciam, seu contumaciam manifestam ; quia parum videretur prodesse humilitas humilibus, si contemptus contumacibus non obesset, idcirco dictam Heldiardem cum suis sequacibus monialibus dicti monasterii, nomine Berengariam de Villamurs, Lauram de Malo becco, priorissam, Reginam, sacristanam, Hugolinam, subsacristanam, Garcendem de Bulbone, sellarariam, Alasaciam de Sallone, infirmariam, Agnetem de Noseto, Ceciliam de Novis, Rimundam Riblota, in scriptis excommunicavimus, earum contumacia exigente. Quibus peractis, celebravimus missam nostram, et post missam, intravimus quamdam domum monasterii sepedicti, in qua invenimus Heldiardem predictam, cum monialibus dicti loci, et obtulimus nos eisdem paratos visitare, seu corrigere, et alia facere que ad visitationis officium pertinere noscuntur. Quam visitationem seu correctionem recipere noluerunt, set a nobis, seu a nostri presentia, irreverenter seu contumaciter recesserunt. Quocirca, vobis mandamus, in virtute sancte hobediencie, et sub pena excommunicationis, quatinus, ex parte nostra, dictam Heldiardem, cum aliis superius nominatis, quas excommunicavimus ob causas predictas, excommunicatas publice nuncietis, singulis diebus, in vestris ecclesiis, dum populus convenerit ad divina, pulsatis campanis et candelis accensis, tamdiu quousque a nobis aliud receperitis in mandatis. Reddite litteras portitori, sigillis vestris appositis in eisdem, in signum mandati nostri fideliter exsequti. Datum apud Molegesium, xviiii. kalendas septembris, anno Domini M°.CC°.LXXX°.V°.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 245, de l'époque.

1328 22 octobre 1285.

Lettre du pape Honorius IV vener. fratri .. archiepiscopo Arelatensi, *lui mandant de remettre à divers marchands de Sienne et de Pistoie l'argent qu'il avait réuni de la décime accordée à Charles roi de Sicile, qu'il avait été chargé par Martin IV de recueillir en Provence.*

Arch. Vatic. Reg. 43, f° 51 (Honor. IV, an. 1, ep. 181). Maur. Prou, *Reg. d'Honorius IV*, n° 186.

1329 13 mars 1286.

Lettre du même ven. fratri B. archiepiscopo Arelatensi, *identique à la précédente.*

Arch. et Reg. cités, f° 89 (ep. 327), Prou, 331.

1330 Beaucaire, 31 mars 1286.

Citation au vicaire général de Marseille, au sujet d'une dette de son évêque à un jurisconsulte.

BERTRANDUS, miseratione divina *sancte Aralatensis ecclesie archiepiscopus*, dilecto sibi in Christo capellano ecclesie Sancti Cannati, curam animarum habenti, diocesis Massiliensis, salutem in Domino. Ex parte Raimundi Isnardi de Lambisco, jurisperiti, intelleximus quod venerabilis in Xpisto frater R. Massiliensis episcopus, est ipsi Raimundo in quadam quantitate peccunie obligatus. Quare vobis districte precipiendo mandamus, quatenus ex parte nostra citetis, et peremptorie, discretum virum Raimundum Gilii, vicarium generalem dicti episcopi, ut in crastinum octabarum Pascatis proxime venientis, apud Arelate, compareat coram nobis, seu coram officiali nostro, querelis dicti R. de justitia responsurus, vel interim conveniat cum eodem. Reddite litteras sigillo vestro apposito in eisdem. Datum Bell[icadri], pridie kal. aprilis, anno Domini M.CC.LXXXVI.

Arch. municip. de Marseille. Cartul. de Pierre Elsearii, com'.

Bertrand Amalric dut mourir peu après cet acte ; nul document ou auteur n'indique le jour.

1331 8 mars 1298/9.

Vente vobis dno Bert. de Coyrano, s. Arelat. ecclesie canonico et sacriste, ementi nomine luminarie Beati Trophimi ecclesie memorate, constitute per ven. patrem dominum Bertrandum Amalrici, dicte s. Arel. ecclesie quondam archiepiscopum.

Chartrier des Chapelles, n° 2.

Bienheureux ROSTANG II DE CAPRE, 1286-1303.

Né à Grans (B.-du-R.), il était chanoine et ouvrier de la cathédrale d'Arles (n° suiv.) depuis 1284 (n° 1280).

1332 Tivoli, 5 août 1286.

Provisions de Rostang de Capre, pour l'archev. d'Arles.

VENERABILI fratri *Rostagno, archiepiscopo Arelatensi.* Licet continuata supervenientium negotiorum instantia nos qui, disponente Domino, universali regimini quamquam immeriti presidemus, insultibus impetat successivis, sollicitudo tamen omnium ecclesiarum nostris incumbens humeris, tanto artius nos cotidiana meditatione perurget, quanto ad id sumus specialius, imo principalius obligati. Olim siquidem Arelatensi ecclesia, O. S. A., per mortem bo. me. Bertrandi, archiepiscopi Arelatensis, destituta pastore, dilecti filii capitulum ejusdem ecclesie, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, insimul convenerunt, ac deliberantes ad provisionem faciendam ipsi ecclesie de prelato per viam procedere compromissi, tribus ex eis, videlicet dilectis filiis Raymundo Saboni, precentori, Raymundo de Coirano, priori claustrali ejusdem ecclesie, et Raymundo de Auraga, ecclesie Castrinovi ad eandem Arelatensem immediate spectantis priori, canonicis ejusdem Arelatensis ecclesie, providendi, ea vice, ipsi Arelatensi ecclesie de pastore, de gremio tamen ejusdem Arelatensis ecclesie, potestatem unanimiter concesserunt ; adiciendo ut omnes iidem tres simul si vellent, nomine et vice sua ipsius capituli, et etiam ad cautelam prefatus Raymundus de Auraga, vice sua et reliquorum duorum collegarum suorum, possent eligere in Arelatensem archiepiscopum et pastorem in quem omnes tres concorditer consentirent ; ac promittendo quod illum in eorumdem archiepiscopum reciperent et haberent de quo ipsi tres dicte Arelatensi ecclesie, juxta premissam formam ducerent providendum. Iidem vero tres, hujusmodi potestate recepta, secedentes in partem, plurium proborum virorum super hoc consilio requisito, et deliberatione inter se habita diligenti, demum in te tunc ejusdem Arelatensis ecclesie canonicum et operarium, direxerunt unanimiter vota sua, teque ipsi tres concorditer insimul pronuntiantes et postmodum predictus prior ecclesie Castrinovi, auctoritate hujusmodi concessionis a prefato capitulo ipsis facte, in Arelatensem archiepiscopum elegerunt, tuque hujusmodi electioni, ad instantiam dictorum capituli, consensisti. Cumque postmodum tu personaliter, ac ceteri procuratores et nuntii dictorum capituli, ab eis propter hoc specialiter destinati, ad sedem apostolicam accedentes, presentato nobis electionis predicte decreto, supplicaveritis nobis humiliter ut electionem dignaremur auctoritate apostolica confirmare, nos examinationem tam processus ipsius electionis quam persone tue ven. fratri Jeronimo, episcopo Prenestino, et dilectis filiis nostris Gervasio, tit. Sancti Martini in Montibus presbitero, ac Benedicto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinalibus, commisimus faciendam ; qui ad inquisitionem ipsam exacta diligentia procedentes, quod ab eis per eandem inquisitionem compertum extitit nobis fideliter retulerunt. Nos igitur, habita super hiis cum ipsis et aliis fratribus nostris diligenti tractatu, electionem predictam in eo invenimus minus canonice celebratam, quod omnes compromissarii seu commissarii, pronuntiando insimul, et postea dictus prior de Castronovo, ut premittitur, elegerunt. Licet enim, secundum formam commissionis, consensus commissariorum omnium, vel majoris partis eorum, exigatur interdum, prout lex commissionis indicit, in eligendo tamen, ut una sit communis electio, et non plures, non per omnes sed unius tantum est ministerio exprimendus, et per unum tantummodo communis electio celebranda ; nec licet eorum alicui, ex vigore commissionis hujusmodi ex potestate jam taliter insimul eligendo consumpta, ad electionem procedere iterato. Et ideo dictam electionem de te taliter attemptatam, non persone tue, sed electionis ipsius vitio, de ipsorum fratrum nostrorum consilio, cassandam duximus, quatenus de facto processit, cassam et irritam nuntiandam. De dicte insuper ecclesie Arelatensis ordinatione sollicite cogitantes, ne dispendiis que solent imminere vacantibus ecclesiis exposita remaneret, attendentes quoque thesaurum scientie litteralis quo personam tuam, presertim in sacra pagina, scientiarum Dominus decoravit, necnon vite munditiam, gravitatem morum, aliaque probitatis merita, super quibus fidedignorum testimo-

niis multipliciter commendaris, et quod in te totum capitulum concordarat et in hujusmodi concordia persistebat ; ac volentes tam predicte Arelatensi ecclesie quam tibi speciali diligentia providere, de predictorum fratrum nostrorum consilio, et apostolice plenitudine potestatis, prefecimus te ipsi Arelatensi ecclesie, tibique de mandato nostro per ven. fratrem nostrum Bernardum, episcopum Portuensem, munere consecrationis impenso, deinde pallium de corpore beati Petri sumptum, insigne pontificalis officii, cum ea qua decet instantia postulatum, tibi fecimus exhiberi. Firma spe fiduciaque tenentes, quod per eximie providentie studium, eadem Arelatensis ecclesia, Deo propitio, preservabitur a noxiis et adversis, et alias spiritualiter et temporaliter optatis prosperitatis comodis proficiet et honoris. Tolle igitur jugum Domini tam leve collis humilibus quam suave, et in dilectione Dei pascendum suscipe gregem ejus, super quem noctis vigilias diligens sollicitusque custodi, ut liber non pateat aditus invasori ; et Dominus insuspicabili hora venturus, si te invenerit sic agentem, cursu consummato qui tuo labori proponitur, et horum fide servata que tue sollicitudini committuntur, te fidelem compertum supra multa constituat, ac in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. Datum Tibure, nonis augusti, anno secundo.

In eo m. dil. filiis Capitulo eccl. Arelaten. — In eo. m. Clero civ. et dioc. Arelaten. — In eo. m. populo civ. et dioc. Arelaten. — In eo. m. vassallis eccl. Arelaten. — In eo. m. ven. fr. universis episcopis suffraganeis eccl. Arelaten.

Arch. Vatic. Reg. 43, f° 152 (Honor. IV. an. II, ep. 91). Prou, 587.

1333 19 septembre 1286.

Lettre d'Honorius IV vener. fratri R., archiepiscopo Arelatensi, *lui mandant de réunir l'argent de la décime accordée au feu roi de Sicile et que son prédécesseur Bertrand avait été chargé de recueillir sur les revenus ecclésiastiques dans les comtés de Provence et de Forcalquier.*

Arch. Vatic. Reg. 43, f° 160 (Honor. IV. an. II, ep. 113). Arch. chap. Arles. Chartrier de Marignane, n° 208. Bonnemant, t. II, p. 340 Prou, 610.

1334 20 septembre 1286.

Lettre du même au même, lui mandant de remettre cet argent à divers marchands de Sienne et de Pistoie.

Arch. et Reg. cités, f° 160 (ep. 112). Prou, 609.

1335 21 mars 1287.

Durand (de Trésémines), précenteur de Marseille, procurator vener. patris dni Rostagni, D. g. archiepiscopi, et ecclesie Arelatensis, in causa que vertitur inter ipsum d. archiepiscopum et capitulum Arelat. ex una parte, et abbatissam et conventum monasterii de Molegesio ex altera, *substitue à ses pouvoirs Pierre Bernard, chanoine de Rodez.* Actum Rome, coram hospitio ubi morabatur rever. pater dnus B[*ernard de Languissel*], D. g. episcopus Portuen., juxta Sanctum Grisogonum,...

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 322.

1336 St-Paul du Mausolée, 11 octobre 1287.

Hommage de Rostang de Capre, archevêque d'Arles, à Bertrand de Baux, comte d'Avellin.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, v. ydus octobris. Noverint universi quod reverendus in Xpisto pater dns *Rostagnus, sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, bona fide, ex certa scientia, confessus fuit, et in veritate recognovit, et recognitionem fecit, magnifico viro dno Bertrando, domino Baucii et comiti Avellini, presenti, et successoribus suis, se tenere et possidere sub majori dominio predicti dni Bert. et suorum successorum, tertiam partem castri de Moreriis, et territorii ejusdem, et quicquid habet et possidet, vel casi, in dicto castro, et toto ejus districtu, occasione juridictionis ejusdem castri, et ejus territorii. Promittens dictus dns archiepiscopus dicto dno Bert., quod pro supradictis omnibus, eidem fidelis existet. Recognovit etiam dictus dns archiepiscopus dicto dno comiti, se tenere et possidere sub majori dominio dicti dni Bertrandi, villam de Vaqueriis, et ejus territorium et districtum. Pro quibus omnibus supradictis, dictus dns archiepiscopus promisit dicto domino Baucii et comiti Avellini, et pro eo suis successoribus, fidelis esse, et fidelitatem servare, toto tempore vite sue ; et facere, tenere, et servare, sicut in compositionibus et recognitionibus, factis per predecessores suos dominis quondam Baucii, plenius continetur. Et dictus dns Bertrandus, dnus Baucii, comes Avellini, per se et successores suos, promisit dicto dno archiepiscopo, bona fide, predicta omnia contra personam quamlibet, totis viribus, perpetuo defendere et salvare. Et dictus dns Baucii dictas recognitiones recipiens, dixit et protestatus fuit, quod si prefatus dns archiepiscopus debet et tenetur plus facere in predictis recognitionibus, quam fecit, et de jure facere teneatur, quod ipse faciat, et debeat totaliter adimplere omnia que in ipsis recognitionibus de jure fuerint facienda. Et etiam si quis defectus in ipsis recognitionibus fuerit, non possit, neque debeat dicto dno comiti, et suis successoribus, prejudicium aliquod generare. Ad que dictus dns archiepiscopus respondit, dicens quod si plura facienda sunt, de jure, in dictis recognitionibus, quam fecit, paratus est facere et adimplere que de jure fuerint facienda. Actum in monisterio Sancti Pauli de Mauseolo, testibus presentibus, vocatis et rogatis, dno Petro, preposito dicti monisterii, dno Bertrando Albani, officiali sancte ecclesie Arelatensis, dno Raimundo, sacrista Tholau., dno Raimundo Fulcone, sacrista Rigen., dno Petro Juliani, vestiario, dno Raimundo de Coyrano, operario, dno Raimundo Alberti, dno Stephano Ricardi, canonicis Arelaten., dno Austorgio, monacho et priore Bellicadri, dno Rostagno Capre, canonico Pignanensi, dno Guillelmo de Ayraga, priore Baucii, dno Petro de Vintomilio, dno Bertrando Rasoli, dno Gaufrido de Maudena, dno Guillelmo Ricavi, de Margaritis, militibus, dno Bertrando de Berbantana, domicello, dno Guillelmo de Riali, legum doctore, dno Petro Robaudi, judice castri Sallonis, dno Michaele, priore Beate Marie de Pulcro loco, dno Poncio de Montefrino, sacrista dicti monisterii Sancti Pauli. Et me Johanne Bogati, not. publico,

qui requisitione dicti dni comitis, et de concensu dicti dni archiepiscopi, hec scripsi.

Arch. des B.-du-Rh. B 384, copie peu postérieure, parch. Barth., *Baux*, 673.

1337 St-Paul du Mausolée, 11 octobre 1287.

Hommage, serment de fidélité et reconnaissance de Bertrand de Baux, comte d'Avellin, à l'archevêque Rostang pour les fiefs de Barbegal, les pâturages de la Crau et le château de Salon.

Chartrier de St-Césaire, reg. 22. Barthél., *Baux*, 674.

1338 Arles, 25 avril 1288.

Compromis entre le chapitre d'Arles et les religieuses de Molégès.

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod nos Petrus Juliani, vestiarius et procurator viri religiosi domini Bertrandi, prepositi, meo nomine et procuratorio nomine predicto, Symon, prior de Berra, Raimundus de Airaga, prior de Marinhana, Raimundus de Coyrano, operarius, Bertrandus Ricavi, prior de Vetrola, Bertrandus de Aqueria, infirmarius, Raimundus Rostagni, prior Castri novi, Rainaudus de Barre, prior Sancti Laurentii, Stephanus Ricardi, prior Sancti Michaelis de Capa, Hugo d'Auros, Raimundus de Monteolivo, Guilelmus Crota, Amalricus de Calvissione, canonici Arelatenses, capitulum facientes, de mandato reverendi patris dni *Rostagni*, Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopi*, loco consueto et more solito congregati, habita plena deliberatione et tractatu inter nos, et de expresso consensu et auctoritate dni archiepiscopi supradicti, concorditer et unanimiter, convenimus et concessimus, liberaliter et expresse, quod reverendissimus pater dnus B. Dei providentia episcopus Portuensis, sancte Romane ecclesie cardinalis, arbiter, arbitrator communiter electus tam a dicto domino archiepiscopo et capitulo Arelatensi, quam a monialibus monasterii de Molegesio, diocesis Arelatensis, de questione inter predictum dominum archiepiscopum et nos, et moniales predictas, diutius agitata, possit et valeat ipse reverendus pater dominus B. cardinalis questionem premissam, ex viribus compromissi, diffinire, pronuntiando et adjudicando tam ecclesie Arelatensi quam monasterio, ea que ac prout in instrumento collationis facte per dominum Michaelem bone memorie quondam Arelatensem archiepiscopum, ad instantiam Sacristane, nobilis mulieris, plenius continetur. Et quod super facto seu questione domus monialium predictarum quam habent Arelate, ex collatione domini Johannis, bone memorie, olim archiepiscopi Arelatensis, juxta tenorem cujusdam alterius instrumenti publici diffiniat, et arbitrium suum, sententiam seu mandamentum proferat, sicut ei placuerit, et partibus expediens viderit et honestum. Ita tamen quod si contingat in futurum quod abbas Sistarciensis, vel aliqua alia persona, ejus nomine, vel monialium monasterii sepedicti, diffinitioni seu arbitrio per dictum dom. arbitrum proferendo recusarent parere, ipsum in toto vel in parte infringere vel anullare, quod idem dominus archiepiscopus et capitulum Arelatense, seu nos tanquam capitulum facientes, ad observationem pronuntiationis predicte minime teneamur, ymo ex tunc possimus et valeamus, ac si nichil esset diffinitum jus nostrum petere super predicta questione, et contra quascumque personas defendere, excipere, replicare. In quorum omnium testimonium, presentem patentem litteram, sigillo pendente nostri capituli fecimus sigillari. Datum Arelate, in domo capituli Arelatensis ecclesie, vii. kalendas madii, anno Domini M.CC.LXXX.VIII.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 247. Orig., tresses jaunes et bleues, le sceau manque.

1339 L'Isle (Vaucluse), 1288 ?

Concilium per dominum Rostagnum, divina providentia Arelat. archiepiscopum secundum, apud Insulam celebratum.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Ad omnia concilia et actus nostros progredimur, « in quo vivimus, movemur et sumus ». Scriptum est enim : « Omnia que facitis, aut in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Xpisti faciatis, gratias Deo agentes ». Testatur enim pagina veritatis quod in exordio condicionis humane, lex obediencie transgressionis vitium punivit, cum primitivi parentes sui conditoris prohibitione postposita, pomum, quod universalis et singularis Dominus speciali subjecerat interdicto, in tocius posteritatis periculum, attemptarunt, sicque de corrupta radice corrupti ramusculi processerunt. Idem autem fit proclivus curssus ad voluptatem ; et natura viciorum est invitatrix. Quamobrem convenit sanctorum patrum constitutionibus, generalium consiliorum et provincialium canonibus, ac singularium episcoporum statutis synodaticis, sic perversorum coartari molimina, ut appetitus noxii debite non excedant limites honestatis, set inde Xpistiana professio liberius magis ac magis salutaribus proficiat incrementis. Sane, cum plana [a] statuta in provincialibus conciliis per predecessores nostros sint edita, quedam ex eis, propter aliquorum incertitudinem, non absque animarum periculo, evagentur, nonnulla propter varium decurssum temporis, mutationem seu reformationem nunc inducant [b], cum dicat Augustini auctoritas ad Bonifacium : « Omnia debent suis temporibus convenire ». Nos Rostagnus, mis. div. sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, unanimi fratrum nostrorum concilio et voluntate concordi, videlicet dni G. Dei gratia episcopi Vasion., dni G. Dei gratia Aurasicen. episcopi, dni Raimundi Carpentoraten. episcopi, dni B. Cavallicen. episcopi, ac R. Rostagni, sacriste Tholon., procuratoris dni Johannis episcopi et G. prepositi et capituli Tholon., magistri G. Falconis, Tricastrini canonici, procuratoris dni episcopi B. Dei gratia Tricastrini et P. prepositi, et capituli ejusdem ecclesie, ex justis causis absentium, et G. de Areis, et Raolo, et Johanne Figuerie, procuratoribus ecclesiarum kathedralium, et prioribus conventualibus Massiliensi et Avinionensi, necnon et prepositis nostre Arelatensis provincie presentibus, et aliis pluribus viris discretis, in provinciali concilio apud villam Insule Venaissini, Cavallicen. dyoc., constituti, atten-

a. *Lire* plurima. — b. *Lire* m-c s. r-e n. indigeant.

dentes quod injuriatur memorie frequenter oblivio, animarum prudentium cautela providit adversus oblivionis suspectionem de scripture certe suffragio, ne aliqui de cetero pretextu ignorancie se valeant excusare, statuta predecessorum nostrorum infrascripta, cum quibusdam aliis per nos editis, recolligi et corrigi fecimus, ac ipsa, presente clero et populo publicari, et sub certo anno, tali volumine seu libello, quem sigillo nostro et predictorum fratrum nostrorum, ad eternam rei memoriam, volumus roborari ; ut deinceps in Arelatensi provincia, in judicio vel extra, nulla exinde possit hesitatio exoriri. Auctoritate igitur presentis concilii, precipimus et ordinamus quod predictum volumen, seu libellus, et nostris suffraganeis, et omnibus abbatibus, prepositis, et prioribus conventualibus Arelatensis provincie, infra instans festum Natalis Domini integraliter habeatur. Verum, quoniam multorum statuta salubria non sunt, sicud decuit, actenus observata, propter quod in contemptum et in oblivionem quasi totaliter devenerunt, ideo necessarium fore duximus predictorum conciliorum Arelaten. quedam magis utilia renovare statuta, que inferius continentur. — In primis igitur, presentis approbatione concilii, renovamus et de novo statuimus x. capitulum primi concilii provincialis per dominum Johannem, quondam Arelatensem archiepiscopum, celebrati, quod incipit : *Item statuimus quod si quis, propter dampnum datum vel injuriam irrogatam excommunicationis vinculo fuerit innodatus* etc. — Item, innovamus et de novo statuimus XXIIII. capitulum concilii predicti domini Johannis, quod incipit : *Item statuimus quod nullus ecclesiastico beneficio jam adepto, sine cause cognitione, a prelato suo aliquatenus spolietur* etc. Huic autem statuto adiciendum duximus, quod superior, ex officio suo, spoliatum hujusmodi restituere non postponat, de plano, et sine aliquo strepitu judicii et figura. Circa regulares vero, nichil novi duximus innovandum. — At[a] hec aliud Arelatense concilium renovantes per dnm B. Maleferrati celebratum, quondam Arelaten. archiepiscopum, innovamus et de novo statuimus secundum capitulum ejusdem concilii, quod incipit : *Cum autem testator quilibet constitute peccunie quantitatem, vel res alias, pro forefactis suis distribuendas arbitrio gadiatorum* etc. — Item, innovamus et de novo statuimus II. capit. provincialis consilii per dnm Florentium celebrati, quondam Arelaten. archiepiscopum, quod incipit : *Circa sacramentorum dispensationem, quam per quorumdam dispensatorum negligentiam* etc. — Item, innovamus V. capit. ejusdem concilii quod incipit : *Quia major pars ecclesiarum parrochialium* etc. — Item, VI. capit. ejusdem innovamus, quod incipit : *Statuimus etiam ut in octabis Pent.* etc. — Item, approbante presenti concilio, innovamus, et statuimus innovando, nonum capit. provincialis concilii per rev. patrem bo. me. d. B. de Sancto Martino Arelaten. archiepiscopum celebrati, quod incipit : Verum, quia parochiales presbiteri circa solutiones eorum que ad pias causas a decedentibus relinquuntur etc. — Item, innovamus et de novo statuimus, approbante sacro presenti concilio, primum capitulum, et omnia contenta in eo, secundi provinc. concilii Avinione celebrati per rev. patrem dominum B. divina prov. tunc Arelaten. archiepiscopum, nunc episc. Portuensem, qui incipit : In primis igitur, quoniam aliqui suis finibus non contempti etc. — Item innovamus, sacro presenti conc. approbante, et statuimus innovando, secundum cap. ejusdem concilii, et omnia contenta in eo, quod incipit : Insuper sacro appr. consilio, statuimus quod si contingat vel homines vel res quaslibet etc. — Item, quartum cap. ejusdem conc. innovamus, et presenti concilio approbante precipimus observari, et omnia contenta in eo, quod incipit : Ad hec etiam, presenti approbante con., statuimus quod si officiales, vel locorum domini etc. — Item, VI. cap. ejusdem concilii innovamus..., quod incipit : Insuper etiam statuimus ut jura edita de Judeis serventur. — Item, VII. cap. ejusdem conc. innovamus, et statuimus innovando, quod incipit : Cum in jure canonico caveatur, quod qui de cetero servari fecerit statuta edita etc. — Item, statuimus quod quicumque toxicare, aut opem ad hoc vel consilium dare, vel in mortem alterius toxicum dictare seu vendere, seu quocumque modo tradere, aut aliter ministrare presumpserit, vel quicumque tales sciverit et celaverit ordinario suo, nisi dyocesano suo infra mensem revelaverit, vel archiepiscopo suo, si dyocesanum non haberet, non tanquam confessori sed tanquam judici, illas herbas mortifferas, seu aliud mortifferum, in mortem vel abortivum cujusquam dederit, eo ipso majorem excommunicationem incurrat ; et si per tres menses in eadem excommunicationis sententia animo steterit indurato, cum a participatione sacramentorum et communione fidelium sit privatus, ipse et ejus liberi usque ad quartam generationem in Dei ecclesia non valeant ecclesiasticum beneficium optinere, nec valeant assumi ad aliquas seculares vel ecclesiasticas dignitates ; et si clericus beneficiatus fuerit, illo sit privatus beneficio, ipso facto, et ab omni ordine quem susceperat degradetur, tradendus postea curie seculari ; si vero beneficiatus non fuerit, similiter degradetur et tradatur seculari curie puniendus. Sed ex tali vel simili suspicione probabitur infamatus, et ex verisimilibus presumptionibus et prospicuis indiciis apud bonos et graves notatus, ad honorem vel dignitatem ecclesiasticam vel secularem nullatenus admittatur ; et nichilominus ad detentionem persone, prout sceleris immanitas suadebit, ad eliciendam veritatis certitudinem, sicut superioris discretioni visum fuerit, procedatur. Hoc autem statutum extendi volumus tam ad preterita, presentia et futura ; nolumus tamen quod aliquis penam excommunicationis pro predictis incurrat predictam, nisi post unum mensem a tempore publicationis hujusmodi statuti per nostram provinciam faciende. — Item, statuimus quod aliquis bladum de decimaria alicujus ecclesie infra aliam decimariam transferre non audeat, quousque fuerit determinatum ; si quis vero contrarium fecerit, rectam decimam, scilicet decimam partem integraliter, ecclesie de cujus decimaria bladum extraxerit, infra VIII. dies solvere teneatur ; quod si non fecerit, se noverit, auctoritate presentis consilii, excommunicationis sententia innodatum. — Item, statuimus quod nullus dominus temporalis audeat compellere ecclesias, vel personas earum familiam servientes, seu nuncios, solvere bannum, seu banna, pro animalibus suis quibuscumque vel personis predictis ; et si contra-

a. *Lire* Ad.

rium fecerit, pignorando, capiendo vel detinendo, vel homines vel animalia, vel bona eorum, seu fieri faciendo, vel factum per alios, ex quo sciverit, sustinendo, ipso facto sit excommunicationis sententia innodatus, a qua sententia minime absolvatur, quousque dampnum passis satisfecerit competenter. Talam vero seu emendam ad arbitrium dyocesani precipimus integraliter emendari. Quia sepe dicimus quod plures infantes sine baptismo ab hoc seculo transmigrarunt, ex eo quod cum magna difficultate inveniri poterant qui eos poterant baptizari, propter sumptus et expensas consuetas et consuetos, per patrinos fieri temporibus retroactis, ut a terrore dictorum sumptuum multa pericula evenerunt, statuimus, approbante concilio, ad periculum animarum evitandum, quod aliquis vel aliqui de cetero infanti, vel matri, vel alicui persone, tempore dicti babtismi, vel alio tempore, illo pretextu, dare aliquid, nisi solam albam, non audeat attemptare. — Item, volumus et approbante sacro presenti concilio statuimus, quod omnia statuta olim per venerabiles patres Arelatenses archiepiscopos, predecessores nostros, et per nos, in conciliis provincialibus edita, in suo robore permaneant sicut prius.

Rome, Bibl. Chigiana. Cod. ms. C. v. 151, fᵒˢ 1-3. LABBE, *Concilia*, t. XI, II, c. 1335-45.

1340 3 mai 1288.

Lettre du pape Nicolas IV à l'archevêque d'Arles et aux évêques de Cavaillon et de Toulon, les chargeant de payer de l'argent de la décime pour le royaume de Sicile, à diverses personnes de Provence, 5000 livres Tournois pro valore sexdecim tam galearum quam vasorum earundem personarum.

Arch. Vatic. Reg. 44, fᵒ 912 vᵒ (Nicol. IV. an. I, cur. ep. 22). Ern. LANGLOIS, *Reg. de Nicolas IV*, nᵒ 583.

1341 13 juin 1288.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles. Cum in ecclesia Arelatensi, ubi collegium personarum degentium sub observantia regule S. Augustini institutum extitit ab antiquo, archipresbyteratus, precentoria et sacristia, consueti canonicis Arelaten. assignari; *les revenus de ces bénéfices étant tellement réduits qu'aucun chanoine ne veut les accepter, l'archevêque est autorisé à les conférer à des chanoines qui seraient déjà titulaires de prieurés dépendants de la cathédrale.*

Arch. et Reg. cités, fᵒ 80 (com. ep. 350). LANGLOIS, 536.

1342 12 août 1288.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et aux évêques de Cavaillon et de Toulon; identique au nᵒ 1340.

Arch. et Reg. cit., fᵒ 93 vᵒ (cur. ep. 34). LANGLOIS, 601. — Le même jour le pape ordonna à ses banquiers de Sienne et de Pistoie de verser la somme à l'archevêque d'Arles et à celui-ci de la recevoir (LANGLOIS, 602-3).

1343 17 avril 1289.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles, au prieur d'Auriol, dioc. de Marseille, et à un autre. Petitio dil. fil. Bernardi de Laguscello, capellani nostri, canonici ecclesie Aquensis, nobis exhibita continebat quod nos dudum personam suam, meritorum suorum obtentu et contemplatione vener. fratris nostri *B[ernard de Languissel]* episcopi Portuensis, cujus idem capellanus consobrinus existit, prerogativa favoris et gratie prosequentes, canonicatum et prebendam tunc in Aquensi vacantes ecclesia.., eidem capell. apostolica auctoritate contulimus et providimus sibi de illis... ; volumus quoque prefatum capellanum omnibus ... anteferri. *Nonobstant ce privilège, la prébende du défunt Hubert a été donnée à Jacques de* Tarenthesio (*ms.* Ca-o); *ordre de mettre Bernard en possession de cette prébende de* Rians *ou aux opposants de rendre raison devant le St-Siège.*

Arch. Vatic. Reg. 44, fᵒ 136 vᵒ (Nicol. IV. an. II, ep. 117). LANGLOIS, 812.

1344 20 juin 1289.

Lettre du même aux archevêques d'Embrun, Aix et Arles, et aux évêques de leurs provinces, leur notifiant la concession d'une décime au roi de Sicile sur les revenus ecclésiastiques, pour trois ans.

Arch. et Reg. cités, fᵒ 181 (ep. 350). LANGLOIS, 1143.

1345 23 juillet 1289.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles, au sujet des sommes remises à noble Isnard (Isuardus!) *de Pontevès, naguère sénéchal de Provence, sur la décime accordée à Charles, roi de Sicile; elles ne devront pas lui être répétées, si le roi ratifie ses dépenses.*

Arch. et Reg. cités, fᵒ 176 (ep. 325). LANGLOIS, 1095.

1346 Salon, 1ᵉʳ août 1289.

Les abbés Cisterciens font entendre leurs doléances au sénéchal de Provence et Forcalquier en faveur de Silvacane, in presentia rever. patrum dni R. Arelaten., dni R. Aquen. archiepiscoporum, dni J. Tholon. episcopi...

Voir la pièce à l'abbaye de Silvacane.

1347 Entre le col de « Paniczariis » et la Jonquière, 31 octobre 1289.

Rostang, archevêque d'Arles, deux autres évêques et le prieur de St-Gilles attestent que Charles, roi de Jérusalem et de Sicile, a attendu vainement en ce lieu Alphonse roi d'Aragon.

RYMER, *Fœdera*, 1739, t. I, part. III, p. 54; 1816, p. 715. BRÉQ., VII, 300. Cf. nᵒ suiv.

1348 Entre le col de « Panizariis » et la Jonquière, 1ᵉʳ novembre 1289.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo CCᵒ.LXXX.VIIIIᵒ, die primo mensis novembris, tertie indictionis, pontificatus dni Nicholay anno secundo. Nos *Rostagnus*, divina permissione *archiepiscopus Arelaten.*, Guillelmus de Vilareto, prior hospitalis Sancti Egidii Jerosolimitani in Provincia, frater Berengarius, abbas monasterii Sancti Michaelis de Cossano, ordinis Sancti Benedicti, et frater Bernardus, abbas monasterii de Sinaqua, ordinis Sis-

terciensis, per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod nos, ad preces et requisitionem incliti principis dni Karoli secundi, Dei gratia Jerusalem et Sicilie regis illustris, contulimus nos in Cathaloniam, cum eodem, inter collem de Panizariis et Juncqueriam, magis prope ipsam Jonqueriam. Ibique, predicto die primo novembris, in presentia nostra, et infrascriptorum prelatorum, aliorumque virorum ecclesiasticorum, tam religiosorum quam secularium, baronum, militum, aliorumque nobilium, Johannis de Capua et Taffuri de eadem terra, apostolica auctoritate notariorum, et aliorum plurium ibi astantium ; idem rex Jerlm. et Sicilie presentari fecit duo scripta, que oculata fide perspeximus, ... ; quorum unum in modum cyrographi factum erat, et sicut ejus scriptura narrabat, confectum erat apud Oleronum, in Bearno, in festo beati Jacobi apostoli, anno Dni M°.CC°.LXXXVII, presentibus spectabili principe dno Edoardo, Anglorum rege magnifico..., magnifici viri dni Alfonsi, nati quondam dni Petri, olim regis Aragonum, sigilli noti pendentis appensione munitum ; aliud confectum fuerat apud Campum francum, in Aragonia, per manus Johannis Erturi de Cadomo, publico appostolice sedis auctoritate notario, anno a Nativitate Domini millesimo CC°.LXXXVIII, indictione secunda, quarto die exeunte mense octobris,... presentibus ven. patre dno R. Bathonien. et Wallen. episcopo, et discretis viris Hugone de Mathaplana, Massilien., Poncio Celsonen. ac Gaufrido Apten. ecclesiarum prepositis... In quibus scriptis continentibus conventiones inhitas inter prefatum dnm regem Sicilie, qui in conventionibus ipsis intitulatur Salernitanus princeps, et eundem dnm Alfonsum, qui in eisdem rex Aragonum nominatur ; inter cetera vidimus et audivimus contineri, quod prefatus rex Jerlm. et Sicilie promisit pacem facere predicto dno Alfonso, et Jacobo, fratri suo, qui Sicilie rex ibi describitur, pro se, ecclesia Romana, rege Francie, et dno Karolo fratre suo, de qua idem dns Alfonsus esset contentus, vel heredes ipsius ; et quod ecclesia Romana firmaret et assecuraret ydonee. Quod nisi dictus rex Jerlm. et Sicilie faceret pacem cum dictis dnis Alfonso, et Jacobo, fratre suo, et eorum heredibus, pro se, et ecclesia Romana, dictis dnis rege Francie, et Karolo fratre suo, de qua esset contentus dictus dns Alfonsus et sui heredes, vel nisi idem rex Jerlm. et Sicilie rediret ad carcerem dicti dni Alfonsi, infra IIJes annos post liberationem suam, predicta ecclesia non faceret guerram eisdem dno Alfonso et Jacobo, nec heredibus eorumdem, nec terris quas tunc tenebant et possidebant, non juvaret ipsum regem Jerlm. et Sicilie, nec noceret dictis dnis Alfonso et Jacobo, vel eorum heredibus, nec permitteret quod idem rex Francie, vel idem rex Jerlm. et Sicilie, vel idem Karolus, aut aliqui alii facerent guerram dictis dno Alfonso, et Jacobo fratribus, aut heredibus eorumdem, nec terris quas ipsi tunc tenebant, vel ex causa aliqua possidebant. Et si istam securitatem, idem rex Jerlm. et Sicilie non procuraret, et fieri non faceret infra annum unum post liberationem suam, numerandum a festo Omnium Sanctorum proxime preteriti anni, II° indictionis..., idem rex Jerlm. et Sicilie, pro pena, daret quinquaginta milia marcharum argenti, que applicanda erant dicto dno Alfonso, et heredibus suis. Pro qua pena apud eundem dnm Alfonsum, predictus rex Anglie extitit intercessor pro eodem rege Jerlm. et Sicilie. Et promisit etiam idem rex Jerlm. et Sicilie, quod infra annum unum a die dicti festi Omnium sanctorum in antea computandum, poneret dnm Karolum, primogenitum suum, nunc principem Salernitanum, in pleno et libero posse dicti dni Alfonsi, vel heredum suorum. Alioquin, triginta milia marcharum argenti per eundem regem Jerlm. et Sicilie, apud eundem dnm Alfonsum, pro conventorum securitate deposita, et alia XX. milia que idem rex Anglie, pro eodem rege Jerlm. et Sicilie, apud eundem dnm Alfonsum, pro eadem securitate, in obligatione susceperat, perdebantur, in dampnum ejusdem regis Jerlm. et Sicilie, et applicabantur dicto dno Alfonso, et heredibus suis, pro pena ; et nichilominus, Raimundus Berengarius, natus dicti dni regis Jerlm. et Sicilie, eidem dno Alfonso obses traditus, membris sibi salvis et vita, eidem dno Alfonso, et suis heredibus, erat incursus. Promisit quoque idem dns rex Jerlm. et Sicilie procurare et facere quod infra annum unum, numerandum a die festi Omnium sanctorum predicti, ipse rex Jerlm. et Sicilie, Romana ecclesia, dns rex Francie, et dns Karolus, frater suus, pro eis et valitoribus eorundem, darent predictis dno Alfonso et Jacobo fratribus, eorumve heredibus et valitoribus, triennales treugas. In qua promissione si rex ipse Jerlm. et Sicilie forcitan defecisset, hostagia per ipsum regem Jerlm. et Sicilie eidem dno Alfonso data, terra comitatus Provincie, et quantitas quinquaginta milium marcharum argenti, pro quibus dictus rex Anglie intercessor extitit, pro securitate a Romana ecclesia facienda, in posse dicti dni Alfonsi, et heredum ipsius, essent incursa, ad faciendum de eis eorum liberam voluntatem : membris et vita obsidibus ipsis salvis. Predictus tamen rex Jerlm. et Sicilie, infra unius anni spatium, a die predicti festi Omnium sanctorum in antea numerandi, ad ejusdem dni Alfonsi, vel heredum suorum, carcerem rediens, etiam nullo de premissis impleto, in aliquam de predictis penis non insidebat ; set obsides, peccunia, ab ipso dati, tam liberi ejus quam nobiles alii de Provincia, et omnia essent absoluta, et libere deberent restitui dno Jerlm. et Sicilie regi predicto. Que omnia dictus dns rex Jerlm. et Sicilie, infra spatium dicti anni rediens ad captionem dicti dni Alfonsi, inter collem de Pannizariis et Juncqueriam, vel apud Sanctam Christinam, recuperare debet. Sic quod si per eundem regem Jerlm. et Sicilie non staret, set per eundem dnm Alfonsum, quominus ipse rex ad captionem ejusdem dni Alfonsi rediret, si hoc constaret, dictus rex in penam non caderet. Et hoc debebat fieri tuto, et sine utriusque partis periculo, sicut ipsarum conventionum series, in predictis duobus scriptis inserta, oculo cum diligentia diffuso, per clausulas apercius continet et exponit. Quibus scripturis sic visis, et certis earum capitulis, ad rem tangentibus, vulgariter lectis in publico, idem dns rex Jerlm. et Sicilie, coram nobis, ac personis aliis supradictis, predicta die prima novembris, in campis, inter collem de Panezariis et Juncqueriam, quandam protestationem in scriptis obtulit in hunc modum : « Anno Domini millesimo CC°.LXXXIX. die prima mensis novembris, tertie indictionis, coram vobis ven. patribus prelatis... Nos

Karolus secundus, Dei gratia rex Jerlm. et Sicilie, protestamur, et ostendimus evidenter coram vobis quod predicta die prima novembris, personaliter venimus inter collem [de] Panezariis et Juncqueriam, juxta formam conventionum inhitarum inter nos et dnm Alfonsum, regem Aragonum. Et parati sumus, et ad hoc nos offerimus in presenti, intrare carcerem ejusdem regis Aragonum, juxta modum et formam in ipsis conventionibus comprehensos ; cum promissa per nos in conventionibus ipsis, eidem regi Aragonum, juxta velle nostrum, in statuto in conventionibus eisdem termino, nequiverimus complere. Petentes a vobis, et requirentes expresse, quod de hujusmodi nostra protestatione, et oblatione, ac diei spacio, quo hodierna die martis, presentes hic fuimus, in predictis protestatione et oblatione durantes, scriptum faciatis nobis conveniens ad cautelam. » Quam quidem protestationem, et oblationem, idem dns rex Jerlm. et Sicilie immediate fecit, etiam oraculo vive vocis. — Nos itaque qui supra, Rostagnus, divina permissione archiepiscopus Arelaten., frater Guillelmus de Vilareto, hospitalis Sancti Egidii Jerosolimitani in Provincia, frater Berengarius, abbas monasterii Sancti Michaelis de Cassano, ordinis Sancti Benedicti, et frater Bernardus, abbas monasterii de Sinaqua, Sisterciensis ordinis, presentis scripti tenore, certum et veridicum testimonium perhibemus, quod predictus dns rex Jerlm. et Sicilie, firma notitia nobis notus, predicta prima die novembris, ad locum qui dicitur inter collem de Panizariis et Juncqueriam, ante horam tertiam, venit inhermis, et cum modica gente sua inhermi similiter, et in dicto loco usque ad solis occasum commorans, predictam protestationem, et oblationem, coram nobis, fecit in scriptis, et subsequenter immediate, oraculo vive vocis. Per prefatum vero ejusdem diei spacium, predictus dns Alfonsus ad prenominatum locum non venit, nec nuncium, aut procuratorem transmisit, qui per nos visi fuerint vel auditi : maxime, cum per diversas partes loci predicti discursum sepius faceremus. Unde, ad futuram memoriam, et ejusdem dni regis Jerl. et Sicilie cautelam, presens scriptum fecimus appensione sigillorum nostrorum pendentium, et nostrum qui supra Johannis de Capua, et Taffuri de eadem terra, apostolica auctoritate publicorum notariorum, subscriptionibus roboratum. Actum in predicto loco, inter collem de Panizeriis et Juncqueriam, anno, mense, die, indictione, et tempore supradictis. Presentibus fratre Arnaudo de Cannucella, preceptore domus Mansidei, ordinis militie Templi, fratre Gaucerando de Tous, monacho monasterii Sanctarum Crucum, ordinis Sisterciensis, dno Alberto, archidiacono Arelaten., magistro Guillelmo, sacrista Regen., dno Amelio, sacrista Aquen., magistro Guillelmo de Viridi campo, canonico Eboracen., nuncio illustris regis Anglorum, dno Raimundo de Baucio, domino Podii Ricart, dno Alsiacio de Sabrano, dno Ansuisii, dno Raynaudo Porcelleto, dno Senasii, dno Johanne de Burlatio, seniore, dno Guillelmo Faraudi, dno Philippo de Laveno, dno Serre, dno Borgondio de Podio oliverii, dno Bertrando de Vitrolis, dno Jo. de Ponteves, minore, dno Raimundo Durgi, dno Guillelmeto de Barbarano, dno Petro de Fenolleto, dno Alemando de Sagna, dno Arnaudo Bajuli, jurisperito, dno Raimundo de Burbone, fratre Bernardo de Ripis altis, ordinis militie Templi, fratre Bertolomeo, monacho de Populeto, dno Emerico de Narbona, seniore, dno Berengario de Podio Sorguerio, dno Jacobo de Moredinis, dno Berengario de Calderiis, dno Berengario de Ulonis, dno Guillelmo de Sona, dno Guillelmo de Lamanono, dno Raimundo de Vivario, dno Arnaudo de Petrapertusa, Gauterio Amici, dno Thori, Gerondo de Simiana, dno Casenove, Geraudo Audemarii, domino de Montiliis, Gerardo de Boctusiis, cive et mercatore Lucano, et pluribus aliis, clericis et laycis, ad hec vocatis et rogatis testibus. In quorum omnium testimonium, et evidentiam pleniorem, prefati frater A. preceptor domus Mansidei, dns A. archidiaconus Arelaten., A. sacrista Aquen., magister G. nuncius regis Anglorum, dns Aimericus de Narbona, senior, R. de Baucio, A. de Sabrano, R. Porcelleti, J. de Burlatio, senior, P. de Laveno, J. de Ponteves, junior, R. Durgi, G. de Barbarano, P. de Fenolleto, A. de Saga, R. de Bulbone, milites, G. Amici, G. de Simiana, G. Audemari, G. de Boctusiis, et fr. R. prior de Ulmatis, qui predictis omnibus interfuit, ac G. sacrista Regen., presenti scripto, una cum sigillis nostris, sua sigilla pendentia posuerunt. Et ego Johannes de Capua, publicus apostolica auctoritate notarius, predictis omnibus interfui, et ea rogatus scripsi, et publicavi, meoque consueto signo signavi. Ac ego Taffurus de Capua, publicus apostolica auctoritate notarius, predictis omnibus interfui, et rogatus subscripsi, meoque consueto signo signavi.

Arch. des B.-du-Rh. B. 388. Vidimus.

1349 28 janvier 1290.

Lettre de Nicolas IV aux archevêques, évêques et autres prélats constitués dans les provinces d'Aix, Arles et Embrun, leur ordonnant de venir en aide aux inquisiteurs contre les apostats, qui corruptam tunicam induunt Judaicæ cæcitatis, *etc.*

Arch. Vatic. Reg. 44, f° 284 (Nicol. IV. an. II, ep. 783). Potthast, 23170. Langlois, 2028.

1350 Molégès, 23 juillet 1291.

...Rever. in X° pater dom. Rostagnus, D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, confirmavit dom. Audiardam in abbatissam monasterii de Molegesio, de voluntate et requisitione tocius conventus monialium. *Serment de l'abbesse.* Actum Molegesii, in capella ejusd. monast., testibus present. dno Raimundo de Coirano, Arelat. archipresbitero....

Voir la pièce à l'abbaye de Molégès.

1351 Concile d'Arles, 7 mars 1293/4.

Privilegia Arelatensis ecclesie.

Universis presentes litteras inspecturis, Giraudus Vasionensis, Guillelmus Aurasicensis, Bertrandus Cavallicensis, Durantus Massiliensis, Andreas Avinionensis, Guillelmus Tricastrinus et Raimundus Tholonensis Dei gratia episcopi, Arelate in provinciali concilio constituti, salutem in Jhesu Xpisto dominantium domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos vidisse ac

diligenter inspexisse privilegia clare memorie Ludovici, Conradi secundi, Frederici primi et Frederici secundi, olim regum et Romanorum imperatorum, concessa archiepiscopo et ecclesie Arelatensi, quorum tenores cum denominatione bullarum seu sigillorum, et circumferentiis eorumdem, fecimus de verbo ad verbum presentibus annotari, qui tales sunt (*voir n°s 243, 551 et 604*)... In cujus rei testimonium presens transcriptum exinde sumptum de verbo ad verbum fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum Arelate, nonis marcii, anno Domini millesimo CC°.XC°.IIJ°.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 100, orig. Reg. *Pergamenorum*, f° 69. Reg. *Pedis*. B. 143, f° 103 : « Quod transcriptum sigillatum ex sigillis precedentibus, in quibus sigillis sunt ymagines portantes mitras in capite, et tenentes crocias in manibus sinistris, et sigillatis cera alba ». — Les privilèges de Frédéric II, omis dans cette charte, sont vidimés dans une autre ; ibid, n° 101, origin. avec les mêmes formules.

1352 Arles, 8 mars 1293/4.

Bertrand de Baux, comte d'Avellin, déclare à Rostang, archevêque d'Arles, son intention de faire oublier les méfaits de son père Barral et de payer tous les legs de son dernier testament pour le repos de son âme ; il engage à cet effet pour un an les revenus du château de Trinquetaille, ceux du péage qu'il perçoit à Arles sur le Rhône, etc.

Chartrier de Mondragon, n° 124. Barthél., *Baux*, 733.

1353 2 octobre 1294.

Concession par le pape Célestin V à Charles, roi de Sicile, d'une décime sur les revenus ecclésiastiques dans les provinces d'Aix, Arles et Embrun, pour quatre ans.

Raynaldus, *Ann.*, a. 1294, n° 15. Potthast, 23985.

1354 Salon, 1er février 1294/5.

Lettre de l'archevêque Rostang à l'évêque de Vaison.

Rostagnus, miseratione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, venerabili in Xpisto patri G. Dei gratia Vasionen. episcopo, salutem et sinceram in Domino caritatem. Paternitati vestre notum facimus per presentes, quod nobilis vir dns Roncelinus, quondam dominus de Lunello, domine Beatrici, uxori sue, castrum de Mirobello, ad vitam suam tantum legavit, prout per famam fidedignorum intelleximus, in sua ultima voluntate [1] ; et castrum de Nioms et de Vinsobrio, in eadem voluntate ultima reliquit nobili viro dno Hugoni Azemarii, heredem instituendo eundem in dictis castris ; seu titulo legati, in ipsum dnm Hugonem castra eadem, prout intelleximus, transferendo. Quod credimus factum in prejudicium monasterii Sancti Cesarii civitatis Arelatis, et etiam in prejudicium nostre Arelatensis ecclesie, ac gravamen ; cum dicta castra sint de feudo, et sub juridictione monasterii memorati, et in retrofeudo pro nostra Arelatensi ecclesia teneantur. Ad hec, nos noveritis percepisse, etiam fidedignorum relatu, quod predicta dna Beatrix vult vendere, vel alio modo alienare predictum castrum de Mirobello, magnifico viro Dalfino Vian. ; et etiam, sicut asseritur, dns Hugo Azemarii intendit facere illud idem de aliis duobus castris superius nominatis : quod si fieret, in maximum prejudicium dicti monasterii et nostre Arelatensis ecclesie redundaret. Quare, vos requirimus et rogamus, et nichilominus vobis precipiendo mandamus, quatenus predictos, cum juris sollempnitate, sine more dispendio, moneatis, seu moneri faciatis, et nichilominus in vestris ecclesiis faciatis monitiones hujusmodi publicari ; expresse inhibendo eisdem, quod predictas alienationes dictorum castrorum facere non attemptent, in predictum Dalfinum, nec in aliam personam, ecclesiasticam vel secularem, predicto monasterio inconsulto, et abbatissa predicti monasterii minime concedente. Scientes insuper quod nobilis vir comes Avellini ad dictam abbatissam et ad nos accessit personaliter, et fidem nobis obtulit de jure suo, per publica instrumenta, quibus oporteret nos stare, nisi aliud in contrarium appareret. Et de predictis omnibus et singulis, faciatis fieri unum, vel plura, si necesse fuerit, publica instrumenta, quod nobis destinabitis per presentium portitorem. Taliter hec agentes quod vestram fidelitatem et diligentiam possimus merito commendare. In quorum omnium testimonium, nostrum sigillum pendens presentibus duximus apponendum. Reddite litteras portitori, sigillo vestro apposito in eisdem, in signum mandati nostri fideliter exequti. Datum Sallone, prima die februarii, anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto.

1. Le testament de Roncelin est du 21 déc. 1294 (Barth., *Baux*, 838).

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire d'Arles. Chartrier des prieurés. (reg. V), n° 3. Orig. parch., sans sceau. Barthél., *Baux*, 753.

1355 Salon, 1er février 1294/5.

Lettre de l'archevêque Rostang à Béatrix de Lunel.

Rostagnus, miseratione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, nobili et discrete domine Beatrici, uxori quondam nobilis viri dni Roncelini, domini de Lunello, et baronie Montis albani, salutem in eo qui est mestorum omnium consolator. Licet cum cordis amaritudine nos referre oporteat de morte dicti nobilis viri vestri, vobiscum multipliciter condolemus. Sane, cum intellexerimus, relatu fidedignorum quamplurium, quod predictus nobilis dns Roncelinus, in sua ultima voluntate vobis legaverit castrum de Mirobello, et in castris de Vinsobriis et Niomis, Vasionen. dioc., quendam alium sibi heredem instituerit ; que quidem castra omnia sunt de feudo abbatisse Sancti Cesarii Arelaten., seu monasterii ejusdem ; et quicquid juris habet ipsa abbatissa, seu dictum monasterium, in predictis castris, a nobis tenet in feudum, seu ab ecclesia Arelaten. ; idcirco quamplurimum admiramur de dicto nobili viro vestro, quomodo et qualiter de ipsis castris sic potuerit ordinare, irrequisitis abbatissa, seu ecclesia Arelaten. Maxime, cum nobilis et magnificus vir dns B. dns Baucii, comesque Avellini, nobis fidem obtulerit, per publica munimenta, de jure suo quod habet in castris superius memoratis ; quem nobilem credimus jus habere in ipsis castris, nisi contraria apparerent. Unde, cum audiverimus quod vos predictum castrum de Mirobello, et ejus juridictionem, vendere intendatis magnifico viro dno Dalfino Vian., seu in eum, alio titulo alienationis, transferre ; cum hoc fieri non possit, sine nostro, et

Arelatensis ecclesie nostre, ac prefati monasterii gravi prejudicio, et aperta justicie lesione; non sufficimus admirari, si ad hoc faciendum vestra intentio divertatur. Quare, nobilitatem vestram requirimus, et tanquam major dominus dicti feudi, vobis inhibemus, in quantum de jure possumus et debemus, quatenus predicta facere nullatenus attemptetis, seu attemptare velitis. Alioquin, sciatis pro certo, quod non possemus obmittere quin contra vos, et omnes alios detentatores, et vestros consiliarios, valitores et fautores, procederemus prout justicia suaderet. Datum Sallone, prima die februarii, anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto. Reddite litteras portitori.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire d'Arles. Chartrier des prieurés. (reg. 5), n° 2. Orig. parch., sans sceau. BARTH., *Baur*, 752.

1356 Arles, 4 juin 1295.

Ordonnance de l'archevêque Rostang pour St-Césaire.

ANNO Domini M.CC.LXXXXV, II. nonas junii. Constituta in presentia reverendi patris dni *Rostagni*, divina providentia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopi*, dna Raimunda de Turbia, monialis monasterii Sancti Cesarii Arelat., supplicavit quod cum dns Petrus de Gravisione, presbiter quondam, ordinaverit, seu legaverit, in sua ultima voluntate, dicto monasterio, quoddam stare suum, situm in burgo, quod nunc tenet et possidet Raimundus de Aculia, sub annuo censu viginti solidorum, singulis annis eidem monasterio persolvendo, confrontatum... ; pro anniversario suo in dicto monasterio, singulis annis, pro salute anime sue, faciendo, de redditibus, seu proventibus, dicti staris. Ac etiam ordinaverit dictus dns Petrus quod dna Gaufrida de Turbia, quondam ejusdem monasterii monialis, quamdiu viveret, dictum hospitium teneret et possideret, et dictum anniversarium faceret, singulis annis, in dicto monasterio celebrari. Et quod ipsa dna Gaufrida posset ordinare aliam monialem dicti monasterii, quamcumque vellet, que, post mortem suam, dictum stare teneret et possideret, et dictum anniversarium faceret fieri pro anima dicti dni Petri, singulis annis, in dicto monasterio. Que quidem dna Gaufrida, tempore quo vivebat, ordinavit quod ipsa dna Raimunda de Turbia dictum stare, quamdiu viveret, teneret et possideret, et dictum anniversarium, singulis annis, in dicto monasterio fieri faceret, juxta ordinationem testatoris predicti. Ipsumque stare sic predicta dna Raimunda, per xv annos vel circa, tenuerit et possederit, et dictum anniversarium, singulis annis, per dictos xv. annos, fieri fecerit, prout per ipsum dnm Petrum extitit ordinatum, pacifice et quiete, et sine cujusquam contradictione. Licet nunc de novo, a duobus annis citra, religiosa dna A. dicti monasterii abbatissa, dictum stare occupaverit, et possessione ipsius dictam dnam Raimundam spoliaverit indebite et injuste, de facto, cum de jure non possit. Et discretus vir dns Michael, rector ecclesie de Pulcro loco, gerens vices dni officialis Arelaten., decreverit ipsam dnam Raimundam esse restituendam in possessionem staris predicti, ne anima dicti defuncti possit defraudari in dicto anniversario, et ne in posterum possint proventus dicti staris in alios usus converti. Prout predicta constare dicebat ipsa dna Raimunda per legitima documenta. Supplicavit, inquam, ipsa dna Raimunda eidem dno archiepiscopo quod elemosinaria dicti monasterii, ex nunc in antea, dictum stare debeat tenere et possidere; et de proventibus dicti staris, singulis annis, facere celebrari anniversarium dicti dni Petri, juxta ipsius dni Petri ultimam voluntatem, et ordinationem. Qui dictus dns archiepiscopus, attendens supplicationem ipsius dne Raimunde fore consentaneam rationi, eam admisit; precipiens quod ex nunc in antea, elemosinaria presens, et future elemosinarie dicti monasterii, stare superius limitatum, seu censum predictum, teneant et possideant, et de fructibus, gauditis, seu proventibus ejusdem staris, teneantur facere fieri, singulis annis, in dicto monasterio, in die obitus dicti dni Petri, unum anniversarium, pro salute anime ipsius dni Petri, prout per ipsum dnm Petrum extitit, in sua ultima voluntate, ordinatum. De quibus dicta dna Raimunda sibi petiit fieri publicum instrumentum. Actum Arelate, in palatio archiepiscopali, ante capellam, testibus presentibus, ven. viro dno Raimundo de Coirano, archipresbitero Arelaten., dno Rostagno Capre, canonico Piniacen., dno Guillelmo de Pulcro Prandio, dno Guillelmo Johannis, presbiteris. Et me Bertrando Milonis, notario publico prefati dni archiepiscopi, et ejus curie, qui requisitus per dictam dnam Raimundam, hoc presens instrumentum publicum scripsi, et signavi.

Post que, prefatus dns archiepiscopus, ad instantiam dicte dne Raimunde, in testimonium predictorum, et ad majorem firmitatem eorumdem, presens instrumentum sigilli sui appensione fecit communiri.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire. Reg. X, n° 68. Orig. parch., tresses de soie jaune, sceau pendant en cire rouge, brisé et fatigué : ✠ S. ROSTA[GNI · AR]ELATEN · E[CCL]E · ARCHIE[PI]. Sur le contre-sceau : SE · ROS[T]AG[NI] · ARCH · AREL.

1357 22 juin 1295.

Lettre du pape Boniface VIII à l'archevêque d'Arles et à l'évêque de Cavaillon, leur mandant de faire révoquer un statut porté par la commune de Marseille.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 339.

1358 18 juillet 1295.

Lettre du même aux archevêques d'Embrun, Aix et Arles, et à leurs suffragants, portant concession d'une décime sur les revenus ecclésiastiques en faveur du roi de Sicile, pour trois années.

Arch. Vatic. Reg. 47, f° 82. Ant. THOMAS, *Reg. de Boniface VIII*, n° 369.

1359 Perpignan, 7 septembre 1295.

L'archevêque d'Embrun, Guillaume de Mandagot, allant en ambassade en Catalogne avec Charles II, roi de Sicile, et le cardinal Guillaume de Ferrières, celui-ci mourut à Perpignan (Mars., n° 1281). L'archevêque, una cum d. Rostagno, archiepiscopo Arelatensi, qui præsens erat, usque in Cataloniam cum dicto rege Carolo procedentes, pacem ... firmaverunt. Quibus peractis, dictus d. Guillelmus, una cum rege et Arelatensi archiepiscopo de Catalonia rediens, visitavit ecclesiam Nemausensem,...

Voir la pièce à l'archevêché d'Embrun.

1360 19 septembre 1295.

A la place du cardinal Guillaume de Ferrières, malade à Perpignan, le pape commet les archevêques d'Arles et d'Embrun, et l'évêque de Marseille, pour traiter la paix avec l'Aragon.

Voir la pièce aux prévôts de Marseille, n° 1282. THOMAS, 827.

1361 28 octobre 1295.

Ordre du pape aux archevêques d'Embrun, Aix et Arles, et à leurs suffragants, de payer la décime accordée au roi de Sicile entre les mains de l'évêque de Marseille.

Arch. Vatic. Reg. 47, f° 112. POTTHAST, 24208. THOMAS, 497.

1362 16 mai 1296.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et à l'évêque de Marseille, pour mettre fin aux différends entre l'abbaye de Montmajour et l'hôpital de St-Antoine de Viennois.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 344.

1363 Arles, 1er janvier 1296/7 ?

... Dno Rostagno, divina providentia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo presidente, *l'abbesse de St-Césaire d'Arles lui présente un prêtre comme recteur de l'église St-Jean de* Mosteriis ; *il l'investit avec son anneau*, in camera ipsius d. archiepiscopi.

Voir la pièce à l'abbaye de St-Césaire d'Arles.

1364 2 juillet 1297.

Supplique de l'évêque Guillaume, du prévôt Jean et du chapitre d'Orange reverentissimo in Xpisto patri ac domino speciali dno Rostagno, div. provid. s. Arelatensis ecclesie archiepiscopo, *en vue de la concession suiv.*

Voir la pièce à l'évêché d'Orange.

1365 Arles, 24 octobre 1297.

Rostang, archevêque d'Arles, du conseil de B. prévôt, Albert archidiacre, R. de Cayrano *sacristain, Hugues de* Granis, *archiprêtre, Pierre Julien, vestiaire, et des autres membres du chapitre de son église, unit à la mense de l'évêque d'Orange l'église de St-Eutrope de cette ville ; présent son official Guillaume Raynaud.*

Voir la pièce à l'évêché d'Orange.

1366 Vaquières, 8 janvier 1297/8 ?

Ordonnance de l'archevêque touchant Molégès.

ROSTAGNUS, miseratione divina *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, dilecto nostro Guilelmo Raynaudi, officiali Arelatensi, salutem prosperam et felicem. Quoniam intelleximus quod abbas Cistericensis de novo commisit correctionem nostri monasterii de Molegesio, abbatibus de Salvacana et de Floriaco, sive de Toroneto ; nos volentes, predecessorum nostrorum vestigia imitando, jura ecclesie nostre, que in eodem monasterio obtinet et obtinuit ab antiquo, pastorali sollicitudine deffensare, et invasiones eorum, tam secretas quam publicas, evitare ; volumus et mandamus quatinus, ex parte nostra, vive vocis oraculo, precipiatis abbatisse dicti monasterii, et priorisse domus Arelatis de Molegesio, in virtute obediencie, et sub virtute nobis prestiti juramenti, quod nullum abbatem vel monachum ordinis Cistericensis recipiant infra dictum monasterium, nec domum Arelatis de Molegesio, tanquam visitatores aut correctores ; nec a monialibus sibi subjectis recipi permittant ; nec ab ipsis vel aliquo eorum, ecclesiastica quelibet recipiant sacramenta, nec per aliquam monialem sibi subjectam ipsa ab eisdem recipi paciantur. Cum enim predicta fieri non possint contra voluntatem nostram, sine prejudicio et lesione jurisdictionis et juris sancte Arelatensis ecclesie, ipsas et moniales sibi subjectas, si secus agere presumpserint, in sentencias excommunicationum latarum in conciliis provincialibus Arelatensibus, contra invasores, usurpatores et turbatores jurium Arelatensis ecclesie, ex nunc ut ex tunc, declaramus ipsas et earum quamlibet dampnabiliter incidisse. Et ne ignorancia ipsas aliqualiter valeat excusare, hanc nostram declarationem significare eis celeriter studeatis. Et de predictis omnibus faciatis confici publica instrumenta. Ut autem omnis fraudis materia evitetur, volumus quod injungatis eis, ex parte nostra, quod fratres dicti ordinis in monasterio et domo predictis, pretextu hospitalitatis non recipiant ; set, si voluerint, ipsis extra monasteria faciant necessaria ministrari. Vigillate et viriliter agite contra invasores ecclesie, cum antiquioribus ecclesie nostre, deliberatione habita procedentes. Datum Vaqueriis, VIº idus januarii, anno Domini M°.CC°.XC°.VII°.

Insérée dans son exécution, le lendemain 9 (à Molégès).

1367 Molégès, 15 juin 1298.

L'archevêque Rostang, cum senioribus ecclesie sue, videl. vener. viris dnis Raimundo de Coirano, sacrista, Hugone de Granis, archipresbitero, et Petro Juliani, vestiario, *fait la visite canonique du monastère des religieuses de Molégès.*

Voir la pièce à l'abbaye de Molégès.

1368 1er octobre 1298.

Lettre de Boniface VIII aux archevêques et évêques constitués dans les diocèses d'Arles, Aix, Embrun, etc., pour la levée d'une décime pendant trois ans.

Arch. Vatic. Reg. 49, f° 129 (Bonif. VIII. an. IV, ep. 11). DIGARD (Georg.), *Reg. de Boniface VIII*, n° 2886, t. II, c. 319.

1369 23 mars 1299.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles, au sujet de l'exécution par l'évêque de Marseille d'un statut du concile provincial d'Arles.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 362.

1370 Molégès, 9 novembre 1299.

Sur le refus de l'abbesse de Molégès de recevoir la visite canonique de l'archevêque d'Arles, Rostang l'excommunie, in ecclesia S. Petri loci pred. de Molegesio, mane ante missam, juxta altare, present... d. Hugone de Gra-

nis, sacrista, Petro Juliani, Guilelmo de Auriaco, canonicis Arelat....

Voir la pièce à l'abbaye de Molégès.

1371 Salon, 9 juillet 1300.

Bertrand Raoli, *procureur de Bertrand de Baux, comte d'Avellin, vend à Rostang, archevêque d'Arles, et à son église,* castrum et villam Trencatalliarum, *pour le prix de 2000* libr. Provincial. coronat. novorum parvorum, *payées comptant.* Acta f. Sallone, in camera d. archiepiscopi, testibus... Bertrando de Coirano, archidiacono, Hugone de Granis, sacrista,...

Arch. des B.-du-Rh. B. 412. Reg. Trinquetaille, t. I, nº 13, orig. Bonnemant, t. I, p. 122-30. Barthél., *Baux*, 816.

1372 Arles, Trinquetaille, 20 juillet 1300.

Prise de possession du château de Trinquetaille, par Rostang, archevêque d'Arles.

Anno quo supra, die xx. julii, reverendus in Xpisto pater dns archiepiscopus supra nominatus, apud Arelatem existens, cum sua venerabili comitiva, et dno Bert. Raoli, procuratore predicti dni comitis, de palacio archiepiscopali suo Arelaten. exiens, equitando accessit versus Trencatallias. Et dum fuit supra capud pontis Linei Arelatis ultra Rodanum, prenominatus dns Bt. Raoli, procurator.. nomine dicti dni comitis, et pro eo, per dictum dnm comitem ad infra scripta peragenda specialiter destinatus, ad suprascripti contractus perfectionem, et consumationem, animo et intentione inducendi, et immitendi supradictum dnm archiepiscopum emptorem, in veram et corporalem possessionem castri et ville Trencatalliarum, et ejus territorii, et districtus, et possessionem corporalem, seu quasi, omnium et singulorum venditorum prenominato dno archiepiscopo per dictum procuratorem, in presenti et preposito instrumento, ut hec omnia, procuratorio nomine quo supra, isdem procurator, in dicti pontis capite, palam et publice, coram omnibus assistentibus fatebatur, induxit, et immisit, per corpus suum, accipiendo cum manu dextra, per manum dextram, predictum dnm archiepiscopum, et ducendo a dicto pontis capite, manualiter infra dictum castrum et villam Trencatalliarum, predictum dnm archiepiscopum, predictam possessionem acceptantem, et recipientem, pro se et suis perpetuo successoribus, et ecclesia antedicta. Qui prefatus dns archiepiscopus sic inductus in possessionem, jussit et mandavit imperiale vexillum sancte Arelaten. ecclesie per Berengarium Cotharonium, ipsius dni archiepiscopi armigerum, displicari et extendi, et ipsum extensum, coram se, in hasta, seu lancea, vehi per eundem scutiferum, et per castrum predictum, in signum adhepte, acquisite, et retinende possessionis, eidem dno archiepiscopo, et suis in eternum successoribus, et ecclesie sepe dicte. Et ut jussum atque mandatum, per dictum dnm archiepiscopum fuit, sic extitit executum. In quo vexillo, alis extensis, instar avis aquile visibiliter intuentibus apparebat ; et ad unum latus ipsius aquile, instar ipsius mitre, et ad aliud, crosse seu baculi pastoralis. Quorum omnium et singulorum, dictus archiepiscopus, ad certitudinem presentium, et memoriam futurorum, per me Ferrerium Galie, infrascriptum notarium, sibi instrumentum publicum fieri requisivit. Acta fuerunt apud Trencatallias, hec omnia, et perfecta, infra dictum castrum, assistentibus testibus, ven. viris d. B. preposito, Bertrando archidiacono, Bertrando archipresbytero, Hugone sacrista Arelat.,... ; et me Ferrerio Gualie, notario publ.... predicti d. archiepiscopi in omnibus partibus regalie B. Trophimi,...

Même source, pap., écrit. de l'époque. Bonnemant, t. I, p. 130-1.

1373 Arles, 20 juillet 1300.

Quittance par le procureur de Bertrand de Baux à l'archevêque de 1570 livres, à compte de la vente susdite.

Arch. d'Arles. Reg. Trinquetaille FF, t. I, nº 14. Barth., 818.

1374 Arles, 28 juillet 1300.

Autre quittance à l'archev. des 530 livres restantes.

Arch. d'Arles. Reg. Trinquetaille FF, t. I, nº 15.

1375 Salon, 13 août 1300.

Confirmation de la vente susdite à l'archevêque par Bertrand de Baux. Les 2000 livr. reçues ne suffisant pas à payer ses dettes, il ajoute tous les cens qu'il percevait, pour le prix de 176 livres.

Arch. d'Arles. Reg. Trinquetaille FF, t. I, nº 17, orig. Bonnemant, t. I, p. 131. Barth., 821.

1376 Templiers d'Arles, 25 septembre 1300.

Bertrand de Baux, comte d'Avellin, vend à Rostang, archevêque d'Arles, les péages, droits et revenus qu'il percevait dans la ville et bourg d'Arles et Trinquetaille, ainsi que ses droits de seigneurie et juridiction, pour le prix de 4500 livres de menus provençaux coronats, qui serviront à racheter les châteaux de Bedouin et Loriol qu'il a été forcé d'engager à la cour du Comtat, et à payer divers créanciers.

Archev. d'Arles. Liber aureus, nº 432. Barth., *Baux*, 824.

1377 Salon, 2 octobre 1300.

...Nos Rostagnus, mises. div. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus, nomine nostro et nostre Arelat. ecclesie,... ordinamus nostros... procuratores... Raymundum Chaberti et Guillelmum Drogoli, notarios nostros,.. expresse ad petendum, exigendum et recipiendum... confirmationem, emologationem et ratificationem venditionis nobis... facte per magnif. virum dom. B., D. g. dominum Baucii et comitem Avellini, pedagii riperie Rodani et terre civitatis et burgi Arelat. et Trencatalliarum, ac lesde et burgi novi..., ab ill. dna Agatha, comitissa Avellini, ac renunciationem cum juramento cujuscumque obligationis tacite vel expresse ratione dotis sue... ; testibus relig. viro d. Guillelmo de Auriaco, canonico Arelat.,...

Bonnemant, t. I, p. 134, original parchemin.

1378 8 octobre 1300.

Ratification de la vente susdite par Agathe, épouse de Bertrand de Baux. Fait à Monteux.

Arch. d'Arles. Reg. Trinquetaille FF, t. I, nº 19. Barth., 825.

1379 Salon, 18 octobre 1300.

Lettre de l'archevêque Rostang à Raimond, évêque de Vaison

Rostagnus, miseratione divina *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, venerabili in Xpisto patri dno R. Dei gratia Vasionen. episcopo, salutem et sinceram in Domino karitatem. Paternitati vestre, tenore presentium, facimus manifestum, quod notorium nobis est castra de Nioms et de Vinsobrio esse de feudo monasterii Sancti Cesarii Arelaten., et de retrofeudo ecclesie nostre Arelaten ; et in possessione sumus, nos et ipsum monasterium. Quod quidem monasterium, ratione feudi dictorum castrorum, recepit multis annis, et continue, censum annuum unius marche argenti, a magnifico viro dno B. de Baucio, domino Baucii, et comite Avellini, vel alio, nomine ejus solvente. Quare, minime dubitamus, in prejudicium dicti monasterii, et nostre Arelatensis ecclesie, redundare quicquid in dictis castris, et juridictione eorum, detinetur et occupatur per dnm Dalfinum Viannen. vel suos ; cum hoc fiat, contradicente monasterio et abbatissa ejusdem, et nobis et eis penitus inconsultis. Unde, cum non possit esse vobis non notorium quod dictus Dalfinus possessionem dictorum castrorum est ingressus, cum ibi nomine suo cudatur moneta, et alia exerceantur que ad jurisdictionem et majus dominium spectare noscuntur ; videtur nobis quod juxta tenorem statuti editi in consilio provinciali Arelaten. contra bonorum et jurium ecclesiasticorum violatores, potestis et tenemini procedere contra Dalfinum predictum, et alios jura dicti monasterii, et Arelatensis ecclesie, in dictis castris, temere occupantes, tanquam contra bonorum ecclesiasticorum et jurium invasores. Datum Sallone, die xviii. octobris, anno Domini M°.CCC°.

Insérée dans l'acte de présentation. Barth., *Baux*, 826.

1380 13 novembre 1300.

L'évêque de Vaison fait injonction à Bertrand de Baux de faire cesser les désordres énumérés dans la lettre précédente.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire. Chartrier des prieurés (reg. v), n° 6.

1381 Aix, 15-7 janvier 1302.

Réunion des évêques de Provence devant le sénéchal.

In nomine Domini. Amen. Ex tenore presentis publici scripti, pateat universis tam presentibus quam futuris, quod cum vir egregius dominus Raynaldus de Lecto, miles, comitatuum Provincie et Forcalquerii senescallus, in presentia mei notarii et testium subscriptorum, presentasset die quinto decimo presentis januarii, hujus quinte decime indictionis, apud Aquis, infra palatium regium, infrascriptis reverendis in Christo patribus dominis *R.* Dei gratia *Arelatensi*, et R. Aquensi *archiepiscopis*, ac R. Aptensi, D. Massiliensi, H. Dignensi, et R. Tholonensi episcopis, et Berterando, abbati monasterii Montismajoris, presentibus necnon procuratoribus subscriptorum episcoporum absentium, videlicet dominorum Ja. Forojuliensis, P. Sistaricensis, P. Regensis, Ber. Senecensis, G. Glandetensis, et G. Grassensis, ac A. Avinionensis, quasdam patentes litteras regias, ipsasque legi patenter fecisset eisdem, ac juxta ipsarum continentiam, ex parte ipsius domini efficaciter requisivisset eosdem ut de insolentibus clericis justitiam facerent, ut tenentur ; quarum litterarum tenor est per omnia continentie subsequentis : « Karolus secundus, Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie... Frequens et murmurans habet expositio... *(Les requiert d'abandonner à sa juridiction les clercs qui n'ont rien de clerc, et ne se réclament de leur privilège que quand ils sont en délit ou crime).* — Datum Neapoli.. anno Domini 1301, die 11 mensis novembris, 15e indictionis, regnorum nostrorum anno decimo septimo ». — Prefati inquam prelati, habito inter se sub debita deliberatione consilio super requisitione eis facta, tam per litteras regias quam oretemus per dictum dom. senescallum, responderunt ad requisita et postulata in scriptis, domini Massiliensis et Aptensis scilicet nomine suo et aliorum prelatorum, per hec verba : « Oblatis et perlectis litteris missis ex parte domini nostri Regis, archiepiscopis et episcopis, abbatibus et ceteris prioribus ac personatibus, sicut plenius continetur in eis, vocatis et presentibus venerabilibus patribus dominis R. et R. Arelatensi et Aquensi archiepiscopis, et dominis R. Aptensi, D. Massiliensi, R. Tholonensi, et Hugone Dignensi episcopis, et domino Berterando, abbate monasterii Montismajoris, pariter, apud Aquis, presente domino Raynaldo de Lecto, milite, senescallo Provincie et Forcalquerii, dicti domini prelati... responderunt et responsionem suam fecerunt,... quod licet multi alii domini prelati, abbates, prepositi et priores, de comitatibus Provincie et Forcalquerii, sint absentes, sine quorum consilio et presentia plene respondere non possunt, quod ipsi presentes, quantum in eis est, sunt et semper erunt parati contra insolentes clericos delinquentes, et excessus quoslibet committentes, plenam justitiam facere per se et officiales suos, juxta qualitatem excessuum et personarum, secundum canonicas sanctiones et constitutiones domini summi pontificis, et prout dictaverit ordo juris, facientes etiam monitiones et alia ad que de jure tenentur ; et insuper jura regia ac jurisdictionem sue curie regie conservare et nullatenus impedire, vel modo aliquo perturbare. Requirentes specialiter ipsum dominum senescallum presentem, ut per se et officiales suos, contra rebelles et malefactores clericos prestet eis auxilium et adjutorium ; nec ipsi vel eorum officiales impediantur per officiales vel nuntios curie regie, quominus possint manu armata capere clericos delinquentes. Ad quorum quidem dominorum prelatorum requisitionem ultimam, prefatus dominus senescallus respondit quod paratus est circa predicta requisita per dictos prelatos, impertiri consilium, auxilium et favorem, cum manu armata et potenti ; et ulterius, scribere et mandare universis et singulis officialibus comitatuum predictorum, quod in predictis et circa predicta, faciant, observent ac ea exequantur per modum superius nominatum. Unde ad futuram rei memoriam... Actum Aquis, infra palatium regium, in camera consilii, anno Domini 1302 a Nativitate, die decimo septimo mensis januarii, quinte decime indictionis, presentibus

nobilibus et discretis viris domino Bertrando de Massilia, milite, domino Santoro de Botonto, primarum appellationum judice, domino Angelo de Ebulo, juris civilis professore, procuratore et advocato regio, domino Paulo Fabro, vicario Massilie, domino Jacobo Arduini, procuratore et advocato fisci in causis appellationum, Bonacurso de Tecto, de societate Bardorum, receptore et expensore fiscalis pecunie in comitatibus ipsis, et domino Egidio Raymundi, judice Aquensi, testibus ad hec vocatis et rogatis. Et me notario suprascripto [Thoma de Francavilla].

Arch. des B.-du-Rh. B. 419. Orig. parch.

1382 Aix, 26 mai 1302.

L'archevêque d'Arles est présent à Aix, in domo archiepiscopali majoris ecclesie, *avec l'archevêque d'Aix et les évêques d'Apt, Marseille, Gap, Glandève, Sisteron, Vence, Fréjus, réunis à la présentation d'une bulle de Boniface VIII, qui les autorise à voter un subside à Charles II. — Ils votent un 20me des revenus ecclésiastiques d'un an.*

Arch. des B.-du-Rh. B. 416.

1383 23 avril 1303.

In nomine Dni, amen. Anno Incarnationis ejusdem M°.CCC°.III, scil. die XXIII. aprilis, reverendo in Xpisto patre dno Rostagno, divina providentia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo presidente, lis, questio seu controversia extitit ventilata in curia archiepiscopali Arelaten.... *(jugement en faveur du prieur de St-Césaire des Aliscamps, pour une redevance.)*

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire. Prieurés (reg. v), n° 54, orig. parch.

Rostang mourut le 22 août 1303, d'après le Catal. n° 3 (c. 8), qui ajoute : « claruit miraculis ». Une date différente est donnée par Saxi : « Obitus beati Rostagni Capræ, sanctæ hujus Arelatensis ecclesiæ archiepiscopi, decimo kal. aug. » (23 juillet).

1384 21 septembre 1303.

Copie de l'ordonnance du 4 juin 1295 (n° 1356) faite deux mois après la mort du B. Rostang de Capre. On y lit au commencement: Hoc est traslatum sive exemplum, sumtum et exemplatum a quodam originali et autentico instrumento, manu Bertrandi Milonis, plubici celebris memorie dni Rostagni divina providentia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopi quondam. *Et à la fin :* Ego Johannes Gavaudani, publicus dni nostri regis Karoli notarius,... transcripsi, exemplavi et in hanc formam plubicam, anno ab Incarnatione Domini M.CCCIIJ, XI. kal. octobris,... redegi... *Cela indique ce qu'on pensait déjà du B. Rostang.*

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire, reg. x, n° 69, orig. parch.

1385 10 avril 1304.

Anno Domini millesimo tricentesimo quarto, die decima mensis aprilis, sede vacante sancte Arelaten. ecclesie, per mortem reverendi in Xpisto patris dni Rost., sola Dei clementia quondam archiepiscopi ecclesie memorate. *(Donation à l'abbaye de Saint-Césaire par Martin* Amelii *de Puyricard.)*

Arch. des B.-du-Rh. St Césaire, 1er cart. de chartes dét. Orig. parch.

1386 26 mars 1349.

Rev. in Xpisto patre dno Stephano s. Arelat. ecclesie archiepiscopo presidente, facta est inquisitio super clericali tonsura Johannis Tyeusse, de Albarone, ibique dicitur quod bone memorie Rostagnus Arel. archiepiscopus, nunc vocatus sanctus Rostagnus, faciens visitationem in ecclesia de Albarone, ipsi contulit clericalem tonsuram.

Protoc. de Pons Rodelli (Reg. Nicolaï à M. Arbaud), 1349, f° 1.

1387 7 août 1361.

Testament de Sauveur Olivier, prévôt d'Arles, qui veut être enseveli dans l'église d'Arles, in capella Sancti Rostagni, *et s'il meurt ailleurs, être apporté* in capella Sancti Rostagni.

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier de Marignane, n° 173.

1388 A Arles, 24 octobre 1620.

Nous, Gaspard du Laurens, par la grâce de Dieu archevêque d'Arles, savoir faisons qu'en l'année 1620 et le 20 février, ayant nous fait dessein de construire cet édifice, la présente chapelle sous le titre des Trois Rois, ayant fait abattre et démolir deux petites chapelles, l'une sous le titre des Saintes-Maries et l'autre de Tous-les-Saints ; dans laquelle chapelle des Saintes-Maries avons trouvé les ossements du bienheureux Rostang de Capre, archevêque qui vivait en l'an 1300, ayant appris par la tradition qu'il avait été béatifié, c'est pourquoi nous avons fait reposer, avec l'honneur qu'il appartient, ces mêmes ossements dans cet autel, et encore dans icelui avoir fait mettre des ossements de Berthulphe abbé et des onze mille vierges. En foi de quoi avons fait dresser la présente attestation, signée de notre main, scellée du scel de nos armes.

Arch. de l'égl. d'Arles. Trichaud, *Hist. de l'égl. d'Arles,* t. III, p. 207-8.

PIERRE II de Ferrières [1], 1303-1307.

1389 13 février 1295.

Pierre de Ferrières, doyen du Puy, est autorisé à jouir des terres qu'avait son prédécesseur.

Dilecto filio Petro de Ferreriis, decano ecclesie Aniciensis, juris civilis professori. Meritis tue probitatis inducimur ut te gratiosa benevolentia prosequamur.

1. « Pierre de Ferrières, né au château de Bagat, en Quercy, embrassa l'état ecclésiastique... Le château de Ferrières ... n'est éloigné du château de Bagat, que d'environ deux lieues » (Lacoste, *Hist. du Quercy,* t. II, p. 445). D'après la *Gallia,* il était fils de Pierre, seigneur de Ferrières, et de Gauzide, fille du baron de Miramont : sa famille était provençale. Au témoignage de Jacques Belvisi *(de Bellovisu)* il fut professeur de droit civil et canonique à Aix. Voir aussi Baluze, *Vitæ papar. Avenion.,* t. I, c. 689-91.

Hinc est quod nos ... indulgemus ut terras consistentes in locis dictis d'Issarlies et de Bidagiis et de Charbonerio, Vivarien. et Anicien. diocesium,... vacantes ad presens per obitum quondam Raymundi, decani Aniciensis ecclesie, qui terras predictas, per decanum ipsius ecclesie qui est pro tempore cum certo numero canonicorum conferri aliis consuetas, ex concessione sedis apostolice tenebat, ad manus tuas quandiu vixeris licite valeas retinere..... Datum Laterani, *ut in precedenti* [idibus februarii, anno primo].

Arch. Vatic. Reg. 47 (Bonif. VIII. an. 1, ep. 18), f° 4. Thomas (Ant.), dans *Mél. d'archéol. et d'hist. de l'éc. franç. de Rome* (1882), t. II, p. 123. Le même, *Reg.*, 18.

1390 22 juin 1295.

Indult pour l'ordination de Pierre de Ferrières, doyen du Puy et chapelain du pape.

Dilecto filio magistro *Petro de Ferreriis, decano ecclesie Aniciensis, capellano nostro* etc. Exigentibus tue devotionis meritis, votis tuis libenter annuimus, et petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Tuis itaque supplicationibus inclinati, tibi recipiendi presbiteratus ordinem, statutis a jure temporibus, a quocunque malueris catholico archiepiscopo vel episcopo, gratiam et communionem apost. sedis habente, auctoritate presentium indulgemus. Non obstante quod a nobis in subdiaconum et a ven. fr. n. M. episcopo Portuensi fuisti, de mandato nostro, in diaconum ordinatus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis *etc.* Si quis autem *etc.* Datum Anagnie, x. kal. julii, anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 47, f° 53 v° (Bonif. VIII. an. 1, ep. 221). Thomas, 221. Cf. H. de Surrel de St-Julien, dans *Ann. St-Louis-des-Franç.* (1897), I, 475.

1391 1296.

Lettres de Pierre de Fevrier [= *Ferrières*], doyen de l'église Notre-Dame [*du Puy*], addressées à Guy, évêque du Puy, pour conférer les terres d'Issartoux, diocèse de Viviers, de la collation dud. s[r] doyen, et ce en faveur de Guillaume de Chalancon, chanoine; dattées de l'année 1296.

Payrard, *1re Layette de l'Invent. de N.-D. du Puy* (1868), p. 23.

1392 Naples, 29 mars 1296.

Diplôme de Charles II, roi de Jérusalem et de Sicile, comte de Provence et de Forcalquier, en faveur du couvent de N.-D. de Nazareth d'Aix. Dat. Neapoli, per magistrum Petrum de Ferreriis, decanum Aniciensem, cancellarium regni Sicilie, absente prothonotario,...

Voir la pièce au couvent de Nazareth d'Aix.

1393 Naples, 25 mai 1296.

Traité de fiançailles et mariage entre Jean, fils aîné du dauphin Humbert I[er], et Béatrix, fille de Charles Martel, roi de Hongrie, in præsentia... vener. viri dom. Petri de Ferreriis, decani Aniciensis, regni Siciliæ cancellarii, regior. consilior. et familiar....

Valbonnais, *Hist. de Dauphiné*, 1722, t. II, p. 77-8.

1394 Aix, 13 mars 1297.

Diplôme du roi Charles II en faveur du couvent de N.-D. de Nazareth d'Aix. Dat. Aquis, in absentia prothonotarii regni Sicilie, per mag. Petrum de Ferreriis, decan. Anic., cancellarium dicti regni...

Voir la pièce au couvent de Nazareth d'Aix.

1395 Aix, 15 octobre 1297.

Diplôme du même roi en faveur du même couvent. Dat. ...per manus ven. viri mag. P. de F., d. A., c. d. r.

Voir la pièce au couvent de Nazareth d'Aix.

1396 Marseille, 19 octobre 1297.

Lettre de Charles II confirmant l'échange de Vernet pour Château-Royal, fait avec St-Victor. Karolus... Amamus... Actum Massilie... per manus discreti viri magistri Petri de Ferreriis, decani Aniciensis, cancellarii dicti regni, anno Domini 1297, die 19 oct.

Arch. des B.-du-Rh. B. 437. Reg. *Armorum*, f° 35 v°.

1397 Aix, 18 novembre 1297.

Diplôme de Charles II en faveur du couvent de N.-D. de Nazareth d'Aix. Dat. *ut supra.*

Voir la pièce au couvent de Nazareth d'Aix.

1398 Aix, 4 mars 1298.

Diplôme du même en faveur du même couvent. Dat. *ut supra.*

Voir la pièce au couvent de Nazareth d'Aix.

1399 Aix, 28 mars 1298.

Dipl. de Charles II, pro Prioreto domino de Palude. — Actum Aquis, in absentia prothonotarii regni nostri Sicilie, per magistrum P. de Ferreriis, decanum Aniciensem, cancellarium dicti regni.

Arch. des B.-du-Rh. B. 262, f° 37 v°.

1400 Aix, 29 avril 1298.

Diplôme de Charles II en faveur du couvent de N.-D. de Nazareth d'Aix. Dat. *ut supra.*

Voir la pièce au couvent de Nazareth d'Aix.

1401 Aix, 1[er] mai 1298.

Diplôme du même en faveur du même couvent. Dat. *ut supra.*

Voir la pièce au couvent de Nazareth d'Aix. Des diplômes du même prince, donnés à Aix les 15 mai et 1[er] juin suiv., furent expédiés « in absentia cancellarii regni nostri Sicilie ».

1402 Naples, 22 juin 1299.

Diplôme de Charles II pour Reforciat de Castillane. — Neapoli, per manus discreti viri mag. Petri de Ferreriis, decani Anicien., cancellarii.

Arch. des B.-du-Rh. B. 262, f° 26.

1403 12 octobre 1299.

Dilecto filio magistro Petro de Ferreriis, cancellario carissimi in Christo filii nostri Caroli, Sicilie regis illustris, decano ecclesie Anitiensis. Pridem ad nostram

perducto notitiam quod quondam magister Raymundus Ottoboni, clericus et phisicus carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Sicilie, in regni Sicilie partibus debitum nature persolverat... (*Pouvoir de conférer les bénéfices du défunt sur la présentation du roi de Sicile*). Datum Anagnie, III idus octobris, anno V°.

Arch. Vatic. Reg. 49 (Bonif. VIII an. v, ep. 363), f° 216 v°. Thomas (Ant.), dans *Mél. archéol.-hist. éc. franç. Rome*, t. II, p. 124; *Reg.*, 3437.

1404 24 décembre 1299.

Provisions de Pierre de Ferrières pour l'évêché de Lectoure.

Magistro *Petro de Ferreriis, electo Lectorensi.* Summi providentia principis, cujus ineffabilis potentie magnitudo celestia pariter et terrena disponit, ordinat et gubernat, sublimi culminis apostolici solio, licet immeriti, presidentes, ad universas orbis ecclesias, presertim cathedralibus titulis insignitas, aciem considerationis extendimus, et de earum statu propensioribus studiis cogitamus, opem et operam impendendo sollicitam et apostolici favoris auxilium adhibendo, ut cum illas contingit pastoris gubernatione destitui, eis, ne prolixe vacationis experiantur incommoda [et] dispendiis pregraventur, per nostram curiosam solertiam, pulsis procul obstaculis et impedimentis quibuslibet eminus relegatis, celeris provisionis et utilis votiva celebritas illucescat. Dudum siquidem Lectorensi ecclesia per obitum bo. me. Geraldi, episcopi Lectorensis, solatio destituta pastoris, dilecti filii archidiaconus et capitulum ejusdem eccl., certa die ad eligendum prefixa, pro futuri substitutione pastoris, vocatis et presentibus omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, tandem nonnullis super hoc tractatibus habitis, ex quibus effectus non extitit subsecutus, deliberarunt per viam procedere compromissi, dil. fil. magistro Bernardo de Monte Lugduno, archidiacono, ac Bernardo de Paponibus, et Arnaldo de Momino, canonicis predicte eccl. Lectorensis, providendi, ea vice, de ipsius Lectorensis ecclesie gremio, seu etiam de se ipsis, usque ad consumptionem cujusdam candele ibidem accense, concedentes unanimiter potestatem. Qui hujusmodi potestate recepta, secedentes in partem, delib. super hoc prehabita diligenti, dil. fil. Arnaldum de Montelugduno, archidiaconum Leomanie in ipsa ecclesia, in Lectorensem episcopum concorditer elegerunt. Presentato itaque ven. f. n. Auxitano archiepiscopo, loci metropolitano, hujusmodi electionis decreto, ipsam, ex certis causis, renuit confirmare, asserens ipsam per appellationem ad sedem apostolicam interjectam legitime devolutam. Demum dictus Arnaldus in nostra presentia constitutus, omne jus quod sibi ex electione hujusmodi fuerat acquisitum, sponte ac libere in nostris manibus resignavit; cujus resignationem benigne duximus admittendam. Nos igitur, diligenti consideratione pensantes quod, post resignationem eandem, nullus preter nos de Lectorensi ecclesia prelibata disponere vel etiam ordinare potuerat, pro eo quod post resignationem predictam, provisionem ipsius Lectorensis ecclesie, ea vice, nobis et eidem sedi duximus reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis, scienter vel ignoranter, per quoscunque, contingeret attemptari. Attendentes sollicite quod per tuam discretionem multiplicem, cum, sicut fame relatus insinuat, et fidedignorum assertio profitetur, in te donum scientie, honestas morum, vite munditia, spiritualium et temp. providentia circumspecta, et aliarum clarere virtutum insignia dinoscantur, predicta ecclesia regi salubriter et laudabiliter dirigi, ac utiliter poterit gubernari, te decanum ecclesie Aniciensis, de f. n. cons. et ap. plenitudine potestatis, eidem Lectorensi ecclesie in episcopum preficimus et pastorem, plenam tibi et lib. adm. ipsius in sp. et temp. committentes. Firma concepta fidutia quod dirigente Domino actus tuos, tuaque studia prosequente, prefata Lectorensis ecclesia, per tue provide circumspectionis industriam, in utrisque feliciter et prospere dirigetur, et dissentionum et contentionum quarumlibet nexibus radicitus amputatis, salubria votiva recipiet incrementa. Sub humilis igitur devotionis officio ac prompte reverentie ubere jugum Domini suscipere studeas, et suavi ejus oneri humiliter colla submittere non obmittas, « manumque mittens ad fortia », ipsius administrationem ecclesie prudenter et laudabiliter exequaris, et commissi tibi dominici gregis custodiam procures diligenter, constanter oppositurus te murum, et pugilem pro domo Domini, ascendentibus ex adverso, ut laudabili de ipso reddita, in die districti examinis, ratione, regnum Patris eterni ab origine mundi paratum electis accipias, in dilecta Domini tabernacula letabundus introeas, et eundem gregem tue discretioni commissum, ad uberioris meriti fructum et retributionis majoris cumulum, introducas. Datum Laterani, IX. kal. januarii, anno quinto.

In eo. mo. Archid. et capitulo; — Clero; — Populo; — Vassallis.

Arch. Vatic. Reg. 49, f° 230 (Bonif. VIII, an. v, ep. 414). Digard, 3289 (au 23 déc., « x k. jan. »).

1405 Gênes, 30 avril 1301.

Pierre de Ferrières, évêque de Lectoure, chancelier de Sicile.

Nobilibus viris dno Raynaldo de Lecto, Provincie et Forcalquerii senescallo, et dno Berlengerio Cantelmi, militibus, consiliariis et familiaribus regiis, necnon discreto viro Judici Santoro de Botonto, dictorum comitatuum Provincie et Forcalquerii primarum appellationum judici, et eorum cuilibet, carissimis amicis eorum, *Petrus*, divina miseratione *Lectorensis episcopus, regni Sicilie cancellarius*, Sergius Siginulfus de Neapoli, miles, illustris Jerlem et Sicilie regis cambellanus, ac ejus marescalle magister, et Andreas de Ysernia, juris civilis professor, ejusdem dni Regis magne curie magister rationalis, salutem, et votive prosperitatis augmentum. Divina favente clementia, pax et concordia firmata est inter nos, pro parte dni nostri Regis, ex parte una, et commune Janue, ex altera. Et devenerunt in illa que promissa fuerunt pridie, apud Niciam, forestatis Janue et districtus, qui castrum Monachi vobis, pro parte regia, tradiderunt. Devenit etiam specialiter in eadem pace, quod castrum Monachi, et turris Lambegii, restituantur communi, et dno Georgio de Mari, et dno

Thomasio de Goano, nuntiis ipsius communis, infra octo dies ab hodie in antea numerandos. Et quod Francolinum Spinulam, et alios captivos communis, quos dicti forestati carceratos habent, liberari, et prefatis nuntiis dicti communis restitui faciamus. Cautum est nobis siquidem sufficienter et bene de liberatione Grimalden. et aliorum suorum sequacium, Janue detentorum; de qua cautione ipsi Grimalden. Janue carcerati reputant se contentos, et jam carcer eorum alleviatus est; prout hec et alia latores presentium Jacobus de Randatio, miles regius, Petrus de Tofaliis, familiaris mei predicti cancellarii, et notarius Jacobus de Pisis, referent oretenus plene vobis. De quibus omnibus et aliis, que devenerunt in pace predicta, prestitutum est per nos, in anima dni Regis, ad sancta Dei evangelia corporaliter juramentum. Cumque oporteat premissa servari, vos attente requirimus, nichilominus vobis, et vestrum cuilibet, ex parte dni Regis, districte mandamus, quatinus statim, receptis presentibus, ad requisitionem dictorum nuntiorum nostrorum dni Jacobi de Randatio, Petri de Tofaliis, et notarii Jacobi de Pisis, vel alterius eorundem, prefatis nuntiis dicti communis Janue, castrum Monachi, et turrim Lambegii, libere tradere, et assignare curetis, et loca ipsa dimittatis eisdem. Predictum quoque Francolinum, et alios carceratos communis, quos tenent, liberari faciatis per forestatos predictos; quoniam liberatio Grimalden. et sequacium, Janue detentorum, protinus subseque(n)tur. Restitutio quoque omnium de parte Rampina a bannis quibuslibet, aliaque promissa forestatis eisdem pridie apud Niciam, similiter fient, prout deventum est in pace predicta. Et quia, in observandis hiis que promisimus in pace jamdicta, inextimabile interesse dni Regis versatur, sicut honorem regium cupitis et ejus negocia prosperari, sic ea que mandamus, nulla mora protracta, executioni mandetis; ut si forte, quod non credimus, de liberatione dicti Francolini, et aliorum captivorum communis, forestati jamdicti difficiles se monstrarent, aut etiam renitentes, vos senescallus, et vestrum quilibet, eundem Francolinum, et captivos alios, ubicunque sint, auctoritate presentium, capiatis et liberetis, et liberos tradite jamdictis nuntiis prefati communis. Caventes ne in hiis, vel in horum aliquo, moram, defectum, vel negligentiam committatis. Facientes fieri de restitutione castri Monachi, et turris Lambegii, et assignatione eorum, ac liberatione Francolini et captivorum, et traditione liberatorum nuntiis supradictis, sicut erit expediens, scripta competentia, ad cautelam. Et rescribatis nobis velociter totum processum vestrum, et quicquid de premissis feceritis, particulariter, et distincte. Et nichilominus, credatis predictis nuntiis nostris, et eorum cuilibet, ea que vobis, super premissis, oretenus, ex parte nostra, duxerint referenda. Datum Janue, die ultimo aprilis, quarte decime indictionis.

1406 Gênes, 30 avril 1301.

Nobili viro, amico eorum carissimo, dno Raynaldo de Lecto, militi, Provincie et Forcalquerii senescallo, *cancellarius*, Sergius et Andreas, successus ad vota prosperos et salutem. Cum dns Georgius de Mari, pro recipienda possessione castri Monachi, et fortelligie Lambesii, pro parte communis Janue, presentialiter destinetur, nobilitatem vestram attente requirimus et hortamur, ex parte regia vobis expresse mandantes, quatinus incontinenti, receptis presentibus, in castri et fortellicie predictorum possessionem pacificam, ipsum dnm Georgium, absque dilationis et difficultatis obstaculo, inducatis. Et si forte victualibus et rebus aliis, pro castri et fortellicie predictorum munitione, ipse dns Georgius indiguerit, circa receptionem eorum de terra regia omnem favorem prebere velitis, ut nulla possit discordie novitas resultare. Datum Janue, ultimo aprilis.

Arch. des B.-du-Rh. B. 430, insérées dans l'acte de reddition de Monaco, du 4 mai 1301, orig.

1407 3 octobre 1301.

Karolus secundus, Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forchalquerii comes, senescallis Provincie et Forchalquerii, necnon bajulis Tholoni, presentibus et futuris, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Accepto noviter quod venerabilis pater *P. Lectorensis episcopus, cancellarius noster*, pridem, dum in partibus ipsis fuit, custodiam palacii nostri Tholoni, cum gagiis solidorum quinque coronatorum per diem, Anthonio Grillo, de Janua, dilecto et devoto nostro, duxit usque ad majestatis nostre beneplacitum comittendum. Nos in hac parte ordinationem dicti cancellarii commendantes, ad supplicis petitionis instanciam memorati Anthonii, ei custodiam ipsam dicti nostri palacii, cum eisdem gagiis, usque ad predictum nostrum beneplacitum, ad honorem et fidelitatem nostram, graciose providimus confirmandam. Quare, volumus, et fidelitati vestre districte, presentium auctoritate, mandamus, quatenus eidem Antonio hujusmodi nostram gratiam efficaciter observantes, quamdiu fideliter et bene se gesserit, in eadem retinere custodia, usque scilicet ad dictum nostrum beneplacitum, studeatis, a dicta custodia non amoventes eundem, nisi de speciali mandato nostro procederet, et scientia nostra certa. Predicta vero gagia sua, sibi debita ratione prelibate custodie, de quacunque fiscali pecunia, existente vel futura per manus vestras, seu thesaurariorum nostrorum comitatuum predictorum, aut bajulorum loci ejusdem, prout consuetum est hactenus, pro tempore quo in eadem custodia, de nostro beneplacito, fuerit, vos senescalli predicti, exhiberi cum integritate debita faciatis; recepturi, seu recipi facturi ab eodem Anthonio, vice qualibet, exinde ydoneam apodixam. Non obstantibus quibuscunque mandatis contrariis quantumlibet fortassis expressis, factis vel eciam faciendis. Presentibus, post convenientem inspectionem earum, remanentibus presentanti, durante dicto nostro beneplacito in antea valituris. Data Neapoli, per Nicolaum Fricziam de Revello, locumtenentem prothonotarii regni Sicilie, anno Domini M°CCC°J°, die III° octobris, XV° indictionis, regnorum nostrorum anno XVII°.

Arch. des B.-du-Rh. B. 1371, f° 64 v° ; corrigé sur B. 264, f° 41.

1408 22 décembre 1301.

Translation de P. de Ferrières à l'évêché de Noyon.

Vener. fratri *Petro, Noviomensi episcopo*. De precelso sedis apostolice solio, cui, disponente superni regis

arbitrio, presidemus, circa statum ecclesiarum vacantium attente considerationis aciem intendentes, et cupientes obviare dispendiis que solet eisdem ecclesiis inferre earum vacatio diuturna, nunc illis, sicut pastoralis officii debitum exigit, per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout ecclesiis ipsis utilius expedire perpendimus, de personis juxta cor nostrum ydoneis providere solicite cogitamus, per quas eedem ecclesie provido ducte regimine, ac salubri gubernatione directe, favente illo a quo bonorum omnium dona manant, tranquilli status et prosperi dulcoribus affluant, et votivis proficiant incrementis. Dudum siquidem ven. fratre nostro Symone, Belvacensi episcopo, de Noviomensi ecclesia, cujus regimini presidebat, per nos ad Belvacensem ecclesiam apost. auct. translato, provisionem ipsius Noviomensis ecclesie, ea vice, ordinationi et dispositioni dicte sedis et nostre, auctoritate predicta, duximus reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane si quid de prefata Noviomensi ecclesia, contra hujusmodi reservationis nostre tenorem, scienter vel ignoranter, a quoquam contingeret attemptari. Postmodum autem, ad ipsius Noviomensis ecclesie statum prosperum intendentes, de dilecto filio magistro Radulpho de Aricuria, canonico Parisiensi, eidem Noviomensi ecclesie duximus providendum ; at ipse, ex certis rationabilibus causis inductus, provisioni hujusmodi de se facte noluit consentire. Sicque nos demum levantes in circuitu oculos nostre mentis, et ad personam tuam, sublimium utique meritorum claritate conspicuam, et virtutum multiplicium insigniis rutilantem, solertis considerationis intuitum dirigentes, ac intendentes, patris more solliciti, Noviomensis ecclesie prelibate profectibus ejusque statui salubriter providere, te tunc Lectorensem episcopum a vinculo quo Lectorensi ecclesie tenebaris astrictus, absolvimus, teque ad eandem Noviomensem ecclesiam transferentes, ipsi Noviomensi ecclesie, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, in episcopum preficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, tibique plenam et liberam tribuendo licentiam ad prefatam Noviomensem ecclesiam transeundi. Firma concepta fiducia, speque nobis indubia suggerente, quod eidem Noviomensi ecclesie, per tue oculate circumspectionis industriam tuumque ministerium studiosum, divina favente clementia, votiva prosperitatis incrementa provenient, et honoris multiplicis cumulus producetur. Quocirca, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus acceptans humiliter translationem hujusmodi de te factam, et reverenter supportans impositum a Domino tibi onus, ad predictam Noviomensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedas, gerens sollicite curam ejus, gregem dominicum in illa tue vigilantie creditum doctrina verbi et operis informando ; ita quod ecclesia ipsa, per tue diligentie studium, laudabilibus in spiritualibus et temporalibus, auctore Domino, proficiat et consurgat augmentis, et preter divine retributionis premium, apostolice sedis favor et gratia circa te non immerito augeatur. Datum Laterani, XI. kal. januarii, anno septimo.

Arch. Vatic. Reg. 50, f° 84 v° (Bonif. VIII, an. VII, ep. 319).

1409 Naples, 26 décembre 1301.

Pierre de Ferrières, évêque de Lectoure, nomme pour son vicaire général Guillaume Méchin (Meschini), *qui transige avec l'abbé de Moissac au sujet de dîmes et prémices.*

Gallia christ. nova, t. I, c. 1079.

1410 28 mars 1303.

Pierre de Ferrières, évêque de Noyon, chancelier de Sicile.

KAROLUS secundus etc. Ricardo de Gambatesa, militi, senescallo, etc. ac thesaurario comitatuum Provincie et Forcalquerii, etc. Quia, sicut per venerabilem in Xpisto patrem *P.* Dei gratia *episcopum Noviomensem, et regni Sicilie cancellarium*, consiliarium et familiarem nostrum dilectum, fuit nobis expositum, cancellarius ipsi, gagia nostra vobis et subscriptis officialibus nostris aliis, in comitatibus ipsis, a primo proximo preteriti mensis septembris hujus prime indictionis in antea, integrali provisit ; volumus, vobisque, tenore presentium, concedimus et mandamus, ut gagia nostra, vobis, et prefatis officialibus aliis, videlicet, majori judici, ambobus procuratoribus, judici appellationum, ac magistro Petro de Tholosa, auditori rationum in comitatibus ipsis, eorum gagia, statuta vobis et eis per dictam curiam nostram, integre, ac sine diminutione aliqua, de quacumque fiscali pecunia, existenti vel futura, per manus vestras, a primo dicti mensis septembris usque nunc, et in antea quamdiu in officio ipso eritis, retinere et solvere debeatis. Cui quidem majori judici illa gagia, a predicto tempore et in antea solvi volumus, que de mandato nostro predecessores sui in eodem officio soliti sunt habere. Et quia eidem majori judici, ultra prefata gagia sua, meritorum suorum consideratione, libras quinquaginta parvorum Thorn., pro hoc anno presenti tantum providimus graciose donandas, subjungendo, vobis precipimus ut easdem libras parvorum Thornen. quinquaginta, de dicta fiscali pecunia, ultra sua gagia, pro dicto presenti anno tantum, ut dictum est, sine diminutione qualibet, apodixas. Non obstantibus presenti mandato nostro, ordinatione diminutionis gagiorum dudum per curiam nostram facta, seu aliis quibuscumque ordinationibus seu mandatis, de quibus magis expressa esset forsitan in presentibus mencio facienda. Datum Neapoli, per magistros rationales magne curie nostre, anno Domini M°CCC°III°, die XXVIII° marcii, prime indictionis, regnorum nostrorum anno decimo nono.

Arch. des B.-du Rh. B. 1370, f° 29 v°.

1411 23 août 1303.

Le lendemain de la mort de l'archevêque Rostang, le chapitre d'Arles pourvoit à son remplacement per formam scrutinii ; *l'unanimité des voix se porte* in d. Petrum, D. g. Noviomensem episcopum, virum utique providum, discretum, litterarum scientia [præditum], (pro) moribus ac virtuosis actibus merito commendandum, in pontificali dignitate constitutum ac de legitimo matrimonio procreatum, in spiritualibus et temporalibus circumspec-

tum. *Le prévôt B. le postule donc comme archevêque et proclame son élection au peuple,* personam postulatam multipliciter commendando.

Gallia christ. nova, t. I, c. 573-4. Bréq., VIII, 20.

1412 30 janvier 1304.

Provisions de Pierre de Ferrières pour l'archevêché d'Arles, par le pape Benoît XI.

Venerabili fratri *Petro episcopo quondam Noviomensi, in archiepiscopum Arelatensem electo.* In dispensatione ministeriorum ecclesie Dei nobis credita potissime considerare nos expedit tempus, causam, personam et locum, secundum que, pro emergentibus negotiis, interdum nova sunt consilia capienda, et prout temporis necessitas vel cause deposcit utilitas, nunc per assumptionem, nunc per translationem providam a sede apostolica, locorum sollicitudines sunt imponende personis et locis personarum ministeria committenda, ut ex personarum industria locorum crescat utilitas, et ex opportunitate locorum fructificatio personarum. Olim siquidem Arelatensi ecclesia per obitum bo. me. Rostagni, archiepiscopi Arelatensis, pastoris solatio destituta, dilecti filii Bertrandus, prepositus, et capitulum ejusdem ecclesie Arelatensis, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, convenientes in unum, te episcopum tunc Noviomensem in Arelatensem archiepiscopum unanimiter et concorditer postularunt ; et postmodum, presentato nobis per predictum prepositum et alios certos procuratores et nuncios dictorum capituli hujusmodi postulationis decreto, iidem prepositus et procuratores a nobis, infra tempus a jure statutum, humiliter petierunt ut hujusmodi postulationem admittere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur postulationem eandem, quia ipsam invenimus de te, litterarum scientia predito, generis nobilitate preclaro, morum honestate decoro, discretionis et consilii maturitate conspicuo, ac in spiritualibus et temp. circumspecto, concorditer celebratam, ipsam, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine admittentes, teque a vinculo quo tenebaris Noviomensi ecclesie, cui preeras, absolventes, ad predictam Arelatensem ecclesiam te transferimus, et concedimus te ipsi Arelatensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem ; liberam tibi dantes licentiam ad eandem Arelatensem ecclesiam transeundi, curam et administrationem ejusdem Arelatensis ecclesie tibi spirit. et tempor. committendo. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum a Domino tibi onus suscipiens reverenter, sic curam et administrationem predictas diligenter geras et solicite prosequaris, quod ipsa gubernatori circumspecto ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, et bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, et preter benedictionis eterne premium, benivolentie nostre gratiam exinde plenius consequaris. Datum Laterani, III. kalendas februarii, anno primo.

In e. m. ·· Preposito et capitulo ecclesie Arelaten. ; — Clero civitatis et diocesis Arelat. ; — Populo ; — Universis vassallis ecclesie Arelat. ; — Univ. suffraganeis eccl. Arel.

Arch. Vatic. Reg. 51, f° 119 (Bened. XI. an 1, ep. 514). Grandjean (Ch.) *Reg. de Benoît XI*, n° 608.

1413 5 mars 1304.

Le pape Benoît XI autorise l'archevêque Pierre à avoir quatre clercs attachés à sa personne, qui pourront percevoir les fruits de leurs bénéfices, ad quinquennium.

Arch. et Reg. cités, f° 119 (ep. 515*). Grandjean, 610.

1414 5 mars 1304.

Envoi du pallium à Pierre de Ferrières, arch. d'Arles.

Eidem [ven. fratri *Petro, episcopo quondam Noviomen., in archiepiscopum Arelatensem electo*]. Cum te nuper de Noviomensi ecclesia, cujus regimini presidebas, ad Arelatensem ecclesiam tunc pastore carentem, de fra. nost. cons. duxerimus transferendum, et postmodum ex parte tua palleum, quod est insigne pontificalis officii, per dil. fil. Bertrandum, prepositum, et Raymundum de Montelino ac Guigonem, canonicos ejusd. eccl. Arelaten., cum ea qua decet instantia, fuerit a nobis suppliciter postulatum, nos tuis suppl. annuentes, palleum ipsum de corpore beati Petri sumptum per dil. fil. mag. Heliam de Capella, canonicum eccl. S. Frontonis Petragoricensis, ven. fratri nostro archiepiscopo Neapolitano, assignandum tibi per eum, duximus destinandum, ut illud tibi assignet sub forma quam ei sub bulla nostra mittimus interclusam, et a te nomine nostro et Rom. eccl., sub forma quam ei sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipiat juramentum. Tu autem illo intra ecclesiam tuam, illis diebus dumtaxat utaris qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris extrinsecus intus serves in mente, fraternitatem tuam monemus et hortamur attente, per ap. tibi scripta mandantes, quatenus humilitatem et justitiam, dante Domino, qui dat munera et premia elargitur, observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, ac Arelatensem sponsam tuam cures sollicite, auct. Domino, spiritualiter et temp. augmentare. Datum ut supra.

Arch. Vatic. Reg. 51 (Bened. XI. ep. 516), f° 119 v°. Grandjean, 611.

1415 5 mars 1304.

Le même lui donne le privilège de ne pouvoir être excommunié ou interdit par aucun délégué apostolique, exécuteur ou conservateur député par le St-Siège.

Arch. et Reg. cités, f° 119 v° (ep. 516*). Grandjean, 612.

1416 5 mars 1304.

Autre privilège de pouvoir accorder une indulgence de 40 jours à ceux qui assisteront, contrits et confessés, à ses prédications, toutes les fois qu'il célébrera avec le pallium.

Arch. et Reg. cités, f° 119 v° (ep. 517). Grandjean, 613.

1417 5 mars 1304.

Le pape lui donne le pouvoir de créer deux notaires.

Arch. et Reg. cités, f° 119 v° (ep. 517*). Grandjean, 614.

1418 5 mars 1304.

Le même lui accorde la faculté de faire un testament.

Arch. et Reg. cités, f° 119 v° (ep. 518). Grandjean, 615.

1419 5 mars 1304.

Le même lui concède encore le pouvoir de conférer les bénéfices vacants de son diocèse, dont la collation serait dévolue au St-Siège.

Arch. et Reg. cités, f° 119 v° (ep. 518°). GRANDJEAN, 616. — Dans le Registre des obligations des prélats figure à l'année 1304 « Archiepiscopus Arelaten. » *(Reg. Clementis V* append. t. I, p. 260).

1420 20 mars 1304.

Lettre de Charles II, roi de Jérusalem et de Sicile, comte de Provence et de Forcalquier, vener. in X° patri Petro, e. g. archiepiscopo Arelatensi, cancellario nostri regni Siciliae, familiari nostro et fideli, *pleine d'éloges pour lui; il le charge de dresser et corriger des statuts pour le bonheur de ses peuples.*

Mon. hist. patriae, Leges municipales, 1838, t. I, c. 134.

1421 25 mai 1304.

Benoît XI autorise l'archevêque à nommer un chanoine dans chacune de ses églises métropole, cathédrales et collégiales, et de les pourvoir de prébendes.

Arch. et Reg. cités, f° 119 (ep. 515). GRANDJEAN, 609.

1422 11 septembre 1304.

Domini Petri, sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopi, regnique Sicilie cancellarii.

Arch. des B.-du-Rh. Templiers, liasse 18.

1423 30 septembre 1304.

Appel du dauphin Humbert au St-Siège apostolique et au roi des Romains Albert contre d. R. episcopum Vasionensem, cum nos monueritis ex parte rev. in X° patris d. P., D. g. Arelaten. archiepiscopi, ut infra certum terminum castra de Niomiis, Vinsobriarum et Mirabelli, quæ dicitis, sicut in quibusdam litteris vobis missis per dict. d. archiepiscopum continetur, ad monasterium S. Cæsarii Arelat. de jure spectare, asseratisque me in juris injuriam et dicti monasterii præjudicium dicta castra detinere, præfato monasterio restituamus....

VALBONNAIS, *Hist. de Dauphiné*, t. II, p. 121. BRÉQ., VIII, 50. *Invent. d. arch. d. Dauphins 1346*, 1846.

1424 Salon, 1er novembre 1304.

Lettre de Pierre de Ferrières, archevêque d'Arles, aux évêques de St-Paul-Trois-Châteaux et de Vaison.

PETRUS, miseratione divina sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, venerabilibus in Xpisto fratribus Dei gratia dnis Guillelmo Tricastren. et R. Vasionen. episcopis, cum sancta dilectione salutem. Vir prudens et discretus dns Petrus Gomberti, procurator et advocatus fiscalis in comitatibus Provincie et Forcalquerii, pro dno rege Sicilie illustri, coram nobis, ipsius dni Regis nomine, constitutus, exposuit, quod ex ultima ordinatione testamenti dni Ronsolini quondam, de Lunello et baronie Montis albani domini, ad ipsum dnm Regem, ut ad heredem universalem, sub conditione que jam extitit, institutum, jus pertinet in baronia predicta; quodque ipse dns Ronsolinus, qui multa ad pias causas in testamento reliquit, vos ut episcopos, una cum nonnullis aliis, executores sue dispositionis ultime ordinavit. Noviter vero ad ipsum procuratorem, ut asserit, fidedignorum relatio pervenit, quod vos, una cum Richavo de Charossa, coexecutore vestro, aliqua innovare, et ordinare propositis, que prosecutioni juris ipsius dni Regis, saltim fere, possent impedimentum afferre, et per que posset relictorum ad pias causas satisfactio retardari. Propter quod vos requisivit ut ab innovatione, et ordinatione hujusmodi cessaretis. Et ex verisimilibus conjecturis, timens ne ad illa, spreta requisitione hujusmodi, vellitis [procedere], ad nos, viva voce et in scriptis, appellationem emisit; quam no[bi]s, scriptam, ut prima facie apparebat, per manum publicam, presentavit. Requirens instanter ut ad nostram presentiam vos deberemus vocare, suis petitionibus responsuros. Nos igitur, nulli in jure suo deesse volentes, fraternitatem vestram, tenore presentium, requirimus et monemus, ut per vos, vel procuratorem sufficienter instructum, coram officiali nostro, cui predicta commisimus, XII. kal. decembris, Sallono, comparere curetis, ipsius procuratoris responsuri querelis. Ipsam enim diem peremtoriam assignamus; inhibentes, ne in prejudicium regii juris, vel legatorum ad pias causas relictorum, quorum executioni, in deffectum vestrum, ad nos, jure metropolitano, devolvatur, innovetis. Damus autem, tenore presentium, in mandatis G° Jordani, clerico, quem ad hoc nostrum constituimus nuntium, ut vobis presentes litteras offerat, et de oblatione faciat publicum fieri instrumentum. Datum Sallono, die primo novembris, anno Domini millesimo CCC.IIIJ°. Reddite litteras portitori.

Arch. des B.-du-Rh. Reg. B. 1088, f° 42. Cette lettre fut présentée à l'évêque de Vaison, le 3 nov. 1304 « Actum apud Crestum »; à l'évêque de St-Paul, le 4 nov. « Actum apud S. Paulum, in camera in qua jacebat dictus dns episcopus Tricastrinus ».

1425 Aix, novembre 1304.

Accords entre l'abbé de l'Ile-Barbe et le comte de Provence, en présence de Pierre de Ferrières, archevêque d'Arles, Jacques évêque de Fréjus, [Pierre] évêque de Vence, Rostang abbé de Montmajour et autres.

LE LABOUREUR, *Masures de l'Ile-Barbe*, 1887, t. I, p. 192-3.

1426 Aix, 8, 12 novembre 1304.

Statuts rédigés par Pierre de Ferrières, archevêque d'Arles, chancelier du roi de Sicile.

PETRUS, miseratione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, regni Sicilie cancellarius*, vicariis et judicibus Aquen., presentibus videlicet et futuris, salutem et sincere dilectionis affectum. Regalis auctoritas, cui cura precipua de rebus debet esse communibus, officialium et superiorum ad subditos oportunis habet cohibere remediis seve voluntatis arbitrium, fideliumque gravaminibus, ac infestis invicem odiis radicitus extirpatis, comune bonum illorum querere, ac statum procurare tranquillum. Hec quidem serenissimus princeps dominus noster Karolus secundus, Jerusalem et Sicilie

rex illustris, ab olim in mente, frequenti meditatione revolvens, auditis interdum officialium suorum Provincie ad prelatos et barones, et baronum ipsorum ad subditos, oppressionum gravium tediis, injustis usurpationibus, et extorsionibus insuetis, pium sepe concepit et salubre propositum, exhibere clementer oppressis presidium oportunum. Sed sic eum occupatum actenus, preter belli Siculi fremitum, variorum agendorum sarcina tenuit, quod ad id commode prosilire nequivit. Nunc vero conceptum regie compassionis ad subditos, effectibus volens probatis ostendere, et casus hujusmodi molestos et varios repparare, dum ad id, implicitus negociorum involucris, majestatis sue presentiam exhibere non potuit, insufficientie nostre predicta corrigenda et reformanda commisit. Nos autem, pro nostrarum modulo virium, regium cupientes implere mandatum, ad diem octavum presentis mensis novembris, apud Aquis, prelatorum, baronum et nobilium nonnullorum, comitatuum Provincie et Forcalquerii, duximus, ex causa predicta, consilium convocandum. Qua die, comparentibus coram nobis, et consilio regio comitatuum eorundem, ven. in Xpisto patribus dno R. Aquen. archiepiscopo, dnis J. Forojulien., H. Apten., G. Vapincen., D. Massilien., B. Avinionen. episcopis, et dnis G. S. Victoris, et B. Montismajoris abbatibus, et egregiis viris dnis B. comite Avellini, B. dno Berre, B. Raymbaudi, R. de Baucio de Podio Riccardo, Isnardo de Oleriis, Riccavo de Alamanono, et G. Feraudi, militibus, ac Guiranno de Symiana, domicello, et quampluribus aliis baronibus, et nobilibus comitatuum predictorum ; nos eis regie voluntatis intentum, circa predicta proposuimus publice, et que nobis exponere voluerunt, libenter audivimus, et benigne. Super quibus, et aliis, que corrigenda, reformanda et restauranda, circa statum Provincie, vidimus, prehabita deliberatione consilii, cum prefato dno Forojulien. episcopo, egregio viro dno R. de Gambatesa, senescallo, dno Johanne Cabassole, juris civilis professore, judice majori, dno Alferio de Ysernia, judice primarum appellationum comitatuum predictorum, et aliis de regio consilio Provincie ; negociorum et temporum qualitate pensata, pro bono statu Provincie, et fidelium regiorum, in modum qui sequitur ordinandum et statuendum duximus, et etiam providendum. — Ut vicarii, bajuli, et judices, et alii ad administrandam justiciam ordinati, sint, circa observationem justicie, et ad jus reddendum magis solliciti, cum plus timeri soleat quod in plurium presentia est promissum ; ordinamus, quod amodo, predictorum singuli, cum ad locum sibi decretum venerint, prestent, priusquam officium sibi injunctum exerceant, juxta formam a jure statutam, publice juramentum... *Suivent les statuts, sur le syndicat desdits viguiers, bailes et juges, à l'expiration de leur charge ; — Sur les appellations ; — Sur l'observation des privilèges accordés par les souverains ; — Le jugement des criminels, au lieu où le crime a été commis ; — Les cavalcades ; — La juridiction des prélats et des barons ; — Frais de justice ; — Lates ; — Exécution des jugements ; — Animaux trouvés ; — Transfert de domicile ; — Prisonniers innocents ; — Affouage ; — Questions fiscales ; — Régales ; — Privilège des clercs ; — Chemins publics.* — Datum Aquis, anno Domini M°.CCC.IIIJ^to^, die XII. mensis novembris, tercie indictionis.

Arch. des B.-du-Rh. B. 426, de l'époque. B. 2. Reg. *Pergam.*, f° 199. Une copie en parch., datée du 13 nov., se trouve dans le ms. 25 (p. 47) de la bibl. d'Arles. *Mon. hist. patriae*, Leges municip., t. I, c. 135-43.

1427 Finale, 26 décembre 1304.

Lettre de l'archevêque à Jacques, évêque de Fréjus.

VENERABILI in Xpisto patri dno J. Dei gratia Forojuliensi episcopo, et egregio viro dno Riccardo de Gambatesa, militi, Provincie et Forcalquerii senescallo, *P.* miseratione divina *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, regni Sicilie cancellarius*, salutem quam michi. Quantum sit domino nostro Regi negocii Lombardie prosecutio felix honorifica, quamtumve fore valeat fructuosa, vos ...nerare non dubito. Sicque bonum et expediens reputarem omnino, si per viam aliquam, ... alicujus exhibite pecunie, de habitione terre Cunei posset utilis tractatus haberi. Igitur consulo, immo persuasione sollicito, ut si per virum nobilem dominum Rayn. de Lecto, militem, capitaneum in partes Pedemontis per regiam celsitudinem destinatum, super hoc requisiti fueritis, sic curetis omnimode providere, quod pro tractatus complemento predicti, usque ad mille vel duo milia florenorum, per quamcumque viam habere possitis. Hec scribo, quia domino nostro Regi, et dno R[oberto] datum est intelligi quod terra ista statim potest cum mille florenis haberi, licet ego non credam. Datum Finare, XXVI. decembris.

Arch. des B.-du-Rh. B. 265, f° 175 v°.

1428 Faenza, 29 décembre 1304.

Lettre de l'archevêque à Bertrand, évêque d'Avignon.

PETRUS, miseratione divina *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, regni Sicilie cancellarius, venerabili fratri nostro domino B. Dei gratia episcopo Avinionensi, in vero salutari salutem. Illorum petitionibus libenter annuimus, quorum devotio ad propositum salutare dirigitur, presertim ut divinus cultus uberius augeatur. Supplicationem itaque vestram, qua petiistis instanter ut velimus gratiose concedere quod capellanis perpetuis, quos pie disponitis in vestra Avinionensi ecclesia ordinare, quartonem quod ratione episcopatus vestri in ecclesia Sancti Amantii de Senacio a debito et consueto capitis, assignare valeatis, gratanter admittimus et benignius exaudimus ; dum tamen ad id interveniat assensus vestri capituli, et evidenter appareat cultum exinde divinum augeri. Datum Faventie, anno Domini M.CCC. quarto, die XXIX decembris.

Inséré dans un acte du 10 janv. suiv., à l'évêché d'Avignon.

1429 26 mars 1305.

Commission de vicaire-général du royaume de Naples donnée par Charles II, roi de Sicile, à Pierre de Ferrières, archevêque d'Arles, de cujus fide, constancia et circonspectione probata plene confidimus.

PAPON, *Hist. de Provence*, t. III, p. XLIX.

1430 25 juin 1305.

...Rev^mo^ in Chr. patre dno P. div. prov. sacrosancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo presidente... Cum uni-

versitas castri Sallonis prestare seu servire teneretur dno archiepiscopo Arelat., in sua creatione, consecratione seu pallio, quinque milia solid. perpetuo, occasione quorum ab olim inter nobiles et plebeios dicti castri, inimico homine hoc agente, dissidia sunt exorta, *ce qui a entraîné force dépenses ; pour éviter une nouvelle discorde, les syndics de Salon, d'une part*, et ven. vir d. Guillelmus Meschini, officialis Arelat. ac vicarius generalis d. archiepiscopi antefati et regni Sicilie cancellarii, *au nom de l'archevêque et du chapitre, d'autre*, illius sequentes exemplum qui, ut pacem daret populo, carnea trabe assumpta, ima summis reconcilians, processit in orbem, *transigent : l'archevêque renonce à cette redevance et se fait accorder* bladariam seu gabellam pro blado vendendo.... Act. infra castrum seu fortalicium archiepiscopale Sallonis, in platea ulmi, testibus... nob. domicello Amando de Barda, vicario Sallonis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 31, orig. Livre vert, f° 368. BONNEMANT, t. III, n° 104. Cette transaction fut confirmée, le 1er juil. suiv., par « Dnus B. de Barjolis, prepositus, et capitulum Arelat. in claustro B. Trophimi existentes more solito congregati... » (ibid.)

1431 12 septembre 1305.

Le roi Charles II donne son approbation aux Statuts (n° 1426) élaborés par vener. pater Petrus, Arelaten. archiepiscopus, regni nostri Siciliae cancellarius, domesticus, consiliarius et familiaris noster..., cum pluribus praelatis, senescallo et concilio nostro comitatuum nostrorum Provinciae et Forcalquerii, pro bono statu et tranquilla quiete subditorum comitatuum eorumdem....

Mon. hist. patriae, Leges municip., t. I, c. 135-43.

1432 15 septembre 1305.

L'archevêque d'Arles est chargé par le même roi de faire la paix entre lui et Mainfroi, marquis de Saluces.

Acte indiqué par PAPON, *Hist. de Prov.*, t. III, p. xlix.

1433 28 septembre 1305.

Lettre de Clément V à l'archevêque d'Arles et autres, pour la collation d'un canonicat de la métropole d'Aix à un familier de Charles II, roi de Sicile.

Arch. Vatic. Reg. 52, f° 143 v°. *Reg. Clement. V*, 851.

1434 11 février 1306.

Clément V accorde pour quatre ans à P[ierre], archevêque d'Arles, l'autorisation de se faire remplacer par d'autres pour la visite canonique, sauf à faire par lui-même celle des églises principales. Merita tue fraternitatis...

Arch. Vatic. Reg. 52, f° 136. *Reg. Clement. V*, 797.

1435 11 février 1306.

Lettre du même aux évêques de Sisteron et de Fréjus, les autorisant à approuver, s'ils le trouvent utile, l'échange de la pêcherie de l'étang des Martigues contre châteaux ou revenus du roi de Sicile.

Arch. Vatic. Reg. 52, f° 136. *Reg. Clement. V*, 798.

1436 11 février 1306.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles, lui donnant la faculté de conférer des bénéfices à cinq clercs, ses familiers et commensaux.

Arch. Vatic. Reg. 52, f° 136. *Reg. Clement. V*, 799.

1437 12 mars 1306.

Robert, fils aîné du roi de Sicile, duc de Calabre, vicaire général de son père en Sicile et dans les comtés de Provence et de Forcalquier, approuve en particulier, en faveur de la commune de Nice, ordinationes editas per ven. in X° patr. dom. Petrum, D. g. Arelaten. archiepiscopum, regni Siciliae cancellarium *(n° 1426)*.

Mon. hist. patriae, Leges municip., t. I, c. 131-4.

1438 Aix, 17 mars 1306.

Petrus, miser. div. sanctae Arelaten. ecclesiae archiepiscopus, regni Siciliae cancellarius, *délivre aux syndics de Nice une expédition de ses Statuts approuvés par le roi (n° 1431).*

Mon. hist. patriae, Leges municip., t. I, c. 134-43.

1439 6 mai 1306.

Robert, fils aîné du roi de Sicile, duc de Calabre et son vicaire général, prescrit la stricte observation des statuta quae per rever. patrem dom. Petrum, s. Arelat. ecclesiae archiepiscopum, regni Siciliae cancellarium, pro bono statu Provinciae ordinata et per celsitudinem regiam confirmata, ab officialibus non servantur....

Mon. hist. patriae, Leges municip., t. I. c. 145-52.

1440 St-Félix, comne de Vénasque (Vaucluse), 1er juillet 1306.

Lettre de Pierre de Ferrières, archevêque d'Arles, chancelier de Sicile, au viguier et au juge de Forcalquier, qui avaient fait des enquêtes à Manosque au préjudice du commandeur, pour leur dire de se désister. Datum apud S. Felicem, Carpentoraten. dioc., anno 1306, die 1a julii.

Arch. des B.-du-Rh. O. de Malte, cart. 51, liasse 654.

1441 Marseille, 12 octobre 1306.

INSTRUMENTUM HOMAGII FACTI PER DNM P. DE FERRERIIS QUONDAM ARELATEN. ARCHIEPISCOPUM.

In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1306, pontificatus dni Clementis pape quinti anno primo, die duodecimo mensis octobris, quinte indictionis, tenore presentis publici instrumenti noverint universi, presentes pariter et futuri, quod constitutus in presentia serenissimi principis dni Karoli secundi Dei gratia incliti regis Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitis, reverendus in Xpisto pater dns *P.* Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus, regni Sicilie cancellarius*, sponte ac publice recognovit et confessus est se suamque Arelaten. ecclesiam tenere in feudum, juxta morem videlicet et naturam feudorum Provincie, ab eodem dno Rege, ac sub ipsius majori dominio, castra,

loca et jura que nominatim inferius describuntur : videlicet Castrum Vetus, castrum Sancti Mitrii, jus quod habet predicta Arelaten. ecclesia in burgo Arelate, quod dicitur Porcelletorum, Gabardellum, locus vocatus Juncas prope riperiam Sancti Genesii, ex parte Sancti Mitrii, tertia pars castri de Fossis, et castrum Conforcii ; ac pro ipsis omnibus castris, locis et juribus, eidem dno Regi, in ejus manibus, ligium fecit homagium, et super sancta Dei evangelia corporaliter manu tacta, debitum fidelitatis prestitit juramentum. Interjecto per ipsum dnm archiepiscopum et expressim apposito quod prelibate ecclesie privilegia, que quidem hujusmodi recognitioni ac prestationi homagii et juramenti minime refragantur, semper salva remaneant, et ex hiis diminutionis vel contrarietatis aliquid non incurrant. Hoc etiam per eundem dnm Regem specialiter reservato, quod totum et omne jus quod curie sue tam in predictis castris et locis ac juribus, quam quibusvis aliis memorate Arelaten. ecclesie in presenti instrumento nominaliter non expressis, nunc competit vel est deinceps competiturum, sit nichilominus semper salvum. In cujus rei testimonium, et tam regie curie quam prenunciati archiepiscopi, et jamdicte sue ecclesie, claram certitudinem atque fidem, factum fuit, per me infranominatum notarium, hoc presens, et quoddam aliud, publica consimilia instrumenta, ut ipsorum alterum pretacta regia curia, et alterum sepedictus archiepiscopus sibi habeat pro cautela. Actum Massilie, in loco fratrum Predicatorum, in camera memorati dni Regis, presentibus viro magnifico dno Bartholomeo Siginulfo de Neapoli, Thelesie comite, magno regni Sicilie camerario, ac viris venerabilibus, nobilibus et discretis, dno G. abbate Sancti Victoris Massilien., dno Laurentio Acconczaioco, juris civilis professore, dno Bertrando de Massilia, et dno Johanne Cabassola, majore judice comitatuum Provincie et Forcalquerii, testibus premissorum. — Et ego Thomas de Sancto Georgio, publicus apostolica regiaque auctoritate notarius, qui predictis interfui, et rogatus scripsi, et publicavi, meoque solito signo signavi.

Arch. des B.-du-Rh. B. 411, orig. parch., 2 exempl. Reg. *Pergamenorum*, f° 71. Bonnemant, t. II, p. 375.

1442 Molégès, 8 janvier 1307.

Dom. P[etrus], D. g. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, regni Sicilie cancellarius, accessit ad monasterium de Molegesio, causa exercendi officium visitationis erga d. abbatissam.. et conventum.

Voir la pièce à l'abb. de Molégès.

1443 15 février 1307.

L'archevêque Pierre de Ferrières est chargé par le roi Charles II de terminer les différends qui s'étaient élevés entre la cour de Naples et la république de Gênes, au sujet de quelques représailles.

Indiqué par Papon, *Hist. de Prov.*, t. III, p. xlix (à 1308).

1444 9 avril 1307.

Domino P. divina providentia s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo presidente, Petrus de Quesaco, Lemovicen. canonicus, prefati dni archiepiscopi vicarius generalis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 372.

1445 5 mai 1307 ?

Audiarde, abbesse de Molégès, obtient de Raimond Gilles (Egidii), *chanoine de Marseille, official d'Arles, l'absolution des sentences d'excommunication majeure dont elle et ses* moniales *avaient été à plusieurs reprises frappées* per bone memorie dom. Rostagnum, div. provid. s. Arelat. ecclesie archiepiscopum, earum inobedienciis et culpis exigentibus; *l'official tient ses pouvoirs* per litteras r. in X° p. dni P., div. provid. dicte s. Arelat. ecclesie archiepiscopi.

Voir la pièce à l'abb. de Molégès.

1446 5 juillet 1307.

Dno Petro, div. prov. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo presidente. — *Testament de Guillaume de Lambesc.*

Arch. des B.-du-Rh. St-Sauveur d'Aix. Silvacane, carton à classer.

1447 3 août 1307.


A la prière des archevêques P. d'Arles, G. d'Embrun et P. d'Aix, de leurs suffragants et des citoyens de Marseille, le pape Clément V commet les évêques de Saintes et de Lectoure pour faire une enquête sur les miracles attribués à Louis de Toulouse.

Raynaldus, *Ann.*, a. 1307, n° 22 (éd. 1871, t. XXIII, p. 398).

1448 Marseille, 19 septembre 1307.

L'archevêque d'Arles, Pierre de Ferrières, appose son sceau à l'acte de donation de l'église de Cuges, faite par le chapitre de Marseille à l'évêque Durand.

Blancard, *Iconogr. des bulles et sceaux*, p. 126-7.



1449 Marseille, 21 septembre 1307.

Universis presentes litteras inspecturis, *Petrus*, miseratione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, regni Sicilie cancellarius*, salutem in Dno sempiternam. Hiis que bene geruntur et provide, libenter in quantum ad nos pertinere noscitur, nostre suffragium approba[tionis conce]dimus, ac pro certioris cautele munimine liberaliter assentimus. Sane pro parte venerabilis fratris nostri dni D. Dei gratia Massilien. episcopi, et venerabilium virorum F. prepositi, ac ipsius ecclesie Massilien. capituli, quedam littere fuere nobis exhibite,

sigillis eorum, ut aparebat prima facie, sigillate, super certis ordinationibus in ecclesia ipsa pridem factis, prout in ipsis litteris plenius continetur. Quarum tenor per omnia dinoscitur esse talis : « Noverint... *(c'est l'accord de l'évêque avec le prévôt et le chapitre, du 13 mars 1291/2 (nº 332 de Mars.), avec l'approbation du 10 sept. 1303 (nº 370 et 1319)* ». A nobis igitur per eosdem implorato suppliciter ut ordinationi predicte nostrum benigne preberemus assensum, certis ad examen debite considerationis adductis, hujusmodi supplicationis pronis condescendentes affectibus, predicte ordinationi, quantum ad nostrum spectat officium, prout rite facta est, assentimus, ac metropolitana qua fungimur, auctoritate, de certa scientia, confirmamus. In cujus rei testimonium, presentes nostras litteras fieri jussimus, et appensione nostri sigilli muniri. Actum et datum Massilie, anno Dni M°.CCC°.VII°, xi° kal. octobris, sexte indictionis, pontificatus domini Clementis pape quinti anno secundo.

Arch. des B.-du-Rh. La Major de Mars. P. nº LVI°. Orig. parch., cordons de fil bleu, sceau pendant, ogival en cire rouge : † : S': PETRI : |DEI : GRA : ARCH|IEPI : ARELATENSIS : (nº précéd.)

Pierre de Ferrières mourut le 8 novembre 1307 (Catal. nº 3, c. 8). La Biblioth. Nation. de Paris conserve, sous le nº 410 des mss. du fonds latin, un « Psalterium glosatum dni G. archiepiscopi Arelatensis, quod fuit dni P. quondam archiepiscopi » (L. Delisle, *Cabinet des mss.*, t. II, p. 337). Voir au 1er sept. 1322.

1450 5 février 1307/8.

Guillelmus de Auryaco, canonicus et officialis Arelaten., sede vacante.

Arch. des B.-du-Rh. St-Victor de Marseille, 545.

Arnaud de Faugères, 1307-1310.

Voir les antécédents de cet archevêque d'Arles aux prévôts de cette église ; son élection doit dater de 1307 ; il fut sacré à Poitiers par le pape (nº 1453), avant le 11 mars 1308 (nº 1474).

1451 30 janvier 1308.

Provisions d'Arnaud de Faugères, pour l'arch. d'Arles.

Dilecto filio *Arnaldo electo Arelatensi.* Summi providentia principis, cujus ineffabilis potentie magnitudo celestia pariter et terrena disponit, sublimis culminis apostolici solio, licet immeriti, presidentes, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus, ac de ipsarum statu propensioribus studiis cogitamus, opem et operam impendendo sollicitam, et apostolici favoris auxilium adhibendo, ut cum illas contingerit pastorum gubernatione destitui, eis, ne prolixe vacationis experiantur incommoda et dispendiis pregraventur, per nostram curiosam solertiam et ministerium studiosum, celeris provisionis et utilis votiva celebritas elucescat. Dudum siquidem Arelatensi ecclesia per obitum bo. me. Petri archiepiscopi Arelatensis pastoris regimine destituta, dilecti filii capitulum ejusdem ecclesie, vocatis omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, die ad hoc prefixa, convenientes in unum pro futuri facienda substitutione pastoris, ac deliberantes ad id per viam procedere compromissi, dilectis filiis Ugoni, sacriste, et Bertrando, archipresbitero, et Guillelmo de Crota, canonico ejusdem ecclesie, providendi, ea vice, videlicet duobus eorum, de uno ex se ipsis, vel eis omnibus simul de alia persona ydonea de gremio ipsius ecclesie, potestatem, duraturam per eundem et sequentem dies, quousque missa post primam ipsius sequentis diei celebrata, et quedam candela post eandem missam accensa consumpta fuisset, unanimiter concesserunt. Dicti vero sacrista, archipresbiter et canonicus, hujusmodi potestate recepta, et inter se super hoc diligentibus tractatu et deliberatione prehabitis, demum in te ejusdem ecclesie prepositum, apud sedem apostolicam nostris obsequiis familiariter insistentem, virum utique litterarum scientia preditum, morum honestate decorum, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum, et aliis multiplicibus virtutum meritis insignitum, direxerunt unanimiter et concorditer vota sua ; dictusque archipresbiter, ante consumptionem candele predicte, ibidem post dictam missam coram ipsis accense, ex commissa sibi suisque predictis in hac parte collegis ab eisdem capitulo potestate, de ipsorum collegarum consensu et expresso mandato, vice sua, collegarum et capituli predictorum, canonice te in archiepiscopum elegit ; dictique capitulum electionem hujusmodi sollempniter publicatam concordi voto et voluntate unanimi approbarunt ; tuque postmodum eidem electioni tibi per nuntios et procuratores dictorum capituli ad te specialiter destinatos presentate, ad ipsorum instantiam procuratorum consentire curasti. Postmodum autem tu et iidem procuratores nobis ejusdem electionis presentato decreto, a nobis cum instantia supplici postulastis, servatis in hiis omnibus temporibus a jure statutis, ut electionem hujusmodi confirmare de benignitate apostolica dignaremur. Nos vero tam predictam electionem quam tue persone merita, quamvis eadem merita nobis essent ex familiari experientia non ignota, per ven. fratrem Petrum, episcopum Sabinensem, et dilectos filios nostros Arnaldum Sancti Marcelli presbiterum, et Petrum de Columpna, S. R. E. diaconum cardinales, examinari fecimus diligenter. Et quia demum, facta nobis per eos relatione fideli, electionem predictam invenimus de te persona ydonea canonice celebratam, illam de predictorum episcopi et cardinalium, et aliorum fratrum nostrorum consilio, auct. apostol. confirmamus, teque ipsi ecclesie preficimus in archiepiscopum et pastorem, tibi curam et administrationem ipsius in spirit. et temp. committendo. Firma de claris tuorum meritorum insigniis, tueque devotionis fervore quem ad divina beneplacita prosequenda habere dinosceris, de quibus per longe familiaritatis experientiam, notitiam certam habemus, concepta fiducia quod tuos actus Domino dirigente, eadem Arelatensis ecclesia, per tuam curiosam solertiam tuumque ministerium virtuosum, in spirit. et temp. Deo actore, grata suscipiet incrementa. Suscipe itaque jugum Domini reverenter, ac suavi ejus oneri humiliter colla summitte, manumque mittens ad fortia, sic ipsius ecclesie curam et administrationem diligenter exerceas et solicite prosequaris, gregem dominicum in ea tue vigilantie creditum, doctrina

verbi et operis informando, quod prefata ecclesia, cooperante tue diligentie studio, multiplicibus letari comodis, et, favente clementia summi regis, optatis consurgere valeat incrementis. Datum Pictavis, III. kalendas februarii, anno tertio.

In eo. mo. Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis ecclesie Arelaten.

Arch. Vatic. Reg. 55 (Clement. V, an. III, ep. 115), f° 22. *Reg. Clementis V*, 2424.

1452 Poitiers, 16 février 1308.

Servitium archiepiscopi Arelaten. in Provincia. Cardinales XXI. — Dom. Arnaldus electus confirmatus promisit sub eadem forma 2000 florenos auri et 5 servitia solvere hinc ad annum incipiendum ab instantibus kal. martii.

Reg. Clementis papae V, Append. t. I, p. 218.

1453 18 mars 1308.

Lettre du pape Clément V vener. fratri Arnaldo, archiepiscopo Arelaten. Nuper electionem de te... ; *il rappelle l'élection de sa personne*, in sacerdotii ordine constitutum, *pour le siége d'Arles, l'a confirmée, lui a conféré la consécration épiscopale de ses propres mains et lui a fait remettre le* pallium *par les cardinaux diacres Landulfe de St-Ange, François de Ste-Marie* in Cosmedin *et Jacques de St-Georges* ad Velum aureum. Dat. Pictavis, XV kal. aprilis, anno tertio.

Arch. et Reg. cités, f° 121 (ep. cur. 15). *Reg. Clement. V*, 3553.

1454 25 juillet 1308.

Lettre du même vener. fratri Arnaldo archiepiscopo Arelaten., *l'autorisant pendant trois ans à se faire remplacer par des dignitaires ecclésiastiques pour la visite de sa province.*

Arch. et Reg. cités, f° 130 (ep. 639), *Reg. Clement. V*, 3000.

1455 25 juillet 1308.

Lettre du même au même, lui donnant le pouvoir de conférer les bénéfices vacants de son diocèse, même après dévolution au St-Siége et avec cumul.

Arch. et Reg. cités, f° 131 (ep. 644). *Reg. Clement. V*, 3006.

1456 25 juillet 1308.

Autre pouvoir de faire réconcilier les églises et cimetières violés de son diocèse, l'eau bénite par lui.

Arch. et Reg. cités, f° 131 v° (ep. 645). *Reg. Clement. V*, 3007.

1457 25 juillet 1308.

Aucun conservateur ou délégué du Siége apostolique ne pourra le frapper de sentences d'excommunication, d'interdit ou de suspense.

Arch. et Reg. cités, f° 131 v° (ep. 646). *Reg. Clement. V*, 3008.

1458 25 juillet 1308.

Le même donne encore à l'archevêque la faculté de conférer deux canonicats dans son église métropolitaine, et dans les autres cathédrales et collégiales de son diocèse.

Arch. et Reg. cités, f° 131 v° (ep. 647). *Reg. Clement. V*, 3009.

1459 11 août 1308.

Lettre du même archiepiscopo Arelatensi et ejus suffraganeis, necnon et aliis episcopis exemptis, si qui sint in Arelaten. provincia constituti, *au sujet d'une nouvelle croisade pour le recouvrement de la Terre-Sainte.*

Arch. et Reg. cités, f° 126 (ep. 628). *Reg. Clement. V*, 2990.

1460 12 août 1308.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles, pour faire publier et expliquer in vulgari *dans son diocèse l'encyclique touchant la restitution des biens des Templiers aux ordinaires.*

Arch. et Reg. cités, f° 203. *Reg. Clement. V*, 3401.

1461 12 août 1308.

Lettre du même aux archevêques d'Arles, Embrun, etc., les chargeant de faire une enquête auprès des Templiers de Provence.

Arch. et Reg. cités, f° 205. *Reg. Clement. V*, 3406, 3451-2, 3454, 3505.

1462 12 août 1308.

Lettre du même à l'archevêque d'Arles et aux évêques de sa province (Marseille, Avignon et Trois-Châteaux seuls), les avisant de son intention de tenir un concile à Vienne et leur ordonnant de s'y rendre.

Arch. et Reg. cités, f° 238. *Reg. Clement. V*, 3629.

1463 Avignon, 12 mars 1309.

Quictatio servitii dni Aralaten. — Facta fuit quittatio pro dno Arnaldo archiepiscopo Arelat. de 1000 flor. pro suo communi servitio, de 190 flor. et 8 turon. grossis pro 4 servitiis, « et de XLVII flor. et VIII turon. grossis pro unico servitio familiarium cardinalium solutis », cum absolutione de poenis consuetis, solutione non facta in termino.

Reg. Clementis papae V, Append. t. I, p. 292.

1464 Salon, 17 juin 1309.

Guillaume de Baux, seigneur de Berre, fait hommage et reconnaissance à Arnaud, archevêque d'Arles, de tout ce qu'il tient en fief de son église dans la Crau, au pont de St-Geniès et aux Martigues.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 282. BARTH., *Baux*, 937.

1465 Arles, 6 septembre 1309.

Accords inter rev. patr. dom. Arnaldum D. g. archiepiscopum et ecclesiam Arelaten., et dom. Audiardam, ven. abbatissam de Molegesio, *au sujet* de hospitalibus de Pulcro loco, civitatis Arelatis, et S. Ypoliti de Cravo.

Voir la pièce à l'abb. de Molégès.

1466 Aix, 3 novembre 1309.

Eodem die, Aquis, in hospitio Petri Coqui, reverendus in Xpisto pater dns Arnaldus, s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus, pro castro S. Mitrii, Castro Veyre, castro de Confors, et medietate tertie partis castri de Foxis, et Gardabella (*Gabardel) fait hommage au sénéchal.*

Arch. des B.-du-Rh. Reg. 755, f° 73.

1467 Fin 1309.

GRAVAMINA ILLATA ARCHIEPISCOPO ET ECCLESIE ARELAT.

Hec sunt gravamina illata Arelatensi archiepiscopo, et ecclesie sue Arelatensi, per felicis recordationis dom. .. regem Sicilie seu ejus officiales, que petit et supplicat idem archiepiscopus per serenissimum dom. principem revocari, et jura infra scripta sibi restitui, et ecclesie supra dicte. — Et primo, petit Judeos civitatis Arelatensis, dominium, jurisdictionem et dominationem eorumdem, et totalem cohertionem et punitionem in eis, et omnia extorta ab eis sibi restitui, cum sint et esse debeant de camera ipsius archiepiscopi. — Item, notariorum creationem in ipsa civitate et ejus districtu in spiritualibus et temporalibus, quorum creatio ad ipsum archiepiscopum pertinet et pertinere debet. — Item, quartam partem burgi, qui dicitur Porcelletorum, cum fructibus perceptis a triginta annis citra, qui extimantur annis singulis quinquaginta libr. — Item, petit appellationes civitatis Arelatensis in criminalibus sibi restitui, que pertinent ad ipsum archiepiscopum ex speciali et expressa donatione, et concessione et confirmatione imperatoris ; quas et omnes alias appellationes sibi semper retinuit Arelatensis archiepiscopus, cum traderet exsecutionem jurisdictionis potestatibus annualibus, et etiam dno Raymundo Berenguarii ; quas appellationes in criminalibus officiales prefate curie dni regis civitatis Arelatensis, et quidam alii impediunt et impediverunt de facto a multis annis citra. — Item, petit quod vicarius, judices et omnes officiales secularis curie Arelatensis, qui sunt et qui pro tempore fuerint, jurent ipsi Arelatensi archiepiscopo servare et deffendere personam suam et suorum canonicorum, et sibi fideles existere ; et dominium, et jurisdictionem, jura, privilegia, libertates, et immunitates suas predicte ecclesie custodire, deffendere, et salvare, sicut hactenus consueverunt jurare officiales antequam predictus dom. rex assumpsisset predictum regimen civitatis. — Item, petit civitatem Arelatensem pro indiviso, et plenam jurisdictionem et dominationem in ea, et omnia regalia tocius Arelatensis archiepiscopatus ; que civitas pro indiviso, et jurisdictio et dominatio ejusdem, et omnia alia supra dicta pertinent et pertinere debent ad ipsam Arelatensem ecclesiam ex antiqua donatione et concessione ac confirmatione facta liberaliter ipsi Arelatensi ecclesie per imperatores ; quam civitatem seu Arelatensem ecclesiam caput provincie esse profitentur, et sedem imperii principalem. — Item, petit sibi restitui annuatim sex libras XIII sol. IIIIor den. regalium coronatorum, quos illustris dom. Raymundus Berengarii, condam comes Provincie, voluit et mandavit quod Arelatensis archiepiscopus perciperet pacifice et quiete, annis singulis, in cavalcatis castri de Fos, donec restitueret eidem alberguam de Sancto Mitrio, quam tenebat Bertrandus Porcelleti ; quas petit sibi restitui a tempore quo cessatum est. — Item, cum sexta pars portus de Bucco et ejus territorii ad Arelatensem ecclesiam pertineat, et ipsa pars per ipsos officiales dicti dni regis sit indebite occupata, petit eam sibi restitui cum fructibus perceptis. — Item, cum ecclesia Arelatensis habeat salinas apud Fos, et Castrum Vetus et villam de Mari, et alibi, et officiales dicti dni regis non paciantur sal quod fit in dictis salinis absque gabella vendi, petit idem archiepiscopus ut a predictis cessent officiales prefati penitus et desistant. — Item, cum officiales dicti dni regis fecerint quoddam burdigalum in piscariis aquarum insule Pontis Sancti Genesii de Martico, per quod piscarie Arelatensis ecclesie et vassallorum suorum artate, diminute et deteriorate sunt, contra pacta habita inter dom. Raimundum Berenguarii, comitem condam Provincie, et dom. Hugonem tunc Arelatensem archiepiscopum, que quidem fuerunt per juramentum vallata a dicto dno comite prestitum, petit predictum burdigalum totaliter amoveri, et fructus perceptos restitui, cum omnes piscarie predict. aquarum ad Arelatensem ecclesiam pertineant pleno jure. — Item, petit et supplicat antennam, catenam, palos et omnia plantata, fixa et edificata, et murata in aquis predictis removeri, et pontem lapideum ibi factum penitus destrui, cum omnia facta sint contra pacta predicta, et in prejudicium ecclesie Arelatensis. — Item, cum omnes aque et piscarie predicte ad Arelatensem ecclesiam pertineant pleno jure seu vassallos ejusdem, et quantum ad jurisdictionem et dominationem, et omnia alia petit prohiberi officiales predictos, quod de cetero non intromittant se de aquis seu piscariis predictis, nec puniant in aliquo delinquentes in ipsis, nec inquirant contra eos ; et si condempnarunt ratione hujusmodi, quod condempnationem revocent et omnia indebite attemptata. — Item, cum dom. Guillelmus de Baucio, pater quondam dni Bertrandi de Baucio, domini Berre, assignaverit dno Insberto de Baucio, quondam domino de Marinhana, L. libras in redditibus annuatim in dictis aquis, que sunt in feudo ecclesie Arelatensis, et quas L. libras idem dom. Insbertus permutavit predicto dno regi pro tenemento de Pabia, absque assensu Arelatensis archiepiscopi, et sic ceciderint in commissum, petit eas sibi et Arelatensi ecclesie in pace dimitti. — Item, cum Petrus Jacobi, bajulus dicte insule quondam, propter ejus maleficia, amiserit omnia bona sua, et fisco Provincie fuerint applicata, inter que bona erat quedam pars piscariarum predictarum, quam partem sibi retinuit curia Provincie, petit illam partem extra manum dicte curie poni, et eam vendi alteri similis potentie dicti bajuli vel equalis. — Item, cum homines de insula invadant territorium Sancti Mitrii, quod est proprium Arelatensis ecclesie, sua animalia immittendo et ligna colligendo ibidem, per favorem dicte curie Provincie ; petit eos ab hujusmodi injuriis et dampnis prohiberi, et satisfieri per eos de dampnis illatis ecclesie memorate. — Item, cum officiales dicti dni regis fecerint fieri in Cravo de Aqueria, a decem annis citra, quamdam viam novam, in prejudicium evidens pedagii ecclesie Arelatensis, quod percipit et ab antiquo percipere consuevit in castro Sallonis, petit dictus archiepiscopus dictam viam claudi et penitus prohiberi, et dampna data per ipsam penitus sibi restitui. — Item, cum mercatores defferentes trocellos de Francia versus Massiliam, merces suas portantes, consueverint transire per dictum castrum Sallonis et officiales predicti dni regis convenerint cum mercatoribus, concedentes eis quod trossellos suos deferant per aquam usque Massiliam, ita tamen quod de omnibus vectigalibus Arelatis solvant pedagium quod in castro

de Pennis debent solvere, si recto itinere irent per terram ad civitatem Massiliensem, propter quam conventionem et licentiam Arelatensis ecclesia privatur pedagio consueto in dicto castro Sallonis, supplicat dictus archiepiscopus indempnitati Arelatensis ecclesie super hiis provideri.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 161. BONNEMANT, t. III, n° 105.

1468 4 avril 1310.

Lettre de Clément V à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants, pour proroger la tenue du concile de Vienne.

Arch. Vatic. Reg. 57, f° 275 v° (ep. 18). *Reg. Clement. V*, 6293.

1469 9 avril 1310.

Dno Arnaldo, sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo presidente *(début d'un acte)*.

Arch. des B.-du-Rh. B. 428.

1470 25 avril 1310.

Reconnaissance de 200 livres par le comte de Provence.

ROBERTUS, Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedemontis comes, tenore presentium notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod, cum venerabilis in Christo pater Arnaldus archiepiscopus Arelatensis, dilectus consiliarius, familiaris et fidelis noster, ex illo quem ad nos gerit devotionis et fidei zelo ductus, de libris reforciatorum ducentis pro subsidio instantis nostri ad partes Pedemontis accessus, ad nostre requisicionis instanciam, nobis, non ex vinculo cujusvis obligationis, sed ex gratia mera subvenerit, nos censentes equitati contrarium quod liberatis prestatio producatur ad usum, aut quod gratis exolvitur ad necessitatis debitum pertrahatur, volumus et auctoritate presentium declaramus gratuitam esse ac voluntariam subvencionem hujusmodi, non intendentes Arelatensi ecclesie, eidem archiepiscopo, successoribus ejus, vassallis aut hominibus ipsius ecclesie, juribus et libertatibus eorumdem ullum ex subventionis prestatione predicte prejudicium in posterum generari. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri, et pendenti majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Data Avinione, per magistrum Matheum Filmarinum de Neapoli, utriusque juris professorem, locumtenentem prothonotarii regni Sicilie in ejus absentia, anno Domini millesimo tricentesimo decimo, die vicesimo quinto aprilis, octave indictionis, regnorum nostrorum anno primo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 102. BONNEMANT, t. III, n° 107.

1471 14 juillet 1310.

Lettre du pape à l'archevêque d'Arles et autres, au sujet de la collation de prieurés vacants par la mort du cardinal Raimond du Got.

Arch. Vatic. Reg. 57, f° 102 v° (ep. 364). *Reg. Clem. V*, 5495.

1472 9 août 1310.

Lettre du pape aux archevêques d'Arles, Aix, Embrun, etc., et à leurs suffragants, sollicitant un bon accueil aux porteurs de lettres per quas caritativum subsidium nobis exhiberi petimus....

Arch. Vatic. Reg. 57, f° 298 v° (ep. 76). *Reg. Clem. V*, 6385.

1473 Avignon, 19 décembre 1310.

BERNARDI GUIDONIS *Flores chronicorum.*

Anno Domini M.CCC.X, Clemens papa, pontificatus sui anno VI, in sabbato IIII. temporum in Adventu, scilicet XIIII. kalendas januarii, in Avinione fecit secundam ordinationem quinque cardinalium ; fueruntque tunc assumpti cardinales Arnaldus de Felgueriis (*al.* Felgariis), archiepiscopus Arelatensis, in episcopum Sabinensem ;...

BOUQUET, *Recueil*, t. XXI, p. 720.

Clément V chargea le cardinal Arnaud de Faugères de couronner à Rome l'empereur Henri VII ; il quitta la curie le 19 juin 1311 et y revint le 6 oct. 1313. Le 23 avril 1314, il fut un des trois cardinaux présents à l'inventaire du trésor de l'église Romaine[1]. Il mourut le 12 sept. 1317. Voir sur lui au 1er sept. 1322 et les sources indiquées dans la *Bio-bibliogr.* (v° Arnaud).

GAILLARD I DE FAUGÈRES, 1311-1318.

Il était le frère d'Arnaud, son prédécesseur, sous-doyen de l'église de Bordeaux et chapelain du Pape.

1474 11 mars 1308.

DIL. filio *Gailhardo de Faugeriis, canonico et subdiacono ecclesie Burdegalensis.* Apostolice sedis copiosa benignitas... Cum itaque canonicatus et prebenda ac subdiaconatus quos ven. f. n. Arnaldus archiepiscopus Arelaten. in eccl. Burdegalensi sue promotionis tempore obtinebat, per hujusmodi promotionem suam, post munus consecrationis apud sedem apost. ab ipso susceptum, vacavisse noscantur..., nos ... apost. tibi auct. conferimus... Datum Pictavis, v. idus martii, anno tertio.

Arch. Vatic. Reg. 55 (Clement. V. an. III, ep. 1051, cur. ep. 28), f° 229. *Reg. Clement. V*, 3580.

1475 12 janvier 1311.

Provisions de Gaillard de Faugères, pour l'archevêché d'Arles par le pape Clément V.

DILECTO filio *Galhardo electo Arelatensi.* Celestis dispositione consilii per quod in regno mundi ordinationem suscipiunt universa, supreme dignitatis fastigio, licet immeriti, presidentes, super gregem dominicum nostre vigilantie creditum, vigilis speculationis officium exercemus, circa illa potissime intentum animum dirigendo, curamque impendendo sollicitam, per que divini cultus augmentum, exaltatio catholice fidei, et commoda salutis proveniant animarum ; que prout firma spes suggerit, ex eo facilius et efficacius subsequi poterunt, si ecclesiis pastore carentibus personas preficiamus ydo–

1. Maur. FAUCON, *La librairie des papes d'Avignon*, t. II, p. 19.

neas, easque viris providis committamus, qui commissos sibi populos, per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam, salubriter dirigant et informent, et bona ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis. Cum itaque nuper Arelatensis ecclesia remanserit pastoris solatio destituta, pro eo quod ven. fratrem nostrum Arnaldum, episcopum Sabinensem, tunc Arelatensem archiepiscopum, ad sortiendum nobiscum solicitudinis onera que nobis pro regimine ecclesie universalis incumbunt, pensatis maturitate consilii et aliis ipsius precellentibus meritis, ad cardinalatus assumpsimus dignitatem ; nos ad provisionem ipsius Arelatensis ecclesie, ne diutine vacationis incommoda sustineat, paternis studiis intendentes, et cupientes illi virum ydoneum secundum cor nostrum preficere, qui sciat et possit ei preesse salubriter et prodesse ; ad te subdecanum ecclesie Burdegalensis, cappellanum nostrum, cui litterarum scientia, morum gravitas, nobilitas generis, providentia spiritualium et temporalium circumspectio, sicut per grata tue familiaritatis obsequia ipsa nos experientia docuit, suffragantur, direximus oculos nostre mentis ; et hujusmodi ducti fiducia, te de fratrum nostrorum consilio, ipsi ecclesie Arelatensi in archiepiscopum preficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spirit. [et temp.] committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod ead. Ar. eccl. per tue circ. ind. et prov. circ., divina tibi gra. suffragante, prospere dirigetur et salutaribus proficiet incrementis. Reverenter itaque jugum Domini suscipe, et tua ejus oneri colla submitte, manumque utiliter mittens ad fortia, curam et administrationem ejusdem ecclesie prudenter exequi studeas, et gregis tibi commissi custodiam prosequi diligenter, solerter et constanter ; oppositurus te murum pro domo Domini, ascendentibus ex adverso ; ut laudabili de ipso reddita in die districti examinis ratione, regnum Patris eterni ab origine mundi paratum electis accipias, letabundus in dilecta Domini tabernacula intraturus. Datum Avinione, II. idus januarii, anno sexto.

In e. m. Capitulo eccl. Arelat. ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis ecclesie Arelat.

Arch. Vatic. Reg. 58 (Clement. V. an. VI, ep. 129), f° 32 v°. *Reg. Clem. V*, 6517.

1476 27 février 1311.

Servitium archiepiscopi Aralat. XXIIII cardinales. — ... Dom. Raymundus Egidii, canonicus Massilien., gestorio nomine dni Gaiardi [= Galardi] electi, 2000 flor. auri et 5 servitia promisit solvere a festo Resurrectionis Domini [*11 avr.*] proximo ad annum, alioquin infra duos menses etc. juravit et promisit de ratihabitione.

1477 2 mars 1311.

Et secundum juramentum per eundem Raymundum super hoc prestitum, ut moris est, fortificavit et hec omnia adimplere promisit suo proprio juramento dictus dom. electus die marcii proxime sequentis, in domo mei [Petri de Monticello,] electi Spoletani, presentibus....

Regesta Clementis papae V, append. t. I, p. 231.

1478 28 mars 1311.

Lettre de Clément V dil. filio Galhardo, electo Arelaten. Cum nuper Arelat. ecclesie. *Comme il n'a pu encore, pour diverses causes, se faire sacrer, le pape en proroge l'époque jusqu'à la St-Michel prochaine, sauf à veiller à ce que son église ne souffre ni au spirituel ni au temporel.* Dat. Avinione, v kal. aprilis, anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. 58 (Clement. V. an. VI, ep. 304), f° 74 v°. *Reg. Clement. V*, 6695.

1479 18 mai 1311.

Consécration de Gaillard de Faugères, archevêque d'Arles, par le Pape.

Ven. fratri *Galhardo, archiepiscopo Arelatensi.* Nuper Arelatensi ecclesie tunc vacanti, de persona tua, de fratrum nostrorum consilio duximus providendum, preficiendo te ipsi ecclesie in archiepiscopum et pastorem, curamque et admin. illius tibi in spir. et temp. committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem tibi postmodum, consecrationis munere manibus nostris impenso, demum palleum, insigne videlicet pontificalis officii, a nobis cum ea qua decuit instancia postulasses, nos illud de corpore beati Petri sumptum, per dnos fratres[1] nostros Neapoleonem S. Adriani, Jacobum S. Georgii ad Velum aureum, Lucam Sancte Marie in Via lata, Petrum de Columpna, sancte Romane ecclesie, et Raymundum S. Marie nove diaconos cardinales, tibi fecimus assignari, ut illo intra ecclesiam tuam, illis diebus dumtaxat utaris qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur, *etc. ut in formula usque* et temporalibus ampliare. Datum Avinione, xv. kal. junii, anno sexto.

Arch. et Reg. cités, f° 109 (ep. 448). *Reg. Clem. V*, 6845.

1480 21 mai 1311.

Lettre du pape au même, l'autorisant à se faire remplacer par des dignitaires ecclésiastiques pour la visite de son diocèse.

Arch. et Reg. cités, f° 99 (ep. 412). *Reg. Clem. V*, 6809.

1481 28 juin 1311.

Dispense donnée à Gaillard de Faugères d'assister au concile de Vienne.

Ven. fratri *Galhardo, archiepiscopo Arelatensi.* Cum de mandato nostro in proximo generali concilio, quod pro magnis et arduis sacrosancte Romane ac universalis ecclesie negotiis duximus convocandum, interesse personaliter tenearis, et sicut ven. frater noster Arnaldus, episcopus Sabinensis, apost. sedis legatus ad certas partes Italie, commisso sibi plene legationis officio, in eisdem accedens, nobis exposuerit personam tuam, utpote in agendis providam et in rebus arduis circumspectam, pro ejusdem legationis negotiis perspexerit plurimum oportunam, teque pro eisdem negotiis secum duxerit assumendum, ut idem legatus super hiis eo facilius

1. *Lire* dilectos filios.

prosperetur, quo major sibi commoditas aderit sufficientium personarum; ejus supplicationibus inclinati, tibi de speciali gratia concedimus, ut cum eodem legato in dictis partibus moram trahens, ad idem concilium accedere minime tenearis. Datum in prioratu de Grausello prope Malausenam, Vasionen. dioc., IIIIto kal. julii, anno sexto.

Arch. et Reg. cités, f° 143 (ep. 577). *Reg. Clement. V*, 6994.

1482 7 juillet 1311.

Universis presentes litteras inspecturis, miseratione divina frater Nicholaus Ostiensis et Arnaldus Sabinensis episcopi, ac Arnaldus tituli Sancti Marcelli presbyter cardinalis, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos vidisse ac diligenter inspexisse quoddam privilegium clare memorie Conradi secundi Romanorum regis, concessum archiepiscopo et ecclesie Arelatensi, cujus tenorem cum denominatione bulle et circumferentiis ejusdem fecimus de verbo ad verbum presentibus annotari, qui talis est : « In nomine (*n° 551*)... » Prefatum vero privilegium erat bullatum bulla aurea cum filo serico, in qua bulla erat ymago imperatoris tenentis septrum in dextera, in sinistra vero pomum cum cruce; in cujus partis circumferentia erant iste littere : Conradus Dei gratia Romanorum rex secundus ; in alia vero parte ipsius bulle erat ymago urbis, et erant littere in circumferentia : Roma caput mundi tenet orbis jura rotundi. In cujus visionis et inspectionis testimonium presens transcriptum exinde fieri fecimus, et nostrorum sigillorum munimine roborari. Datum apud Malausanam, Vasionensis diocesis, nonis jullii, anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, pontificatus dni Clementis pape quinti anno sexto.

Inséré dans le diplôme de l'emp. Henri VII du 7 juillet 1312.

1483 28 juillet 1311.

Clément V, par considération pour Arnaud, cardinal-évêque de Sabine, autorise Gaillard, archevêque d'Arles, à conférer un bénéfice à Galhard de Bedaco, *chanoine de son église.*

Arch. et Reg. cités, f° 213 v° (ep. 849). *Reg. Clement. V*, 7283.

1484 28 juillet 1311.

Le même donne au même archev. le privilège de ne pouvoir être excommunié, suspendu ou interdit par les délégués, exécuteurs ou conservateurs du Siège apostolique.

Arch. et Reg. cités, f° 214 (ep. 851). *Reg. Clement. V*, 7285.

1485 28 juillet 1311.

Pouvoir au même de faire réconcilier par d'autres les églises et cimetières violés de son diocèse.

Arch. et Reg. cités, f° 216 v° (ep. 856). *Reg. Clement. V*, 7290.

1486 Brescia, 25 septembre 1311.

Procuration pour hommage au comte de Provence.

Universis presentes litteras inspecturis, *Galhardus, miseratione divina s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, salutem et presentibus dare fidem. Noveritis quod nos, nostro et ecclesie predicte nomine, facimus, constituimus et ordinamus procuratores nostros, licet absentes, discretos viros, magistros Guillelmum de Auriaco, Bertrandum Milonis, Vitalem Seguini, Arelaten., Carpentoraten. et Cavallion. ecclesiarum canonicos, et quemlibet eorum in solidum..., ad recognoscendum nos et ecclesiam predictam tenere, et tenere debere sub dominio et sennhoria serenissimi principis dni Roberti Dei gratia Jerlm. et Sicilie regis illustris, Castrum Vetus, et castrum S. Mitrii, Junqueriam... Et ad faciendum seu prestandum pro dictis castris... fidelitatis juramentum... Datum sub nostro sigillo apud Brixiam, die xxv. mensis septembris, anno Domini mill'o IIIc.XI, IX. indict.

Chartrier de Salon, n° 144, dans l'acte d'hommage du 15 janv. 1311/2.

1487 Rome, 6 juillet 1312.

Investiture accordée par l'empereur Henri VII à l'archevêque d'Arles.

Henricus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, omnibus in perpetuum. Romani imperii celsitudo consurgens antiquitus, et fundata mirifice super immobile firmamentum, excellentie prerogativa qua viguit, columpnis meruit stabilibus stabiliri, et egregiis edificiorum juncturis indissolubiliter adornari; inter quas quidem venerabiles et illustres principes ad tocius operis machinam supportandam precipue ut columpnas voluit pociori prestancia preminere, ut quo uberius gratie privilegiis insigniri se sentiunt, eo amplius debeant obsequiose necessitudinis redibitione gratuita........[1] preclarere. Sane venerabilis Galhardus Arelatensis archiepiscopus, dilectus noster princeps, ad celsitudinis nostre nuper accedens presentiam, nobis et Romano imperio devocionis obsequiose signa pretendens, et omnimode obeditionis presentans insignia, nostre majestati humiliter supplicavit ut ipsum de regalibus, que a nobis et imperio dicta sua tenet ecclesia, investire de imperiali clementia dignaremur; nos itaque dictum archiepiscopum, tanquam nostrum et imperii principem, ad benivolos applausive dulcedinis admittentes amplexus, suis justis supplicationibus favorabiliter annuentes, eumdem de regalibus que predicta sua ecclesia a nobis et imperio tenere dinoscitur, per imperiale sceptrum investivimus de nostre gratia majestatis, recepto ab eo in presentia nostra, prout est juris et moris, imperii juramento tam fidelitatis et homagii quam super singulis articulis qui in juramento fidelitatis nobis exhibite continentur; ita tamen quod idem archiepiscopus et successores sui eadem regalia tantum a nobis et ab imperio teneant, et etiam recognoscant, ac eadem de dominio nostro et imperii aliquo tempore subtrahere non intendant; consueta quoque et debita servitia nobis et imperio fideliter et devote debeant exhibere. Mandamus igitur et districte precipimus, quatinus nullus sit qui jamdictum archiepiscopum et ecclesiam suam, aut successores ejusdem, contra presentis investiture nostre tenorem, temere inquietare, offendere vel molestare presumat; quod qui facere presumpserit, indignationem culminis nostri se noverit incursurum. Ad cujus rei me-

1. « Ici le pli du parchemin a fait disparoître un mot ».

moriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum Rome, apud Sanctam Sabinam, II° nonas julii, indictione X°, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 104, orig. Bonnemant, t. III, n° 109.

1488 — 7 juillet 1312.

Confirmation des droits régaliens par l'empereur.

Henricus septimus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Etsi cunctis Romani imperii fidelibus nostra clementia ex more quodammodo se prestet liberalem, venerabilibus tamen personis, et locis ecclesiasticis tanto specialius se debet exhibere munificam, quanto majori noscuntur et dignitate pollere, et divino cultui mancipate. Petitio siquidem venerabilis Galhardi Arelatensis archiepiscopi, principis nostri dilecti, continebat quatinus privilegium, concessiones, donationes et confirmationes infrascriptas, sibi et ecclesie sue Arelatensi prelibate dignaremur imperiali auctoritate, de nostra consueta mansuetudine, ex certa scientia confirmare ; de cujus seu quarum tenore nobis facta est fides in modum qui sequitur : « Universis *(n° 1482)* ». Nos igitur hujusmodi petitioni favorabiliter annuentes, supradictum privilegium, concessiones, donationes ac confirmationes ex certa scientia approbamus, auctoritate imperiali rattificamus et presentibus confirmamus. Nulli ergo hominum, cujuscumque status, heminencie vel condicionis existat, liceat hanc nostre liberalitatis approbationem, rattificationem et confirmationem infringere, aut aliqualiter impedire ; rebelles vero nostro imperiali banno subjaceant, et pro pena XL libras auri se daturos cognoscant, quarum medietatem fisco nostro, aliam medietatem ecclesie Arelatensi volumus applicari. In cujus rei testimonium presentes litteras imperialis nostre magestatis bulla aurea jussimus communiri. Datum Rome, apud Sanctam Sabinam, nonis jullii, anno Domini millesimo tricentesimo duodecimo, indictione decima, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 79, sans sceau. Etendu de Pierre Barberii, not. d'Arles, vidimus fait à la réquisition de Pierre Martin, bachelier en l'un et l'autre droits, procureur fiscal de la cour archiépiscopale d'Arles, par l'autorité de Gentil Carlen, docteur en droits, vicaire général et official, le 7 déc. 1502 ; il est dit que ce diplôme était « bulla aurea cum filo serico albi rubeique coloris bullatum ; in qua bulla erat ymago imperatoris ceptrum tenentis in dextra, in sinistra vero pomum cum cruce ; in cujus partis circumferentia erant iste littere : Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus ; in alia vero parte ipsius bulle erat ymago urbis, et erant littere scripte sequentes : Roma caput mundi regit orbis frena rotundi ». Bonnemant, t. II, p. 284.

1489 — 9 juillet 1312.

L'empereur donne, pour juges des causes de l'archev. d'Arles, l'archevêque d'Embrun et l'évêq. de Die.

Henricus septimus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, venerabilibus .. archiepiscopo Ebredunensi et .. episcopo Diensi, dilectis et fidelibus principibus suis, gratiam suam et omne bonum. Sedentis super Cherubin et intuentis abyssos inspiratione perdocti, dignum exercitium nos consummasse confidimus, dum utilitati comuni nostrorum fidelium intendentes, venerandas personas, morum gravitate modestas, litterarum scientia preditas, parte nostre sollicitudinis suffulcimus. Igitur cum ex parte venerabilis Galhardi Arelatensis ecclesie archiepiscopi, principis nostri dilecti, nostre celsitudini nuper extiterit humiliter supplicatum quatinus, cum, propter viarum discrimina et ipsius Arelatensis ecclesie a nostra imperiali curia frequentem distantiam, idem archiepiscopus nostram presentiam accedere comode non possit, propter quod dicta sua Arelatensis ecclesia non modicam sentit sepissime lesionem, sibi et dicte sue ecclesie de nostra consueta mansuetudine vellemus oportunis remediis ex speciali gratia providere ; nos, ad ipsius Arelatensis archiepiscopi et ecclesie memorate precipue nostre considerationis benivolentiam convertentes, ejusdem archiepiscopi devotis precibus inclinati, vos et quemlibet vestrum super omnibus causis majoribus et minoribus, tam criminalibus quam civilibus, quas de cetero Arelatensis archiepiscopus idem et successores ejus, nomine sue ecclesie predicte, contra quascumque personas, cujuscumque conditionis vel status existant, etiam si regali vel alia quacumque fulgeant dignitate, seu corpus, collegium aut universitatem habent vel eos habere contigerit, pro juribus ipsius ecclesie Arelatensis jam competentibus et competituris etiam in futurum, auditores, diffinitores et judices facimus et presentibus ordinamus, donec aliud super hoc per nos aut aliquem successorum nostrorum in imperio fuerit ordinatum ; dantes et committentes vobis et cuilibet vestrum, auctoritate nostra imperiali, jurisdictionem et plenam potestatem audiendi et cognoscendi in hujusmodi causis summarie, de plano et sine strepitu et figura judicii, et ipsas examinandi, ac tandem fine debito decidendi ; que vos ambo decreveritis in eis aut aliqua ipsarum, vel alter vestrum decreverit, faciatis vos vel alter vestrum faciat imperialis nostri culminis auctoritate firmiter observari. Volumus etiam quod per concessionem nostram hujusmodi judiciarie cognitionis non sit melior conditio occupantis, quin imo causam vel causas per alterum vestrum inchoatas alter possit modo predicto juris tramite terminare, nec jurisdictionem hujusmodi expirare volumus, re integra, per obitum committentis. Nulli ergo liceat hanc nostre indultionis et gratie paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire ; quod qui facere presumpserit, nostre celsitudinis indignationem, et penam quam eidem nostro arbitrio inflingendam duxerimus, se noverit incurrisse. In cujus rei testimonium presentes litteras imperialis nostre majestatis bulla aurea jussimus communiri. Datum Rome, apud Sanctam Sabinam, VII idus julii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 80, orig. Bonnemant, t. III, n° 110.

1490 — 10 novembre 1312.

Pouvoir de transporter le blé des revenus de l'archevêché.

Robertus, Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcal-

querii ac Pedemontis comes, senescallo et majori judici comitatuum Provincie et Forcalquerii, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Habuit expositio venerabilis patris Galhardi, Arelatensis archiepiscopi, dilecti fidelis et devoti nostri, quod, licet predecessores ejus Arelatenses archiepiscopi et ipse soliti sint et debeant extrahere et extrahi facere de Provincia bladum proveniens de redditibus et proventibus majoris Arelatensis ecclesie, tam per terram quam per aquam, quocumque vehendum, dummodo ad inimicorum terras minime deferatur, vos tamen seu officiales nostri alii dict. comitatuum, quominus idem nunc archiepiscopus Arelatensis hujusmodi bladum sic extrahat seu extrahi faciat, infertis aut inferunt impedimenti obicem, contra justiciam, in suum dicteque sue ecclesie prejudicium et gravamen ; ad quod oportuna nostra provisione petita, volumus et fidelitati vestre precipiendo mandamus quatinus eumdem Arelatensem archiepiscopum, suosque pro eo procuratores et nuntios super hiis, contra consuetum et debitum, nec vos molestetis in aliquo, nec molestari per dictos officiales aut alios quomodolibet faciatis, seu etiam permittatis ; proviso quidem quod hujusmodi bladum ad inimicorum terras, velut pretangitur, non feratur. Datum Neapoli, per Bartholomeum de Capua, militem, logothetam et prothonotarium regni Sicilie, anno Domini M°.CCC°.XII°, die decimo novembris, xi indictionis, regnorum nostrorum anno quarto.

Jacobus de Pisis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 91. Bonnemant, t. III, n° 108.

1491 Après 1312.

TAXATIO BENEFICIORUM CIVITATIS ET DIOCESIS ARELATENSIS, SECUNDUM ANTIQUAM DECIMAM.

Dns archiepiscopus Arelaten., pro hiis que habet citra et ultra Rodanum. ii^c l.libr.
Dns prepositus Arelaten. pro hiis que habet citra et ultra Rodanum. lxiiii^or.libr.
Dns archidiaconus Arel. x.libr.
Administrator anniversariorum B. Trophimi. vii.libr.
Operarius S. Trophimi, pro ecclesia de Comps. lx.s.
Idem pro ecclesia de Valle. xxiiii.s.
Vestiarius S. Trophimi, pro Lanciaco. iii.libr.
Infirmarius S. Trophimi. xl.s.
Idem, pro ecclesia de Vitrola. iii.l.xvi.s.
Dna abbatissa S. Cezarii Arelatensis. xl.libr.

DE CAMARGIIS.

Prior de Mari. xv.libr.
Operarius de Mari. xl.s.
Abbas Silveregalis. vi.libr.
Prior S. Trinitatis Camargiarum. iii.lib.xii.s.
Prior S. Petri de Mejanis. xx.s.
Prior S. Petri de Malmussana. xl.s.
Prior de Albarono. l.s.
Rector capelle castri de Albarono. xv.s.
Prior S. Michaelis de Capa. lx.s.
Prior S. Vincentii de Canoys. lx.s.
Prior S. Petri de Trencataliis. l.s.
Rector capelle castri Trencataliarum. xvi.s.
Prior S. Genesii de Columpna. xxiiii.s.

CIVITATIS ARELATENSIS.

Prior S. Martini Arelaten. xl.s.
Prior S. Laurentii Arelaten. vi.s.
Prior S. Crucis Arelaten. l.s.
Prior S. Petri de Pezulo. x.s.
Prior S. Trinitatis Arel. xx.s.
Rector capelle S. Mauricii Arel. xxxvi.s.
Prior Beate Marie Principalis. xxiiii.s.
Prior S. Vincentii Arelat. xvi.s.
Prior S. Juliani Arelat. lx.s.
Prior S. Katerine. xxx.s.
Prior B. Marie Magdalene. iiii.s.
Prior B. Marie majoris. iii.libr.
Prior S. Luciani. } isti non fuerunt computati,
Prior Sancti Yssidori } quare hic non est scripta summa.
Priorissa de Molegesio. xxx.s.

DE ALISCAMPIS.

Prior B. Marie de Bellis. xxx.s.
Prior S. Honorati. c.s.
Prior S. Cezarii. xl.s.
Prior S. Petri de Fanabregal. xxi.s.
Prior de Pulcro loco. lx.s.

MONTISMAJORIS.

Dns abbas Montismajoris, pro castris de Castelleto et de Miromari. xx.libr.
Sacrista Montismajoris. xxx.s.
Prior S. Petri Montismajoris. xxiiii.s.
Conresarius Montismajoris. xxviii.s.

DE ULTRA RODANUM.

Prior S. Sepulcri de Clausona. xxx.s.
Prior S. Michaelis de Barsanicis [a]. vi.libr.
Prior S. Romani de Acu. xx.libr.
Prior S. Laurentii de Junqueriis. xl.s.
Prior S. Vincentii de Junqueriis. xx.s.
Prior B. Marie de Pomeriis. xx.libr.
Prior de Adavo. xl.s.
Prior de Saujano. xxiiii.s.
Prior S. Pauli de Curto saxo. xxxii.s.
Prior S. Martini de Furchis. xvi.s.

DE EXEMPTIS BENEFICIIS.

Dns abbas Francarum vallium, pro grangia de Argencia. xviii.s.
Preceptor hospitalis S. Johannis prope Bellicadrum, pro grangia de Argencia. xxxv.libr.
Archidiaconus S. Michaelis de Frigoleto, pro hiis que habet in Argencia. l.s.
Preceptor domus Templi quondam S. Egidii, pro grangia et ecclesia S. Petri de Campo publico. xxxv.libr.
Preceptor hospitalis S. Egidii, pro grangia de Auriceto. xvi.libr.
Preceptor domus Templi quondam S. Egidii, pro grangia de Salegiis. xxxv.libr.
Preceptor hospitalis S. Johannis vel S. Thome Trencatalliarum. l.libr.
Preceptor domus Templi quondam de Arelate, pro suis grangiis. xl.libr.

a. sive de Medenis (Bonn.)

Preceptor domus Theotonicorum de Trencataliis. L.s.
Preceptor domus Templi quondam de Fossis. X.libr.
Preceptor domus Templi quondam de Ginhaco. VI.libr.
Preceptor hospitalis S. Johannis de Marinhana, pro hiis que habet in dicto castro. C.s.
Idem, pro hiis que possidet in tenemento de Berra. XL.s.

ECCLESIE DE AUTEVESIO NON EXEMPTE.

Dna abbatissa de Molegesio. IX.libr.
Vicarius de Molegesio. XXIIII.s.
Prepositus S. Pauli de Mauseolo, pro hiis que habet in dioc. Arel. XXX.s.
Prior S. Petri de Malhana. LX.s.
Vicarius de Malhana. XX.s.
Prior S. Michaelis de Frigoleto, pro hiis que habet in dioc. Arel. VI.libr.
Prior S. Lamberti. XVIII.s.

ECCLESIE DE BAUCIO.

Prior ecclesie de Baucio. C.s.
Prior S. Romani. XVI.s.
Prior de Castilhone. XL.s.
Prior S. Petri de Intermontes. XL.s.
Prior B. Marie de Insula subtus Berbegual. XXX.s.
Prior ecclesie castri de Moreriis. XL.s.
Prior Podii Rotundi. XXX.s.
Prior ecclesie de Auricula. XX.s.

ECCLESIE PROPE SALLONEM.

Vicarius de Valle. XXIIII.s.
Prior seu vicarius S. Laurentii Sallonis. VIII.libr.
Prior de Alvernico. IIII.libr.
Prior S. Johannis de Brenacio. XXX.s.
Prior de Granis. L.s.
Prior de Cornilione. XX.s.
Vicarius S. Amantii. XX.s.
Vicarius Castri veteris. XXX.s.
Archidiaconus Arelatensis, pro ecclesia de Fossis. XX.libr.

ECCLESIE PROPE MARTICUM.

Prior seu vicarius S. Genesii de Insula pontis. XX.libr.
Prior seu vicarius de Insula pontis. XXX.s.
Prior de Ginhaco. LX.s.
Helemosinarius Massiliensis, pro ecclesia S. Victoris, Arelaten. dioc. XX.libr.
Prior de Marinhana. VII.libr.
Prior de Leuncio. XX.s.
Prior de Roynhaco. XL.s.
Prior de Velaucio. IIII.libr.
Prior de Berra. XII.libr.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 375. BONNEMANT, t. II, p. 603-5; cf. t. III, n° 112 (Reg. *Droits sur la Martigue*, f° 589).

1492 25 avril 1313.

Ven. viris.. dno Raymundo de Coirano, archidiacono, et dno Guillelmo de Auriaco, canonico et officiali Arelaten., ac dno Vitali, Cavallicen. canonico, rev. patris dni G. Dei gratia Arelaten. archiepiscopi vicariis generalibus.. *(présentation de prieur par l'abbé de Montmajour).*

Voir la pièce à l'abb. de Montmajour.

1493 Salon, 9 septembre 1314.

Les procureurs du roi Robert se présentent devant les cardinaux pour demander un délai pour le payement du cens du royaume de Sicile, apud castrum Sallonis, coram rever. patre dno Ar[naldo], Sabinensi episcopo, infra fortalitium dicti castri existente... ; presentibus vener. patre dno Galhardo, Arelatensi archiepiscopo,...

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° (421) 1735.

1494 24 janvier 1318.

Translation de Gaillard de Faugères, archevêque d'Arles, à l'évêché d'Angoulême.

VENERABILI fratri *Galhardo*, *episcopo Engolismensi*. Credite nobis dispensationis urgemur officio, ut qui, dispositione divina, cunctis ecclesiis potestatis plenitudine presidemus, singularum, cum possumus, utilitatibus sic intendamus solicite, sic vigilanter et salubriter insistamus, ut per nostre attentionis instanciam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc per ministerium translationis acommode, prout expedire cognoscimus, ecclesiis singulis pastor ydoneus deputetur, ut ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, votive prosperitatis successibus gratulentur. Sane Engolismensi ecclesia, per obitum bone memorie Johannis, episcopi Engolismensis, pastoris solatio destituta, ac canonicis ejusdem ecclesie, qui tunc ad electionem futuri pastoris celebrandam ibidem convenerant, in diversos dividentibus vota sua, quidam eorum venerabilem fratrem nostrum Galhardum, Magalonensem, tunc Regensem episcopum, postularunt, quidam vero dilectum filium Arnaldum, decanum ejusdem ecclesie, eligere in Engolismensem episcopum curaverunt. Dicto ergo decano hujusmodi electioni de se facte prestante consensum, seque, una cum instructionibus partis sue que ipsum elegerat, pro prosecutione electionis predicte, ad sedem apostolicam personaliter accedente, ac subsequenter hujusmodi electionis et postulationis negotio proposito coram nobis, nos postulationem de dicto Galhardo factam non admisimus, sed ipsum ad Magalonensem ecclesiam tunc pastore vacantem duximus transferendum. Dictus quoque decanus postea omni juri, si quod sibi ex electione de se, ut predicitur, habita, quomodolibet competebat, in manus venerabilis fratris nostri Berengarii, Tusculani episcopi, sponte cessit, dictusque episcopus Tusculanus, de speciali mandato nostro, sibi facto oraculo vive vocis, duxit cessionem hujusmodi admittendam; nosque, intendentes hac vice eidem Engolismensi ecclesie sic vacanti de persona ydonea providere, provisionem ejusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre, ac sedis ejusdem, duximus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari. Demum vero tu, qui regimini Arelatensis ecclesie presidebas, certis ex causis que ad id tuum animum induxerunt, nobis humiliter supplicasti ut te transferre ad dictam Engolismensem ecclesiam auctoritate apostolica dignaremur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, sperantes indubie quod prefata Engolismensis ecclesia, per tue circumspectionis industriam,

preservabitur a noxiis et ad salutaria dirigetur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, te a vinculo quo tenebaris dicte Arelatensi ecclesie absolventes, ad prefatam Engolismensem ecclesiam transferimus, et preficimus te ipsi Engolismensi ecclesie in episcopum et pastorem, curam et administrationem ejusdem ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus committendo, liberamque tibi dando licentiam ad eandem Engolismensem ecclesiam transeundi. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad dictam Engolismensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens, ejus sollicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, ita quod dicta ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, et preter retributionis eterne premium, nostre benivolentie gratiam exinde uberius valeas promereri. Datum Avinione, VIIII. kal. februarii, anno secundo.

Arch. Vatic. Reg. 67, f° 142 v° (Joan. XXII. Comm. an. II, p. I, ep. 483).

1495 — 1er mars 1318.

Le pape lui proroge l'usage du pallium.

VENERABILI fratri *Galhardo episcopo Engolismensi*. Personam tuam paterna prosequentes in Domino caritate, favorabiliter illa tibi concedimus que tuum honorem respicere dinoscuntur. Sane pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut tibi qui ex certis et rationabilibus causis per te tunc nobis expositis regimini Arelatensis ecclesie cui preeras sponte cessisti, et quem post hujusmodi cessionem tuam... (*mot à mot*) committendo, usum pallei hactenus ad usum et nomen Arel. ecclesie tibi traditi reservare ad vitam tuam de ben. ap. dignaremur. Nos itaque volentes in hoc pers. t. spec. honorare, tuis suppl. inclinati, frat. tue utendi eodem palleo olim tibi ad usum et nomen pref. Arel. ecclesie, ut predicitur, assignato, in tua Engol. ecclesia, illis diebus quibus eo utebaris dum pref. Arel. eccl. presidebas, tu uti posses si presideres eidem, non obstant. quibusq. privilegiis et litt. archiepiscopo et ecclesie Burdigalen., de cujus provincia pref. tua Engol. ecclesia fore dinoscitur, concessis, et constitut. super hoc in contrarium editis, etiam si de ipsis oporteret de v. ad v. in pres. mentionem, ad vitam tuam plenam et lib. auct. presentium concedimus facultatem. Nulli ergo nostre concess. *etc.* Datum Avinione, kalendis marcii, anno secundo.

Arch. Vatic. Reg. 67, f° 205 v° (Joan. XXII. Comm. an. II. p. I, ep. 685 b (2 fois).

1496 — 7 mars 1318.

Le même l'exempte de son métropolitain.

VENERABILI fratri *Galhardo episcopo Engolismensi*. Personam tuam paterna prosequentes in Domino caritate, votis tuis libenter annuimus, in hiis presertim que persone tue quietem respicere dinoscuntur. Sane pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum ut te, qui ex certis rationabilibus causis per te tunc nobis expositis, regimini Arelatensis ecclesie cui preeras sponte cessisti, quemve post hujusmodi cessionem tuam per nos admissam, ad tue supplicis petitionis instantiam ad Engolismensem ecclesiam tunc pastore carentem, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio, duximus transferendum, curam et administrationem ipsius tibi plenarie committendo, a jurisdictione ven. fratris nostri archiepiscopi, et dilectorum filiorum capituli et ecclesie Burdigalensis, metropolitane ecclesie tue Engolismensis, ad vitam tuam eximere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes in hoc personam tuam, cui per alias nostras litteras usum pallei ad vitam tuam duximus reservandum, contemplatione presertim ipsius pallei, in quo plenitudo pontificalis officii designatur, specialiter honorare, personam tuam a jurisdictione archiepiscopi et capituli ecclesie predictorum, ex certa scientia nostra, quamdiu prefueris ecclesie Engolismensi predicte, eximimus de gratia speciali, ita quod soli Romano pontifici de cetero subesse noscaris, nec idem archiepiscopus vel ejus officialis, aut quivis alii, in te vel officiales aut vicarios tuos, jurisdictionem aliquam valeant exercere. Non obstantibus quibuscumque privilegiis et litteris apostolicis eisdem archiepiscopo, capitulo et ecclesie Burdigalensi concessis, etsi de ipsis plenam et expressam oporteret in presentibus fieri mentionem. Nos enim irritum decernimus et inane, si quid contra hujusmodi exceptionem nostram contigerit attemptari. Nulli ergo ... nostre exemptionis et constitutionis.... Datum Avinione, nonis marcii, anno secundo.

Arch. et Reg. cités, f° 205 v° (ep. 685*). *Gallia christ. nova*, t. II, instr. c. 454.

Gaillard mourut évêque d'Angoulême au commencement de juin 1328 (*Gallia christ. nova*, t. II, c. 1013-4).

GAILLARD II SAUMATE, 1318–1323.

Notaire apostolique, il fut élevé directement sur le siège de Riez par le pape Jean XXII, le 14 mars 1317 (*Gallia christ. noviss.*, Aix, instr. c. 387-8), puis transféré sur celui de Maguelonne, le 12 novembre suiv. (ibid., c. 388-9).

1497 — 8 février 1318.

Provisions de Gaillard Saumate pour l'archevêché d'Arles, par le pape Jean XXII.

VENERABILI fratri *Galhardo, olim episcopo Magalonensi, in archiepiscopum Arelatensem electo*. Inter sollicitudines alias que nobis ex officii debito pastoralis incumbunt, illa precipue fore dinoscitur ut de universis orbis ecclesiis, cujus cura nobis imminet generalis, solicite cogitantes, illis que vacationis incommodis exponuntur, nunc per viam simplicis provisionis, nunc per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, preficiamus viros ydoneos in pastores, ne illarum provisione protracta substineant in spiritualibus et temporalibus detrimentum. Nuper siquidem ecclesia Arelatensi pastoris regimine destituta, ex eo quod nos ven. fratrem nostrum Gallardum episcopum Engolismensem a vinculo quo teneba-

tur ecclesie Arelatensi, cujus regimini tunc preerat, ad sue supplicationis instantiam, auctoritate apostolica absolventes, ad ecclesiam Engolismensem tunc vacantem, eadem auctoritate duximus tranferendum, nos attendentes quod si ejusdem ecclesie Arelatensis provisio protraheretur in longum, multis subjaceret periculis, et gravia in spirit. et temp. detrimenta subiret, ac propterea volentes ei de celeris et salubris provisionis remedio subvenire, post deliberationem quam super hoc habuimus cum nostris fratribus diligentem, consideratis muneribus gratiarum quibus personam tuam, prout ex tua familiari experientia novimus, Dominus multipliciter illustravit, te a vinculo quo tenebaris Magalonensi ecclesie cui tunc preeras absolventes, te ad dictam Arelatensem ecclesiam, eadem auctoritate transferimus, teque illi de predictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine, in archiepiscopum preficimus et pastorem, tibi curam et administrationem ipsius in spirit. et temp. committendo, ac liberam tibi dantes licentiam ad prefatam Arelatensem ecclesiam transeundi. In illo qui dat gratias et lar. pre. confidentes, quod cum sis vir litterarum scientia preditus, morum honestate decorus, in spir. providus et temp. circumspectus, memoratam eccl. Arelatensem, per tue circumspectionis industriam, et providentiam circumspectam, gra. tibi suffr. divina, salubriter et prospere dirigetur, ac sp. et temp. auctore Do. proficiet incrementis. Supportans itaque reverenter impositum a Domino tibi onus, solicite ipsius Arelaten. eccl. curam geras, gregem dom. in illa tue gubernationi commissum, doctrina verbi et operis, juxta datam tibi ex alto prudentiam, informando ; ita quod eadem Arelaten. eccl. per tue vigilantie studium, votivis proficiat commodis et successibus prosperis augeatur. Datum Avinione, VI. idus februarii, anno secundo.

In eo. mo. Preposito et capitulo ; — Vassallis.

Arch. Vatic. Reg. 67, f° 257 v° (Joan. XXII Comm. an. II. p. 1, ep. 531).

1498 8 mars 1318.

Octroi du pallium à Gaillard Saumate, archev. d'Arles.

VEN. fratri *Galhardo, archiepiscopo Arelaten.* Dudum, circa statum ecclesie Arelatensis, tunc pastoris reg. destitute, paterna sol. vigilantes, ac cogitantes attentius quod per tue circ. industriam, nobis per exper. non ignotam, eadem Arelaten. ecclesia poterat relevari a noxiis et salutaribus, aux. Domino, proficere incrementis, te a vinculo quo tenebaris Magalonensi ecclesie, cui tunc preeras, absolventes, te ad pref. Arel. eccl. duximus transferendum, plenam tibi dantes lic. ad eandem Arel. eccl. transeundi, teque, de fra. n. cons. et ap. plen. potestatis, ipsi Arel. ecclesie prefecimus in archiep. et pastorem. Cumque postmodum palleum, insigne vid. pontif. officii, a nobis cum ea qua decuit instantia postulasses, nos tuis suppl. annuentes, ipsum de corpore beati Petri sumptum, per dil. fil. nostrum Neapolionem Sancti Adriani diac. card., recepto a te nostro et Ro. eccl. nomine fidelitatis solito jur., tibi fecimus assignari, ut eo intra tuam ecclesiam, illis diebus dumtaxat utaris qui expressi in ipsius eccl. privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius intus serves in mente, frat. tuam monemus attentius et hort., per ap. tibi scripta mandantes, quat. humilitatem et justitiam, dante Domino, qui dat munera et premia elargitur, observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, et Arel. ecclesiam sponsam tuam cures solicite, auct. Domino, in sp. et temp. augmentare. Datum Avinione, VIII. idus martii, anno secundo.

Arch. Vatic Reg. 67 (Joan. XXII. Comm. an. II. p. 1, ep. 591), f° 174.

1499 1er novembre 1318.

Dno Galhardo secundo, Arelatensi archiepiscopo presidente. — *Reconn. de Rainaud Porcellet.* Actum Sallone.

Archev. d'Arles, Liber aureus, n° 148.

1500 2 novembre 1318.

Rev. patre in Xpisto dno Galhardo secundo, div. provid. sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo presidente.

Arch des B.-du-Rh. Chartrier de Salon, n° 160.

1501 Avignon, 13 août 1319.

Hommage de Gaillard Saumate, archevêque d'Arles, à Robert, roi de Sicile et comte de Provence.

IN nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Amen. Anno Nativitatis ejus 1319, die decimo tercio augusti, secunde indictionis, pontificatus sanctissimi in Xpisto patris et domini domini Johannis vicesimi secundi, sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summi pontificis, anno quarto Avinioni. Notum sit cunctis presentibus et futuris quod in presencia mei notarii et testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, reverendus in Xpisto pater dominus *Galhardus*, Dei gracia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, recognovit serenissimo principi domino Roberto Dei gracia illustri regi Jerlm et Sicilie..., Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comiti, pro eodem domino Rege, ac heredibus et successoribus ejus in comitatibus ipsis, quod ipse dominus archiepiscopus tenet, et tenere debet, nomine dicte Arelatensis ecclesie, pro dicto domino Rege et sub ejus dominio, castrum Sancti Mitrii, Castrum Veyre, castrum de Confors, et medietatem tercie partis castri de Foxis, et affayre de Gardabello, et pro predictis fecit et juravit fidelitatem predicto dno Regi, secundum ordinationem testamenti clare memorie domine Beatricis quondam regine Sicilie et comitisse predictorum comitatuum ; ac voluit et concessit dictus dns archiepiscopus quod in isto sacramento fidelitatis intelligantur omnia illa capitula que in sacramento fidelitatis intelliguntur et continentur, ac si specialiter essent expressa. Hanc autem fidelitatem fecit dns archiepiscopus antedictus salvis privilegiis, concessionibus, donacionibus et instrumentis sibi et antecessoribus suis ac Arelaten. ecclesie jam concessis. Jam dictus vero dominus Rex, pro se suisque heredibus et successoribus in comitatibus supradictis, recepit dictam fidelitatem, salvo jure ipsius domini Regis, heredum et successorum suorum, ita quod propter hoc non fiat prejudicium eidem domino Regi et liberis suis.... De quibus omnibus... Actum Avinioni, in domo fratrum Predicatorum, anno, mense, die, indictione et pontificatu jamdictis, presentibus ven. in Xpisto patre dno fratre Francisco episcopo Gajetano....

Arch. des B.-du-Rh. B. 449, original parch.

1502 Arles, 31 décembre 1319.

Obligation de Gaillard Saumate pour une mitre.

In nomine Domini. Amen. Anno Incarnationis ejusdem M°.CCC°.XVIIII°, die ultima mensis decembris... Pateat universis quod cum rev. in Xpisto pater dominus *Galhardus secundus*, Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus*, teneretur et esset obligatus, ut ven. vir dns Geraldus de Valle, vicarius generalis ipsius domini archiepiscopi, asserebat, venerabili capitulo Arelatensi, in septuaginta florenis auri, pro pretio cujusdam mitre quam reverendus pater dominus Engolismensis episcopus, olim Arelatensis archiepiscopus, habebat, que quondam fuit, ut dicebatur, bone memorie domini Bertrandi Amalrici, archiepiscopi quondam Arelatensis; prefatus, inquam, dominus vicarius, volens de dicto debito septuaginta florenorum, seu parte ipsius, satisfacere capitulo memorato, cessit et donavit ven. viro domino Bertrando de Barjolis, canonico et operario dicte ecclesie Arelatensis, nomine capituli memorati, presenti et recipienti in solutum, et nomine et ex causa soluti, census et domum infrascriptos...; dedit in solutum,... pro XL. libris coronatorum seu reforciatorum... Actum fuit hoc in domo archidiaconatus Arelaten.

Chapitre d'Arles. Chartrier des paroisses, t. I, n° 38.

1503 Avignon, 16 avril 1320.

Canonisation de saint Thomas de Canteloup, évêque d'Hereford, par le pape Jean XXII. — Parmi les sermons prononcés figure celui de l'archevêque Arelatensis (*en interl.* seu Aquensis), scilicet auditor contradictarum; thema: « Dilectus Deo et hominibus » etc. *(Eccli.* XLV, I).

L.-H. LABANDE, dans *Bibl. de l'éc. d. Chartes* (1893), t. LIV, p. 57.

1504 19 juin 1320.

Lettre du pape Jean XXII à l'archevêque d'Arles, pour réprimer les excès des Pastoureaux.

In *eundem modum* vener. fratri ·· archiepiscopo Arelaten. ejusque suffraganeis, *etc.* Cum difficile procul dubio, *etc. ut supra, usque* prospicere cupientes, fraternitati vestre, de fratrum nostrorum consilio, per apostolica scripta commictimus et mandamus, quatinus vos et singuli vestrum, per vos vel per alios, omnes et singulos qui nominantur, ut predicitur, Pastorelli et quosvis alios de congregacionibus supradictis, quocumque nomine censeantur, qui, ut predicitur, se velle asserunt transfretare, tam clericos quam laicos, per singulas vestras civitates et dioceses constitutos, ex parte nostra monere et inducere studeatis, ut a premissis, donec de prefato negocio, Deo dirigente, fuerit ordinatum, desistere ac resilire procurent, ipsos ad hoc, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, necnon et eos in quos temporalem jurisdictionem habetis, per temporales penas de quibus videritis, appellatione postposita, compellendo. Datum Avinione, XIII kal. julii, anno quarto.

Arch. Vatic. Reg. 70, cur. ep. 73. J.-M. VIDAL, dans *Ann. de St-Louis-des-Franç.* (1899), t. III, p. 148.

1505 Avant 29 juin 1321.

Le couvent de Molégès renouvelle reverenticime paternitati reverenticimi patris in Christo dñi G. Aralaten. archiepiscopi *la supplique qui lui avait été faite* nuper verbo, si rever. paternitas recolat, Avinione, *de bénir l'abbesse Suriane de Maubec.*

Voir la pièce à l'abb. de Molégès.

1506 Avignon, 20 octobre 1321.

Procuration de l'archevêque Gaillard Saumate.

In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1321, indict. v, die xx. mensis octobris... Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod in mei notarii publici et testium infrascriptorum.... presentia, reverendus in Xpisto pater dns *Galhardus*, Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, pro se et ecclesia Arelaten. fecit, constituit, ac etiam ordinavit, suum verum, certum, et legitimum, ac generalem procuratorem, et nuntium specialem, videlicet discretum virum magistrum Johannem Berengarii, de Sancto Amancio, dicte Arelaten. dyoc., notarium et familiarem suum, ibidem presentem et in se procuratoris officium sponte suscipientem, in omnibus et singulis causis suis, et ecclesie seu archiepiscopatus sui, litibus, questionibus, motis et movendis, quas habet vel habiturus est... Acta fuerunt hec Avinione, in hospitio habitationis ipsius dni archiepiscopi..., presentibus religioso et honesto viro dno Mancipo Saumate, Aurel. monasterii monacho, et discretis viris dnis Deodato de Glassato, Guillelmo de Prinhoda, de Crosetis, dyoc. Ruthen., ecclesiarum rectoribus, testibus ad premissa vocatis et rogatis. Et ego Bertrandus de Vidalho, clericus Ruten. dyoc., publ. auct. appost. notarius...

Inséré à la suite de l'acte du 17 décembre 1322.

1507 1er septembre 1322.

Acte par lequel Raimond Viridis, *archidiacre de la Major de Marseille, fonde* in capella sua nova dicte ecclesie, noviter per dictum dnm Raimundum inibi fieri constructa, vocata Sanctus Laurentius, *trois chapellenies qu'il dote;* pro missis dicendis in perpetuum in capella predicta, pro salute anime sue, et parentum suorum, necnon pro animabus reverendorum patrum suorum bone memorie dominorum Guillelmi de Ferrariis et Arnaudi de Falgueris, quondam cardinalium, et reverendi patris dni Petri de Ferrariis quondam Arelatensis archiepiscopi...

Arch. des B.-du-Rh. La Major. Orig. parch. — Il est bien probable que Guillaume (voir Marseille, nos 1263-82) et Pierre étaient frères.

1508 Avignon, 26 octobre 1322.

... Rev. in Chr. pater dom. Galhardus, D. g. s. Arelat. ecclesie archiepiscopus, fecit, constituit, creavit ac etiam usque ad ejus beneplacitum ordinavit suos custodes speciales monete, quam cudere facit... in castro suo Montisdraconis, Aurasicen. dioc., videl. Petrum Austrini, familiarem et bajulum suum ibidem, et Pontium Ruphi de Montedracone..; dans ...; .. volens...

quod ipsi possint recipere omnes delhievransias... de dicta moneta.... Pro quibus ... prestiterunt juramentum ... ; present. ven. viro d. Francisco Gariballi, preposito Forojulien., Bertrando de Granis, Guillelmo Gresnoli, cansoribus Avinionis ... ; et ego Bern. de Vidalhlo, cler. Ruthen. dioc., publ. auctor. apost. not....

Archev. d'Arles, Chartrier de Mondragon, n. 65. Bonn., t. II, p. 593.

1509 17 décembre 1322.

Réclamation de Gaillard Saumate, archevêque d'Arles, auprès du roi Robert, au sujet de la monnaie archiépiscopale frappée à Mondragon, qui était refusée à Avignon.

In nomine Domini. Amen. Anno Incarnationis ejusdem MCCCXXII, die veneris xvii^a mensis decembris, quasi in ocasu solis, sexte indictionis. Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod constitutus in presentia incliti et serenissimi principis dni Roberti, Jerlm. et Sicilie regis, ducatus Apulie, et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii, ac Pedimontis comitis illustris, Johannes Berengarii de Sancto Amancio, procurator et procuratorio nomine reverendi in Xpisto patris dni Gallardi, divina miseratione sancte ecclesie Arelaten. archiepiscopi, in ejus presentia legi fecit quandam petitionem, seu cedulam papiream scriptam, tenoris et continentie subsequentis : « Sacre regie majestati supplicat humiliter, et requirit, Johannes Berengarii, procurator reverendi patris dni Arelaten. archiepiscopi, quod cum ex precepto sanctissimi patris dni nostri pappe, de privilegiis Arelaten. ecclesie, super fabricatione monete, concessis usu et consuetudine subsequtis, et diuturnis temporibus observatis, plenarie informati, ejusdem manescallus preceperit ut moneta, que per prefatum dnm archiepiscopum, in castro Montisdraconis, cuditur, Avinione publice recipiatur ; et nuper vicario Avinion. per vestram celsitudinem, mandatum litteratorie fuerit, ac coram predicto manescallo, ut publice prohibeant quod nulla pecunia nisi vestra, dicti dni Pape, et regis Francie, habeat ibi cursum ; quod cederet in dicte Arelaten. ecclesie prejudicium et gravamen. Vestro sacro culmini placeat dicto vicario mandare, ne dictam inhibitionem faciat ; et si qua in contrarium fecerit, ea irritet et annullet. Paratum se offerens dictus procurator de titulo, consuetudine, et quasi possessione [et] legalitate dicte monete, et cursus consueti ejusdem, facere plenam fidem coram illo cui sacra vestra majestas duxerit comittendum ». Qua explicite lecta, eam tradi predicto dno Regi fecit, de ejus expressa voluntate et assensu, et auctoritate ; et ipsum Regem, cum devotione et instantia debita, et sollicita, requisivit, quatenus dignetur ei, et predicto dno archiepiscopo, cujus est procurator, super contentis in predicta cedula, seu petitione oblata pro parte predicti dni Arelaten. archiepiscopi, justiciam facere, vel facere ministrari. Asserendo predicta jura, de quibus petitio, sive cedula antedicta papirea, facit mensionem expressam, ad prefatum dnm Arelaten. archiepiscopum pertinere,... Quibus petitis et requisitis, pro parte dicti procuratoris, vir nobilis et circumspectus, dns Franciscus de Grossis, juris civilis professor, in comitatibus Provincie et Forchalquerii antedictis, ejusdem dni Regis procurator et advocatus..., contradixit specialiter et expressim..., et negavit predicta requisita, proposita, et petita, in dicta petitione, seu cedula, fore vera, ut in dicta petitione, seu cedula, continentur, sive narrantur. Et dixit predicta fieri non debere ; asserens, procuratorio nomine jam dicto, predicta omnia et singula jura, in predicta cedula et petitione contenta, predicto dno Regi soli et in solidum, pertinere, pleno jure ; ita quod nulli alii competunt, vel competere possunt, nec debent, in civitate Avinion., et comitatibus antedictis, nomine curie antedicte... Postque, incontinenti, prefatus dns Rex, benigne et clementer auditis et intellectis propositis, petitis, et requisitis, pro parte dicti Johannis, procuratorio nomine predicti dni Arelaten. archiepiscopi..., necnon auditis et intellectis reclamationibus, et contradictionibus, pro parte prefati dni Francisci de Grossis, procuratoris et advocati fisci sui..., suo vive vocis oraculo benigne respondit, quod volebat predictis procuratoribus, jamdictis nominibus, tam per se, cum ad predicta congrue et opportune vacare posset, quam per alios, quibus predicta comitere disponebat, super predictis, in predicta cedula et petitione contentis, et aliis quibuscumque, tangentibus personam dicti dni Arelaten. archiepiscopi, et ecclesiam suam, facere, et fieri facere, celeris et expedite justitie complementum, simpliciter, et de plano, et absque omni strepitu judicii, et figura. Et ex nunc, paratum se obtulit predicta facere, favorabiliter et benigne. Et pro celeri expeditione agendorum, et ne dictus procurator ejusdem dni Arelaten. archiepiscopi, de diffugio aliquo, tarditate, negligentia, atque defectu, conqueri valeat, quoquo modo, predicta omnia, in predicta petitione contenta, commisit incontinenti, nobilibus et circumspectis viris dnis Johanni de Aquablanca, militi, utriusque juris professori, magne regie curie magistro rationali, et Gaufrido Berengarii, juris civilis professori, audienda, examinanda, et fine debito terminanda, simpliciter et de plano ; vocato predicto dno procuratore regio, qui jura sue curie tueatur. Precipiens et mandans de comissione predicta fieri litteras opportunas. Quibus omnibus et singulis per ordinem et seriose recitatis, predictus dns regius procurator, de petitione, seu requisitione, facta per dictum Johannem Berengarii... et aliis omnibus et singulis supra contentis, pro sui cautela, et observatione jurium regiorum, et ad eternam rei memoriam, peciit et requisivit cum instantia..., sibi fieri duo publica consimilia instrumenta... Actum Aquis, in palatio regio, in magna camera nova ejusdem dni Regis, in presentia et testimonio reverendi in Xpisto patris dni Ingerranni, Capuani archiepiscopi, nobilium et circumspectorum virorum dni Johannis de Aquablanca, utriusque juris professoris, dni Marini de Dyano, militum,... Et mei Hugonis Honorati, notarii publici...

Arch. des B. du-Rh. B 456, orig. parch. Bonnemant, t. III, n° 111.

1510 29 juillet 1323.

Ven. fratri Galhardo archiepiscopo Arelaten. Quia presentis vite conditio (Licentia testandi). Datum Avinione, iiii kal. augusti, anno septimo.

Arch. Vatic. Reg. 75 (Joan. XXII. Comm. an. vii, t. II, ep. 1268), f° 101.

1511 29 juillet 1323.

Vite perhempnis gloria... Cupientes ut capella quam ven. f. n. Galhardus archiepiscopus Arelaten. in ecclesia Villenove, Ruthenen. dioc., ad honorem B. Ludovici episcopi et confes. construxit... *(40 jours d'indulgences pour l'octave de la fête du dit saint).* Datum Avinione, III. kal. aug. an. VII.

Arch. et Reg. cités (ep. 1271), f° 102.

L'archevêque Gaillard Saumate mourut à Avignon (n° 1512) le 31 juil. 1323 (Catal. n° 3, c. 8) [1].

GASBERT DE LA VAL, 1323-1341.

Voir les antécédents de ce prélat à Avignon, qu'il administra comme vicaire-général depuis 1317, et à Marseille, dont il fut évêque le 18 sept. 1319 (n°s 433-7).

1512 26 août 1323.

Provisions de Gasbert de la Val pour l'archev. d'Arles.

VENERABILI fratri *Gasberto, episcopo olim Massiliensi, in archiepiscopum Arelatensem electo.* Ad providam apostolice sedis circumspectionem pertinet vices pensare temporum, personarum attendere merita, et qualitates considerare locorum, ut sedes ipsa debitum habens respectum ad singula, et circa ea optime manus operationis apponens, interdum plantet, et plantata quandoque transferat, fructus salutiferos in agro dominico, irrigante ac multiplicante Domino, uberius allatura. Et quamvis de universis orbis ecclesiis, pro earum statu regendo salubriter et feliciter dirigendo, prout commissi nobis apostolatus officii debitum exigit, solicite cogitationis, de illis tamen ecclesiis propensius cogitare nos convenit quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis, cum expedit, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, divina cooperante clementia, pastores idoneos deputemus, per quorum providentiam, prudentiam et virtutem, ecclesie ipse illorum gubernationi commisse, Deo propitio, regantur utiliter et ad salutaria dirigantur. Ecclesia siquidem Arelatensi per obitum bone memorie Galhardi, archiepiscopi Arelatensis, qui nuper apud sedem apostolicam debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta, nos attendentes quod nullus preter nos de ordinatione ipsius ecclesie se hac vice intromittere potest, pro eo quod nos, diu ante hujusmodi vacationem, provisiones omnium ecclesiarum, tam cathedralium quam etiam aliarum, tunc apud dictam sedem vacantium, et vacaturarum imposterum apud eam, dispositioni nostre duximus reservandas, decernendo ex tunc irritum et inane si secus super hiis, per quoscunque, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari ; cupientes quoque predicte ecclesie quam interna caritate prosequimur, utilem ac fructuosam juxta cor nostrum presidere personam, post deliberationem quam cum fratribus nostris super hoc attentam habuimus, demum, considerantes grandia virtutum merita, et dona multiplicia gratiarum quibus personam tuam illarum Dominus illustravit, quibusve nobis per experientiam familiarem, ac diutinam utilemque obsequiose devotionis assiduitatem, ac dictis fratribus, presentaris et redderis gratus multipliciter et acceptus ; ad te tunc episcopum Massiliensem aciem direximus nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, te a vinculo quo ecclesie Massiliensi, cui tunc preeras, tenebaris, de fratrum predictorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, absolventes, ad dictam ecclesiam Arelatensem transferimus, teque ipsi ecclesie preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem illius tibi, tam in spirit. quam in temp. plenarie committendo, liberamque tibi concedendo licentiam ad eandem Arelatensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, ex maturis et laudabilibus tuorum fructibus studiorum, quod, gratia tibi assistente divina, predicta Arelatensis ecclesia, sub umbra tui nominis tuoque ministerio fructuoso, gubernabitur fideliter et prudenter, ac votiva honoris et commodi suscipiet incrementa. Curam itaque regiminis prefate Arelatensis ecclesie prompta devotione suscipiens et supportans humiliter, in ampliandis honoribus et profectibus procurandis ipsius Arelatensis ecclesie, concessam tibi divinitus oculate circumspectionis industriam exequaris utiliter, teque in illis exercere satagas diligenter, proficiendo tibi per vite meritum et aliis per exemplum ; ita quod eadem Arelatensis ecclesia fructuoso sponso se copulatam gaudeat, et curioso administratori sentiat se commissam ; tuque, velud servus fidelis et prudens digna de villicatione tua in districto examine reddita ratione, fructum multiplicatum afferas Domino, ut is te, post vite presentis exilium, in dilecta et eterna sua tabernacula suscipiat cum electis suis, perhempnis felicitatis gaudio potiturus. Datum Avinione, VII. kalendas septembris, anno septimo.

In e. m. Preposito et capitulo eccl. Arel.; — Clero; — Populo; — Vassallis; — Suffraganeis; — Roberto regi.

Arch. Vatic. Reg. 75, f° 139 v° (Joann. XXII. Comm. an. VII, p. 2, ep. 1374). — Voir Marseille, n° 443.

1513 8 septembre 1323.

GASBERTO ARCHIEPISCOPO ARELATEN. ASSIGNATUR SIBI PALLEUM.

VEN. fratri *Gasberto archiepiscopo Arelaten.* Cum pridem te a vinculo quo *ecclesie Massilien.*, cujus tunc regimini presidebas, tenebaris absolventes, de fratrum nostrorum consilio, et apostolice potestatis plenitudine ad Arelaten. ecclesiam tunc pastore carentem duximus transferendum, preficiendo te illi in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in aliis nostris super hoc confectis litteris plenius continetur, tuque postmodum palleum, insigne videlicet

1. Il ne sera pas sans intérêt de conserver le souvenir d'un homonyme, peut-être son parent : « Universis presentes litteras inspecturis Gallardus Saumate, legum doctor, prepositus de Mellireyo, in ecclesia Sancti Martini Turon., officialis Avinion., salutem in Dno. — *(Vidime une bulle d'Innocent IV en faveur des Templiers.)* Actum et datum Avinion., in domo habitationis nostre, anno Domini 1369, die martis 20 nov. » (Arch. d. B.-du-Rh. Ordre du Temple, 5e liasse, XXVII).

pontificalis officii, a nobis cum ea que decuit instantia postulasses, nos tuis supplicationibus annuentes, pallеum ipsum de corpore beati Petri sumptum per dilectos filios nostros Neapoleonem Sancti Adriani, Johannem Sancti Theodori, Bertrandum Sancte Marie in Aquiro, et Arnaldum Sancti Eustachii diaconos cardinales, recepto prius a te nostro et ecclesie Romane nomine fidelitatis solite juramento, fecimus assignari, ut eo intra ecclesiam tuam illis diebus dumtaxat utaris, qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius intus serves in mente, fraternitatem tuam monemus attentius et hortamur, tibi per apostolica scripta mandamus, quatenus humilitatem et justitiam, dante Dno, qui dat munera et premia elargitur, observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, et predictam Arelaten. ecclesiam, sponsam tuam, cures solicite, auctore Dno, spiritualiter et temporaliter augmentare. Datum Avinion., VI. idus septembris, anno VIIJ°.

Arch. Vatic. Reg. 76, f° 23 (Joann. XXII. Comm. a. VIII, p. 1, ep. 33).

1514 Avignon, 8 mars 1324.

HOMAGIUM ARCHIEPISCOPI ARELATEN. *au roi Robert.*

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Amen. Anno Nativitatis ejus 1324, die octavo martii, septime indictionis, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri dni Johannis divina providentia pp. XXIJ anno octavo, notum sit cunctis presentibus et futuris, quod in presentia mei notarii et testium subscriptorum... reverendus in Xpisto pater dns *Gasbertus*, Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, recognovit serenissimo principi domino Roberto, Dei gratia illustri regi Jerlm. et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comiti, pro eodem domino Rege et heredibus ac successoribus ejus in comitatibus ipsis, quod ipse dns archiepiscopus Arelatensis tenet et tenere debet, nomine dicte Arelatensis ecclesie, pro dicto dno Rege, et sub ejus dominio; castrum Sancti Mitrii, Castrum Veyre, castrum de Confors, et medietatem tertie partis castri de Fossis, et affayre de Gabardello. Et pro predictis fecit et juravit fidelitatem predicto domino Regi, secundum ordinationem testamenti clare memorie domine Beatricis, quondam regine Sicilie et comitisse predictorum comitatuum. Ac voluit et concessit dictus dns archiepiscopus, quod in isto sacramento fidelitatis intelligantur omnia illa capitula que in sacramento fidelitatis intelliguntur et continentur, ac si specialiter essent expressa. Hanc autem fidelitatem fecit dominus archiepiscopus antedictus, salvis privilegiis, concessionibus, donationibus et instrumentis, sibi et antecessoribus suis, et Arelatensi ecclesie jam concessis. Jamdictus vero dominus Rex, pro se suisque heredibus ac successoribus in comitatibus supradictis, recepit dictam fidelitatem, salvo jure ipsius domini Regis, heredum et successorum suorum, ita quod propter hoc non fiat prejudicium eidem dno Regi, et liberis suis. Et salvo quod si dictus archiepiscopus teneatur ad plura facienda, quod ad id similiter teneatur. De quibus omnibus et singulis, dictus archiepiscopus sibi fieri petiit publicum instrumentum, per me notarium infrascriptum. Actum fuit Avinione, in domo fratrum Predicatorum, anno, mense, die, indictione et pontificatu quibus supra, presentibus reverendo in Xpisto patre dno Ingerranno, Dei gratia archiepiscopo Capuano, regio consiliario et familiari domestico, et magnificis viris.... *(comme à l'hommage du même jour de l'évêque de Marseille, n° 444).*

Arch. des B.-du-Rh. B. 461, original parch.

1515 6 avril 1324.

Gasbert reçoit l'hommage de Guillaume de Montolieu.

1516 27 juillet 1324.

Hommage de René de Sabran pour Mondragon.

1517 27 septembre 1324.

Hommage du seigneur de Villeneuve-lez-Arles.

1518 11 avril 1325.

Lettre de Jean XXII ven. fratri Gasberto, archiepiscopo Arelat., camerario nostro, *lui commettant le soin de confirmer l'élection de Bérengère de* Corvo *comme abbesse du monastère des Clarisses d'Avignon.*

Voir la pièce à l'abb. des Clarisses d'Avignon.

1519 Avignon, 21 juin 1325.

Acquisition de Signe par Aimar, évêque de Marseille. Actum Avinion., in hospitio habit. dicti Massil. episcopi, coram dnis... Gasberto, Arelaten. archiepiscopo.

Arch. des B.-du-Rh. Ev. de Marseille, chartes 281-300 (Mars., n° 446).

1520 St-Ruf près Avignon, 18 juin 1326.

STATUTA EDITA IN CONSILIO PROVINCIALI PER ARELATEN., AQUEN., EBREDUNEN. ARCHIEPISCOPOS CELEBRATO.

Sequitur prohemium. — In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, videlicet anno Domini millesimo CCC°.XX°.VI°, die decima octava mensis junii, indictione nona, pontificatus sanctissimi patris domini nostri domini Johannis, divina providentia pape XXII. anno x°. Noverint universi quod reverendi in Christo patres Dei gratia domini Gasbertus Arelatensis, Jacobus Aquensis et Bertrandus Ebredunensis archiepiscopi, de infrascriptorum episcoporum suffraganeorum presentium, vicariorum ac procuratorum suffraganeorum, capitulorum et abbatum, suarum dyosesum et provinciarum, absentium, consilio et consensu ; videlicet dictus dominus Gasbertus Arelatensis archiepiscopus, cum venerabilibus in Christo patribus eadem gratia dominis Raymundo Vasionensi, Dragoneto Tricasterno, Othone Carpentoratensi, Gaufrido Cavallicensi, Ademaro Massiliensi, et Petro Tholonensi episcopis, ipsius suffraganeis ; et venerabilibus et discretis viris dominis Geraldo de Caupomulo, episcopatus Avinionensis in spiritualibus et temporalibus, ut dicitur, ac religioso Petro Guiraudi, priore Valriacii, Vasionensis

diocesis, domini Hugonis Auraycensis episcopi, absentis, vicariis generalibus, et cum Arelatensis, Avinionensis, Tricastrini, Vasionensis, Carpentoratensis, Cavallicensis, Massiliensis, Tholonensis, Auraycensis capitulorum procuratoribus, sufficienter comparentibus. Et dictus dominus Jacobus Aquensis archiepiscopus, cum Raymundo Sistaricensi, Bartholomeo Forojuliensi, Guillelmo Vapincensi, Raymundo Aptensi episcopis, ipsius suffraganeis, presentibus; et cum venerabili viro dno Raymundo Johannis, preposito Regensi, [pro se] et procuratorio nomine venerabilis patris domini Roncelini, Regensis episcopi, absentis, etiam cum Aquensis, Sistaricensis, Forojuliensis, Vapincensis, Aptensis, Regensis capitulorum procuratoribus, sufficienter comparentibus. Et dictus dns Bertrandus, Ebredunensis archiepiscopus, cum venerabili patre fratre Fulcone, Venciensi episcopo, presente, et cum venerabilium in Christo dominorum Gaufridi Gracensis, Rostagni Niciensis, G. Dignensis, B. Senecensis, et A. Glandatensis episcoporum, ipsius suffraganeorum, absentium, procuratoribus, sufficienter comparentibus ; necnon et cum Ebredunensis, Venciensis, Niciensis, Dignensis, Senecensis et Glandatensis capitulorum, ac Boscaudonensis et Sancti Poncii de Nicia monasteriorum abbatum procuratoribus, sufficienter comparentibus ; in loco seu [domo] monasterii Sancti Ruffi, prope Avinionem et diosesis Avinionensis, Arelatensis provincie supradicte, provinciale consilium celebrantes ; porrogata primo jurisdictione de locis ad locum, per dictos dominos Aquensem et Ebredunensem [archiepiscopos], et eorum suffraganeos ; consenciente dicto dno Arelatensi archiepiscopo, etiam episcopatus Avinionensis in spiritualibus et temporalibus generali vicario, et consencientibus procuratoribus supradictis. Ad honorem Dei, et gloriose Virginis matris sue, et omnium civium supernorum, ac morum reformationem, delictorum et excessuum correctionem, ac suarum animarum et subditorum suorum utilitatem, et ad statum ecclesiasticum salubrius observandum, statuta infrascripta, hoc sacro approbante consilio, [concorditer] ediderunt, quorum tenor sequitur hiis verbis.

I. *De missa beate Marie semel in ebdomada solemniter celebranda.* — In primis igitur statuimus, et communiter ordinamus, quod missa de beata Maria, additis collectis *Ecclesie tue* et *Deus a quo bona*, in die sabbati, si festum IX. lectionum non impediat, alioquin in alia vacante feria ipsius ebdomade, pro pace et tranquillitate, et bono statu ecclesie observando, ac inimicis ejus ad cor et ad penitentiam convertendis, solemniter in singulis ecclesiis celebretur. Et ut ad veniendum fideles ferventius inducantur, singulis ad missam venientibus, vere penitentibus et confessis, X. dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus.

II. *De indulgentia associantibus Corpus Christi, cum ad infirmos portatur, concessa.* — Si propter Christum reverentia sanctis ejus impendi precipitur, dignum est sacrum Corpus ejus coli veneratione precipua, quod utique in illius passionis memoriam consecratur. Statuimus igitur et jubemus quatenus sic singuli rectores, priores et vicarii ecclesiarum provinciarum nostrarum, civitatum et diocesum, parrochianos suos salutaribus monitis inducere studeant, ut sanctissimum Corpus dominicum, dum presbiter ipsum portans[1] in viaticum ministrandum egroto, reverenter associent, ac etiam luminarium exhibitione decenter honorent ; illis qui associabunt de nocte, vel de die, sine luminaribus, decem, qui vero cum luminaribus vel luminaria etiam mittent per alium, de die XX^ti^, de nocte XXX^ta^ dierum indulgentiam, ex concessione nostra, dum tamen vere penitentes ac confessi fuerint, habituris.

III. *De indulgentia concessa devote intercedentibus apud Deum, pro domino papa, et ejus regimine prosperando.* — Item, cum secundum sacre Scripture testimonium, « multum valeat deprecatio justi assidua », eo quod « oculi Domini super justos, et aures ejus ad preces eorum », ut Psalmista testatur ; pia deliberatione presentis consilii duximus concedendum, quod quicumque Christianus fidelis, vere penitens et confessus, nostrarum provinciarum, civitatum et diocesum, devotas orationes infundere, et pia vota emittere curaverit, presertim in missarum solemniis, ante divine majestatis conspectum, a quo cuncta bona procedunt, ut per suam [in]effabilem misericordiam, sanctissimum patrem et dominum, dominum nostrum papam regere, et in sue pacis gratia conservare et custodire, fidemque catholicam toto orbe terrarum, multiplicare dignetur ; videlicet, quilibet nostrum episcoporum, per totam suam civitatem et diocesim, de injunctis sibi penitentiis, XL. dies misericorditer relaxamus.

IV. *De indulgentia concessa fidelibus, qui audito nomine Jesu, devotius se inclinant.* — Cum felicis recordationis dns Gregorius papa X, per sacrum constitutionis oraculum, quoslibet Christiani nominis caractere insignitos invitaverit, ut nomen istud quod est super omne nomen, a quo « non est sub celo aliud datum hominibus », nomen videlicet Jesu Christi, exhibitione reverentie specialis attollerent, et precipue, dum aguntur sacra misteria, illud quandocunque recolitur, veneratione dignum, devota capitis inclinatione, monstrarent. Nos, de nostrorum subditorum salute solliciti, volumus ut singuli rectores ecclesiarum, et vicarii, nostrarum provinciarum et diocesum, ad hoc ipsum faciendum, plebes sibi subjectas moneant efficaciter et inducant. Et ut illud libentius faciant quo uberioris retributionis premium exinde senserint proventurum, nos singulis in illius gloriosi nominis memoria se inclinantibus reverenter, utique vere penitentibus et confessis, decem dierum concedimus indulgentiam, [quoties], ut prefertur, id fecerint valituram.

V. *De claudendis fontibus baptismalibus, ne quid in eis sordidum immittatur.* — Sacri fontes, in quibus originale aboletur culpe contagium, per baptismalis aque visibile sacramentum, coli debent digno venerationis honore, ut nec indevotis contrectationibus pateant, nec extrinsecus advenientium inquinamento sordescant. Statuimus igitur ut singuli parrochialium ecclesiarum rectores, nostrarum civitatum et diocesum, in quibus sunt fundati fontes hujusmodi, eos infra instans festum Nativitatis dominice, sic claudi cum clavibus faciant et aptari, quod nullus sordidus ad illos ingressus immineat, poscior quia[2] reverentia illius quod inibi traditur sacramenti successit ; V. solidorum pena quibuslibet feriendis, qui

1. *Lire, d'après le Concile de 1337*, portat. — 2. *Lire* potiorque.

hoc contempserint agere, in opus ecclesie, vel pios usus alios ad nostrum arbitrium, cedendorum.

VI. *De sententia excommunicationis ab ordinario lata, exigente excommunicati inobedientia, per prelatos vel alios publicanda.* — Item statuimus quod, ex quo, per propriam civitatem et diocesim, lata per prelatum aliquem excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententia competenti tempore fuerit divulgata, et ibidem, exigente rebellium et inobedientium duritia, per x. dies extiterit solemniter aggravata, ex tunc, requisito tamen proprio metropolitano publice aggravatam publicante, seu publicari faciente dictam sententiam, licitum sit eidem prelato, hujusmodi auctoritate consilii, ceteros episcopos et prelatos requirere, ut ipsius sententias, quarum tenorem et causam declaret in scriptis, in suis districtibus servent, et faciant observari, publicent et faciant diebus ad hoc congruentibus publicari.

VII. *Qualiter contra illos qui excommunicationis sententiam contemnentes, exemplo pernicioso peragunt, procedatur.* — Ceterum, abominabilis, proh dolor ! sicut ad nostrum, tam de longinquo quam e vicinio, pervenit auditum, in quibusdam partibus inolere cepit abusio. Nam aliqui filii Belial, qui nec Deum timent, nec homines reverentur, iniquitatem bibunt ut aquam ; qui dum sententias vilipendunt, dum medicinam, que fuerat ad salutem, rejiciunt, mortis incurrunt periculum, et ad interitum sue perversitatis exemplo nonnunquam inducunt alios et seducunt. Isti quidem, in Dei obprobrium, in contemptum promulgatoris, et sententie promulgate neglectum, non minus viliter quam damnabiliter procedere, ymo verius execrabiliter excedere non formidant, utpote dum adulterinum presbiteri vel prelati consurgentes officium, et interdictum sibi usurpantes ministerium, excommunicationem, ymo verius execrationem, versa sed perversa vice, in excommunicatores, seu denunciatores suos, simulare presumunt, accensos palearum fasciculos, aut candelas de cepo, seu carbones, aut titiones ardentes, in patellis, conchiis, aut sarthaginibus, vel similibus, vituperabiliter extinguendo. Cum igitur talia, et hiis similia, in Dei vergant obprobrium, et ecclesiastice discipline redundent contemptum ; statuimus, et sub pena excommunicationis districtius inhibemus, ne quis clericus, vel laycus, cujuscumque ordinis, dignitatis, conditionis, vel status existat, rem tante perniciei de cetero, per se vel alium, aut pro se vel alio, attentare presumat. Qui vero hujusmodi saluberrimi statuti transgressor extiterit, et infra triduum exinde emendam competentem non exhibuerit, ex tunc se sentiat excommunicationis vinculo innodatum. Locus autem ubi hec, vel similia, domino loci sciente, seu mandante, vel ratum habente, vel postquam requisitus fuerit, vel ejus locum tenens, infra decem dies corrigere negligente, presumpta fuerint, ecclesiastico tamdiu sit et remaneat suppositus interdicto, donec [ad] mandatum ecclesie quam delinquens offendit, et prelato quem irreverenter despexit, sufficiens et idonea satisfactio, et realis emenda, prestita fueri(n)t ; quam, cum in talibus non sit relaxanda vindicta, offensus prelatus minime remittere valeat ullo casu. Eisdem penis subjacere volumus illos et illas, qui vel que talia fieri mandaverunt, vel aliter opem, vel operam, aut consilium prebuerunt ; si rem tamen tam detestabilem prodire contingerit detestabiliter et in effectum. Addito quod eorum posteri, usque ad secundam generationem, in clericorum collegium nullatenus admittantur, nisi prius per metropolitanum cum uno suffraganeo misericorditer cum ipsis fuerit super [hoc] dispensatum. Si vero clericus beneficiatus, vel [in] dignitate, vel personatu, vel officio constitutus, taliter excesserit, ultra penam layco inflictam, beneficio, si quod in nostris provinciis obtinet, sit ipso facto presentis auctoritate consilii, privatus. Non beneficiatus autem ad obtinendum beneficium sit ex tunc inhabilis et indignus.

VIII. *Ne ecclesiastice persone titulum jurisdictionis quam pacifice possederunt, secularibus ostendere teneantur.* — Item, quod seculares domini, cujuscumque conditionis existant, vel bajuli, seu baylivi, seu officiales eorum, qui prelatos seu ecclesiarum rectores aggravant, [cogentes] ostendere quare merum vel mixtum imperium, aut justicias altas, medias, vel minores, tenent, licet tenuerint multis annis, et si coram eis hec non probent, usurpare, accipere, et sibi applicare, sine alia cause cognitione, motu proprio non verentur ; si a talibus excessibus desistere moniti neglexerint, et ad usurpandum, sine aliqua rationabili causa processerint, tam ipsi, quam illi qui eis in hac parte obedient, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto.

IX. *Ut persona ecclesiastica per nullum judicem temporalem [in] criminalibus aut personalibus distringatur.* — Item, ut nullus dominus temporalis, vel judex, seu delegatus ejusdem, cujuscumque conditionis, dignitatis, vel status existat, clericum, vel personam ecclesiasticam, vel religiosam, coram se, super criminalibus, vel personalibus, citet vel citari faciat, seu quoquo modo distringat. Quod si fecerit, et in hoc perstiterit, et infra octo dies non se correxerit, et quod incaute presumpserit, non relaxaverit, ex tunc sententiam excommunicationis incurrat.

X. *Nec clericus contra clericum ad judicem secularem, vel ad alium laycum, pro facienda justitia, vel inferenda violentia, non recurrat.* — Item, prohibemus statuendo et statuimus prohibendo, ut nulla persona ecclesiastica, de clerico, vel ecclesiastica persona qualicumque conquerens, super spiritualibus, vel ecclesiasticis, aut criminalibus, vel personalibus quibuscumque, recurrat ad curiam, vel principem, aut dominum alium secularem, vel laycum quantumcumque, super justitia facienda, vel violentia clerico, in persona vel rebus ad eum pertinentibus, inferenda ; nec cum ipso, vel ipsis, super eisdem, sine conscientia prelati, vel officialis sui, pactum quoquo modo inire presumat, nec factum observet. Alioquin, querelam exponens, vel denunciationem faciens, et in eis persistens, vel patiens et pactum observans, a jure suo, eo ipso, cadat, nulla alia super hoc expectata sententia. Et donec super eo, ad arbitrium prelati satisfecerit, omni beneficio ecclesiastico, quod obtinet, noverit se suspensum, et ad obtinendum indignum.

XI. *Provisio contra illos qui bona ecclesiarum et jura, et ecclesiasticarum personarum, subtrahunt, diminuunt, dissipant et invadunt.* — Cum aliqui suis finibus non contenti, passim aliena diripiunt, et ecclesiasticas libertates infringere non verentur ; approbante presenti consilio, statuimus, quod quelibet persona secularis, aut

ecclesiastica, nobilis aut alia, cujuscumque preeminentie, dignitatis, officii, conditionis aut status fuerit, que ecclesias vel capellas, seu earum cimiteria, hospitalia, reclus[or]ia, domos, possessiones, loca, villas, castra, census, tascas, trezena, laudimia, vintena, leudas, pedagia, molendina, piscarias, sive reclausas, jurisdictionem, seu alia quecumque jura, seu etiam eorum homines, seu familias, animalia, aut bona alia quecumque, quelibet, mobilia seu immobilia, que quidem mobilia valorem x. solidorum monete currentis excedant, sive domos religiosas, aut hospitalia, vel reclus[ori]a, seu leprosias, quomodolibet invadere, capere, occupare, detinere, pignorare, seu gajare, per se vel alium, vel inquietare quomodolibet, seu turbare ; necnon et qui contra ecclesias, sive capellas, aut clericos, sive personas ecclesiasticas, sive eorum homines, loca, villas vel castra, seu mansiones ; aut contra libertates ecclesiasticas, vel domos religiosas, aut hospitalia, sive reclus[ori]a, vel leprosias, quomodolibet ledere, vel facere quevis statuta, vel banna, seu preconizationes, aut novitatem quascumque ; sive cuilibet ex predictis, directe vel indirecte, violentias aut molestias irrogare, seu eis super bonis quibuslibet, ecclesiasticis seu patrimonialibus, questas, aut tallias, angarias sive perangarias, aut necessitates quaslibet, aliqualiter imponere vel inferre ; sive domos ecclesiarum, vel clericorum, sive personarum ecclesiasticarum, occasione quacumque ferrare sive plancare, seu eorum bona quecumque bannire, seu etiam vias aliquas ubilibet adinvenire [vel] facere, per quas ecclesie, vel earum ville, castra, vel loca, in pedagiis sive leudis, aut in quibuslibet aliis juribus, possint in aliquibus diminui, vel etiam pejorari ; sive itinera, aut vias, vel stratas publicas aut privatas, infra limites, sive territoria, vel districtus, locorum, vel villarum, sive castrorum ecclesiastice jurisdictionis auferre, vel sibi quomodolibet appropriare, attribuere, seu etiam applicare, vel terminos eorum artare presumpserit, seu attentaverit, per suam potentiam aut violentiam, sive malitiam, nisi infra sex dies super hiis, a die captionis, sive invasionis, attentationis, turbationis, seu inquietationis, sive presumptionis hujusmodi, per emendam, seu per revocationem debitam, seu alias, ut res exegerit, plene satisfecerit, excommunicationis subjaceat ipso facto. Quam siquidem excommunicationis sententiam, cum de premissis, seu eorum aliquibus, cuilibet ordinario, vel ejus officiali, summarie constiterit et de plano, ex mero officio, et sine strepitu judicii et figura, volumus, et statuendo mandamus, executioni debite per ipsum quemlibet ordinarium, seu officialem ipsius certificatum, de plano mandari per universas ecclesias nostrarum provinciarum, civitatum, et dyocesum, sicut viderit plenius expedire. Super quo, tam in genere quam etiam contra quascumque personas singulariter nominandas, plenam habeat facultatem, et insuper etiam ad gravandam hujusmodi sententiam, prout ei videbitur expedire. Et si dominus, vel rector, civitatis, castri, ville vel loci alicujus, aut officialis ejus, in predictis vel aliquo predictorum culpabilis fuerit, et per sex [dies] in excommunicatione perstiterit, civitas, castrum, vel locus, vel villa hujusmodi, ecclesiastico subjaceat interdicto. Si vero universitas delinquerit in predictis, illi qui universitatem, vel singulares personas ad id induxerint, commoverint, vel defenderint, et singuli qui in aliquo premissorum culpabiles fuerint, post sex dies, ipso facto excommunicationem incurrant ; universitas vero, nisi infra x. dies emendam fecerit competentem, ecclesiastico subjaceat interdicto. Si vero predicta injuria per alium quemlibet illata fuerit, et dominus, vel rector, aut officialis, infra cujus jurisdictionem injuria predicta fuerit irrogata, requisitus per ordinarium, seu vicarium, vel officialem ejusdem, vel locumtenentem, vel vicegerentem, aut etiam delegatum, infra x. dies, satisfactionem vel emendam fieri non fecerit competentem, excommunicationem se noverit incurrisse ; quam, si per x. dies sustinuerit, terra cui prefuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto.

XII. *Provisio contra illos qui bona ecclesiastica invaserunt, vel quomodolibet occuparunt.* — Item, statuimus, et etiam ordinamus, quod quecumque persona, cujuscumque gradus, dignitatis, status vel conditionis existat, que bona quecumque, sive jura, ad ecclesias, vel ecclesiasticas personas, quomodolibet pertinentia, detinet occupata, vel que in prejudicium ecclesiarum, vel ecclesiasticarum personarum, et jurium earumdem, aliquas fecerit indebitas novitates, plene restituat, et cum effectu revocet, et satisfactionem faciat infra mensem, postquam fuerit [requisita] ; quod nisi fecerit, excommunicationis sententie se noverit subjacere. Et si universitas, vel dominus, seu rector, aut officialis, in predictis culpabiles [fuerint], universitas ipsa, et locus hujusmodi, ubi predicta, vel aliquod predictorum, commissa fuerint, si sub ejus dominio fuerit, alioquin locus suus, ubi habuerit suum domicilium principale, ecclesiastico subjaceat interdicto. Universitatem autem sufficienter requisitam, quoad presens propositum, reputamus, cum dominus, vel officialis, qui ibi prefuerit, nominatim expressa injuria, ut eam revocari faciat, fuerit requisitus ; vel cum per III. dies dominicos publice, dum celebrantur divina misteria, per sacerdotem parochialem, vel ejus locumtenentem, de mandato ordinarii, vel officialis ejusdem, significatum fuerit quod de injuria, novitate, et damnis nominatim exprimendis satisfaciat competenter.

XIII. *Ne quis in loco suo retineat bona ecclesiarum alibi indebite ablata.* — Item, loca ad que bona ecclesiarum, vel ecclesiasticarum personarum, per violentiam manifestam, seu notoriam injuriam, sine [causa] probabili, ablata, occupata, seu arrestata, devenerint, post x. dies ex quo significatum fuerit locorum domino, vel rectori, interdicta permaneant, quamdiu bona hujusmodi ibi fuerint, et competens non exhibeatur emenda.

XIV. *Ut secularis potestas clericum per ipsum captum cito restituat, nichil exigens ab eodem.* — Item, quia privilegium meretur amittere qui permissa abutitur potestate ; attendentes quod nonnulli temporales domini, vicarii, et alii secularium curiarum officiales, obtentu, seu occasione aliquarum licentiarum, ex causa eis, ad certum tempus, vel simpliciter, vel ad certas personas, ab archiepiscopis vel episcopis concessarum, hac occasione, prout comperimus, manus temerarias ad capiendos clericos passim [et] indifferenter, aliasque personas ecclesiasticas, incurialiter, et eo modo quo possunt turpius, ad majorem confusionem ecclesie atque cleri,

extendere non verentur ; quin ymo ipsos suis mancipant carceribus, ac ibidem eos nonnunquam radi faciunt totaliter, ut palliare possint excessus suos, et illos confingere clericos non fuisse, vel non esse in possessionem clericatus, seu quasi, in suarum periculum animarum, et enervationem ecclesiastice libertatis. Prohibemus ne a quocumque talia, vel similia, de cetero attententur ; revocantes ex nunc licentias sub quacumque forma verborum, super hujusmodi captionibus vel detentionibus, generaliter vel specialiter, per litteras, vel oraculo vive vocis, vel alias quomodolibet faciendis [concessas. Alioquin contrarium facientes], cujuscumque status, conditionis vel dignitatis existant, sive sint layci, sive ecclesiastice persone, regulares vel etiam seculares, hanc nostram excommunicationis sententiam, quam in hiis scriptis presentibus ferimus, incurrere volumus ipso facto. Nisi forte in eo dumtaxat casu, cum scilicet eos adhuc flagrante crimine, capi contingerit, antequam ad alios extraneos actus divertant, recta via eos ad curiam ecclesiasticam duxerint, et ei restituerint sine fraude. Si vero de nocte tales ceperint, debeant ultro in crastinum, sine retentione bonorum suorum, et lesione personarum, sine requisitione alia, reddere eos ecclesie supradicte. Nec eis liceat [aliquod] a captis hujusmodi, dono vel gratia, sub colore aliquo extorquere, vel recipere gratis data. Quod si in castris, vel villis, captio hujusmodi contingat, adducant ipsos ad ecclesiasticam curiam ; vel transmittantur quam citius, sub fida custodia, in expensis ipsius curie moderatis. Quod si secus egerint, vel in fraudem super hoc attentaverint aliquid, eadem sententia involvantur. Et si clericum de loco ad locum mutaverint, omnia illa loca tamdiu remaneant interdicta, donec clericum captum, cum armis, et aliis omnibus rebus suis, dyocesano restituerint, et de injuria irrogata, ad arbitrium dyocesani, satisfecerint, et ipsa sententia per ipsum fuerit relaxata.

XV. *Porrogatio jurisdictionum in invasores, et occupatores bonorum ecclesiarum, et jurium earumdem.* — Item, cuilibet ordinario infra cujus jurisdictionem fuerit injuria, vel violentia, ecclesiis sive ecclesiasticis personis, aut rebus, vel earum juribus irrogata, seu earum possessio, vel quasi, turbata, vel indebite occupata ; contra ipsos injuriantes, vel perturbantes, seu in premissis, vel eorum aliquo, quomodolibet declinantes, ac in prestantes consilium, auxilium, vel favorem, cujuscumque status, dignitatis, seu gradus existant, procedendi summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu judicii et figura, citandi, informationes recipiendi, inquisitiones faciendi, diffiniendi, declarandi [et] omnem jurisdictionem ecclesiasticam exercendi, infra nostras provincias, civitates et dioceses, plenam et expressam, auctoritate presentis consilii, nos omnes archiepiscopi, et episcopi, et procuratores episcoporum absentium, habentes ad hoc mandata sufficientia, concedimus potestatem. Nec objici valeat contra tales processus, quod extra jus dixerit sic procedens ; quia quoad premissa et quodlibet premissorum, jurisdictionem nostram, et nostrum cujuslibet, vicissim inter nos porrogamus, vices nostras nobis ad invicem, ac dictarum provinciarum, civitatum, et dyocesum singulis officialibus, et locatenentibus, presentibus et futuris, in solidum committentes ; universis nostris subditis injungentes ut, in premissis, ordinario, et ejus officiali, seu locumtenenti, sic procedenti, pareant et intendant ; quod nisi fecerint, possit procedens, per censuram ecclesiasticam, animadvertere in eosdem. Et nichilominus, si nos archiepiscopi, vel episcopi, per sic procedentem requisiti, pretermiserimus suas in hac parte requisitiones aliquatenus exaudire, aut id super quo requisiti fuerimus, non curaverimus perducere ad effectum ; sic non exaudiens, nec ad effectum perducens, eo ipso facto, per unum mensem, auctoritate presentis consilii, a pontificalibus sit suspensus : presenti statuto post decennium minime valituro. Ita tamen quod per hoc, si procedenti in aliena civitate, vel dyocesi, nullum jus aut jurisdictio in posterum, ex longinquitate temporis, vel alias, post decennium, acquiratur.

XVI. *Ut excommunicati ad nullum publicum officium admittantur.* — Item, statuimus quod excommunicati in judices, consules vel rectores, baylivos, potestates, assensores, vel nota[rios], vel ad alia quevis publica officia, nullatenus assumantur, nec etiam admittantur ; et [si] de facto admissi fuerint, sententia per eos, vel eorum auctoritate, lata, aut quicumque processus per eos, [vel eorum] auctoritate, in judicio vel extra, habiti, et juramenta coram eis facta, nulla et nulli sint ipso jure. Et nichilominus quicumque, cujuscumque dignitatis, status aut conditionis existant, si tales excommunicatos ad aliquod predictorum officiorum scienter assumpseri[n]t, vel assumptos per alios approbaverint, vel confirmaverint, excommunicationis incurrant sententiam. Et si requisiti per ordinarium, vel alium ejus nomine, hujusmodi excommunicatos, infra decem dies a tempore requisitionis, a predictis officiis sic assumptos non amoverint cum effectu, loca illa in quibus ad aliquod officiorum predictorum assumpti fuerint, sint et remaneant tamdiu ecclesiastico subposita interdicto, donec sic excommunicati a susceptis officiis totaliter, et sine fraude, et sine aliqua restitutionis spe, quamdiu in excommunicatione perstiterint, sint amoti. Universitas autem civitatis, castri vel ville, que excommunicatos, et in ecclesia publice nunciatos, ad aliquod predictorum officiorum assumpserit, vel elegerit, nisi eis hoc liceret, ecclesiastico etiam sit subposita interdicto.

XVII. *Ut nullus, sine superioris licentia, alicui quodlibet ministret toxicum, vel alia venenosa.* — Item, statuimus, et sub pena excommunicationis districtius inhibemus, ne quis ypothecariorum, vel quis alius, cujuscumque conditionis, vel sexus existat, toxicum vendat, nec donet, nec alio modo ministret alicui, vel alia venenosa, nisi prius significet curie ordinarii, ut sciri possit suis temporibus, si casus toxicationis contingeret, quis fuerit emptor ille, vel alius qualiscumque ; idque ypothecarius quilibet, ad hoc servandum, juramento coram suo superiori corporaliter prestito, pro se et sua familia, specialiter astringatur. Aliter autem dantes et vendentes, et [ad] homicidium perpetrandum recipientes quomodolibet vel ementes, et ad hoc, consilium vel consensum, tacite vel expresse, prestantes, excommunicationi subjaceant, ad sedem apostolicam, pro absolutionis beneficio, remittendi ; et alias, sicut justum videbitur, puniendi.

XVIII. *De penis toxicum vel herbas mortiferas, in mor-*

tem alterius ministrantibus, inferendis. — Item, quod quicumque alium toxicare, aut opem ad hoc vel consilium dare, vel [in] necem alterius toxicum aptare, vel vendere, aut aliter ministrare presumpserit, vel herbas mortiferas, in mortem vel abortivum cujuscumque, dederit, eo ipso excommunicationem incurrat, a qua non nisi per sedem apostolicam absolvatur. Et si clericus beneficiatus sit, illo sit privatus beneficio, ipso facto, et ab ordine quem susceperat degradetur, tradendus curie seculari. Sed et tali, vel simili suspicione probabili, infamatus, et ex similibus presumptionibus, et perspicuis indiciis, apud bonos et graves notatus, ad honorem vel dignitatem aliquam nullatenus admittatur. Et nichilominus ad detentionem persone honestam, prout requiret persone status, et sceleris immanitas suadebit, ad eruendam veritatis certitudinem, sicut superioris discretioni visum fuerit, procedatur.

XIX. *Qualiter [contra] exemptos et privilegiatos in diversis abutentes suis privilegiis, procedatur.* — Item, dolentes referimus, quod nonnulli religiosi, scilicet Hospitalarii, Sistarcienses, et alii tam privilegiati quam exempti, de privilegiorum sibi forte, aut ordini suo, indultorum prerogativa temere confidentes, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias, ab ordinariis vel officialibus ipsorum, rationabiliter promulgatas, observare non curant; quin ymo, in contemptum clavium, excommunicatos, suspensos et interdictos hujusmodi ad divina recipiunt, aut interdum in donatos et confratres, contra mentem consilii Lateranensis, admittunt, receptatorum in hac parte genus pessimum imitantes, sine quibus delinquentes, in hiis et similibus, diu forsitan non laterent. Sed nec hiis contenti, domos conventuales alterius ordinis quam sui, eisdem ordinibus[1] lege dyocesana subjectas, et a sui fundatione, jurisdictioni [prelatorum], salva regula, seu ordinis sui disciplina, subpositas, tam prenominati quam ceteri religiosi, etiam non exempti nec privilegiati, vendicare sibi, et prelatis quasi furtim, succedere[2] postmodum violentia, subtrahere moliuntur; sicque de suis indulgentiis, seu privilegiis, confidentes, alios fidentius in jure suo molestant; ita quod auctoritate, ymo temeritate propria, nunc in vestimentis ovium venientes, nunc seculari fulti potentia, violentiam per se vel alium inferentes, possessiones, et quasi, domorum hujusmodi, ac rerum et jurium ad eas spectantium, occupare, cum armis aliquotiens, invadere non verentur, et occupata tenere contendunt, in prelatorum prejudicium, plurimorum scandalum, et enormem nichilominus illius ordinis cujus erant et beneficio[3], et cui ab antiquo subesse consueverant, lesionem. Cum igitur tales, et tam enormiter excedentes, et notorie delinquentes, receptatoribus [non] impares ac improbis raptoribus nequiores, providemus[4] ut alios jura censeant puniendos; nos, tutius ut possumus, et a jure nobis permittitur, et maxime si de privilegiis suis non velint copiam facere requisiti; volentes ubi sibi indulta privilegia non defendunt, correctionis et reformationis officium exercere, ac effrenatam ambientium cupidinem reprimere cupientes; statuimus et concorditer ordinamus, ut tales et similes, in premissis et similiter[5], tam enormiter delinquentes, et tam notoria excedentes, nisi destiterint, et saniori ducti consilio, congruenter, infra dies VIII. ex quo fuerint requisiti, revocare, seu emendare distulerint, una cum illis qui ad eos sic ligati reduxerint, et eis [qui] per translationem hujusmodi, attentaverint ex inde monasteria, vel domos conventuales, res et jura hujusmodi, occupare, seu invadere, cum armis vel sine armis, presumpserint, nec non et omnes qui eis ad hoc opem vel operam prestiterint, aut, ut sic occupata detineant, consilium vel juvamen prebuerint, excommunicationi subjaceant ipso facto. Sed etiam cum ipsis prelatis non deferant, sed potius [vilipendant] eosdem, prelati e contra, quamdiu sic steterint, et [ausu] temerario eis, vel officialibus eorum, in premissis restiterint, in [privilegiis], vel aliis juribus suis, tueri eos, vel defendere, minime teneantur. Dignum enim est, ut « qua mensura mensi fuerint, eadem rementiatur et eis »; ut ignorantes ignorari, et contemnentes sentiant se contemni. Qua enim fronte prelatorum invocabunt auxilium, qui committere non formidant in ipsos? Statuimus insuper, et precipimus, et communiter ordinamus, ut singulares persone, tam suimet quam ipsius conventus, mixtam translationem talem fieri procurantes, ab illius domus seu conventus consortio, penitus et in perpetuum excludantur, vitam suam alibi, sub arcta penitentia, sui superioris arbitrio, finiture. Circa translationem autem singularium personarum, ad majorem forte regulam [se] transferre cupientium, nil super hoc intendimus, extra formam a jure traditam, immutare.

XX. *Ut presbiteri testamentis parochianorum intersint, et per ipsos distribuantur restitutiones incerte.* — Item, ne relicte in testamentis, vel aliis ultimis voluntatibus, emende, ad pias causas elemosine, vel restitutiones, certe vel incerte, forsitan occultentur, statuimus, ut presbiteri parrochiales interesse rogentur ordinationi testantis, si haberi poterit, aut quod notarius infra VIII. dies a die obitus numerandos, prelato, vel officiali, vel presbitero parrochiali, copiam illius articuli, ubi quevis elemosina que piis est usibus deputata, vel emenda, vel restitutio facienda, sub pena excommunicationis, quam ipso facto, si negaret, incurrat, facere fideliter teneatur. Et ille, vel illi, sic cum heredibus, [vel] executoribus testatoris, ordinare festinent quod emende non occultentur, et elemosine sic relicte, vel restitutiones hujusmodi, non pereant, ad tempus magnum vel modicum, aut forte perpetuo faciende. Adicientes quod incerte restitutiones nulli per aliquem executorum testamenti, vel alium, nisi per dyocesani licentiam prebeantur; nec aliquis distribuere presumat alibi quam nec[1] prelatus duxerit ordinandum, etiamsi a testatore dictum esset. Ad hoc adicimus quod presbiteri in sinodos venientes, prelato suo, vel officiali ejus, in scriptis, testatorum et executorum nomina, et quantitatem hujusmodi, presentare, in virtute obedientie, teneantur.

XXI. *Quod episcopi in distributionibus legatorum vocentur, prout ad eos pertinet, et de consuetudine vel de jure.* — Cum in eo cujus rationabiliter interesse tangitur, ejus vocatio debita requiratur, volumus et inhibemus quod in distributionibus legatorum, quorum divisioni, seu executioni, habent interesse episcopi, de consuetudine

1. *Lire* ordinariis. — 2. *Lire* succedente. — 3. *Lire* erant ab initio. — 4. *Lire* perinde. — 5. *Lire* similibus.

1. *Lire* ubi.

vel de jure, vocari debeant episcopi, seu locatenentes ipsorum ; quibus equidem non vocatis, nulla presumatur fieri distributio de legatis ; et si facta fuerit, heredi, vel successori, vel illi a quo[1] relictum est, nulla ex tali distributione, liberatio acquiratur.

XXII. *Ut nullus confessor, sine diocesani licentia, quemquam presumat absolvere in casibus infrascriptis.* — Item, quod nullus, cujuscumque ordinis, vel religionis, seu conditionis, existat, confitentes, in cujuscumque civitate, vel diocesi, preter specialem vel generalem licentiam ipsius diocesani, de facto quemquam absolvere, vel ligare presumat in casibus diocesani, a jure, consuetudine, vel statuto provinciali, vel sinodali, reservatis. Casus autem sunt hii : In excommunicato a canone. In incendiario. In blasphemio famoso. In votis relaxandis vel commutandis. In hiis que consueta sunt in diocesi episcopo reservari, utpote in oppressione puerorum. In homicidiis. In sacrilegiis, ultra decem solidos. In violatoribus ecclesiarum. In violatoribus ecclesiastice libertatis et immunitatis. In incestu cum consanguineis et affinibus, in ascendentibus et descendentibus, in infinitum, et in collateralibus, usque ad secundum gradum inclusive. In carnali cognitione sanctimonialis, aut defloratione virginis violenta. In illis qui in ecclesia luxuriam commiserint per carnalem copulam consummatam. In restitutionibus incertis, ultra XX. solidos, in una persona. In clandestine contrahentibus. In eo qui consuetus est pravitatem usurariam exercere. In falso teste. In falsario litterarum vel instrumentorum, vel subtrahente aliena instrumenta, seu delente. In falsario monete. In impediente legatum sedis apostolice. In proditore domini, vel patrie. In heresis sectatore. In supponente partum, vel necante, vel abortivum, sibi vel alii, procurante. In muliere que ab alio quam a marito suo concepit infantem, quem maritus suus extimat esse suum, propter quem legitimi defraudantur hereditate paterna. In intoxicatore, vel aliud mortiferum procurante, vel ministrante, vel opem aut consilium adhibente. In coehunte cum Judea, vel Sarracena, vel bruto, vel e contra. In sortilegiis ad quos communiter recurritur pro sortilegiis faciendis. In hiis qui Corpore Christi, vel Oleo sancto, vel Chrismate abutuntur. In depopulatoribus agrorum, vinearum, vel arborum. In excommunicatis qui scienter se ingerunt divinis, et commoniti nolunt ecclesiam exire, divinum officium perturbantes. In hiis qui scienter excommunicatorum corpora recipiunt ad ecclesiasticam sepulturam, vel ea sepeliunt contra parrochialis presbiteri voluntatem. In illis qui scienter celebrant in ecclesia interdicta, quibus a jure non est vel privilegio concessum ; cum ex hoc reconcilianda sit [ecclesia] supradicta.

XXIII. *Ut nullus, occasione cessionis sibi facte, coram extraordinario judice quemquam audeat convenire.* — Item, quod nulla persona, clericus vel ecclesiastica, ex causa, vel occasione, vel ratione donationis, vel cessionis sibi facte, vel de cetero faciende, quemquam coram extraordinario judice audeat convenire. Si secus fecerit, excommunicationis [sententiam] incurrat, ipso facto.

XXIV. *Ut nullus bona ecclesiarum vacantium occupet, nisi sibi, per privilegium vel consuetudinem, hoc liceret.* — Item, quod [nullus] omnino prelatus, abbas, prior, vel patronus, clericus vel laycus, cujuscumque conditionis, status vel dignitatis, ordinis vel religionis, existat, bona ecclesiarum vacantium, metropolitane vel suffraganee, et prioratus vel abbatie, vel alterius ordinis cujuscumque monasterii, vel ecclesie, per promotionem, aut mortem, vel resignationem, aut mutationem, vel absolutionem, aut alio quocumque modo vacantis, capere, per se vel per alium, aut occupare, vel usurpare presumpserit, nisi sibi per privilegium, vel consuetudinem, hoc liceret. Quod si fecerit, tam ipse quam gratis obedientes ei aliqualiter in hac [parte], excommunicationis incurrat sententiam, ipso facto.

XXV. *Ut nulla persona ecclesiastica cum potestatibus secularibus, posse habentibus, det consilium vel juvamen, contra ecclesiasticas libertates.* — Item, quod quelibet persone ecclesiastice, secularium forte principum curias et consilia frequentantes, majores, vel minores, vel medie, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, vel status, existant, si scienter, contra Deum et justitiam, et ecclesiasticam libertatem, in prejudicium alicujus ecclesie vel prelati, seu rectoris ecclesiastici, consilium, vel favorem, aut juvamen aliquod ecclesiastice libertati contra jus[1] dederint, vel procuraverint, excommunicationis incurrant sententiam, ipso facto ; a qua, non nisi emendato damno, seu alio dispendio, citra sedem apostolicam absolvantur.

XXVI. *Ut nullus in sacris constitutus, vel curam animarum habens, in judiciis secularium curiarum, gerat officium publicum, vel privatum.* — Item, quod nullus clericus, habens curam animarum, vel in sacris ordinibus constitutus, possit esse de cetero in judicio, sive causis, in curia secularium, procurator, sindicus, vel actor, vel judex etiam, aut baylivus, in exercenda jurisdictione domini temporalis, pro aliquo layco. Quod si monitus, infra mensem non destiterit, ex tunc talis, si beneficiatus fuerit, beneficiis suis hujusmodi, auctoritate presentis consilii, suspendatur ; non beneficiatus vero a liminibus ecclesie arceatur.

XXVII. [*De*] *modo probandi electionem sepulture illorum qui apud religiosos elegisse dicuntur.* — Item, statuimus ne quis illorum funera defunctorum, quos fratres Predicatorum et Minorum apud se sepulturam elegisse probaverint, deferri ad domos et ad ecclesias eorum impediat ; salvo tamen jure portandi funus ad matricem ecclesiam ex consuetudine laudabili hactenus observata. Nec circa predicta, injuriam fratribus aut [funeri], omittendo solitam pulsationem campanarum, vel aliter, inferre presumat. Super hac autem probatione, volumus summarie et de plano, sine sumptibus et scriptura quacumque, per exhibitionem ordinationis testantis, aut productione testium coram parrochiali ecclesie rectoris[2], si tamen potuerit et voluerit interesse. Quo absente utique, vel nolente, coram officiali, vel locumtenente ipsius, si funus in civitate fuerit, hoc probari sufficiat, vel coram personis publicis et honestis, si hoc extra fortasse contingat. Aliter equidem, ubi erunt funera, ea de domo extrahi prohibemus ; incursuris excommunicationis sententiam, ipso facto, quibuscumque contra tenorem hujusmodi constitutionis extrahendi de domo funera, aut facientibus, procurantibus, seu permittentibus

1. *Lire* cui.

1. *Lire* contrarium ? — 2. *Lire* rectore.

extrahi, et presumentibus in hoc consilium, favorem, aut auxilium impartiri. Que autem circa fratres predictos, quoad probationem, et extractionis funeris inhibitionem, statuimus, ad alios religiosos apud quos sepultura electa fuerit, extendi jubemus.

XXVIII. *Ut sine novi census impositione, vel veteris augmentatione, beneficia conferantur.* — Item, quod prioratus, sive beneficii alterius ecclesiastici, [facta] cum novi census impositione, vel pensionis antique augmentatione, collatio non valeat ipso jure ; et per proximum superiorem, [illa vice persone idonee], sine dicti [oneris] vitio conferatur, ac si ad eum propter negligentiam [fuisset] alias collatio dicti beneficii devoluta.

XXIX. *Ut monachi in ecclesiis [suis], infra certum tempus, perpetuos vicarios ordinariis representent.* — Item, statuimus quod in singulis ecclesiis per monachos solitis gubernari, infra sex menses, priores earum suis diocesanis, ad curam animarum, perpetuos presbiteros presentent. Quod nisi fecerint, ex tunc, hac vice, episcopi instituant perpetuos presbiteros in cura predicta, et ipsos priores compellant ad providendum eisdem presbiteris, prout idem instituens duxerit ordinandum.

XXX. *Ut nullus beneficium conferat in [quo] jus tantum obtinet patron[atus].* — Item, statuimus quod nullus in aliquo beneficio ecclesiastico solum jus obtinens patronatus, cum [ipsum] vacare contigerit, ad ipsum [con]ferendum procedat. Quod si secus egerit, in illa vacatione, jus presentandi ipso facto amittat ; et superior ad quem [in]stitutio pertinet, plenam ejus dispositionem habeat, illa vice.

XXXI. *Ut presentatus patrono non juret, sine diocesani licentia, nec [ab] alio se institui patiatur, nec beneficium obtentum dimittat.* — Item, sub pena excommunicationis precipimus, ne quis a patrono, clerico vel layco presentatus, aut etiam presentandus, prestet aliquod juramentum in manibus patroni, vel alterius cujuscumque, sine speciali ipsius ordinarii licentia et consensu. Quodque presentatus, vel presentandus hujusmodi, ab alio quam ordinario, cui de jure competit, in ecclesia parrochiali se institui nullatenus patiatur ; nec, ex quo per ordinarium institutus fuerit, vel admissus, beneficium dimittat hujusmodi, non petita ipsius ordinarii licentia, vel consensu, vel nisi alia sufficiens causa subsit, legitima, probabilis, et honesta.

XXXII. *Ut ecclesie et ecclesiastice persone a talliis et exactionibus secularium per ordinarium defendantur.* — Item, quod clerici, et hospitalia, et ecclesie, a talliis et exactionibus quas domini temporales faciunt, etiam ratione possessionum temporalium, necnon et in patrimonialibus, secundum leges et canones, defendantur per ordinarios, nimis super hoc [hactenus] negligentes ; ne paulatim totum usurpent temporales domini, in prejudicium et enervationem ecclesiastice libertatis.

XXXIII. *Ne queste vel [alie] exactiones per seculares hospitalibus imponantur.* — Item, quod domini seculares, cujuscumque gradus, dignitatis, seu conditionis existant, hospitalia usibus pauperum deputata, occasione cavalcatarum, talliarum, seu questarum, vel aliarum illicitarum exactionum, quocumque nomine appellentur, nec onerare nec molestare presumant. Alioquin, si requisiti, desistere, et emendam prestare noluerint, vel si de cetero contra fecerint, ipso facto, excommunicationis sententiam incurrant.

XXXIV. *Ne layci, pretextu alicujus statuti, prohibeant clericos extrahere blada de terris ipsorum.* — Item, cum statuta secularium ecclesias, seu ecclesiasticas personas, non astringant ; statuimus, ut seculares, cujuscumque dignitatis, conditionis, aut status existant, vel fuerint, qui pretextu statuti ne bladum extrahatur de terra, vel de castro, vel villa, vel quod certo pretio vendatur, invitos clericos, [aut ecclesiasticas personas, astringere], maxime cum ipsi non habeant aliunde unde vivant, aut super angariis, vel perangariis, aut aliis quibuscumque, cum nec in eis, nec in eorum bonis, aliquam habeant potestatem, coharctare presumpserint, excommunicationi subjaceant ipso facto. Et locus ubi hoc per dominum loci, vel universitatem ejus, aut eorum conniventia, aut permissu, attentatum fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto ; nisi, moniti, infra mensem emendaverint, et de perpetratis satisfactionem exhibere studeant competentem.

XXXV. *Ut domini temporales non impediant, vel prohibeant, quominus ecclesiarum rectoribus decime persolvantur.* — Item, quod domini temporales, baylivi, seu officiales ipsorum, clericos, et ecclesiarum rectores non impediant quominus decime [ipsis], prout ad eos pertinent, per parochianos suos reddantur fideliter et solvantur ; nec eis[dem] parrochianis inhibeant quod non solvant. Alioquin, si contra fecerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant.

XXXVI. *Ne statuta et ordinationes super decimis, funeralibus, oblationibus, et aliis, contra laudabiles consuetudines, [et] Ecclesie libertates fringantur.* — Item, quod layci, cujuscumque gradus, dignitatis, vel conditionis existant, vel universitas, statuentes et ordinantes in se, vel inter se preconizari facientes, vel subditis suis mandantes, quod non prestent decimas ecclesiis, vel non offerant, vel in ultimis voluntatibus quidquam relinquant eis, vel rectoribus earumdem ; vel quod laudabiles consuetudines ecclesie, in funeralibus, vel aliis, infringant, vel alias non servent, vel aliud equipollens, directe vel indirecte, tacite vel expresse, vel alio quomodolibet injungentes ; ipso facto, excommunicationem incurrant ; a qua, antequam emenda competens [prestita] fuerit, minime absolvantur. Universitas autem ecclesiastico subjaceat interdicto.

XXXVII. *De societatibus colligationum, et conjurationibus quas confratrias appellant, radicitus extirpandis.* — — Item, quia [in] quibusdam nostrarum provinciarum partibus, nobiles plerumque, et interdum alii, colligationes, societates et conjurationes faciunt, tam canonibus quam humanis legibus interdictas, semel in anno, sub confratrie nomine, et se in loco aliquo congregantes, conventiculas et colligationes faciunt, et pacta juramento vallata ineunt quod se adversus quoscumque, preterquam dominos, ad invicem adjuvent, et in omni casu unus alteri det auxilium et favorem ; et interdum [se] omnes veste consimili, cum aliquibus signis exquisitis, [vel] caracteribus induentes, unum majorem inter se eligunt, cui jurant inter se obedire ; quibus justitia offenditur, et mortes et damnationes[1] secuntur, pax et securitas

1. *Lire* depredationes.

exulant, innocentes et inopes opprimuntur, et ecclesie et ecclesiastice persone, quibus tales oppido sunt infesti, in personis, rebus, juribus, et jurisdictionibus, inimicitie diverse, et damna plurima oriuntur. Nos volentes istis ausibus pestiferis providere, et a peccato subditos nostros, prout pastorali incumbit officio, prohibere, auctoritate presentis consilii, omnes conventiculas, colligationes, et societates, et conjurationes, quas fraternitates et confratrias appellant, ab olim factas per clericos, vel laycos, cujuscumque gradus, status vel dignitatis, aut conditionis existant; necnon pacta, conventiones, ordinationes, inter eos habitas, et habita, irritamus, dissolvimus et cassamus, et cassas et irritas, cassa et irrita, nunciamus. Decernentes omnia juramenta super observandis predictis prestata, aut illicita et temeraria, et nullum teneri volumus ad observantiam eorumdem : a quibus juramentis eos absolvimus ad cautelam, ut tamen, pro incauto sacramento, a suis confessoribus penitentiam recipiant salutarem. Auctoritate predicta prohibentes eisdem, sub excommunicationis pena, quam venientes in contrarium, postquam [presens] statutum in ecclesiis quarum parrochiani existunt, per duos dies dominicos publicatum fuerit, incurrere volumus ipso facto, quod occasione dictarum colligationum, societatum, conventionum, et juramentorum, ab inde in antea simul non conveniant, hujusmodi confratrias non faciant, alter alteri non obediat, nec prestet adjutorium, nec favorem; nec vestes, nec signa rei tam denunciante[1] deferant; nec se fratres, priores, vel abbates predicte societatis appellent. Quin ymo, infra decem dies a tempore publicationis, unusquisque alios, quantum est in eo, [a] predictis juramentis absolvat, et se nolle esse de predicta societate ulterius, publice protestetur. Prohibemus etiam quod amodo, tales conjurationes, conspirationes, conventicule, etiam sub nomine confratrie non fiant; alioquin, et de facto attentatas cassamus et irritamus, et facientes, et attentantes, excommunicationi, a qua non nisi per consilium provinciale, preterquam in articulo mortis, nullatenus absolvantur, volumus subjacere. Per hoc autem confratrias in honorem Dei, et beate Marie, et aliorum sanctorum, et pro subsidiis pauperum introductas, in quibus conjurationes et juramenta non intervenerint hujusmodi, non intendimus reprobare.

xxxviii. *Ut clerici ecclesias, sine dyocesani licentia, non muniant, nec ibi armatos tenere presumant.* — Item, prohibemus, sub pena excommunicationis, quam ipso facto contra facientes ferimus, ne regulares, aut etiam clerici seculares, ad muniendas ecclesias, vel ipsarum jura indebite occupanda, preter diocesani cui subsunt dicte ecclesie, vel ejus locumtenentis, licentiam, vel mandatum, arma portare, vel armatos adducere, vel tenere, vel receptare, de propria diocesi, vel aliena, presumant.

xxxix. *De clericis arma portantibus, qualiter puniantur.* — Item, statuimus, ut nullus clericus arma deferre presumat, absque illius cui competit licentia speciali. Qui vero contra fecerit, preter id quod armorum amissione mulctetur, si de nocte portaverit, x. librarum, si de die, centum solidorum pena, monete currentis, irremissibiliter feriatur.

1. *Lire* jam dammate prelentes.

xl. *Ut prelati remissiones delinquentium ad invicem faciant, requisiti.* — Item, statuimus, quod singuli episcopi, et eorum officiales, vicarii, loca tenentes, et vicegerentes, debite faciant remissiones, cum fuerint requisiti; et si hii qui deliquisse dicuntur, de duodecim[1] non fuerint a quo remissio fieri postulatur, sufficiant sole littere [requirentis; si vero de diocesi fuerint, semiplena] probatio sufficiat in hac parte.

xli. *De excommunicatis compellendis redire ad gremium ecclesie per judicem secularem, et appositione pene.* — Item, cum nonnulli claves sancte matris ecclesie contemnentes, excommunicationis sententias, non sine animarum suarum periculo, frequenter diu sustineant animo indurato; statuimus, ut quicumque hujusmodi sententias per [nos, vel] nostras curias, promulgatas, per duos menses, postquam noverint in se prolatas, eas duxerint pertinaci spiritu sustinendas, non curantes modo debito absolutionis beneficium postulare ab eisdem, vel ab eo per quem fuerint excommunicationis vinculo innodati; requiratur per eamdem curiam dominus temporalis, aut ipsius bajulus, vel judex loci ubi talis excommunicatus noscitur commorari, et moneatur attente, ut infra competens[2] terminum, ab ipsa curia prefigendum, suum subditum, sic excommunicatum, compellat omnino satisfacere super eo, pro quo in eum excommunicationis sententia fuerit promulgata, et absolutionis beneficium postulare. Si vero dominus, bajulus, sive judex, hoc non curaverit efficaciter adimplere, in ipsum per eamdem curiam excommunicationis sententia proferatur. Et deinde, si adhuc dictum subditum cogere contempserit, locus ille, donec ipsum compulerit, interdicto ecclesiastico supponatur. Ceterum ut iidem excommunicati, qui divino alias non inclinantur amore, ut ad gremium Ecclesie revertantur, temporalis metu pene ad id propensius inclinentur. Statuimus, ut laici v. solidos, clerici vero x, et presbiteri xv. sol. Viennensium, pro quolibet mense quo in excommunicatione predicta permanserint, antequam beneficium absolutionis impendatur eisdem, solvere teneantur; nisi propter paupertatem, vel aliam causam rationabilem, memorata curia misericorditer agere [voluerit] cum eisdem; predictis penis in usus pios ad dyocesani arbitrium impendendis.

xlii. *Ne prohibeantur prelati jurisdictionem suam libere exercere.* — Item, cum in jure cautum existat archiepiscopos et episcopos in totis suis diocesibus jurisdictionem ordinariam obtinere, [et] in quolibet loco suarum diocesum, non exempto, per se vel per alium, pro tribunali sedere, causas audire ad forum spectantes ecclesiasticum, et personas ecclesiasticas, cum excessus exegerit, capere, et carceribus mancipare, aliaque, omnia et singula, ad sua spectantia officia, libere exercere; et nonnulli domini temporales, judices, et rectores, ac officiales eorum, Deum, et libertatem ecclesiasticam, sacrorumque statuta canonum, in suarum animarum grande periculum, non verentes, personas ecclesiasticas, quas in diversis locis nostrarum civitatum, et dyocesum, ac provinciarum, suis excessibus et delictis exigentibus, capi et carceri mancipari contingit, interdum de carceribus extrahunt violenter, impediendo quominus [de]

1. *Lire* diocesi. — 2. *Lire* competentem.

eorum delictis et excessibus, per judices ecclesiasticos, ad quos pertinent, exhiberi libere [valeat] justitie complementum. Nos talium obviari dampnandis ausibus, jusque servari super hiis, in eisdem civitatibus, diocesibus [et] provinciis, cupientes, hoc [presente] approbante consilio, statuimus, quod omnes et singuli temporales [domini], judices et rectores, vel officiales eorum, qui talia de cetero in eisdem civitatibus, diocesibus, aut provinciis, presumpserint attentare, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrant; eorumque terre, et loca, infra x. [dies] postquam fuerint super hoc requisiti, ex tunc ecclesiastico subjaceant interdicto, donec spoliatis carceribus plenarie et libere restitutis, ei cujus jurisdictionem sic leserant, emendam prestiterint condecentem.

xliii. *Ne prohibeantur clerici, directe vel indirecte, coram suo judice litigare.* — Item, cum nonnulli dominium obtinentes temporale, secularis justitie potestatis gerentes officium, jurisdictionem sacrosancte matris Ecclesie subvertere, vel minuere, exquisitis astutiis inclinantur[1]; nos [eorum] malitias ultione canonica reprimere cupientes, approbante presenti consilio, statuimus, inhibentes, ne quis in foro ecclesiastico litigantes, seu litigare volentes, [super] causis mere ecclesiasticis, sive que ad forum Ecclesie, de antiqua et approbata consuetudine, hactenus pacifice observata, pertinere noscuntur, ad desistendum compellat, per ipsorum, vel parentum, vel consanguineorum, seu rerum eorum, aut personarum hujusmodi, captionem, modisve aliis quibuscumque. Si vero contra presumpserit, excommunicationis sententie, presentis auctoritate consilii, se noverit subjacere.

xliv. *Ut in domibus [prelatorum], vel ipsorum, aut officialium suorum presentia, injuria nulli fiat.* — Item, cum illos, quos Dei timor a malo non revocat, saltem coercere debeat severitas discipline, presenti consilio duximus statuendum, quod si persona, cujuscumque conditionis, status, seu ordinis existat, infra domos archiepiscopales, vel episcopales, nostrarum civitatum, diocesum, ac provinciarum, vel alibi, ubicumque nos, vel suffraganei, seu nostri vel eorum officiales, causas audient, aliquem graviter vituperaverit, seu injuriam irrogaverit, incurrat excommunicationis sententiam, ipso facto, et alias puniatur.

xlv. *De bannis solvendis a clericis, et per quos, et qualiter exigantur.* — Item, statuimus, sub pena excommunicationis, quod nullus dominus temporalis audeat compellere ecclesias, vel ecclesiasticas personas, vel eorum familias, servientes, seu nuncios, solvere bannum, seu banna, pro animalibus suis quibuscumque, vel personis predictis. Et ne persone ecclesiastice, vel eorum familie, materiam propter hoc habeant delinquendi, statuimus, ut banna que [a] laycis committuntur, pro fructibus alienis subreptis, vel eorum animalibus in vineis, pratis, aut possessionibus, vel defensis, inventis, eadem ab ipsis clericis, et personis ecclesiasticis, ipsorumque familiis, et eorumdem animalibus, applicanda curie singulorum dyocesanorum, de cetero committantur. Volentes et precipientes, ut a presbiteris singularum ecclesiarum nostrarum diocesum, curam habentibus animarum, banna ipsa, quociens in locis ipsarum ea committi contingerit, auctoritate cujuslibet diocesani, exigantur fideliter, et leventur, eidem curie postmodum per eos, in singulis sinodis et integre, assignanda. Si qui vero banna sic commissa solvere recusaverint, per ipsos presbiteros requisiti, ex tunc ad duplicanda banna eadem teneantur, et ad ea sic duplicanda[1] solvenda, per eamdem curiam compellantur. Presbiteri vero predicti dicte curie banna hujusmodi recusantes solvere, manifestare procurent; alioquin si super hoc reperti fuerint negligentes, juxta ipsius curie arbitrium, exinde puniantur. In civitatibus vero, vel castris, alicui nostrum, seu nostrorum dyocesanorum, temporali jurisdictioni subjectis, per mandatarios nostros, seu ipsorum dyocesanorum, banna predicta exigi volumus et levari, et cuilibet nostrum, et diocesanorum nostrorum, prout vel quemlibet nostrum pertinuerint, restitui per eosdem. Ceterum super denuntiatione predictorum bannorum, cum ab aliquo, seu aliquibus, committentur, custodibus, sive gardis juratis, fidem decernimus adhibendam. Porro per solutionem dictorum bannorum, ab emendandis talis, sive damnis, prout justum fuerit, nullum volumus excusari.

xlvi. *Qualiter prelati possint benedicere in diocesi aliena.* — Item, statuimus, quod quilibet nostrorum episcoporum predictorum, et singuli episcopi provinciarum nostrarum, dum equitabunt per dictas provincias, possint etiam benedicere, in diocesi alia dictarum provinciarum, populum, ut ex hoc populi devotio augeatur; et etiam in diocesibus Arelatensi, Aquensi et Ebredunensi, civitatibus dumtaxat exceptis; [exceptis] semper aliis locis in quibus alter ex nostris[2] dictis archiepiscopis, vel diocesanis, presens esset. Item sententiam excommunicationis, vel interdicti, latam ab uno, alii denuntiari faciant et observari, cum a proferente fuerint super hoc requisiti. Attendentes quod predicte sententie excommunicationis et interdicti, nonnisi ex justis causis, cum maturitate et solemnitate debita, proferantur.

xlvii. *De contrahentibus matrimonia clandestina in diocesi aliena.* — Item, statuimus, quod quecumque [persona], pro matrimonio clandestine celebrando, diocesim suam exiverit, et ibi matrimonium ipsum contraxerit, sine licentia proprii sacerdotis, ipso facto excommunicationis sententiam incurrat, [et ut] excommunicatus vitetur, et publicetur, donec ad arbitrium diocesani, ecclesie parrochiali satisfecerit, in cujus injuriam hoc presumpsit, et absolutionis beneficium meruerit obtinere.

xlviii. *De abusoribus litterarum domini pape, et legatorum ejusdem, et qualiter puniantur.* — Item, quia sunt nonnulli, clerici [et] laici, qui litteris domini pape, et legatorum ejus, nequiter abutuntur; igitur auctoritate presentis consilii, excommunicamus omnes illos qui litteras [obtentas] aliis ejusdem nominis tradunt, ad abutendum, et eos qui eas recipiunt tali modo. — Item, qui ad loca equivoca aliquem citari faciunt, ut fraudulenter et malitiose vexent, [et] decipiant sic citatum, laboribus et expensis. — Item, omnes illos, qui per litteras domini pape, et legatorum ejus, personas non comprehensas in rescriptis, per excogitatam malitiam, litem ubi non est simulantes, citari faciunt aut procurant, ad ferendum testimonium veritati. — Item, et omnes illos, qui litteras apostolicas, vel legatorum ejusdem sedis, ad futuras

1. *Lire* moliantur.

1. *Lire* duplicata. — 2. *Lire* nobis.

trahunt controversias, que nondum fuerant, tempore impetrationis, exorte. — Item, et omnes illos qui per litteram, et que de bonis pro suo prioratu, vel sua ecclesia, impetratam, ad instantiam aliquorum, aliquos citari faciunt, cum quibus, ratione prioratus, seu ecclesie, quorum nomine [est] littera impetrata, non habent aliquid questionis. — Item, de littera post iter arreptum, et ea predicto modo abutentibus, idem per omnia statuentes; necnon et de omnibus illis qui per quascumque litteras apostolicas, aliquos citari faciunt, contra quos non habent aliquid questionis; vel contra constitutiones [felicis] recordationis domini Bonifacii pape VIII, adversarios [ad] remota loca notorie faciunt evocari.

XLIX. [*De his qui litteras pretextu dotis ecclesie impetrant, vel crucesignatos se falso asserunt, et alios fatigant.*] — Item, si quis vero super rebus ad dotem spectantibus litteram apostolicam impetraverit, et illius auctoritate aliquem, vel aliquos, cum quibus, ratione dotis, non habet aliquid questionis, fecerit fatigari, auctoritate presentis consilii, eadem [excommunicationis] sententia, que superius nominatur, noverit se ligatum. Item, de illis qui falso se crucesignatos asserunt, qui non sunt, et sic tanquam crucesignati, litteras apostolicas impetrant, per quas aliquos fatigant laboribus et expensis; [item, de illis] qui privilegium crucesignatorum impetrant, sub illa forma, postquam iter arripuerint transmarinum, et ante iter arreptum, per illud privilegium, aliquos faciunt fatigari; talium abusorum absolutione, postquam parti lese plene satisfecerint, suo ordinario reservata, aliis penis a jure statutis eis nichilominus, per suos ordinarios, vel illius quem indebite vexaverint, si reperti fuerint, infligendis. Hec autem contra abusores litterarum domini pape, et legatorum ipsius, auctoritate presentis consilii, duximus statuenda, ejusdem sedis apostolice, et legatorum ejus, [auctoritate] in omnibus semper salva.

L. *Ut beneficiati, sine diocesani licentia, non componant.* — Item, sub interminatione anathematis prohibemus, ne aliquis predictarum provinciarum Arelatensis, Aquensis et Ebredunensis, super decimis, et aliis juribus debitis ecclesiis parrochialibus, cum aliquibus religiosis componere audeat, sine auctoritate diocesani, vel jus uni ecclesie debitum [alteri audeat] assignare.

LI. *Ne beneficiati res ecclesiasticas, absque diocesani licentia, preterquam in certis casibus, alienent.* — Item, statuimus, prohibentes ne aliquis, cujuscumque status, vel dignitatis existat, possessiones ecclesiasticas, vel quecumque alia jura immobilia, alienet, quocumque titulo, in quascumque personas, cujuscumque status, religionis, aut dignitatis existant, sine sui diocesani licentia et assensu. Qui vero contrarium fecerit, proventus sui beneficii unius [anni] ipso facto amittat, in perpetuam utilitatem ipsius beneficii, ad diocesani arbitrium, convertendos. Excipimus autem a prohibitione predicta, quando possessiones erunt minus utiles; quo casu, pro utilitate beneficii, in emphitheosim perpetuam dari possint. Sed pro acapito, seu introitu, nichil ultra recipere audeat, quam valeat census, vel canon, vel pars fructuum unius anni, que vel qui, ratione dominii retinentur. Salvis etiam consuetudinibus rationabilibus hactenus observatis, quas non intendimus immutare.

LII. *In quo statu beneficia debent dimitti, et per successorem teneri.* — Item, statuimus, quod si contingat aliquem aliquam suam ecclesiam dimittere, sine morte, juxta extimam legitimam, ac ejusdem ecclesie facultates relinquat ibidem [in bonis mobilibus, quod persone necessarie ipsi ecclesie, et domui] ejusdem, inde possint vivere usque ad novos fructus, et commode sustentari, et omnia onera interim incumbentia ecclesie supportare. Quodque successor quilibet omnia ornamenta ecclesiastica, et universam domus supellectilem, in pannis et aliis, in illo statu conservet, ac in meliori, si poterit, ac reddere teneatur, in quo recipiet ecclesiam supradictam.

LIII. *De inventario bonorum ecclesiasticorum infra certa tempora faciendo.* — Item, statuimus, quod priores ecclesiarum, et hospitalium pauperum, et omnes alii beneficia ecclesiastica obtinentes, faciant inventarium cum publico instrumento, de omnibus mobilibus et immobilibus bonis suis, instrumentis, privilegiis, vasis ereis, et ferreis, atque vinariis, in principio sui regiminis, infra sex menses. Et si predicta non fecerint, in decima fructuum puniantur, operi, vel ornamentis, aut [in] utilitatem ecclesie perpetuam, per ordinarium applicanda.

LIV. *De testamentis per beneficiatos, secundum consuetudines laudabiles, faciendis.* — Item, statuta olim per predecessores nostros edita super testamentis, et aliis [ultimis] voluntatibus, per prelatos, vel beneficiatos alios, faciendis, aut consuetudines rationabiles hactenus in singulis provinciis observatas, auctoritate presentis consilii approbamus, et in suo robore volumus permanere.

LV. *De bannis, statutis et preconizationibus contra consuetudines Ecclesie editis, prohibendis.* — Item, statuimus, quod quicumque contra consuetudines ecclesiasticas, antiquas, rationabiles, approbatas, et hactenus pacifice observatas, statuta, banna, prohibitiones, vel preconisationes, aut precepta, scienter fecerint, aut fieri procuraverint aut servari, seu facientibus vel servantibus, in hoc, consilium vel opem, directe vel indirecte, prestiterint, per diocesanos locorum, aut officiales, vel procuratores eorum, presentis [auctoritate] consilii moneantur, ut infra unum mensem a tempore monitionis hujusmodi numerandum, statuta, banna, prohibitiones, preconisationes, et precepta hujusmodi, cum effectu debeant revocare, ad consimilia nunquam ulterius processuri. Alioquin, excommunicationis sententia, quam in his scriptis in ipsos ferimus, sint ligati.

LVI. *De contributione expensarum necessariarum inter omnes beneficiatos diocesis facienda.* — Item, statuimus, quod si archiepiscopus, vel episcopus, vel aliquis rector alicujus ecclesie, civitatis vel diocesis, seu provincie, expensas necessarias fecerit in legatis et nunciis sedis apostolice, expense ille solvantur de communi distributione ecclesiarum, civitatum, et diocesum, infra quas dicte expense fuerint facte. Et iste expense, semel in anno, in sinodo, colligantur.

LVII. *Ut Judei [utriusque] sexus signa deferant, per que ab aliis discernantur.* — Item, statuimus, quod Judei masculi, a XIIII. annis et supra, deferant, extra domos, in superiore veste, in pectore, signum rote, cujus rotunditas in quantitate sit trium vel quatuor digitorum, nisi sint in viagio constituti. Mulieres autem Judee, a XII. annis

[et] supra, cornalia deferant, extra domos. Si vero Judei, quocumque pretextu, contrafecerint, Christianorum eis participium denegetur. Et eadem pena Judeos decernimus compellendos ad satisfaciendum ecclesiis de decimis et oblationibus, de domibus et possessionibus quas noscuntur in ipsarum parrochiis possidere.

LVIII. *Cum absolutio, vel dispensatio, in casibus presentis consilii, superiori non reservatur, per ordinarium, vel per illum ad quem ordinarius committet, expediri poterit vel debebit.* — Item, adhicimus, quod in casibus ubi dispensatio, vel absolutio, non reperietur [in ordinatione] presentis consilii, sedi apostolice specialiter, vel aliter reservata, episcopi, pro sue discretionis arbitrio, juxta negotii qualitatem, et personarum conditionem, provideant et dispensent; [aut] pro reconsiliationis, vel absolutionis, seu dispensationis remedio, remittant [culpabilem] ad suum, vel aliquem alium de predictis metropolitanis, de quo sibi magis expedire videbitur; [et] sicut illius saluti, de cujus agetur excessu, pensatis tam negotii quam persone circumstantiis, magis crediderint opportunum.

LIX. *Tunc sententia interdicti servetur, cum ab ordinario datum fuerit in mandatis.* — In singulis autem casibus supradictis, in quibus est lata sententia interdicti, tunc demum eam servari volumus et mandamus, cum ab ordinario, vel ejus officiali, seu locumtenenti, aut delegato, datum fuerit in mandatis.

Expliciunt statuta edita in concilio provinciali apud Sanctum Ruffum, Avinionensis dyocesis, celebrato.

Acta fuerunt hec in claustro monasterii de Sancto Ruffo, die, mense, indictione et pontificatu predictis; presentibus reverendis in Christo patribus dnis archiepiscopis et episcopis supradictis, ac venerabilibus et discretis viris dnis Bernardo de Montevalrano, archidiacono trans Ligerim in ecclesia Turonensi, Guillelmo de Concontre, canonico Aquensi, Ganselino de Condensaco, S. Sepulchri de Clausano, Arelatensis diocesis, et Bernardo de Ancima, presb., ac Petro Vasconis, notario infrascripto, et pluribus aliis, ad premissa vocatis testibus et rogatis.

Et ego Petrus de Rocano, clericus Lemovicensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius, supradictorum statutorum, cum in supradicto provinciali concilio condebantur, ordinabantur, et legebantur, una cum supranominatis archiepiscopis, episcopis, vicariis, procuratoribus, et testibus, presens fui, et ad requisitionem dictorum archiepiscoporum, ea in hanc publicam redegi formam, signumque meum hic apposui, et super in quatuor conglutinationibus supra factis.

Arch. des B.-du-Rh. Montmajour, reg. 45 (XVe siècle). St-Sauveur d'Aix, reg. 4, f° 34 v°-54 v°. Arch. de l'évêché de Digne, ms., f° xxv-xliij (collat. par l'abbé Cruvellier). Paris, Bibl. Nat., ms. lat. 10405, f° 230 (XVII[e] s.). — Edd. : GASSENDI, *Notit. eccles. Dinien.* (1654), p. 726-40 : le chap. 46 y est divisé en deux ; le passage du chap. 43, qui ne se trouve pas ailleurs, est tiré du concile de Bourges de 1276. LABBE, *Concilia*, 1671, t. XI, c. 1717-47, d'après l'édit. de Gassendi collat. « cum ms. cod. ill. archiep. Remen. coadjut. Car. Maur. Tellerii », qui seul renferme la finale : « Acta fuerunt... supra factis » ; on fait remarquer (c. 2476) que ce texte pourrait être amélioré à l'aide du concile de Lavaur de 1368 et aussi (ce qui est plus rationnel) de celui de St-Ruf de 1337 ; le 46[e] chap. est également divisé en deux, mais par contre les chap. 48 et 49 sont réunis. HARDOUIN, *Concilia*, 1714, t. VII, c. 1491-514. COLETI, *Conc.*, 1731, t. XV, c. 279-314. MANSI, *Conc.*, t. XXV, p. 739.

1521 Avignon, 30 juillet 1326.

Acta fuerunt hec Avinione, infra palatium dicti dni nostri pape, in terracia domus quam inhabitant reverendi in Xpisto patres dni Dei gracia Gasbertus archiepiscopus Arelaten., camerarius, et Ademarius episcopus Massilien., thesaurarius prefati dni nostri pape [*Jean XXII*].

Chartrier de Cavaillon.

1522 3 août 1327.

Johannes de Brolio, rev. patris dni Gasberti, Dei gratia s. Arelaten. ecclesie archiepiscopi in spiritual. et temporal. vicarius generalis...

Arch. des B.-du-Rh. B. 473.

1523 Avignon, 3 février 1328.

Convention entre Gasbert de la Val, archevêque d'Arles, et Clémence, reine de France.

In nomine domini nostri Jhesu Xpisti. Amen. Anno a Nativ. ejusdem 1328, die tercio februarii, XI[e] indictionis... Notum sit universis, tam presentibus quam futuris, presentis scripti publici seriem inspecturis, quod coram viro magnifico dno Raynaldo de Scaletta, milite, comitatuum Provincie et Forcalquerii senescallo, et reverendo in Xpisto patre dno *Gasberto*, Dei gratia *Arelaten. archiepiscopo*, fuit presentata, nomine et pro parte curie regie, et Arelaten. ecclesie, quedam nota cujusdam instrumenti publici, ut dicebatur, cujus tenor talis est, videl.: « Notum sit cunctis quod orta materia questionis inter officiales serenissime regine Clementie, pro ipsa regentes villam et districtum Insule Sancti Genesii, ex una parte, et officiales, seu regentes locum de Ferrariis, pro reverendo patre dno Arelaten. archiepiscopo, ex alia; super eo quod officiales dicte regine Francie asserebant, et adhuc asserunt, quod jurisdictio aquarum de Martico, et burdigulorum omnium, est et esse debet predicte dne Regine, que habet causam a curia regia, que consuevit semper jurisdictionem in dictis aquis, et burdigulis, palam et publice exercere. Et e contra, pro parte dicti dni archiepiscopi, et pro parte vassallorum suorum, asserebatur constanter, quod jurisdictio dictarum aquarum competebat ad eos, seu ad Arelaten. ecclesiam; et de ipsa jurisdictione fuerunt semper, palam et publice, in possessione, seu quasi. Igitur, crescentibus contentionibus super eis, inter partes predictas, et cotidie altercantibus de hoc, fuit facta conscientia reverendo patri dno Arelaten. archiepiscopo, et magnifico viro dno Raynaldo de Scaletta, senescallo Provincie, ad quem, ratione proprietatis jurisdictionis, principaliter dict. conscientiarum, causa defencionis competit. Unde, predicti domini, cupientes materiam litium amputare, et viam invenire lenitatis et pacis, elegerunt, videl. ipse dns archiepiscopus pro parte sua, dnm Bertrandum Milonem, officialem suum, et dnm Berengarium Ermengaui; et dictus dns senescallus, pro parte curie, dnm Franciscum de Grossis, militem, procuratorem regium, et dnm Jacobum Ardoyni, qui possidet in negotiis dne regine Francie; qui habeant inquirere, et videre de juribus utriusque partis, et de usu et consuetudine, et de possessione, vel

quasi utriusque partis ; et habita informatione veridica per testes, vel munimenta antiqua, predicti sic electi referant inventa per eos predictis dnis archiepiscopo et senescallo, ut habita collatione veridica, possent super ipsis controversiis, et contentionibus, quod justum et equum fore videbitur, ordinare. Predicti igitur, sic electi et constituti, per dictos dominos, ut firmiter asserebant, dantes operam ad informationes hujusmodi faciendas, pendente sic tractatu, supervenerunt quedam de novo, que gentes dicti dni archiepiscopi asserebant fore innovata, in prejudicium questionis, et ecclesie Arelaten. ac vassallorum suorum. In primis, quod firmarii dicte dne Regine, seu emptores piscariarum ipsius, contra consuetum, in prejudicium burdigulorum dicti dni archiepiscopi, et vassallorum suorum, utebantur quodam genere recium vocato pantena, quod ponebant in introytu canalis burdiguli regii, in prejudicium aliorum, cum nunquam fuerit attentatum. Item, predicti emptores ampliarunt limitaciones, et ordinaciones factas per inclite memorie dnm Karolum secundum, regem Sicilie, quarum limitacionum vestigia apparere dicuntur ; que ampliacio, ut ponitur, cedit in prejudicium dicti dni archiepiscopi, et vassallorum suorum. Item, pendente tractatu hujusmodi, bajulus Insule pro dna regina predicta, in prejudicium questionis, fecit preconizationem fieri per villam insule, sub magna pena, quod nullus pareat, seu obediat preconizationibus factis, et faciendis, per curiam dni Arelaten. archiepiscopi, in aquis de Martico, et Corrente, prout in ipsa preconizatione continetur. Item, conquesti fuerunt officiales predicti dni archiepiscopi, quod bajulus Insule, contra juris formam, compellit homines de Ferrariis, apud Insulam, pro contractibus, respondere, quamvis forum declinent. Item, conqueruntur similiter, quod bajulus dicte Insule non permittit quod communis bajulus dni archiepiscopi, et dominorum de Fossis, jurisdictionem exerceat in carreria nova, sita in territorio de Fossis, que conjungitur cum villa de Ferrariis, et ponte, cujus carrerie sextam partem asserunt pertinere. Cum igitur super dictis innovationibus, gens dicti dni archiepiscopi quereretur, placuit dno senescallo, et regio consilio, et etiam dicto dno archiepiscopo, quod prenominati electi super informationibus jurium faciendis personaliter venirent ad locum de Insula, et innovata in prejudicium partium predictarum tollerent, et in pristinum statum redducerent, sine prejudicio questionis. Qui quidem electi, videl. dni Bertrandus et Berengarius, Franciscus et Jacobus, juxta mandatum dict. dominorum, in loco Insule convenerunt ; et habito insimul colloquio et tractatu, et habita deliberatione consulta super predictis capitulis, si erant aliqua noviter attentata, sine prejudicio parcium, in possessione, seu quasi, juris proprietatis, et possessionis parcium, et quod per ordinaciones eorum, jus aliquod ipsis partibus non tollatur, nec acquiratur de novo, consenserunt, et ordinaverunt ut infra : retento beneplacito regio, et dne regine, et dni archiepiscopi supradicti. In primis, super querimonia de pantenis, cum dicatur, et inveniatur, quod est novitas, et prejudicium burdigulorum, ordinaverunt predicti domini Franciscus et Jacobus, et mandaverunt quod emptores piscariarum regiarum non utantur dictis pantenis supra pontem, versus Marticum ; et eciam predicti dni Bertrandus et Berengarius ordinaverunt, et mandaverunt, quod illi qui tenent burdigulos dni archiepiscopi, et aliorum dnorum, abstineant, simili modo et forma, a dictis pantenis. Super secunda querela, cum non inveniatur quod dicta ampliacio sit facta de novo, nec pendente tractatu hujusmodi, non possunt aliud ordinare ; sed bene placet eis, quod eligantur boni viri, qui habeant noticiam de terminis hujusmodi ; et habita veritate, predicti dni Franciscus et Jacobus parati sunt informare conscienciam dni senescalli, et procurare quod revocetur, si est aliquid indebite usurpatum. Super tercia quoque querela, cum dicta preconizatio facta sit, pendente tractatu hujusmodi, et ut apparet, in prejudicium questionis, mandaverunt Hugoni de Garda, domicello, bajulo, presenti et audienti, quod ipsam preconizationem in cartulario suo cancellet, et ipsam preconizationem revocant... Super quarta, dicti dni Franciscus et Jacobus ordinaverunt, et mandaverunt, quod bajulus contrahentes non compellat respondere coram eo, in loco de Insula, contra formam traditam a jure. Super quinta et ultima, cum non sit novitas, dicti dni Franciscus et Jacobus nichil ordinant quoad presens ; set super hoc gens dni archiepiscopi, coram senescallo, prosequatur jus suum. Item, super eo quod communiter sit querela, quia non inhibetur piscari in Martico, cum quodam rete vocato guangil, de hoc ipsi dni habebunt colloquium et tractatum cum hominibus de Insula et de Sancto Genesio ; et habita informacione ab eis, quod esset communis utilitas, atque propterea quod dictum genus retium tolleretur, parati sunt de hoc informare conscienciam dictorum dominorum ; et ipsi super hoc, prout justum et congruum fore videbitur, providebunt ». Tandem predicti dni senescallus et archiepiscopus..., habita super premissis, contentis in dicta nota, deliberatione consulta, et certificati plenarie de contentis in illa, particulariter et distincte, predictam ordinacionem, factam per eosdem dnos commissarios, ratam habentes et gratam, illam de certa consciencia confirmaverunt. De quibus, idem dns archiepiscopus suo nomine, et Arelaten. ecclesie, ac dictus dns senescallus nomine curie regie pecierunt fieri publica consimilia instrumenta. Actum Avinione, in hospicio habitacionis ejusdem dni senescalli, in presencia nobilium et egregiorum virorum, dni Petri de Ultramarinis, de Janua, majoris et secundarum appellacionum judicis, dni Stephani de Pinu, prepositi Cavallicen., dni Bertrandi Milonis, canonici Carpentoraten., dni Francisci de Grossis, procuratoris et advocati regii, et dni Angeli Baraballi, ac plurium aliorum testium rogatorum. Et ego Nicolaus Provincialis, de Sancto Victore, familiaris regius et notarius publicus.... »

Arch. des B.-du-Rh. B. 473. Orig. parch.

1524 Avignon, 20 mai 1328.

L'archevêque Gasbert fait une enquête juridique sur les opinions de François de Venise, disciple de Marsile de Padoue.

Baluze, *Miscellanea*, t. I, p. 311.

1525 Avignon, 3 novembre 1328.

Gasbertus, Arelaten. archiepiscopus, dni papæ camerarius, *écrit* relig. viro fratri Aymoni, priori majori

ordinis Cartusien., amico carissimo, *pour lui demander, de la part de Jean XXII, un prieur et douze religieux pour la chartreuse de Cahors.*

Gallia christ. nova, t. I, instr. p. 48.

1526 Avignon, 19 avril 1331.

Hommage de Gasbert de la Val, archevêque d'Arles, au sénéchal Philippe de Sanguinetto.

Anno quo supra [1331], die nono decimo aprilis, quarte decime indictionis. Noverint universi, quod existente reverendo in Xpisto patre dno *Gasberto*, Dei gratia *sancte Aralaten. ecclesie archiepiscopo*, in presentia magnifici et potentis viri dni Philippi de Sangineto, militis, comitatuum Provincie et Forcalquerii senescalli, dns Johannes de Revesto, miles, juris civilis professor, presentavit eidem dno archiepiscopo, ex parte dni nostri regis Roberti, litteras clausas, sigillatas cum annulo secreto ipsius dni nostri Regis, continentes quod idem dns archiepiscopus credere deberet eidem dno Johanni super hiis que referret eidem dno archiepiscopo, pro parte dicti dni Regis. Quibus quidem litteris apertis et lectis, in presentia mei notarii et testium subscriptorum, dictus dns Johannes, juxta commissionem sibi factam per dictum dnm nostrum Regem, dixit et exposuit ipsi dno archiepiscopo, qualiter dictus dns Rex, per suas patentes litteras, declaraverat quod illustres dominam Johannam primogenitam, et dnam Mariam secundogenitam, illustris principis dni Karoli, clare memorie, ducis Calabrie, filii ejus primogeniti, si dicta dna Johanna ipsi dne Marie sine liberis predecederet, heredes suas statuit, et etiam ordinavit, eo casu videlicet quo ipse dns noster Rex predecederet, masculina sobole non relicta. Quodque idem dns Rex mandabat, per alias suas patentes litteras, prelatis, baronibus, nobilibus, et universitatibus terrarum, et locorum omnium, comitatuum Provincie et Forcalquerii, ut homagium facerent, et sacramentum fidelitatis prestarent dicto dno Senescallo, nomine et pro parte dominarum predictarum, in casibus supradictis... Requirens idem dns Johannes eundem dnm archiepiscopum, ex parte regia, ut recognitionem, et fidelitatis sacramentum, faceret et prestaret eidem dno Senescallo, procuratori predicto... Dictus vero dns G. archiepiscopus, audita requisitione predicta..., eidem dno Senescallo, procuratorio nomine dictarum dnarum Johanne et Marie, ...recognovit, quod ipse dnus archiepiscopus Aralaten. tenebit, et tenere intendit, nomine dicte Aralaten. ecclesie, pro dicta dna Johanna, in casu et eventu predictis, castrum Sancti Mitrii, Castrum Veyre, castrum de Confos, et medietatem tertie partis castri de Fossis, et affare de Gabardello. Et pro predictis, si et in quantum, ut premittitur, tenetur de jure, et non aliter, fecit et juravit fidelitatem... Et voluit et concessit dictus dns archiepiscopus, quod in isto sacramento fidelitatis, intelligantur omnia illa capitula que in sacramento fidelitatis intelliguntur, et continentur, ac si specialiter essent expressa... Actum Avinione, in domo magistri Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani. Testes ad hoc vocati et rogati, dni N. Bisinian. episcopus, Johannes Cabassole, miles, dns Berengarius Ermengaui, dns Raymundus de Bollares. Et ego Johannes de Maranta, de Tramonto, not. etc.

Arch. des B.-du-Rh. B. 488, rouleau d'hommages.

1527 3 décembre 1332.

1332, 3 déc., 1re indict. — Plaintes du roi René (!) au pape Jean XXII, contre l'archevêque d'Arles, qui, sous prétexte d'empiètement sur les biens de l'Église, avait excommunié ses officiers de Martigues. Prière d'y mettre ordre.

Arch. des B.-du-Rh. B. 491.

1528 Avignon, 28 avril 1333.

Compromis entre Pierre de Châteauneuf et Raymond Suffredi, ménagé par G. archev. d'Arles, camerlingue, et A. évêque de Marseille, trésorier. — Avinione, infra palatium apostolicum, in camera habit. d. Massil. episcopi.

Arch. des B.-du-Rh. St-Sauveur d'Aix, Reg. 77, f° 1 v°.

1529 29 mai 1333.

...Littera in pargameno scripta, sigillata in sigillo pendenti cera rubea, emanata a patre revdo dom. Galberto Aralatensi archiepiscopo, camerario domi pape Johannis, sub anno M°CCC°XXXIII°, die xxixa mensis maii, continens solucionem undecim unciarum argenti factam dicto archiepiscopo, nomine dicti dom. pape, per dom. Bertrandum Euchachii pro castris de Nionis, de Miribello et de Vinsobriō.

Chevalier (C. U. J.), *Invent. des arch. des dauphins de Viennois... en 1346* (1871), p. 230, n° 1299.

1530 Avignon, 6, 7 et 15 septembre 1333.

En présence des cardinaux évêques de Palestrina (Penestrino) *et de Frascati* (Tusculano) ac vener. patre dno Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, dni pape camerario, Avinione, in hospicio dicti dni Tusculani episcopi, *de nombreux maîtres en théologie examinent et jugent 18 articles extraits d'ouvrages de Durand de St-Pourçain, évêque de Meaux, et de Thomas* Walleis.

Denifle, *Chartul. univers. Paris.*, 1891, t. II, p. 418-25.

1531 Avignon, 15 décembre 1333.

L'évêque de Marseille, Aimar Amiel, fait un codicille à son testament, infra palatium dni Pape, presentibus reverendo in Xpisto patre dno Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, dicti dni nostri Pape camerario...

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 456.

1532 Avignon, 23 décembre 1333.

Le dernier acte de l'évêque Aimar a lieu dans le même local, en présence de l'archevêque Gasbert.

Voir l'acte à l'évêché de Marseille, n° 457.

1533 Avignon, 3 janvier 1334.

Le pape Jean XXII invite les cardinaux, prélats et maîtres en théologie à délibérer sur la question de la vision béatifique. Acta... present. vener. viris dom. Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario,...

Denifle, *Chartul. univers. Paris.*, t. II, p. 434-7.

1534 Avignon, 23 juin 1336.

Gasbert Duval, archev. d'Arles, consacre l'autel de la nouvelle chapelle pontificale érigée par Benoit XII dans le palais d'Avignon. Et tandem altare in ipsa capella fabricatum et erectum... per ven. fratrem Guasbertum, archiepiscopum Arelatensem... die data presentium... solenniter consecrari... Datum Avin., 9 kal. julii, an. II.

Bull. coll. Avin., f° 24 (Duhamel, *Palais des Papes*, p. 19).

1535 18 décembre 1336.

Lettre de Benoit XII à l'archevêque d'Arles et ses suffragants.

Benedictus, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Arelaten. ejusque suffraganeis, salutem et aplicam ben. Ex cotidiana instantia nobis, licet immeritis, superne dispositionis arbitrio super cunctas orbis ecclesias incumbente, super earum cura sollicite vigilamus easque, cum possumus, ab oneribus libenter eximimus, et ab eis gravamina summovemus. Dudum siquidem fe. re. Johannes pp. XXIJ, predecessor noster, totis aspirans desideriis ad subventionem, quinimmo recuperationem hereditatis dominice, videl. terre sancte, auctoritate apostolica, de fratrum suorum consilio, de quorum numero tunc eramus, passagium generale ad terram sanctam indixit, et ut tantum negotium felicibus prosperetur auspiciis, imposuit decimam omnium reddituum ecclesiasticorum, vid. VIJ. kal. augusti, pontificatus sui anno decimo septimo [*26 juil. 1333*], per universas mundi partes, usque ad sex annos ex tunc computandos... *(Comme la croisade n'a pas pu avoir lieu, le Pape veut qu'on suspende la perception des décimes, et qu'on rende ce qui a été levé).* Datum Avinione, XV. kal. januarii, pont. nostri anno secundo.

Insérée dans la suivante.

1536 Avignon, 5 février 1337.

Lettre de Gasbert, archev. d'Arles, à ses suffragants.

Venerabilibus fratribus dnis Dei gratia Avinionen. Massilien. Tholonen. Cavallicen. Vasionen. Carpentoraten. et Tricastrin. episcopis, suffraganeis nostris, *Gasbertus*, permissione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, salutem in Dno, et mandatis apostolicis firmiter obedire. Litteras sanctissimi patris et dni nostri dni Benedicti, divina providentia pape XIJ, ejus vera bulla plumbea in filis canapis, solito more Romane curie bullatas, nos recepisse noveritis, in hec verba *(n° 1535)*... Quo circa vos et vestrum quemlibet requirimus et hortamur in Dno, quatenus contenta in predictis litteris sic curetis executioni debite demandari, quod non possitis de negligentia redargui, vel puniri, sed potius de diligentia commendari. Nos enim in nostris civitate et diocesi contenta in ipsis litteris faciemus executioni debite commendari. De die vero receptionis presentium nos per vestras litteras vel publicum instrumentum certificare curantes. Datum Avinione, sub sigillo nostro, die V. februarii, anno Dni 1337, quinta indictione.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 127. Orig. ou du moins de l'époque.

1537 Salon, 25 septembre 1337.

Cum reverendus in X° pater et dominus dns Gasbertus, Dei gratia Arelaten. archiepiscopus, qui olim Massilien. ecclesie pontificali prefuit dignitate, ordinasset,.. in suo ultimo testamento, restitui et assignari,... episcopo et capitulo ecclesie Massilien., ducentas sexaginta quatuor marcas argenti ad pondus Avinionis, recuperatas per eum, non sine magna difficultate, ut dixit, a bone memorie dno Ramundo archiepiscopo Ebredunen.,... pro augmentandis cotidianis distributionibus ejusdem ecclesie Massil. *Gasbert avait précédemment versé 100 marcs aux procureurs de l'évêque Jean Gasqui ; voulant compléter sa pieuse disposition, il remet aux mêmes 164 marcs en 783 florins d'or.* Acta... infra fortalicium castri Sallonis, in camera dicti dni archiepiscopi, present... Gasberto de Valle, archidiacono Massilien....

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 509.

1538 St-Ruf près Avignon, 3 décembre 1337.

[Statuta edita in concilio provinciali.]

In nomine Domini. Amen. Antiqui patres sanctitatis gratia prediti, et tam exemplo quam opere beatitudinis munere affluentes, curam pastoralis sollicitudinis salubriter exercentes, sua sepius concilia celebrarunt, in quibus per justitie regulam suis consuluerunt temporibus opportuno regimini ecclesiastice discipline, morum gestus induxerunt laudabiles, et subditorum errantium periculis feliciter obviarunt. Ideoque nos permissione divina Gasbertus, Arelatensis, Bertrandus, Ebredunensis, et Armandus, Aquensis, archiepiscopi, predictorum patrum antiquorum vestigiis inherentes, ac subditorum nostrorum saluti, quantum nobis ex alto permittitur, prospicere cupientes, de infrascriptorum episcoporum suffraganeorum nostrorum presentium, ac procuratorum suffraganeorum et capitulorum nostrarum provinciarum absentium, consilio et assensu ; videlicet nos Gasbertus, Arelatensis archiepiscopus, cum venerabilibus in Christo patribus dominis eadem gratia Petro Aurasicensi, Hugone Tricastrino, Jacobo Tholonensi, Hugone Carpentoratensi, Philippo Cavallicensi, Johanne Massiliensi, Johanne Avinionensi, et Raterio Vasionensi ; et cum Arelatensis, Aurasicensis, Tricastrini, Tholonensis, Carpentoratensis, Cavallicensis, Massiliensis, Avinionensis et Vasionensis capitulorum procuratoribus sufficienter comparentibus. Et nos Bertrandus, Ebredunensis archiepiscopus, cum Bertrando Senescensi, Elziario Digniensi, Jacobo Glandatensi, Arnaldo Ventiensi, et Guillelmo Nissiensi, et cum discreto viro magistro Johanne Durandi, clerico intitulato in ecclesia Grassensi, procuratore venerabilis patris dni Gaufridi episcopi Grassensis, absentis ; et cum Senescensis, Glandatensis, Ventiensis et Nissiensis capitulorum procuratoribus, sufficienter comparentibus. Et nos Armandus, Aquensis archiepiscopus, cum Bartholomeo Forojuliensi, Gaufrido Regensi, Rostagno Sistaricensi, et Guillelmo Aptensi, episcopis, nostris suffraganeis, ac cum religioso viro Lantelmo de Sparron., priore prioratus de Alamon', Vapincensis diocesis, procuratore venerabilis patris dni Dragoneti, episcopi Vapincensis,

absentis; ac cum Regensis, Sistaricensis, Aptensis et Vapincensis capitulorum procuratoribus, sufficienter comparentibus, in loco, seu monasterio Sancti Ruffi, ordinis Sancti Augustini, Avinionensis diocesis, Arelatensis provincie supradicte, provinciale concilium celebrantes, porrogata primo jurisdictione de locis ad locum, per nos Ebredunensem et Aquensem archiepiscopos, nostrosque suffraganeos presentes, nobis Gasberto Arelatensi archiepiscopo, et Johanne Avinionensi episcopo et procuratoribus supradictis hac vice consentientibus; ad honorem omnipotentis Dei, et precelse gloriose Virginis matris sue, totiusque celestis curie beatorum, ac morum reformationem, delictorum et excessuum correctionem, ac animarum nostrarum et subditorum nostrorum utilitatem, et statum ecclesiasticum salubrius conservandum, hoc sacro approbante concilio, ad infrascripta statuta edenda, seu eorum aliqua innovanda, reformanda, et declaranda, processimus, ut inferius continetur. Protestati tamen fuimus ante omnia, quod per infrascripta statuta seu aliqua eorumdem, statutis provincialibus vel synodalibus, seu ecclesiarum cathedralium vel collegiatarum, olim rationabiliter editis in nostris provinciis, derogare non intendimus, nisi si, et in quantum dictis nostris statutis infrascriptis reperirentur per contrarietatem vel alias obviare.

I. De missa *(Concile de 1326, n° 1520, § 1)*... ebd. cel.; *ligne 7*, conservando; *8*, et pen.; *9*, sing. nostrarum provinciarum eccl.; *10*, ad dictam mis.

II. Si propter Christum, reverentia sanctis ejus *(§ 2)*; *l. 1*, dum; *5*, que pro nobis in; *6*, *omet* sic; *7*, *etc.*, dioceseon; *12-3*, de d. v. de n.; *14*, et. lum.; *16*, *om.* vere.

III. Item, cum secundum sacre Scripture *(§ 3)*; *5*, ej. in p.; *9*, effun-; *13*, et d. n.; *15*, ac cust.; *16*, vid. quilibet nostrum archiepiscoporum per totam suam provinciam et.

IV. Cum felicis recordationis dominus Gregorius *(§ 4)*; *1*, f. a. n. J. inclinantibus se d. — *4*, culum, inv. q.; *5*, illud; *14*, ut illi id.

V. Sacri fontes, in quibus originale aboletur *(§ 5)*; *2*, committatur; *5*, contract-s; *8*, n. provinciarum et d.; *9*, eos sic; *10*, apt. et clausos teneant et aptatos; *13*, succrescat.

VI. *De sacramento Eucharistiæ, in tempore Paschali, a parochialis solum presbyteris ministrando.* — Item desiderantes illico preceptum generalis concilii, pro animarum salute, et fidei catholice testimonio salubriter institutum, quod omnis utriusque sexus, postquam ad annos discretionis pervenerit, reverenter recipiat, ad minus in Pascha, Eucharistie sacramentum, sic a Christi fidelibus sollicitudini nostre commissis efficaciter observari, quod nulli quesitis coloribus et simulatis devotionibus, vel alias, dum ab aliis quam a propriis sacerdotibus recipere velle se asserunt Corpus Christi, fraudem querentes facere canoni, fraudent potius semetipsos, presentis deliberatione concilii statuimus, inhibendo quod curati nostrarum civitatum, dioceseon, et provinciarum, nulli parochiano suo cujuscumque conditionis aut sexus existat, in festo Pasche, nec in octo diebus immediate precedentibus, et octo subsequentibus, concedant licentiam recipiendi, nisi ex causa infirmitatis, nec etiam alicui, ministrandi, seu conferendi sacramentum Eucharistie, extra ecclesias suas parochiales, vel alias ecclesias ubi per ipsos curatos ministrari extitit consuetum. Si qui autem curati hujusmodi statuti fuerint transgressores, auctoritate presentis concilii, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. Prelati autem sic presens statutum observent, ut alicui, nisi ex causa rationabili, recipiendi sacramentum predictum illo tempore, alibi quam in parochiali ecclesia, licentia[m] non concedant.

VII. *Ut beneficiati, et in sacris ordinibus constituti, in diebus sabbati a carnibus habeant abstinere.* — Item, cum deceat viros ecclesiasticos, presertim beneficia ecclesiastica obtinentes, in modo vivendi sic inter homines exemplariter conversari, ut laici eorum informentur exemplo, non autem ex clericorum abusu, corruptis moribus deformentur, statuimus quod clerici beneficiati, aut in sacris ordinibus constituti, ab inde in antea semper in diebus sabbati pro honore beate Marie, carnibus abstineant, nisi ex causa necessitatis, de qua comedentis conscientie relinquatur; vel nisi festum Natalis in die sabbati contigerit evenire. Alioquin contrarium facientes, pro quolibet die sabbati quo carnes comedere attemptarint, per unum mensem ipso facto ab ingressu ecclesie sint suspensi.

VIII. Item statuimus quod quilibet nostrum archiepiscoporum pred. *(§ 46)*; *4*, d. transitum facient p.; *5*, et. in a. dio. d. p. pop. ben.; *8*, exc., et a.; *9*, nobis... diocesanus p. e. Et si contingat eos in pontificalibus celebrare, vel predicare vel facere coram se predicari, possint benedictionem episcopalem et indulgentiam concedere, ac vestes et altaris ornamenta benedicere, calices et altaria portatilia consecrare. Item; *11*, d. et o. f.; *13*, Addentes; *14*, c. et c. m. et s. p.

IX. Item statuimus, quod ex quo per propriam *(§ 6)*; *6*, f. publicata; *7*, r. ac i.; *8*, s. et publice a.; *9*, metr. seu ejus officiali, et approbatam p-te; *11*, hujus; *13*, declarent.

X. *Ut censura ecclesiastica sic, urgente contumacia, exerceatur, quod nullus ultra juris terminos abutatur.* — Item, cum censura ecclesiastica sit eo moderamine a viris ecclesiasticis exercenda, quod officium debitum operando, non cogatur ad noxam et scandalum tendere que ad medelam et remedium est inducta, et excommunicationis lata sententia sic contra contumaces, et in excommunicationis sententia dominantes, possit expressis a jure provisionibus aggravari, quod ad peregrinas adinventiones, et multipliciter perniciosas recurrere, sit tam inutile quam damnosum. Statuimus quod ab inde in antea nullus ecclesiasticam jurisdictionem exercens, contra excommunicatos ab ipsis, quantocumque tempore excommunicationis sententiam animo sustinuerint indurato, procedat ad faciendum projici lapides in domum excommunicationis sententia innodati, vel faciendum venire capellanum indutum veste sacerdotali, vel alias, ad domum excommunicati predicti, vel portandum libitinam seu feretrum, vel alia similia que a jure non reperiuntur expressa, sed aliis a jure provisis remediis utatur ad penam contumacium aggravandam; exercentes autem jurisdictionem hujusmodi, qui contrarium fecerint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, nec subditi nostri curati, vel alii, eisdem teneantur in predictis aliqualiter obedire.

XI. Ceterum, abominabilis, proh dolor! sicut ad (§ *7*); *4*, vicino ; *15*, *om.* utpote... contingen- ; *20*, sepo ; *23*, et in ec. ; *30*, em. ex. ; *31*, s. ipso facto e. ; *40*, fuerit per ipsum ; *43*, m-rint ; *44*, p-rint ; *45*, contigerit d. in ; *49*, e. i. f. s. h. m. ; *52*, p. n. ; *53*, e. a. ; *54*, o. ecclesiasticum b.

XII. Item quod seculares domini, cujuscumque (§ *8*); *2*, seculari ; *4*, *om.* bajuli seu ; *5*, p. vel alios e. r. cogunt o. ; *8*, erint pacifice m.

XIII. Item, quod nullus dominus temporalis, vel (§ *9*); *8*, dist., exceptis causis feudalibus, in casibus a jure concessis. Quod ; *9* presumpsit.

XIV. Item, prohibemus statuendo, et statuimus (§ *10*); *1*, Ut el. ; *2*, *om.* ad ; *9*, quemcumque ; *12*, pact. aliquod in. ; *15*, pasciscens ; *16*, s. e. ; *17*, s. hoc ad ; *19*, ab obtinendo.

XV. Quoniam aliqui suis finibus non contenti (§ *11*); *1*, et ec. ; *11*, tretzena, l., v., feuda, leśdas ; *12*, p., pascherias s. r., j-es ; *14*, bona quel. ; *15*, i. s. m. ; *17*, h. seu r. vel leprosarias ; *19*, gadiare ; *24*, leprosarias ; *25*, edere... s. seu b. vel p. a. n-es q. ; s. quibusl-t ; *31*, e. aut c. ; *32*, seu ; *34*, v. novas a. ; *35*, e. seu e. ; *36*, *om.* in ; *37*, aliquo ; *39*, lo., v.; *40*, ditionis ; *42*, earum arctare ; *44*, mal., aut in predictis aut aliquo predictorum mandatum dederit, auxilium, consilium seu favorem, publice vel occulte, n. ; *45*, seu i... vel i. ; *47*, aut p. ; *48*, e. sententie s. ; *49*, Q. e. ; *57*, v. commodius e. ; *59*, et et. ; *64*, c., vi. v. l. ; *66*, deliquerit ; *69*, fa. sententiam e-nis ; *70*, v. ipsa n. ; *74*, p. i.

XVI. Item, statuimus et etiam ordinamus, quod (§ *12*); *7*, eccles. seu eccles.

XVII. *Ut hi qui res ab ecclesiis qualitercumque tenent, in alienatione earum teneantur de jure ecclesiarum expressam facere mentionem.* — Item, cum quidam sue salutis immemores, tenentes ab ecclesiis castra, villas, domos, terras, nemora, prata, seu quasvis alias possessiones, in emphiteosim, vel sub certo feudo, dominio, senhoria, censu, servitio, pensione, vel prestatione quacumque, plerumque illas, vel illa, vendunt, permutant, vel donant, seu alias, ignorante domino, distrahunt, nulla de emphiteosi, feudo, dominio, senhoria, censu, servitio, pensione, vel prestatione, quodve ab ecclesia teneatur, habita mentione, immo interdum ipsas seu ipsos tanquam ab omni censu, servitio, et pensione, seu quovis alio jure ecclesiis debito, liberas alienant. Nos, tam saluti talia volentium attentare quam indemnitati ecclesiarum providere volentes, statuimus quod quicumque tenens ab ecclesiis nostris, vel nobis subjectis, castra, villas, domos, possessiones, vel alias res immobiles, seu loca, vel jura, cum ad venditionem, donationem, permutationem, seu quamvis aliam alienationem earum, vel eorum, duxerit procedendum, de feudo, emphiteosi, etiamsi canon vel pensio propterea non solvatur, censu, servitio, dominio, vel senhoria, pensione, seu quavis alia prestatione eisdem ecclesiis debitis, etiamsi in alienatione, de jure vel consuetudine, non sit illius a quo tenetur requirenda scientia vel consensus, expressam debeat facere mentionem ; alias si aliquod predictorum ecclesiis debitorum in contractu seu alienatione hujusmodi negaverit, vel scienter omiserit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto ; eamdem penam incurrat notarius, qui scienter, sine expressione hujusmodi jurium, de contractu fecerit instrumentum.

XVIII. Item, quod loca ad que bona ecclesiarum (§ *13*); *5*, d., tamdiu p. ; *7*, i. sint et p.

XIX. Item, quia privilegium meretur amittere (§ *14*); *3*, p. sibi a. ; *15*, liter, seu radi et mutare habitum permittunt, ut ; *18*, quoquam ; *19*, a. de c. ; *32*, et eos ; *39*, transmittant quanto c. ; *42*, al. at. ; *43*, e. detentum de ; *44*, l. i.

XX. *Ut deferentibus litteras pro jurisdictione ecclesiastica exercenda, nulla injuria vel violentia inferatur.* — Cum justitie jus suum cuilibet tribuenti, et ipsius ministris, ac rei publice plurimum detrahatur, si processus ipsorum ministrorum justitie, iniquorum contingat machinationibus impediri, nos, volentes talium justitie cultum impedientium ausus temerarios timore discipline ecclesiastice cohibere, provisione presentis concilii duximus statuendum, quod si quis, cujuscumque conditionis aut status existat, nuntios aut executores nostros, et suffraganeorum nostrorum, officialium et vicariorum, seu eorum locatenentium vel vices gerentium, aut alias litteras et scripturas judiciales nostras, vel suffraganeorum, vicariorum, et officialium predictorum, defferentes, hac occasione verberare, capere, detinere, occultare, carceri mancipare, vulnerare, interficere, vel mutilare, seu litteras vel scripturas predictas auferre, seu ea rumpere, cancellare, vel alias destruere quoquo modo, vel ablata celare, vel defferentes compellere ad frangendum, vel ut eorum verbis utamur, ad manducandum hujusmodi litteras vel scripturas, aut quod predicta seu aliqua predictorum fiant procuraverunt, aut facientibus dederunt consilium vel favorem, excommunicationis sententie, quam ex nunc ferimus, subjaceat ipso facto, a qua nisi prius judici cujus auctoritatem contempserit, et passo injuriam, et ceteris quorum intererit, prout excessus exiget atrocitas, satisfecerit, nullatenus absolvatur.

XXI. *Prorogatio jurisdictionis in invasores et occupatores ecclesiasticorum bonorum et jurium exercende.* — Item, cum quanto quis passus injuriam in majori statu existit, tanto atrocior injuria judicetur, et ideo sit cautius et uberius providendum, statuimus, ut si cui nostrum archiepiscoporum et episcoporum, vel ecclesiarum nostrarum, seu nostrorum familiarium, in personis vel rebus fuerit injuria vel violentia irrogata, vel possessio, seu quasi, turbata, sicut posset quilibet ex nobis archiepiscopis et episcopis, et nostris officialibus et vicariis, et vices gerentibus, et locatenentibus eorumdem, procedere de jure, consuetudine, vel statuto, contra injuriatores, violatores, et turbatores hujusmodi, si in propria diocesi facta essent, sic etiam possit si extra propriam diocesim et provinciam, dum tamen infra nostras provincias sint commissa, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, necnon citare, informationes recipere, inquirere, diffinire, declarare, et omnem jurisdictionem et censuram ecclesiasticam exercere, ad satisfactionem sufficientem, et debitam obtinendam ; per hoc autem non intendimus quod ordinario prejudicium generetur, quin etiam ex officio possit procedere ad penam debitam imponendam, ac etiam ad faciendum satisfieri injuriam passis, si ab eis fuerit requisitus. Et ut

predicta omnia et singula roboris obtineant firmitatem, nos omnes, archiepiscopi, episcopi, et procuratores episcoporum absentium, super hiis plenam et expressam concedimus facultatem ; nec objici valeat contra tales processus, quod extra territorium jus dixerit sic procedens, quia quoad premissa et quelibet premissorum, jurisdictionem nostram et nostrum cujuslibet, vicissim inter nos prorogamus, vices nostras nobis ad invicem, ac dictarum provinciarum, civitatum, et dioceseon, singulisque officialibus, et locatenentibus, presentibus et futuris, insolidum committentes, universis nostris subditis injungentes ut in premissis, ordinario, aut ejus officiali, seu locumtenenti, sic procedenti, pareant et intendant ; quod nisi fecerint, possit procedens per censuram ecclesiasticam animadvertere in eosdem. Et nichilominus, si nos, archiepiscopi, aut episcopi, per sic procedentem requisiti, pretermiserimus suas in hac parte requisitiones aliquatenus exaudire, aut id super quo requisiti fuerimus non curaverimus perducere ad effectum, sic non exaudiens, nec ad effectum perducens, eo ipso per unum mensem, auctoritate presentis concilii, a pontificalibus sit suspensus ; presenti statuto per decennium, et post, per aliud decennium, nisi interim revocatum fuerit, valituro. Ita tamen quod per hoc, sic procedenti in aliena civitate vel diocesi, nullum jus aut jurisdictio in posterum ex longinquitate temporis, aut alias, post statutum proxime terminum acquiratur.

xxii. Item, statuimus quod excommunicati in (§ *16*) ; *4*, assessores... o. p. ; *15*, tiam ipso facto ; *19*, p. o. ; *20*, t. r. ; *21*, realiter ; *22*, et absque a.

xxiii. Item, statuimus et sub pena excommun. (§ *17*); *4*, ap-m v. quivis ; *6*, vel d. ; *9*, q. ; quodque ap-s ; *16*, tionis vinculo s.

xxiv. Item, quod quicumque alium toxicare, aut (§ *18*); *4*, t. dictare ; *6*, cujusquam ; *7*, *om.* a q... abs. ; *9* b. fuerit, s. i. ; *12*, ex veris-s ; *14*, d. ecclesiasticam n. ; *17*, inveniendam.

xxv. Item, dolentes referimus, quod nonnulli (§ *19*); *3*, *om.* scil. ; *4*, Cister-s ; *16*, ordinariis ; *21*, succedente ; *28*, o. et c. ; *31*, erant ab initio ; *35*, perinde ; *36*, n. quatenus animadvertere in ipsos p. ; *38*, i. s. ; *43*, notorie ; *45*, octo dies ; *47*, q. t. h. a. et exinde m. d-sve ; *59*, remetiatur ; *69*, ad arctiorem f. r. t. ; *70*, n. per.

xxvi. Item, ne relicte in testamentis vel aliis (§ *20*) ; *1*, Ut t. pa. i. pr. curati et p. episcopum d. distributiones i. ; *4*, e. vel ad ; *6*, p-r p-lis i. rogetur ; *10*, em. seu ; *17*, Adji-s insuper q. ; *18*, al. preter dioc. l. p. ; n. a-i d. p-ant... ubi ; *21*, ord. ; nisi testator executoris vel executorum suorum arbitrio fiendam restitutionem et distributionem hujusmodi ordinasset ; quo casu executores, a tempore mortis, ubi tempus restitutionis vel distributionis non esset testamento insertum, vel ab illo expresso tempore computandos, infra sex menses, debeant fideliter defuncti exequi voluntatem : quod si non fecerint, ex tunc diocesani restitutiones et distributiones incertas faciant, intentioni defuncti quantum poterunt innitentes. Executores autem predicti, ut magis habeant materiam fideliter exequendi, de distributis et restitutis predictis, diocesano teneantur reddere rationem. Ad h. autem adji-s.

xxvii. Cum in eo, in quo alicujus interesse rat. (§ *21*) ; *1*, *Ut* ; *2*, *om.* et ; *4*, et jubemus ; *10*, seu s.

xxviii. Item, ut nullus, cujuscumque religionis, (§ *22*) ; *4*, cujusquam ; *6*, a. q. ; *7*, c. eidem d-no ; *8*, s. specialiter r. ; *9*, C. vero s. ; *10*, inc., nondum etiam publicato. In b-mo f. In v. c. v. r. ; *22*, est multo tempore p. ; *31*, toxi- ; *32*, mort. min. ; *35*, gis ; *39*, i. se ; *40*, illis.

xxix. Item, quod nullus clericus, vel persona ec. (§ *23*) ; *1*, nulla persona ecclesiastica, o. c., donationis, vel emptionis fraudulenter facte, q. ; *5*, faci. aut emptionis, permutationis vel in solutum dationis, que emptio, permutatio vel in solutum datio in fraudem fierent, q.

xxx. *De instrumentis debitorum, soluto debito, restituendis et, si apud creditorem remaneant, cancellandis.* — Item, cum nulla juris patiatur ratio, quod bis idem debitum exigatur, nos volentes materiam exigendi bis idem debitum, et vexationis indebite, quantum possumus amputare, statuimus, quod nullus debitor, Christianus vel Judeus, postquam sibi fuerit integre de debito satisfactum, possit contra voluntatem debitoris instrumentum, vel mandamentum, soluti jam debiti retinere, nisi forsitan creditor ad aliqualem tutelam vellet instrumentum predictum, vel mandamentum, in presentia solventis cancellatum et ruptum apud se conservare ; quod si instrumentum vel mandamentum, ut premittitur, cancellatum et ruptum, penes se conservare voluerit, apothecam, si petatur, teneatur facere de soluto ; creditor autem, postquam per debitorem soluto debito requisitus, restituere vel rumpere et cancellare non curaverit instrumentum vel mandamentum predicta, si Christianus fuerit, eo ipso, auctoritate presentis concilii, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, si vero Judeus fuerit, a participatione fidelium sit exclusus.

xxxi. *Ut instrumenta debitorum, vel mandamenta, post certum tempus, nullam in foro ecclesiastico ad probationem habeant roboris firmitatem.* — Item fraudibus creditorum, qui sibi debitum bis in totum vel in parte, exigere plerumque nituntur, occurrere cupientes, ac negligentes jus suum prosequi, ad prosecutionis diligentiam invitantes, statuimus, et auctoritate presentis concilii ordinamus, quod in curiis nostris et suffraganeorum nostrorum spiritualibus, seu coram officialibus nostris et suffraganeorum nostrorum, nullum instrumentum publicum super mutuo, seu deposito, seu venditione et emptione rerum mobilium confectum, post decem annos, a tempore contractus et confectionis instrumenti, si dies solutionis vel solutionum non sit ibi appositus, alias a tempore solutionis ultime, computandos, nullam fidem faciat, nec ad probationem debiti aliquid suffragetur, et hoc, sive instrumentum hujusmodi ad faciendum probationem contra clericos, sive contra etiam laicos, ratione juramenti, vel alias de consuetudine, vel de jure, in curia spirituali conventos, quomodolibet inducatur, nisi infra predictum decem annorum spatium hujusmodi prescriptio per citationem competentis judicis, vel requisitionem, sub testimonio publici instrumenti factam, fuisset quodammodo interrupta ; mandamentum autem vulgariter appellatum, post tres annos computandos ut supra, in predictis curiis

spiritualibus nullam fidem faciat, nec aliam habeat roboris firmitatem.

xxxii. Item, quod nullus omnino prelatus, (§ 24); 2, c. v. p. ; 7, *om.* et *et* vel ; 8, cujusquam m. v. e. seu beneficii, officii vel administrationis ecclesiastice, p. ; *12*, presumat, n. s. de jure vel p. p. aut c. ; *15*, incurrant.

xxxiii. Item, quod quelibet ecclesiastice pers. (§ 25); 2, habens ; *9*, p. aut r. ; *10*, j. e... contrarium d. darive p., publice vel occulte, e. ; *12*, s. i. i. ; *13*, *om.* c. s. a.

xxxiv. Item, quod nullus clericus habens curam (§ *26*); *1*, s. ordinibus c. ; *2*, h. a. in j. curie secularis ; *5*, cet., sine sui prelati licentia, in j-iis ; *6*, seculari ; *7*, a. pro aliquo laico ; *8*, t. Q. ; *10*, b. h. ; *11*, b-ti ; *12*, a-antur.

xxxv. Item, statuimus, ne quis illorum funera (§ 27); *4*, M. ordinum et aliorum religiosorum ; *6*, ad parochialem e. et c. ; *8*, fr. ipsis a. ; *9*, c. p. ; *13*, paro-is e. rectore procedi, si ; *15*, v. interesse n. ; *16* ; probare ; *17*, ex. civitatem f. ; *19*, domibus, *21*, e-ntibus de domibus ; *23*, e. seu associantibus... a., f. a. c. impartiri. Et si infra unam diem naturalem non fuerit facta probatio supradicta, funus sepeliendum in cemeterio parochialis ecclesie deponatur, ibi donec sit facta dicta probatio remansurum.

xxxvi. Item, quod prioratus, seu beneficii (§ *28*).

xxxvii. Item, statuimus, quod in singulis eccl. (§ *29*); *2*, v. diocesanis r. ; *6*, repres-t. Q. n. f., ea vice e. ; *7*, pr. pe. ; *9*, i-s, observato Viennensis concilii statuto, d. ordinandum. Si qui vero super premissis privilegia asserant se habere, ea infra sex menses ordinariis debeant exhibere, que privilegia observentur eisdem.

xxxviii. Item, statuimus, quod nullus in aliquo (§ *30*); *4*, natus vel presentationis dumtaxat, c.

xxxix. Item, sub pena excommunicationis (§ *31*); *2*, n. ab illo i. se ; *5*, p-s, ante institutionem p. ; *7*, c. ; in institutione vero vel post, possit prestare juramentum patronis, ratione temporalium, prout eis competit de consuetudine vel de jure. Q. p. seu p.

xl. Item, quod clerici, et hospitalia, et ecclesie, (§ 32); *2*, ordinarios ; *6*, m. clericorum solutorum, s. ; *8*, paulative.

xli. *Ut clerici macellariorum et tabernariorum officia personaliter exercentes, moneantur ut a predictis desistant officiis, si gaudere voluerint privilegio clericali.* — Item, cupientes clericos, in Domini sortem electos, sic professionis viam quam elegerunt, modeste servare, quod respicientes retro negociationes non exerceant ecclesiastico statui minime congruentes, ac attendentes quod dignum existit ut qui similem secularibus vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, auctoritate presentis concilii ordinamus, quod nos, archiepiscopi et episcopi, per nos vel officiales nostros, infra mensem, sub obtestatione divini nominis, omnibus curatis nostrarum civitatum et dioceseon, districte precipiendo mandemus, quod ipsi omnes clericos solutos et conjugatos, carnificum, seu macellariorum, aut tabernariorum, officium publice personaliter exercentes, sub pena excommunicationis, infra mensem a tempore publicationis statuti hujusmodi, certificati, in scriptis specialiter debeant nobis, seu nostris officialibus intimare, qua intimatione et informatione receptis, nos sine more dispendio, per nos aut officiales nostros predictos, ad monitionem nominatim faciendam, et alia contenta in constitutione Viennensis concilii, super hoc edita, exacta diligentia procedamus.

xlii. Item, quod dni seculares, vel quicumque alii, c. (§ *33*) ; *5*, *om.* seu ; *9-10*, s. e.

xliii. Item, cum statuta secularium, ecclesias aut p. e. n. (§ *34*); *5*, s. f. ; *6-7*, t., c., v. ; *8*, c. et e. p., adst-e ; *11*, n. eo. ; *17*, studuerent.

xliv. Item, quod domini temporales, baylivi, seu (§ *35*); *9*, s. eo ipso i.

xlv. Item, quod laici, cujuscumque gradus, (§ *36*); *1*, o. fiant s. d., f., obliga-s ; *3*, *om.* f-r ; *5*, s. vel o. ; *6*, se vel p. ; *8*, in suis u. ; *10*, in spiritua-s ; *11*, observent ; *12*, alias.

xlvi. Item, quia in quibusdam nostrarum (§ *37*); *1*, s., c-nibus ; *7*, n., se... c., ubi congregationes, c. ; *10*, d. suos ; *11*, d. consilium, a. ; *14*, j. in omnibus o. ; ex q. j. o., m. et depreda-s ; *16*, ecclesia ; *17*, taliter opido ; *18*, et j. injurias diversas et d. p. patiuntur. N. v. hiis a. p. et conatibus perniciosis exemplo occurrere et de remedio possibili p. ; *21*, cohibere ; *23*, g-s, s. ; *24*, tes vel c. ; *25*, s., d. vel c. e. ; n. predictas c., o. et pacta ; *28*, c., c. ; *30*, prestita a. i. aut t. ; *32*, eos etiam a. ; *37*, q. sunt p., fuerit p. ; *38*, *om.* fuerit ; *39*, pred-m ; *42*, a. vel f. ; *43*, v., s. r. jam damnate ; *44*, conf-s ; *50*, f. aliquando, et ; *52*, q. n. ; *54*, *om.* nul-s ; *55*, c. olim in ; *57-8*, interveniunt.

xlvii. Item, prohibemus sub pena excommun. (§ *38*); *1*, Ne c. preter dio-i l-am ecclesias m. ; *4*, contrarium f. incurrant ; *5*, regulares ; *6-7*, d. e. s. ; *9*, a. non p.

xlviii. Item, statuimus, ut nullus clericus arma (§ *39*); *1*, p. et q. ; *3*, s., nisi in casibus a jure concessis. Q. ; *5*, mulctatur.

xlix. *De honestate clericorum circa barbam non nutriendam, et coronam debitam deferendam.* — Insolentias clericorum, que tam ex inordinato habitu, quam ex gestu deformi dissolutiones ridiculosas non solum gignunt in clero, sed apud ipsos laicos indevotiones pariunt, et exempla scandalosa producunt, compescere cupientes, statuimus, quod omnes clerici, cujuscumque status aut conditionis existant, coronam rotundam deferant non nimia parvitate notandam, infra octo dies ex quo illam receperunt, et a barbis nutriendis, postquam ad tempus rasure congruens pervenerint, studeant abstinere ; exinde vero tam barbam, cum ad tempus rasure congruens pervenerint, ut prefertur, quam tonsuram, singulis mensibus, nisi ex juxta causa id facere distulerint, qua cessante illos ad hoc arctari volumus, radi facere teneantur ; quod si premissa non fecerint, beneficia in nostris provinciis seu diocesibus obtinentes penam centesime partis fructuum beneficiorum hujusmodi, quotiens defecerint in premissis, valore tamen ipsorum fructuum juxta taxationem decime quoad hoc attinet estimato, ipso facto incurrant ; quam centesimam si occupaverint vel sibi appropriaverint, tamdiu sint ab omni fructuum beneficiorum predictorum perceptione ipso jure suspensi, donec integram ejusdem centesime partis semel vel pluries commisse restitutionem ordinariis suis fecerint, seu emendam. Clerici vero soluti, beneficia non habentes, in clericali tamen statu viventes, quotiens contra premissa fecerint, in penam duodecim

denariorum monete currentis incidant ipso facto, in usus pios ordinariorum arbitrio convertendam.

L. *De honestate canonicorum secularium et dignitates habentium, in vestibus deferendis.* — Item, statuimus quod in nostris provinciis, seu diocesibus, omnes canonici cathedralium et collegiatarum ecclesiarum, necnon rectores et perpetui vicarii, ac capellani curati parochialium ecclesiarum, presentes et posteri, videlicet canonici in dignitatibus seu personatibus constituti, in ecclesiis et civitatibus, alii vero canonici, in ecclesiis, ac rectores, perpetui vicarii et capellani curati, in suis ecclesiis et parochiis, vestes superiores clausas, non nimia brevitate notandas, cum manicis decenter longis pariter et rotundis, ac capiciis, seu capsanis vulgariter appellatis, notabiliter non apertis aut magnis; videlicet omnes prefati canonici, tam dignitates seu personatus habentes, quam etiam non habentes, post medium, et alie suprascripte persone, post unum annum a tempore publicationis statuti hujusmodi numerandum, adstringantur portare precise ; quod si premissa facere neglexerint, vestibus quas contra presens statutum portaverint, sint ipso facto privati, quas si etiam non requisiti, non tradiderint ordinariis, per ipsos in pia opera convertendas, illi qui distributiones percipiunt, eas quamdiu dictas vestes tradere distulerint, perdant etiam ipso facto ; quarum quidem distributionum medietas capitulo, et alia medietas ordinarii arbitrio prefatis operibus applicetur ; alie vero persone predicte, que distributiones non recipiunt, ipso jure vestes amittant, in usus quoque premissos per ordinarios convertendas.

LI. *Ut ii qui vocem in capitulis non habent, cum habentibus se non ingerant, nec ad distributiones que dantur capitulantibus admittantur.* — Item, cum nullus cathedralis vel collegiate ecclesie canonicus, nisi sit subdiaconus, nec etiam habens dignitatem, personatum, prebendam, vel officium certum requirens ordinem, nisi sit in illo ordine constitutus, vocem de jure in capitulo habeat, etiamsi ab aliis libere concedatur, statuimus, inhibentes ne predicti vocem in capitulo non habentes, cum vocem habentibus, quando ipsum tenent capitulum, se nullatenus ingerant, nec per alios admittantur, etiam ex causa videndi, audiendi, vel sciendi que per tenentes capitulum dicentur, tractabuntur, ordinabuntur, vel etiam statuentur ; nec de distributionibus, seu emolumentis, quas tenentes capitulum, pro interessendo capitulo, recipiunt de consuetudine vel statuto, quidquam recipiant predicti vocem in capitulo non habentes ; quod si contra premissa fecerint vel aliquod premissorum, sint per mensem a perceptione fructuum beneficiorum suorum, que in illa obtinent ecclesia, et distributionum, ipso facto suspensi ; quod si de hiis quidquam perceperint durante suspensione predicta, duplum capitulo infra sex dies reddere teneantur ; quod si non fecerint, duret dicta suspensio donec duplum solverint supradictum, quacumque concessione, donatione, remissione, vel gratia contra hoc nullatenus valitura.

LII. *Ut canonici, presertim dignitates habentes, per duos menses in ecclesiis suis residentiam annis singulis facere personaliter teneantur.* — Item, quod omnes canonici, et maxime dignitates, personatus, vel officia, in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis obtinentes, presentes et futuri, teneantur annis singulis per duos menses in dictis ecclesiis residentiam facere personalem, quocumque statuto, vel consuetudine contraria non obstante ; quam nisi fecerint, ex tunc omnium fructuum et obventionum beneficiorum suorum totius anni, que in illa ecclesia obtinent, quartam partem, secundum taxationem decime ipso jure amittant ; cujus quarte medietas capitulo, alia vero medietas fabrice, vel alii necessitati ecclesie, ad arbitrium episcopi et capituli applicetur ; que pena nullatenus remitti valeat, etiamsi prelatus et capitulum super hoc convenirent ; nec super residentia non facienda in duobus mensibus supradictis valeat idem prelatus, nisi ex causa studii, dispensare. Premissa autem pena longa infirmitate prepeditis, aut existentibus obsequiis domini nostri pape, vel prelati proprii, sive prosequentibus ecclesie negotia sine fictione et fraude, aut in iis qui dispensationem obtinuerunt absentandi ex causa studii, non vendicet sibi locum. Per premissa vero circa illos qui de consuetudine, vel statuto ecclesie, ad continuam vel majorem residentiam, per se vel alium, sunt adstricti, non intendimus aliquid immutare.

LIII. *Ut canonici pretextu cujusvis officii vel servitii, distributiones non recipiant, quas interessendo essent recepturi.* — Item, cum laborantibus in vinea Domini « diurnus denarius » debeatur, et negligentibus seminare in benedictionibus messis temporalis juste debeat denegari, auctoritate presentis concilii, constituimus et etiam ordinamus, ut nullus canonicus cathedralis seu collegiate ecclesie, seu alii clerici perpetui beneficiati in eisdem ecclesiis, cujuscumque status, dignitatis, aut conditionis existat, etiam pretextu alicujus assumpti officii, vel etiam servitii colorati, distributiones quotidianas, que solis canonicis horis interessentibus dari debent, recipiat, nisi in eisdem horis personaliter intersit, aut occasione dicti officii, et pro negotiis capituli utilibus, omni fraude cessante, fuerit personaliter occupatus, quacumque remissione, donatione, vel gratia, contra hoc, nullatenus valitura.

LIV. *Ut ii qui dignitates seu personatus habent, seu habituri sunt, infra certum tempus ad sacros ordines, prout dignitates seu personatus hujusmodi exigunt, se faciant promoveri.* — Item, quia decet illos, et ipsis incumbit, qui ad servitium altaris et ecclesie Domini dedicati fore specialiter dignoscuntur, si sua digne et salubriter velint adimplere ministeria, ad sacros ordines promoveri, ne lucra amplecti avide, et humeros ab oneribus presertim honorabilibus subducere censeantur ; nos, attendentes quod nonnulli canonici cathedralium et collegiatarum ecclesiarum, nostrarum provinciarum, civitatum, et dioceseon, in dignitatibus, seu personatibus constituti, in proprie salutis dispendium, non curaverunt hactenus, quod cum displicentia referimus, neque curant, immo potius in effectu recusant ad sacros ordines, quos requirunt dignitates seu personatus quos obtinent, promoveri, quasi sperantes verisimiliter, sed damnabiliter, quod cum de Christi patrimonio fuerint sublimati, a clericali statu, sicut a multis factum esse comperitur, illusis ecclesiis retrocedant, ex quibus minutus est cultus divinus, et minui amplius, excrescente abusu, timetur, nisi super hoc provisionis accommode remedium apponatur ; et idcirco volentes, prout nostro incumbit officio, hujus-

modi abusum illusivum, et illusionem abusivam a nostris subditis abolere, et insuper cultum divinum non minui, sed augeri nostris temporibus affectantes, presentis concilii auctoritate statuimus concorditer, et etiam ordinamus, utilitate et necessitate ecclesiarum nostrarum id summo opere poscentibus, ut omnes et singuli canonici, in cathedralibus seu collegiatis ecclesiis nostrarum provinciarum, dignitates, seu personatus obtinentes, vel qui in posterum obtinebunt, infra unum annum, a die publicati statuti presentis dignitates seu personatus presentialiter obtinentes ; qui autem obtinebunt in posterum, a die adepte possessionis pacifice dignitatum, seu personatuum hujusmodi, in antea continue numerandum, ad sacros ordines, prout dignitates seu personatus hujusmodi exigunt, se faciant promoveri, alioquin si infra idem tempus non se fecerint, ut premittitur, promoveri, a perceptione fructuum et obventionum, dignitatis seu personatus hujusmodi, donec ad dictos ordines sint promoti, eo ipso noverint se suspensos ; et si, durante suspensione hujusmodi, ad percipiendum fructus, redditus, seu proventus, dignitatis seu personatus hujusmodi, se ingerere presumpserint, predictis dignitatibus seu personatibus sint ipso facto privati. Volumus autem quod fructus, redditus, et proventus dignitatum seu personatuum hujusmodi, qui durante suspensione predicta, de dictis dignitatibus seu personatibus recipientur, in utilitatem dignitatum, seu personatuum predictorum, per ordinarium et ejus capitulum, integre convertantur.

LV. Item, statuimus, quod archiepiscopi, et (§ *40*); *1*, re-em ; *3*, vices g. ipsorum, in delictis r-em faciant, c. ; *5*, si is q. d. dicitur, de diocesi n. fuerit ejus a ; *7*, de ejus d. fuerit.

LVI. Item, cum nonnulli claves (§ *41*) ; *7*, s-am... p-am ; *8*, noverit in se p-am, eamdem duxerit p. animo s-am, n. curans ; *11*, ea curia p. quam fuerit ; *12*, in-tus ; *15*, e-ntem ; *18*, fuerat ; *19*, bailivus ; *22*, d. suum s. ; *25*, d. n. ; *28*, v, c... sol. bonorum V. ; *30-1*, ab. eis i., eidem s. ; *34*, in ornamentis ecclesie seu elemosynis ad d. a. convertendis.

LVII. Item, cum in jure cautum existat archiep. (§ *42*); *1*, s. e. ; *5*, v. a. ; *6*, s. ad f. ; *7*, c. earum e. ; *8*, exegerint ; *12*, c. offendere, in ; *17*, de illis et earum ; *19*, p-et ; *21*, c. et d. ac p.; *24*, j., r.; *25*, c. vel d. ; *27*, e. s... t. ac l. ; *31*, leserent.

LVIII. Item, cum nonnulli temporale dominium o. seu s. (§ *43*); *1*, Ne p., d. v. i., c. c. j. ecclesiastico l. ; *4*, sancte ; *5*, a. moliantur ; *7*, p-te ; *10*, c. et h. ; *12*, p. ac c. s. r. e. vel p. h. c. m. a. q. p-rint ; *16*, noverint.

LIX. Item, cum illos quos Dei timor a malo (§ *44*); *1*, Ut infra domos p. et in eorum et o. ; *4*, p-te ; *7*, c. vel d. ; *10*, al. facto g.

LX. Item, statuimus quod sub pena excomm. (§ *45*); *3*, *om.* quod ; *4*, p. e. ; *7*, earum ; *9*, c-tentur ; *12*, *om.* que ; *13*, et a. earumdem ; *15*, n. provinciarum et d. ; *17*, q. ea in l. i. c. contigerit ; *19*, per e. pos. ; *20*, ex... s. b. ; *22*, *23*, duplicata ; *25*, s. r. ; *27*, punientur ; *30*, s. nostrorum d. ; *32*, p. ad nos et q. eorumdem p. ; *35*, c. seu g. ; *37*, pred-m... t. seu d... excusari. Predictum autem statutum ad personas ecclesiasticas temporalem jurisdictionem habentes, in locis sibi subjectis, volumus non extendi.

LXI. Item, statuimus, quod quecumque persona (§ *47*).

LXII. Item, quia sunt nonnulli clerici et laici. (§ *48*); *1*, De abutentibus litteris d. p. et l. et ; *3*, p. vel l.; *4*, a. ; ideirco a. ; *6*, ad a. t. ; *11*, p. vel l. ; *13*, f. vel p., ad perhibendum ; *14*, l. o. ; *15*, ejus contra jura ; *17*, l. o. i. q. l. ; *19*, e., officio vel beneficio ; *20*, p. vel e., beneficii vel officii, q. ; *22*, q. De ; *24*, n. de ; *26*, c-em ; *28*, n. vel non insignia f. evocari. — Item, judices, conservatores, delegatos et subdelegatos, qui scienter ad loca notorie distantia, vel non insignia, partem citare presumunt, quique auctoritate litterarum apostolicarum contra aliquem, citando vel alias, procedunt ad instantiam alicujus, nisi sibi constiterit illum ad cujus instantiam procedunt, eum re vera vel ipsius procuratorem esse qui in litteris apostolicis continetur.

LXIII. Si quis vero super rebus ad dotem (§ *49*); *8*, qua s. n-ti, n. se l. De i. vero... a., cum n. sint ; *13*, arripiunt ; *19*, si ibi r. ; *22*, l. ipsius, a.

LXIV. Item, sub interminatione anathematis (§ *50*); *2*, nant super decimis vel aliis juribus ecclesiarum. — ; *3*, a. rector, vicarius vel alius clericus vel laicus p. A., A. et E. p. s. d. vel a.

LXV. Item, statuimus, prohibentes ne aliquis, (§ *51*); *1*, Ut b. ; *2*, c. non a. ; *4*, e. aut q. ; *6*, s., ordinis vel r. ; *7*, d. consilio et a., contractu hujusmodi irrito nihilominus existente. Q. ; *11*, tendos. Addentes quod ubi possessiones steriles vel alie, de consensu, ut premittitur, diocesani, in emphiteosim perpetuam concedentur, dans in emphiteosim pro (*14*) a. aut primo i.; *15*, can. annuus v. ; *16*, retinetur. S. tamen circa alienationes hujusmodi c.

LXVI. Item, statuimus, quod si contingat (§ *52*); *1*, s. debeant di. b. sine morte et ; *3*, e. s. ; *4*, existimationem l. et e. ; *8*. et on. i. e. i. s., et animalia aratoria, et ornamenta ecclesie, et supellectilem consuetam. Q. ; *11*, c. et m. ; *12*, t., q.

LXVII. Item, statuimus, quod priores ecclesiar. (§ *53*); *3*, et rectores seu gubernatores h., et ; *5*, i. vel in cartulario, quod penes ecclesiam debeat remanere, de o. i. et m. b., scilicet i. ; *7*, eneis ; *8*, Et idem faciant instituti, post primam synodum, infra sex menses. Et qui p. n. f. ; *9*, f. dicti beneficii puniatur... aut in u. p. e.

LXVIII. Item, statuta olim per predecessores (§ *54*); *3*, t. vel a. ; *5*, f. ac c.

LXIX. Item, statuimus quod quicumque contra (§ *55*); *1*, D. s. b. et ; *2*, *om.* proh-s ; *7*, f. aut s. ; *16*, hiis s. ex nunc in.

LXX. Item, statuimus, quod si archiepiscopus, (§ *56*); *1*, necessaria ; *3*, e. aut a. ; *4*, d. p-arum predictarum ; *9*, in una s. colligantur ; nisi per sedem apostolicam que ecclesie solvere debeant fuerit ordinatum.

LXXI. Item, decernimus quod Judei masculi, (§ *57*); *8*, p. satisf-t (!) ; *9*, participatio d. Ac e. ; *10*, e. pro d. et pro o.

LXXII. In singulis autem casibus (§ *59*) ; *4*, tunc ; *5*, l-te... mandatis ; mandans autem diligenter advertat quod tunc demum dictam sententiam mandet servari, quando illius loci dominus esset solus ; si vero plures fuerint pro indi-

viso dominium obtinentes, quorum aliquis recusat, alius vero est obedire paratus, tunc dominus superior, vel superiores proximius, si plures fuerint, vel ejus seu eorum officiales requirantur et moneantur, ut infra unum mensem a die monitionis in antea numerandum, emendam faciat et satisfactionem debitam super eis super quibus dicta sententia est prolata ; quod si non fecerit, ex tunc per dictum ordinarium, officialem, vel locumtenentem, seu delegatum ejusdem, dictam interdicti sententiam mandet et faciat per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

LXXIII. *De Judeis pro medicina exhibenda non requirendis nec, si se ingesserint, admittendis, nisi maxima necessitas immineret.* — Item, quia inter Christianos, non sine catholice fidei opprobrio, adeo invaluit perniciosus abusus, ut hii qui Judeorum, utpote nostre inimicorum fidei, fetidos actus et opera spernere et abhorrere deberent, ad ipsos Judeos qui se physicos vel sirurgicos asserunt, pro medicamentis, immo verius nocumentis, indifferenter recurrunt ; propter quod eorumdem Judeorum servilis status ultra metas erigitur, inflatur et superbit cecitas, et ipsi fidem catholicam parvipendunt, et exinde familiaritates et conversationes multiplices, multorum utique incentive malorum, inter ipsos Christianos et Judeos prodeuntes, pluribus nefandis sceleribus que repperiuntur perpetrata, causam creduntur verisimiliter prebuisse, et darent inposterum aliis sceleribus, hiis forsitan pejoribus occasionem sive causam, nisi salubris provisio talibus obviaret. Idcirco nos, quibus est cura diligens per omnia superni Numinis religionem tueri, subditosque nostros a noxiis, quantum cum Deo possumus, preservare, statuimus, et etiam ordinamus, ut amodo nullus Christianus nostrarum provinciarum, civitatum, et diocesum, cujusvis sexus, status, conditionis, aut dignitatis existat, in infirmitate sua vel alias, Judeum quemquam physicum vel sirurgicum, pro aliqua cujuscumque conditionis medicina, medicamine, sive cura, recipiendis ab eodem, adeat, requirat, aut requiri faciat, aut etiam ipsius Judei ad eum sponte vel alias venientis, aut mittentis, recipere audeat, per se vel alium, quovis exquisito colore, medicinam, consilium, alias quam facturus fuerat, sive curam, nisi patienti immineret periculum, et Christiani periti medici, physici vel sirurgici, haberi commode in prefato periculo copia non valeret. Interdicentes pari modo Judeis utriusque sexus, ut in curandis infirmitatibus Christianorum nullatenus se audeant immiscere ; qui autem hujus statuti extiterit violator, si Judeus fuerit, eidem fidelium communio subtrahatur, Christianus vero superioris sui arbitrio puniatur.

LXXIV. Item, adjicimus quod in casibus ubi (§ *58*) ; *1*, c. predictis n. r. p. o. v. alium, ad q. o. remittet, e. ; *5*, reperiretur ; *6*, c. alii r. ; *9*, p. a. ; *11*, pabiles.

In quorum omnium fidem et testimonium, nos Gasbertus Arelatensis, Bertrandus Ebredunensis et Armandus Aquensis, archiepiscopi supradicti, presens instrumentum publicum publicari mandavimus per notarium infrascriptum, et sigillorum nostrorum appensione muniri, ad majorem roboris firmitatem et certitudinem firmiorem. Et nos siquidem Petrus Aurasicensis, Hugo Tricastrinus, Jacobus Tholonensis, Hugo Carpentoratensis, Philippus Cavallicensis, Joannes Massiliensis, Joannes Avinionensis, et Raterius Vasionensis, episcopi supradicti, prius predictorum procuratorum interveniente consensu, omnia et singula in dictis statutis contenta, grata habentes et rata, ideo presenti instrumento predicta statuta continenti, ad majus predictorum testimonium sigilla nostra apponi fecimus et appendi.

Actum et datum in predicto monasterio Sancti Ruffi, anno Domini MCCCXXXVII, indictione v, die III mensis decembris, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Benedicti, divina providentia pape XII, anno tertio ; presentibus venerabilibus viris dominis Petro Vastonis, juris civilis professore, Albiensis, Petro Gervasii, Vivariensis ecclesiarum canonicis, Durando Mercatoris, rectore ecclesie de Monteclarano, Caturcensis, Amalrico Saonis, clerico Uticensis diocesum, et Raymundo Astorgii, jurisperito, cive Montisalbani, et pluribus aliis, testibus ad premissa.

Ego vero Guillermus de Bega, clericus Agennensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, predictorum statutorum editioni, ordinationi, lectioni, et recitationi, una cum prenominatis dominis archiepiscopis, episcopis, procuratoribus, et testibus, presens fui, eaque ad requisitionem dictorum dominorum archiepiscoporum publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signumque meum ante subscriptionem meam, et in quinque conglutinationibus superius factis, consuetum apposui, in testimonium veritatis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 87, rouleau authent. de 6 peaux de parch., sans rubriques ; au dos : *Statuta synodalia facta in Sancto Rufo, prope Avinionem, per R. P. Gasbertum Arelaten., Aquen. et Ebredunen. archiepiscopos, et eorum suffraganeos* ; sur le parch. replié sont encore fixés des cordons de soie verte, auxquels étaient appendus onze sceaux, dont il ne reste que les inscriptions : *Arelaten', Ebredunen', Aquen', Aurasicen', Tricastrin', Tholonen', Carpent', Cavallicen', Mass', Avinion', Vasionen'* ; ce sont les trois archevêques et les suffragants d'Arles, à qui cet exemplaire était destiné (SAXI, p. 312). Autres : Ev. de Mars. La Major, G. n° LXXV, cell. 1°, roul. parch. scellé des mêmes sceaux. Livre rouge, f°s 44-54, écrit. contempor., avec rubriques. Reg. *Droits de l'archev. d'Arles sur Marseille* (parch., XIV° ou XV° s.), f° 624. St-Victor, reg. 105 et 106. Paris, Bibl. Nat., ms. lat. 1541, pet. in-folio, parch. (qui a appartenu « ecclesie parochiali de Aquileriis, dioc. Avinion. »), f° 9 : *Statuta provincialia edita per rever. patres dnos Arelaten., Ebredunen. et Aquen. archiepiscopos, cum suffraganeis eorumdem, in monasterio Sancti Ruffi* ; rubriques avant les chapitres, dont les 63° et 72° sont joints aux précédents. Il y avait deux copies dans la bibliothèque de Cambis, marquis de Velleron, n°s 25 (XIV° s.) et 80 (copié en 1430 sur l'exempl. d'Arles, à la requête d'Avignon Nicolaï, archevêque d'Aix [1]). Peiresc avait fait trancrire l'exempl. du Liber aureus (Bibl. de Carpentras, reg. LXXIV, t. I, f°s 392-413) et y a joint une « Description des sceaulx pendantz en las de soye verte, les uns apres les autres, au bas du concile, selon l'ordre dans lequel ils sont rangés » [2]. — L'exempl. de l'abbé Rive (ms. in-folio, parch.), passé

1. Maître Guillaume Blagenii, de la ville de Vaison, bachelier en décrets, habitant de la ville d'Arles, muni d'une procuration de Mgr Avignon, datée du 6 déc. 1430, s'adressa à Foulque Decona, licencié en décrets, official de l'archevêché d'Arles.

2. « Premièrement, le sceau de l'archevêque d'Arles est de cire rousse par le dehors, et en l'empreinte est de cire rouge ; y ayant l'image d'un archevêque assis, donnant la bénédiction d'une main, et de l'autre tenant une †, avec l'inscription à l'entour : S. GVASBERTI. DEI. GRA., lui défaillant *are*, pour être rompu ; et en après sont ces trois lettres LAT. Le reste est effacé.

A celui de l'archevêque d'Embrun, étant de même cire par dedans et par dehors, est empreint un évêque donnant la bénédiction d'une main, et de l'autre tenant une crosse ; et dessous les pieds, y a un écusson dont on ne peut discerner le blason ; mais l'inscription est : S. BERTRANDI. DEI. GRA. ARCHIEPI. EBREDVNEN.

Celui de l'archevêque d'Aix est de même cire, dedans et dehors, y étant représenté un évêque assis, donnant la bénédiction d'une

ensuite dans la biblioth. de Fauron, enfin dans celle de Ch. Giraud (voir aux add.), était à l'usage de l'archev. d'Aix, comme l'établit la souscription (datée du 3 sept.) : « Et nos Bartholomeus Forojulien., Gaufridus Regen., Rostagnus Sistaricen. et Guillelmus Apten. episcopi ». Arch. des B.-du-Rh., St-Sauveur d'Aix, reg. 4, f° 54 v°. — Un autre exempl. fut expédié (de la même date du 3 sept.) pour la métropole d'Embrun ; une copie s'en trouve conservée à la même Bibl. Nat., ms. lat. [illegible], f° [illegible] (XVIIe s.) ; à la fin : « Et nos Bertrandus Senecensis, Elsiarius Dignensis, Jacobus Gandatensis, Arnaldus Venciensis et Guillelmus Nissiensis episcopi » ; ce sont les suffragants d'Embrun.

Edd. Franc. Nouguier, *Hist. chronol. de l'église... d'Avignon* (1660), p. 108 ; Baluze, *Conc. Galliæ Narbon.* (1668), p. 341-438, d'après le ms. 1541. Labbe, *Concilia* (1671), t. XI, ii, c. 1849-68, « nunc primum (!) prodit ex cod. ms. illustr. archiep. Rem. coadjut. Car. Maur. Tellerii », daté du 3 septembre ; la souscription prouve que l'exempl. reproduit était destiné à Embrun. Hardouin, *Concilia* (1714), t. VII, c. 1619-36. Coleti, *Concilia* (1731), t. XV, c. 511-34. Mansi, *Concilia* (177.), t. XXV, p. 1085. Ch. Giraud, *Essai sur l'histoire du droit français au moyen âge* (1846), t. II, p. 88-128, d'après le ms. de l'abbé Rive.

1539 Avignon, 4 avril 1339.

Gasbert, archevêque d'Arles et camérier du pape, reconnait avoir reçu de Guillaume [Chouquet], abbé de Fécamp, mille florins d'or comme complément des communs services dûs par lui et son prédécesseur à la chambre apostolique.

Gallia christ. nova, t. I, c. 576 ; t. XI, c. 211.

1540 Avignon, 24 avril 1339.

Le même cite deux écoliers comme ayant abusé des privilèges de l'université de Paris et les déclare contumaces.

Denifle, *Chartul. univers. Paris.*, t. II, p. 477. Voir encore la bulle de Benoît XII à ce sujet, du 1er juil. suiv. (ibid., p. 482-3).

main, et de l'autre tenant une crosse ; et au-dessus de sa tête y a un crucifix, et un écusson de chaque côté, où y sont empreintes trois fasses ; et l'inscription est : S. ARMANDI. DEI. GRA. ARCHIEPI. AQVEN.

Et parce que celui de l'évêque d'Orange défaut en ce présent concile, je n'ai mis la description.

Celui de l'évêque d'*Entrecasteaux* est tout de cire rouge, l'enrechisseure duquel est faite en forme de trois clochers, celui du milieu plus éminent que les deux autres ; et du dedans, y est empreinte une N. D. tenant le petit Jésus entre ses bras, étant entre deux évêques à genoulx ; y ayant deux écussons où y sont empreintes deux aigles éparpillées, une à chaque écusson, avec une barre traversant les dites aigles ; et à l'entour y est écrit : S. HVG. A.... Le restant est effacé jusques à... CASTREN. (Ici Peiresc s'est certainement trompé ; ce sceau est de l'évêque de Saint-Paul-trois-Châteaux, Hugues V.)

Celui de l'évêque de Tholon est au-dessus de cire rousse, et dedans de cire noire, y ayant un évêque debout empreint, faisant le même que les autres ; et à l'entour y a : S. FRIS IACOBI. DEI. GRA. EPI. TOLON.

Celui de l'évêque de Carpentras est tout de cire rouge ; au dedans duquel y est représenté une N. D. d'un côté, tenant le petit Jésus entre ses bras, et un évêque à genoux, tenant une crosse en main, d'autre ; les lettres duquel sont toutes rompues.

Celui de l'évêque de Cavaillon y défaillant, je n'ai mis aucune description.

Celui de l'évêque de Marseille est tout de cire rouge, y étant dépeinte une N. D. élevée par deux anges, au-dessus ; et au-dessous, un évêque à genoux, tenant une crosse entre ses mains ; et au-dessous, un écusson, le blason duquel ne se peut connoitre ; et parce que les lettres sont la plus grand part effacées, il ne s'y peut reconnoitre que S. IOA..... DEI., et puis y a un A, et tout le reste est effacé.

Celui de l'évêque d'Avignon est tout de cire rouge, y étant dépeint un évêque debout, donnant la bénédiction d'une main, et de l'autre tenant une crosse, avec une N. D. à demi, puis la ceinture en haut, tenant Jésus entre ses bras ; et en bas, un écusson, sans pouvoir discerner le blason ; et parce que les lettres sont presque toutes rompues, ne s'y peut discerner que GRATIA.

Celui de l'évêque de Vaison est au-dessus de cire rousse, et au-dedans de cire rouge, y étant dépeint un évêque debout, tenant une crosse d'une main, et de l'autre donnant la bénédiction ; et à l'entour, y sont ces lettres : S. RA..... ; le restant étant tout rompu jusques à VASIONENSIS ».

1541 Avignon, 12 octobre 1339.

Par une lettre adressée aux officiaux de Maguelonne et de Paris, le même Gasbert excommunie Célestin Séguier, clerc de Montpellier, comme ayant abusé des privilèges de l'université de Paris.

Denifle, *Chartul. univers. Paris.*, t. II, p. 488-9.

1542 1341.

Inscription de la chasse d'argent de saint Trophime.

Hoc opus factum fuit tempore venerabilis patris dni Guasberti, archiepiscopi Arelatensis et domini nostri pape camerarii, sub anno Domini millesimo CCCXLI.

Saxi, p. 312, texte rectifié par Bonnemant (1762).

Quas [multę sanctorum reliquię : *voir n° 568*], unà cum corpore beati Trophimi, Galbertus de Valle archiepiscopus in capsa argentea reponi curavit, sub anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Officia propria ss. s. Arelaten. ecclesiæ, 1656, p. 59. Voir n° 3, c. 8.

1543 1er octobre 1341.

Translation de Gasbert de la Val à l'archevêché de Narbonne, par le pape Benoît XII.

Venerabili fratri *Gasberto, olim archiepiscopo Arelatensi, in archiepiscopum Narbonensem electo*, salutem etc. Romana ecclesia, que super universas alias orbis ecclesias obtinet divina institutione primatum, circa earum singulas materne diligentię cura sedulo vigilans, ipsarum profectibus, velut solicita mater ardenter intendit, studens ecclesiarum ipsarum regiminibus, presertim cathedralium, que sunt propriis pastoribus destitute, interdum per simplicis provisionis officium, quandoque vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, et ecclesiarum ipsarum utilitas persuadet, viros ydoneos deputare. Dudum siquidem bo me. Bernardo, archiepiscopo Narbonensi, regimini Narbonensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum ipsam quovis modo vacare contingeret, per apostolice sedis providentiam, utilem et ydoneam secundum cor nostrum presidere personam, provisionem ipsius ecclesie dispositioni ac ordinationi nostre, ea vice duximus reservandam, decernentes ex t. i. et i. si se. s. hiis per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum ejusdem Bernardi archiepiscopi, qui dudum in partibus illis diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos vacatione hujusmodi ipsius ecclesie fidedignis relatibus intellecta, de ipsius eccl. Narbon. ordinatione cel. et fel., de qua nullus preter nos se hac vice introm. potest, res. et decr. obs. supradictis, ne ipsa eccl. longe vac. deploraret incommoda, cogitare cepimus diligenter ; et tandem, post cogit. multiplices quas primo inter mentis nostre precordia, et tractatus varios quos deinde cum fratribus nostris, ad preficiendum talem eidem ecclesie Narbonensi personam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere juribus et etiam adaugere, habuimus diligentem, demum in te tunc archiepiscopum Arelatensem, consideratis grandium virtutum meritis et donis multiplicium gra-

tiarum quibus personam tuam Altissimus insignivit, et quod tu, qui regimini Arelatensis ecclesie hactenus utiliter prefuisti, teque alias exercuisti laudabiliter et prudenter in officio pastorali, dictam Narbonensem ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, utiliter regere ac feliciter gubernare, nostrum animum duximus dirigendum. Intendentes itaque tam prefate Narbonensi ecclesie quam gregi dominico ejusdem salubriter providere, te a vin. quo tenebaris eidem Arel. eccl., cui tunc preeras, de ipsorum fratrum consilio et ap. pot. ple. absolventes, te ad predictam ecclesiam Narbonensem transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Narbonensis ecclesie tibi tam in spirit. quam in temp. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad prefatam Narbonensem ecclesiam transeundi. In eo qui dat gra. et lar. pre. conf., et credentes firmiter, ex maturis tuorum fructibus studiorum, quod prelibata Narb. ecclesia, per tue diligentie studium fructuosum, Deo propitio, regetur feliciter et salubriter dirigetur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quat. curam et adm. predictas sic diligenter geras et soll. prosequaris, quod ipsa Narbon. ecclesia gub. circumspecto et fruct. adm. gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laud. tuis actibus latius diffundatur, tuque preter retr. et. premium, nostre bened. augmentum, ac ipsius sedis gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione, kalendis octobris, anno septimo.

Arch. Vatic. Reg. 129, f° 268 v° (Bened. XII. Comm. an. VII, ep. 402). — Gasbert reçut le pallium de Benoît XII le 7 novembre suiv.

1544 Avignon, 3 janvier 1347.

III. nonas januarii. Obiit dominus Galbertus, archiepiscopus Narbonensis, qui fuit quinque annis episcopus istius ecclesiæ.

Ex Mortuol. eccl. Massiliensis (Bibl. Nat., ms. lat. 12702, f° 138 v°).

1545 10 janvier 1347.

Bulle de Clément VI pour Pierre de la Jugie, archevêque de Saragosse, nommé au siège de Narbonne, vacant nuper... per obitum bonæ memoriæ Gasberti archiepiscopi Narbonen., qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum...

Baluze, *Vitæ papar. Avenion.*, t. II, c. 697-9.

Gasbert eut pour successeur, comme camérier, le lendemain 11, Etienne Aldebrand, qui deviendra archevêque d'Arles en 1348.

JEAN IV de Cardone, 1341-1348.

D'après les n°s 1546-7, il appartenait à l'ordre de Saint-Augustin, était sacristain de Maguelonne, âgé de 29 ans et simple diacre.

1546 3 octobre 1341.

Provisions de Jean de Cardone, pour l'archevêché d'Arles, par le pape Benoît XII.

Dilecto filio *Johanni, electo Arelatensi*, salutem etc. Celestis dispositione consilii, per quod in mundi machina ordinationem suscipiunt universa, suppreme dignitatis fastigio, licet inmeriti, presidentes, super gregem dominicum nostre vigilantie creditum, vigilis speculatoris officium exercemus, circa illa potissime intentum animum dirigendo curamque impendendo solicitam, per que divini cultus augmentum, exaltatio catolice fidei, et comoda salutis proveniant animarum ; que prout firma spes nobis suggerit, ex eo facilius et efficacius subsequi poterunt, si ecclesiis pastorum gubernatione carentibus pastores preficiamus ydoneos et rectores deputemus, quorum ecclesie ipse salubri ducte regimine ac oportuno munimine circumfulte, spiritualiter et temporaliter, auctore Domino, augeantur. Nuper siquidem Arelatensi ecclesia, ex eo vacante quod nos ven. fratrem nostrum Gasbertum, olim Arelatensem archiepiscopum, in archiepiscopum Narbonensem electum, apud sedem apostolicam constitutum, a vinculo quo eidem Arelatensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Narbonensem ecclesiam tunc vacantem, duximus transferendum, preficiendo eum ipsi Narbonensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem ; nos attendentes quod nullus preter nos de provisione ipsius Arelatensis ecclesie se hac vice intromittere potest, pro eo quod nos, diu ante vacationem hujusmodi Arelatensis ecclesie supradicte, provisiones omnium cath. eccl. tunc apud dictam sedem quocumque modo vacantium, et vacaturarum imposterum apud eam, ord. et disp. nostre sp. reservantes, decrevimus ex tunc ir. et in. si se. s. hiis, per quosc. quavis auct. sc. vel. ign. contingeret attemptari ; ac cupientes ipsi Arelatensi ecclesie talem presidere personam, que sciat, velit et possit eam in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post deliberationem quam super hiis cum nostris fratribus habuimus diligentem, ad te sacristam ecclesie Magalonensis, ord. S. A., in diaconatus ordine constitutum, quem litterarum scientia preditum, religionis zelo et elegantia morum conspicuum, decorum honestate vite, munditia nitidum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, et aliis multiplicum virtutum meritis insignitum percepimus, direximus aciem mentis nostre. Propter que de persona tua nobis et eisdem fratribus, ob premissorum tuorum exigentia meritorum accepta, eidem Arelatensi ecclesie, de dictorum fratrum consilio, auctoritate apostolica providemus, teque ipsi in archiepiscopum preficimus et pastorem, curam et adm. ipsius eccl. tibi tam in sp. quam in temp. plen. committendo. In illo qui dat gratias et lar. pre. plenarie confidentes, quod prelibata Arelaten. ecclesia, per tue cir. industriam et diligentie studium fructuosum, ab incommodis preservabitur et adversis, et proficiat, in eisd. sp. et temp., votivis, auctore Domino, prosperitatis commodis et honoris. Jugum ig. Dom. tuis imp. humeris prompta dev. suscipiens, ac suavi ejus oneri humiliter colla flectens, in plantandis virtutibus et vitiis extirpandis te reddere satagas vigilem et attentum, et dicte Arelaten. eccl. commissum tibi regimen sic exercere solicite, fidel. et prudenter, quod eadem eccl. Arelaten. sponso utili et gub. provido ac fruct. adm. gaudeat se commissam, tuque, proinde premium ret. et. ac nostram et dicte sedis bened. et gratiam plenius consequi merearis. Datum Avinione, v. nonas octobris, anno septimo.

In eo. m. Capitulo ; Clero ; Populo ; - Vassallis ; Suffraganeis ; Roberto, regi Sicilie.

Arch. Vatic. Reg. 129 (Bened. XII. Comm. an. VII, ep. 420), f° 278.

1547 19 octobre 1341.

Dispense d'âge pour l'archevêque élu d'Arles.


Dilecto filio *Johanni, electo Arelatensi*, salutem. Nuper ad personam tuam claris virtutum titulis insignitam nostrum animum dirigentes, Arelatensi ecclesie tunc vacanti de te, sacrista ecclesie Magalonensis, O. S. A., licet absente, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica duximus providendum, teque illi prefecimus in archiepiscopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Verum, quia de defectu etatis quem tempore prefectionis et provisionis hujusmodi patiebaris, sicut adhuc pateris, cum esses sicut adhuc es, in vigesimo nono hujus etatis anno constitutus, in eisdem litteris nulla mentio facta fuit, nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc paterna diligentia dignaremur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, volumus et auctoritate apostolica decernimus provisionem et prefectionem hujusmodi de te factas ad regimen Arelatensis ecclesie supradicte, quacumque constitutione contraria nequaquam obstante, proinde firmum robur et firmitatem habere ac si in eisdem litteris de hujusmodi etatis defectu plena et expressa mentio habita extitisset, tecumque super eo fuisset auctoritate apostolica dispensatum. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et concessionis infringere etc. Datum Avinione, XIIII. kalendas novembris, anno septimo.

Arch. Vatic. Reg. 129, f° 187 (Bened. XII. an. VII, ep. 194).

1548 Montmajour, 6 février 1341/2.

Transaction entre Jean de Cardone, archevêque, et Raimond de Mouriez, prévôt de l'église d'Arles, d'une part, et Raimond de Boulbon, abbé de Montmajour, d'autre, par laquelle les marais situés à côté du monastère appartiendront à Montmajour tant qu'ils resteront desséchés.

Archev. d'Arles. Liber authens, n° 3[illegible]. Blancard, *Iconogr.*, p. 127-8, sceau en cire rouge sur noyau de cire jaune, cordon de soie rouge. Trichaud, t. III, p. [illegible].



1549 Arles, 10 février 1342.

Lettre de tonsure, délivrée par l'archevêque Jean Jacobo Alvernhacio, filio Johannis Alvernhacii, de Arelate.

Trichaud, *Hist. de la s. égl. d'Arles*, t. III, p. [illegible]7.

1550 Albaron, 27 février 1342.

Notum sit cunctis quod nos *J.* miseratione divina *Arelatensis archiepiscopus*, die date presentium, in ecclesia de Albarone, nostre diocesis, Jacobo Audeberti, filio Guillelmi, dicti loci, litterato, presenti, examinato et approbato, tonsuram fecimus et imposuimus clericalem. Datum Albarone, sub nostro sigillo, die XXVII februarii, anno Nativitatis Domini MCCCXXXXII.

Protoc. Poncii Rodelli, not. Arel., f° 32 v° (Reg. Nicolaï, à M. Arbaud). Description du sceau : « In medio quedam pontificalis ymago, tenens in capite unam mitram, et sedens in quadam cathedra, que a quolibet latere habebat effigiem capitis animalis. Et tenebat ipsa ymago in manu sinistra unam crucem, et dexteram manum ad modum signandi tenebat. In pede vero ipsius pontificalis ymaginis erat unum scutum, sive scuti similitudo, habentis in oblicum unam barram latam, procedens a sinistro angulo dicti scuti in oblicum deorsum, et a quolibet latere ipsius barre late erat una alia barreta stricta, ad modum corrigule. In circumferentia vero dicti sigilli he littere legebantur : S. Johis Dei gra archiepi s. Arel. ecclie ». Bonnemant, t. I, p. 254.

1551 Avignon, 22 mai 1342.

Hommage de Jean de Cardone, archevêque d'Arles, au sénéchal de Provence et Forcalquier.

In nomine domini nostri Jhesu Xpisti. Amen. Anno ab Incarnatione ejusdem 1342, die 22 mensis maii, x^{e} indict., regnante serenissimo principe et domino nostro dno Roberto Dei gratia Jrlm. et Sicilie rege illustri, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedemontis comite, regnorum ejus anno XXX^{mo} IIIJ^{to}, feliciter, amen. Ex tenore hujus instrumenti publici pateat universis tam presentibus quam futuris, quod reverendus in Xpisto pater et dominus dns Johannes divina providentia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, constitutus apud Avinionem, in domo Guillelmi de Spina quondam de ipsa civitate, in presentia magnifici et potentis viri dni Philippi de Sanguineto, militis, regii dictorum comitatuum Provincie et Forcalquerii senescalli, stans pedes ante dictum dnm Senescallum sedentem, recognovit eidem dno Senescallo presenti, sedenti et recipienti nomine et pro parte ejusdem dni nostri Regis, ac heredum et successorum suorum in comitatibus ipsis, quod ipse dns archiepiscopus tenet et tenere debet, nomine dicte Arelaten. ecclesie, pro dicto dno nostro Rege et sub ejus dominio, heredumque et successorum suorum, castrum Sancti Mitrii, Castrum Veyre, castrum de Confors, et medietatem tercie partis castri de Fossis, et affayre de Gabardello ; et pro predictis fecit et juravit fidelitatem dicto dno Senescallo, ut supra recipienti, tactis per eum sacrosanctis Scripturis, secundum ordinationem testamenti clare memorie dne Beatricis, quondam regine Sicilie et comitisse comitatuum predictorum. Et voluit et concessit dictus dns archiepiscopus quod in dicto sacramento fidelitatis, intelligantur omnia illa capitula que in sacramento fidelitatis intelliguntur et continentur, de jure vel consuetudine, ac si specialiter essent expressa. Hanc autem fidelitatem, et sacramentum, fecit dns archiepiscopus antedictus, salvis privilegiis, concessionibus, donationibus et instrumentis, sibi et antecessoribus suis, et Arelaten. ecclesie concessis. Protestato, quod si de jure vel consuetudine, aut secundum predictam ordinationem ejusdem dne Beatricis, ad dictam recognitionem facien-

dam, secundum formam predictam, non teneretur, quod recognitio facta pro non facta habeatur, in quantum esset prejudicialis sibi, et predicte ecclesie sue ; ita quod sibi, nec successoribus ejus, et ecclesie sue Arelaten. prejudicare minime valeat in futurum. Et versa vice, prefatus dns Senescallus... Actum Avinione, in domo predicta, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis, videl. egregio viro dno Francisco de Barba, juris civilis professore, majore et secundarum appellationum judice comitatuum predictorum, dno Guillelmo Fornerii, dno Johanne Triboletti, militibus, dno Petro Donadei, legum doctore, ven. viris dno Galhardo de Bedaco, archidyacono Arelaten., dno Salvatore Olivarii, doctoribus decretorum ; circumspectis viris magistro Biscardo de Cava, regio thesaurario comitatuum predictorum, dno Michaele de Pedacio, jurisperito, ac pluribus aliis. Et me Johanne Alberti, de Draguiniano, publico notario...

Arch. des B.-du-Rh. B. 527, original parch.

1552 2 avril 1343.

Dno Johanne, Dei gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo presidente *(intitulé d'un acte).*

Arch. des B.-du-Rh. Domin. d'Arles. Orig. parch.

1553 Grans, 18 août 1343.

Hommage de Guillaume de Baux, seigneur de Berre, à Jean, archevêque d'Arles, pour tout ce qu'il possède en Crau, au pont de St-Geniès et dans les Martigues, sous réserve de ses droits, contre laquelle l'archev. proteste.

Chartrier de Meyrannes, n° 125. Barth., *Baux.* 1225.

1554 Grans, 19 août 1343.

Johannes archiepiscopus Arelaten. *Institution de Jacques* Gayferii, *comme prieur de N.-D. de Beaulieu, sur la présentation de l'abbesse de St-Césaire.* Actum fuit hoc in castro de Granis, ante januam ecclesie parroch. S. Petri dicti loci.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire. Prieurés, n° 79, orig. parch.

1555 24 janvier 1344.

Confirmation des privilèges impériaux par le pape.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sedes apostolica, cui est omnium ecclesiarum et locorum ecclesiasticorum solicitudo commissa, libenter, quantum ex alto permittitur, prospero statui prospicit singulorum, et circa ea, que ad eorum comoditatum augmentum cedere valeant, prout ecclesiarum et locorum hujusmodi necessitas exhigit et utilitas persuadet, se propitiam exhibet et benignam. Sane petitio pro parte venerabilis fratris nostri archiepiscopi Arelatensis nobis nuper exhibita continebat, quod dudum clare memorie Colradus Romanorum rex secundus, imperialia decreta sequens et suorum antecessorum clementiam imitans, quondam Raymundo archiepiscopo Arelatensi, et per ipsum prefate Arelatensi ecclesie, ac successoribus suis regalia ejusdem Colradi in urbe Arelatis et totius sui archiepiscopatus concessit, ac alia tunc expressa particulariter et distincte, ita ut iidem archiepiscopus et ecclesia Arelatensis ipsius Colradi predicta haberent et in perpetuo possiderent, et per ipsum Raymundum ipsius successores quicumque existerent catholici in Arelatensi ecclesia supradicta ; insuper etiam jurisdictionem in civitate Arelatensi post ipsum Colradum, et nonnulla castra et dominia cum omnibus pertinenciis suis, et quicquid predicta Arelatensis ecclesia in prefata civitate vel extra, per seculares seu ecclesiasticas personas habebat et possidebat, vel juste habere debebat, vel in anthea acquirere poterat, eisdem Raymundo archiepiscopo et ecclesie, ac successoribus suis predictus Colradus rex duxit per quoddam suum privilegium concedendum, et etiam confirmandum ; et quod si qua improborum temeritas confirmationem eamdem inquietare vellet, banno regali subjaceret et pro pena quadraginta libras auri se daturum cognosceret, cujus dimidium fisco ejusdem Colradi regis, et dimidium archiepiscopo Arelatensi fore cognovit ; quodque postmodum inclite memorie Henricus septimus imperator Romanus, quondam Galhardi archiepiscopi Arelatensis precibus favorabiliter annuens, predictum privilegium ipsius Colradi ex certa scientia approbavit, rattifficavit et etiam confirmavit, prout in ipsius Henrici litteris inde confectis, ejus aurea bulla bullatis plenius continetur ; quare pro parte dicti archiepiscopi, qui nunc est, nobis extitit humiliter supplicatum, ut approbationem, rattificationem et confirmationem predictas appostolico fulcire munimine dignaremur. Nos igitur, volentes ipsam Arelatensem ecclesiam, quantum in Deo possumus, prosequi favorabiliter, in hac parte hujusmodi supplicationibus inclinati, approbationem, rattificationem, et confirmationem prefatas ratas et gratas habentes, illas, prout ad nos, vaccante imperio, sicut nunc vaccat, spectare dignoscitur, auctoritate appostolica, ex certa scientia confirmamus et etiam innovamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli.. n. confirmationis et innovationis... Datum Avinione, ix kalendas februarii, pontifficatus nostri anno secundo.

Etendu de Pierre Barberii, not. d'Arles, vidimus (voir n° 1488). Bonnemant, t. II, p. 283.

1556 Salon, 22 mars 1344/5.

Le mardi-saint, Jean, archevêque d'Arles, pose la première pierre de l'église de Saint-Laurent à Salon.

Trichaud, *Hist. de la s* *église d'Arles*, t. III, p. 228.

1557 Avignon, 29 avril 1345.

Arbitrage entre l'archevêque et Hugues de Baux.

Anno Domini millesimo CCC.XLV, die xxix. mensis aprilis. Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod constitutus in presentia reverendi patris dni J. Dei gracia *Arelaten. archiepiscopi,* nobilis Bertrandus Razoli, procurator et procuratorio nomine spectabilis viri Hugonis, domini Baucii, comitis Avellini... ; dixit et proposuit coram ipso dno archiepiscopo, quod olim, cum diverse et multiplices questiones orte et agitate forent inter reverendum patrem dnm *Johannem, sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopum,* et dnm Bertrandum prepositum dicte ecclesie, nomine ipsius Arelaten. ecclesie et capituli,

ex parte una, et spectabilem virum dnm Barralum dnm Baucii, ex altera : super majori dominio castri de Vaqueriis, et super mero imperio ejusdem castri, que ad se pertinere dicebat dictus dns Barralus ; et super multis aliis capitulis, et questionibus, consernentibus castrum de Moreriis et ejus territorium, et partem castri Sancti Martini de Palude majori. Demum, facto compromisso inter partes predictas, in dnm Albam, dnm Inbertum de Auronis, dnm Raimundum, sacristam ecclesie Arelaten.; finaliter pronuntiaverunt, et mandaverunt arbitri predicti, inter cetera, quod majus dominium castri de Vaqueriis, una cum mero imperio, limitato tamen, et majus dominium tertie partis castri de Moreriis, una cum mero et mixto imperio : que castra de Vaqueriis, et tertia pars castri de Moreriis, pertinent ad ecclesiam Arelaten. ; esse deberent predicti dni Barrali. Decernentes etiam arbitri supradicti, quod in qualibet mutatione archiepiscopi Arelaten., fieri deberet homagium, et recognitio, dicto dno Baucii predicto, et qui esset, pro tempore, pro dicto castro de Vaqueriis, et pro dicta tertia parte castri de Moreriis. Et ita factum fuit per predictum dnm Johannem, tunc archiepiscopum dicte ecclesie, predicto dno Baralo, et per multos alios archiepiscopos, subsequenter, tam dicto dno Baralo, quam suis in posterum successoribus in dominiis supradictis ; prout constat per multa publica documenta. Existens igitur ego procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, in presentia vestri dni Arelaten. archiepiscopi, requiro vos, licet et jus vos requirat, sed hoc facio, ne possitis ignorantiam allegare, quatenus dignemini dictum homagium, et dictam recognitionem facere, dicto dno meo domino Baucii et comiti Avellini ; secundum quod fecerunt predecessores vestri, et secundum quod continetur in dicta sententia arbitrali. Que si non feceritis, protestor de jure comissi dictorum castrorum, in quantum per prelatum comitti possunt. Et etiam protestor de pena in dicto compromisso contenta ; et de omni alio jure dicti dni mei, dni Baucii et comitis Avellini. Protestans quod per ipsum dnm meum non stat, nec stabit, quominus predicta fiant, modo predicto, seu alio, sicut in dicta sententia arbitrali continetur. Et ibidem, protestato dictus dns archiepiscopus in omnibus de jure suo, et sue ecclesie Arelaten., quod per aliqua que dicat, vel faciat, non intendit prejudicare sibi, aut sue ecclesie Arelaten. antedicte ; ante omnia, petiit copiam requisitionis facte per dictum qui se asserit procuratorem dicti dni de Baucio, comitis Avellini, nec non et potestatis sue, quam dicit se habere ; super qua potestate, an sit sufficiens ad predicta, deliberare intendit, presertim, cum istud sit eidem dno archiepiscopo factum novum. Et ad audiendum suam responcionem super hujusmodi requisitus, diem quartam post festum beati Johannis Baptiste proxime instantis, in Avinione, in domo habitationis sue, pro termino assignavit. Actum Avinione, in domo habitationis dicti dni archiepiscopi, presentibus dno Guillelmo de Sparrono, milite et legum doctore, Lamberto de Rellania, dno Petro Donadei, legum doctore, officiali Arelat., dno Salvatore Olivarii, dno Johanne Dayrici, de Marcillanicis, qui de predictis omnibus, una mecum, notam sumpsit. Et me Jacobo Vaurelhas, notario publico...

Arch. des B.-du-Rh. B [illegible], publ. Barth., *Baux*, 1267.

1558 4 juillet 1345.

Requête au pape par Jean, archevêque d'Arles, contre Hugues de Baux, comte d'Avellin, qui usurpait ses droits sur le château de Vaquières et le tiers de celui de Mouriez.

Livre de la Crau, f° 105-54. Suit l'enquête par les délégués du Pape à Villeneuve près Avignon. Barth., *Baux*, 1271.

1559 Salon, 27 septembre 1346.

... Rev. in Chr. pater dom. Johannes, D. g. s. Arelat. eccl. archiepiscopus, apud Cellonem castrum dicti d. archiepiscopi, infra cappellam fortalicii castri.., Guillelmo Bastoni, filio Petri Scouti Bastoni, ville de Mari, sue Arelat. dyoc., litterato, examinato et approbato, primam tonsuram contulit clericalem, juxta canonicas sanxiones... ; testibus d. Gaufrido Breti, vicario ecclesie de Mari, dnis Symone de Vilata, Petro Roca, Elnen. dyoc., presbiteris, Jordano Jordani, clerico Aquen. dyoc., relig. viro d. Raimundo de Cossio, canonico Arelat., priore S. Crucis Arelatis, familiaribus dicti d. archiepiscopi,...

Étendu de Pons Rodelli, not., f° 91 v°. Bonnemant, t. I, p. 342.

1560 3 juin 1347.

Bulle du pape Clément VI conférant l'office operarie ecclesie Arelaten. *à Bernard de Cardone,* pro quo vener. frater noster Johannes, archiepiscopus Arelaten., asserens te consanguineum suum esse, nobis... humiliter supplicavit....

Voir la pièce aux prévôts d'Arles.

1561 8 juin 1347.

Composition entre l'archevêque et le sénéchal.

Gallia christ. nova, t. I, c. 577.

Jean de Cardone mourut avant le 14 août 1348, date des bulles de son successeur. La date du Catal. n° 3 (24 nov. 1358) est inadmissible ; elle le serait même en lisant 1348.

1562 29 janvier 1354.

Joannes Bonifilii, Arelatensis canonicus et prior Beate Marie majoris, procurator et commissarius a rmo in Christo patre et domino dno Stephano, divina providentia Tholosano archiepiscopo, domini nostri Pape camerario, ad petendum, exigendum, levandum et recipiendum a quibuscumque personis et locis omnia omnimoda debita et sibi credita, bone memorie *Johanni de Cardona, Arelatensi archiepiscopo*, et camere apostolice, ex certa causa pertinentia, una cum quibusdam aliis, cum illa clausula « vobis vel vestrum cuilibet in solidum » etc., specialiter deputatus, dilectis nobis in Christo capellanis, curatis et aliis, civitatis et diocesis Arelatensis, et eorum cuilibet, vel locatenentibus eorumdem, et cuilibet eorum, salutem in Domino, et mandatis nostris, imo verius apostolicis firmiter obedire. Auctoritate apostolica nobis, in hac parte commissa, de qua vobis alias extitit facta fides, vobis et vestrum cuilibet, in virtute sancte obedientie, et sub excommunicationis pena, quam in vos et vestrum quemlibet, trina et canonica monitione premissa, ferimus in hiis scriptis, nisi feceritis quod mandamus, districte

precipiendo mandamus quatenus moneatis, ex parte nostra, semel, secundo, tertio et peremptorie, Jacobam relictam Jacobi Johannis, uxorem nunc Guidonis de Brassa, ut infra futuros sex dies, nobis quo supra nomine solvat et tradat xxx libras in quibus, ex justa causa, predictus Jacobus Johannis predicto domino Johanni de Cardona, dum viveret, tenebatur, aut quod die quinta mensis futuri februarii, si ferialis non fuerit, alias proxima non feriata sequenti, Avenione, coram prefato domino camerario, in ejus audientia apostolica, querele procuratoris fiscalis camere apostolice compareat, super premissis legitime responsura, et allegatura causam, si quam habet, quare ad predicta minime teneatur. Alioquin contra ipsam procedetur ut fuerit rationis. Datum Arelate, sub sigillo nostro, die XXIX mensis januarii, anno Domini M.CCC.LIV.

Registre de Jean Stephani, not., de ladite année, f°s 59 et 60. (BONNEMANT, t. I, p. 232).

1563 27 janvier 1356.

ANNO M.CCC.LVI, die XXVII. januarii, dominus J. Bonifilii, canonicus Arelatensis, procurator et commissarius camere apostolice ad levandum debita bone memorie dni *Johannis de Cardona, sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopi*, deputatus per dominum Stephanum, archiepiscopum Tholosanum, domini nostri pape camerarium, confessus fuit Petro Brossani, de Trencatalliis, et Johanni Brossani, filio Raimundi Brossani quondam, se de quadam condempnatione L. solidorum lata contra quemlibet ipsorum per dominum Salvatorem Olivarii, decretorum doctorem et officialem Arelatensem, sub anno M.CCC.XLII, die V mensis decembris, quia,... habuisse et recepisse per manus predictorum LIIII solidos.. Actum in claustro S. Trophimi, testibus...

Protoc. de Pons Rodelli, not. d'Arles, de l'année 1356. (BONNEMANT, t. I, p. 345).

ÉTIENNE I ALDEBRAND. 1348-1350.

Il fit profession dans l'ordre de Saint-Benoît au monastère de St-Allyre *(S. Illidii)* de Clermont; il était prieur de Thuret quand il rendit à Pierre Roger des services que celui-ci récompensa devenu le pape Clément VI (*Gallia christ.*, t. VI, c. 238-9; BALUZE, *Vitæ pap. Aven.*, t. I, c. 988-9).

1564 16 avril 1323.

Bulle d'Étienne Aldebrand pour l'abbaye de Moutier-la-Celle.

DILECTO filio *Stephano, abbati monasterii Celle prope Trecas*, O. S. B., salutem etc. Suscepti cura regiminis cor nostrum cont. pulsat instantia, ut solicitudinis debitum ad quod universis eccl. et mon. nos apost. servitutis necessitas obligat, eorum singulis, prout nobis ex alto conceditur, exsolvamus, in eo potissime ut illorum regimina que gubernatorum sunt presidio destituta, pers. talibus committantur, per quorum solertiam circ. et circ. solertem, continue in spir. et temp. suscipere valeant incrementa. Nuper siq. monasterio Celle prope Trecas, O. S. B., pastoris reg. destituto, pro eo quod nos de persona dil. fil. Girardi, Sancti Cornelii Compendien., dicti ordinis, Suession. dioc., tunc ejusdem Celle mon. abbatis, in illis partibus constituti, dicto mon. S. Cornelii tunc vacanti duximus providendum, preficiendo eum ipsi mon. S. Cornelii in abbatem; nos de prov. ipsius mon. Celle, ne prolixe vac. subjaceret inc., solicite cogitantes, cum nullus preter nos hac vice de provisione ipsius se introm. possit, pro eo quod...; post delib. quam de pref. eidem mon. Celle pers. ydoneam ac etiam fruct. habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te tunc abbatem mon. S. Remigii Senonen., dicti ordinis, cons. multiplicium virt. meritis, quibus pers. tuam illarum Dominus, prout ex fidedignorum testimoniis accepimus, decoravit, direximus oculos nostre mentis. Quibus omn. deb. med. pensatis, de persona tua dicto mon. Celle, de ipsorum fratrum cons., auct. ap. providemus, teque illi preficimus in abbatem, curam et adm. ipsius tibi in spir. et tempor. ple. committendo. In illo qui dat gratias et larg. pre. confidentes, quod idem mon. Celle sub tuo fel. reg., gratia tibi favente divina, grata suscipiet incrementa. Quocirca discr. tue per ap. scr. mandamus, quat. onus reg. dicti mon. Celle dev. suscipiens, sic te in cura ipsius solicite, prud. et fid. exercenda exhibeas studiosum, quod proinde premium ret. et. nostramque ac dicte sedis ben. et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, XVI. kal. maii, anno decimo septimo.

Arch. Vatic. Reg. 105, p. 2 (Joan. XXII. Com. an. VII, ep. 18).

1565 14 mars 1343.

Bulles d'Éti. Aldebrand pour l'évêché du Mont-Cassin.

DILECTO filio *Stephano, electo Casinensi*, salutem etc. Divina disponente clementia, cujus inscrutabili altitudine ordinationem suscipiunt universa, in apostolice sedis specula, licet immeriti, presidentes, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus, et pro earum statu salubriter dirigendo, apostolici favoris auxilium adhibemus. Sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas ecclesie romane immediate subjectas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis juxta cor nostrum pastores preficiantur ydonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informent, ac bona ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis. Olim siquidem bo. me. Raterio, episcopo Casinensi, ecclesie Casinensis eidem romane ecclesie immediate subjecte regimini presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum eam quovis modo vacare contingeret, utilem et fructuosam per apostolice sedis providentiam preesse personam, provisionem ejusdem ecclesie cum vacaret, dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernendo ex tunc i. et i. si se. s. hoc per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. att. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum dicti Raterii, qui nuper in partibus illis debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta, nos attendentes quod nullus preter nos de ord. ipsius eccl. se hac vice intro. potest, res. et decr. hujusm. obsistentibus, ac de ipsius provisione cel. et fel. pat. et sol. st. cogitantes, post deliberationem quam de preficiendo ecclesie prefate virum talem per quem posset eii-

cumspecte regi ac dirigi et etiam defensari, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te abbatem monasterii Celle, O. S. B., Trecensis diocesis, thesaurarium nostrum, litterarum scientia preditum, vite ac morum honestate decorum, consilii maturitate dotatum, conversatione placidum, in spirit. providum et in temporalibus circumspectum, ac aliis multiplicum et grandium virtutum meritis, nobis utique per familiarem experientiam non innotis, laudabiliter redimitum, convertimus aciem nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris, consideratione premissorum accepta, prefate Casinensi ecclesie, de fratrum ipsorum consilio, auct. apost. providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem illius tibi tam in spirit. quam in temp. plenarie committendo. Firma ducti fiducia quod actus tuos et opera illius a quo universorum carismatum dona proveniunt clementia dirigente, pref. ecclesia per tuam curiosam solertiam tuumque min. studiosum, regetur ut. et prospere dirigetur. Jugum igitur Domini humeris tuis imp. suscipiens reverenter, et suavi ejus honeri hum. colla submittens, ipsius eccl. solicitam curam geras, gregem dom. in illa tue vigil. creditum, doctr. verbi et operis informando, ita quod eadem eccl. gub. circ. et fruct. adm. gau. se comm., ac bone fame tue odor ex laud. tuis actibus latius diff., tuque proinde, preter ret. et. premium, nostre bened. augmentum ac sedis prefate gratiam uberius consequi merearis. Datum apud Villam novam, Avinionen. dioc., II. idus martii, anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 147 (Clem. VI. Comm. an. I. lib. I, ep. 92 de prov. prel.)

1566 13 février 1346.

Translation d'Étienne Aldebrand
à l'évêché de Saint-Pons de Thomières.

Venerabili fratri *Stephano, episcopo Sancti Poncii Thomeriarum,* salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis solicitudo requirit, ut circa cujuslibet statum ecclesie sic vigilanter intendat, sic prospiciat diligenter, quod per ejus circumspectionem providam et providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, sic quod ecclesie ipse superni favoris auxilio suffragante, prosperitatis votive successibus gratulentur. Dudum siquidem bo. me. Raymundo, episcopo Sancti Poncii Thomeriarum, regimini Sancti Poncii Thomeriarum ecclesie presidente, nos cupientes eidem eccl., cum eam vac. cont., operationis n. ministerio yd. pres. personam, provis. ejusd. eccl. ord. nostre ea vice duximus sp. reserv., decernentes ext. i. et i. si se. s. hiis per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum ejusdem Raymundi, qui nuper in partibus illis debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta, nos vacatione hujusmodi ipsius eccl. fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos se hac vice intromittere potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, paternis et solicitis studiis intendentes, et cupientes talem eidem ecclesie preesse personam, que sciret, vellet et posset ipsam in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post del. quam super hoc cum fr. n. hab. dilig., demum attendentes tuarum grandium virt. merita nobis et eisd. fr. non ignota, quibus pers. tuam Dominus illustravit, in te tunc episcopum Casinensem convertimus aciem nostre mentis. Intendentes igitur tam ipsi ecclesie Sancti Poncii Thomeriarum, quam gregi dominico ejusdem ecclesie salubriter et utiliter providere, ac sperantes quod tu qui Casinensi ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, dictam ecclesiam Sancti Poncii Thomeriarum, divina tibi propiciante clemencia, salubriter et utiliter gubernabis, te a vinculo quo pref. Casinensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fra. cons. et ap. pot. ple. absolventes, te ad eandem Sancti Poncii Thomeriarum ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem ; curam et adm. ipsius eccl. S. Poncii Thom. tibi tam in sp. quam in temp. ple. committendo, liberamque tibi dando lic. ad eand. S. Poncii Thom. eccl. transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis quod prefata eccl. S. Poncii Thom., tibi celesti gratia suffragante, per tue provide circ. industriam, deffendetur a noxiis et preservabitur etiam ab adversis, ac in eisdem sp. et temp., votivis auctore Do. proficiet incrementis. Quocirca fraternitati tue per ap. scr. mand. quat. ad eandem eccl. S. Poncii Thom. cum gratia n. bened. accedens, impositam tibi curam past. officii fideliter et prud. exerceas, gregem dom. in ea tue commissum fidei, doctrina verbi et operis taliter informando, quod eadem ecclesia S. Poncii Thom. gu. pro. et fruct. adm. gau. se commissam, tuque de grege ipso in die districti examinis laudabili reddita ratione, regnum Patris eterni, electis suis a mundi origine preparatum, accipere merearis, et gregem eundem ad uberioris meriti fructum, et retributionis majoris cumulum, introducas. Datum Avinione, idibus februarii, anno quarto.

Arch. Vatic. Reg. 170, f° 36 v° (Clem. VI. Comm. an. IV. lib. III, ep. 41 de prov. prelat.).

1567 7 avril 1346.

Vener. fratri Guillelmo, episcopo Casinen. Credite nobis... Nuper siquid. vacante ecclesia Casinen... pro eo quod nos ven. fr. n. Stephanum, Sancti Pontii Thomeriarum, tunc Casinen. episcopum,.. duximus transferendum... *(le pape nomme à la place d'Étienne, Guillaume, auparavant archevêque de Brindes).* Datum Avinione, VII idus aprilis, anno quarto.

Arch. Vatic. Reg. 169, f° 67. (Clem. VI. Comm. an. IV. p. II, ep. 55).

1568 5 août 1346.

... Percepto per ven. vir. d. Gaufridum Breti, vicarium ecclesie de Mari, vice officialem Arelatis ibidem pro r. p. in C. d. Johanne, D. g. s. Arelat. eccl. archiepiscopo..., quod nonnulle persone ad quand. salinam dictam vulgariter la Vinhola, que sub directo dominio ipsius d. archiepiscopi teneri dicitur, accesserunt ressenter pro destruendo et diruendo... payronos memor. saline.

Etendu de Pons Rodelli, not., 1346, f° 65. Bonnemant, t. I, p. 341.

1569 11 janvier 1347.

Bulle de Clément VI vener. fratri Stephano, episcopo Sancti Pontii Thomeriarum, camerario nostro. Dum fidelitatis ac prudentiæ ceterasque traditas tibi virtutes a Domino, fructusque laudabiles qui ex tuis operibus circa commissa per nos tuæ sollicitudini hactenus provenerunt attendimus... Cum itaque nuper bo. me. Gasbertus archiepiscopus Narbonen., camerarius noster, clauserit, sicut Domino placuit, apud sedem apostolicam terminum hujus vitæ,... te nostrum et ecclesiæ Romanæ camerarium ... constituimus et etiam deputamus...

Baluze, *Vitæ papar. Avenion.*, t. II, c. 677.

1570 14 août 1348.

Provisions d'Étienne Aldebrand, pour l'archevêché d'Arles, par le pape Clément VI.

Venerabili fratri *Stephano, episcopo olim Sancti Pontii Thomeriarum, in archiepiscopum Arelatensem electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, pot. sibi plen. tradita, eccl. pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut circa cujuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per ejus provid. circumspectam, nunc per simpl. provisionis officium, nunc vero per min. transl. accommode, prout locorum et temporum qualitas exigit, eccl. singulis pastor accedat ydoneus et rector prov. deputetur, qui populum sibi commissum, per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigat et informet, et bona ecclesie sibi commissa non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Dudum siquidem bo. me. Johanne, archiepiscopo Arelatensi, regimini Arelatensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie Arelatensi, cum eam vacare contingeret, per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius eccl. ea vice disp. et ord. nostre sp. reservantes, decrevimus ex tunc ir. et in. si se. s. hiis a quoquam, quavis auct., sc. vel ign. cont. attemptari. Deinde vero dicta Arelatensi ecclesia per obitum dicti Johannis, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie Arelatensis, de qua nullus preter nos, hac vice, disponere potest, res. et decr. obs. supradictis, ne longe vac. remaneret exposita detrimentis, sollicitis st. intendentes, et cupientes eidem eccl. Arelaten. talem presidere personam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere juribus et augere, post deliberationem quam habuimus cum nostris fratribus super hoc diligentem, demum ad te tunc episcopum Sancti Pontii Thomeriarum, attendentes tuarum grandium et multiplicum virtutum merita, familiari experientia nobis nota, quibus personam tuam Altissimus insignivit, et [quod] tu etiam regimini ipsius ecclesie Sancti Pontii Thomeriarum laudabiliter prefuisti, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam ipsi Arelatensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo dicte ecclesie Sancti Pontii Thomeriarum cui tunc preeras tenebaris, de ipsorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam Arelatensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Arelatensis ecclesie tibi in spirit. et temp. plenarie committendo, liberamque tibi licentiam tribuendo ad dictam Arelatensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis quod dicta Arelaten. eccl. per tue industrie ac cir. fructuosum studium, regetur ut. et pros. dirigetur, grataque in eisdem sp. et temp. suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per ap. scr. man., quat. impositum tibi onus a Domino dicte Arelaten. eccl. devote supportans, sic ipsius regimen solicite studeas exercere, gregem dom. in ea tibi creditum, doct. verbi et operis informando, quod dicta Arelaten. eccl. per tuum ministerium fruct., votivis jugiter proficiat commodis et successibus prosperis augeatur, ac tu proinde divinam, et dicte sedis ac nostram bened. et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, xviii. kalendas septembris, anno septimo.

In eodem modo : Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis eccl. Arelaten.

Arch. Vatic. Reg. 187, f° 31 (Clem. VI. Comm. an. vii. lib. 3, ep. 84).

Voir l'acte du 26 mars 1349, imprimé sous le n° 1386.

1571 1350.

Rôle des décimes pour Arles, presque en tout conforme au n° 1491, mais moins complet.

Arch. des B.-du-Rh. B. 192, f° 62. Autre, B. 4. Reg. *Viridis*, f° 9.

1572 Avignon, 14 mars 1350.

Lettre d'Étienne. arch. d'Arles, pour faire une enquête au sujet d'une double élection d'abbesse de St-Césaire.

Stephanus, permissione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, domini nostri *pape camerarius*, dilectis nobis in Xpisto officiali Arelaten. et archipresbitero ecclesie Sancti Trophimi Arelaten., salutem in Domino. Nuper ad audientiam nostram perducto, quod religiosa domina soror Dyonisia de Ruppe, olim abbatissa monasterii Sancti Cesarii Arelaten., a dicto monasterio ad monasterium de Cussiaco, per dominum nostrum papam noviter translata, monasterium ipsum Sancti Cesarii remansit gravibus debitis oneratum. Quodque nonnulle ex monialibus dicti monasterii Sancti Cesarii sororem Mabiliam de Auriaco, et relique sororem Guillelmam de Ramolinis, monialem monasterii Sancti Cesarii predicti, in abbatissam ejusdem monasterii Sancti Cesarii in discordia elegerunt. Nos cupientes de premissis plenarie informari, discretioni vestre, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, presentium tenore committimus, et de mandato dni nostri pape precipiendo mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, ubi ambo interesse non possitis, de hiis que dicta soror Dyonisia, tempore quo prefuit eidem monasterio Sancti Cesarii, ibidem invenit, et que tempore translationis sue hujusmodi, ibi dimisit, in bonis et debitis, ac rebus aliis, nominatim et particulariter. Et que predictarum sororum Mabilie et Guillelme sit utilior, et magis ydonea ad regimen dicti monasterii

Sancti Cesarii, vos cum omni diligentia informetis. Ac etiam super statu tocius monasterii, cum adjacentibus, et cum omnibus circumstanciis, dependentibus et connexis. Et ea que per diligentem informationem hujusmodi inveneritis, dicto dno nostro pape et nobis, per litteras vestras relationem fidelem et plenariam faciatis, ut idem dominus noster, ex relatione vestra instructus, possit super premissis salubrius providere. Datum Avinione, die VIII. mensis marcii, anno Domini a Nativitate ejusdem millesimo CCC. quinquagesimo, pontificatus ss. in Xpisto patris et dni nostri dni Clementis di. pro. pape VI anno octavo.

Inseree dans l'enquête du 30 suiv. ; voir à St-Césaire.

1573 3 avril 1350.

Hugues de Baux, comte d'Avellin, emprunte au pape Clément VI dix mille florins d'or, qu'il promet de payer, à première réquisition, à Etienne, archevêque d'Arles, camérier de Sa Sainteté.

Arch. des B.-du-Rh. St-Victor, n° 1615. Barth., *Baux*, 1309.

1574 22 décembre 1350.

Translation d'Étien. Aldebrand à l'archev. de Toulouse.

Venerabili fratri *Stephano, olim archiepiscopo Arelatensi, in archiepiscopum Tholosanum electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, pot. sibi ple. tradita, eccl. pret. universis, plena vig. solicitudo requirit, ut circa statum cujusl. eccl. sic vigilanter excogitet sicque prosp. diligenter, quod per ejus provid. circumspectam, nunc per simpl. prov. officium, nunc vero per min. transl. acc., prout loc. et temporum qualitas exigit, ecclesiis sing. pastor accedat yd. et rector pro. deputetur, qui populum sibi comm., per suam circ. providam et provid. circ. salubriter dir. et inf., ac bona eccl. sibi comm. non sol. gub. ut. sed etiam multimodis eff. incrementis. Nuper siquidem ecclesia Tholosana pro eo pastoris solatio destituta, quod nos dilectum filium nostrum Raymundum, tit. Sancte Crucis in Jerusalem presbiterum cardinalem, tunc archiepiscopum Tholosanum, apud sedem apostolicam constitutum, a vinculo quo ipsi Tholosane ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, eum ut nobiscum regiminis universalis ecclesie onera sortiretur, ipsius exigentibus meritis, ad cardinalatus dignitatem duximus assumendum. Nos ad provisionem ipsius ecclesie Tholosane, ne prolixe vacationis subjaceret incommodis, sollicitis studiis intendentes, cum nullus preter nos hac vice de provisione ipsius ecclesie Tholosane se intromittere possit, pro eo quod nos diu ante provisionem dicte Tholosane ecclesie, provisiones omnium ecclesiarum archiepiscopalium et episcopalium tunc apud dictam sedem quocumque modo vacantium et vacaturarum imposterum apud eam, dispositioni nostre duximus reservandas, decernendo ex tunc irritum et inane si secus s. hiis per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari ; post del. quam de pref. ipsi Thol. ecclesie pers. ut. et etiam fruct. habuimus cum eisd. fr. diligentem, demum ad te tunc Arelatensem archiepiscopum, consideratis multiplicium virtutum meritis quibus Altissimus personam tuam, nobis et eisdem fratribus notam, multipliciter illustravit, et quod tu regimini Arelatensis ecclesie laudabiliter prefuisti, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, te a vinculo quo Arelatensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et eadem potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Tholosanam ecclesiam apost. auct. transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et adm. illius tibi in sp. et temp. ple. committendo, liberamque tibi dando lic. ad ipsam Tholos. eccl. transeundi. In illo qui dat gra. et lar. pre. confidentes, quod eadem Thol. ecclesia, sub tuo fel. reg., gratia tibi favente divina, in eisd. spir. et temp. grata susc. incrementa. Quocirca discretioni tue per ap. scr. mand., quat. imp. tibi onus a Do. dev. suscipiens, sic ipsius eccl. Tholos. regimen solicite studeas exercere, gregem dominicum in ea tibi creditum, doctr. verbi et op. informando, quod eadem Tholosana eccl. per tue coop. ministerium, votivis jugiter proficiat commodis, et succ. prosperis augeatur, ac tu proinde divinam, pref. sedis et nostram bened. et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, XI. kalendas januarii, anno nono.

Arch. Vatic. Reg. 204, f° 45 (Clem. VI. Comm. an. IX. lib. 4. p. 1, ep. 21 de prov. prelat.)

Étienne Aldebrand mourut en 1361 à Avignon (n° 1575), le 5 mars, d'après l'Obituaire de l'abb. de Saint-Allyre, le 15 d'après le Nécrologe de l'église de Toulouse (*Gallia christ.*, t. XI, c. 41).

1575 10 mars 1361.

Ven. fratri Gaffredo, episcopo olim Carcassonen., in archiepiscopum Tholosanum electo, salutem etc. Romani pontificis... Postmodum vero ecclesia Tholosana per obitum bo. me. *Stephani, archiepiscopi Tholosani*, qui apud sedem predictam diem cl. extr., apud eandem vacante, demum ad te tunc Carcassonen. episcopum... direximus oculos nostre mentis... ; te ad pref. Tholosan. ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem... Datum Avinione, VI. idus martii, anno nono.

Voir la pièce à l'évêché de Carpentras.

ÉTIENNE II DE LA GARDE, 1351-1361.

Frère de Bernard de la Garde, coseigneur de Mondragon (Baluze, op. cit., t. I, c. 986), Étienne était prêtre, archidiacre de Beauvais et chapelain du pape, quand Clément VI le nomma évêque de Lisbonne [1].

1576 22 décembre 1344.

Bulles d'Étienne de la Garde pour l'évêché de Lisbonne.

Dilecto filio *Stephano, electo Ulixbonensi*, salutem etc. Pastoralis officii debitum exigit, ut inter sollicitudines varias quibus assidue premimur, circa statum

1. Gams et Eubel l'appellent « Stephanus Anes, Annes » à Lisbonne, « S. de Gard » à Saintes.

ecclesiarum omnium solertiam adhibentes, ipsarum utilitatibus intendamus, in eo maxime [ut] viduatis, ne longe vacationis incommoda paciantur, de talium celeriter nostre diligentie studio provideatur substitutione pastorum, per quorum circumspectionem providam et providentiam circumspectam, eedem ecclesie, illius cooperante clementia qui pastorum pastor et rector agnoscitur, spiritualiter et temporaliter suscipiant incrementa. Dudum siquidem bo. me. Valasco, episcopo Ulixbonen., regimini Ulixbonensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum eam quovismodo vacare contingeret, operationis nostre ministerio utilem presidere personam, provisionem ejusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernendo ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia Ulixbonensi per obitum ejusdem Valasci, qui nuper in partibus illis debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta, nos vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie de qua nullus pr. nos hac vice disponere potest, res. et decr. obs. suprad., paternis et solicitis studiis intendentes, et cupientes talem eidem ecclesie preesse personam, que sciret, vellet et posset ipsam in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam hujusmodi cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te archidiaconum Belvacensem, capellanum nostrum, in sacerdotio constitutum, litterarum scientia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spirit. providum et in temp. circumspectum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua prefate Ulixbonensi ecclesie, de dictorum fratrum consilio, auct. apost. providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi tam in spirit. quam in temp. plenarie committendo. In illo qui dat gratias et lar. pre. conf. quod prefata Ulixbon. eccl., gra. tibi suffragante divina, propter tue diligentie studium fructuosum, regetur ut. et prosp. dirigetur, augmentaque suscipiet, auct. Do., commodi et honoris. Jugum itaque Domini tuis imp. hum. suscipiens reverenter, et suavi ejus oneri humiliter colla subdens, curam et adm. pred. sic ex. studeas sol., fid. et prud. quod eadem eccl. gu. pro. et fruct. adm. gau. se commissam, tuque, preter et. ret. premium, nostram et dicte sedis ben. et gratiam valeas proinde uberius promereri. Datum Avinione, xi. kalendas januarii, pontificatus nostri anno tercio.

Arch. Vatic. Reg. 163, f° 58. (Clem. VI. an. III. p. I, de prom. ep. 41).

1577 17 mars 1348.

Provisions d'Étienne de la Garde, pour l'évêché de Saintes, par le pape Clément VI.

Venerabili fratri *Stephano, episcopo Xantonensi*, salutem etc. Credite nobis dispensationis urgemur officio, ut qui disp. divina, cunctis eccl. potest. plenitudine presidemus, singularum utilitatibus, cum possumus, sic prospiciamus solicite, sic vigilanter et salubriter intendamus, ut per nostre attentionis instantiam, nunc per simpl. prov. officium, nunc vero per transl. acc. ministerium, prout personarum, locorum et temp. qualitas exigit et ipsarum ecclesiarum utilitas persuadet, eccl. singulis pastor deputetur ydoneus, ut eccl. ipse, superni fav. aux. suffragante, votivis prosperitatis successibus gratulentur. Nuper siquidem, te tunc Ulixbonensis et ven. fratre nostro Theobaldo episcopo Ulixbonensi, tunc Xantonensis ecclesiarum regiminibus presidentibus, nos considerantes quod tu Xantonensi et prefatus Theobaldus Ulixbonensi ecclesiis supradictis preesse utilius poteratis, te ab eo quo Ulixbonensi et Theobaldum predictum ab illo quo Xantonensi ecclesiis supradictis, vinculis tenebamini, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine duximus absolvendos; et deinde, precavere volentes ne dicta Xantonensis ecclesia diutine vacationis incurreret detrimenta, et considerantes attentius gratiarum dona quibus Dominus personam tuam multipliciter insignivit, et quod tu qui dicte Ulixbonensi ecclesie laudabiliter prefuisti, auctore Domino, eandem Xantonensem ecclesiam feliciter gubernabis, deliberatione super hoc cum eisdem fratribus nostris habita diligenti, de persona tua ipsi Xantonensi ecclesie, de dictorum fratrum consilio, auct. apost. providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Xantonensis ecclesie tibi in spirit. et temp. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad prefatam Xantonensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis quod eadem Xantonensis ecclesia per tue industrie ac circumspectionis fructuosum studium, regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quat. ad pref. Xantonen. eccl. cum gra. nostre bened. accedens, curam et adm. ipsius sic diligenter geras, sic solicite prosequaris, quod eadem ecclesia gu. pro. et circ. adm. gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laud. tuis actibus latius diffundatur, tuque, preter ret. et. premium, nostre bened. augmentum, et ejusdem sedis gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione, xvi. kalendas aprilis, anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. 181, f° 60 v° (Clement. VI. Comm. an. VI. lib. III. p. 1, ep. 65).

1578 8 janvier 1351.

Provisions d'Étienne de la Garde pour l'archevêché d'Arles, par le même pape.

Venerabili fratri *Stephano, episcopo olim Xantonensi, in archiepiscopum Arelatensem electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, potestatis sibi ple. tradita, eccl. pretulit universis, plena vigiliis solicitudo requirit, ut circa statum cujuslibet eccl. sic vigil. excogitet sicque prospiciat diligenter, quod per ejus provid. circumspectam, nunc per simplicis provis. officium, nunc vero per min. transl. accommode, prout locorum et temporum qualitas exigit, eccl. singulis pastor accedat yd. et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigat et informet, ac bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat

[illegible] Nuper [illegible] ecclesie Arelatensi ex eo [illegible] quod [illegible] fratrem nostrum [illegible], olim archiepiscopum Arelaten., in [illegible] apud sedem apostolicam [illegible], a vinculo quo dicte Arelatensi ecclesie [illegible] tenebatur, de fratrum nostrorum [illegible] apostolice potestatis plenitudine absolventes, [illegible] vacantem duximus [illegible], dicte Tholosane ecclesie [illegible] et pastorem; nos volentes eidem Arelatensi ecclesie, ne dispendia prolixe vacationis incurreret, [illegible] providere, cum nullus preter nos hac vice [illegible] ipsius Arel. eccl. se intromittere possit, pro eo [illegible] durante vac. hujusm. ipsius Arel. eccl., provisiones omnium eccl. archiepiscopalium et episc. tunc apud sed. pred. vacantium et in antea vacaturarum, disp. et ord. n. duximus reservandas, decernentes ex tunc i. et i. si se. s. hiis a quoquam, quavis auct., sc. vel ign. cont. attemptari; post deliberationem quam de preficiendo eidem Arelatensi ecclesie personam utilem et etiam fructuosam habuimus cum dictis fratribus diligentem, demum ad te tunc episcopum Xantonensem, [illegible] multiplicium tuarum virtutum meritis, quibus personam tuam, nobis et eisdem fratribus nostris notam, Altissimus insignivit, et quod tu prefate Xantonensi ecclesie laudabiliter prefuisti, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus attenta meditatione pensatis, te a vinculo quo dicte Xantonensi ecclesie, cui tunc preeras tenebaris, de dictorum fratrum consilio et ejusdem potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam Arelatensem ecclesiam, auct. apost. transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spirit. et temp. plenarie committendo. In illo qui dat gratias et lar. pre. confidentes, quod dicta Arel. eccl. per tue industrie ac circ. fructuosum studium, regetur ut. et pros. dirigetur. Quocirca fraternitati tue per ap. scr. mand., quat. imp. tibi onus a Domino devote suscipiens, sic ipsius Arelaten. eccl. regimen studeas solicite exercere, gregem dom. in ea tibi creditum, doctrina ver. et operis informando, quod dicta Arelaten. ecclesia, per tuum stud. fructuosum votivis jugiter proficiat commodis, et successibus prosperis augeatur; ac tu proinde divinam, et dicte sedis, ac nostram bened. et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, vi. idus januarii, anno nono.

[illegible] Capitulo; — Populo; — Vassalis; — [illegible]

[illegible] Clem. VI. [illegible] an. ix [illegible]

1579 — 17 février 1351.

[illegible] d'Arles [illegible] contre l'archevêque [illegible]

[illegible]

1580 — 8 mai 1351.

L'archevêque Étienne recouvre le droit de battre mon-[illegible]

1581 — Avignon, 6 août 1351.

Hommage d'Étienne de la Garde, archevêque d'Arles, au sénéchal de Provence

Anno quo supra [1351], die vi^a augusti, etc. Constitutus reverendus in Cristo pater dns *Stephanus* Dei gratia *Arelaten. archiepiscopus* coram etc. [Raymundo de Agouto, Provincie senescallo], stans, non sedens in predicti excecutione mandati, prefato dno Senesc. tanquam procuratori et nomine procuratorio dicti dni Ludovici, sicut mariti dicte dne nostre Regine, et habentis medietatem comitatuum predictorum Provincie et Forc. in dote et pro dote, et procuratori etiam dicte dne Regine, recognovit publice quod ipse dns archiepiscopus tenet et tenere debet, nomine dicte Arelaten. ecclesie, pro dictis dnis nostris Rege et Regina, et sub eorum dominio et segnoria, castrum Sancti Mitrii, Castrum Veyre, castrum de Confors, et medietatem tercie partis castri de Fossis, et affayre de Gabardello; et pro predictis fecit idem dns archiepiscopus et juravit fidelitatem dicto dno Sen. recipienti procuratorio nomine dnorum ipsorum et utriusque eorum, heredum et successorum suorum in dictis comitatibus, tactis per eum sacrosanctis Scripturis, secundum ordinationem testamenti clare memorie dne Beatricis quondam regine Sicilie et comitisse comitatuum predictorum... Actum in civitate Avinion., in domo heredum Bartholomei de Carmignano, presentibus reverendo in Cristo patre dno B. Dei gratia Senecen. episcopo.

Arch. des B.-du-Rh. Reg. B. 758, f° cj.

1582 — 24 avril 1353.

... Rev. in Chr. patre .. Stephano, D. g. s. Arelat. ecclesie archiepiscopo presidente,... coram... Golferio, D. g. abbate monasterii S. Stephani de Vallibus, Xanctonen. dioc., vicario et officiali Arelatensi, *exhibition du n° 1550 (ibid.).*

1583 — Salon, 29 juin 1353.

Hommage de Rainaud Porcellet à l'archevêque Étienne de la Garde.

In nomine Domini. Amen. Anno ab Incarnatione ejusdem millesimo CCC. quinquagesimo tercio, indictione sexta, et die vicesima nona mensis junii, reverendo in Xpisto patre et dno dno Stephano secundo, sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo, presidente. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod ego Raynaudus Porcelleti, condominus castri de Cenassio et castri de Lambisco, filius nobilis Raynaudi Porcelleti, domicelli de Arelate, et nobilis Ermessendis conjugum quondam, confiteor et in veritate recognosco vobis reverendo in Xpisto patri dno *Stephano*, Dei gratia *sancte Arelatensis ecclesie* [*archiepiscopo*] prelibato, presenti, stipulanti et solempniter recipienti, nomine vestro et successorum vestrorum, et nomine Arelatensis ecclesie antedicte, me tenere ac possidere, ac tenere et possidere debere, in feudum, sub pleno dominio et senhoria Arelatensis ecclesie, et beati Trophimi, atque vestra, quicquid habeo, seu habere debeo, teneo seu possideo... in toto affari

meo de Ripperia, scilicet in usaticis et pedagiis, et in parte quam habeo in burgo et in portu burgi, et in censa quam habeo super Hebreos, et in scola Judeorum de Arelate, et in piscariis meis gradus de Pannanidas et de Passono, et in toto affari meo de Plano. Item, recognosco eodem modo quo supra, ... me tenere et possidere... quicquid habeo, teneo et possideo..., ad feudum tamen francum, in stagno de Montical, et in toto tenemento quod est circa villam Sancte Marie de Mari, infra duas leucas circumquaque, in maribus, et piscariis, et saunariis vel salinis, et stagnis, et momedis, venationibus, dominiis, et censibus, et senhoriis, et proprietatibus, et domeniaduris, et terris cultis et incultis, nemoribus et deffensis, et in recognitione dicti feudi de Mari. Promito vobis domino archiepiscopo supradicto,... me teneri, et debere teneri, dare et solvere ecclesie Arelatensi, et beato Trophimo, atque vobis, unum obolum aureum censualem, in festo beati Trophimi, annuatim. Pro quibus omnibus et singulis feudis, seu affaribus supradictis, vobis predicto domino archiepiscopo, recipienti nomine Arelatensis ecclesie, flexis genibus et junctis manibus, homagium facio et fidelitatem juro. Promittens ...Actum Sallone, infra archiepiscopale fortalitium, in camera dicti domini archiepiscopi, testibus presentibus ven. et circ. viris dno Gaufrido de Salinhaco, legum doctore, Matiscon. diocesis, dno Rostagno Regordi, jurisperito, domino Francisco de Barjolis, milite de Sallone, dno Johanne Jasberti, canonico Xantonensi, nobili Raimundo de Podio auriolo, habitatore Sallonis, nobili Raimundo Gauterii, de Senassio. Et me Jacobo Duranti, not. publico castri Sallonis...

Archev. d'Arles, Chartrier de Salon, n° 432, orig.

1584 Salon, 3 août 1353.

Dno Stephano secundo, s. Arel. eccl. archiepiscopo...

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 35.

1585 3 août 1353.

...Ven. et relig. vir d. Raimundus Comitis, infirmarius Arelaten., clavarius et procurator rev. in Chr. pat. dni Stephani, D. g. s. Arelat. ecclesie archiepiscopi, *reconnaît avoir reçu des fermiers du péage du Rhône à Arles*, quod percipit d. archiepiscopus, *pour complément de la rente échue à la mi-mai, 97 livres 10 sous* coronat. Act. Arelate, in archiepiscopali palatio, in aula prope Botilhariam, *etc*.

Étendu de Pons Rodelli, 1353, f° 18. BONNEMANT, t. I, p. 232.

1586 29 janvier 1354.

Johannes Bonifilii, Arelat. canonicus et prior Beate Marie majoris, procurator et commissarius a rev^mo in Chr. pat. et dno d. Stephano, div. prov. Tholosano archiepiscopo, dni nostri pape camerario, ad petendum, exigendum... omnia debita et sibi credita bo. me. dno Johanni de Cardona, Arelat. archiepiscopo, et camere apostolice ex certa causa pertinentia...

Reg. de Jean Stephani, not., 1354, f° 59. BONNEMANT, t. I, p. 232.

1587 6 mars 1353/4.

[BONNEMANT a recueilli, dans ses *Actes ... concernant l'archev. d'Arles* (t. II, p. 389-95, n° 111) la copie d'un « Processus translationis corporum sanctorum Honorati archiepiscopi Arelatensis et Alphonsii abbatis ecclesiæ Sancti Honorati in Campis Elisæis Arelatis, ad monasterium Lerinense, factus per Petrum de Valentiâ, vicarium generalem ecclesiæ et diœcesis Tolonensis, anno 1353, die 6ª martii ». On trouve plus loin (p. 397-400, n° 116) des « Remarques » sur cette prétendue translation, de la main de « Mᵉ Raybaud, avocat en la cour [1] en l'année 1712 ». Voici le début de cette critique : « Après qu'on a examiné atantivement ce pretandu proces verbal, qui contient en substance que les reliques de sᵗ Honorat des Eliscamps ayant esté mises dans un bateau, par ordre de l'archeveque d'Arles, pour les porter au monastère de Lerins, et la tempeste ayant acueilli ce bateau en pleine mer, et le patron ayant relaché vers un petit port apellé Sᵗ Mandril et ne croyant pas de pouvoir aller plus avant sans risque de se perdre, il depecha un de ses mariniers au vicaire general de l'eveque de Toulon, pour lui donner avis qu'il portoit le corps de ces deux saincts ; lequel s'estant transporté sur les lieux avec le gouverneur et consul de la ville, il y fit traduire ces sainctes reliques : on trouve que cette piece est absolument fausse... » Elle est pleine d'anachronismes et le style n'est point celui du temps. Le fabricateur de cette pièce n'est pas différent de celui qui inventa les deux pièces fausses et condamnées comme telles par le Parlement, sur la dénonciation de Peiresc, dont parle BOUCHE (*Hist. de Prov.*, t. II, p. 86). D'ailleurs le corps de sᵗ Honorat ne fut porté d'Arles à Lérins qu'en 1391. J'ajouterai que la date du début : « die viª martii, quæ dies vigesima lunæ mensis februarii est » est fausse et la formule inusitée à cette époque.]

1588 1ᵉʳ novembre 1354.

SEQUITUR medie decime triennalis concessio per dominum nostrum papam Innocencium VI. ad impugnandum immanitatem Turchorum, anno Domini M°CCCLIIII°, et primo de termino festi Omnium Sanctorum, ut continetur in bula.

Primo, dom. archiepiscopus, pro hiis que habet citra Rodanum. cxii lib. x sol.
Item, prepositus Arelat. p. h. q. h. c. R. xxii l.
It. amministrator anniversariorum ecclesie Arel. lxx s.
It. prior de Comis, pro ecclesia de Valle. xii s.
It. vestiarius Sancti Trophimi. xl s.
It. infirmarius Arelat. xx s.
It. abbatissa monasterii S. Cesarii Arel. xx l.

SEQUNTUR ECCLESIE DE CAMARGIIS.

Primo, ecclesia de Mari. vii l. x s.
Item, operarius de Mari.
It. abbas Silve Regalis. lx s.
It. ecclesia Sancte Trinitatis. xlvi s.
It. ecclesia de Albarone. xxv s.

1. « M. Jean Raybaud avoit beaucoup de goût pour la litterature et l'antiquité ; il avoit fait un amas precieux de bons livres et de riches manuscrits. Ses enfans l'ont dissipé, pillé, vendu. Led. M. Raybaud est mort le 17 avril 1752. » (Note de Bonnemant).

It. cappella castri de Albarone. vii s. vi d.
It. ecclesia S. Michaelis de Capp[illegible]. xxx s.
It. ecclesia S. Vincencii de Cancys. xxx s.
It. ecclesia S. Petri Trencatall. xxv s.
It. cappella castri Trencatall. viii s.
It. ecclesia S. Genesii de Columpna. xii s.
It. precentor domus Teuthonicorum Trencat. xxv s.
It. ecclesia S. Johannis de Malmussa. xx s.
It. ecclesia S. Petri de Medenis. xii s.

Ecclesie civitatis Arelatis.

Item, ecclesia Sancti Martini. xx s.
It. ecclesia Sancti Laurencii. xviii s.
It. ecclesia S. Crucis Arelatis. xxx s.
It. ecclesia S. Petri de Pesulo. x s.
It. ecclesia Sancte Trinitatis. x s.
It. ecclesia Beate Marie Principalis. xii s.
It. ecclesia Sancti Vincencii. viii s.
It. ecclesia Sancti Juliani. xxx s.
It. cappella Sancte Caterine. xx s.
It. ecclesia Beate Marie Magdalen'. xii s.
It. ecclesia Beate Marie Majoris. xl s.
It. priorissa de Molegio Arelat. xv s.
It. cappella Sancti Mauricii. xviii s.

Ecclesie de Aliscampis.

Item, cappella Beate Marie de Bellis. xv s.
It. ecclesia Sancti Honorati. l s.
It. ecclesia Sancti Cesarii. xx s.
It. ecclesia S. Petri de Fanabregolo. xi s.
It. ecclesia Beate Marie de Pulcro Loco. xxx s.

Beneficia Montis Majoris.

Item, dom. abbas Montis Majoris, pro castris de Miromari et de Castelleto. x l.
It. sacrista Montis Majoris. xv s.
It. ecclesia S. Petri Montis Majoris. xii s.
It. [illegible] Montis Majoris. xiiii s.
It. camerarius Montis Majoris. x s.

Ecclesie de Molegio.

Item, abbatissa de Molegio. iiii l. x s.
It. vicarius de Molegio. xii s.
It. ecclesia S. Petri de Malhana. xxx s.
It. vicarius de Malhana. x s.
It. prior S. Michaelis de Frigoleto, pro hiis que habet citra Rodanum. xxxv s.
It. ecclesia Sancti Lamberti.
It. prepositus S. Pauli de Mazeolo. xv s.

Ecclesie de Baucio et ejus valle.

Item, ecclesia de Baucio. l s.
It. ecclesia de Castillione. xx s.
It. ecclesia Beate Marie Magdal. de Insula S. Genesii [illegible]. xv s.
It. ecclesia S. Romani subtus Baucium. viii s.
It. ecclesia castri de Moreriis.
It. prior Podii Rotundi.
It. ecclesia de Auricula.
It. ecclesia S. Petri de Intermontes.
It. ecclesia Sancti Lamberti.

Ecclesie prope Sellonem.

Primo, vicarius de Valle Longa.
Item, ecclesia S. Laurencii Sellonis.
It. ecclesia S. Alvernhico.
It. ecclesia S. Johannis de Br[illegible].
It. ecclesia de Granis.
It. ecclesia de Cornilione.
It. vicarius Sancti Amancii.
It. ecclesia Castri Veteris.

Ecclesie prope Marticum.

Primo, ecclesia S. Genesii de Insula Pontis.
Item, ecclesia de Insula Pontis.
It. ecclesia de Castro Novo.
It. ecclesia de Ginhaco.
It. ecclesia de Marinha.
It. ecclesia de Leoncio.
It. ecclesia de Vitrola.
It. ecclesia de Roynhaco.
It. ecclesia de Vellacio.
It. ecclesia de Berra.
It. elemosinarius Massiliensis, pro ecclesia Sancti Victoreti.

Bonnemant, t. III, n° 112, original papier.

1589 1er février 1355.

L'empereur Charles IV notifie aux prélats, barons, chevaliers, cités et personnages constitués dans les comtés de Provence, de Forcalquier et de Piémont le couronnement de Louis et de Jeanne, et ordonne de leur obéir.

Arch. des B.-du-Rh. Chambre des comptes, B. 4, f° 99 ; 1377, f° 17. Boehmer-Huber, *Reg. imperii*, t. VIII, n° 6799.

1590 22 avril 1355.

Privilège de l'empereur Charles IV à l'archevêque d'Arles pour l'extraction du sel.

Karolus quartus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et Bohemie rex, venerabili Stephano archiepiscopo Arelatensi, principi et devoto nostro dilecto, gratiam suam et omne bonum. Imperialis eminentie circumspecta benignitas, etsi pluribus justis subditorum votis gratiose consuevit annuere, illorum tamen desideriis singulari quodam affectu aurem benignam accomodat, qui sincere fidei constantia in sacri imperii Romani servitiis persistentes immobiles, potioribus meruerunt favoribus pre ceteris honorari. Cum igitur ecclesia tua Arelatensis, nobile ac insigne sacri imperii membrum existat, teque et ejus archiepiscopos antecessores tuos in devotione et obedientia ipsius imperii constet tam fideliter quam laudabiliter permansisse, tibi et eidem ecclesie, tuisque successoribus, de gratia speciali, omnia regalia seu imperalia nostra, ac etiam universa salinaria per totum archiepiscopatum tuum et diocesim ac etiam totam provinciam Arelatensem, damus, tribuimus et donamus, nobis et nostris successoribus futuris Romanis imperatoribus et regibus superioritatis dumtaxat jure et excelso seu supremo dominio reservatis ; dantes et concedentes nihilominus tibi et predictis tuis successoribus Arelaten. archiepiscopis, plenam, liberam et omnimodam potestatem sal de stagnis salinariis tui archiepiscopatus et diocesis, libere et absque impedimento quolibet, extrahendi per illos quos ad hoc tu duxeris et ipsi duxerint pro tempore statuendos ; ac mandantes et precipientes districte principibus, comitibus, prelatis, baronibus, senescallis, nobi-

libus, vicariis, potestatibus et officialibus, ac fidelibus nostris et sacri imperii universis, in tua diocesi seu etiam provincia constitutis, quocumque nomine, statu, preheminentia, ordine vel conditione fruantur, etiam si regali vel reginali fulgeant dignitate, quathenus in extractione predicti salis te et successores tuos, vel tuos aut eorum familiares, nuncios vel ministros nequaquam impediant seu perturbent, sed absque exactione cujuslibet gabelle, dacii seu tributi, per loca, territoria, dominia, districtus seu passus suos dictum sal a quibuscumque personis illud deducentibus vehi libere et deduci permittant, sub pena banni nostri imperialis et amissione feudorum que a nobis tenent, et sub pena mille marcarum puri auri, quam contra facientes, totiens quotiens contrafecerint, se noverint eo ipso irremissibiliter incurrisse ; et earum medietas erarii nostri seu fisci imperialis, residua quoque medietas tuis et successorum tuorum usibus, perpetuis temporibus, applicetur. Presentium sub bulla aurea tipario nostre majestatis impressa testimonio litterarum. Datum Senis, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, octava indictione, decimo kalendas maii, regnorum nostrorum anno nono, imperii vero primo. Ego Joannes, Dei gratia Luthomensis episcopus, sacre imperialis aule cancellarius, vice reverendi in Christo patris domini Gerlaci, Moguntinensis archiepiscopi, sacri imperii per Germaniam archicancellarii, recognovi.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 81, orig. Arch. du chap., extrait : « Collatio facta fuit cum suis originalibus litteris, in pergameno scriptis... ; supra plicam : *Per dom. imperatorem, ad relationem episcopi Mendensis, Henricus Chesanensis* signatis ; sigilloque seu bulla aurea cum filo serico albi coloris impendente sigillatis, in quo a parte una effigies erat ipsius imperatoris, sceptrum in manu dextra tenentis et in manu sinistra pomum cum cruce habentis, que a parte dextra aquilam et a parte sinistra leonem ; et in rotunditate erat scriptum : CAROLUS QUARTUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS ; infra vero : BOHEMIE REX ; in altera autem parte insculta erat civitas Rome et in illius rotunditate scriptum erat : ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI ; infra vero : AUREA ROMA... Ad requestam dni Roberti cardinalis de Lenoncourt, archiepiscopi Arelaten., et sindici capituli ecclesie metropolitane Arelat... Act. Tholose. in parlamento, die 22 jan. a° 1560 ». BONNEMANT, t. II, p. 375. Arch. des B.-du-R. B. 4, f° 116. BOEHMER-HUBER, VIII, 6808.

1591 2 mai 1355.

Lettre du pape Innocent VI à l'archevêque d'Arles, pour faire délivrer le prévôt de Marseille, Antoine de Baux, prisonnier au château de Baux.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 1369.

1592 8 juillet 1355.

Lettre itérative du pape au même, presque identique à la précéd. : obtenir qu'on relâche le prévôt ou dénoncer l'excommunication contre Robert de Duras.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 1370.

1593 Salon, 23 juillet 1355.

Dno Stephano secundo, Dei gratia s. Arel. eccl. archiepiscopo et principe...

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 27.

1594 Avignon, 20 novembre 1355.

Stephanus miseratione divina sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus... *(Collation du prieuré de St-Césaire des Aliscamps à Bernard Maurel...)* Actum et datum Avinione, sub nostro sigillo, die 20 mensis novembris *(1355, car le 25 nov. 1355, a lieu la prise de possession).*

St-Césaire. Prieurés (reg. V), n° 55, parch., copie not. de 1402.

1595 27 janvier 1356.

... Dom. J. Bonifilii, canonicus Arelat., procurator et comissarius camere apostolice ad levandum debita bo. me. dni Johannis de Cardona, s. Arelat. eccl. archiepiscopi, deputatus per dom. Stephanum archiepiscopum Tholosanum, dni nostri pape camerarium, confessus fuit... de quad. condempnatione L. sol. lata... per dom. Salvatorem Olivarii, decretorum doctorem et officialem Arelat., sub a° 1342, die 5 m. decemb.,... recepisse...

Étendu de Pons Rodelli, not., 1356. BONNEMANT, t. I, p. 345.

1596 26 mai 1356.

Rever. in Xpisto patre dno Stephano secundo, s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo presidente. — *Reconnaissance.*

Livre jaune de l'archev. d'Arles, f° 489.

1597 11 novembre 1356.

Golferius, D. g. abbas monasterii S. Stephani de Vallibus, Xancton. dioc., vicarius et officialis Arelat., cappellanis ecclesiarum de Baucio, de Castilhono, de Moreriis... Pro parte rev. in Chr. pat. dni Stephani, mis. div. s. Arelat. eccl. archiepiscopi... ; *citation contre noble* Hugo de Ruppeforti, castellanus castri de Baucio pro d. comite Avellini, *et autres qui avaient entrepris sur la juridiction de l'archevêque* in castro de Vaqueriis, Arelat. dioc.

Étendu de Pons Rodelli, 1355-6, f° 126. BONNEMANT, t. I, p. 337.

Étienne de la Garde mourut le 19 mai (Catal. n° 3, c. 9) probablement de l'année 1361, puisque la bulle de nomination de son successeur, du 16 juin 1361, parle de son décès comme récent *(nuper).*

GUILLAUME II DE LA GARDE. 1361-1374.

Fils de Bernard de la Garde et neveu d'Étienne, son prédécesseur à Arles (BALUZE, *Vitæ pap. Aven.*, t. I, c. 986), il était chancelier de l'église de Beauvais, diacre et notaire du pape quand il fut promu au siège de Périgueux.

1598 8 juin 1347.

Dil. filio Ademaro de Nova villa, electo Petragoricen. Quam sit onusta... Dud. siq. bo. me. Guill'o episcopo Petragoricen. regimini Petrag. eccl. presidente..., per obitum ejusd. Guill., qui nuper extra Ro. cu. d. cl. extr.., demum ad te canonicum Petragoricen. in sacr. const..., teque illi pref. in episcopum et pastorem... Datum Avinione, VI. idus junii, anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. 78, f° 6 Clem. VI. Comm. an. VI, lib. I, p. 15.

1599 15 octobre 1347.

Dil. filio Arnaldo electo Petragoricen. Superni disp pastoris... Postmodum vero ecclesia Petragoricen [illegible]

[illegible] Arnaldum, electi Petragoricensis, tunc predic- [illegible] quod [illegible] ecclesie Appamiarum, Avin. dioc., [illegible] Arelatensis [illegible] accesserat, [illegible] proprium non habebat, diem cl. extr., [illegible] ad te [illegible] de Sos, O. S. A. Appamiarum [illegible] decretorum doctorem, providemus [illegible] in ep. pref. et past. Datum Avinione, idibus [illegible], anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. [illegible]

1600 — 13 février 1348.

Bulles de Guillaume de la Garde, pour l'évêché de Périgueux.

Dilecto filio *Guillelmo, electo Petragoricensi*, salutem etc. Dum ad universas orbis ecclesias, juxta pastoralis officii debitum, apostolice diffundimus considerationis intuitum, illarum nimirum propensior sollicitudo nos angit, quas propriis destitutas pastoribus subjacere dispendiose vacationis conspicimus detrimentis, ut per nostre provisionis ministerium, preficiantur illis viri secundum cor nostrum ydonei in pastores, sub quorum regimine, eedem ecclesie in spirit. et temp. feliciter gubernentur. Nuper siquidem Petragoricensi ecclesia ex eo pastoris regimine destituta, quod nos dilectum filium Arnaldum, Appamiarum, tunc Petragoricensem electum, [illegible] apostolicum constitutum, a vinculo quo ipsi Petragoricensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum n. cons. et ap. pot. ple. absolventes, ipsum ad ecclesiam Appamiarum tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum ecclesie Appamiarum eidem, in episcopum et pastorem; nos ad provisionem ejusdem Petragoricensis ecclesie, de qua nullus preter nos, hac vice, se intromittere potest, pro eo quod nos, diu ante vacationem hujusmodi, dicte Petragoricensis ecclesie, provisiones omnium ecclesiarum cathedralium, tunc apud eamdem sedem quocumque modo vacantium et in antea vacaturarum, ordinationi et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super his per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ne longe vacationis incommoda sustineret, paternis et sollicitis studiis intendentes, ac cupientes eidem Petragoricensi ecclesie talem preesse personam, que sciret et posset eam preservare a noxiis et adversis, et in suis [illegible] juribus et etiam adaugere, post deliberationem quam super hiis cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad te cancellarium ecclesie Belvacensis, notarium nostrum, in dyaconatus ordine constitutum, quem litterarum scientia, honestate morum, prudentia spiritualium et temporalium providentia, aliisque multiplicium virtutum donis, familiari experientia continuata diutius novimus insignitum, direximus aciem nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua ipsi Petragoricensi ecclesie, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Petragoricensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. Firma de te concepta fiducia quod eadem Petragoricensis ecclesia, per tue circumspectionis industriam et providentiam circumspectam, sub tuo felici regimine, gratia Dei tibi assistente propitia, salutaria recipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, et reverenter ejus oneri colla submittens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, gregem dominicum in eadem Petragoricensi ecclesia tibi traditum doctrina verbi et operis, juxta datam tibi a Deo prudentiam, informando, quod dicta Petragoricensis ecclesia, per tue circumspectionis industriam, votivis jugiter proficiat commodis, et successibus prosperis augeatur; et tu proinde divinam, et apostolice sedis ac nostram benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, idibus februarii, anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. 181 (Clement. VI, an. VI, lib. 3, p. 1), f° 55.

1601 — 26 juillet 1349.

Translation de Guillaume de la Garde à l'archevêché de Braga (Portugal), par Clément VI.

Dilecto filio *Guillelmo, electo Bracharensi*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum pot. sibi ple. tradita eccl. pretulit universis, plena vig. solicitudo requirit, ut circa cujusl. statum ecclesie, sic vigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspectam, nunc per simplicis prov. officium, nunc vero per min. transl. acc., prout locorum et temp. qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat, yd. et rector pro. deputetur, qui populum sibi commissum, per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam, salubriter dirigat et informet, et bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Dudum siquidem bo. me. Gundisalvo, archiepiscopo Bracharensi, regimini Bracharensis ecclesie presidente, nos intendentes eidem ecclesie cum illam vacare contingeret per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ejusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre specialiter ea vice duximus reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum dicti Gundisalvi, archiepiscopi Bracharensis, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos vac. hujusm. fidedignis relat. int., ad prov. ejusd. eccl., de qua nullus pr. nos hac vice disp. potuit neque potest, res. et decr. obs. supradictis, ne longe vac. subjaceret inc., pat. et sol. st. intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te tunc Petragoricensem electum, consideratis multiplicium virtutum tuarum meritis, quibus personam tuam familiari experientia diutius novimus insignitam, direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam dicte ecclesie quam illius gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo ecclesie Petragoricensi, cui tunc preeras, tenebaris, de eorundem fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Bracharensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et

administrationem ipsius tibi tam in sp. quam in temp. ple. committendo, liberamque tibi lic. tribuendo ad pref. eccl. Bracharen. transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis [quod] eadem Bracharen. ecclesia, gratia divina tibi ass. propitia, per tue circ. industriam et providentiam circumspectam, salutaria recipiet incrementa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quat. imp. tibi onus a Do. dev. suscipiens, sic ipsius Bracharen. eccl. regimen solicite studeas exercere, gregem dom. in ea tibi creditum, doct. verbi et op. juxta datam tibi a Deo prudentiam, informando, quod prefata Bracharen. eccl., tue cooperationis ministerio, votivis jugiter proficiat commodis, et successibus prosperis augeatur, tuque proinde divinam et dicte sedis ac nostram bened. et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, VII. kalendas augusti, anno octavo.

Arch. Vatic. Reg. 195, f° 15 v° (Clem. VI. Comm. an. VIII. lib. 3, p. 1, ep. 9 de prov. prelat.)

1602 27 juillet 1349.

Bulles de Pierre Pino (?), successeur de Guillaume de la Garde à l'évêché de Périgueux.

VEN. fratri *Petro, episcopo Petragoricen.*, salutem etc. Quam sit onusta dispendiis, quam plena periculis, quantaque discr. secum trahat diutina ecclesiarum vacatio, solicite considerat. indagine perscrutantes, libenter operarias manus apponimus et studium efficax impertimur, ut viduatis eccl., prout tempus et qualitas exigit, et locorum utilitas persuadet, nunc per debite prov. officium, quandoque vero per min. transl. acc., pastores pref. ydonei et min. providi deputentur, quorum eedem ecclesie fulte presidiis et favoribus communite, votivis et prosp., auct. Do., proficiant incrementis. Nuper siq. eccl. Petragoricen. pastoris regimine destituta, pro eo quod nos dil. fil. Guillelmum Bracharen., tunc Petragoricen. electum, apud sedem ap. constitutum, a vin. quo eidem eccl. Petragoricen., cui tunc preerat, tenebatur, de fra. n. cons. et ap. pot. ple. absolventes, ipsum ad Bracharen. eccl. tunc vac. duximus transf., preficiendo eum dicte Bracharen. eccl. in archiep. et past.; nos volentes eidem Petragoricen. ecclesie, ne dispendia longe vac. incurreret, pat. solicitudine precavere, cum nullus pr. nos hac vice de ipsius Petragoricen. ecclesie ordinatione se introm. possit, pro eo quod nos diu ante vac. hujusm. ejusdem Petrag. eccl., provisiones omnium cath. eccl. tunc apud dictam sedem vac. et inantea vacat., disp. n. duximus sp. res., decernentes ex t. i. et i. si se. s. hiis per quosc., quavis auct., sc. vel ign. cont. att.; post del. quam de pref. eidem Petragoricen. eccl. pers. ut. et etiam fruct. cum fr. n. hab. diligentem, demum ad te tunc Veronensem episcopum, consid. grandium virt. meritis quibus pers. t. divina gratia insignivit, et quod tu qui reg. Veronen. ecclesie hact. utiliter prefuisti, dictam Petragoricen. eccl. scies et poteris, auct. Do., utiliter regere et fel. gubernare, aciem nostre mentis duximus dirigendam. Intendentes itaque, tam dicte Petragoricen. eccl. quam ejus gregi dom. salubr. providere, te a vin. quo tenebaris eidem Veronen. eccl., cui tunc preeras, de dictorum fr. cons. et ap. pot. plen. absolventes, te ad dictam Petrag. eccl. transferimus, teque illi pref. in ep. et past., curam et adm. dicte Petragoricen. eccl. tibi tam in spir. quam in temp. ple. committendo, liberamque tibi dando lic. ad eandem Petr. eccl. transeundi. Firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera illius clementia dirigente, a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Petrag. ecclesie, per tuam solertem diligentiam, tuumque min. studiosum, honoris et prosperitatis multiplicium votiva provenient incrementa. Quocirca frat. t. per ap. scr. mand. quat. ad pref. Petrag. eccl. cum gra. nostre bened. accedens, curam et adm. predictas sic dilig. geras et sol. prosequaris, quod ipsa Petrag. ecclesia gu. circ. et fruct. adm. gau. se commissam, ac bone fame tue odor ex laud. tuis actibus lat. diff., tuque preter ret. et. augmentum ac ipsius sedis gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione, VI. kal. augusti, anno octavo.

Arch. Vatic. Reg. 195, f° 21 (Clem. VI. Comm. an. VIII. lib. III. p. 1, ep. 19 de prov. prelat.)

1603 1er février 1352.

Bulle du pape Clément VI adressée Guillelmo episcopo Bracacensi, apostolicæ sedis nuntio, *où il règle l'ordre de succession au trône de Naples, au cas de prédécès de la reine Jeanne.*

RAYNALDUS, *Ann. eccles.*, a. 1352, n° 3.

1604 Naples, 27 mai 1352.

Les archevêques Guillaume de Braga et Pierre de Bénévent sacrent et couronnent Louis de Tarente et Jeanne, roi et reine de Naples.

Matteo VILLANI, *Istorie*, lib. III, c. VIII.

...Papa misit Neapolim dom. Guillelmum de Guardia, archiepiscopum Bracarensem, consanguineum suum, qui de ejus mandato Ludovicum [principem Tarenti] regem Siciliæ et Apuliæ coronavit, et dicti regni regimen et administrationem sibi commisit.

Prima vita Clementis VI (BALUZE, *Vitæ pap. Aven.*, t. I, c. 253).

1605 3 septembre 1352.

Cum de rauba, arnesiis et jocalibus dni Guillelmi de Garda, archiepiscopi de Bragas, consignatis Guill. Martini, patrono unius galee, in regio et reginali servitiis existente in civitate Neapoli, per dictum dom. archiepiscopum... per Stephanum de Moleriis, cursorem et nuntium dicti dni archiepiscopi habitis et etiam integre recuperatis presentialiter in hac civitate Massilie... *(Reçu donné audit patron, sauf un* fardellum, *pour lequel indemnité de 11 florins d'or).*

Protoc. de Jean Audibert, not. de Mars., 1352 (M. de [illegible]).

1606 13 mai 1353

Composition entre le prieur claustral de Montmajour et Raimond d'Uzès ; le couvent approuve propter Dei reverenciam et dom. Bracaren. et Arelaten. archiepiscoporum... *Ratification* coram ven. patre dno Guillelmo D. g. Bracharen. archiepiscopo... Actum in camera superiori dni archiepiscopi.

BONNEMANT, t. I, p. [illegible], minute orig. corrigée de la main de l'archevêque de Braga, d'après le reg. de Pons Rodelli, p. [illegible]

1607 16 juin 1361.

Provision de Guillaume de la Garde, pour l'archevêché d'Arles, par le pape Innocent VI.

Venerabili fratri *Guillelmo olim archiepiscopo Bracharensi, in archiepiscopum Arelatensem electo*, salutem et apostolicam benedictionem. Cure nobis propensius et multis modis ex astringit ex debito, ut circa cujuslibet statum ecclesie ita decenter prospicere, sic et cogitare solicite studeamus, ut per nostre vigilis attentionis instantiam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per translationis auxilium fructuosum, prout locorum, personarum et temporum qualitas persuadet, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, ut superni favoris auxilio suffragante, eedem ecclesie letis foveantur eventibus et successibus prosperis gratulentur. Dudum siquidem, bo. me. Stephano archiepiscopo Arelatensi regimini Arelatensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, per apostolice sedis providentiam, ydoneam preesse personam, provisionem ipsius eccl. ea vice ordinationi et disp. nostre duximus spec. reservandam; decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis, per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum prefata ecclesia per obitum ejusdem Stephani archiepiscopi, qui nuper extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos, hac vice, se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus [supradictis]; ne ipsa Arelatensis ecclesia longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manuteneri juribus, et etiam adaugere, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te archiepiscopum Bracharensem, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam Dominus earum largitor multipliciter insignivit, et quod tu qui eidem Bracharensi ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, prefatam Arelatensem ecclesiam scies et poteris, auctore Dno, feliciter regere et utiliter gubernare, intuitum direximus nostre mentis. Intendentes itaque tam eidem Arel. eccl. quam ejus gregi dominico utiliter providere, te a vinculo quo tenebaris eidem Bracharensi ecclesie, cui tunc preeras, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam Arelatensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Arelatensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad dictam Arelatensem ecclesiam transeundi. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod eadem Arelatensis ecclesia, sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere dirigetur, et salubria suscipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis impositum humeris suscipiens reverenter, et suavi ejus oneri humiliter colla summittens, ejusdem Arelatensis ecclesie sic solicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, quod dicta ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur. Itaque, preter eterne retributionis premium, nostre benivolentie gratiam exinde uberius valeas promereri. Datum Avinione, xvi. kalendas julii, anno nono.

In e. m. Capitulo Arel. eccl. ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis ; — Ludovico regi et Johanne regine.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Innocentii VI. (An. ix. part. ii), t. XXVI, f° 85.

1608 Arles, 28 janvier 1362.

Guillelmus, miser. div. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, conservator et judex... a sede apostolica deputatus, vener. et discretis viris dnis ·· Tholosan., Aquen., Narbonen., Moysiacen., Ruthen., Vabren., Lodoven., S. Pontii Thomeriarum, Albien., Castren., Mimaten., Anicien., S. Flori, Vivarien., Uticen., Nemaus., Aurasic., Tricastrin., Cavallic., Avinion., Forojul., Regen., Apten., Magalon. ecclesiarum prepositis, archidiaconis, sacristis et officialibus, necnon priori S. Severii Agath. ac prioribus S. Eulalie de Castro Novo et de Soresio, ord. S. August.... Patentes litteras... emanatas a rever. patre dno Stephano, bo. me. germano et predecessore nostro, ejus sigillo pendenti sigillatas,... nobis pro parte relig. vir. magistri et fratrum hospitalis S. Johannis Jherosolimitani presentatas nos vidisse et tenuisse noveritis... (*le texte annoncé n'a pas été transcrit*)... anno a Nativit... ; present... ven. viro Aymerico de Gardia, thesaurario Bracharen....

Bonnemant, t. II, p. 84, minute originale.

1609 9 avril 1362.

Parlamentum curie archiepiscopalis Arelat.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem M°CCC°LXII° et die nona mensis aprilis, rev. in X° patre dno Guillelmo digna Dei gratia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo presidente,.. cum nonnulle inquisitiones facte fuerint per curiam archiepiscopalem civitatis et dyocesis Arelat., tam ex suo officio quam etiam ad denunciationem personarum..., pretextu maleficiorum et excessuum tam verbo quam facto... comissorum, fuerint persone ipse... citate per nos Symonem de Villata, archipresbiterum, vicarium et officialem Arelat...., sedentes pro tribunali in curia antedicta..., ad nostras diffinitivas proferendas sententias procedemus...

Bonnemant, t. III, n° 113, minute en papier, 20 p.

1610 1363.

Aveu rendu à Guillaume, archevêque d'Arles.

Paris, Biblioth. Nation., nouv. acq. lat. 2239, n° 15.

1611 Arles, 5 janvier 1363.

Lettre de Guillaume de la Garde, archevêque d'Arles, au sujet de la levée d'une décime.

Guillelmus, permissione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus et princeps*, dilecto nobis in Xpisto Jacobo Navassii, subcollectori camere apostolice, et

Bernardo la Selva, presbitero, salutem in Domino, et in commissis diligentiam adhibere. Nuper litteras sanctissimi patris et domini nostri dni Urbani, divina providentia pape quinti... recepimus, in hec verba : « Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, etc. » Quarum quidem litterarum nobis directarum in effectu series continebat, ut per triennium, specialem decimam beneficiorum in civitate et dyoc. Arelaten. consistentium, per terminos et solutiones in ipsis litteris apostolicis expressatos, juxta taxationem antiquam, exigere et recipere a singulis rectoribus dictorum beneficiorum deberemus, et alias, facta diligenti informatione de facultatibus eorumdem, dictam decimam mitigare possemus, nostram conscientiam super hoc omnimode onerando. Cum igitur circa contenta in dictis litteris apostolicis, vaccare presentialiter nequeamus, tam nostris propriis, quam ecclesie nostre Arelaten. arduis negotiis occupati ; vobis, de quorum probitate, industria et legalitate confidimus ab experto, exigendi, levandi dictam specialem decimam a singulis personis beneficiatis, et rectoribus eorumdem, in nostra civitate et dyoc. Arelaten. consistentium, et alias mitigandi eandem, habita prius per vos diligenti informatione de facultatibus supradictis ; necnon illos qui de ipsa decima nichil solvere possunt, eorum impotentia subfragante, absolvendi, si necesse fuerit, vestram conscientiam super hoc onerantes, damus et concedimus, harum serie, plenam potestatem ; et vobis, tenore presentium, committimus vices nostras, donec ad nos duxerimus revocandas. Mandamus nichilominus, et si fuerit necesse, districte precipimus omnibus et singulis subditis nostris, non subditis vero, in juris subsidium requirentes, ut vobis... pareant efficaciter, et intendant. Has vero litteras nostra manu propria subscriptas, fieri et scribi mandavimus per Petrum Casadei, curie nostre archiepiscopalis notarium, et sigilli nostri autentici a tergo munimine roborari, in testimonium omnium et singulorum premissorum. Datum Arelate, die quinta mensis januarii, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tertio.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire. Privilèges, n° 17, dans la dispense du 25 août 1373 (voir à St-Césaire).

1612 Aix, 18 mars 1362/3.

HOMAGIUM DNI ARCHIEPISCOPI ARELATEN. *au sénéchal.*

In nomine domini nostri Jhesu Xpisti. Amen. Anno Incarnationis ejusdem Domini millesimo CCC°.LX°. secundo, die decimo octavo martii, prime indictionis, pontificatus sanctissimi in Xpisto patris et dni nostri dni Urbani quinti, digna Dei providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summi pontificis, anno primo. Ex tenore presentis instrumenti publici pateat universis, tam presentibus quam futuris, quod personaliter constitutus reverendus in Xpisto pater dnus *Guillelmus*, Dei gratia *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus*, in presentia magnifici et potentis viri dni Rogerii de Sancto Severino, comitis Mileti et Terrenove, comitatuum Provincie et Forcalquerii senescalli, pro inclita et serenissima dna nostra dna Johanna, Dei gratia Jerlm. et Sicilie regina illustri, comitissa et domina naturali comitatuum prefatorum, sponte ac publice recognovit et confessus fuit, se suamque predictam Arelaten. ecclesiam, tenere in feudum, juxta morem et naturam feudorum Provincie, ab eadem dna nostra Regina, et sub ipsius majori dominio et senhoria, castra, jura, et loca infra particulariter et in scriptis nominata, videlicet Castrum Vetus, castrum Sancti Mitrii, jus quod habet predicta Arelaten. ecclesia in burgo Arelatis quod dicitur Porcelletorum, Gabardellum, locum dudum vocatum Juncas et nunc Ferrerias, prope ripariam Sancti Genesii, tertiam partem castri de Fossis, et castrum Conforcii. Et profitens, pro ipsis castris, locis, juribus et bonis, alium superiorem dominum, seu dominam, in temporalibus non habere, nisi predictam dnam nostram Reginam, comitissam et dnam naturalem comitatuum predictorum, eidem dno Senescallo, recipienti nomine et pro parte dicte dne nostre Regine, heredum et successorum suorum, in ejus manibus fecit homagium, interposito osculo, et super sancta Dei evangelia, corporaliter manibus tacta, debitum fidelitatis prestitit juramentum ; protestato solenniter et expresse per dictum dnm archiepiscopum, nomine sue Arelaten. ecclesie supradicte, quod si forsan, processu temporis, reperiretur, vel de jure contingeret declarari, ipsum, seu dictam ecclesiam, non teneri ad tanta quanta fecit, et facit, in presentibus recognitione, homagio, et prestatione sacramenti fidelitatis, per ea que fecisset ultra, et ad que non reperiretur de jure teneri, habeantur totaliter pro non factis, et nullum sibi, seu dicte ecclesie sue, propterea generetur prejudicium in futurum ; remanente, in et super premissis, dicte curie reginali, solummodo jure suo. Et versa vice, presens ibidem nobilis... Actum in palatio reginali civitatis Aquen., infra cameram rationum, testibus ibidem presentibus reverendo in Xpisto patre dno Guillelmo, Dei gratia Massilien. episcopo, ac venerabilibus et egregiis viris dnis Guillelmo Guitardi, presbitero, juris civilis professore, Ludovico de Tabia, majore judice Provincie, Gaufrido de Crota, milite, Guillelmo Henrici, et Johanne Guthii, magne reginalis curie magistris rationalibus, Jacobo Arnanessii, licentiato in legibus, Honorato de Berra, camere rationum, et Raymundo Clementis, Aquen. curie judicibus, Galterio de Ulmeto, reginali procuratore et advocato, Raymundo Marquesani, thesaurario, Hugone Bernardi, rationali Provincie, ac Johanne de Bonamente, de Cava, notario dicti dni Senescalli. Et me Andrea de Piniaco, de Aquis, publico notario...

Arch. des B.-du-Rh. B. 581, original parch.

1613 10 avril 1363.

Plaintes de l'abbaye de St-Césaire au pape contre Guillaume archevêque d'Arles. — Exemption de la juridiction de l'archevêque, ad vitam ipsius, *accordée à l'abbesse au nom du pape par le cardinal Androuin de la Roche.*

Voir la pièce à l'abbaye de St-Césaire.

1614 3 juin 1363.

Lettre du cardinal Androuin à l'archevêque Guillaume, lui notifiant ladite exemption.

Voir la pièce à l'abbaye de St-Césaire

1615 28 mai 1364.

Anno Inc. ej. 1364, et die XXVIII. mensis madii, rev. in Xpisto patre dno Guillelmo mi. di. sancte Arelatensis

[illegible] archiepiscopo et principe presidente... in pres. [illegible] dni Guillelmi Gantardi, legum doctoris, [illegible] Biterrensis, archiepiscopatus Arelaten. [illegible] vicarii generalis... *Appel.*

[illegible] Orig. parch.

1616 25 novembre 1364.

Circulaire d'Urbain V pour la tenue d'un synode.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrorum canonum testatur authoritas, quod olim sancti patres, tam Romani pontifices quam alii ecclesiarum prelati, curam solertem [super] gregem dominicum exercentes[1], de celebrandis conciliis, in quibus de extirpandis vitiis et plantandis virtutibus, tam in clero quam populo, et de conservanda libertate ecclesiastica, de statu quoque ecclesiarum et piorum locorum dirigendo, salubriter agebatur, fuerunt plurimum studiosi; ex quo et status ecclesiasticus in spiritualibus et temporalibus multum crevit. Sed, proh dolor! succrescente paulatim prelatorum desidia omissaque continuatione conciliorum hujusmodi, pullulant vitia, crescit indevotio populi, prefata libertas minuitur, cultus divinus negligitur, irrogantur a laicis clero gravamina, et in temporalibus bonis ad divinum deputatis obsequium sentitur non modicum detrimentum. Optantes igitur quod tantis malis in tua provincia, per salubrem tuam et tuorum fratrum prudentiam occurratur, fraternitatem tuam apostolice sollicitudinis studio excitamus et requirimus, et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus concilium tue provincie, in quo de iis que pro laude Dei et utilitate ecclesiarum et piorum locorum, nec non cleri et populi fuerint utilia et oportuna, provida estimatione tractetur et provideatur, quanto commode poteris, studeas convocare, nobis de convocatione hujusmodi cum eam feceris, et demum de gestis in eodem concilio rescripturus; ac tu et suffraganei tui favorem apostolicum in his, in quibus illum reputabitis utilem, fiducialiter postuletis. Datum Avenione, vii kalendas decembris, pontificatus nostri anno tertio.

[illegible] la lettre du 10 mars 1365 (n° 1619). Des circulaires analogues durent être adressées à tous les archevêques de la chrétienté [illegible] celles expédiées aux métropolitains de Narbonne [illegible] et de Reims (Raynaldus, *Ann.* [illegible]).

1617 Vers 1365.

Serenissimi et incliti principes dns Ludovicus recolende memorie, et dna Johanna nunc regina Jerlm. et Sicilie, contemplatione rev. in Xpisto patris dni G. Dei gratia tunc Ebredunensis, nunc Arelaten. archiepiscopi, tunc temporis in regno Sicilie apostolice sedis nuntii, dederunt [illegible] viro dno Bernardo de Gardia, militi, dno de [illegible], dilecto consiliario et fideli eorum, germano dicti archiepiscopi memorati, loca sive villas de Pellissanne et [illegible] (*en 1352, 22 août*). *C'est le commencement d'une enquête sur les droits de Bernard à Pellissanne, etc.; je n'y vois pas la date. Louis étant mort en mai 1362, l'acte est postérieur, mais pas beaucoup.*

Arch. des B. du Rh. B. [illegible].

1618 Aix, 23 février 1364/5.

III° indict. *Hommage du vicomte de Turenne.* Aquis, presentibus dno Guillelmo, archiepiscopo Arelaten.

Arch. des B. du Rh. B. 558.

1619 Arles, 10 mars 1365.

Lettre de l'archev. d'Arles à l'évêque de Marseille.

Guillelmus, permissione divina sanctæ Arelatensis ecclesiæ archiepiscopus et princeps, reverendo in Christo patri dno Guillelmo, divina miseratione episcopo Massiliensi, nostro et ecclesiæ nostræ Arelaten. suffraganeo, salutem in Domino sempiternam. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri dni Urbani Dei providentia papæ V, sanas et integras, ejus bulla plumbea in cordula canapis, more Romanæ curiæ bullatas, nobis pro parte ipsius domini nostri papæ præsentatas, nos nuper recepisse noveritis... sub his verbis : *(n° 1616).* Quibus sic cum reverentia receptis, et eorum tenore intellecto, ad exequendum diligenter mandatum apostolicum in ea parte nobis factum..., reverendi in Christo patres et domini dni divina permissione Aquensis et Ebredunensis archiepiscopi, una nobiscum de mandato dicti domini nostri papæ expresso, concilium generale de quo fit mentio in litteris apostolicis supra scriptis, quod nos archiepiscopos supra dictos, una cum nostris et ecclesiarum nostrarum suffraganeis, et aliis personis quarum interest fieri, teneri et solemniter celebrari debere duximus ordinandum infra civitatem Aptensem, in tertia dominica post instans festum Paschæ Domini proxime venturum *etc.* Datum Arelate, die x martii, anno Domini M.CCC.LXV.

Livre vert de l'évêché de Mars. Belsunce, *Antiq.*, t. II, p. 502-5.

1620 13 mai 1365.

Lettre des membres du concile d'Apt, accordant des indulgences à l'église de Saignon.

Universis et singulis Christi fidelibus nostrarum provinciarum et diocesum subditis Philippus, miseratione divina patriarcha Jerosolymitanus, Guillelmus Arelatensis, Bertrandus Ebredunensis, Joannes Aquensis archiepiscopi, Petrus Regensis, Joannes Carpentoracensis, Joannes Vasionensis, Joannes Auraycensis, Jacobus Tricastinensis, Guillelmus Massiliensis, Raymundus Aptensis, Giraldus Sistaricensis, Bertrandus Dignensis, Guillelmus Tholonensis, Petrus Senecensis, Laurentius Niciensis, Stephanus Venciensis, eadem gratia episcopi, Apte in generali concilio congregati, salutem in Domino et bonis operibus abundare. Rex pacificus, splendor paterne glorie, qui sua universum illuminat ineffabili claritate, de summis celorum ad ima mundi descendens, pro nobis redimendis peccatoribus, in sacratissimo utero virginali incarnari dignatus est, humilians se, ut suos exaltaret milites, Dei Filius Dominus Jesus Christus. Propter quod ad promerendam facilius desiderabilem divine propitiationis abundantiam, intercessionibus sanctorum gloriosius . . . . . veneratur et honorificentius populus ad eamdem. Sane cupientes ad devotam supplicationem

et humilem vicarii perpetui ecclesie B. Marie Sanionis, Aptensis diocesis, et nonnullorum nobilium hominum de universitate dicti loci ; in qua ecclesia plurime reliquie vere crucis existunt, frequenter a fidelibus et peculiari reverentia honorentur, ut in illa Deum querere fideles Christi eo studeant devotius, et anhelent frequentius, quo in illa fructus uberiores horreis celestibus inferendos se percepturos noverint, ad salutem et eleemosynam facientibus animabus purgatorii, de omnipotentis Dei misericordia, et gloriose Virginis ejus matris, et beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis, et intercessionibus patronorum nostrorum, omniumque celestium civium et meritis, confidentes, in sacro generali concilio provinciali supradicto, nos patriarcha, archiepiscopi et episcopi prefati, et quilibet nostrum omnibus vere penitentibus confessis, quibus possumus et debemus, qui dictam ecclesiam Beate Marie Sanionis, et causa visitationis visitaverint in festivitatibus singulis inventionis et exaltationis S. Crucis, et per octavas, et ipsis animabus purgatorii dicte ecclesie Sanionis manus porrexerint adjutrices, pro singulis festivitatibus inventionis et exaltationis S. Crucis, et cujuslibet earum, quibus visitaverint, et cuilibet danti . . . eleemosynam, quilibet nostrum XI. dies de injunctis penitentiis, tenore presentium misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigillorum nostrorum appensione muniri. Datum et actum Apte, in hujusmodi sacro provinciali et generali concilio, die tertia decima maii, anno a Nativitate Domini M.CCC.LXV, indictione III, pontificatus sanctissimi in Christo patris dom. domini nostri Urbani divina clementia pape V. anno tertio.

COLETI, *Concilia*, 1731, t. XV. c. 821-2.

1621 Apt, 14 mai 1365.

HEC SUNT STATUTA EDITA PER REVERENDOS PATRES ET DOMINOS DNOS ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS INFRASCRIPTOS IN CIVITATE APTENSI [a].

IN Xpisti nomine, amen. Quoniam ecclesiarum prelati, quibus est [b] commissa cura [c] regiminis et gubernationis provinciarum, distincto [d] ordine, imperium est concessum, sunt primo pontificalibus infulis insigniti, ut ceteri recognoscant in eis jura Domini, privilegiaque : qui [e] sunt pre ceteris precipui in honore, sic esse debent in sollicitudinibus [f] ac laboribus principales, et taliter possidere habenas gubernaculi quod possint fieri subjecti pacifici, et sub tranquillo vivere, successibusque felicibus abundare [g].

Ideo nos miseratione divina G. Arelatensis, B. Ebredunensis, et Johannes Aquensis archiepiscopi, de infrascriptorum nostrorum suffraganeorum nostrarum provinciarum, ac procuratorum suffraganeorum et capitulorum nostrarum provinciarum consilio et assensu, videlicet

Nos G[uillelmus] Arelatensis [h] archiepiscopus, cum reverendis in Christo patribus dnis Philippo [i], ejusdem miseratione patriarcha Jerosolimitano [a], Cavallicensis ecclesie administratore perpetuo, Johanne Arausicensi [b], Jo[hanne] Carpentoractensi, G[uillelmo] Massiliensi, Johanne Vasionensi, Jacobo Tricastrinensi [c], G[uillelmo] Tholonensi episcopis ; ac [d] venerabilibus viris dnis Hodo Notarii, preposito Avenionis [e], et Stephano Salayronis, decano ecclesie Villenove [f] prope Avenionem [e], procuratoribus reverendi in Christo patris dni Anglici, episcopi Avenionensis [e], absentis ; Cavallicensis, Auraycensis, Carpentoractensis [g], Massiliensis, Vasionensis, Tricastrinensis [c], Tholonensis, ac Villenove [f] prope Avenionem [e] capitulorum procuratoribus sufficienter comparentibus.

Et nos B[ertrandus] Ebredunensis archiepiscopus, cum reverendis in Christo patribus B[ertrando] Digniensi [h], Petro Senescensi [i], Stephano Venciensi, et Laurentio Niciensi, episcopis presentibus ; ac etiam dnis Bosquaudonensi et Sancti Pontii de Nicia monasteriorum abbatibus, ibidem personaliter assistentibus ; necnon venerabilibus viris Jacobo de Sala, Grassensi canonico, procuratore domini Amedei Grassensis episcopi, et Pon. Feraudi [j], canonico et generali vicario dni Glandatensis episcopi, absentis ; ac cum Ebredunensis, Digniensis [h], Senescensis [i], Niciensis, Venciensis, Glandatensis, Grassensis capitulorum procuratoribus sufficienter comparentibus.

Et nos Johannes Aquensis archiepiscopus, cum reverendis in Christo patribus dnis P[etro] Regiensi [k], Geraldo [l] Sistaricensi, et Raymundo Aptensi, episcopis ; et venerabilibus viris dnis Raymundo de Castellana, preposito Forojuliensi, procuratore dni Raymundi Forojuliensis episcopi, et Johanne, priore de Volona, Vapincensis diocesis, dni G. Vapincensis episcopi vicario et procuratore ; ac cum Aquensis, Aptensis, Sistaricensis, Forojuliensis, Regiensis [k], Vapincensis et Forcalqueriensis [m] capitulorum procuratoribus sufficienter comparentibus, in civitate Aptensi provincie Aquensis supradicte ; provinciale concilium celebrantibus [n] per nos Arelatensem [h], Ebredunensem, et Aquensem archiepiscopos, nostrosque suffraganeos [o], ut reverendorum patrum dom. predecessorum nostrorum [p] statuta in Sancto Ruffo, Avenionensis [e] diocesis, dudum edita per eosdem tanta maturitate verborum et sensuum gravitate repleta, paucis additis vel detractis temporum [q] mutationem et qualitatem pensantibus [r], unanimiter approbantes, ipsa servari volumus a nobis et a ceteris quos illorum et nostrorum auctoritas apprehendit. Et quia nos ducatum mentes in populo singuli recipiunt velut et signum cupientes juxta doctrinam Apostoli nos irreprehensibiles [s] exhibere, nobis ipsis formam imponimus, ne ipsi efficiamur reprobi, dum aliis predicamus, fieri [t] quod absit, fabris arce [u] Noe similes qui [v], ut salvarentur alii, fecerunt [x], ipsi vero diluvio perierunt, et [y] ut ipsorum antecessorum nostrorum exemplo gestus nostros lucu-

a. B omet. — *b.* *A* sunt. — *c.* *A* forma. — *d.* *A* p. ac verborum distinctio. — *e.* *A* q. sicut. — *f.* *A* s-ne. — *g.* *A* habundaret. — *h.* *A* Aral-s. — *i.* *A* Johanne.

a. A Hie-o. — *b.* A Auraycen. — *c.* A Tricasten. — *d.* A [illegible] — *e.* A Avin. — *f.* *B* Villanove. — *g.* A [illegible] — *h.* A [illegible] — *i.* A Senecen. — *j.* *B* [illegible] — *k.* A Regen. — *l.* *B* Gerardo. — *m.* A Forqua-s. — *n.* A [illegible] locum. — *o.* A nostros s. per tres nobiscum. — *p.* A [illegible] prosteryinus et facta. — *q.* A decretis temporis. — *r.* A pensantes. — *s.* A im-s. — *t.* A facti. — *u.* A archa. — *v.* A *omet.* — *x.* A alius pretereunt.

[illegible] duximus, ad honorem omnipotentis Dei [illegible] Marie, totiusque celestis curie, pro salute [illegible] cleri et populi [illegible] animarum salute, et [illegible] concilio, subscripta statuta edenda [illegible], ut ipsa particulariter continentur.

i. [illegible] auctoritate presentis concilii duximus [illegible], ut Deus et Dominus noster ecclesiam suam [illegible] et conservet, quod in qualibet parochiali ecclesia [illegible] provinciarum, civitatum ac diocesium [c] in qualibet septimana [illegible], die non festivo, una missa de [illegible] Spiritu vel de beata Virgine gloriosa, ad voluntatem [illegible], pro domino nostro papa et tota universali ecclesia celebretur, in qua dicantur orationes collecte de [illegible] et *Deus omnium*, etc. [c] et *Ecclesie tue*, etc. [c]. Nostrum quilibet [f] omnibus dictam missam celebrantibus, ibidemque assistentibus, veruntamen vere penitentibus et confessis, in qualibet missa xl. dies de injunctis sibi penitentiis [g] relaxamus.

ii. Item, qui ob reverentiam Dei in qualibet missa, quando *Credo in unum Deum* cantabitur seu dicetur, ab illo verbo *qui propter nos homines*, etc. [c] usque ad verbum *et resurrexit*, genibus flexis steterint, xx. dies nostrum quilibet [h] de injunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus vere penitentibus et confessis, et pari modo xx. alios dies illis qui genua devote flexerint, cum in missa dicetur *Gratias agamus Domino Deo nostro*, necnon dicentibus et audientibus misse officium beate Marie Virginis quod dicitur regulariter post missam [illegible] cum sancti Johannis evangelio, videlicet *In principio erat verbum*, alios dies xx. vere penitentibus et confessis.

iii. Exhortamur auctoritate presentis concilii, quod qualibet [i] die lune, in qualibet parochiali ecclesia nostrarum provinciarum, civitatum et diocesium [c] predictarum, una missa pro defunctis fidelibus celebretur. Si vero illo die festum interveniat, post missam de festo, [illegible] pro defunctis dicentibus et audientibus devota mente [j], penitentibus et confessis, xx. alios dies indulgentiarum nostrum quilibet, etc. [h] sicut supra.

iv. Item, concedimus auctoritate presentis concilii omnibus vere penitentibus et confessis, qui in diebus festivis, videlicet Nativitatis Domini, Resurrectionis, Ascensionis Domini et [k] Pentecostes, patroni seu titularis [l] earumlibet ecclesiarum cathedralium provinciarum nostrarum, et in quatuor festis principalibus beate Marie virginis, videlicet Nativitatis, Purificationis, Annunciationis et Assumptionis, nativitatis [m] sancti Joannis Baptiste, dedicationis sancti Michaelis et omnium Sanctorum, ad dictas cathedrales ecclesias causa devotionis confluxerint, pro die festo quolibet, videlicet nostrum quilibet xl. dies de injunctis sibi penitentiis [illegible].

v. Auctoritate presentis concilii etiam ordinamus quod quilibet diocesanus dictarum ecclesiarum [n], quando celebrabit pontificaliter in sua diocesi, vel etiam ubicumque, aut predicabit populo infra dictas provincias de diocesani licentia, possit concedere auctoritate presentis [a] concilii pro quolibet nostrum [b] xl. dies de injunctis sibi penitentiis, vere penitentibus et confessis, qui in missa vel predicatione interfuerunt [c].

vi. Et cum a capite ratio sit edenda et nos prelati, qui caput ecclesiarum esse censemur [d], modicum ut plurimum resideamus [e] in nostris ecclesiis ac civitatibus, ob quod greges nobis commissi, quos divino debemus nutrire [f] eloquio ac exemplo salutifero erudire, a via veritatis aberrant [g] multoties, in earum [h] perniciem animarum ; nobis in hoc per premissa causam prebentibus, volentibus in his [i] in quantum est possibile providere, communi nostrum concordia ordinavimus, ut ex nobis quilibet in civitate quam possidet, quanto commodius fieri poterit, saltem [j] in festis precipuis, Quadragesima et Adventu Domini residentiam faciat personalem, ibique celebret, predicet, confessiones audiat, et alia faciat [k] que incumbunt nostro pastorali officio, sicut jura volunt.

vii. Item, etiam ordinavimus [l] auctoritate hujusmodi concilii, ne nostrum aliquis histriones [m] seu mimos habeat, nec canes, seu aves venarios habeat [n] ullo modo ; nam si hoc per aliquem nostrum fieret, tempus quod deberet [o] in commisso grege dominico erudiendo expendi, usibus consumeretur [p] talibus, quod esset summum detestabile, nostrum auctoritate attenta, et panis qui deberet erogari [q] pauperibus canes hujusmodi ederent et [r] pecuniam ecclesiarum pauperibus convertendam quodam modo exhaurirent.

viii. Item, cum nostri domicelli seu scutiferi, quos ex nobis aliqui tenent, in numero excessivo, ultra quam eis esset expediens calamistrati [s] incedant, ut femine, et cum vestibus seu diploidibus [t], hoc est gipponis [u] tam brevibus ut [v] femoralia et signa posteriora eis appareant [x], sotulares rostratos et caligas colorum disparium deferant [y], non in signum honestatis que in nobis debet vigere precipue, datis omnibus in exemplum ; duximus auctoritate presentis concilii providendum, ut nostrum quilibet vestes suis domicellis seu scutiferis quos tenebit fieri faciat longitudinis competentis, sicque saltem [z] subtus genu IIIIor digitos protendantur [aa], quarum manice nodum attingant bracchii et non ultra accedant, capucii [bb] cum botonis vel croquetis, aut sotulares rostratos non deferant seu caligas colorum disparium, ut faciunt histriones [cc].

ix. Cum sanctorum Patrum auctoritas sit ut diocesanus suas visitare debeat [dd] ecclesias, ut male acta quecumque reformentur, et que in eis deficiunt procurentur, et sicut nonnullorum relatio seu informatio habuit aliquorum ex nobis, qui [ee] fuerunt tempore retroacto locum

[illegible] — *b*. [illegible] — *f*. A septimana [illegible] — *g*. A [illegible] pariter. — [illegible] — *j*. A devote. — *k*. A ac. — [illegible] provinciarum.

a. A hujusmodi. — *b*. A nostro. — *c*. A inter., vel penitentes et confessi fuerint in VIII dies ex tunc proxime sequentes. — *d*. A sensemur fovent' miseratione divina. — *e*. A residemus. — *f*. A com. a Deo et q. deb. div. nutriri. — *g*. *B* abb-t. A oberrant. — *h*. A eorum. — *i*. A his. — *j*. A saltim. — *k*. A person., celebraturus ad eum spectans officium, et facturus alia, predicando et audiendo confessiones, pariter. — *l*. A ordinamus. — *m*. A instruones. — *n*. A venaticos teneat. — *o*. A debent. — *p*. A consumentur. — *q*. A erroguie. — *r*. A ed. minimeque ipsi. — *s*. A calimisturi. — *t*. A dyploydibus. — *u*. A h. giponis. — *v*. A quod. — *x*. A apparent. — *y*. A dispariunt defferentes. — *z*. A saltim. — *aa*. A procedantur. — *bb*. *B* capucini. — *cc*. A instriones. — *dd*. A sit quantum dyoc. suis ordinatis temporibus eorum vis. debent. — *ee*. A et q.

tenentes seu vicarii in synodis celebrantes, quod nefandum censetur, cum prioribus vicariis et aliis beneficiatis convenerunt ut pecunia data de uno vel de duobus annis non visitarentur, et sic [a] tenentes beneficia questui et avaritie potius quam suo debito inherent [b]; ne ulterius serpat [c] hoc vitium, auctoritate presentis concilii ordinamus ne quis in posterum presumat similia attentare, imo quod et [d] nunc receptum vel habitum fuerit per aliquem locum tenentem vel vicarium, restituatur integraliter in unum mensem a die publicationis hujusmodi numerandum. Quod si hoc [e] facere non curaverit, duplum restituere compellatur.

x. Preterea attendentes quod in visitationibus que contingunt per metropolitanos et ordinarios fieri, beneficiati in expensis multimode onerantur, attenta temporis qualitate [f], statuimus auctoritate presentis concilii et hoc statuto quadriennio duraturo et non ultra : verumtamen et prohibemus ne quis metropolitanus vel ordinarius nisi de biennio in biennium, incipiendum pro nunc in illis qui de proximo visitaverint [g]; illis vero qui non visitaverunt a magno tempore [h], tunc temporis biennium inchoatur, pro qua quidem visitatione metropolitanus quicumque et suffraganeus quatuor florenis tantummodo pro procuratione sit contentus [i], nec ad plura visitaturus [j], cogatur qui visitatus possit eligere aut quod est dictum, aut [k] solvere vel ministrare expensas que summam hujusmodi non transcendant [l].

xi. Quia [per] venditiones reddituum tam spiritualium quam temporalium, quas contingit per nostrum aliquem sepe laicis facere [m], jurisdictionem miscendo, multa committuntur indebita, ipsis laicis spiritualia exercentibus habentibus ministrare, de quibus non possumus excusari [n], quod cedit in lesionem justitie, scandalum et detrimentum intolerabile subditorum [o], statuimus auctoritate presentis concilii, ne aliquis [p] ex nobis, vel alius cujuscumque sit gradus, beneficia in diocesibus nostris obtinens redditus seu proventus qui ex spiritualibus venerint vendere laicis audeat, vel quod idem est [q] beneficium arrendare, nisi essent decime, in quarum venditione nullum scandalum venit.

xii. Item, quia in provinciis et nostris diocesibus male servantur mandata dominica festaque coluntur pessime, coli per Ecclesiam ordinata, nomenque Dei et beatissime Marie Virginis Matris Dei, et aliorum sanctorum indifferenter blasphematur per multos et turpiter ; nec curant ad missas parochiales venire, verbumque spernunt audire dominicum, contra nostra canonica et salubria super hoc edita statuta ; statuimus presentis auctoritate concilii, ut quilibet nostrum in sua diocesi mandata dominica observari, festa coli faciat, gregemque sibi commissum ad missas parochiales venire et verbum audire dominicum censura cogat ecclesiastica et aliis juris remediis super talibus ordinatis.

xiii. Cum in diebus dominicis et festivis mercata, mercatus et nundinas, in quibus fraudes et deceptiones ut plurimum committuntur, plebs indiscreta exerceat, non que decet sed [a] que mundi sunt [b] et pessime in periculum animarum intendens [c]; cupientes tali morbo pestifero obviare, statuimus presentis auctoritate concilii per ordinarios juris remediis provideri, et si non obtemperaverint [d] temporalem curiam per quemlibet nostrum in dictis nostris diocesibus requirendam, que subditos ipsos compescat talibus [e] penis et remediis aliis quibus videbitur expedire.

xiv. Cum in ecclesiis plurimis nostrarum provinciarum et diocesium [f] multa statuta [g] male serventur in detrimentum ecclesie, et in [h] non servantium periculum animarum, duximus auctoritate presentis concilii providendum, quod ordinarius quilibet in sua diocesi auctoritate predicta, rejecto contradicente quocumque [i], statuta ipsa faciat inviolabiliter observare, dummodo statutis provincialibus non repugnent : facientes contrarium censura ecclesiastica rigide compescendo.

xv. Item, cum in multis [j] diocesibus multi sunt nomine Christiani, sua non curantes confiteri peccata, nec recipere Corpus Dominicum, saltem Paschali tempore ad id fidelibus ordinato, propter quod essent ut oves morbide a dictis fidelibus separande ; duximus auctoritate presentis concilii etiam providendum, quod contra prefatos eorum non curantes confiteri peccata, nec recipere Corpus Dominicum, ut est dictum [k], indagare ordinarius ipse studeat, ne in perditionem labantur : procedat dictus ordinarius et procedi faciat rigide juxta tradita jura forensia [l] prout in capitulo *Omnis utriusque sexus* de pena remissi habentur.

xvi. Item, cum in dictis [m] nostris diocesibus infiniti excommunicati existant, redire ad gremium sancte matris Ecclesie spernentes, nec cessant [n] propterea audire divina officia, in contemptum Dei ejusque sancte Ecclesie, et statutorum super his editorum : propter quod suspecti vehementer censentur, ut a fece peccati quo jacent hujusmodi releventur inviti ; providemus statuendo presentis auctoritate concilii, quod diocesanus quilibet censura ecclesiastica et aliis juris opportunis remediis, dictos tales [o] ad gremium sancte matris Ecclesie cogat rigide et compellat, et requiri faciat brachium seculare, attenta pia ordinatione inclyte recordationis domini regis Caroli, hoc etiam statuentis, penisque et remediis aliis [p] ipsos cogat.

xvii. Cum sint multi, quod non grate referimus, non facto religiosi, sed nomine, exempti et non exempti, religiosum [q] habitum spernentes deferre, presentis auctoritate concilii statuimus, ut si quem ex predictis [r] incedere sine suo decenti habitu, vel relinquere aut alias inhoneste incedere, aliquis nostrum vel ex nostris officialibus repererit [s], capi faciat atque detineri, donec per superiorem requiratur ipsius, remittendo eidem pro demerito [t] puniendum.

xviii. Item, quod multi operarii deputati in cathedralibus vel aliis [u] piis locis nostrarum provinciarum et dio-

a. *A omet.* — b. *A* inherendo. — c. *A* sperat. — d. *B* ex. — e. *A* hiis. — f. *A* qual., eorum beneficiis ad onera alia subjugatus. — g. *A* visitaverunt. — h. *A* t. citra, non possint nec valeant, et. — i. *B* constitutus. — j. *A* visiturus ; *lire* visitandus. — k. *A* voluerit. — l. *A* transcendet — m. *Lire* fieri. — n. *A* excusare. — o. *A* subjectorum. — p. *A* aliquid. — q. *A* audeant, v. q. habent.

a. *A* q. Dei, sed. — b. s. intendentes. — c. *A* intendentes — d. *A* jura r. prohibi et n. o. fori. — e. *A* req[illegible] — f. *B* diocesium. — g. *A* dyoc. malo statuto ejusdem ecclesie quamvis inepta. — h. *A* ea. — i. *A* rejecta c. quacumque. — j. *A* dictis — k. *A* d. quod. — l. *A* fora'z. — m. *A* insuper, cum in — n. *A* cessantes. — o. *A* I. ad remedium. — p. *A omet* r. a. — q. *A* ex pariter que decorantur. — r. *A* p. aliquibus ex nostris vel nobis officialibus. — s. *A* inh. conversorum reperit — t. *A* demeritis. — u. *A* q. multi operarii dep. in parrochialibus ecclesiis per alios.

[illegible] et recollegentium legata et eleemosynas fabrice vel ecclesie elargites, legata et eleemosynas ipsas, quas debent in pios usus convertere, juxta testantium et legantium voluntatem, improbe inter eos dividant et in suos usus convertant [a], in magnum periculum animarum [illegible] prejudicium hujusmodi fabrice et pauperum detrimentum, statuendo jubemus, auctoritate presentis concilii, quod tales operarii, anno quolibet, priori curato vel vicario perpetuo ejus loci, ubi legata facta fuerint vel eleemosine hujusmodi elargite, aut alii quos diocesanus ad hoc duxerit deputandum, de omnibus receptis per eos administratis et gestis teneantur reddere rationem et restituere reliqua, si que [b] essent : diocesanus ipsorum [c] ad hoc facienda predicta censura ecclesiastica et aliis penis ipsos cogat.

XIX. Demum abusiones quas nonnulli eleemosynarum questores in suis proponunt predicationibus, ut simplices decipiant, et subtili ingenio ab ipsis [d] extorqueant, restringere curantes, statuimus presentis auctoritate concilii, ut questores hujusmodi apostolicis litteris, si quas habeant [e], diligenter examinandis per loci ordinarium vel diocesanum episcopum semel in anno recipiantur [f].

XX. Item, cum experientia edocente reperimus [g] quod statuta per reverendissimos patres in concilio Sancti Ruffi hactenus salubriter ordinata oblivione, lapsu temporis, plurimorum ignorantia et inscitia non serventur [h], et sic adhibita contra inordinata provisio jam periit, et ne idem contingat [i] tempore succedenti, statuimus auctoritate presentis concilii, quod diocesanus quilibet omnia statuta prefata per dictos dominos edita in una synodorum in sua diocesi celebranda, anno quolibet in sua diocesi mandet et faciat publicari, ut ad notitiam deveniant singulorum, et ut temporibus suis et casibus eis subditi valeant se juvare.

XXI. Statutum autem primum de concessa indulgentia et aliud quod incipit : *Quia curati publicant* [j] *in vulgari*, necnon XI. quod incipit : *Quoniam aliqui suis finibus non contenti*, etc.; XVIII. quod incipit : *Quod quidam sue salutis immemores*, et XIX. XX. et XXI. sequentia [k]. Item XXIV. quod incipit : *Item statuimus excommunicatos judices ;* etiam XXVII. et XXVIII. quod incipit : *Item ne relicta in testamentis ;* et XXX. quod incipit : *Item cum nullo jure patiatur ratio ;* et aliud quod incipit : *Item statuimus quod domini seculares ;* item aliud quod incipit : *Quia nonnulli sancte matris ecclesie ;* et aliud quod incipit : *Quod quecumque persone ;* et XLIII. quod incipit : *Quod statuta secularium ;* LVII. quod incipit : *Item cum in jure cautum existat ;* et LVIII. immediate sequens, necnon [illegible] quod incipit : *Item statuimus quod quicumque contra ecclesiasticas consuetudines*, etc [a]. In ecclesiis parochialibus dicta statuta per sex dies dominicos [b] publicentur : quod diocesanus quilibet fieri faciat in sua diocesi cum effectu.

XXII. Postremo cum reverendi patres nostri predecessores prefati [c] in primo statutorum in Sancto Ruffo editorum [d], in quo fit mentio de missa beate Marie virginis [e], in qualibet die sabbati celebranda [f], singulis ad dictam missam venientibus vere penitentibus et confessis X. dies de injunctis sibi penitentiis indulserint [g], ut libentius ad veniendum animentur fideles ; alios vero X. dies nostrum quilibet indulgemus eisdem. Statuto autem X, edito per eosdem [h] dominos prelatos, quod incipit : *Item statuimus quod ex quo* [i], volumus quod in [j] sententia interdicti tantummodo metropolitana [k] vel ejus officialis, ut forma ipsius statuti continet, requiratur; in aliis autem, ut in sententiis excommunicationis et suspensionis, ordinarius, addendo quod sit in obtentu [l] requirentis episcopi, quem populus adire maluerit, aut metropolitanus aut ejus suffraganeus audiri vel requiri faciat officialem eorum seu convicinum episcopum, seu ejus officialem, dum tamen sit in provinciis supradictis. XVIII statutum [m], quod incipit : *Item cum quidem sue salutis immemores* [n], ordinamus addendo quod nisi idoneis [o] personis ad solvendum censum vel canonem fiat alienatio predicti census vel canonis [p]. In statuto autem XVII quod incipit : *Item sub pena excommunicationis precipimus ne quis a patrono*, etc., post verba *non petita* que [q] in fine posita, volumus addi *et oblenta*, ac presentis auctoritate concilii ordinamus. Pari modo adjungimus statutum predictum [r] XXXIV, quod incipit : *Cum statuta secularium ecclesiarum* [s] *seu personas ecclesiasticas non attingant* [t], quod prelati et alia persona ecclesiastica [u], in suis locis in quibus habitat, blada, vina et victualia quelibet pro victu eorum et suorum dumtaxat familiarium, ponere seu immittere, extrahere [v] pro libito non vexentur. Necnon etiam statutum LIV predictum, quod incipit : *Item quod priores ecclesiarum* [x], presentis auctoritate concilii, addimus ordinando post verba *in sex menses* que in finem [y] posita, totiens quotiens per mortem vel aliud beneficium vacare contingeret, quod ad cetera tam presens quam alia presenti statuto contenta in prefatis aliis in sua manentibus firmitate et forma ; volumus tamen quod propter dictam additionem statuto XVIII predicto sententia excommunicationis aliqualiter includatur.

XXIII. Item, cum quondam in prefatis abusio intervenerit [z] quod, dum contigerit personam aliquam ad creditorum vel aliorum instantiam excommunicationis sententia innodari, et in sententia ipsa eam decedere, non propter ea cessat talium publicatio, et [aa] per capellanos

[illegible] interesse divi[illegible] [illegible] debitam ratio[illegible] [illegible] — d. A eis. — [illegible] die sabbati vel alia [illegible] populi confluerit [illegible] animarum hu[illegible] [illegible] questori assignetur [illegible] hujusm. talis [illegible] elargite Xpisti pauperibus per dyocesanum talis ecclesie largiantur, penisque aliis contra talium abusores statutis a jure in suo robore [illegible] — A reperta. — [illegible] A servatur. — i. A [illegible] [illegible] — [illegible] quod c. publicent. — k. [illegible] judices etc. etiam XXVIII.

a. A etc. quolibet trimestri tempore procreatos [= per curatos]. — b. A d. partienda. — c. A cum per reverendos patres nostros pred. tractatos. — d. A e. per eos. — e. A de beata Maria virgine. — f. A c. ubi concessi sunt. — g. A indulcerunt. — h. A quondam. — i. A q. etc. — j. *Ici s'arrête la copie B.* — k. A metropolitanus. — l. A optentu quem prius adhere maluerit, an m-um an ejus. — m. A XVIII vero statutorum. — n. A i. etc. — o. A q. nec in yd. — p. A censui ipsi vel canoni obligati. — q. A quasi. — r. A statutorum predictorum. — s. A ecclesias. — t. A astringant etc. — u. A alie persone ecclesiastice. — v. A extra haberi. — x. A e. etc. — y. A quasi in fine. — z. A quedam in p. provinciis a. existat. — aa. A sed.

curatos, excommunicationem continue in ecclesiis publicari [a]; nos talem abusum tollere cupientes, provincialis auctoritate concilii ordinamus, et statuendo precipimus talem excommunicationem [b] non debere de cetero publicari, sed si creditores voluerint, recurrant ad heredes talium defunctorum.

XXIV. Item, cum in dictis statutis provincialibus in Sancto Ruffo hactenus celebratis, que ut rite facta probamus [c], fuit quoddam inter alia statutum de rotis [d] Judeorum faciens mentionem, quod minime observatur, presentis auctoritate concilii ordinamus, quod quilibet diocesanus, in [e] duos menses ab hodie in antea computandos, statutum ipsum in sua diocesi faciat inviolabiliter observari, censura ecclesiastica quomodolibet compescendo.

XXV. Item, cum prohibeatur a jure mortuorum corpora, irrequisitis capellanis curatis, parochialis ecclesie alibi quam in cymiterio dicte ecclesie sepeliri, ordinamus presentis auctoritate concilii quod corpus aliquod provinciarum et diocesium predictarum nullatenus ad sepeliendum portetur, nec sepeliatur in aliqua non parochiali ecclesia, vel ejus cymiterio, nisi requisito primitus capellano curato ecclesie, de cujus parochia [f] defunctus erat, qui si crucem [g] parochialis ecclesie primus associare velit, expectetur.

XXVI. Item, cum in dispensationibus quas contingebat aliquoties fieri super bannis, que debent intervenire in contrahendis matrimoniis, pro sigillo per aliquos exactio excessiva fiebat, ordinamus statuendo presentis auctoritate concilii, ne super bannis hujusmodi faciliter dispensetur ; sed si dispensari contingat, nihil volumus recipi pro sigillo. Si vero contractum matrimonium clandestine fuerit, oblatum [h] recipiatur, quod diocesano videbitur, ut reprimantur a talibus alii, et quod recipietur ex inde in pios usus publice et notorie convertatur. Pro sigillo vero litterarum tonsure et ordinationis [i], unus grossus argenti ; et pro sigillo litterarum beneficiorum et permutationum, sex grossi recipiantur dumtaxat ; et nihil janitor seu [j] cubicularius presumat petere vel recipere a predictis.

XXVII. Penas in quodam ex provincialibus statutis per dictos nostros predecessores in Sancto Ruffo editis expressas [k], contra illos qui post sententiam excommunicationis redire non curant ad gremium sancte matris Ecclesie [l], dictum statutum sequentes volumus exigi ab eisdem ordinariis hujus auctoritate concilii, in pios usus et notorie convertendos.

XXVIII. Item, statuimus ac etiam presentis auctoritate concilii ordinamus quod si forsan, quod absit, casu aliquo auctoritatis et ordinationis seu statutorum per nos seu dictos nostros predecessores editorum, nos seu aliquis nostrum, aliquam excommunicationis, interdicti, suspensionis [m] sententiam incurrerit, dum tamen maliliose aut ex contemptu hoc fieri non contingat, nostri vicarii generales ab hujusmodi sententiis possint et valeant nos et quemlibet nostrum absolvere, [qui] quandocumque casus hujusmodi contingat evenire, committentes eisdem nostrum quillibet super hoc vices nostras.

a. *A* cont. quamvis mortue in ec. publicentur. — *b*. *A* tales excommunicationes. — *c*. *A* aprobamus. — *d*. *A* rodis. — *e*. *A* infra. — *f*. *A* p. talis. — *g*. *A* cruce. — *h*. *A* oblentum. — *i*. *A* ordinum. — *j*. *A* vel. — *k*. *A* expressatis. — *l*. *A* E. quod. — *m*. *A* aliquas exc. int. susp. seu transgressionis.

XXIX. Item, addimus in dictis casibus, ubi dispensatio vel absolutio non reperiretur in ordinatione presentis concilii reservata, episcopi pro suo dispensationis arbitrio juxta negotii qualitatem et persone conditionem provideant et dispensent, aut per reconciliationis seu dispensationis remedia remittant culpabiles ad suum vel aliquem alium de predictis metropolitanis, ut [a] magis videbitur expedire, et sic illius saluti de cujus ageretur excessu, pensatis tam negotii quam persone circumstantiis, magis crediderint opportunum.

XXX. Que quidem statuta et ordinationes lecta et publicata [b] fuerunt in choro cathedralis ecclesie civitatis Aptensis, ubi dni metropolitani statutum eorum provinciale concilium celebrabant, cum dnis [c] episcopis eorum suffraganeis presentibus supra scriptis, ac cum aliorum suffraganeorum absentium et capitulorum supra scriptorum [d] procuratoribus, anno a Nativitate Domini mill°o CCCLXV, indictione tertia, die vero XIIII. mensis maii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini d. Urbani divina providentia pape V. anno tertio, dictis dnis metropolitanis ac dictis [e] suffraganeis et procuratoribus predictis in edenda dicta statuta et ordinationes ibidem unanimiter congregatis et concorditer assistentibus, necnon venerabilibus viris dominis Petro Olivarii, operario et canonico Aptensi ; Raymundo Crolle [f], decretorum doctore, priore Tharascon., Avinionensis diocesis ; Raymundo Gaufridi de Castellana, Aquensi preposito ; Artaudo de Meylano, Forcalqueriensi preposito ; et Raymundo Vencentii, sacrista Tholonensi ; et pluribus aliis, ac magistro Johanne Portanerii, Tholonensis diocesis, Johanne Ambrico de Mandris, Lingonen. diocesis, et Raymundo Dariot, Auxitanensis diocesis, publicis apostolica auctoritate notariis, ad premissa etiam et singula presentibus et specialiter vocatis. Qua quidem publicatione facta, dicti dni archiepiscopi metropolitani habentes et representantes dicta statuta et ordinationes pro publicatis ordinaverunt [g] et mandaverunt, quod per me Johannem de Stagno, notarium, publicum instrumentum quibuscumque petentibus et volentibus fiat in publicam formam, vel alia de predictis instrumenta tot quot habere voluerint et transcripta [h].

Ego vero Johannes de Stagno, clericus Mimatensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius, statutorum et ordinationum premissarum ordinationi, privilegiorum concessioni, prohibitionum et monitionum ac mandatorum publicationi, ac omnibus et singulis supra dictis, cum sic per dnos memoratos, ut premittitur, fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus et pluribus aliis presentibus interfui.

Mss. : Florence, Laurent., fonds Libri, n° 1089, f° 89 (A) ; de Grossy, à M. de Manteyer (B).

Edd. : Martène, *Thes. nov. anecd.* (1717), t. IV, c. 331-342 ; Coleti, *Concilia* (1731), t. XV, p. 809-[illegible] ; Mansi, *Concilia* (17[illegible]), t. XXVI, p. 445 ; Du Tems, *Clergé de France* (1774), t. I, p. 564-5, à la fin « Extracta et fideliter collata cum originali in archivis nostris cathedralibus Senecensibus asservato, die duodecima mensis februarii anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo [illegible] ».

a. A m. de quo sibi. — *b*. A lecte et puplicate. — *c*. A dictis. — *d*. A e. pres. — *e*. A et comm. — *f*. A Grole. — *g*. A voluerunt. — *h*. A transumpta.

[illegible] Boucne, *Hist.* [illegible] t. II, p. [illegible]; [illegible] la note de Massa Rayna[illegible] t. XXXI, p. [illegible]. Rose, *Tableau* [illegible]

1622 — Arles, 4 juin 1365.

L'empereur Charles IV est couronné à St Trophime.

Dans un diplôme, daté de Strasbourg le 30 suiv., lui-même reconnait qu'en se faisant couronner à Arles le 4 préc. (in ecclesia majori et palacio prope antedictam ecclesiam, in dyademate et aliis ornamentis imperialibus stetimus), *il n'a point voulu aller à l'encontre des droits de la reine Jeanne de Sicile, comtesse de Provence*, nostris tamen, s. imperii et aliorum.. juribus.. semper salvis.

Winkelmann, *Acta imper. med.*, t. II, p. 575. Boehmer Huber, VIII, [illegible].

Chronique de Bertrand Boysset [1].

L'emperador fon coronat. — L'an M. e tres sens LXV, a quatre [a] de juni, fon monsen Karles segon, emperador d'Alamanha, en la sieutat d'Arle [b] per eser coronat ; e fon coronat dereire [c] l'autar de San Trofeme, e coronet lo monssen mons. Guilhem [d] de la Garda, arcivesque [e] d'Arle. E fon i present mons. [f] R[aimon] d'Agout, senesqual de Proensa, el [g] conte de Savoia, lo duc de Borbon, e motos quavalies [h] e grans senhos. Item, deisendet [i] a l'arsivesquat. Item, era granda roanada, quant intret en Arle : intret [j] per lo portal de la Quavalaria.

A, f° [illegible]; B, f° [illegible]; Baluze, op. cit., t. I, c. 985-6 ; *Musée*, p. 198 (d'après Bal.) ; C. Chabaneau, dans *Rev. d. lang. Roman.* (1883), 3° sér., t. IX, p. [illegible] (d'ap. le même) ; F. Novati, art. cité, p. 558 ; P. Meyer, art. cité, p. 564 ; F. Ehrle, art. cité, p. 317-8.

a. A M IIIJ, a iiij. — *b*. A [illegible] monssen K. d'A. en A. — *c*. A [illegible] *pau* detras. — *d*. A lo m. n G. — *e*. A l'arsi e. — *f*. A [illegible] monssen. — *g*. A Provensa, lo. — *h*. A quavalier autres. — *i*. A deys[illegible]. — *j*. A [illegible].

1 Bertrand Boysset a dû naître à Arles vers 1350 ; arpenteur de son métier, il manifesta de bonne heure des goûts littéraires. Dès [illegible] il transcrivait un roman (*[illegible]*), conservé, avec d'autres proses et poésies de sa main, dans le cabinet de M. Paul Arbaud à Aix (C. Chabaneau, dans *Rev. d. langues Romanes*, 1888, 4° sér., t. II, p. 473-542 ; Paul Meyer, dans *Romania*, 1893, t. XXII, p. 87-126). Avec le temps il prit l'habitude de consigner dans un registre les événements dont il était témoin ou qui arrivaient à sa connaissance, intercalant des souvenirs de famille, des mémoires d'affaires et des comptes de dépenses, des faits météorologiques ou extraordinaires. Il en fit des copies, graduellement améliorées.

A) Le plus ancien registre qui subsiste de sa Chronique a été [illegible] ; il comprend des notes historiques à partir de 1381 (et même 1365) jusqu'au 17 févr. 1400/1, avec l'itinéraire latin des papes Urbain V et Grégoire XI. Ce ms. était conservé avant la Révolution (1781) dans les archives des religieux Trinitaires d'Arles ; il est arrivé, on ne sait comment, dans la bibliothèque de l'université de Gênes, où il est coté E. II. 18 (Franc. Novati, *Le Livre* [illegible], dans *Romania*, 1892, t. XXI, p. 528-56). L'abbé Bonnemant en fit, sans doute avant 1772, une copie soignée, qui forme la 2° partie du ms. 226 de la biblioth. d'Arles (p. 1-32) ; [illegible] Notes sur Bertrand Boysset et sa famille [illegible] *bibl. publ. de France*, 1893, t. XX, [illegible] par L.-H. Labande ; P. Meyer, dans *Romania*, t. XXI, p. 559-62). En 1781, Jacq. Didier Véran prit des extraits du ms. des Trinitaires, consignés en 1809 dans son *Idiôme d'Arles* (ms. aux archives de la ville d'Arles).

B) Boysset recopia, vers 1402, la plus grande partie des notes historiques comprises dans le vol. précédent, sur un registre aujourd'hui conservé à la biblioth. nation. de Paris, ms. franç. 5728, f° iij-lxij ; il faisait partie de la bibliothèque du roi en 1682, époque où il reçut dans le Catalogue de Clément le n° 10313. Il débute à l'année 1365 par notre n° 1622. Suit l'itinéraire du pape Urbain V en Italie (30 avr. 1367-7 juin 1370), que Baluze a publié en 1693, dans ses *Vitae papar. Avenion.* (t. II, c. 768-75), sous le titre d'« Iter Italicum Urbani V. rom. pont., avctore Garosco de Vlmoisca veteri ». On a, en effet, voulu substituer à la fin du 1er § : « Ego Gascoscus de Ulmo isca veteri et fui presens » à la leçon primitive, qui semble avoir été : « Ego Jacobus (gratté) de Velino (d'Avellino?) ista vidi et fui presens », comme l'a lu le premier M. P. Meyer (*Romania*, t. XXI, p. 564) et me l'a confirmé M. Léop. Delisle. La mauvaise lecture a été conservée dans la reproduction intégrale du ms. de Paris qu'a donnée le P. Franz Ehrle, sous le titre : « Die Chronik des Garoscus de Ulmoisca Veteri und Bertrand Boysset (1365-1415) », dans *Archiv fur Literatur-u. Kirchengesch.* (1893), t. VII, p. 311-420, avec des notes et références qui augmentent la valeur de ces annales. Elles se terminent dans le ms. de Paris au 19 févr. 1414/5 (*Romania*, t. XXI. p. 562-71, pl.)

C) La 1re édition de la *Bibliothèque historique de la France* du P. Lelong (1719), mentionne (p. 787b, n° 15269*) la « Chronique ou journal de Bertrand Boisset, depuis le 4 juin 1365 jusqu'en 1461..., conservé dans la bibliothèque de M. Gaufridi... et dans celle de M. Thomassin de Mazaugues ». La nouv. édit. de Fontette (1771) reproduit cette notice (t. III, p. 549*, n° 38063), sauf modification : « il étoit dans la biblioth. de M. Gaufridi... et dans celle de M. Thomassin de Mazaugues, aujourd'hui à Carpentras » ; on ne l'y a pas retrouvé. D'après Véran (l. c.), le président de Mazaugues avait acheté son ms. de l'avocat Raybaud (voir n° 1587), qui en fournit des extraits aux auteurs de la *Gallia christ. nova* (éd. Palmé, t. I, c. 1328). Toujours d'après Véran, c'est sur ce ms. (ou sa transcription) que Bonnemant fit, en 1772, la copie qui constitue la 1° partie du ms. 226 de la biblioth. d'Arles, p. j-lij (*Catal.*, p. 456 ; *Romania*, p. 559). Elle a été imprimée par M. Emile Fassin dans *Le Musée, revue Arlésienne, historique et littéraire* (1876-7), 3° sér., de la page 1 à la p. 160. Des « fragments des mémoires de Bertrand Boisset » d'après le même exemplaire se trouvent encore dans le ms. 228 de la biblioth. d'Arles, n° 2 (*Catal.*, p. 459).

D) Dans son *Histoire chronolog. de Provence* (1664), Hon. Bouche mentionne à plusieurs reprises (t. II, pp. 384, 430-1-2 et 434) un manuscrit des Mémoires de Bertrand Boisset qui lui appartenait ; c'est peut-être celui qui enrichit la bibliothèque de Gaufridi, également historien de la Provence, car le texte du P. Lelong doit s'entendre de deux manuscrits distincts. Quoi qu'il en soit, il semble impossible de l'identifier avec l'un des précédents (*Romania*, p. 572-3).

Il existe en outre de ce journal diverses copies modernes : — *a*) Biblioth. Méjanes, à Aix, n° 908, *Chaos d'Arles*, t. I, f°s 1-42, de l'écriture d'I. F. X. du Molin, XVIIIe siècle (*Catal. d. mss. d. biblioth. publ. de France*, 1894, t. XVI, p. 433 ; *Romania*, p. 574). — *b*) Ibid., n° 773, p. 325-65, de l'écriture de Roux-Alphéran, XIXe s. (*Catal.* cité, p. 333) : l'incipit de ces deux mss. est identique à celui du texte *C*, sur lequel ils ont dû être transcrits. — *c*) Le *Catalogue des livres, manuscrits et imprimés* d'E. Rouard (1879) décrit (p. 514) deux mss. des Mémoires de Bertrand Boisset, de 1376 à 1414 : l'un, n° 1331, in-folio, « annoté par M. de Nicolaï, qui l'a complété d'articles tirés d'un autre ms. de B. B., est de plusieurs mains et de différents formats » ; il a été acquis à la vente par M. P. Arbaud (*Romania*, p. 575-80). — *d*) L'autre, n° 1332, venait de la bibliothèque de J. V. Martin fils, de Marseille : « cette copie a des augmentations et corrections qui ne sont point ailleurs » ; on ignore ce qu'il est devenu.

Vita prima Urbani V, auct. anon. synchrono.

Anno... LXV, mense maii, Karolus Romanorum imperator venit Avenionem... ; deinde ivit Arelatem, cujus regnum ad ipsum spectabat, ubi se fecit in regem per archiepiscopum coronari...

Albanès, *Actes et docum. concern. le B. Urbain V*, t. I, p. 11 ; cf. p. 41.

Benessii Krabice de Waitmul, archid., *Chronicon.*

Eodem anno coronatus est d. imperator, corona regni Arelatensis, quod Romano subest imperio, in civitate Arelatensi, cum maxima solempnitate.

Pelzel et Dobrowsky, *Script. rer. Bohem.* (1784), t. II, p. 387.

August. Pientini *Liber s. ceremoniarum eccl. Rom.*

Legimus et in aliis historiis quosdam imperatores Arelate etiam coronam suscepisse de regno Arelatensi... ; nam et Carolus IV Avinionem venit ad Urbanum V anno salutis 1365, multo ante jussu Innocentii VI Romæ imperator coronatus ; qui, rebus quarum gratia ad ponti-

ficem venerat absolutis, Arelate profectus est, ubi per episcopum hujus urbis regni Arelatensis corona donatus est.

Lib. I, sect. v (ed. Christoph. Marcelli, f° 30).

Cet événement eut lieu le mercredi des Quatre-Temps de la Pentecôte (cf. n° 3, c. 9). J. Bouis, dans sa *Royalle covronne des roys d'Arles* (1641, p. 350), dit, à tort, que ce fut « le 20 novembre, jour de dimanche [c'était un jeudi] ; il ajoute que le couronnement se fit « à la grande messe; où assisterent les archevesques d'Ambrun et d'Aix, les évesques d'Orange, de Marseille, de Vaison, de Troischasteaux, de Dignes, de Senes, de Nisse, de Vence, d'Apt, de Riez et de Sisteron ». Les *Regesta imperii* de Boehmer-Huber (t. VIII, p. 339) n'ont pas connu sur ce voyage de l'empereur Charles IV une foule de documents classés et analysés dans l'introduction du *Mystère des Trois Doms* (1887, p. cxx-vj). Il est plus étonnant que le supplément à cet ouvrage (Additam. I, 1889, p. 746) n'en ait tenu aucun compte.

1623 7 septembre 1366.

Karolus quartus,.. Romanorum imperator.... et Boemie rex .... Ex informatione .... Urbani summi pontificis ...., intellecto nuper quantis tediis quibusve pressuris affligatur populus Provincie et Forcalquerii comitatus et aliarum circumadjacentium regionum, dum aliquem ex illis quacumque causa legitima in vocem appellationis contingit prorumpere, et ad nostrum imperiale auditorium provocare, propter locorum distantiam, viarum discrimina, expensarum defectus, ad causam suam prosequendam. Quo fit ut multe cause justissime pereant, in manifestum prejudicium pauperum .... Nos igitur, ... sano principum, comitum, baronum et procerum sacri imperii nostrorum fidelium accedente consilio, de certa nostra scientia, ... camerario .... summi pontificis qui nunc est seu qui pro tempore fuerit, plenariam potestatem, auctoritatem et bayliam omnimodam rite committimus, ut possit et valeat ... potestate nostra imperiali, de omnibus et singulis causis ad imperialem celsitudinem nostram a quibuslibet incolis .... Provincie et Forcalquerii, ad quoscumque etiam prelatos, principes, comites, barones seu dominos seculares aut ecclesiasticos... pertineant, que a nobis et sacro imperio dependent in feudum, interpositis actenus seu interponendis in antea, rite cognoscere et diffinire plenarie, ... prout ordo dictaverit rationis .... Datum Frankenfort super Magan', anno Domini 1366, septimo idus septembris, regnorum nostrorum anno vicesimo primo, imperii vero duodecimo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 109, orig. scellé, Bonnemant, t. III, n° 110 bis. Boehmer-Huber, VIII, 7216.

1624 14 septembre 1366.

L'empereur Charles IV notifie de Francfort à l'archevêque d'Arles, aux évêques de Grenoble et de Valence, au gouverneur du Dauphiné Raoul de Louppy, etc., le vicariat impérial accordé au comte de Savoie, et les charge de le publier.

Spon, *Hist. de Genève*, t. II, p. 98 ; Luenig, *Codex Italiæ diplomat.*, t. I, c. 2446 ; Schannat, *Vindemiæ litter.*, t. II, p. 145. Boehmer-Huber, VIII, 4364.

A.

1625 30 octobre 1366.

Bernard de la Garde, seigneur de Pélissanne, et Amiel Boniface rendent une sentence arbitrale pour terminer le procès entre les seigneurs de Baux et l'archevêché d'Arles, d'après laquelle l'archevêque Guillaume et ses successeurs feront hommage aux seigneurs de Baux pour le château de Vaquières et le tiers de celui de Mouriez.

Arch. des B.-du-Rh. B. 1121, f° 40. Barthél., *Baux*, 1450.

1626 18 novembre 1366.

Bulle du pape Urbain V, qui annexe à l'administration commune du chapitre d'Arles 300 florins à prendre annuellement sur la mense archiépiscopale ; adressée Anglico, tit. S. Petri ad Vinc. presbit. cardinali. Inter solicitudines... Dat. Avinione, 14 kal. decembris, p. n. a° quinto. G. Morus.

Arch. du chap. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 99. Bonnemant, *Cart.*, t. II, p. 294.

1627 2 avril 1369.

Le pape exempte les habitants de Salon de la juridiction spirituelle et tempor. de l'archevêque d'Arles.

Urbanus, ep., s. s. D., dil. fil. univ. et sing. personis utriusque sexus ville Salonis, Arelat. dioc., sal. et ap. ben. Inter sedulas nostre sollicitudinis curas, nobis ex apostolatus debito incumbentes, illa cor nostrum continue pulsat instantia, ut Christi fideles a vexationibus et molestiis tueamur, eisque securitatis et quietis commoda, quantum nobis ex alto conceditur, paterna diligentia procuremus. Sane petitio pro parte vestra nobis nuper exhibita continebat quod, cum olim ven. fr. n. Guillelmus, archiepiscopus Arelaten., nequaquam attendens quod afflictio non est addenda afflictis, sed potius est ipsorum miserie miserendum, vos tunc sibi ratione suarum ecclesie et mense archiepiscopalis Arelat. in spiritualibus et temporal. immediate subjectos, quos utpote a perversis societatibus gentium armigerarum, que villam Salonis ... occupaverunt, spoliatos atque injuriis personalibus et realibus lesos, et alias multipliciter et miserabiliter aggravatos, decebat pie miserationis juvamine refoveri, per se ipsum seu officiales et ministros suos multipliciter pregravaret, nos causam quam super hiis contra eumdem archiepiscopum movere intendebatis, dil. fil. n. Philippo [*de Cabassole*], S. R. E. presbit. cardinali, tunc patriarche Jerosolimitano et Avinione commoranti, audiendam commisimus et fine debito terminandam ; vosque dict. archiepiscopum fecistis... coram eod. cardinali.. ad judicium evocari ; ac idem archiepiscopus ex hoc motus, per se et officiales suos vos, qui a nobis fueratis per alias nostras.. litteras sub nostra et dicte sedis protectione suscepti, solito gravius opprimere non expavit, quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis super hoc providere de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur volentes, salva proprietate ipsius ecclesie, vos ab hujusmodi gravaminibus in antea preservare,... vos omnes et singulos..., nec non villam et ejus castrum seu arcem, ab omni jurisdictione spirituali et tempor., quam idem

Guillelmus archiepiscopus ... potuit ... exercere, auctor. apostol ... usque ad nostrum beneplacitum prorsus eximimus ... ; et insuper regimen et gubernationem dict. ville et castri seu arcis ... dil. fil. abbati monasterii Montis majoris, ord. S. Bened., dicte dioc..... committimus ... et volumus quod .. ea que ministerium pontificalis officii seu potestatis exposcunt ... per aliquem catholicum episcopum ... faciat exerceri ; quodque fructus ... eidem Guillelmo archiepiscopo ... pertineant, ita tamen quod ex eis expense et alia onera pro stipendiis officialium et ministrorum ... ac pro custodia ... realiter deducentur ... Dat. Rome, apud S. Petrum, quarto nonas aprilis, pontif. n. anno septimo.
(Sur le repli) G. de Romanis.

Arch. de l'Hôtel-de-Ville de Salon, orig. parch. BONNEMANT, t. I, p. 4[illegible].

1628 — Avignon, 28 mai 1369.

GUILLELMUS, miseratione divina *sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus et princeps*, ven. viro dno Symoni de Vilata, archipresbitero Arelatensi, nostro in spiritualibus et temporalibus vicario generali, et dno Jacobo Navassii, subcollectori apostolico in nostra provincia Arelaten. deputato, salutem in Dno sempiternam. Publicandi [et] execquendi litteras apostolicas per sedem apostolicam, super decima triennali nuper imposita in eadem provincia per sedem eandem, confectas, et nobis et sufraganeis nostris directas, quas antea, propter guerrarum discrimina, non potuimus comode explicari, decimamque hujusmodi triennalem, earum vigore et auctoritate, ut premittitur, impositam, in nostris civitate et dyocesi Arelaten. levandi, exigendi et recipiendi, et de receptis quitandi, personasque ecclesiasticas quas ipsa tangit decima, per censuram ecclesiasticam compellendi, propterea excommunicandi et absolvendi, necnon cum ipsis personis ecclesiasticis impotentibus ad prestationem decime ipsius, dispensandi, juxta formam ipsarum litterarum apostolicarum, et alia faciendi et exercendi que per ipsas litteras apostolicas nobis comissa sunt, licentiam [vobis] et vestrum cuilibet in solidum, tenore presentium, impartimur specialem, et comittimus totaliter vices nostras ; donec eas ad nos duxerimus revocandas. In quorum testimonium premissorum, presentes litteras fieri fecimus, et sigilli nostri pontificalis impressione muniri. Datum Avinione, die XXVIII. mensis maii, anno a Nat. Dni millesimo trecentesimo sexagesimo nono, pontificatus sanctissimi in Xpisto patris et domini nostri dni Urbani divina providentia pape quinti anno septimo.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire. Privilèges, n° 17, dans la dispense du 2 août 137[illegible] (voir à St-Césaire).

1629 — Avignon, 21 octobre 1370.

Transaction entre Pons, abbé de Montmajour, et Jean de la Garde, seigneur de Pélissanne, sur leurs droits à Pélissanne. — Avinione, in hospitio dni Guillelmi, Arelaten. archiepiscopi, patrui dicti dni Johannis, *en sa présence.*

Voir la pièce à l'abbaye de Montmajour.

1630 — 12 décembre 1371.

Bulles de Guillaume de la Garde pour le patriarchat de Jérusalem.

VENERABILI fratri *Guillelmo episcopo (sic), olim archiepiscopo Arelatensi, in patriarcham Jerosolimitanum electo*, salutem etc. In eminenti sedis apostolice specula, licet immeriti, disponente Domino constituti, cotidiana instantia et solicitudine assidua pulsamur, ut circa statum prosperum ecclesiarum omnium conservandum ac etiam adaugendum, quantum nobis omnipotentia divina permittit, vigilantem opem et operam diligentem adeo impendamus, quod per apostolice providentie studium, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translat. accomode, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, cujus experta providentia et industria circumspecta, commisse sibi ecclesie spiritualiter et temporaliter votive prosperitatis successibus floreant, et optatis honorum eventibus colletentur. Dudum siquidem provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc apud ap. sedem vacantium et imposterum vacaturarum apud eam, ord. et disp. n. duximus reservandas, decernentes ex tunc ir. et in. si s. s. hiis per quoscumque, quavis auct., sci. vel ign. contingeret attemptari. Postmodum vero ecclesia Jerosolimitana per obitum bo. me. Guillelmi, patriarche Jerosolimitani, qui apud sedem predictam diem clausit extremum, apud sedem eandem vacante, nos ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit, sive potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ipsa Jerosolimitana ecclesia longe vacationis incomodis exponatur, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere juribus et etiam adaugere, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc Arelatensem archiepiscopum, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam divina gratia multipliciter insignivit, et quod tu qui regimini Arelatensis ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, dictam Jerosolimitanam ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, utiliter regere et feliciter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam eidem Jerosolimitane ecclesie quam gregi dominico ejusdem salubriter et utiliter providere, te a vinculo quo ipsi Arelatensi eccl., cui tunc preeras, tenebaris, de fr. n. consilio et ap. pot. plenitudine, absolventes, te ad prefatam Jerosolimitanam ecclesiam auct. apost. transferimus, teque illi preficimus in patriarcham et pastorem, curam et administrationem ipsius eccl. Jerosolimitane tibi tam in spirit. quam temp. ple. committendo, liberamque tibi dando licentiam ad pref. Jerosolimitanam eccl. transeundi. Sperantes indubie quod ipsa Jerosolimitana ecclesia per tue circ. industriam regetur ut. et prosp. dirigetur, ac grata suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus onus regiminis ejusdem eccl. Jeros. devote suscipiens, ejus solicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum, doctrina verbi et operis

informando. Ita quod dicta ecclesia Jerosolimitana gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, et tu preter retributionis eterne premium, nostre benivolentie gratiam exinde uberius valeas promereri. Datum Avinione, II. idus decembris, anno primo.

Dil. filiis Capitulo ecclesie Jerosolimitane.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Gregor. XI. t. I, f° 191 v° (an. 1. p. 1, ep. 91). — D'après la bulle de nomination du successeur de Guillaume au siège d'Arles (n° 1648), Grégoire XI accorda ensuite en commende à Guillaume cette même église, sa vie durant et tant qu'il gouvernerait celle de Jérusalem. Le P. Eubel s'est donc trompé en faisant partir l'archiépiscopat de Pierre de Cros de la promotion de Guillaume au patriarchat (1374), laquelle est de 1371.

1631 2 mars 1371/2.

Reverendo in Xpisto patre et dno G. miser. divina patriarcha Jerozolimitano, sancte Arelat. ecclesie et ejus principatus administratore perpetuo *(intitulé d'un acte pour une chapellenie).*

Arch. des B.-du-Rh. Chartes de St-Trophime d'Arles.

1632 Fin 1372.

Dno Guillelmo, patriarcha Jherosolimitano, pro tunc perpetuo administratore ecclesie Arelaten.

Voir la pièce à l'abbaye de St-Césaire.

1633 4 janvier 1372/3.

Dns Guillelmus, mi. di. patriarcha Jerosolimitanus et administrator perpetuus s. Arelat. ecclesie.

Chartrier des paroisses et du prévôt, n° 220.

1634 28 mars, 21 avril, 10 juin, 22 sept. 1373.

Rev^do^ in Xpisto patre d. Guillelmo, mi. di. patriarcha Jerosol. et s. Arel. ecclesie perpetuo administratore existente.

Reg. Jac. Bertrandi, not. Arelat. (Reg. Nicolaï, à M. Arbaud).

1635 9 avril 1373.

Dni Guillelmi, miseratione divina patriarche Hierosolimitani et sancte Arelatensis ecclesie perpetui administratoris.

Arch. des B.-du-Rh. La Major de Marseille.

1636 8 mars 1374.

Rever. in Xpisto pater et dominus dom. G[uillelmus], miser. div. patriarcha Jerosolimitanus administratorque perpetuus ecclesie Arelatensis, jure metropolitico diocesim Massilien. visitando, *approuve les nouveaux Statuts du chapitre de Marseille.*

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 590.

1637 23 mars, 24 avril, 11 juillet 1374.

Guillelmus, olim Arelat. ecclesie archiepiscopus, nunc patriarcha Jerosol. et perp. admin. eccl. Arelat.

Reg. Jac. Bertrandi, not. Arel. (Reg. Nicolaï, à M. Arbaud).

1638 18 avril 1374.

Dns Guillelmus, patriarcha Jherosolimitanus et s. Arelaten. ecclesie administrator.

Archev. d'Arles. Reg. Brièves notes, n° 1.

1639 27 mai 1374.

Bulle du pape Grégoire XI, ad perp. rei mem. Ex paterne caritatis..., *en faveur des bénéficiés* Arelaten. et Avinion. dioc. infra regnum Francie consistencium, *dont les revenus étaient diminués* propter guerras et mortalitatum pestes que maxime partes illas, permittente Dno, longevis temporibus concusserunt, *et qui demandaient* moderacionem taxacionis decime... *Le pape la réduit de moitié.* Dat. Sallon', Arelat. dioc., VJ kal. junii, p. n. a. quarto... Frontalis.

Bonnemant, t. II, p. 59, copie du temps, pap.

Guillaume de la Garde mourut le 22 juillet 1374 (Catal. n° 3, c. 9).

1640 8 août 1374.

Dni Stephani Langlada, archipresbiteri ecclesie Arelaten., in spiritual. et tempor. vicarii generalis et officialis, Arelatensi sede vacante.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 423.

PIERRE III de Cros, 1374-1388.

Sa famille était de St-Exupéry (Corrèze). Frère du cardinal Jean de Cros, il se fit bénédictin à Saint-Martial de Limoges.

1641 6 juillet 1342.

Pierre de Cros est nommé prévôt de Roussac.

Dilecto filio Petro de Crosso, preposito prepositatus de Rossaco, O. S. B., Lemovicen. dioc. Religionis zelus... *Collation de ladite prévôté dépendante de Saint-Martial, vacante par la translation de Raimond d'Aigrefeuille au décanat de* Rivo petroso, Ruthenen. dioc. Datum Avinione, II. nonas julii, anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 147, f° 85 (Clem. VI. Comm. an. 1. l. 1, ep. 151 de benef.)

1642 5 février 1343.

Pierre de Cros est nommé cellérier de Tulle.

Dil. filio Petro de Croso, preposito prepositatus de Rossaco, O. S. B., Lemov. dioc. *Collation de* cellarariam eccl. Tutellen., *que remettait Raimond d'Aigrefeuille ; mais il devra abandonner Roussac. Dispense d'âge :* non obstante defectu etatis quem pateris, in vicesimo tue etatis anno vel circiter constitutus.... Datum Avinione, nonis februarii, anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 147, f° 413 (Clem. VI. Comm. an 1, l. 1, ep. 798 de benef.)

1643 20 février 1348.

Bulles de Pierre de Cros pour l'abbaye de Tournus.

Dilecto filio *Petro, abbati monasterii Trenorchien.*, ad Rom. eccl. nullo medio pertinentis, O. S. B., Cabilon. dioc., salutem etc. Regimini univ. ecclesie, quamquam insuff. meritis disponente Domino presidentes...

Nuper siquidem monasterio Trenorchien. ad rom. eccl. nullo med. pertinente, O. S. B., Cabilonen. dioc., ex eo vacante quod de persona dil. fil. Archambaldi, electi Tutellen., tunc ejusdem monast. abbatis, apud sedem apost. constituti, auct. apost. de fratrum nostrorum consilio, [eccl. Tutellensi] duximus providendum, preficiendo eum eidem eccl. in ep. et pastorem ; nos attendentes quod nullus preter nos hac vice de prov. ipsius mon. se intro. potest, pro eo quod nos diu ante vac. hujusmodi ipsius mon., provisiones omnium mon. apud dictam sedem quomodocumque vacantium et vac. imposterum apud eam, disp. nostre duximus reservandas, decernentes ex tunc ir. et in. si se. super hiis per quosc. quavis auct., sc. vel ign., contingeret attemptari ; ac de prov. ipsius mon. celeri et felici, ne prolixe vac. exponeretur inc., pat. et soll. studiis intendentes, ac cupientes talem eidem mon. preesse personam, que vellet, sciret et posset illud preservare a noxiis et adversis, et in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post del. quam ad pref. prefato mon. personam ut. et fruct. cum eisdem frat. nostris habuimus diligentem, demum ad te priorem prioratus de Volta, ord. Cluniacen., S. Flori dioc., in sacerdotio const., apud nos de litterarum scientia, religionis zelo, hon. morum, vite munditia, spir. et temp. providentia, aliisque donis virtutum, fidedignorum testimoniis multipl. commendatum, convertimus aciem nostre mentis. Quibus omnibus attenta med. pensatis, de persona tua eidem mon., non obstante quod dicti ord. Cluniacen. existis, et in dicto mon. alterius forme quam in dicto prioratu habitus regularis geritur et habetur, de dictorum fratrum cons. auct. apost. providemus, teque illi preficimus in abbatem, curam et adm. ipsius mon. tibi in sp. et temp. plenarie committendo. Et volumus quod ex nunc illum gestes habitum qui in eodem mon. geritur, et ipsius mon. institutis regularibus te conformes. Firma spe fiduciaque tenentes... Datum Avinione, x. kal. martii, anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. 178, f° 29 (Clem. VI. Comm. an. VI. l. 1, p. 1, ep. 51 de promot.)

1644 — 25 mars 1348.

Autorisation de choisir l'évêque qui le bénira.

Dilecto filio *Petro, abbati mon. Trenorchien.*, ad Rom. eccl. nullo medio pertinentis, O. S. B., Cabilonen. dioc., salutem etc. Cum nos pridem monasterio Trenorchiensi, ad Rom. eccl. nullo medio pertinenti, O. S. B., Cabilonen. dioc., tunc vacanti, de persona tua nobis et fratribus nostris, ob tuorum exig. meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio auct. apost. duxerimus providendum, preficiendo te dicto mon. in abbatem, prout in nostris inde conf. litteris plenius continetur, nos ad ea que ad tue commod. augmentum cedere valeant fav. intendentes, tuis suppl. inclinati, tibi ut a quoc. malueris cath. antistite gratiam et [commun.] rom. apost. sedis habente, munus benedictionis recipere valeas, ac eidem antistiti, ut ipse munus predictum auct. nostra impendere libere tibi possit, plenam et lib. concedimus tenore pres. facultatem. Volumus autem... Datum Avinione, VIII. kal. aprilis, anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. 184, f° 185. (Clem. VI. Comm. an. VI, l. 4, p. 2, ep. 449 div. form.)

1645 — 27 juillet 1362.

Bulles de Pierre de Cros pour l'évêché de St Papoul.

Dilecto filio *Petro, electo Sancti Papuli*, etc. Divina disponente clementia, cujus inscrutabili altitudine ordinationem suscipiunt universa, in apost. sedis specula, licet immeriti, presidentes... incrementis. Dudum siquidem bo. me. *Bertrando episcopo Sancti Papuli*, regimini ecclesie Sancti Papuli presidente, nos cupientes ipsi ecclesie, cum vacaret, per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ord. et disp. n. ea vice duximus spec. res. ; decernendo ex tunc ir. et in. si se. s. hiis per quosc. quavis auct. sc. vel ign. contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum dicti Bertrandi episcopi, qui extra romanam curiam diem clausit extremum, vacante, nos vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo ecclesie prefate personam hujusmodi utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te abbatem monasterii Trenorchiensis, O.S.B., Cabilonensis diocesis, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam, prout ex fidedignorum testimoniis accepimus, Altissimus insignivit, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua eidem ecclesie, de dictorum fratrum consilio, auct. apost. providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spirit. et temp. plenarie committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod di. Do. actus tuos... Jugum igitur Domini... consequi merearis. Datum Avinione, VI. kalendas augusti, anno decimo.

In eod. modo : Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Johanni regi Francorum ; — Archiepiscopo Tholosan.

Arch. Vatic. Innocent. VI, t. XXIX, f° 217 (an. x, p. 11).

1646 — 8 juin 1370.

Translation de P. de Cros à l'archevêché de Bourges.

Venerabili fratri *Petro, episcopo Sancti Papuli, in archiepiscopum Bituricensem electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut circa cujuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum, per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam, salubriter dirigat et informet, ac bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter, sed

etiam multimodis efferat incrementis. Nuper siquidem, dilecto filio Petro, sancte romane ecclesie presbitero cardinali, tunc archiepiscopo Bituricensi, regimini Bituricensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum eam vacare contingeret, per operationis nostre ministerium, utilem presidere personam, provisionem ejusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre, ea vice, duximus specialiter reservandam, decernendo ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde, dicta ecclesia Bituricensi ex eo vacante, quod nos eundem Petrum cardinalem, licet absentem, a vinculo quo ipsi Bituricensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ut nobiscum universalis ecclesie partiretur, ad cardinalatus honorem duximus assumendum ; nos ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos, hac vice, se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa prolixe vacationis subjaceret incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam, habuimus cum eisdem fratribus diligentem, demum ad te episcopum Sancti Papuli, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam, prout fidedignorum percepimus testimonio, divina gratia multipliciter insignivit, et quod tu, qui regimini ejusdem ecclesie Sancti Papuli laudabiliter prefuisti, dictam Bituricensem ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, salubriter regere et feliciter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam eidem Bituricensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter et utiliter providere, te a vinculo quo ipsi ecclesie Sancti Papuli, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam Bituricensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Bituricensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad eandem Bituricensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus tuos, prefata Bituricensis ecclesia, per tue industrie et circumspectionis fructuosum studium, regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque suscipiet in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa. Quocirca, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis dicte Bituricensis ecclesie devote suscipiens, sic ipsius regimen sollicite studeas exercere, gregem dominicum in ea tibi creditum doctrina verbi et exemplo boni operis, juxta datam tibi a Deo prudentiam, informando, quod eadem Bituricensis ecclesia, per tue cooperationis ministerium fructuosum, votivis jugiter proficiat commodis, et successibus prosperis augeatur, tuque proinde divinam et prefate sedis et nostram benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum apud Montemflasconem, VI. idus junii, anno octavo.

Arch. Vatic. Urban. V, t. XXII, f° 90 v° (an. VIII, p. 1).

1647 8 juin 1370.

DILECTO filio Bernardo, electo S. Papuli, salutem etc. Apostolatus officium... *Translation de Pierre de Cros de St-Papoul à Bourges. Vacance de St-Papoul* : demum ad te, abbatem mon. S. Salvatoris Aniane, Magalonen. dioc. *Provisions de Bernard de Castelnau pour St-Papoul.* — Datum apud Montemflasconem, VI. idus junii, anno octavo.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Urban V, t. XXIII, f° 42 v°.

1648 2 août 1374.

Provisions de Pierre de Cros pour l'archevêché d'Arles.

VENERABILI fratri *Petro episcopo, olim archiepiscopo Bituricensi, in archiepiscopum Arelatensem electo,* salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, pot. sibi ple. tradita, eccl. pret. universis, plena vigiliis sol. requirit, ut ipse circa cujusl. statum ecclesie sic vig. excogitet sicque prosp. diligenter, quod per ejus providentiam circ., nunc per simpl. prov. officium, nunc vero per min. transl. accommode, prout pers., locorum et temp. qualitas exigit, eccl. singulis pastor accedat yd. et rect. prov. deputetur, qui po. sibi commissum, per suam circumspectionem providam salubriter dirigat et inf., ac bona eccl. sibi commisse non sol. gub. ut. sed etiam mult. eff. incrementis. Dudum siquidem ecclesia Arelatensi ex eo vacante quod nos bo. me. Guillermum archiepiscopum Arelatensem, apud apostolicam sedem constitutum, a vinculo quo ipsi Arelatensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Jerosolimitanam tunc vacantem auct. apost. duximus transferendum, preficiendo eum eidem Jerosolimitane ecclesie in patriarcham et pastorem ; ac deinde nos, ex certis et rationabilibus causis ad id nostrum animum moventibus, dictam Arelatensem ecclesiam eidem Guillermo patriarche, quoad viveret et eidem ecclesie Jerosolimitane preesset, per nostras litteras, de dictorum fratrum consilio auctoritate predicta concessimus in commendam, prout in eisdem nostris litteris plenius continetur. Cum autem postmodum dictus Guillermus patriarcha extra Romanam curiam diem clauserit extremum, dictaque Arelatensis ecclesia, secundum premissa, vacaverit et vacare noscatur ad presens, nos ad provisionem ipsius Arelatensis ecclesie celerem et felicem, ne ecclesia ipsa prolixe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post del. quam de pref. eidem ecclesie per. ut. et etiam fruct. cum fr. predictis hab. dil., demum ad te archiepiscopum Bituricensem, camerarium nostrum, consideratis multiplicium virtutum tuarum meritis quibus personam tuam, prout familiari experientia novimus, Altissimus insignivit, et quod tu, qui regimini ecclesie Bituricensis hactenus laudabiliter prefuisti, prefatam Arelatensem ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, salubriter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam dicte Arelaten. eccl. quam ejus gregi dom. sal. providere, te a vin. quo dicte Bituricen. eccl., cui tunc preeras, tenebaris, de ipsorum fra. con. et ap. pot. ple. absolventes, te ad prefatam

Arelatensem ecclesiam, auctoritate predicta transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Arelatensis ecclesie tibi in spirit. et temp. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad dictam Arelatensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis quod di. Do. actus tuos, pref. Arelaten. ecclesia per tue industrie et circ. studium fructuosum, regetur ut. et prosp. dirigetur, grataque in eisd. sp. et temp. susc. incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quat. imp. tibi a Domino onus regiminis dicte Arelaten. eccl. dev. suscipiens, sic ipsius regimen solicite studeas exercere, gregem do. in ea tibi commissum doct. ver. et op. juxta datam tibi a Deo prudentiam informando, quod dicta Arelaten. ecclesia, per tue operationis ministerium fructuosum, votivis jugiter proficiat incrementis, et successibus prosperis augeatur, tuque, preter et. ret. premium, nostre bened. augmentum, et dicte sedis gratiam valeas exinde uberius promereri. Datum Novis, Avinionensis diocesis, IIII. nonas augusti, anno quarto.

In eodem modo : Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis ; — Johanne regine Sicilie.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Gregor. XI. t. XXI (an. IV. p. 2), f° 51 v°.

1649 19 juin 1375.

La femme de Bertrand Motet, d'Arles, confesse être tenue de rendre hommage à l'archevêque Pierre.

1650 Avignon, 6 septembre 1375.

Pierre, archevêque d'Arles et camérier du Pape, enjoint à l'archevêque de Cologne, Frédéric [*de Saarwerden*], *sous peine de suspense, d'interdit et d'excommunication, de payer à la chambre apostolique 120.000 florins qu'il avait promis, en nov. 1370, à l'archevêque d'Auch Arnaud, prédécesseur de Pierre, et 20.000 six ans plus tard; avec ordre aux abbés, prieurs et curés de publier cette sentence jusqu'à absolution.*

Ennen, *Quellen z. Gesch. d. Stadt Coeln*, t. V, p. 115. Boehmer-Huber, VIII, Reichs. 612.

1651 26 septembre 1375.

Transaction entre Pierre, archevêque d'Arles, et les habitants de Salon ; confirmée par le chapitre.

1652 1er octobre 1375.

Rdo in Xpisto patre P[etro] mi. di. s. Arel. ecclesie archiepiscopo et principe presidente.

1653 Octobre 1375.

Pierre étant archevêque d'Arles, le sacristain et le chapitre citent devant l'official le vicaire de Salon, maître Pierre d'Espagne (de Hispania).

1654 9 novembre 1375.

Raimond Porcellet et son frère rendent hommage à Pierre, archevêque d'Arles.

Gallia christ. nova, t. I, c. 578, n. a.

1655 7 avril 1376.

Pierre de Cros, archevêque d'Arles, fonde la chapelle de Saint-Martial dans l'église métropolitaine de Saint-Trophime ; notaire Hugues d'Aurons.

Bonnemant, Cart. du chap. d'Arles, t. I, p. 84. Cf. n° suiv.

1656 7 août 1376.

L'archevêque Pierre fonde dans sa cathédrale d'Arles deux messes quotidiennes perpétuelles, en l'honneur de Notre-Dame et de saint Martial.

Catal. n° 3, c. 9.

1657 18 août 1376.

Bulles de Pierre de Cros pour l'évêché de St-Papoul.

Dilecto filio *Petro, electo Sancti Papuli* etc. Apostolatus officium, quanquam insuff. meritis nobis ex alto commissum, quo eccl. omnium regimini presidemus, ut. exequi, coadjuvante Do. cupientes, solliciti corde reddimur ut cum de ipsarum reg. agitur committendis, tales eis in past. pref. studeamus qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doct. verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi eccl. in statu pac. et tranq. velint et valeant, duce Do., gubernare. Dudum siq. bo. me. Bernardo episcopo S. Papuli eccl. S. P. presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum ipsam vac. contingeret, ut. et yd. preesse personam, prov. ejusdem eccl. ord. nostre ea vice duximus sp. res., decernentes ex t. i. et i. si se. s. hiis per quosc., quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari. Postmodum vero dicta eccl. per obitum ipsius Bernardi episcopi, qui extra Ro. cu. diem clausit ext., vacante, nos vac. hujusm. fidedignis rel. intellecta, ad ipsius eccl. prov. cel. et fel., de qua nullus preter nos hac vice se introm. potuit neque potest, res. et decr. obs. supradictis, ne eccl. ipsa prolixe vac. exponeretur inc., pat. et soll. studiis intendentes, post del. quam de pref. eidem eccl. pers. ut. et etiam fruct. cum fr. n. habuimus diligentem, demum ad te abbatem monasterii Trenorchiensis, O. S. B., Cabilon. dioc., consideratis grandium tuarum virt. meritis, quibus pers. tuam, prout fidedignorum testimonio accepimus, Altissimus insignivit, direximus aciem nostre mentis. Quibus omnibus deb. med. pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus, ob dict. tuorum exhig. meritorum, accepta, eidem eccl. de dictorum fratrum consilio, auct. ap. providemus, teque illi pref. in episc. et pastorem, curam et adm. ipsius eccl. tibi in sp. et temp. ple. committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod pref. ecclesia sub tuo fel. reg., gratia tibi assist. divina, prospere et salub. dirigetur, et grata in eisdem sp. et temp. suscipiet incrementa. Jugum ig. Domini tuis imp. humeris prompta dev. suscipiens, curam et adm. predictas sic ex. studeas soll., fid. et prud. quod ipsa ecclesia gub. prov. et fruct. adm. gaudeat se commissam, tuque, preter et. retr. premium, [nostram] ac pred. sedis bened. et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione, XV. kal. septembris, pontif. nostri anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. 290, f° 122 v° (Gregor. XI. Bull. divers. ann. VII. — D'après cette bulle (qui ne saurait concerner l'archev. d'Arles) il y aurait eu deux Pierre de Cros, tous les deux abbés de Tournus avant d'être évêques de St-Papoul.

Pierre de Cros était camerlingue de l'Église à la mort du pape Grégoire XI ; il avait pour lieutenant son suffragant l'évêque de Marseille, Guillaume de la Voute. Il montra beaucoup de décision et d'énergie au milieu des troubles qui accompagnèrent l'élection d'Urbain VI. Il écrivit aux capitaines de routiers pour défendre avec leurs compagnies le conclave contre les Romains et les montagnards, mais ses lettres furent interceptées. On tenta de s'emparer de sa personne après la messe de neuvaine, pour le décapiter devant le château Saint-Ange, mais il put heureusement s'y réfugier et n'en sortit que trois jours après le couronnement d'Urbain VI [1].

1658 Rome, Anagni, avril 1378.

... Archiepiscopus Arelatensis, qui fuerat camerarius domni Gregorii XI et penes quem erant omnia jocalia preciosa que fuerant dicti Gregorii, per mensem post dicti domni Urbani coronationem de Urbe sine licencia recessit et ivit ad Anagniam, secumque asportavit dicta jocalia, et inter cetera tyaram preciosam cum qua consueverant nonnulli Romani pontifices coronari, et cum qua ipse domnus Urbanus fuerat coronatus. Propter que domnus Urbanus commotus mandavit domnis cardinalibus de Agrifolio, Pictavensi et Vivariensi, qui et ipsi erant Anagnie, ut dictum archiepiscopum arestarent.

Duchesne, *Liber pontificalis*, t. II, p. 504-5.

1659 Avril ? 1378.

Urbanus, etc., venerabilibus fratribus ·· episcopis, etc. salutem, etc. Cum venerabilis frater ·· archiepiscopus, etc., camerarius noster, non absque multe presumpcionis audacia, multa et diversa jocalia ad cameram apostolicam pertinentia, preter et contra conscienciam nostram, de palacio apostolico et extra Urbem, ubi erant, fecerit asportari, et deinde cum jocalia ipsa de mandato nostro in certo loco arrestata fuissent, idem archiepiscopus, fracto hujusmodi arresto, cujus non erat ignarus, illa ad partes ultramontanas deferri ac deportari fecerit; nos, indempnitatibus nostris et dicte camere [cavere] volentes, fraternitati vestre tenore presentium districte precipiendo mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, tam in Massilien. et Arelaten. quam in aliis portubus et locis maritimis, navigia in quibus hujusmodi jocalia verisimiliter esse credideritis perquiri faciatis, et tam jocalia ipsa quam quecumque res et bona ad prefatum archiepiscopum pertinentia que reperire poteritis, auctoritate nostra, arrestari et ad manus dicte camere poni faciatis, illaque penes aliquas personas fide ac facultatibus ydoneas sequestretis. Et insuper vos vel alter vestrum, ad ecclesiam Arelatensem personaliter accedentes, omnes fructus, redditus et proventus ad mensam archiepiscopalem Arelatensem spectantes, necnon omnia bona mobilia prefati archiepiscopi ibidem vel alibi ubicumque existentia, auctoritate predicta, arrestetis, et illa necnon castra et fortalitia ad dictam mensam spectantia ad manus predicte camere ponatis, deputando aliquem seu aliquos probos viros, qui fructus, redditus et proventus hujusmodi, nomine dicte camere, levent et colligant, et tam illos quam castra et fortalitia et bona mobilia predicta fideliter custodiant et conservent, donec a nobis aliud receperint in mandatis; contradictores ...., invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Bibl. Vatic., ms. lat. 6330, f° 92 v°. N. Valois, ouvr. cité, t. I, p. 68.

1660 Anagni, 2 août 1378.

Déclaration des cardinaux contre Barthélemy, archevêque de Bari, pape intrus. — Attestation des notaires, requis per ipsos dnos cardinales..., nec non per rever. in Christo patrem et dominum dom. Petrum, permissione divina archiepiscopum Arelatensem, sanctæ Romanæ ecclesiæ camerarium, tanquam judicem ordinarium ibidem pro tribunali sedentem et interponentem... suam auctoritatem pariter et decretum... Et nos Petrus, miser. div. archiepiscopus Arelaten., S. R. E. camerarius et judex ordinarius prædictus,... sigillum nostrum proprium duximus apponendum.

Baluze, *Vitæ papar. Avenion.*, t. II, c. 821-36. Cf. Gayet, t. II, p. 257.

1661 1378.

Lettre de Petrus, miser. div. archiepiscopus Arelatensis, S. R. E. et ap. camerarius, *aux collecteurs du Siège apostolique* .... Cum ad nos solum et in solidum, ratione nostri cameriaratus officii, vacante sede apostolica, ... spectet et pertineat administratio et gubernatio ac regimen totius patrimonii et temporalitatis ad sanctam Romanam ecclesiam pertinentis, necnon receptio omnium fructuum, redditutim, proventuum et emolumentorum ad cameram apostolicam... spectantium ; *ordre de se rendre* ad ecclesias Massilien., Grassen. et Tricastrinen., de quibus per ipsum intrusum nuper de facto certis personis est provisum, *et de défendre aux chapitres de leur obéir.*

Baluze, *Vitæ papar. Avenion.*, t. II, c. 836-7.

1662 Octobre 1378.

Extraits d'un mémoire de cinq cardinaux de l'obédience de Clément VII à Gilles de Bellemère.

19. Item dicet [Clementi VII Egidius Bellemere] qualiter fere tota Provincia, nisi dna regina contrarium mandet, adheret isti Bartholomeo ; et quod faciat quod ipsa scribat senescallo, quod faciat proclamari quod nullus obediat isti Antichristo, sed Christi vicario Clementi VII° ; et non potuit publicari littera declaracionis contra Bartholomeum in Aquis et Arelate, propter timorem sedidicionis populi.......

26. Item Bartholomeus contulit Arelatens. ecclesiam cuidam fratri vel nepoti domini de Brusvich, qui insidiatur latenter castris et fortaliciis dicte ecclesie ; et idcirco provideatur per mandatum regine dirigendum senescallo, quod protegat et defendat dnum camerarium, et volentem occupare impediat et viriliter expellat.

Voir l'art. 26 à l'évêché de Marseille, n° 597 ; le texte complet a été publié par N. Valois, dans *Mélanges Julien Havet* (1895), p. 462. Les §§ 2 et 3 énoncent que les cardinaux n'avaient pas encore fait parvenir l'argent reçu du roi de France, parce qu'ils avaient besoin pour cela d'une procuration (au nom de l'évêque d'Albano), que le camerlingue ne leur avait pas encore envoyée.

1. Voir L. Gayet, *Le grand schisme d'Occident*, 1889, 2 vol. in-8° ; N. Valois, *La France et le grand schisme d'Occident*, 1896, 2 v. gr. in-8° ; et plus loin le n° 1669.

1663 29 novembre 1378.

Encyclique d'Urbain VI contre son compétiteur. — ... Praeterea, cum etiam iniquitatis alumnus, Petrus olim archiepiscopus Arelatensis, camerarius noster, diabolico spiritu instigatus, dudum de Urbe prædicta, ubi nobiscum erat, absque licentia nostra et quasi furtive recessit, et de camera nostra quamplurima jocalia et alias res, et bona magni valoris et pretiosa, ad nos et Romanam ecclesiam pertinentia, secum adportasset, et ad dictam civitatem Anagninam se conferens cum præfatis sceleratis viris... olim cardinalibus, diversas colligationes et conspirationes contra nos ordinare et facere, et ad conducendum dictas gentes armigeras ad dict. civitatem Anagninam consilium, auxilium et favorem præbere....

Raynaldus, *Ann. eccles.*, a. 1378, n° 105. Cette condamnation fut renouvelée et agravée par une bulle du 28 juin 1379 (Bibl. Vatic., ms. lat. 6330, f° 141 v°; Valois, t. I, p. 159).

1664 24 janvier 1379.

Nomination de Pierre de Cros à l'arch. de Toulouse.

Venerabili fratri *Petro episcopo, olim archiepiscopo Arelatensi, in archiepiscopum Tholosanum electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, pot. sibi ple. tradita, eccl. pretulit universis, plena vigiliis solicitudo requirit, ut juxta cujuslibet statum ecclesie, sic vigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter, quod per ejus provid. circumspectam, nunc per simpl. provisionis officium, quandoque vero per min. transl. accommode, prout personarum, loc. ac temporum qualitas exigit, et ecclesie utilitas persuadet, eccl. singulis pastor accedat yd. ac rector pro. deputetur, qui populum sibi commissum salubriter dirigat et informet, ac ecclesiis ipsis votive prosperitatis afferat incrementa. Dudum siquidem fel. rec. Gregorius papa XI. predecessor noster, cupiens ecclesie Tholosane, cujus tunc regimini bo. me. Goffridus archiepiscopus Tholosanus presidebat, cum ipsam vacare contingeret, per apostolice sedis providentiam, utilem et ydoneam presidere personam, prov. ipsius eccl. ord. et disp. sue, ea vice, sp. reservavit, decernens ex tunc ir. et in. si se. s. hiis, per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum dicti Gaufridi archiepiscopi, qui extra romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, dictoque predecessore, per eum eidem ecclesie non proviso, sicut Domino placuit, ab hac luce subtracto, nos, divina favente clementia, ad apicem summi apostolatus assumpti, predictam Tholosanam ecclesiam ven. fratri nostro Johanni, patriarche Alexandrino, ex certis causis, de fratrum nostrorum consilio auct. apost. commendavimus, per eum quamdiu viveret et Alexandrine ecclesie preesset, tenendam, regendam et etiam gubernandam. Et subsequenter, cupientes eidem eccl. Tholosane per ap. sedis provid. ut. et yd. preesse personam, prov. ejusdem eccl. Tholosane ord. et disp. n. duximus, ea vice, spec. reservandam, decernentes ex tunc i. et i. si se. s. hiis per quosc. quavis auct. sc. vel. ign. cont. attemptari. Et deinde commendam hujusmodi, de dictorum fratrum consilio, ex certis causis, auctoritate predicta, duximus revocandam. Ad provisionem igitur ipsius ecclesie Tholosane celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se int. pot. neque potest, res. ac decreto ac commenda obs. supradictis, ne ipsa eccl. Tholosana longe vac. subjaceret inc., paternis et sollicitis studiis intendentes, ac cupientes eidem ecclesie talem presidere personam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis, et in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post deliberationem quam de preficiendo eidem Tholosane ecclesie personam hujusmodi cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te tunc Arelatensem archiepiscopum, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam divina gratia mult. insignivit, et quod tu qui reg. ejusdem eccl. Arelaten. hactenus utiliter et laud. prefuisti, dictam Thol. eccl. scies et poteris, auctore Domino, ut. regere et fel. gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam eidem Tholosane ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter et utiliter providere, te a vin. quo ipsi eccl. Arelaten., cui tunc preeras, tenebaris, de dict. fr. con. et ap. pot. ple. absolventes, te ad prefatam ecclesiam Tholosanam auctoritate predicta transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et adm. ipsius Thol. ecclesie tibi in sp. et temp. ple. committendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad dictam Tholos. eccl. transeundi. Sperantes indubie quod prefata ecclesia Tholosana, per tue industrie ac circ. fructuosum studium, regetur ut. et sal. dirigetur, ac salubria, dante Domino, susc. incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quat. imp. tibi a Do. onus reg. dicte Tholos. ecclesie devote suscipiens, sic ipsius eccl. Tholosane regimen solicite studeas exercere, gregem dom. in ea tibi creditum doctrina verbi et operis informando, quod eadem ecclesia Thol., per tue cooperationis ministerium fruct. votivis jugiter proficiat commodis et successibus prosperis augeatur; tuque proinde divinam et prefate sedis, et nostram bened. et gratiam uberius consequi merearis. Datum Fundis, viii. kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Clement. VII. t. XV (an. 1, p. 15), f° 423. Cette nomination n'eut pas de suite, sans doute par le refus de Pierre de Cros, qui resta à Arles.

1665 24 janvier 1379.

Provisions de Jean Flandrin, pour l'archev. d'Arles.

Dilecto filio *Johanni, electo Arelatensi*, salutem etc. Apostolatus officium, quanquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi, coadjuvante Domino cupientes, soliciti corde reddimur ut cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant, non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant, duce Domino, gubernare. Sane ecclesia Arelatensi ex eo pastoris solatio destituta, quod nos hodie ven. fratrem nostrum Petrum episcopum, olim archiepiscopum Arelatensem, in archiepiscopum Tholosanum electum, licet absentem, a vin. quo ipsi eccl. Arelaten., cui tunc pre-

erat, tenebatur, de fra. n. cons. et apost. pot. plc. absolventes, eum ad ecclesiam Tholosanam tunc vacantem duximus auct. apost. transferendum, preficiendo eum eidem Tholosane ecclesie in archiepiscopum et pastorem. Nos ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis st. intendentes, post deliberationem quam de preficiendo dicte Arelatensi ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te decanum ecclesie Laudunensis, legum doctorem, in diaconatus ordine constitutum, vite ac morum honestate decorum, in spirit. providum et in temp. circumspectum, aliisque multiplicium virtutum donis insignitum, direximus aciem nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Arelatensi ecclesie, de dictorum fratrum consilio auct. apost. providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Arelatensis tibi in spirit. et temp. plenarie committendo. In illo qui dat gratias et lar. pre. confidentes, quod pref. Arelaten. ecclesia, sub tuo fel. reg., gratia tibi ass. divina, prospere et sal. dirigetur, et grata in eisdem sp. et temp. susc. incrementa. Jugum igitur Domini tuis imp. humeris prompta dev. suscipiens, curam et adm. predictas sic exercere studeas sol., fid. et prud. quod ipsa Arelaten. ecclesia gub. prov. et fruct. adm. gaudeat se commissam, tuque proinde et. ret. premium, et nostram ac sedis predicte gratiam uberius consequi merearis. Datum Fundis, VIII. kalendas februarii, anno primo.

In eodem modo : Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis ; — Johanne regine Sicilie.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Clement. VII. t. XV (an. I. p. 15), f° 414 v°. Le prélat ci-dessus, nommé à l'archevêché d'Arles, est Jean Flandrin ; sa nomination ne fut pas maintenue et il fut nommé, le 20 mai 1379, à l'archevêché d'Auch (voir à Carpentras, à la suite de Jean Roger, qui fut archev. d'Auch).

1666 15 avril 1379.

Dno P[etro], sancte Arelat. ecclesie archiepiscopo.

Arch. des B.-du-Rh. La Major de Marseille.

1667 10 mars 1379/80.

Dno P[etro], sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe presidente.

Arch. des B.-du-Rh. Ch. Domin. d'Arles. Orig. parch.

1668 Avignon, 10 mars 1380.

Petrus, mis. div. archiepiscopus Arelaten., dni pape camerarius, *confie à Jacques* Gavaudani, clerico, not. Aquen., *les cartulaires de Rostang* Fontrerii, presb., not., *avec faculté d'en dresser des actes authentiques.* Datum Avinione, die 10 mensis martii, anno a Nat. Dni 1380, pontif. ss. in X. p. et d. n. d. Clementis digna Dei prov. pape VII. anno II.

Arch. des B.-du-Rh. St-Sauveur d'Aix (1378).

1669 30 mai 1380.

Déposition de Pierre de Cros sur l'origine du schisme.

Dominus Petrus, camerarius Pape, frater dni cardinalis Lemovicen., hec dixit in consciencia sua et asseruit esse vera :

1. Primo dixit quod, tempore quo dns G[regorius] papa infirmabatur, parum ante ejus obitum, vocavit aliquos cardinales de quibus magis confidebat, et fuit presens iste camerarius, et ipse videns quod non poterat evadere, dixit quod rogabat eos, quod vellent eligere de collegio aliquem bonum virum, qui esset utilis Ecclesie, nam tenebat pro certo quod non pos[s]ent reperiri notabiliores persone quam ipsi essent, nec decebat quod ipse nominaret sibi aliquem.

2. Item, quod se expedirent cito ante ingressum conclavis, nec curarent de solempnitate c[anonis] *Ubi majus* nec aliarum decretalium, quia ipse suspendebat illas pro prima electione, et de hoc facte fuerunt littere et bullate.

3. Item dixit quod ipse semper ibat ad ecclesiam Sancte Marie nove, cum familiaribus palacii, qui associabant eum pro exequiis et veniebant ibi bandarenses et rogabant cardin[ales] pro papa romano vel ytalico, et aliquando adiciebant quod videbant corda populi ita sublevata quod, nisi ad voluntatem eorum facerent, esset scandalum yrreparabile.

4. Item tenebant consilia sua, et fuit significatum isti quod tractabant quod ipse caperetur et interrogabat senatorem, qui dicitur dns Guido de Prumis, qui erat in consiliis eorum aliquando, si senciebat eorum intencionem, et ipse dicebat quod nichil tractabant contra eum, quia alii cavebant sibi ab illo senatore, qui est citramontanus.

5. Item dixit quod expulerunt de Urbe comitem Nolanum et comitem Fundorum et alios dominos, per quos furor populi poterat deprimi, et fecerunt venire montanarios et alios rusticos in magna multitudine, et iste quesivit a quodam romano, qui dicebatur Nardus et erat de raubis dni Lemovicen. cardinalis, fratris sui, et a quodam tribuno, qui dicitur Johannes Sancii, ad quid venissent illi ; et ipsorum quilibet respondit quod veniebant ad indulgencias. Tandem parabat castrum Sancti Angeli et munivit eum gentibus armorum et victualibus pro aliquibus mensibus. Et quedam femina, que recipiebat refectionem de domo sua, venit ad magistrum sui hospicii et significavit sibi, quod erat dispositum per Romanos quod eadem die, iste dns camerarius caperetur cum transsiret per plateam Sancti Petri. Postquam fuit avisatus de hoc, in exitu misse misit ad duos cardinales, scilicet Lemovicen. fratrem suum cardinalem et dnm de Agrifolio, quod volebat loqui statim sibi, et dixit eis factum suum qualiter volebat intrare castrum. Alii autem non credebant quod debuisset timere. Set ipse recessit et intravit per aliam partem castrum.

6. Item dixit quod ipse exposuerat aliquibus cardinalibus quod melius facerent eleccionem pape intrando castrum Sancti Angeli ; vel si vellent ire ad Anagniam, ipse haberet gentes armorum. Ipsi autem noluerunt sibi credere, excepto dno Sancti Eustachii, qui inclinabatur ad partem suam.

7. Item dixit quod timens de istis, ipse primo fecit

portari omnia que erant in palacio et fecit poni in castro; et Romani libere promiserunt, quia credebant quod si caperetur iste camerarius, possent recuperare castrum et omnia.

8. Item, quia domus ubi habitabat iste camerarius accedebat palacio apostolico, suspicans que contigerunt postea, fecit fieri unum foramen in loco ubi erat alogia dni cardinalis de Vernio, et claudi taliter et poni quandam scalam, per quam poterat descendi in domum dicti camerarii et exinde intrare in ecclesiam Sancti Petri et transsire secure ad castrum Sancti Angeli; et avisavit aliquos dnos de cardinalibus, dicens quod si viderent aliquid, in loco ubi erat alogiatus dominus de Vernio invenirent refugium.

9. Item dixit quod ipse substituit loco sui ad servandum conclave episcopum Valentinensem, et licet diceretur per Romanos quod ipse debebat venire ad servandum conclave, ipse noluit exire.

10. Item, die jovis ante festum Ramis palmarum, qua fuit facta illa talis eleccio, de mane fuerunt campane pulsate ad martellum et clamor populi validus quod romanum volebant vel ytalicum, quia bene videbatur platea Sancti Petri ab illis qui erant in castro.

11. Item, quod sex cardinales iverunt ad castrum jam de sero, sicut quilibet habebat oportunitatem, et prius fuit dns cardinalis de Vernio, qui ivit equitando ut homo armorum, et dns de Britannia ivit fugiendo supra tecta domorum, et dns de Agrifolio et Pictaven. miserunt ad istum dnm camerarium quod teneret sibi portam apertam et iste misit sibi ad dicendum quod deferrent secum fratrem istius, s[cil.] dnm Lemovicen., alias non reciperet eos et sic intraverunt bene sero omnes illi tres. Et continuo senssit a mentibus eorum quod nichil reputabant se egisse. Sed bene aliqui presumebant propter vitacionem scismatis quod reeligerent eum, si viderent in eo mores bene compositos. Et alia die de mane, cum pararet se clericus istius camerarii ad dicendum missam et vellet dicere orationem quam consueverat dicere quasi vacaret ecclesia, dixit unus ex illis cardinalibus, quod diceret aliam orationem que incipit : *Deus omnium pastor et rector*, quasi esset facta electio. Tunc dixit iste quod reputabat ecclesiam vaccare, quia nil erat factum, et tunc dixit dns cardinalis de Vernio : « In veritate verum dicit », et approbavit quod dixerat iste camerarius ; et iste dixit tunc cardinalibus quod remanerent ad Deum, quia ipse volebat audire missam ut consueverat et recessit ad aliam partem. Et post venerunt aliqui dicentes quod erant ibi ad portam aliqui bandarenses et alii romani et volebant intrare. Tunc iste voluit quod viderent statum suum et qualiter erat munitus, et posuit homines armorum ad unam partem bene munitos, qui erant bene IIIIor xx, et ipse camerarius habebat unam hacham ferri in manu et dixit Romanis quando intraverunt ista verba : « Credit ille fatuus quod sit papa, certe ego non reputo eum papam »; et reverssus e contra Johannem Sincii tribunum : « Ecce vos dicebatis, quod montanarii veniebant ad indulgencias, vere nisi fuisset propter securitatem quam vobis et aliis prestiteram, ego ponerem vos in tali loco ubi non videritis diem nec solem ».

12. Item, quod dixit iste illis cardinalibus quod non deberent exire de castro et si ibi vellent (ibi) remanere, ipse mitteret pro gentibus armorum, et ipsi dixerunt quod melius erat quod exirent, quia non habebant familiam et bona sua dispersa per Urbem, et quod illud poterat reparari ut credebant. Et videbatur isti quod essent adhuc atoniti ex precedenti timore et adhuc hodie aliqui non amittunt umbram timoris, et iste sensit ex dictis et ex mente eorum quod non esset papa. Sed credebant cardinales quod posset reparari, eligendo eum iterum in loco securo.

13. Item dixit quod, postquam ipse remanssit in castro, scripserat domino Sancti Eustachii, quod camerarius posset habere gentes armorum et capere illum intrusum et, si consulebat sibi, exire vel stare. Ipse cardinalis misit sibi ad dicendum quod non expediebat illa attemptare, quia aliter fieret et melius erat quod exiret. Tunc iste exivit ad illum B[artholomeum] et fecit sibi reverenciam ut alii et ostendit manus isti camerario, dicendo quod erat annullatus, et tunc ipse misit pro annulis quos tradidit sibi ex precepto aliquorum cardinalium et stetit per aliquos dies donec petiit licenciam eundi Anagniam. Et antequam recederet, voluit iste B. quod iste intraret castrum cum aliquibus gentibus ejusdem B. ad dicendum illis quod restituerent castrum, et iste tractavit quod castellanus exiret ad illum B., datis obsidibus. Et eadem die iste comedit cum fratre suo dno Lemovicen. cardinale, qui voluit impedire ne recederet, et hoc faciebat predictus cardinalis, frater suus, de mandato predicti B. Sed iste nullo modo voluit acquiescere dictis suis. Et continuo ivit per hospicium dni Gebenen. cardinalis, qui nunc est papa, et per hospicium dni Ambianen. et locutus est cum eis, solicitando eos de recessu, et iste deferebat secum bene XL homines armorum. Et quia dictus B. intendebat ire Anagniam, ipse testis disponebat capere eum, sive faceret transitum per castrum Sancti Angeli, sive iret recta via ad Anagniam, et habebat gentes dispositas ad hoc.

14. Item, quod tres cardinales Ytalici accesserunt ad villam Fundorum super tractatu eleccionis, et quilibet ipsorum presumebat quod eligeretur in papam ; et cum una die omnes cardinales et illi tres Ytalici intrarent consistorium, iste camerarius custodiebat portam, et tunc dixit dns cardinalis Lemovicen. dno cardinali Floren. quod inciperet proposicionem, quia ad eum spectabat, cum esset prior episcoporum cardinalium et excusavit se dns Floren. ; tunc incepit sic dns Lemovicensis : « Quia video quod Gallici vellent Gallicum et Ytalici similiter Ytalicum, ego non nomino Gallicum nec Ytalicum, sed nomino et eligo alium qui non est Gallicus nec Ytalicus, scilicet dnm Robertum cardinalem Gebenen., qui est de nacione Alamanie, hunc eligo in summum pontificem » ; tunc successive, nemine discrepante, omnes cardinales elegerunt eum, exceptis predictis tribus cardinalibus Ytalicis.

15. Item dixit quod illi duo cardinales Ytalici, scilicet dns de Ursinis et dns Florent., juraverunt et promiserunt nunquam ire ad B. nec audebant venire ad dnm C. propter consanguineos et propter bona que ipsi et sui habebant in partibus Ytalie. Attamen nunquam postea accesserunt ad B., quia sciebant quod non esset verus papa.

16. Item dictus dns camerarius, ad finem menssis

maii, antequam ambassiatores dni regis Castelle recessissent verssus Romam, mandavit eis in scriptis quandam deposicionem seu informacionem manu propria subscriptam et clausam sub signeto suo, cujus tenor de verbo ad verbum est talis : [L. GAYET, *Le grand Schisme*, t. I, p. j., p. 151-5].

«... P. archiepiscopus Arelaten., olim dni pape camerarius ; *ligne 3*, archiepiscopi, penultima die madii.

1. Et primo, q. m. felicis recordaciomis dno ; *2, millésime en toutes lettres* : *6*, nobili v. dno G-e de Prohinis... s. U.

2. *1*, mercurii.

3. *2*, B[artholomeus] ; *3*, ou ytaliano ; *4*, speciario ; *5*, maj. officialibus U., si tantum f. ; *6*, c. istius B.; *7*, dno cam. ; *8*, i. B. attenderet ea.

4. *2*, dicto cam. ; *3*, dno cam. ; *6*, tunc ; *7*, joc. papalium, et ; *9*, previdens i. dns cam., non expectans finem misse, sed s. a. e. c. m. c. ; *10*, obliquas ; *11*, ad illud c.

5. *1*, dns cam. bandaren. ; *5*, s. ut... ytal. *6*, videbant aperte.

6. *3*, et de nocte ; *4*, c. recederent.

7. *1*, conclave ; *3*, t., ut omnes ; *6*, Nollanum.

8. *1*, dns cam. ; *6*, poterant ; *7*, quid d. A. eciam idem dni cam.

9. *1*, s. quando... dnm cam. ; *2*, citramontanis partibus fore ; *3*, conclavi ; *4*, palecia ; *7*, additus.

10. *1*, conclavi... facta intrusione t. ; *3*, alii cardinales... auffugerunt ; *5*, latitarunt ; *6*, Vernio... dni Britanie ; *8*, comitiva.

11. *1*, ipse B. ; *2*, dnis cardinalibus et a. q. auffugerunt ; *3*, n-t ut intronizaretur ; *4*, m. et ne ; *5*, videbant.

12. *1*, dns cam. ; *3*, neque in intronizacione.

13. *1*, licet pluries fuit ad i. B. ; *2*, p. eciam invito dicto B. et.

14. *1*, i. dni cam. ; *2*, intrarunt ; *3*, caxas ; *6*, et vina, s. ; *7*, seminarunt.

15. *1*, fecerunt... et pluribus h. card. predictorum.

16. *2*, B., prefactus dns cam.; *4*, credencie p. per Jo. de Murlis... ne crederet.

17. *1*, quando ipse dns cam. ; *2*, *omet* scripsit.

18. *2*, dns cam. ; *3*, B., ut.

19. *1*, dns cam. ; *2*, B. transsiret.

20. *1*, ipse dns ; *3*, in propria persona a. ; *4*, B., set n. p. c. ipsis.

21. *1*, dicit idem dns cam. ; *2*, dil. dnm B. i. o. ytalicos, et ; *4*, ytalicum. »

Predicta omnia assero et affirmo, teste consciencia, esse et fuisse vera ego predictus camerarius domini nostri pape Clementis, propria manu, die penultima menssis madii, anno octuagesimo. Camerarius.

Paris, Bibl. Nat., ms. lat. 11745, f°s 63-4 (chaque page est signée : « P. archidiac. de Camort (ou Camon) » ; Rome, Arch. Vatic., arm. LIV, *De schismate*, t. VI, p. 105. Fragments dans BALUZE, *Vitæ pap. Aven.*, t. I, cc. 1117, 1226-7 et 1443.

1670 9 février 1381.

Lettre de Pierre de Cros, archevêque d'Arles, ordonnant à son official de laisser les Frères Prêcheurs et Mineurs jouir de leurs privilèges.

Biblioth. d'Arles, ms. 111, n° 5, original parch.

1671 1381.

Inscription du buste en vermeil de s^t Trophime.

HOC OPUS B. TROPHIMI, CHRISTI DISCIPULI, FACTUM EST REGNANTE DNA JOANNA, REGINA SICILIE ET PROVINCIE COMITISSA, ET DNO PETRO DE CROZO, ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPE ARELATENSI, ANNO DNI MCCCXXCI.

SAXI, p. 327 ; TRICHAUD, *Hist. de la s^e égl. d'Arles*, t. III, p. 253.

1672 1382.

Petrus, olim archiepiscopus Arelaten., privatus ab Urbano.

Arch. Vatic. Reg. 310 (Urban. VI, 1, f° 286 v°). C'est une bulle générale contre les partisans de Clément VII, où le nom de Pierre figure seulement.

1673 Avignon, 8 mai 1382.

Lettre close adressée par Pierre de Cros, camerlingue et archevêque d'Arles, à Pierre Gérard, nonce du Pape : le duc d'Anjou compte aller le lendemain à Marseille et veut y être accompagné du camerlingue...

N. VALOIS, *France et grand schisme d'Occident*, t. II, p. 446.

1674 13 août 1383.

Rev. in Xpisto patrem et dnum d. Petrum de Croso, mi. di. s. Arelaten. eccl. archiepiscopum hodiernum. — *Reconnaissance.*

Arch. des B.-du-Rh. St-Trophime, chartes, orig. parch.

1675 Avignon, 23 décembre 1383.

Clément VII nomme sept cardinaux prêtres, qui fuere dom. Petrus de Croso, ordinis Sancti Benedicti, monachus diocesis Lemovicensis, tunc archiepiscopus Arelatensis et camerarius suus, *à qui il donna le titre des Sts-Nérée et Achillée.*

Prima vita Clementis VII (BALUZE, *Vitæ*, t. I, c. 509). Arch. Vatic. Obligat. t. XLIII, f° 88 ; t. XLIV, f° 8 v°.

1676 24 décembre 1383

Bulles qui donnent l'archevêché d'Arles en commande au cardinal Pierre de Cros.

DILECTO filio *Petro, S. R. E. presbitero cardinali*, salutem etc. Regimini universalis ecclesie, quamvis insufficientibus meritis, disponente Domino, presidentes, de universis orbis ecclesiis, pro earum statu salubriter dirigendo, quantum nobis ex alto conceditur, assidue cogitamus. Sed eo propensius solicitudo nos urget, ut ecclesiis ipsis que suis sunt destituta pastoribus ne in spirit. et temp. detrimenta suscipiant, quantum nobis ex alto permittitur, salubriter providere curemus ; quodque illis qui majori prefulgent titulo dignitatis, prout locorum et temporum qualitas exigit, necessitatibus consulamus. Hodie siquidem ecclesia Arelatensi vacante [ex eo] quod nos te, apud sedem apostolicam constitutum, a vinculo quo dicte ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ad cardinalatus honorem duximus assumendum, nos attendentes quod licet premineas hujusmodi cardinalatus honore, tamen ad supportandum

expensarum onera que jugiter te oportet subire, decenti non affluis abundantia facultatum; et propterea tibi, ut statum tuum decentius tenere valeas, et prefate ecclesie Arelatensi, ne in spirit. et temp. detrimenta sustineat, providere volentes, ac sperantes quod tu, qui regimini dicte ecclesie Arelatensis hactenus laudabiliter prefuisti, ei esse poteris plurimum fructuosus; ecclesiam ipsam sic vacantem, de dictorum fratrum consilio, tibi predicta auctoritate commendamus, per te usque ad sex annos a data presentium computandos, tenendam, regendam, et gubernandam, curam et administrationem plenam, generalem et liberam ejusdem Arelatensis ecclesie, ac bonorum et jurium ipsius, tibi tam in spirit. quam in temp. plenarie committendo; ut dictam Arelatensem ecclesiam tue gubernationi et administrationi commissam, hujusmodi durante termino, spiritualiter et temporaliter, juxta datam a Deo tibi prudentiam, regas, dirigas et augmentes, ac de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis, ad mensam archiepiscopi Arelatensis spectantibus, ordines et disponas, illosque in tuos et dicte ecclesie Arelatensis usus convertere valeas, prout veri archiepiscopi Arelatenses, qui fuerunt pro tempore, de illis ordinare et disponere potuerunt et etiam debuerunt, tuque ante assumptionem hujusmodi poteras et debebas. Alienatione tamen bonorum quorumlibet immobilium et pretiosorum mobilium dicte ecclesie Arelatensis tibi penitus interdicta. Tu igitur, circa ejusdem ecclesie Arelatensis regimen et gubernationem, solicite et fideliter exercenda, te sic exhibeas studiosum, quod prefata Arelatensis ecclesia, divina tibi favente clementia, sub gubernatione tua provida et salubri, continue in spirit. et temp. amplietur et salubribus proficiat incrementis; nosque tue circumspectionis et diligentie studium fructuosum dignis possimus laudibus in Domino commendare. Datum Avinione, IX. kalendas januarii, anno sexto.

Arch. Vatic. Clement. VII. t. XXXI (an. VI, p. 1), f° 30. — Item., t. XXXIII (an. VI, p. 3), f° .

1677 29 décembre 1384/3.

Le cardinal Guillaume de Chanac nomme parmi ses exécuteurs testamentaires reverendiss. in Christo patres [et] dominos dnos... Petrum Arelatensem presbyteros... cardinales....

Baluze, *Vitæ papar. Avenion.*, t. II, c. 968.

1678 9 décembre 1384.

Lo cantar de la reyna Johanna. — L'an M.CCC.[a] LXXXIIII, lo jorn IX de desembre, fon fag la cantar[b] de l'auta dona prensessa[c] madama Johanna, la[d] reyna[e] de Jherusalem e de Cecilia[f], d'enfra la gleisa[g] de San Trofeme d'Arle....

Chronique de Bertrand Boysset, *B*. f° 16b (Ehrle, p. 337); *C* (Fassin, p. 17).

1679 11 avril 1385.

Dni Petri, div. mis. SS. Nerei et Achillei S. R. E. presb. cardinalis, administratoris sancte ecclesie Arelat.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 84.

a. E. IIII°. — *b. E.* quantar. — *c. E.* prengesa. — *d. F.* lo. — *e. E.* regina. — *f. E.* Secilia. — *g. E.* gleysa.

1680 2 octobre 1385.

Clavarius re^mi^ in Xpisto patris et domini dni Petri, divina providentia tit. Sanctorum Nerey et Achillei, S. R. E. presbiteri cardinalis, et administratoris s. ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 217.

1681 3 juin 1386.

Promesse faite par la reine Marie, à Guillaume, évêque de Raab, de lui procurer l'archevêché d'Arles.

Maria, Dei gratia regina Jherusalem et Sicilie, ducissa Andegavie, comitissa Provincie et Forcalquerii, Cenomanie et de Russiaco, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Cum reverendus pater dnus *Guillelmus, episcopus Jauriensis*, in prosecutione pacis et concordie, inter nos et inclitum natum nostrum Ludovicum, regem Jherusalem et Sicilie, ex parte una, et Carolum de Duracio, alias dictum de Pace, dante Domino, iniende, ex altera, cum immensis laboribus fattigaverit, et fattiget, suis propriis sumptibus et expensis; ipseque episcopus per illum Bartholomeum de Priniano, olim Barensem archiepiscopum, in sancta sede apostolica intrusum, privatus extiterit sua ecclesia Jauriensi; nolentes quod tantum pacis negotium, circa quod universalis nostre intentionis oculos dirigimus, ob necessitatem et indigentiam jamdicti episcopi excequi postponatur; ecce quod eidem episcopo, et ejus statui, pio compatientes affectu, ex certa nostra scientia, tenore presentium, sub fide nostra et in verbo regali promittimus, quod donec ipse episcopus ad Arelatensem ecclesiam per dominum nostrum papam translatus fuerit, et possessionem ejusdem ecclesie plenariam et pacificam extiterit assecutus, omni mense, de summa trecentorum florenorum de camera, pro dicti sui status sustentatione, providebimus eidem episcopo per effectum. Ita quod ipsos trecentos florenos per certum et sufficientem mercatorem Avinion. sibi faciemus efficaciter assignari; ut quolibet mense, absque difficultate quacumque, de ipsis CCC. florenis dictus episcopus aut alius ejus nomine contentetur, primo pagamento ipsorum florenorum IIIe die presentium incepturo. Et ubi, infra dictum tempus provisionis et possessionis pacifice, dictus mercator moreretur, vel quomodocunque deffficeret, quominus ipse episcopus, ut predicitur, dictos III^c^ florenos quolibet mense reciperet, per alium mercatorem in ipsa civitate Avinionis eidem episcopo, vel alteri ejus nomine, usque ad tempus prefixum, faciemus integraliter de dicta summa III^c^ florenorum, mense quolibet, responderi. Ceterum tenore simili pollicemur, quod cum toto posse nostro, et omni solertia, apud dictum dominum nostrum papam et collegium intercedemus et laborabimus ut idem episcopus ad ipsam Arelatensem ecclesiam quantocius transferatur; nec cum nostro beneplacito, tacito vel expresso, quis alius preficietur ipsi ecclesie ante eum, nec ipse ejusdem ecclesie possessionem assecutus ab illa amovebitur, nisi hoc expresse de sua procederet voluntate, cum ipse sepedictus episcopus nobis quocunque alio magis gratus in ecclesia ipsa foret, ut in ipsius pacis desiderata procuratione et in nostris agendis ac consiliis, in quibus non modicum est

expertus, persone sue presentiam promptius habeamus. In quorum omnium testimonium et fidem, presentes nostras litteras fieri mandavimus, et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Quas et contenta in eis juravimus, tactis sacrosanctis evangeliis manibus propriis, inviolabiliter observare. Datum in civitate nostra Aptensi, die tercio mensis junii, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto. *(Sur le repli)* Per Reginam. J. A. la Caille.

Arch. des B.-du-Rh. B. 588. Orig. parch.; manque le sceau de cire rouge qui pendait à une bande de parchemin. Bonnemant, t. III, n° 115.

1682 — 18 juillet 1387.

Re^mo in Xpisto patre et d. d. P. digna Dei providentia tit. SS. Nerei et Achillei presb. card. sancteque Arelaten. ecclesie administratore presidente... — *Reconnaissance* dnis Raymbaudo de Monteorsserio, preposito...

Chartrier des paroisses d'Arles, f° 107.

1683 — Avignon, 27 février 1388.

Premier testament de Petrus de Croso, Lemovicen. diocesis, miser. div. tituli SS. Nerei et Achillei S. R. E. presbyter cardinalis, Arelatensis vulgariter nuncupatus, *par permission de Clément VII. Il élit sépulture à N.-D. des Doms d'Avignon,* infra capellam in qua est sepultum corpus bo. me. reverendiss. patris dni Johannis de Croso, cardinalis Lemovicensis, germani nostri, *ou à St-Martial de la même ville...;* volumus sepeliri ut monachus cum stamina, et cum arca et uno panno nigro super dict. arcam, et quod in dicto panno sit desuper una crux de panno rubeo. *Il fait des legs aux établissements religieux d'Avignon, au chapitre de St-Papoul, au monastère de Tournus, au chapitre de Bourges, à l'église de Tulle, à celle de St-Exupéry,* baptismali nostræ. *Il désigne pour exécuteurs testamentaires les cardinaux évêques de Palestrina et de Sabine, plus le sacristain d'Agde,* Geraldum Mercaderii, præpositum eccl. Vincien., camerarium, *et un chanoine de Bourges, ses familiers et chapelains.*

Baluze, *Vitæ papar. Avenion.*, t. II, c. 1008-15.

1684 — 11 octobre 1388.

Bone memorie dnm Petrum de Croso, tunc archiepiscopum Arelat.

Arch. des B.-du-Rh. St-Trophime, chartes, orig. parch. Le bruit de sa mort avait dû courir.

1685 — Avignon, 15 novembre 1388.

Second testament du cardinal Pierre de Cros. Profession de foi catholique et d'adhésion à Clément VII, vrai pape ; ordre de payer ses dettes ; sépulture dans l'église de la collégiale de St-Martial d'Avignon. Fondation d'une chapelle en l'honneur de St-Étienne et d'un autel à la B^e V. Marie, où deux moines du diocèse de Limoges, à la nomination de l'abbé de Cluny, prieront pour lui. Autre fondation d'un hôpital pour recevoir les pauvres du Limousin. Il institue pour héritiers la collégiale et l'hôpital susdits.

Baluze, *Vitæ papar. Avenion.*, t. I, c. 1309 ; t. II, c. 1015-21.

Le cardinal mourut le lendemain, 16 nov. 1388, et fut enterré, suivant son désir, à St-Martial d'Avignon ; voir l'épitaphe, qui rappelle toute sa carrière, dans *Gallia*, t. I, c. 579-80 ; Saxi, p. 327-8 ; Trichaud, t. III, p. 254-6. L'inventaire des vases et joyaux provenant de sa succession fut fait à Avignon à la fin de janv. 1389 (Valois, t. II, p. 390, n. 3).

1686 — 1403.

Sequitur oratio sancti Augustini, missa ad monachos heremitas. — Omnipotens sempiterne Deus, qui cuncta creasti ex nichilo, quique nos Unigeniti tui precioso sanguine redemisti, et ex aqua et Spiritu sancto voluntarie regenerasti ; fac nos, quatenus de hac infirma et miserrima peregrinatione, ad diu desideratam cicius transire patriam, in qua cum angelis et felicissimis hominibus per infinita regnemus seculorum secula. Amen.

Hanc orationem pronunciavit r^mus pater dns Petrus de Croso, monachus, archiepiscopus Arelatensis, tunc etiam cardinalis, coram r^mis patribus dnis cardinalibus sancte Romane Ecclesie ; dicens quod fiducialiter confideret de salute anime qui ipsam omni die devote pronunciaverit. Et ego audivi, et coram omnibus dedit copiam volenti habere. Anno Domini M°.CCCC°. et tercio, in Avinione.

Arch. des B.-du-Rh. St-Victor, reg. 104, f° 16, 2de p. Opusc. de Pierre Flamenqui.

MELCHIOR ? de Brunswick, 1378.

1687 — 21 juin 1378.

Nepos domini de Brunswich electus Arelatensis. — Instr. [*sic.*] — *Voir encore le n° 1662.*

Henri de Grèce, duc de Brunswick-Grubenhagen, eut deux fils : — a) Othon, duc de Brunswick à la mort de son père (1351/7), prince de Tarente en 1365, que la reine Jeanne de Naples, comtesse de Provence, prit pour 4e mari en 1376 ; — et b) Melchior, évêque d'Osnabruck en 1368, transféré à Schwerin le 17 oct. 1375 : il serait difficile de trouver un autre personnage à qui la nomination d'Urbain VI puisse être attribuée, d'autant plus que d'après le mémoire d'oct. 1378 ce pape avait conféré l'archevêché d'Arles « cuidam *fratri* vel nepoti domini de Brusvich » (c. 718).

FRANÇOIS I de Conzié, 1388-1390.

Fils de Pierre III de Conzié et d'Ancelize ou Amphélize de Verboz, il était chanoine de Chartres, docteur en droit, auditeur des causes apostoliques, mais simple clerc, quand il fut nommé évêque de Grenoble [1].

1688 — 28 février 1380.

Bulles de François de Conzié pour l'évéc. de Grenoble.

Dilecto filio *Francisco de Conziaco, electo Grationopolitano,* salutem. Apostolatus officium, quanquam

1. Voir Franç. Mugnier, *Généalogies des familles de Montfort et de Conzié*, dans *Mém. et doc. publ. p. la soc. Savois. d'hist. et d'archéol.* (1893), t. XXXII, p. 403-15.

insuff. meritis, nobis ex alto comm., quo eccl. omn. reg. presidemus, ut. exequi coadjuvante Do. cupientes, soliciti corde reddimur, ut cum de ipsarum regiminibus agitur comm., tales eis in past. pref. studeamus qui comm. sibi gregem domin. sciant non solum doct. verbi sed exemplo bo. op. informare, commissasque sibi eccl. in statu pac. et tranq. velint et valeant duce Do. gubernare. Sane ecclesia Grationopolitana ex eo pastoris solatio destituta, quod nos hodie ven. fratrem nostrum Radulphum, episcopum olim Grationopolitanum, in archiepiscopum Tarentasiensem electum, a vinculo quo ipsi Grationopolitane ecclesie cui tunc preerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Tarentasiensem tunc vacantem duximus auct. apost. transferendum, preficiendo ipsum eidem eccl. Tarentas. in archiep. et pastorem, nos ad provisionem ipsius Grationopolitane ecclesie celerem et felicem, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, ac cupientes eidem Grationopolitane ecclesie talem presidere personam, que sciret, vellet et posset ipsam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post del. quam super hiis cum eisdem fratribus hab. dil., demum ad te canonicum Carnotensem, capellanum nostrum et causarum palatii apostolici auditorem, legum doctorem, clericali dumtaxat caractere insignitum, vite ac morum honestate decorum, in spirit. providum et temp. circumspectum, aliisque multiplicium virtutum meritis, prout familiari experientia novimus, insignitum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus, ob dictorum tuorum exigentiam meritorum, accepta, eidem Grationopolitane ecclesie, de dictorum fratrum consilio auctoritate predicta providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Grationopolitane ecclesie tibi in spirit. et temp. committendo. Firma spe fiduciaque conceptis quod prefata Gration. eccl., sub tuo fel. reg., gratia tibi ass. div., prospere et salubr. dirigetur, et grata susc. in eisdem sp. et temp. incrementa. Jugum igitur Domini tuis imp. hum. prompta dev. suscipiens, curam et adm. predictas, sic ex. studeas sol., fid. et prud. quod ipsa Gration. ecclesia gub. prov. et fruct. adm. gaudeat se comm., tuque, preter et. retr. premium, nostram et sedis pred. bened. et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione, II. kalendas martii, anno secundo.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Clement. VII. t. XIX (an. II, p. 3), f° 46 v°.

1689 Février 1384.

Serment de fidélité prêté au pape Clément VII par les consuls d'Avignon, entre les mains de son camérier, qui a juré d'observer les droits de la ville.

Arch. de Vaucluse, B. 918.

1690 31 mars 1384.

Lettre de François de Conzié, évêque de Grenoble et camérier du Pape, à Henri de Severy, évêque de Maurienne et recteur du Comtat, relative à une invasion du pays et à un prêt de 100 flor. fait au Pape.

Arch. de Vaucluse, B. 7, f° 98.

1691 12 avril 1384.

Lettre du même au même, l'autorisant à contraindre les ecclésiastiques et même les monnayeurs à payer la contribution imposée pour les fortifications.

Arch. de Vaucluse, B. 7, f° 67 v°.

1692 20 juillet, 2 septembre 1384.

Lettres du même au même.

Arch. de Vaucluse, B. 7, f° 99.

1693 17 mai 1386.

Lettre de François de Conzié, camérier du Pape.

Arch. de Vaucluse, B. 7, f° 103.

1694 14 décembre 1387.

Quittance donnée à Jean Bonvin, par François, archevêque d'Arles et camerlingue du pape, pour 6 flor. d'or.

Arch. des B.-du-Rh. St-Victor. Inv. Rostan, n° 582 bis.

1695 20 janvier 1388.

Provisions de François de Conzié pour l'archevêché d'Arles, par le pape Clément VII.

Venerabili fratri *Francisco, episcopo olim Grationopolitano, in archiepiscopum Arelatensem electo*, salutem etc. Quam sit onusta dispendiis, quam plena periculis, quantaque discrimina secum trahat diutina ecclesiarum vacatio, solicite considerationis indagine perscrutantes, libenter operarias manus apponimus et studium efficax impertimur, ut viduatis ecclesiis, prout temporis qualitas exigit, et locorum utilitas persuadet, nunc per debite provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, pastores preficiantur ydonei et ministri providi deputentur, quorum eedem ecclesie fulte presidiis et favoribus communite, votivis et prosperis, auctore Domino, proficiant incrementis. Dudum siquidem provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc apud ap. sedem vac. et in antea vac. apud eam ord. et disp. n. reservavimus, decernentes ex t. i. et i. si se. s. hiis per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari. Postmodum vero ecclesia Arelatensi ex eo vacante, quod nos dudum dilectum filium nostrum Petrum, tit. SS. Nerei et Achillei presbiterum cardinalem, tunc archiepiscopum Arelatensem, apud sedem apostolicam constitutum a vinculo quo ipsi Arelatensi ecclesie cui tunc preerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ut nobiscum onera universe ecclesie sortiretur, in S. R. E. presbiterum cardinalem duximus assumendum, nos ecclesiam ipsam sic vacantem, de eorumdem fratrum consilio eidem Petro cardinali, per eum, usque ad certum tempus nondum elapsum, tenendam et etiam possidendam, auct. apost. commendavimus. Cum autem nos hodie commendam hujusmodi, de dictorum fratrum consilio ex certis causis rationabilibus, revocaverimus, nos ad provisionem ipsius Arelatensis ecclesie, secundum premissa vacantis, de cujus provisione nullus preter nos hac vice se intro. potuit neque potest, res. et decr. obs. supradictis, ne ipsa eccl. Arelaten. longe vac. subjaceret inc., paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberatio-

nem quam de preficiendo eidem Arelatensi ecclesie personam utilem et etiam fructuosam, cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad te episcopum Gratiopolitanum, camerarium nostrum, consideratis grandium virtutum meritis et muneribus gratiarum quibus personam tuam, tam familiari experientia quam fidedignorum testimonio novimus insignitam, et quod tu qui regimini Grationopolitane eccl. hactenus laud. prefuisti, eandem Arelaten. eccl. scies et poteris, auct. Domino, sol. regere et fel. gubernare, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam eidem Arelatensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo eidem ecclesie Grationopolitane, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad eandem Arelatensem ecclesiam auct. apost. transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et adm. ipsius Arelaten. eccl. tibi in spirit. et temp. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad ipsam Arelaten. eccl. transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis quod pref. Arelaten. ecclesia, per tue industrie et circ. fructuosum studium, gratia tibi ass. divina, regetur ut. et prosp. dirigetur, ac grata in eisdem sp. et temp. susc. incrementa. Quo circa fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quat. imp. tibi a Do. onus regiminis dicte eccl. Arelaten. suscipiens reverenter et devote, curam et adm. predictas sic geras sol., fid. et prud., gregem dominicum in hujusmodi ecclesia tibi commissum doctrina ver. et op. informando, quod ipsa Arelaten. ecclesia gub. circ. et fruct. adm. gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laud. tuis actibus latius diffundatur, tuque preter et. ret. premium, nostre benivolentie gratiam uberius valeas promereri. Datum Avinione, XIII. kalendas februarii, anno decimo.

In eodem modo : Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis ; — Ludovico regi Sicilie.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Clement. VII. t. XLIX (an. x. p. 3), f° 18 v°.

1696 Avignon, 26 janvier 1388.

Inféodation de Berre, Martigues, Istres à Pierre de Capoue. — Avenione, in palatio apostolico, in camera Cervi, presente dno nostro papa,... pres. dno Francisco archiepiscopo Arelaten., camerario d. n. pape.

Arch. des B.-du-Rh. B. 589.

1697 28 mars 1388.

Lettre de François, archev. d'Arles et camerlingue, prorogeant le temps où Jean Bonvin devait payer.

Arch. des B.-du-Rh. St-Victor de Marseille, 702.

1698 13 octobre 1388.

Lettre de François de Conzié à Henri de Severy, évêque de Maurienne, recteur du Comtat-Venaissin ; an XII *de Clém. VII.*

Arch. de Vaucluse, B. 7, f° 103.

1699 27 octobre 1388.

Quittance de 5 flor. d'or par François de Conzié, archev. d'Arles et camerlingue, à Aimeri de Peyrac, abbé de Moissac, pour la chambre apostolique (Gallia christ.)

1700 Avignon, 23 janvier 1389.

Franciscus, mis. div. archiepiscopus Arelaten. et princeps, dil. et fil. nostro Bertrando Jausserandi, habitatori loci nostri Sallonis, ... olim bo. me. dno Petro tituli SS. Nerei et Achilei S. R. E. cardinali, dicto vulgariter Arelaten., curam et administrationem in spiritualibus et temporal. ecclesie nostre auctor. apostol. gerente... ; *lettre de rémission.* — J. Goneti.

Bonnemant, t. I, p. 319, minute orig. sur papier.

1701 Février 1389.

Acte de François de Conzié, archevêque d'Arles et camérier du Pape, par lequel il exempte les cardinaux des gabelles à l'entrée de la ville d'Avignon, pour les choses destinées à leur provision.

Invent. des arch. de Vaucluse, t. I, n° 979.

1702 Arles, 19 avril 1389.

... Guillelmus Parade, civis Arelaten., *reconnaît tenir* dni Francisci, mis. div. s. Arelat. ecclesie archiepiscopi et principis, quamdam terram seu affare sitam in territorio Arelat., vulgariter nuncupatam la Richa sive Reinera, alias la Porcelleta, que fuit Jaumete Porcellete de Arelate, *et lui en fait hommage...* Acta... in domo archiepiscopali, ante capellam.

Arch. de MM. de l'Estang d'Arles. Bonnemant, t. I, p. 113.

1703 15 août 1389.

François de Conzié mande à Guillaume de St-Clair, chanoine d'Albi, de payer 800 livr. aux filles de Bernard Pélegrin, en exécution du testament de Hugues Pélegrin, oncle de celui-ci (Gallia christ.)

1704 Avignon, 30 novembre 1389.

Franciscus, mi. di. Arelatensis archiepiscopus et princeps... *(acte en faveur de la communauté de Salon).* — Actum Avinione, die ultima mensis novembris, anno 1389.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 10.

1705 18 avril 1390.

Anno Incarn. Domini 1390 et die 18 mensis aprilis, rev. in Xpisto patre et dno dno Francisco, mi. di. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe presidente.., ad present. ven. et rel. viri dni Andree Saladini, decret. doctoris, officialis Arelaten. *Appel de Jean* Grosseti, *prieur des Dominicains d'Arles.*

Voir la pièce aux Dominicains d'Arles.

1706 1er août 1390.

Lettre de François de Conzié à Odon de Villars, recteur du Comtat Venaissin.

Arch. de Vaucluse, B. 7, f° 71 v°.

1707 20 août 1390.

... Messire François, archevesque d'Arle et chambellan de nostre saint Pere, de son commandement a li fait de bouche, ou nom de lui a ratiffié le traictié dessus

escript [*avec Raimond de Turenne*] et toutes les choses contenües en ycellui, et promis et juré sur les saintes evangiles de Dieu a les faire tenir et acomplir...; et en tesmoing de ce a mis son seel en ce present rolle...

BALUZE, *Vitæ papar. Avenion.*, t. II, c. 1056.

1708 2 octobre 1390.

Le même confirme, comme camérier, la remise faite par Clément VII à Pierre, évêque de Carpentras, de 500 flor. sur 2000 que celui-ci devait pour les fortifications de Carpentras ; an XII *de Clém. VII.*

Biblioth. de Carpentras, ms. n° 113.

1709 17 octobre 1390.

Translation de François de Conzié à l'archevêché de Toulouse, par le pape Clément VII.

VENERABILI fratri *Francisco episcopo, olim archiepiscopo Arelatensi, in archiepiscopum Tholosanum electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, pot. sibi ple. tradita, eccl. pretulit universis, plena vig. solicitudo requirit, ut ipse circa cujusl. statum ecclesie sic vigil. exc. sicque prospiciat diligenter, quod per ejus provid. circumsp. nunc per simpl. prov. officium, nunc per min. transl. accommode, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, per quem ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, preserventur a noxiis, et votive prosperitatis successibus gratulentur. Dudum siquidem bo. me. Goffredo, archiepiscopo Tholosano, regimini Tholosane ecclesie presidente, fel. rec. Gregorius papa XI, predecessor noster, cupiens eidem ecclesie cum vacaret per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ejusdem ecclesie ordinationi et dispositioni sue, ea vice, specialiter reservavit, ac decrevit ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum ipsius Goffridi archiepiscopi, qui dicto predecessore vivente, extra romanam curiam diem clausit extremum, vacante, ac deinde predecessore ipso per eum dicte ecclesie non proviso, sicut Domino placuit, ab hac luce subtracto, nos divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti, predictam ecclesiam bo. me. Johanni, patriarche Alexandrino, ex certis causis, de fratrum nostrorum consilio auct. apost. commendavimus, per eum donec viveret, et ecclesie Alexandrine preesset, tenendam, regendam et etiam gubernandam ; et subsequenter, cupientes eidem eccl. Thol. per ejusdem sedis provid. ut. et yd. pref. pers., prov. ejusdem eccl. ord. et disp. n. duximus ea vice sp. res., decernentes ex t. i. et i. si se. per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari. Cum autem postmodum idem patriarcha fuerit extra romanam curiam vita functus, nos ad provisionem ipsius Tholosane ecclesie, secundum premissa vacantis, celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se int. potuit neque potest, res. et decr. obs. supradictis, ne ipsa Thol. eccl. longe vac. subjaceret incommodis, pat. et soll. st. intendentes, post del. quam de pref. eidem Thol. eccl. per. ut. et etiam fruct. cum eisdem fra. ha. dil., demum ad te archiepiscopum Arelatensem, camerarium nostrum, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam Altissimus insignivit, et quod tu qui regimini Arelatensis ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, eandem Tholosanam ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, salubriter regere et feliciter gubernare, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam eidem Tholosane ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo ipsi Arel. eccl. cui tunc preeras tenebaris, de dict. fra. con. et ejusdem pot. ple. absolventes, te ad eandem Tholosanam ecclesiam eadem auctoritate transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Tholosane ecclesie in spirit. et temp. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad ipsam Tholosanam ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata Thol. ecclesia, per tue industrie et circ. fructuosum studium, gra. tibi ass. divina, regetur ut. et pros. dirigetur, grataque in eisdem sp. et temp. susc. incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quat. imp. tibi a Do. onus reg. dicte eccl. Tholosane suscipiens rev., curam et adm. predictas sic geras sol., fid. et prud., gregem dom. in illa tibi commissum doctrina ver. et op. informando, quod ipsa eccl. gu. pro. et fruct. adm. gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laud. tuis actibus latius diffundatur, tuque proinde, preter et. ret. premium, nostre benivolentie gratiam uberius valeas promereri. Datum apud Bellicadrum, Arelatensis diocesis, XVI. kalendas novembris, anno XII.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Clement. VII. t. LVII (an. XII, p. 2), f° non pag.

1710 19 septembre 1391.

Translation de F. de Conzié à l'archev. de Narbonne.

VENERABILI fratri *Francisco episcopo, olim archiepiscopo Tholosano, in archiepiscopum Narbonensem electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut ipse circa cujuslibet statum ecclesie, sic vigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, per quem ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, preserventur a noxiis et votive prosperitatis successibus gratulentur. Dudum siquidem, bone memorie Johanne, archiepiscopo Narbonensi, Narbonensis ecclesie regimini presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, utilem et ydoneam per apostolice sedis providentiam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duximus, ea vice, specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari. Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Johannis archiepiscopi, qui extra romanam curiam diem clausit extremum, vacante, nos, vacatione hujusmodi fide-

dignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos, hac vice, se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ipsa ecclesia longe vacationis subjaceret incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam hujusmodi habuimus diligentem, demum ad te archiepiscopum Tholosanum, camerarium nostrum, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam Altissimus insignivit, et quod tu, qui regimini Tholosane ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, eandem Narbonensem ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, salubriter regere et feliciter gubernare, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam eidem Narbonensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo ipsi Tholosane ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad eandem Narbonensem ecclesiam eadem auctoritate transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad ipsam Narbonensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata Narbonensis ecclesia, per tue industrie et circumspectionis studium, gratia tibi assistente divina, regetur utiliter et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis dicte ecclesie Narbonensis suscipiens reverenter, curam et administrationem predictas sic geras solicite, fideliter et prudenter, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, quod ipsa ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque proinde preter eterne retributionis premium, nostre benivolentie gratiam uberius valeas promereri. Datum Avinione, XIII. kalendas octobris, anno tertio decimo.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Clement. VII. t. LXI (an. XIII, p. 1), f° 223.

1711 26 février 1393.

François de Conzié, camérier de Clément VII, assigne 25 florins par jour à Pierre de Luna, envoyé par le pape au roi et à l'université de Paris.

Denifle, *Chartul. univers. Paris.*, t. III, p. 599.

1712 1394.

Clément VII envoie son camérier à Paris ; il partit d'Avignon le 13 mars : Die veneris XIII marcii recessit dom. camerarius, missus apud Parisius per dominum nostrum. — Die XIII presentis mensis marcii, dom. camerarius ivit Parisius. — *Il fut de retour le 3 août :* Ista die fuit reversus dom. [camerarius] de Parisius.

Denifle, *Chartul. univers. Paris.*, t. III, p. 616.

Voir encore les nos 55-6, 58-60 et 62 de *l'Invent. des chartres de la maison de Baux*, par L. Barthélemy, p. 538-40.

1713 Février 1399.

Item stant las gualeyas [a] aqui on desus es dig, lo camarlenc del papa fon mandat per ambaysador a l'amiral et al capitany [b] de las gualeias, per veser de metre la causa [c] en acord, et fon mandat la dig monssen lo camarlenc per lo colegi [d] e per la sieutat d'Avinhon.

Chronique de Bertrand Boysset, A, f° 31 v° (Ehrle, p. 355) ; C (Fassin, p. 53*).

D'après son épitaphe (*Gallia christ.*, t. VI, c. 100-1 ; Saxi, p. 332 ; Trichaud, t. III, p. 265-6 ; F. Mugnier, p. 410), François de Conzié mourut le 31 déc. 1432/1.

1714 10 février 1431/2.

Bulle d'Eugène IV, accordant au cardinal Louis Aleman, la jouissance d'une maison à Avignon, quam bo. me. Franciscus archiepiscopus Narbonen., olim camerarius, *avait obtenue de Benoît XIII et qui* per ejusdem archiepiscopi obitum vacet. Datum Rome, apud S. Petrum, anno Inc. Domini 1431, quarto idus febr., an. 1.

Arch. Lateran. Eugenii IV, 1431, an. 1, lib. 8, f° 245 v°.

RAIMOND III, 1390.

1715 14 mars 1390.

Accusations et procédures contre Raimond, archevêque d'Arles, de l'obédience de Rome.

Bonifacius etc. dilecto filio Angelo tit. S. Laurentii in Damaso presbitero cardinali, apostolice sedis legato, salutem etc. Ad audientiam nostram, non sine magna mentis nostre turbatione, pervenit quod filius iniquitatis Raymundus, archiepiscopus Arelatensis, sue salutis suique debiti, et pontificalis ordinis parum memor, quibusdam suis secum ascitis in hac parte complicibus, carissimum in Christo filium nostrum Ladislaum, regem Sicilie illustrem, cujus dictus Raymundus, quoad bona temporalia Arelatensis ecclesie, subditus erat, exquisitis modis, in civitate Gajetana, simulata familiaritate, et alias mentita devotione ac fidelitate, veneno necare tentavit, et ad id, quantum in se fuit, opem et operam adhibuit efficaces, crimen lese majestatis, necnon graves penas et sententias, juris et hominis, in talia perpetrantes promulgatas dampnabiliter incurrendo. Propter quod, cum contra eum in dicta civitate raptim gravis infamia surrexisset, ibidem captus tandem fuit, prout est, tuis carceribus mancipatus. Nos igitur, attendentes quot, ex immanitate hujusmodi excogitati facinoris, quod ne manciparetur effectui, ipse Deus, cujus in ea parte agebatur causa, sua pietate prohibuit, si, quod absit, in effectum prodisset, tam ecclesie Romane quam reipublice et statui regni Sicilie, ac terre citra Farum, mala, scandala et pericula, et quot hostibus et rebellibus ecclesie et regis predictorum fomenta audacie ac temeritatis erant verisimiliter proventura ; et propterea, ne tam enorme notoriumque facinus in exempli pessimi damnosam perniciem transeat impunitum, et ne ex hujusmodi impunitate, honestatis ruptis habenis et jurium veritate contempta, peccandi avidis et audacibus

a. E. galeias. — b. E. c-ni. — c. E. quausa. — d. E. colege.

similia vel pejora tentandi proveniat appetitus, et ut pena unius exemplum sit multorum : super hiis de optimo remedio providere cupientes, circumspectioni tue, de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus predicto Raymundo in eisdem tuis carceribus, absque evasionis periculo, et cum omni exacta diligencia conservato, ipso necnon complicibus hujusmodi, si persone ecclesiastice fuerint, et aliis, vocatis qui fuerint evocandi, super premissis, etiam ex officio, summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura judicii, inquiras auctoritate nostra diligencius veritatem. Et si, per inquisitionem hujusmodi, premissa inveneris veritate fulciri, eundem Raymundum, et hujusmodi complices, si, ut premittitur, ecclesiastice persone fuerint, auctoritate predicta sentencialiter declares ea perpetrasse, et propterea reos esse criminis lese majestatis, ac penas et sent. hujusmodi, juris et hominis, in talia perpetrantes, ut prefertur, promulgatas incurrisse, ipsumque Raymundum ab archiepiscopatu Arelatensi ejusque commodo et honore deponendum, eumque et complices hujusmodi, si, ut prefertur, ecclesiastice persone fuerint, omnibus beneficiis ecclesiasticis, que quomodolibet obtinent, privandos et ab eis realiter amovendos fore ac deponendos, prives et amoveas, et ad predicta et quelibet dignitates et beneficia ecclesiastica obtinenda inhabilitandos fore, et inhabiles ; necnon omnia et singula bona, mobilia et immobilia, ac jura ad eos et eorum quemlibet quomodocumque pertinentia, confiscanda et apostolice camere applicanda fore, ere tamen alieno deducto, et confisces et applices ; et insuper, per te vel alium ad id ydoneum, forma juris a sanctis patribus tradita in talibus plenius observata, ipsum Raymundum ab episcopali dignitate seu gradu, eumque et complices supradictos, si ut premittitur, ecclesiastice persone fuerint, ab omnibus ordinibus, ad quos alias, rite vel per saltum promoti sunt, verbaliter et actualiter degradandos fore et degrades ; ipsosque sic degradatos seculari curie tradendos fore ac tradas, alias puniendos juxta canonicas sanctiones. Contradictores etc. Non obstantibus... Datum Rome, apud Sanctum Petrum, II. idus marcii, anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 312, fo 140 (Urban VI. Secrete an. XII. Bonif. IX. de curia an. I-III). RAYNALDUS, *Ann. eccles.*, a. 1390, nº 16.

JEAN V DE ROCHECHOUART, 1390-1398.

Il était archidiacre de Hainaut dans l'église de Cambrai et simple minoré quand le pape le créa évêque.

1716 — 28 novembre 1358.

Bulles de Jean de Rochechouart pour l'évêché de Conserans.

DILECTO filio *Johanni, electo Conseranensi*, salutem. Dum juxta pastoralis officii debitum attenta meditatione pensamus quam sit onusta dispendiis, que et quanta pericula secum trahat ecclesiarum vacatio diuturna, opem et operam, quantum nobis ex alto permittitur, adhibemus ut hujusmodi ecclesiis que vacationis incommodis exponuntur, de celeris et salubris provisionis remedio succurratur, ne illarum provisione protracta, sustineant in spirit. et temp. detrimenta. Dudum siquidem bo. me. Canhardo, episcopo Conseranensi, regimini Conseranensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie cum vacaret, per ap. sedis providentiam ut. et yd. pres. personam, prov. ejusdem eccl. ord. et disp. nostre duximus ea vice sp. reservandam, decernentes ex t. i. et i. si se. s. hiis a quoq. quavis auct. sc. vel. ign. cont. attemptari. Postmodum vero eadem ecclesia per ipsius Canhardi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, pastoris regimine destituta, nos vacat. hujusm. fidedignis rel. intellecta, ad prov. ejusd. eccl. cel. et fel., de qua nullus pr. nos hac vice se intro. potuit neque potest, res. et decr. obs. supradictis, ne dicta ecclesia longe vacationis subjaceret incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te archidiaconum Hannonie in ecclesia Cameracensi, capellanum nostrum, in minoribus ordinibus constitutum dumtaxat, quem litterarum scientia, vite ac morum honestate, ac aliis multiplicium virtutum meritis, prout familiari experientia novimus, laudabiliter insignitum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua predicte ecclesie Conseranensi, de dictorum fratrum nostrorum consilio, auct. apost. providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Conseranensis tibi in spirit. et temp. plenarie committendo. Firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata Conseranensis ecclesia, gratia tibi ass. divina, per tue circ. industriam et providentiam circ., salutaria suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tue per ap. scr. mand., quat. imp. tibi onus a Do. dev. suscipiens, curam et adm. ipsius Conseranen. eccl. sic ex. studeas sol., fid. et prud. quod ipsa Conseranensis ecclesia gub. prov. et fruct. adm. gaudeat se commissam, tuque, preter et. retr. premium, nostram ac sedis pred. gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione, IIII. kalendas decembris, anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Innocent. VI. t. XVIII, fº 325 vº.

1717 — Avignon. 29 janvier 1361.

Translation de Jean de Rochechouart à l'évêché de Saint-Pons de Thomières.

VENERABILI fratri *Johanni, episcopo Sancti Poncii Thomeriarum*, salutem et apost. bened. Credite nobis dispensationis urgemur officio, ut qui dispositione divina, cunctis eccl. pot. ple. presumus, singularum utilitatibus, cum possumus, sic prospiciamus solicite, sic vigilanter et salubriter intendamus, ut per nostre att. instantiam, nunc per simpl. prov. officium, nunc vero per min. transl. acc., prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, et ecclesiarum ipsarum utilitas persuadet, ecclesiis sing. pastor acc. ydoneus et rector prov. deputetur, ut eccl. ipse, sup. fav. aux. suffragante, votive prosp. succ. gratulentur. Hodie siquidem ecclesia Sancti Pontii Thomeriarum ex eo pastoris solatio destituta, quod nos ven. fratrem nostrum Petrum,

Magalonensem, tunc Sancti Poncii Thomeriarum episcopum, apud sedem apostolicam constitutum, a vin. quo ipsi eccl. S. Poncii Thom. cui tunc preerat, tenebatur, de fra. n. cons. et ap. pot. ple. absolventes, cum ad Magalonensem ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo ipsum eidem Magalonensi ecclesie in episcopum et pastorem, nos ad provisionem ejusdem ecclesie Sancti Poncii Thomeriarum celerem et felicem, ne longe vacationis subjaceret incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam super hiis, cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te tunc episcopum Conseranensem, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam, prout fidedignis testimoniis [acc.], Altissimus insignivit, et quod tu, qui Conseranen. ecclesie hact. laud. prefuisti, eandem S. Poncii Thom. eccl. scies et poteris prudenter regere et feliciter gub., convertimus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam ipsi Sancti Poncii Thomeriarum ecclesie, quam ejus gregi dominico salubriter et utiliter providere, te etiam apud sedem predictam constitutum, a vinculo quo ipsi Conseranensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Sancti Poncii Thomeriarum ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et adm. ipsius S. Poncii Thom. eccl. tibi in sp. et temp. ple. committendo, liberamque tibi dando lic. ad pref. S. Poncii Thom. eccles. transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus tuos, prefata Sancti Poncii Thomeriarum ecclesia, per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum, gratia tibi assistente divina, regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque in eisdem spirit. et temp., auctore Domino, suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quat. ad dictam S. Poncii Thom. eccl. cum gra. n. ben. accedens, curam et adm. predictas sic ex. studeas solicite, fid. et prud., gregem dominicum in illa tibi cred. doctrina v. et op. informando, quod ipsa gu. prov. et fruct. adm. gaudeat se comm., tuque exinde, preter divine retr. premium, nostre et sedis predicte bened. et gratiam valeas uberius promereri. Datum Avinione, IIII. kalendas februarii, pontificatus nostri anno nono.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Innocent. VI. t. XXVI (an. IX, p. 2), f° 28 v°.

1718 30 mai 1382.

Translation de Jean de Rochechouart à l'archevêché de Bourges.

VENERABILI fratri *Johanni, episcopo olim Sancti Poncii Thomeriarum, in archiepiscopum Bituricensem electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut ipse circa cujuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum, per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam, salubriter dirigat et informet, ac bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Sane, ecclesia Bituricensi ex eo vacante quod nos hodie venerabilem fratrem nostrum Bertrandum episcopum, olim archiepiscopum Bituricensem, in patriarcham Jerosolimitanum electum, a vinculo quo ipsi ecclesie Bituricensi, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Jerosolimitanam tunc vacantem, auctoritate apostolica duximus transferendum, preficiendo eum eidem Jerosolimitane ecclesie in patriarcham et pastorem; nos ad provisionem ipsius Bituricensis ecclesie celerem et felicem, ne ecclesia ipsa Bituricensis longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, ac cupientes eidem Bituricensi ecclesie talem presidere personam, que sciret, vellet et posset ipsam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post deliberationem quam de preficiendo eidem Bituricensi ecclesie personam hujusmodi, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te episcopum Sancti Pontii Thomeriarum, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam, sicut testimoniis fidedignis accepimus, divina gratia insignivit, quodque tu, qui regimini ecclesie Sancti Poncii Thomeriarum hactenus laudabiliter prefuisti, dictam Bituricensem ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, utiliter et salubriter gubernare, nostrum animum duximus dirigendum. Intendentes itaque tam dicte Bituricensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo eidem Sancti Poncii Thomeriarum ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio, et predicte apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Bituricensem ecclesiam auctoritate predicta transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem dicte Bituricensis ecclesie tibi, in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad eandem Bituricensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod tuos actus et opera illius clementia dirigente a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Bituricensi ecclesie, per tuam diligentem solerciam tuumque ministerium curiosum, honoris et prosperitatis multiplicium votiva provenient incrementa. Quocirca, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis dicte Bituricensis ecclesie devote suscipiens, sic ipsius regimen solicite studeas exercere, gregem dominicum in ea tibi creditum doctrina verbi et operis, juxta datam tibi a Domino prudentiam, informando, quod dicta ecclesia Bituricensis, per tue operationis ministerium fructuosum, votivis jugiter proficiat commodis, et successibus prosperis augeatur, ac tu proinde divinam misericordiam, et dicte sedis ac nostram benedictionem ac gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, III. kalendas junii, anno quarto.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Clement. VII. t. XXIV (an. IV, p. 1), f° 45.

1719 17 octobre 1390.

Provisions de Jean de Rochechouart, pour l'archevêché d'Arles, par le pape Clément VII.

Venerabili fratri *Johanni episcopo, olim archiepiscopo Bituricensi, in archiepiscopum Arelatensem electo*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis solicitudo requirit, ut ipse circa cujuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam, salubriter dirigat et informet, ac bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Sane, Arelatensi ecclesia ex eo vacante quod nos hodie ven. fratrem nostrum Franciscum, episcopum, olim archiepiscopum Arelatensem, in archiepiscopum Tholosanum electum, a vinculo quo eidem ecclesie Arelatensi, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Tholosanam tunc vacantem auct. apost. duximus transferendum, preficiendo ipsum eidem Tholosane ecclesie in archiepiscopum et pastorem ; nos ad provisionem ipsius Arelatensis ecclesie celerem et felicem, ne longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem Arelatensi ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus predictis habuimus diligentem, demum ad te archiepiscopum Bituricensem, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam Altissimus insignivit, et quod tu, qui regimini ecclesie Bituricensis hactenus laudabiliter prefuisti, eandem Arelatensem ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, salubriter regere et feliciter gubernare, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam eidem Arelatensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo eidem Bituricen. eccl., cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fr. con. et predicte pot. plenitudine absolventes, te ad prefatam ecclesiam Arelatensem, auctoritate predicta, transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Arelatensis ecclesie tibi in spirit. et temp. plenarie committendo, liberamque tibi dando licentiam ad eandem Arelatensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata Arelatensis ecclesia, per tue industrie et circumspectionis studium, gratia tibi assistente divina, regetur utiliter et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spir. et temp. suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus imp. tibi a Domino onus regiminis dicte Arelaten. ecclesie devote suscipiens, sic ipsum solicite studeas exercere, gregem dominicum tibi creditum doctrina verbi et operis informando, quod dicta Arelatensis ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque, preter eterne retributionis premium, nostre benedictionis gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum apud Bellicadrum, Arelatensis diocesis, XVI. kalendas novembris, anno duodecimo.

In eodem modo : Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis ; — Ludovico regi Sicilie.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Clement. VII. t. LVII (an. XII. p. 2), non fol.

1720 24 février 1391.

Sentence du grand-vicaire de l'archevêque d'Arles en faveur de la chapellenie de Bertrand Marrel, à St-Lucien.

Biblioth. d'Arles, ms. 420, n° 1.

1721 28 août 1391.

Clavarius r^mi in Xpisto patris et domini dni Johannis, miseratione divina s. Arelatensis ecclesie archiepiscopi. (Laudimium).

Archev. d'Arles. Reg. Brièves notes (notaires), f° 437.

1722 9 janvier 1392.

Partage d'un dauphin pêché en haute mer.

... Rev. in Chr. p. et d. dno Johanne.. s. Arelat. ecclesie archiepiscopo et principe presidente, existentes et personaliter constituti apud Arelatem, infra palatium archiepiscopale.., *trois* piscatores de Arelate, in presentia ven. et emin. viri dni Hugonis de Genassio, in decretis licent., vicarii generalis et officialis totius archiepiscopatus Arelat. in spiritual. et tempor. pro dicto d. archiepiscopo et principe, ubi... exposuerunt quod iidem piscatores, piscantes infra mare magnum territorii dicte civitatis Arelat., piscaverunt atque ceperunt unum piscem juvenem delphinum, vulgariter hic nominatum la fera, et eum portaverunt ad hanc civitatem Arelat. eumque reposuerunt in domo Duranti Adhemarii ; et quia certa pars dicte fere pertinet et spectat dicto d. archiepiscopo et principi, et nobili Alziassio Porcelleti et monialibus prioratus de Mollegesio Arelatis, idcirco... requisierunt... dict. d. Hugonem de Genasio... necnon et.. mag. Hugonem de Auronis, notarium, procuratorem dicti d. archiepiscopi et princ., ac d. Raymundum Michaelis, clericum, ut locum tenentem ven. viri d. Arnaldi Marcialis, presbit., clavarii palatii predicti archiepiscopi, quathenus ad dict. locum ubi erat dicta fera accederent et ipsam f., prout est anterius fieri solitum, dimidiarent sive dividerent, et partem sive jus contingentem ad ipsum d. archiepiscopum et princ. reciperent. *Le dauphin est partagé en quatre parties* per Guillelmum Sorberie, alias Cardinal, peissonerium, qui similem piscem alias inter dict. partes diviserat ; *les procureurs de l'archevêque et du clavaire en reçoivent* 2, nob. Alziassius Porcelleti, filius et heres nob. Raynaudi Porcelleti, *la 3e et on réserve aux religieuses de Molégès la 4e ;* present... Johanne de Via, priore ecclesie parroch. S. Luciani Arelat.,...

Archev. d'Arles. Reg. *Ludovici*, f° 92. Bonnemant, t. I, p. 116.

1723 1393-4.

L'an M.CCC.LXXXXIII [a], lo jorn XXIIII de desembre, fon pendut I home..., que demorava en lo luoc de Pelisana a [b] Trenquatalhas... Item, demoret l'home sus las forcas [c] un an ; et apres fon despendut e sevelit [d] de nueg [e] en lo sementeri de Sant Peyre [f] de Trenquatalhas, de licencia [g] de l'arsivesque d'Arle.

Chronique de Bertrand BOYSSET, *A*, f° 40 v° ; *B*, f° 21 r° (Ehrle, p. 345) ; *C* (Fassin, p. 28*).

1724 3 septembre 1395.

... R^mo in Xpisto patre et domino dno J., div. provid. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe presidente,... *Appel de l'abbesse de St-Césaire contre un ordre de* ven. et circ. viro dno Geraldo Charvalli, in legibus licent., vicario generali et officiali Arelat. ac appellationum judici...

Voir la pièce à l'abb. de St-Césaire d'Arles.

1725 14 janvier 1395/6.

... R^mo in Xpisto patre et domino dno Johanne perm. div. s. Arelat. ecclesie archiepiscopo et principe presidente,... coram ven. et emin. viro d. Geraudo Charvalhi, *ut supra*.

Voir la pièce à l'abb. de St-Césaire d'Arles.

1726 1396 ?

Reverendissimo in Xpisto patri et domino dno Jo. misericordia [Dei] sancte Arelatensis ecclesie ar[chi]-episcopo et principi, domino suo benefactori.

« Suprascriptio » d'une lettre de Bertrand Boysset à l'archevêque (ms. A, f° 70 v°) ; commun. par M. F. Novati.

1727 Arles, 29 mars 1397.

LO REY D'ARAGON. — L'an M.CCC.LXXXXVII, lo jorn XXVIIII del mes de mars, que fon dijous [h], de matin [i] intret en Arle lo rey d'Aragon, per son non apelat lo rey Martin, e venc an VII gualeias [j] armadas, et aribet a Trenquatalhas et aqui pres terra ; et an lo port s'en paset en Arle et al pe del trapon, que es a l'intrar d'Arle, fon la profession de san Trofeme, e las gens de la villa, que lo reseuperon [k] an grant honor. Item, aqui lo rey s'ajenolhet [l] e baiset la cros ; et apres si surgi [m] et anet a San Trofeme, lo paly estendut desus lo rey. Item, quant foron a l'intrar de la gleysa de San Trofeme, lo y fon monssen Johan de Rocachoart, arsivesque d'Arle, parat e revesti, an sa mitra sus la testa, loqual fes reverensia [n] al rey ; et apres la reseup an grant honor, e s'en intreron tots [o] ensems en la gleysa [p], l'arsivesque anet dereyre [q] lo paly, en tro l'autar major, et aqui lo rey auzit mesa. Lo cap de san Trofeme era sus l'autar, e l'arca [r] era uberta. Item, dicha la mesa, lo rey si [s] retornet an lo paly estendut sus la testa, entro lo port del Rose [t] ; et an lo port paset a Trenquatalhas, e de Trenquatalhas montet sus gualeia [u], et aqui si dinet. Item, si dinet an luy lo quardenal de Pampalona [*Martin de Salva*] e l'arsivesque d'Arle, l'avesque de Malhorquas [*Louis de Prades*], l'avesque......... e monssen Johan d'Alzen [v], protonotari del Papa [*et doyen de Villeneuve*], e motos d'autres senhos. *Le roi partit ensuite pour Avignon.*

Chronique de Bertrand BOYSSET, *A*, f° 54 v° ; *B*, f° 24b (Ehrle, p. 349) ; *C* (Fassin, p. 49).

a. *E.* L'an que desus [*1394*]. — b. *E.* castel de P. en lo castel de. — c. *E.* forquas. — d. *E.* sebelit. — e. *E.* nuegz. — f. *E.* Peire. — g. *E.* lese-a. — h. *E.* digous. — i. *F. omet* de m. — j. *E.* gal-s. — k. *E.* r-pron. — l. *E.* aiuvelhet. — m. *E.* sorgi. — n. *E.* revensia. — o. *E.* totz. — p. *E.* gleisa. — q. *E.* dereire. — r. *E.* arqua. — s. *E.* s'en. — t. *E.* Roze. — u. *E.* galeia. — v. *E.* d'Alsen.

1728 Arles, 12 mai 1397.

Le roi d'Aragon partit d'Avignon et vint coucher sur une de ses galères devant Fourques. Lo cardenal...... dormi a l'archivesquat [a], en la quambra [b] de l'arsivesque [c].

Chronique de Bertrand BOYSSET, *A*, f° 55 v° ; *B*, f° 26 r° (Ehrle, p. 350) ; *C* (Fassin, p. 50).

1729 6 juillet 1397.

PORT MUDAT. — L'an que desus [d], lo jorn VI de jul, fon mudat lo port al portal de Monpeylier [e], per despieg de monssen [f] Johan^e de Rocachoart [g], arsivesque [h] d'Arle, per alcunas estorcions [i], laqual pretendien gens, que fasie [j] far als ufficies [k] sieus a Trenquatalhas [l] a motas [m] gens, que pasavan per aquel luoc ; laqual causa [n] non fon ver. Item, sachas [o] que lo fes mudar lo port sobredig Jo. Rostan *et sept autres*, ed autres per autras malenconias e [p] per alcunas demandas, laqual fazie [q] far justamem monssen [r] l'arsivesque d'Arle als davant [s] nomatz [t] et a pluros d'autres. Item, feron mays far motas antas e dezonor e naframens a las gens de l'ostal d'Arle de l'arsivesque d'Arle per St. d'Aurelhac *et sept autres*. Item, los davant nomatz [u] feron tant et dieyseron que la cort rial o pres per tal maniera que tot cuyet anar a destrucion [v].

Chronique de Bertrand BOYSSET, *A*, f° 56 r° (Novati, p. 544-5) ; *B*, f° 26 v° (Ehrle, p. 351) ; *C* (Fassin, p. 50).

1730 24 août 1398.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, amen. Anno ab Incarn. ej. 1398, et die sabbati 24 mensis augusti, rever^mo in Xpisto patre et domino dno Johanne mi. di. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe presidente et domino castri Sallonis existente, ... Johannes Comitis, familiaris re^mi in Xpisto patris et d. n. d. Johannis, mi. di. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopi et principis,... *présente pour l'exécution* patentes litteras a re^mo in Xpisto patre et d. d. Bertrando, mi. di. episcopo Sabinensi, S. R. E. cardinali, conservatore privilegiorum sibi in favorem familiarium suorum continuorum, et commensalium, super fructibus beneficiorum suorum percipiendorum auctoritate apost. concessorum, sub anno Domini 1398 et die 26 mensis junii.

Arch. des B.-du-Rh. St-Sauveur d'Aix, orig. parch.

1731 Villeneuve-lès-Avignon, 6 novembre 1398.

Dernières dispositions de l'archev. Jean de Rochech.

In nomine Domini. Anno a Nat. ejusdem 1398, indict. 6, die vero 6 mensis novembris. Noverint universi et singuli, presentes pariter et futuri, quod cum re^mus dns

a. *E.* asi-t. — b. *E.* cambra. — c. *E.* as-e. — d. *N.* M.CCC. LXXXXVIJ. — e. *E.* Monpeilier. — f. *E.* monsen. — g. *N. E.* Jo. de Rocha-t. — h. *N.* archi-e, *E.* arci-e. — i. *N.* storsions, *E.* es-s. — j. *N.* fazie. — k. *N.* ufi-s, *E.* uficials. — l. *N.* Trenquant-s, *E.* Trenquet-s. — m. *N.* pluros. — n. *N.* cauza. — o. *E.* sapias. — p. *E. et F. om.* ed... e. — q. *F.* fasie. — r. *E. et F. om.* j. m. — s. *N.* danant. — t. *E.* nonnatz, *F.* nomat. — u. *N.* nonnatz. — v. *E. et F. om.* Item feron *à fin*.

Johannes de Ruppecavardi, Dei gratia *Arelatensis archiepiscopus et princeps*, in suo ultimo per eum condito testamento, nonnullas fecisset ordinationes, inter quas suis familiaribus et servitoribus mandabat per executores suos de stipendiis suis, in quibus ipse dns archiepiscopus dictis servitoribus tenebatur, super bonis suis satisfieri, nisi magis in specie ordinaret satisfactionem fieri ante mortem suam. *Ipse, inquam, dns archiepiscopus, in sua bona, sana et valida memoria existens, licet corporali infirmitate detineretur*... voluit et ordinavit... tradi, solvi et expediri ven. viro dno Arnaldo Martialis, presbitero familiari suo,... summam 40 scutorum de cugno regis Franchorum..., volens dictus dns archiepiscopus et [...] michi notario publico infrascripto ut... conficiam publicum instrumentum... Acta fuerunt hec Villenove prope Avinionem, in domo Raymundi de Montiliis, presentibus ibidem rev. in Xpisto patre et domino dno Johanne Dei gratia episcopo Aptensi...

Chartrier de Mondragon, n° 133. « Il est constant que l'archevêque de la Rochechouard, se trouvant malade à Avignon, fit son testament en 1398, le sixiesme de novembre » (Note de Jean Raybaud, dans Bonnemant, t. II, p. 304).

1732 Villeneuve-lès-Avignon, 13 décembre 1398.

Mort de l'arsivesque d'Arle [*Jean de Rochech.*]

L'an M.CCC.LXXXXVIII [a], a XIII [b] de desembre [c], mori monssen [d] Johan de Rochachoart, arsivesque [e] d'Arle, e mori en lo luoc de Vilanova prop d'Avinhon e dormi ad Chartroses de Vilanova. Item, mort que fon, madama Maria, mayre [f] del rey Lois, pres tota la despuelha, laqual atrobet en l'arsivesquat [g] d'Arle ; laqual despuelha valie plus de XV M. florins [h], et aquo pres [i] tot de fag, coma [j] parenta que era del sobredig arsivesque [k] [1]. Item, fes metre la bandiera del rey Lois desus una tore [l] de l'arsivesquat [g] d'Arle, et aqui demoret tant tro que lo vent l'a [m] tota brisada.

Chronique de Bertrand Boysset, *A*, f° 37 ; *B*, f° 352 (Ehrle, p. 352) ; *C* (Fassin, p. 57 b) ; *D* (*Gallia christ. nova*, t. I, c. 1328).

Vacance du siège, 1398-1404.

1733 26 septembre 1399.

Lettre de Louis II, roi de Sicile et comte de Provence, nobil. viris Matheo de Bellavalle, scutiferie nostre scutifero, et Petro de Bornanno, armigeris. Cum, pro expedienciis occurrentium onerum quibus cotidie nostra premitur curia..., deliberaverimus fructus... et temporalia archiepiscopalis ecclesie civitatis nostre Arelatis, presule nunc destitute, recipere et habere diebus istis ad usum curie nostre... ; *il les charge de recueillir les fruits de la mense et de les vendre*. Dat. in civit. Arelatis, sub sigillo nostro secreto, die XXVI sept., octave indict., a° Dni MCCC nonagesimo nono, regnor. nostr. a° sexto decimo. Per regem ore proprio ?? Le Page.

Reg. d'Antoine Olivari, not. d'Arles, 1399, f° 29 v°. Bonnemant, t. III, n° 5.

1734 1er octobre 1399.

... Nobiles viri Matheus de Bellavalle, scutifer scutiferie, et Petrus de Bornanno, armiger, familiares ser^{mi} principis d. n. Ludovici II,... confessi fuerunt... discr. dno Guillelmo Glause, canonico ecclesie S. Trophimi Arelaten. clavarioque et receptori... bonorum .. et proventuum spectantium ad archiepiscopatum civitatis Arelat., nunc carentem pastore seu rectore per mortem rev^{mi} in Chr. pat. et dni d. Johannis, mis. div. dicte ecclesie archiepiscopi, cujus anima in pace requiescat, ad hoc electo et deputato per rev. d. Stephanum de Anglada, licentiatum in decretis, ejusdem ecclesie prepositum, vicarium generalem et administratorem pro ven. capitulo dicte ecclesie in spiritualibus et temporal..., et per dict. dominum nostrum regem et comitem, ad quem omnia spolia et vaccantia quorumcumque archiepiscopatuum, episcopatuum, monasteriorum et ecclesiarum in comitatibus Provincie et Forcalquerii constitut., spectantia ad cameram sive apostolicam s. sedem, tam per sa. me. recol... Clementem... summum pontificem VII, quam per... dom. Franciscum... archiepiscopum Narbonen. et apostolicum camerarium concessa, tributa et assignata fuerunt in solutum et in pagam certe magne pecunialis summe, in qua ex certa causa premissa camera sive sedes apostol. tenebatur et erat efficaciter obligata, extantibus super hoc bullis sive litteris papalibus, videl. fe. re. ill^{mo} principi dno Ludovico regi et comiti, genitori d. n. Ludovici II... ; se... recepisse... *en tout 770 florins* currentes, quolibet pro XII grossis argenti computato.

Même source ; et. t. II, p. 69.

1735 10 .... 1400.

Rev. in Xpisto patre dno dno H[arduino], div. providentia episcopo Andegavensi, administratoreque et vicario Arelaten. ecclesie presidente.

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier de Salon, n° 213.

1736 16 février 1400.

Petrus, mi. di. tit. S. Petri ad Vincula presb. cardinalis, discreto viro officiali capituli ecclesie Arelatensis, ad presens ipsa ecclesia pastore carente... *Lettre au sujet d'une religieuse de St-Césaire, où il est parlé de :* per rel. virum dominum Stephanum de Anglada, prepositum ecclesie Arelatensis, licenciatum in decretis, ac locumtenentem ven. in Xpisto patris dni Hugonis [*lire* Harduini], eadem mis. episcopi Andegavensis, vicarii et administratoris capituli prefate ecclesie in spiritualibus *(le fait où il était intervenu était de novembre ou décembre 1399).*

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire d'Arles. Notre-Dame, n° 33.

a. *G*. mil tres cents quatre vingts dex huich. — *b*. *G*. troge. — *c*. *E*. setembre (note : « Nach der Gallia christ. am 13 November » ; où ? t. I, c. 581, il y a : « Obiit.. die 13. Septembris » ; il se peut toutefois, d'après l'acte précéd., qu'il faille lire « novembre ») : *G*. septembre. — *d*. *E*. monsen, *G*. monssur. — *e*. *E*. *G*. arci-e. — *f*. *G*. maire. — *g*. *E*. a-scat, *G*. arci-t. — *h*. *E*. milia escutz, *G*. quinze mille escuts. — *i*. *G*. a aqueo per. — *j*. *G*. fach comma. — *k*. *G*. de s-dich arci-e *(fin)*. — *l*. *E*. 1a torre. — *m*. *E*. ac.

1. Sur cette parenté voir le P. Anselme, *Histoire généalog. de la maison de France*, 3e éd., t. I, p. 229 ; t. IX, p. 652 (Ehrle).

1737 24 avril 1400.

Harduin, évêque d'Angers, étoit vicaire général et administrateur des biens de l'archevêché d'Arles.

Reg. d'Ant. Olivari, not (Raybaud, dans Bonnemant, t. III, p. 304).

1738 Octobre 1400.

... Lo rey [Lois]... retornet en Arle e desendet [a] en l'ostal [b] de l'arsivesquat, et aqui demoret III jorns... Item, layset en Arle un senhor quavalier [c]... et un autre escudier... e d'autres asas, per far adobar l'ostal [d] de l'arsivesquat d'Arle... Item, tota la cort de l'intrar de l'ostal [e] de l'arsivesquat d'Arle fon enfustada et atendada....

Chronique de Bertrand Boysset, *A*, f° 61 ; *B*, f° 34 v° (Ehrle, p. 358) ; *C* (Fassin, p. 58).

1739 2 décembre 1400.

L'an M.CCCC [f], lo jorn segon de desembre, lo rey Lois esposet madama Violant sa molher, la regina novela, en la gleisa de San [g] Trofeme d'Arle ; e los donet lo cardenal d'Albana [*Nicolas Brancaccio*], lo camerlenc del papa present [*François de Conzié*] e motos avesques e prelas [h], e contes e grans [i] senhos presens aqui foron.

Chronique de Bertrand Boysset, *A*, f° 62 ; *B*, f° 37 r° (Ehrle, p. 361) ; *C* (Fassin, p. 60b).

1740 11 décembre 1400.

Loys, par la grace de Dieu roy de Jherusalem et de Sicile, duc d'Anjou, comte de Provence, de Forcalquier, du Maine, de Pymont et de Roucy, a notre amé et feal maistre Estive de Englata, prevost de l'eglise d'Arle, salut. Comme il soit ainsi que nous soions tenus a plusieurs personnes de notre cité d'Arle et de envyron..., en la somme de huit vings 19 liv. 11 soubz 8 den. tourn., a cause.. de certain... choses... pour employer et convertir en l'ouvrage que nous avons fait faire et ordonner en l'ostel de l'arcevesque de Arle pour la feste de nous noces,... vous mandons... que icelle somme vous paiez et contentez des deniers par vous receus... des fruiz et revenues de l'eglise de Arle... Donné en notre cite d'Arle, soubs notre seel secret... Par le roy, Boutevillan.

Étendu d'Ant. Olivari, not., 1400, f° 34 (Bonn., t. III, n° 6).

1741 11 janvier 1400 1.

... In presentia ven. dni Stephani de Anglada, prepositi ecclesie Arelaten., locumtenentis rev^mi in Ch. p. dni Hardoyni episcopi Andegaven., vicarii generalis et administratoris ecclesie Arelat., archipresule vaccantis per mortem... dni Johannis bo. me. dicte eccl. archiepiscopi, ac dni Guillelmi Glause, canonici predicte ecclesie, clavarii et receptoris reddituum domus archiepiscopalis, nob. Matheus de Bellavalle, scutifer dni n. Ludovici regis Jherusalem et Sicilie, *les requiert, au nom de son maître, de payer aux ayants droit la somme ci-dessus ;* responderunt quod si possibilitas adesset, ob honorem regium de presenti ministrarent dict. summam ; sed. quia desunt pecunie, id fieri non potest ; *ils promettent toutefois de solder en deux échéances, à Pâques et à Pentecôte.*

Même registre, f° 33 v° (Bonnemant, t. III, n° 6).

1742 10 février 1401.

Frayre Vincens en Arle. — L'an que desus [M.CCCC], lo jorn x [a] de febrier, venc un [b] fraire Predicador en Arle, per son non apelat frayre Vincens [c] [*Ferrier*], e prediquet a l'arsivesquat tres sermons generals e motos sermons autres ad [d] Predicados d'Arle, tant coma [e] demoret en Arle...

Chronique de Bertrand Boysset, *A*, f° 63 r° ; *B*, f° 38 v° (Ehrle, p. 362) ; *C* (Fassin, p. 67a ; *Romania*, t. X, p. 230).

1743 26 mars, 15 avril, 20 octobre 1401.

Domino Harduino, permissione divina Andegavensi episcopo, et sancte Arelatensis ecclesie vicario et administratore presidente.

Reg. Petri Bertrandi, not. Arel., 1401-2 (M. Arbaud).

1744 20 juin 1401.

Coram ven. et circumspecto viro dno Andrea Saladini, decretorum doctore, officiali Arelaten. pro r^mo in Xpisto patre et domino dno Hardoyno, permissione divina Endegaven. episcopo, vicario generali et administratore s. Arelaten. ecclesie... *Litige.*

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire. Reg. XIV (Camargues), n° 68, orig. parch.

1745 27 mai 1402.

L'an que desus [M.CCCC.II], lo jorn XXVII de may, lo rey Lois fes conbatre [f] lo leon d'Arle amb [g] un taur, d'enfra la cort de l'arsivesquat [h]....

Chron. de Bertr. Boysset, *B*, f° 42 r° (E., p. 366) ; *C* (F., p. 73a).

1746 25 août 1402.

Guillelmus [*Le Tort*], perm. div. Massilien. episcopus, vicarius generalis in spiritualibus et temporal. atque administrator sancte ecclesie Arelaten..., attendentes multiplicationem occupationum propter quam residentiam continue in civitate et diocesi Arel. facere non possumus..., confidentes insuper de probitate, *etc.* ven... et relig. viri Guillelmi Bruni, decretorum professoris, familiaris nostri, nostrum in civitate Arelat. officialem judicemque appellationum... ac locumtenentem nostrum ... constituimus ... Datum et actum Arelate, in domo sacristie Arelat.,...

Archev. d'Arles. Les Stes-Maries, 87. Belsunce, t. II, p. 575.

1747 29 août 1402.

Présentation à une chapellenie par Blanquète Baucet, veuve de noble Jean de Villemur, à l'évêque de Marseille, Guillaume, administrateur de l'église d'Arles.

Gallia christ. nova, t. I, c. 1328-9.

a. E. deis-t. — *b. E.* lo palais. — *c. E.* cavalier. — *d. E.* lo palays. — *e. E.* del palays. — *f. E.* IIII^c. — *g. E.* Sant. — *h. E.* prelatz. — *i. F.* grand.

a. B. v. — *b. E.* I. — *c. E.* Vinsens. — *d. E.* al. — *e. E.* con. — *f. E.* combatre. — *g. E.* leon anb. — *h. E.* a-seat.

1748 5 octobre 1402.

Coram ven. et circumpecto viro dno Guillelmo Bruni, decretorum doctore, officiali Arelatensi pro re^{mo} in Xpisto patre et dno dno Guillelmo, miserat. divina Massilien. episcopo et ipsius sancte Arelatensis ecclesie vicario generali et administratore. (*Lettres de pouvoir*).

Archev. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 113.

1749 23 octobre, 9 décembre 1402.

R^{mo} in Xpisto patre domino G. Dei gratia Massiliensi episcopo, et s. Arel. ecclesie vicario et administratore presidente...

Reg. Petri Bertrandi, not. Arel., 1401-2 (M. Arbaud).

1750 7 novembre 1402.

R^{mo} dno G. miser. divina episcopo Massilien., administratore s. Arelatensis ecclesie existente (*en tête d'une copie de l'acte du Livre vert de l'évêché de Mars., de 1364, où Guillaume Sudre reconnait avoir reçu du chapitre, des ornements, livres, etc.*) *Copie faite par le juge de Salon.*

Arch. des B.-du-Rh. La Major de Marseille.

1751 23 février 1402/3.

Ind. xi. Coram ven. et circumspecto viro dno Guillelmo Bruni, decretorum doctore, officiali Arelatensi, et locumtenente rev^{mi} in Xpisto patris et domini dni Guillelmi, perm. divina Massiliensis episcopi, vicarii generalis et administratoris sancte Arelatensis ecclesie, sede vacante...

Arch. des B.-du-Rh. Les Saintes-Maries, 87.

1752 29 avril 1403.

Pouvoirs de Philippe Sicard, abbé d'Aniane, pour gouverner l'église d'Arles.

Benedictus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Philipo, abbati monasterii Aniane, O. S. B., Magalonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Regimini universalis Ecclesie, quanquam immeriti, disponente Domino, presidentes, curis assiduis angimur et pulsamur insultibus successivis, ut ecclesie, presertim regulares, dirigantur salubriter et feliciter gubernentur, ac tales ad ipsorum regimina deputentur, quorum industria et virtute, ecclesie ipse continua, auctore Domino, spiritualiter et temporaliter suscipiant incrementa. Dudum siquidem ecclesia Arelatensi, O.S.A., pastore carente, quam, ex certis causis, ad manus nostras duximus sp. retinendam; nos igitur, ut dicta ecclesia salubriter et feliciter gubernetur providere volentes, ac de tua providentia, fidelitate, circumspectione et industria, specialem in Domino fiduciam obtinentes, te vicarium generalem et officialem in spiritualibus et temporalibus ecclesie predicte, ac curie officialatus Arelatensis, usque ad nostrum beneplacitum, auctoritate apostolica ordinamus, constituimus et etiam deputamus, curam, regimen, administrationem et gubernationem ecclesie ac curie predictarum, tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. Ut ipsam ecclesiam spiritualiter et temporaliter, juxta datam tibi a Deo prudentiam, regas, dirigas et augmentes, et alia facias que archiepiscopus Arelatensis pro tempore existens, ordinare, facere et disponere potest, preterquam illa que sint episcopalis ordinis. Alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte ecclesie tibi penitus interdicta. Tu igitur, circa curam, regimen, administrationem et gubernationem predicta salubriter exercenda, sic te fidelem exhibeas et etiam studiosum, quod per actus tuorum laudabilium operum, ecclesia predicta regatur utiliter et salubriter dirigatur, nosque sollicitudinem tuam possimus dignis in Domino laudibus commendare. Datum Insule, Cavallicensis diocesis. iii. kalendas maii, pontificatus nostri anno nono.

Arch. Vatic. Reg. 323 (Bened. III, an. ix), f° 272 v°. Reg. Ant. Olivarii, not. Arelat. (Reg. Nicolaï, chez M. Arbaud). *Gallia christ. nova*, t. VI, instr. c. 386-7.

1753 3 juin 1403.

Guillaume Glause, sacristain et clavaire de l'église d'Arles, au nom de Philippe, abbé de St-Sauveur d'Aniane, sede pastorali vacante, pro s^{mo}... d. Benedicto.... ss. R. et totius universalis ecclesiæ summo pontifice, *donne à noble Hugues Ricaut l'investiture d'un manoir à Arles.*

Gallia christ. nova, t. I, c. 1329.

1754 2 juillet 1403.

Ven. fratri Antonio episcopo Bulsinensi [1], salutem etc. Illa tibi libenter concedimus per que utilitati rerum et saluti hominum valeas providere. Cum itaque ecclesiam Arelatensem ad nostras et camere apost. manus, ex certis causis duxerimus retinendam, nos nolentes quod ecclesia ipsa patiatur in aliquo detrimentum, de fraternitate tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, eidem frat. committimus quecumque sunt ordinis episcopalis et pertinent ad ord. suprad. in dicta ecclesia et dioc. Arelaten., quociens opus fuerit exercendi, necnon causas quasc. civiles quarumcumque appellationum interpositarum et interponendarum ab officiali ecclesie Arelaten., committendi personis de quibus tibi videbitur, et omnia alia et sing. faciendi que circa premissa fuerint opportuna, plenam et lib. auct. ap. licentiam elargimur. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionen. dioc., vi. nonas julii, anno nono.

Arch. Vatic. Reg. Aven. 307 (Bened. XIII, t. XXX), f° 43.

1755 17 octobre 1403.

Anno Nativ. Domini 1403, die vero 17 mensis octobris, ecclesia Arelatensi carente archipresule, ad manus ss. in Xpisto patris et dni d. Benedicti, di. pro. pape XIII existente, in presentia rev. in Xpisto patris et d. d. Philippi digna Dei gratia abbatis monast. Aniane, O. S. B., vicarii generalis in spir. et temp. et officialis totius archi-

1. Antoine, trésorier de l'église de Patras, avait été nommé par Benoît XIII au siège de Bolseno (transféré de Muro), le 27 janvier 1395. Le P. Eubel dit à tort (p. 369) que le pape lui confia « administrationem in spirit. eccl. Arelaten. » : ses pouvoirs étaient restreints aux fonctions épiscopales et aux appels de l'official.

episcopatus Arelatensis, pro dicto d. n. papa, ad manum suam dictam ecclesiam Arelaten. tenentis... (*Comptes de tutelle de Guimette, veuve d'*Hugo Tarasconis, *et mère de Raimond* Tarasconis).

Arch. des B.-du-Rh. Domin. d'Arles, orig. parch.

1756 14 mai 1404.

Coram rdo patre dno Anthonio Bulsinen. episcopo, vicarioque pro dno nostro papa in causis appellationum committendis et in sacris ordinibus celebrandis in ecclesia et toto archiepiscopatu Arelaten.

Archev. d'Arles. Chartrier des paroisses et du prévôt, n° 219.

1757 12 juin 1404.

Coram rmo in Xpisto patre dno dno Philippo Sicardi, Dei gratia abbate monast. Aniane, O. S. B., Magalon. dioc., vicario generali in spirit. et temp. ac officiali totius archiepiscopatus Arelaten. pro dno nostro Papa, tenente ad manus suas ecclesiam Arelaten. *Jugement pour paiement d'un cens arriéré à St-Mitre, en faveur du commandeur de Saliers.*

Arch. des B.-du-Rh. O. de Malte, cart. 66. Command. de Saliers.

1758 7 juillet 1404.

Lo cantar del prinse de Taranta. — L'an M.CCCC.IIII, lo jorn xvii de may, mori monssen lo prinse de Taranta, fraire del rey Lois nostre senhor e per son non apelat monssen Karle [a], e mori en Angiers e lai fon sevelit [b]. Item, fes la sieutat d'Arle lo cantar, per l'arma et per l'onor [c] de monssen lo prinse, an bel cadafals [d].... Item, cantet la mesa monssen l'abat de Anhiana [e] [*Philippe*] e fes lo sermon, e son introit [f] fon : « Cecidit hodie princeps in Israel » etc.... Item, dicha la mesa, monssen l'abat desusdig, an los senhos quanorgues els autres quapelans [g], feron granda e bela et eselent asolucion [h] davant lo cadafals [i], et apres cascun sy [j] anet dinar. Item, lo vespre davant, totas las campanas [k] d'Arle generalamen soneron e feron gran [l] clases ; e lendeman que si fes lo cantar [m], las campanas [k] de San Trofeme soneron bels [n] clases. Item, fon fag lo cantar [m] l'an M.CCCC.IIII, lo jorn vii de jul, e davant que fos fag l'ufici [o] ni lo sermon, foron sonadas iii oras. Item, fon ditus [p] lo jorn que sy fes....

Chronique de Bertrand Boysset, *B*, f° 45° (Ehrle, p. 370) ; *C* (Fassin, p. 83).

1759 24 novembre 1404.

Bulle du pape Benoît XIII, ad perpetuam rei memoriam. Sincere devotionis... Dudum ecclesia Arelaten. pastore carente, dil. fil. Stephanus Langlade, prepositus, Johannes Blanchi, sacrista, et Johannes Troussa, precentor eccl. pred., ac Hugo Rostagni, prior S. Crucis Arelat., *ayant pouvoir du chapitre, ont accordé aux habitants de Salon la permission de créer chaque année deux syndics, un assesseur ou avocat, 12 conseillers, un notaire et un trésorier ; confirmation, avec restrictions, le nombre des conseillers réduit à 8.* Dat. Massilie, apud S. Victorem, octavo kal. dec., p. n. a. undecimo. — Jo. Maynini.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 250. Bonnemant, t. III, n° 116.

ARTAUD de Mélan. 1404-1410.

Prévôt de Forcalquier (1365) et trésorier pontifical en Romagne (1371), il fut nommé évêque de Forli le 14 juil. 1372, de Grasse le 1er juin 1379, de Sisteron le 2 mai 1382 (*Gallia christ. noviss.*, Aix, c. 735-7).

1760 17 décembre 1404.

Provisions d'Artaud de Mélan pour l'archev. d'Arles.

Venerabili fratri *Artaudo, episcopo olim Sistaricensi, in archiepiscopum Arelatensem electo*, salutem et apost. bened. Credite nobis dispensationis urgemur officio, ut qui dispositione divina cunctis ecclesiis potestatis plenitudine presumus, singularium utilitates cum possumus sic prospiciamus solicite, sicque vigilanter et salubriter intendamus, ut per nostre attentionis instantiam, nunc per simp. prov. officium, nunc vero per mi[ni]sterium transl. accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, et ipsarum ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis singulis pastor ydoneus deputetur, ut ecclesie ipse sup. favoris auxilio suffragante, votive prosp. successibus gratulentur. Dudum siquidem provisiones omnium ecclesiarum cathedralium apud sedem ap. tunc vacantium et imposterum vacaturarum, ord. et disp. nostre duximus res., decernentes ex t. i. et i. si se. s. his per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari. Postmodum vero ecclesia Arelatensi per obitum bo. me. Johannis archiepiscopi Arelatensis, qui apud sedem predictam diem clausit extremum, apud sedem eandem vacante, nos ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, ac cupientes eidem ecclesie talem presidere personam que sciret, vellet et posset eam pres. a noxiis et adv., ac in suis manutenere juribus et etiam adaugere, post del. quam de pref. eidem eccl. personam hujusmodi cum fr. n. hab. diligentem, demum ad te episcopum Sistaricensem, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam, prout fidedignis testimoniis accepimus, Altissimus insignivit, et quod tu, qui regimini Sistaricensis ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, dictam Arelatensem ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, utiliter regere et feliciter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam dicte Arelatensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo eidem Sistaricensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Arelatensem ecclesiam auct. apost. transferimus teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Arelatensis ecclesie tibi in spirit. et temp. plenarie committendo,

a. E. Karles. — *b. E.* lay f. sebelit. — *c. E.* p. honor. — *d. E.* qua-s. — *e. E.* Anana. — *f. E.* entroit. — *g. E.* quanongues e los a. q-las. — *h. E.* exs-t a-uesion. — *i. E.* quadafals. — *j. E.* quascun si. — *k. E.* quampanas. — *l. E.* grans. — *m. E.* quantar. — *n. F.* gran. — *o. E.* ulisi. — *p. E.* diluns.

liberamque tibi dando licentiam ad eandem ecclesiam Arelatensem transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod tuos actus et opera illius clementia dirigente a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Arel. ecclesie, per tuam dil. solerciam, bonorum et prosperitatis multiplicium votiva provenient incrementa. Quocirca fraternitati tue per ap. scr. mandamus quat. ad pref. Arel. eccl. cum gratia nostre bened. accedens, curam et adm. predictas sic dil. geras et sol. prosequaris, quod ipsa Arelaten. ecclesia gub. circ. et fruct. adm. gaudeat se commissam, et bone fame tue odor ex laud. tuis actibus lacius diffundatur, tuque preter et. ret. premium, nostre bened. augmentum, ac ipsius sedis gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Grasse, XVI. kalendas januarii, pontificatus nostri anno undecimo.

In eod. modo Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Universis suffraganeis.

Arch. Vatic. Reg. Aven. (Bened. XIII. t. XLI, an. XI. p. 1), f° 69 v°.

1761 Carpentras, 22 février 1405.

Artaud, archevêque d'Arles, pose, au nom du pape Benoît XIII, la première pierre de la nouvelle église dédiée à saint Siffrein, patron principal de la ville de Carpentras.

TRICHAUD, *Hist. de la s^e égl. d'Arles*, t. III, p. 274.

1762 Arles, 1er mars 1404/5.

MONSSEN ARTAUD ARSIVESQUE D'ARLE. — L'an M.CCCC. IIII, intret en Arle, lo jorn premier de mars, que fon Caramentran [a], monssen l'arsivesque d'Arle, per son non apelat monssen Artaud ; et aquel jorn pres la posession de l'arsivesquat d'Arle, per loqual y fon fag [b] mot granda honor, tant per las gens de la sieutat, cant [c] per los senhos ecclesiastics [d]. Item, era aquel [e] senhor avesque de Sestaron, quan [f] fon fag arsivesque d'Arle.

Chronique de Bertrand BOYSSET, *B*, f° 47 v° (Ehrle, p. 374) ; *C* (Fassin, p. 86').

1763 5 mars 1405.

Lettres de vicaire général données par l'archevêque Artaud à Raimond de Aynaco, *prieur de St-Thyrse de Sisteron.*

Arch. des B. du Rh. B. 610. Cf. *Gallia christ.*, t. I, c. 581.

1764 6 mars 1405.

Bulle du pape Benoît XIII, ad fut. rei memor. Ex paterne caritatis officio..., *en faveur de l'archevêque d'Arles et de ses suffragants, dont les revenus avaient diminué* propter guerras et mortalitatum pestes, que maxime partes illas, permittente Dno, longevis temporibus concusserunt, *et qui ne pouvaient supporter leurs charges ; ils demandaient* moderationem taxationis decime : *le pape la réduit de moitié.* Dat. Nicie, II. non. martii, p. n. a. undecimo. Regestr. gratis. Egidius. H' de Dompnapetra. P. Soriani, Visa est. Camerarius.

Etendu A de Phil. Mandoni, not. d'Arles, 1467-79, vidimus du 9 oct. 1478 par Louis Cornilhe, lic. en droits, official d'Eustache de Levis, archev. d'Arles. BONNEMANT, t. II, p. 359.

a. F. Quareman n. — *b. E.* laqual li f. facha. — *c. F.* quant. — *d. F.* ec-ix. — *e. E.* aquest. — *f. E.* quant.

1765 2 juin 1405.

Réquisition faite par ven. viri d. Arnaudus Adhemarii, in utroque jure baccalarius, procurator fiscalis rev^mi in Chr. pat. et dom. d. A., perm. div. Arelaten. archiepiscopi et principis....

Protocole de Pierre Bertrandi, not. d'Arles, 1404-6, f° 57 v° (BONNEMANT, t. I, p. 346).

1766 13 juin 1405.

R^mo in Xpisto patre et domino dno Artaudo, mi. di. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe existente..., coram ven. viro dno Raymundo de Aynaco, in decretis baccal., priore S. Tircii Sistaricen., vicario et officiali totius archiepiscopatus Arelaten.

Arch. des B.-du-Rh. Ch. St-Trophime d'Arles. Orig. parch.

1767 15 août 1405.

... Cum nobiles et circumspecti viri dni Thomas de Valerano, in legibus licent., et Honoratus Bonilis, jurisper., advocati et procuratores regii ac comissarii a dno locumtenente dni comitatuum Provincie et Forcalquerii senescalli deputati, heri prohibuerint ven. et emin. viro dno Raymundo de Aynaco, in decretis baccal., priori S. Tircii Sistaric., vicario et officiali Arelat., ut a domo archiepiscopali exire deberet... nec in ea auderet tenere curiam, nec audientiam... ; hinc est quod ipsi... pro presenti plenam eidem ... concesserunt licentiam habitandi in ead. domo, comedendi et standi, prout prius faciebat, exercitio cujuscq. jurisdictionis sibi... interdicto... Act... Arelate, in domo Barthol. Angeli, in qua fit hostelaria,...

1768 16 août 1405.

... Fuit per eosdem dnos comissarios concessa potestas eidem dno officiali utendi jurisdictione spirituali in quibuscq. causis, exclusis appellationibus que veniunt a regia curia Arelatis in civilibus... Act. in domo archiepiscopali,...

Protoc. de P. Bertrandi, not. d'Arles, 1404-6, f° 70 v°. BONNEMANT, t. I, p. 358.

1769 16 août 1405.

LAS ARMAS DEL REY LOIS A L'ARSIVESQUAT. — L'an M.CCCC.V, lo jorn XXIIII d'avost, foron fachas las armes del rey Lois sus la porta de l'arsivesquat e d'enfra l'arsivesquat a motas parts ; et en aquel temps foron esfasadas [a] las armas de l'emperador, laqualas eran penchas d'enfra l'arsivesquat en motas parts. Item, fon presa a la man del rey tota la temporalita [b] de tota l'arsivesquat d'Arle per lo procurador del rey ; e pres la a XVI d'avost l'an que desus. Mas a XIIII d'avost venc en Arle ; al XV tengron conselh [c] en la gleisa de San Trofeme d'Arle ; [d] al XVI jorn prenron [e] la temporalitat com desus es dig.

Chronique de Bertrand BOYSSET, *B*, f° 48 v° (Ehrle, p. 375 ; *Romania*, p. 579) ; *C* (Fassin, p. 92').

a. E. enf-s. — *b. E.* t-relitat. — *c. E.* consel. — *d. E.* et. — *e. E.* preron.

1770 31 août 1405.

Lettre de l'archevêque Artaud de Mélan, déclarant les ordres mendiants exempts des impositions sur le clergé.

Biblioth. d'Arles, ms. n° III, orig. parch.

1771 1er septembre 1405.

Ordonnance du lieutenant du sénéchal, portant mainlevée de la temporalité de l'archevêque.

Insérée dans l'acte suivant. BONNEMANT, t. I, p. 79.

1772 3 septembre 1405.

Exécution de la mainlevée sur la temporalité.

... Illmo principe domino nostro dom. Ludovico, D. g. regnorum Jherusalem et Sicilie rege regnante,... comitatuum Provincie et Forcalquerii... comite, et urbis Arelat. domino feliciter existente,... personaliter constitutus in regia curia civitatis Arelat.... nob. et circumsp. vir Poncius Ysoardi, de Lusio, Sistaric. dioc., procurator... revmi in Chr. pat. et dni d. A., mis. div. s. Arelat. eccl. archiepiscopi et principis,... exhibuit *les lettres n° 1771*, quas petiit exequi... *Après leur lecture*, dni vicarius et judices... temporalitatem dicte ecclesie Arelat. juxta eis atributam potestatem relaxarunt. Verum, cum circa negotia curie ardua sint presentialiter prepediti, dictusque presentans sit.. alibi et in aliis locis.. peracturus,.. injunxerunt.. mag. Jacobo Juvenis, notario dicte curie,.. quathenus ad domum archiepiscopalem Arelat. et alia loca... se conferat et vexilla aut alia arma regia cum clavis apposita evellat et amoveat... — Continuo vero... discr. vir mag. Jacobus Juvenis, not., subexequtor,... a curia regia... discedens, ad curiam archiepiscopalem Arelat. accessit, quo exeunte ante magnam januam dicte domus, in qua erant arma regia cum clavis apposita et affixa,... arma ipsa regia, prepositis honore et reverentia debitis, a dicta janua evulsit et disclavavit, ipsa in manibus suis tute custodiens...; nec minus..., receptis clavibus dicte domus a ven. et relig. viro d. Guillelmo Glause, canonico et sacrista s. Arelat. ecclesie, clavarioque domus archiepiscopalis, qui claves ipsas nomine regio a tempore capte temporalitatis usque nunc custodivit, easdem claves dicto procuratori... in signum relaxacionis, revocationis et avocationis cujuscq. impedimenti... restituit...; precepta, inventariorum confectiones et alias inhibitiones... removendo, dissolvendo, relaxando et ad statum pristinum reducendo... De quibus... Actum..., present.... Guilhelmo de Fleynhaco, ministro ecclesie S. Trinitatis Arelat.... — Successive autem a loco pred. discedens mag. Jacobus Juvenis,... apud castrum Trencatalliarum via recta... accessit et, inventis armis regiis in magna janua palatii archiepiscopalis infra dict. castrum.. constructi affixis et clavatis, arma ipsa... evulsit et disclavavit..., preconisationes... et... alia impedimenta penitus removendo....

Étendu de Pierre Bertrandi, not. d'Arles, 1403-6, f° 87. BONNEMANT, t. I, p. 78-81.

Mas lo jorn ters del mes de setembre siguent, fon remesa la temporalitat a monssen l'arsivesque d'Arle, e fag bon acordi amb el.

Chronique de Bertrand BOYSSET, *C* (Fassin, p. 92*); *Romania*, p. 579.

1773 Arles, 21 septembre 1405.

CANTAR DE LA REGINA MAYRE [a]. L'an M.CCCC.V e lo jorn XXI de setembre, fon fag lo cantar [b] de madama Maria, mayre del rey Lois, nostre senhor, en la sieutat d'Arle, ben que morta era l'an M.CCCC.IIII, lo jorn segon de juin, e mori e fon sebelida en Angies. Item, fon fag un cadafals [c] en la gleysa [d] de San Trofeme d'Arle.... Item, mas y a [e] un autre drap d'aur desus aquel, que mes o y fes metre monssen l'arsivesque d'Arle, la qual drap d'aur donet a la gleisa de San Trofeme. Item, fes l'ufise monssen l'arsivesque d'Arle e dis la mesa. Item, dis lo sermon monssen Steve de Langlada, prebost d'Arle, e fon son introit [f] : « Maria, Jo[hannis] [g] ultimo capitulo » etc.... Item, foron dichas lo jorn davant vespras de [h] morts, e fes l'ufici [i] monssen l'arsivesque d'Arle [j]... Item, los senhors quanorgues [k] feron lur asolucion [l]. Item, los XX quapelans de San Trofeme y foron, e feron bela asolucion [l]. Item, la derniera [m] asolucion [l], que y fon facha, fes monssen l'arsivesque d'Arle : et laquala [n] fon facha an granda [o] solennitat, et an mot [p] granda onor... Item, aquel jorn fon san Matieu apostol. Item, l'arsivesque d'Arle anet creysa la luminary [q]... de XX entorchas...

Chronique de Bertrand BOYSSET, *B*, f° 49 r° (Ehrle, p. 376); *C* (Fassin, p. 92).

1774 21 octobre 1405.

Justification de l'archevêque présentée au synode.

IN nomine Domini, amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo quinto, XIIIe indictionis, die vero mercurii intitulata XXIa mensis octobris, hora vesperorum, pontificatus smi in Christo patris et domini nostri dni Benedicti div. provid. pape XIII. anno duodecimo. Noverint universi quod, congregato vener. clero civitatis et diocesis Arelatensis, convocato ad sanctam synodum hodie de mane, more et loco solitis, in ecclesia Arelaten. celebratam, que quidem synodus Sancti Luce appellatur, et congregatis etiam dominis et viris ecclesiasticis inferius nominatis ex assignatione eis facta publice in synodo supra dicta per vener. dom. Raymundum de Aynaco, in decretis baccalarium, priorem S. Tyrsii, Sistaricen. dioc., vicarium generalem et officialem in spiritualibus et temporalibus totius archiepiscopatus Arelaten. pro revmo in Christo patre et domino dno Artaudo, miser. div. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe, existentibusque et sedentibus infra archiepiscopale palatium et in tinello majori, ad modum consilii sive capituli celebrandi, in presentia jam dicti dni vicarii et officialis, ac mei notarii, et testium subscript.; quorum quidem congregatorum nomina et cognomina hec sunt, et congregatis scil., ut premittitur, vener. et discretis viris dnis Stephano Langlade, in decretis licenciato, preposito, Hugone Bertrandi, archidiaconi, Jacobo de Pennis, in decretis baccalario, priore parrochialis ecclesie S. Crucis dicte civitatis, Ardo Augerii, priore parroch. ecclesie S.

a. *E.* Maria. — *b.* *E.* quantar. — *c.* *E.* qua-s. — *d.* *E.* gleisa. — *e.* *E.* mais i ac. — *f.* *E.* entroit. — *g.* *F.* Johanna (?) — *h.* *F.* des. — *i.* *E.* ufice. — *j.* *E.* *om.* d'Arle. — *k.* *E.* q-onges. — *l.* *E.* a-uesion. — *m.* *E.* rediera. — *n.* *E.* a-a. — *o.* *E.* gran. — *p.* *F.* *om.* — *q.* *E.* creiser la l-naria.

Laurentii pred. civitatis, et Bartholomeo Comoleti, priore de Vellancio, Arelaten. dioc., canonicis ecclesie B. Trophimi Arelaten., Francisco Guigonis de Bellicadro, priore de Saujano, dicte Arelaten. dioc., Johanne de Pomo, in decretis baccall., priore parroch. ecclesie S. Juliani civitatis pred., Ludovico Bablisati, priore parroch. ecclesie S. Ysidori ejusd. civitatis, Raymundo Magistri, priore parroch. ecclesie S. Luciani civitatis ejusd., Willelmo Martini, Anthonio Pangoni, Petro Artige, Petro Motteti, Raymundo Petri, alias Cornilhoni, Raymundo Faverii, Johanne Baccelli, Rostagno Boerii, Simone Lemosini, beneficiatis de numero viginti in dicta ecclesia S. Trophimi, Raymundo de Moresaco, priore S. Petri de Trencatalliis, dioc. Arelat., Petro Andree, priore ecclesie S. Genesii de Columpna in Camargiis, dicte dioc., Francisco de Furno, curato ecclesie B. Marie Magdalene loci de Insula, Arelat. dioc., Isnardo Paratoni, priore ecclesie S. Johannis de Brenassio, dicte dioc., Anthonio Capitis Bovis, cappellano S. Stephani de Heremo, dioc. anted., Petro Feraudi, curato parroch. ecclesie S. Martini dicte civitatis, Isnardo Templerii, beneficiato in ecclesia pred. S. Luciani, Johanne Francisci, curato ejusdem ecclesie S. Luciani, Petro Burgensis, curato ecclesie suprad. S. Crucis, Johanne de Coderco, curato ecclesie Bellicadri, dioc. Arelat., Johanne Blancardi, vicario de Miromari, dicte diocesis, Guillelmo Stephani, curato ecclesie suprad. S. Laurentii, Raymundo Barnoundi, curato ecclesie de Granis, dicte dioc., Petro Ruffi, priore S. Laurentii de Jonqueriis, ejusd. dioc., Michaele Abbatis, curato ecclesie de Vellaucio, pred. dioc., Pontio Sanxii, beneficiato in monasterio S. Cesarii dominarum monialium civitatis pred., Petro Jacobi, vicario de Medenis, dicte dioc., Petro Cavallerii, curato ecclesie de Roinhaco, pred. dioc., Johanne Dionisii, vicario ecclesie de Malhana, Arelat. dioc., Guillelmo Rusquerii, vicario ecclesie de Molegesio, dioc. suprad., Jacobo de Montelauro, conventuali ecclesie Arelaten., Bertrando Imberti, curato ecclesie Berre, Arelat. dioc., Raymundo Maffredi, beneficiato in ecclesia S. Crucis parrochiali dicte civitatis, Trophimo Rogati, beneficiato in dicta civitate, Laurentio Benzeti, curato ecclesie de Furchis, pred. dioc., Guillelmo Grinardi, curato ecclesie de Comis, dicte dioc., Laurentio Rodulfi, curato ecclesie de Clausona, dicte dioc., Johanne Bernardi, curato ecclesie parroch. B. Marie de Principali, dicte civitatis, et Aymerico de Ulpilhaco, vicario ecclesie S. Amantii, diocesis Arelat. pred. Facta expositione verbali ibidem primitus et ante omnia per dict. dom. vicarium et officialem, pro parte dicti dni archiepiscopi, in effectu scil. quod quidam emuli dicti dni archiepiscopi, detrahendo ausi fuerunt dicere, et ad intelligendum dare dicto domino nostro pape atque quibusdam dnis cardinalibus, et nonnullis dnis prelatis et magnatibus, licet falso, honore eorumdem dni nostri pape, dom.que cardinalium, prelatorum et magnatum tamen salvo, quod dictus dom. archiepiscopus plures novitates, et diversas extorsiones et tallias de facto fecerat, indixerat, et extorquerat a suo clero sibi credito in dictis civitate et diocesi, et personis ecclesiasticis, beneficiatis ibidem, et scil. a die qua archiepiscopus fuerat usque in hunc diem; imponentes sibi quod jam extorquerat ab ipso clero seu personis ecclesiasticis et beneficiatis octo vel decem tallias pecuniarias, et in tantum illum, illas et illos gravaverat quod vix habebant panem in manu; que verba susurronica, si veritate niterentur, quod absit, cedebant in opprobrium, verecundiam, dampnum et jacturam dni archiepiscopi prefati; et requisitis dictis dominis congregatis a prefato dno vicario et officiali, nomine et pro parte antedicti dni archiepiscopi, ut de veritate testificarentur in eorum conscientia de causa hujusmodi, predicti, inquam, dni congregati, premissis auditis, loquentes per ordinem, unus post alium et successive, omnes unanimiter et concorditer, nemine discrepante, non cohacti neque seducti, ut dixerunt, sed sponte et sicut se habet veritas, in eorum conscientia et sub eorum bona fide, et specialiter dicti dni prepositus et canonici, eorum nominibus et totius capituli ecclesie S. Trophimi; prioresque civitatis Arelaten., eorum nominibus et ceterorum priorum parochialium ecclesiarum dicte civitatis, quathinus sibi adherere duxerint sive voluerint; beneficiati de numero viginti in dicta ecclesia S. Trophimi, nominibus eorum et ceterorum beneficiatorum ibidem, quathinus in hac parte sibi adherere duxerint, eorum pura, libera et spontanea voluntate, immediate testificati fuerunt..., palam et publice dixerunt quod, salva reverentia eorum qui verba antedicta in infamiam, vituperium et injuriam, seu denigrationem boni nominis dicti dni archiepiscopi, pastoris et domini tocius cleri civitatis et diocesis predicte, propalare seu dicere non debuerunt, et talia, ut premissa sunt, atque salva reverentia eorum qui audierunt, blanditi sunt; nec est aut fuit sic in facto, quoniam prefatus dom. archiepiscopus per se vel alium, directe vel indirecte, nullam violenciam intulit nullamque extorcionem neque ullam talliam indixit, aut indicere mandavit contra clerum seu ecclesiasticos aut beneficiatos civitatis et diocesis predicte sibi subditos, neque ipsos gravavit, inquietavit aut quicquam molestie intulit contra debitum rationis; ymo certe de suo regimine et officialium suorum bene contentantur. Verum est tamen quod dudum, tempore synodi patrie ultimo celebrati, placuit vener. clero tunc vocato et congregato ad ipsam synodum, non ad requisitionem dicti dni archiepiscopi seu infestationem ejus vel alterius pro eo, sed pure, libere animoque gratuito, vi et violencia procul pulsis, consideratione et respectu sui novi et jocundi adventus prefati dni archiepiscopi, et ex consideratione precipue que tunc movit animum dicti cleri, donare bono velle et bono animo, ex causa caritativi subsidii, mediam procurationem, que huc usque levata et recuperata non fuit, et quilibet libenti animo et sine vi prompte exsolvit suam quotam, et hoc est verum, notorium et etiam manifestum; et si quisquam de malicia, violentia, extorcione, muneribus et aliis illicitis accusaverit dictum dom. archiepiscopum, ipsum dni congregati prefati de talibus excusant et merito, tanquam insontem et minime culpabilem, quem etiam dixerunt et testificati fuerunt esse bonum dominum, probum atque verum, conservantem justiciam suo posse, pro quo, ut tenetur dict. clerus, dni congregati predicti dixerunt partem velle facere contra universos detractores, ut juris fuerit, et confundere eos pro relevatione honoris dicti dni archiepiscopi, cujus se participes dicebant ejusdem boni atque mali, et ad hoc pre-

cipue pro eorum debito tenent, ut dixerunt, se lesos reputantes et offensos tali irrogata injuria, accusa malivola sic proposita detrahendo in vituperium et infamiam dicti dni archiepiscopi et contra veritatem, ut prefertur. Et ut dictus dominus noster papa, dominique cardinales, prelati et ceteri magnates de contrario possint informari, ut suadet veritas, voluerunt, ordinaverunt et decreverunt dni prefati congregati quod quatuor eligendi ad hoc per eosdem, nominibus dict. congregatorum et cleri universi civitatis et diocesis pred., possint et valeant litteras reverenciales super premissis, ad excusam dicti dni archiepiscopi scribere et mandare, ut eorum discretioni opportunum videbitur ac duxerint, in relevationem sui honoris faciendum, ex nunc ut ex tunc avoantes et gratum habentes quicquid scripserint eorum nominibus pro premissis ; et elegerunt ad premissa omnes unanimiter et concorditer, pro capitulo ecclesie Arelaten. et ex ejus parte, dictos dnos prepositum et archidiaconum, pro parte priorum universorum dom. Johannem de Pomo, et pro beneficiatis universis dom. Petrum Motteti, generalem procuratorem viginti beneficiatorum in ecclesia Arelaten., presentes ibidem et consencientes. De quibus... Actum fuit hoc Arelate, ubi supra, in archiepiscopali palatio, scil. infra tinellum majorem, presentibus magistro Geraldo de Mayranicis, notario, Hugone Gayraudi, Bartholomeo Angeli, civibus Arelatis,...; et me Anthonio Olivarii, publ. notario apostolico et nunc curie archiepiscopalis Arellaten., etc.

Étendu d'Ant. Olivarii, not. d'Arles, 1405 (M. Arbaud). BONNEMANT, t. III, n° 117.

1775 17 février 1405/6.

Raymundus de Aynaco, in decretis baccal., prior S. Tircii Sistaricensis, totius episcopatus Arelaten. in spir. et temp. vic. generalis et officialis pro re^mo dno A. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe..., *publie et vidime une bulle de Clément VII, qui avait engagé Barbentane à Georges de* Marlio, *sénéchal.*

Arch. des B.-du-Rh. B. 610.

1776 17 février 1405/6.

Anno Incarn. 1405, die mercurii 17 febroarii, re^mo in Xpisto patre dno Artaudo, mi. di. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe existente. Noverint quandam appellationis causam emissam ab audientia r^di patris et dni Philippi [Sicardi], Dei gratia abbatis monast. Aniane, vicarii et officialis Arelaten., ac appellationum judicis.. pro ss^mo dno dno Benedicto papa XIII ecclesiam Arelaten., pro tunc pastore carentem, ad manus suas tenente, ventilatam fuisse tam coram vener. et relig. viro dno Stephano Langlade, in decretis licen., s. Arelat. eccl. preposito, commissario per re^m in Xpisto patrem d. Anthonium, Dei gratia Bulsinen. episcopum, pro tunc archiepiscopatus Arelaten. in committendis appellationum causis vicarium generalem, sede ut supra archiepiscopali vacante... Quam coram Guillelmo Glause, canon. et sacrista Arel... Postremo vero ecclesie Arelaten. predicte de pastore proviso, vid. de dicto reverendissimo in Xpisto patre et dno dno Artaudo, mi. di. dicte s. Arel. eccl. archiepiscopo. *Jugement.*

Arch. des B.-du-Rh. La Major de Marseille.

1777 Arles, 18 avril 1406.

Rev^mus in Christo pater et dominus dom. Artaudus, mis. div. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus, cupiens sinistris oviare, cum habeat equitare hinc et hinc, et deferre suum palium, quo pontificaliter officiare habet, et nequaquam sine eo id valeat, ... tradidit et obsignavit realiter ven. viro d. Guillelmo Glause, sacriste dicte Arelat. ecclesie,... dict. suum palium archiepiscopale, datum per dominum nostrum summum pontificem eidem dno archiepiscopo, ratione ordinis ipsius, existens infra unam parvam caxietam fusteam, cum tribus spinolis argenti ; quod palium fideliter conservare et custodire promisit, et tradere dicto dno archiepiscopo quandocumque ab eo fuerit requisitus, et hoc sua bona fide... Act. Arelate, in archiepiscopali palatio, infra parvam cameram juxta cameram paramenti..., testibus... d. Raymundo de Aynaco, vicario et officiali Arelat., d. Johanne de Pomo, priore eccl. S. Juliani civit. Arelat.,..

Protoc. d'Ant. Olivarii, not. d'Arles, 1406, f° 17. BONN., t. II, p. 196.

1778 15 mai 1406.

R^mo in Xpisto patre et dno dno Artaudo, mis. di. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe presidente. — Coram ven. viro Raymundo de Aynaco, in decretis bacc., priore S. Tircii Sistaricen., vicario generali et officiali in spirit. et temp. totius archiepiscopatus Arelaten. pro dicto dno archiepiscopo.

Arch. des B.-du-Rh. O. de Malte, carton. 69. Trinquetaille.

1779 Salon, 15 juin 1406.

Artaudus, mis. div. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus et princeps ac dominus Sancti Mitrii, nostre diocesis ... Cum universitas dicti nostri castri S. Mitrii... retroactis temporibus .... solverit decimas bladorum.... nobis et predecessoribus nostris in garbis, juxta .. limites..., qui .. sunt hii : primo incipiunt ad gorgum de Varatgiis, eundo per iter quod est inter territorium de Ystrio et predicti castri S. M. ad stagnum Vallis ducis, ubi est unum rocacium, in quo est signum Crucis ; et de dicto rocacio eundo ad terram territorii de Fossis, de Ystrio et Castri veteris, sequendo territorium de Fossis et Castri veteris, veniendo ad terminum rive stagni de Tamerletto, et de altera parte dicti stagni eundo ad terminum Temaricis ; et de dicto termino Temaricis sequendo partem territorii de Fossis et S. Mitrii, veniendo ad thorum de Vileta et transeundo per aream Hugonis Vincentii, et veniendo ad thorum Garini et transeundo per stagnum Marinhane, et veniendo ad vineam nostram ; et de ibi eundo super vallatum vocatum Vabre ad aquam Martici...; nos considerantes... quod... multi ex habitatoribus dicti n. castri ad vicina castra ... morari se transtulerant, sitque castrum pred. jam inhabitatum, considerantesque onera grandia et quasi importabilia et expensas que iidem homines subierunt in fortificatione dicti castri ... ; considerantes etiam quod propter guerras, que in hiis partibus tanto tempore fuerunt, condicio hujus provincie sicut et aliarum partium est inmutata...., *il réduit la dîme du 6e, 9e ou 12e en gerbes au 12e en grain, etc.*

Étendu d'Ant. Olivarii, not. d'Arles, 1407, f° 13. BONN., t. III, n° 8.

1780 Marseille, 16 mars 1407.

Artaudus, mis. div. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus et princeps, ac dominus major locorum seu castrorum Sancti Amantii, de Cornilione et de Confodio..., guerris pestiferis, sterilitatibus et mortalitatum pestibus, que in istis partibus diutius, proh dolor ! temporibus retroactis viguerunt, causantibus, dict. locus n. de Confodio de incolis et habitatoribus fuerit ... depopulatus... ; potissime temporibus hodiernis quibus pred. homines castri n. S. Amantii non possunt seu audent navigare per mare, prout antiquitus facere solebant, propter metum Sarracenorum ... Dat. et act. Massilie, in domo habitationis nostre ....

Etendu d'Ant. Olivarii, not. d'Arles, 1407, f° 3. Bonn., t. III, n° 7.

1781 12 décembre 1408.

Dno Artaudo, mis. div. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe presidente.

Arches. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 83.

1782 Aix, 22 janvier 1409.

Désignation d'envoyés au concile de Pise.

... Cum rev^mi in Christo patres [et] domini dni Aquensis, Arelaten. et Ebredunen. archiepiscopi, juxta mandatum litteratorium factum per rev. in Chr. patr. et dom. dnos S. R. E. cardinales in civitate Pisana præsentialiter commorantes, consilium generale totius cleri dict. trium provinciarum in præsenti civitate Aquensi convocari et coordinari fecissent, pro ambassiat[oribus] sive legatis mittendis sive [= ad] dict. civitatem Pisanam ad consilium generale cleri totius fidei christianæ per dd. cardinales utriusque collegii ordinatum et convocatum pro extirpatione tam pestiferi schismatis quod, proh dolor ! tandiu viguit et adhuc viget in Ecclesia s. Dei, ad excitandum mentes fidelium christianorum, et pro tanto evidenti bono et utilitate totius fidei catholicæ, et pro unione sacrosanctæ Romanæ et universalis ecclesiæ feliciter consequenda et recuperanda, et in instanti mensis martii in eadem civitate Pisana proxime celebrando, hinc est quod congregato consilio totius cleri dict. trium provinciarum, avidi tam salutare opus, tamquam utile et necessarium toti fidei christianæ cum debito effectu conclusioni demandare, tractantes in et super hujusmodi salutifera materia et ut operam, quantum in eis fuerit, in ea tribuant efficacem ; omnes unanimes et concordes, nemine discrepante, nominarunt, elegerunt, ordinaverunt et constituerunt... ambassiatores, vicarios, sindicos et procuratores rev. in Chr. patres et dnos Joannem episcopum Vapincen., Paulum episcopum Massilien., Nicolaum episcopum Sistaricen., Bernardum episcopum Dignen., Ægidium Juvenis, electum Forojulien. et Joannem abbatem S. Victoris Massil., necnon ven. et circumsp. viros dnos Guillelmum Bruni, vicarium et officialem Arelaten., Honoratum Boneti, priorem de Gollono [= Sallono ?], *le vicaire de Draguignan et un chanoine d'Aix*....

Mansi, *Concil. supplem.*, 1749, t. III, c. 833-42 ; *Concil.* 177., t. XXVI, c. 1125.

1783 Mars 1409.

Concile de Pise, pour l'extinction du schisme.

Sequuntur archiepiscopi qui miserunt ambassiatores et procuratores : reverendi patres, dni... Artaudus Arelatensis.

D'Achery, *Spicil.*, t. VI, p. 362. Labbe, *Concilia*, t. XI, II, c. 2222. Voir le n° 1788.

1784 Arles, 5 mai 1409.

Jusieu batejat. — L'an M.CCCC.VIIII [a], lo jorn v de may, si batejet un jusieu [b], filh que fon de mestre [c] Abramet [d] meje fisician sa entra [e] d'Arle... Item, lo rey Lois lo fes batejar... Item, l'arsivesque d'Arle, monssen Artau [f], lo batejet, la mitra tenent sus la testa [g]... Aprop... ausiron [h] mesa, laquala [i] fon dicha per un monje [j] de San Peyre de Monmajour [k], que cantet aquel jorn mesa novela : lo rey e l'arsivesque d'Arle... y foron presens...

Chronique de Bertrand Boysset, A, f° 56 v° (Ehrle, p. 385) ; C (Fassin, p. 110).

1785 2 juin 1409.

Dno A. archiepiscopo Arelatensi : *présentation d'un prieur pour l'église de St-Jean-Baptiste* de Monasteriis, *par l'abbesse de St-Césaire.*

Voir la pièce à l'abb. de St-Césaire.

1786 6 novembre 1409.

Le substitut du procureur decani et capituli ecclesie secularis et collegiate Beate Marie Villenove prope Avinionem, *appelle d'une sentence de* ven. et circ. virum d. Petrum Molini, bachal. in utroque, vicarium et officialem Arelaten., *portée* ad importunam instanciam dni Elziassii de S. Maria, clavarii domus archiepiscopalis Arelat....

Bonnemant, t. I, p. 393, minute orig.

1787 Salon, 24 avril 1410.

Artaudus, miseratione divina sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus et princeps, dilecto nobis in Xpisto Bertrando Bagi, presbitero ville de Mari, nostre diocesis, salutem in Domino. *Collation de la chapellenie de Guillaume* de Sablonis, *dans l'église de N.-D. de la Mer.* — Datum in castro nostro Sallonis, die 24 mensis aprilis 1410.

Arch. des B.-du-Rh. Saintes-Maries, n° 92. Orig.

1788 31 octobre 1410.

.... Ven. et eminens vir d. Guillelmus Bruni, decretorum doctor, canonicus Magalon., tocius archiepiscopatus Arelaten. in spiritualibus et temporal. vicarius generalis et officialis, *présente au clavaire de la cour archiépiscopale,* d. Trimondus Dardalhoni, *la cédule suiv.* — Anno Dni 1406 et die 30 sept., intravit officialis et vicarius Arelat. d. Guillelmus Bruni..., existenti cla-

a. *E.* Item, l'an que desus. — *b. E.* 1. juzieu. — *c. E.* maistre. — *d. E.* Gabranet. — *e. E.* fizi-n sa e-as. — *f. E. om.* m. A. — *g. E.* t., laqual avie non monsen Artaut. — *h. E.* auziron. — *i. E.* l-l mesa. — *j. E.* 1 monge. — *k. E.* Sant P. de M-or.

vario domus archiepiscopalis d. Johanne de Pomo; et de isto anno fuit sibi satisfactum de stipendiis suis. — Item, de a. 1407 immediate seq., pro stipendiis suis habuit 25 florenos a d. Aymerico de Ulpilhaco, tunc clavario, et de eod. a. a d. Trimondo Dardalhoni 13, et sic debentur sibi de eod. a. 72 flor. — Anno octavo immediate sequenti et die prima mensis marcii, arripuit iter apud Pisas et ante recessum precesserunt quinque menses, scil. oct.-febr., qui ascendunt pro stipendiis, racione 100 flor. pro anno, 41 flor. et 8 gros; et fui in Pisis, eundo, stando et reddeundo, septem mensibus, pro quibus debebantur michi 130 flor. ex assignacione regia et tocius cleri Provincie, de quibus habui: primo, per manus dni Regen. 29 flor.; plus... 25 f., 3 f., 3 f. 9 g., 1 f. 6 g., 1 f. 5 g. Quibus deductis, adhuc debentur pro predicto viagio per dom. meum Arelaten. 53 f. 4 g. — Item, plus debetur michi de quatuor mensibus proxime preteritis istius anni decimi, scil. jan.-april., 31 flor. 4 gros. — Ita est, Poncius Ysoardi. It. jeu dich Pons ay assignat al dich mossen Guilhem Brun, official, la mitat dels provents de la cort, tro que sie pagat de la soma de 194 flor. que restan. Ita est, Pons Isoart, vicari t. — ....

Bonnemant, t. I, p. 323, minute orig.

L'archevêque Artaud de Mélan mourut à Salon le 1er novembre 1410 et fut enseveli le mercredi 5 du même mois (n° 1793).



Son sceau, en cire rouge dans un noyau de cire jaune, pendant à une tresse de même couleur, se trouve dessiné et peint à la fin du reg. LXXIV, vol. 1 de Peiresc, à la biblioth. de Carpentras; reproduit dans Bonnemant, t. I, p. 349, avec la date: 1405. D'après une lettre de « M. de Seignoret, écuyer de la ville d'Apt » au même (p. 573), dans le cloître de la cathédrale d'Apt, « près la porte de la chapelle de St Elzear » se trouvait un tombeau du commenct du XIVe siècle, surmonté de deux écussons de la famille de l'archevêque Artaud: « 6 chevrons, au lambel à 3 pendants, le tout sans émaux ». Les armoiries du sceau ne portent que 3 chevrons.

1789 2 novembre 1410.

Stephanus Langlade, in decretis licent., prepositus, Hugo Bertrandi, jurisperitus, archidiaconus, Guillelmus Glause, sacrista, Jacobus Rodelli, in decretis baccal., archipresbiter, Petrus Davini, precentor, Raymundus Augerii, subprior, Egidius Langlade, prior ecclesie de Majori, Bartholomeus Comoleti, prior parroch. ecclesie S. Laurentii de Arelate, Guillelmus Lemosini, operarius, prior B. Marie de Comis, et Trophimus Bernardi, prior S. Trophimi de Velaucio, canonici s. eccl. Arelat., in domo capitulari... congregati, dil. nobis in X° dnis Jacobo Roddelli predicto... et Hugoni Rostagni, infirmario eccl. prelib.... Cum igitur, sicut dolentes referimus, et ad nostram... devenit notitiam, ecclesia Arelaten. sit pro nunc viduata pastore et vaccare noscatur ad presens per obitum revmi in X° patris et domini dni A. mis. div. s. Arelat. ecclesie archiepiscopi et principis, qui circa horam tertiam noctis preterite, prout nobis litteratorie significatum extitit, in castro Sallonis... diem suum clausit extremum et est viam universe carnis ingressus, ... cumque ipsius ecclesie, ipsa ut premittitur viduata pastore, omnimoda jurisdictio ad nos de jure pertineat et spectet, vos et quemlibet vestrum in solidum vicarios ecclesie anted. et tocius terre castri Sallonis et Martici ejusdem ecclesie, in spiritualibus et temporalibus harum serie creamus..., ad nostrum et capituli beneplacitum..., nostrique sigilli comunis dicti capituli, quo in talibus utimur... Act.... hora prime....

Inséré dans l'acte du 8 suiv. Bonnemant, t. I, p. 315.

1790 8 novembre 1410.

... Ven. capitulo s. Arelaten. ecclesie, sede archiepiscopali vaccante per obitum revmi in Chr. patris et domini dni Artaudi, mis. div. s. Arelat. ecclesie ultimi archiepiscopi et principis, memorie recolende, qui diem suum clausit extremum, archiepiscopatum Arelat. et terram totam ecclesie Arelat. pred. ad manum suam tenente...; in conspectu ven. et rel. dd. Jacobi Rodelli, in decretis licentiati, archipresbiteri, et Hugonis Rostagni, infirmarii, canonicorumque s. eccl. Arel., vicariorum pro ven. Arelat. capitulo, sede archiepiscopali vaccante, in castro Sallonis et tota terra temporalitatis... *Lettre de rémission.*

Étendu de Pierre Bertrandi, not. d'Arles, 1409-10, f° 81. Bonnemant, t. I, p. 310-9.

1791 8 novembre 1410.

... Dom. Hugo Rostagni, infirmarius s. eccl. Arelat., *charge* dom. Guillelmum Glause, sacristam, *de voter pour lui dans l'élection du nouvel archevêque.* Act. Sallonis, in carreria publica,...

Bonnemant, t. I, p. 326, minute (d'après le n° suiv.)

1792 9 novembre 1410.

... Illmo principe.. dno Ludovico... Provincie et Forcalquerii comite et domino existente, necnon ven. capitulo s. Arelat. ecclesie, sede archiepiscopali Arel. vaccante, locum Sallonis.. ad manum suam tenente,... rel. vir dom. Jacobus Roddelli, in decretis baccall., archipresbiter s. Arelat. ecclesie, considerans et actendens citationem factam contra singulos canonicos dicte ecclesie per capitulum de conveniendo et comparendo die lune proxime ventura, que erit dies decima mensis hujus novembris,

Arelatis in capitulo, pro electione fienda novi prelati ecclesie anted., Domino concedente et sancti Spiritus gratia cheoperante, actendens eciam quod citationis termino ipse.. nullo modo potest personaliter interesse, aliis negociis arduis prepeditus, presertim circa visationem terre Martici dicte ecclesie Arelat., quam suo vicarie officio exhigente necessario facere oportet ; igitur ne propter ejus absenciam dicta electio retardetur, ipseque.. suum persolvat debitum in premissis..., creavit... suum... procuratorem... rel. vir. d. Jacobum de Pennis, in decretis baccall., vestiarium dicte s. Arelat. ecclesie,... ad... eligendum... in archiepiscopum s. eccl. Arelat. illum quem via s. Spiritus seu vie alie duxerint eligendum, postulandum et etiam nominandum... Act... in burgata Sallonis.....

BONNEMANT, t. I, p. 325, minute orig.

1793 13-4 novembre 1410.

Élection de Paul de Sade, évêque de Marseille, comme archevêque d'Arles.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo decimo et die jovis intitulata VIII mensis novembris, paulo post horam prime vel circa, illustrissimo principe domino nostro dno Ludovico, Dei gratia regnorum Hierusalem et Sicilie rege, regnante, comitatuum Provincie et Forcalquerii ac Pedemontis comite, et urbis Arelatensis domino existente. Cunctis pateat inspecturis hoc presens publicum instrumentum tam present. quam fut. quod, congregato venerabili capitulo vener. et relig. dom. canonicorum sancte Arelatensis ecclesie, ordinis Sancti Augustini, in domo capitulari, in qua solitum est capitulum celebrari, mandato quidem relig. viri dni Raymundi Augerii, prioris claustralis dicte ecclesie, ut est fieri consuetum ; in quo quidem capitulo presentes fuerunt vener. et relig. viri dni Stephanus Langlade, prepositus, in decretis licentiatus, Hugo Bertrandi, archidiaconus, Guillelmus Glause, sacrista, Jacobus Rodelli, baccalarius in decretis, archipresbiter, Petrus Davini, precentor, Jacobus de Pennis, in decretis baccalarius, vestiarius, Anthonius de Auronis, helemosinarius et prior de Vitrola, Raymundus Augerii, prior claustralis, Egidius Langlade, prior B. Marie Majoris, Bartholomeus Comoleti, prior S. Laurentii, Guillelmus Lemosini, operarius, et Trophimus Bernardi, prior de Velaucio, canonici dicte s. ecclesie Arelaten., pro actu electionis infrascripto celebrando capitulantes et capitulum tenentes, dixerunt et exposuerunt per organum prefati dni prepositi quod littere citatorie emanerunt contra absentes a predict. dno preposito et capitulo, ut venirent die lune proxime lapsa, que fuit decima mensis hujus novembris, hora consueta capitulari, ad procedendum una cum aliis ad electionem futuri archiepiscopi et pastoris istius s. ecclesie Arelaten., juxta tenorem litterarum predict. sicut premittitur emanatarum, quas realiter ibidem produxit, una cum totali et debita exequtione earum, prefatus dom. prepositus, quarum exequtionis et earumdem tenores inferius sunt inserti, petens prefatus d. prepositus eas legi et publicari, presente toto capitulo : que lecte et publicate fuerunt ; et ipsis lectis et publicatis, nomine suo et aliorum omnium vocavit nominatim absentes non comparentes per se, aut per procuratores sufficienter structos ; et quia dict. dnis presentibus et capitulantibus, absentes, scil. vener. et relig. dni Hugo Rostagni, infirmarius, et Georgius Raymundi, prior de Castronovo, canonici dicte ecclesie, non comparuerunt per se in propriis eorum personis seu per procuratores sufficienter structos, ad hoc, sicut debebant, fuerunt reputati contumaces per dict. dnos capitulantes, et ordinaverunt in eorum contumaciam, omnes et nemine discrepante, ad electionem predict. et ad omnes et sing. actus alios incumbentes procedendum fore et procedi debere, eorum contumacia in aliquo non obstante. Tenor vero litterarum citatoriarum, et exequtionis earum dignoscitur esse talis : « Prepositus et capitulum... » *(Ce texte n'a pas été transcrit par le notaire, bien que la page fut restée blanche à cet effet).* Quibus quidem... sic peractis, et unanimiter et concorditer per eos ordinatis, ibidem et incontinenti, et in eodem loco,... prefat. dom. prepositus proposuit de mandato omnium verba que sequuntur, vel similia in effectu : « Venerabiles fratres et socii carissimi, vobis notifico quod bone memorie reverendissimus in Christo pater et dominus dom. Artaudus, Dei gratia nostre presentis ecclesie archiepiscopus et pastor, Deo volente et permittente, viam fuit universe carnis ingressus, de anno et mense predictis, et die prima dicti mensis, per cujus mortem predicta nostra ecclesia censetur et est viduata, et pastoris solatio destituta, et demum ejus corpus fuit traditum ecclesiastice sepulture anno et mense predictis, et die mercurii quinta dicti mensis ; demum ego prepositus, Hugo Bertrandi, archidiaconus, Guillelmus Glause, sacrista, Petrus Davini, Raymundus Rugerii, Egidius Langlade, Bartholomeus Comoleti, Guillelmus Lemosini et Trophimus Bernardi, canonici presentes et tunc temporis residentes, capitulantes et congregati ut supra, decrevimus absentes fore vocandos et citandos, eosque per nostras litteras citari mandavimus, ut certo termino comparerent personaliter vel per procuratores sufficienter structos, cum continuatione sequentium dierum, ad electionem futuri pastoris procedendum, eosque spectavimus debito tempore et contumaces reputavimus eosdem absentes, et ordinavimus ad ulteriora procedendum fore per nos presentes congregatos et capitulantes, prout superius est expressum. Cum autem immineat procedendum fore ad electionem de presenti, sicut ad hec sumus specialiter congregati, significo vobis quod de jure communi tres sunt vie principales ordinate, per quarum alteram procedi debet ad electionem : prima via est via Sancti Spiritus, et ista debet esse uniformis, per omnes scil., uno momento, una voce et nullo tractatu precedente eligere vel postulare futurum pastorem ; secunda via est scrutinii, et in ista eliguntur scrutatores et nominantur, qui vota omnium et singulorum voces in electione habentium scrutentur secreto, singulariter et sigillatim, et ad partem, et vota singularium in scriptis redigant, et ipsa redacta post publicent in communi ; tertia via est via compromissi, et ista via habet fieri per totum capitulum, quod eligat unum, duos vel tres, tot quot voluerit, quibus det potestatem providendi vice omnium ecclesie de pastore, promictentes quod illum habebunt in pastorem et archiepiscopum, quem illi compromissarii nomina-

bunt. Restat ergo, domini, delliberare inter nos omnes que via est tenenda in facto presentis electionis, et delliberetur super ea, antequam ad alia procedatur ». Quibus dictis, auditis et per dict. dnos capitulantes palpatis, post plures tractatus hinc inde habitos, omnes communiter et unanimiter et concorditer consentierunt quod per viam scrutinii procedatur, aliis omissis ; quibus sic decisis et expeditis, ordinaverunt prefati dni cappitulantes, ut supra congregati, et prorogaverunt terminum ad procedendum in electionem per viam scrutinii concorditer electam, et continuaverunt ad diem immediate sequentem crastinam, que erit veneris XIIII mensis predicti novembris, hora prime, qua consuetum est teneri sive celebrari capitulum. Presentibus testibus infrascriptis ad hec vocatis specialiter et rogatis, et me P. Bertrandi, de dicta civitate Arelatis, publico hic et ubique in comitatibus Provincie et Forcalquerii regia auctoritate et nunc curie archiepiscopalis Arelaten. pro dicto capitulo, sede vacante, notario constituto, qui predicta scripsi.

Qua die crastina, que fuit veneris, intitula XIIII[ta] mensis novembris, hora prime, superius porrogata, continuata et assignata per dict. dom. capitulantes, et... specialiter congregatos, quibus placuerat et adhuc placet, per formam scrutinii procedere ad presentem electionem faciendam, assumpserunt tres ex ipsis valentes viros, videl. vener. et relig. dnos Guillelmum Glause, sacristam, Bartholomeum Comoleti, priorem S. Laurentii, et Guillelmum Lemosini, operarium dicte ecclesie, fide dignos et boni testimonii viros, quibus ab omnib. et sing. predict. dnis capitulantibus fuit data potestas, concorditer, unanimiter et nemine discrepante, ut secreto et sigillatim vota omnium, primo tamen sua et postmodum aliorum inquirant dilligenter, et ea in scriptis redigant, et ipsa redacta mox in comuni publicare procurent. Quibus sic peractis, prefati dni scrutatores prefatam potestatem eis traditam acceptantes, et gratis, et sponte ratam et gratam habentes, in exequtionem potestatis eis concesse, ad partem se traxerunt, associatis sibi me notario.. et testibus.., ad scrutinium processerunt ut sequitur. Primo scrutati fuerunt vota sua juxta formam sibi traditam in hunc modum : duo enim ex ipsis scrutatoribus, scil. dni Barthol. Comoleti, p. S. L., et Guill. Lemosini, oper., tertium scil. dom. Guillelmum Glause, sacristam, scrutari volentes, eumdem per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et anime sue periculum adjurarunt ut secundum Deum et secundum conscientiam suam justam et debite informatam, in illum dirigat votum suum, quem prefate Arelatensi ecclesie utiliorem et ydoneiorem reputaret ; qui quidem scrutatus, taliter adjuratus consentiit in reverendum patrem dom. Paulum, Dei gratia episcopum Massiliensem, dicens in hunc modum : « Ego Guillelmus Glause, presbiter, canonicus et sacrista s. Arelaten. ecclesie, postulo et nomino in archiepiscopum et pastorem dicte ecclesie Arelat., rever. patrem in Christo dom. Paulum de Sado, episcopum Massiliensem, quem in foro conscientie mee et sub periculo anime mee, actentis suis virtutibus, credo esse ecclesie fructuosum et in eum consentio ». Deinde dictus dom. Bartholomeus Comoleti, canonicus dicte ecclesie Arelaten. et prior S. Laurentii, etiam presbiter, adjuratus per dictos dnos Guillel. Glause sacr. et Guill. Lemosini oper. conscrutatores, consentiit in prefat. dom. Paulum, episcopum Massilien, in hunc modum : « Ego Bartholomeus Comoleti presbiter, prior S. Laurentii, canonicus s. ecclesie Arelat., postulo et nomino rever. dom. Paulum ydoneum et dicte ecclesie utilem, et in eum consentio ». Subsequenter prefatus dom. Guillelmus Lemosini, presb., oper. dicte ecclesie Arelat., a prefatis duobus aliis dnis Guill. Glause et Barth. Comoleti, conscrutatoribus, adjuratus, ut premittitur, consentiit in prefatum dom. Massiliensem episcopum, in hunc modum : « Ego Guillelmus Lemosini, presbiter, canon. et oper. s. ecclesie Arelat., nomino et postulo rever. patrem dom. episcopum Massiliensem, in pastorem et archiepiscopum s. ecclesie Arelat., et in eo consentio ». Sane hiis peractis, immediate et absque aliquo intervallo, prefati tres scrutatores sic inter se primo scrutati,... processerunt secreto et sigillatim, et votum cujuslibet exquisierunt, et imprimis vener. et relig. vir dom. Stephanus Langlade, licent. in decr., presb., canon. et prepos. dicte ecclesie, habens primam vocem, vocatus a predict. scrutatoribus et ... adjuratus, consentiit in dom. Henricum de Avalgoria, in utroque jure licentiatum, consiliarium domini nostri regis, per hec verba : « Ego Stephanus Arelaten. prepositus, in decr. licent., in dom. Henricum de Avalgoria, in utroq. jure licent., consiliarium dni nostri regis Sicilie, consentio et ipsum eligo in archiepiscopum ecclesie Arelaten. et pastorem. Zelus meus est iste : ego video ecclesiam Arelaten. multum oppressam et desolatam ex deffectu boni pastoris, et quia non erat dilectus a rege ; video etiam quod jura et munitiones ecclesie occupantur per officiales regios, nec est spes recuperandi, nisi per aliquem virum potentem et amicum regis ; considero etiam quod iste dom. Henricus est potens et de parentela regis, et per eum ecclesia poterit recuperare jura et munitiones occupata et occupatas, ideo ista de causa, et attentis meritis et sufficientia dicti dni Henrici, ipsum elegi ». Item vener. et relig. vir dom. Hugo Bertrandi, presb., canon. et archidiaconus dicte ecclesie, pari modo adjuratus a prefatis scrutatoribus, consentiit in prefatum dom. Paulum Massilien. episcopum, per hunc modum : « Ego Hugo Bertrandi, presb., canon. et archidiac. s. Arelat. ecclesie, postulo in archiepiscopum ecclesie Arelaten. et pastorem, rever. dom. Paulum D. g. episcopum Massiliens. et in eum consentio ». Item vener. et relig. vir dom. Jacobus Roddelli, in decr. baccall., presb., canon. et archipresbiter dicte ecclesie Arelat., pari forma adjuratus a prefatis dnis scrutatoribus, consentiit in prefatum dom. Massilien. episcopum, in hunc modum : « Ego Jacobus Roddelli, presb., in decr. baccall., canon. et archipresb. s. ecclesie Arelat., postulo rever. in Christo patrem dom. Paulum de Sado, episcopum Massilien., et in eum consentio ». Item vener. et relig. vir dom. Petrus Davini, presb., canon. et precentor dicte ecclesie Arelat., pari modo adjuratus a prefatis dom. scrutatoribus, consentiit in eumdem dom. episcopum Massilien., in hunc modum : « Ego Petrus Davini, presb., canon. et precentor s. ecclesie Arelat., postulo in archiepiscopum dicte ecclesie et pastorem, rever. patrem dom. episcopum Massilien. et in eum consentio ». Item vener. et relig. vir dom. Jacobus de Pennis, in decr. baccall., presb., canon. et vestiarius dicte ecclesie Arelat., similiter adjuratus a

prefatis dnis scrutatoribus, consentiit in prefatum dom. episcopum Massilien., in hunc modum : « Ego Jacobus de Pennis, in decr. baccall., presb., canon. et vestiarius s. ecclesie Arelat., postulo in archiepiscopum ejusdem ecclesie et pastorem, personam rever. in Christo patris dni Pauli de Sado, episcopi Massilien., et in eum consentio ». Item ven. et rel. vir dom. Anthonius de Auronis, presb., canon. et helemosinarius ecclesie Arelat., pari forma adjuratus a prefatis dom. scrutatoribus, consentiit in jamdictum dom. episcopum Massilien. in hunc modum : « Ego Anthonius de Auronis, presb., canon. et helemos. s. ecclesie Arelaten. et prior de Vitrola, postulo in archiepiscopum et prelatum s. ecclesie predicte dom. episcopum Massilien. et in eum consentio ». Item rel. vir dom. Raymundus Augerii, presb., canon. ecclesie Arelat. predicte, pari modo adjuratus a prefatis dom. scrutatoribus, consentiit in dict. dom. episcopum Massilien. in hunc modum : « Ego Raymundus Augerii, presb., canon. s. ecclesie Arelat., postulo dom. episcopum Massiliensem in archiepiscopum ecclesie Arelatensis et pastorem ». Item rel. dom. Egidius Langlade, presb., canon. dicte Arelat. ecclesie et prior prioratus ecclesie de Majori Arelatis, pari forma adjuratus a prefatis dom. scrutatoribus, dixit in hunc modum : « Ego Egidius Langlade, presb., prior B. Marie Majoris, canon. dicte s. ecclesie Arelat., eligo in archiepiscopum dom. prepositum Arelaten., tanquam ydoneum et sufficientem, et in eum consentio ». Item rel. vir dom. Trophimus Bernardi, diac., prior S. Trophimi de Vellaucio, canon. dicte Arelat. ecclesie, pari modo adjuratus a dictis dom. scrutatoribus, consentiit in dom. episcopum Massilien. in hunc modum : « Ego Trophimus Bernardi, diac., prior S. Trophimi de Vellaucio, s. Arelat. ecclesie canon., postulo in archiepiscopum ecclesie Arelat. et pastorem dom. episcopum Massilien., tanquam eidem ecclesie utilem ». Insuper inquisitis et scrutatis secreto et sigillatim voluntatibus singulorum, et modis premissis, et per scrutatores predict. et per me notarium et tabellionem.. in scriptis redactis, prefati dni scrutatores mox et incontinenti... de loco in quo scrutinium fecerunt, recesserunt et ad alios reddierunt, et mox et statim in comuni vota eadem publicaverunt, et publicari fecerunt et mandaverunt per prefat. dom. Guill. Glause sacristam,... recitando omnia et singula vota predicta, prout facta et dicta erant, singulariter et sigillatim. Quibus sic peractis, ad colationem zeli ad zelum, meriti ad meritum, numeri ad numerum, processerunt in hunc modum ; dom. archidiaconus predictus dixit de mandato omnium : « Nos sumus hic duodecim numero, et ex scrutinio publicato, ut audistis, nominati sunt tres, primo dom. prepositus nominavit et elegit, quantum in eo fuit, dom. Henricum de Avalgoria, in utroque jure licentiatum, domini nostri regis Sicilie consiliarium ; deinde decem ex eis nominarunt et postulaverunt prefatum dom. Paulum episcopum Massilien. ; expost dom. Egidius Langlade nominavit et elegit prefat. dom. prepositum, patruum suum ; quibus causantibus et veris existentibus, prout sunt et superius in facto consistunt, apparet clare quod duplo major pars, et plus duo ultra duplo majorem partem, consentierunt in pref. dom. episcopum Massilien., et sic ratione numeri venit aliis preferendus ; item ratione zeli, quia illi qui postularunt episcopum Massilien., sunt antiquiores tempore et meritis prestantiores, et in majoribus dignitatibus constituti, preposito dempto, qui antiquior est et in decretis licentiatus, et majorem obtinens dignitatem, sed est unicus et solus in nominatione sua ; nec in consanguineum seu alias in linea parentela conjunctum consenserunt. Item prefatus dom. prepositus fuit nominatus et electus per dom. Egidium Langlade, ejus nepotem, quantum in eo fuit, et quamquam nominaverit seu elegerit valentem virum, et antiquiorem in scientia et dignitate, nepos suus est et solus, et sic non venit prefato dom. episcopo preferendus, et videtur carnali animo consensiisse. Item prefati dni prepositus et Egidius, sic eligentes, fuerunt et sunt in suis nominationibus singulares ; quibus causantibus, et veris existentibus, prout sunt et in facto consistunt, consideratis et attentis, postulantes prefatum dom. Massilien. episcopum presumuntur meliorem zelum habuisse quam electores predicti. Item et ratione meriti venit prefatus dom. episcopus postulatus preferendus ; primo, quia legum doctor famosus, et longo tempore studuit et legit ordinarie in famoso studio Avinionensi, in quo fuit laudabiliter conversatus, bone vite et conversationis honeste, providus et discretus, et in spiritualibus et temporalibus circumspectus, statura formosus, affabilis in lingua, modestus in loquela, omnibus gratiosus, et administratione strenuus, et in juribus et libertatibus ecclesie deffendandis magnus deffensor et pugil, etatis legitime, de legitimo matrimonio procreatus. Quibus causantibus et veris existentibus, prout sunt et in facto consistunt, palpatis et consideratis, etiam ratione meriti venit aliis preferendus, quamquam prefati duo electi sint valentes viri et omni bono digni, et presertim cum consideratis premissis sedes apostolica suo tempore eum promoverit ad ecclesiam Massiliensem, cujus episcopus est et prelatus, et manifeste probatus fuerit, et per verborum et operum exhibitionem esse talis : que omnia et sing. sunt notoria et manifesta, et nulla possunt tergiversatione celari, et de hiis omnibus et singulis statum, vitam et mores personam suam tangentibus, sunt et fuerunt satis informati dni cardinales, qui tunc temporis adherebant pape, in promotione sua ad ecclesiam Massilien. predict. » Qua collatione sic facta inter eosdem, fuerunt singuli requisiti si eis et cuilibet eorum placebat quod postularetur prefatus dom. Paulus Massilien. episcopus in communi, cum in eum duplo major pars et ultra capituli consenserit ; qui singuli responderunt quod sic requisiti, etiam dni prepositus et Egidius Langlade acquiescebant et acquieverunt, et voluerunt una cum aliis quod postulatio facta de dicto dno episcopo Massilien. publicaretur : primo prefatus dom. prepositus, ex eo quia ejus electio, cum sit solus, non posset electo per eum prodesse, nec ipsum in aliquo rellevare, attento numero aliorum, ideo cupiens bonum statum ecclesie, videns omnes alios esse concordes, preter dom. Egidium Langlade, qui ipsum dom. prepositum elegit, ommittendo electionem per eum factam et adherendo majori parti, dixit in hunc modum : « Ego consentio in dom. episcopum Massiliens. » Pari modo dom. Egidius Langlade, considerans quod major pars consentiit, ymo due partes et ultra, in dom. episcopum Massilien., nolens repu-

gnare unitati ipsorum, et quod electio per ipsum facta non posset prodesse dicto dom. preposito, cum sit solus, dixit etiam pro bono statu ecclesie predicte, in hunc modum : « Ego consentio in dom. episcopum Massilien. ». Et hiis factis et expeditis, ven. viro dno archidiacono supra dicto commiserunt omnes et singuli, unanimiter et concorditer, quod postulationem faceret vice omnium de prefato dno episcopo Massilien. ; qui ad postulationem processit sollempniter in hunc modum : « In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Cum vaccante ecclesia archiepiscopali Arelat., ad presens vocatis qui fuerunt convocati, et presentibus die prefixa omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, placuerit omnibus quod per formam seu viam scrutinii provideretur vaccanti ecclesie predicte de futuro archiepiscopo et pastore, factoque scrutinio juxta formam consilii generalis ac eo publicato, et subsequta et habita collatione dilligenti, repertum fuit duplo majorem partem capituli tocius et ultra, vota sua in dom. Paulum Massilien. episcopum direxisse, virum utique providum, discretum, litterarum scientia dotatum, ac moribus et virtutibus adornatum, et virtuosis actibus commendandum, in sacris ordinibus et etate legitima constitutum, et de legitimo matrimonio procreatum, in spiritualibus et temporalibus circumspectum ; idcirco ego Hugo Bertrandi, archidiaconus prefatus, voce mea et tocius capituli et omnium vocem in ipsa postulatione habentium, ex potestate michi a toto capitulo atributa et concessa, dictum dom. Paulum Massilien. episcopum absentem, invocata Sancti Spiritus gratia, postulo in archiepiscopum et pastorem ecclesie Arelatensis ». Quam quidem postulationem sic factam et celebratam omnes et singuli approbarunt ; et cantando *Te Deum laudamus* alta voce, ad ecclesiam cathedralem recto tramite accesserunt, ut est moris ; et deinde dicto ympno *Te Deum laudamus*, postulationem predictam in coro publice, clero et populo presentibus, publicarunt et publicari fecerunt per organum dicti dni Hugonis Bertrandi, archidiaconi ; volueruntque et ordinaverunt... ad intimandum postulationem predict. et presentandum prefato dno episcopo Massilien. postulato, et ad habendum et requirendum ejus consensum, vener. et relig. viros dnos Jacobum Rodelli, archipresbiterum, et Jacobum de Pennis, vestiarium, in decretis baccallarios, dicte Arelatensis ecclesie canonicos supradictos. De quibus... Acta fuerunt omnia universa et singula supradicta Arelate, in locis superius designatis, scil. in domo capitulari et coro cathedralis ecclesie, supradictis testibus continue presentibus, et de mandato ipsorum omnium de capitulo adhuc vocatis circumspectis viris dnis Anthonio Pangoni, Petro Sancholi, in Arelatensi ecclesia beneficiatis, Guillelmo de Fleynhaco, ministro ecclesie Sancte Trinitatis Arelatis, presbiteris tam de Arelate quam habitatoribus Arelatis. Et me Petro Bertrandi, de dicta civitate Arelatis, publico hic et ubique in comitatibus Provincie et Forcalquerii regia auctoritate et nunc curie archiepiscopalis supradicte Arelat., pro dicto vener. Arelat. capitulo, sede vaccante, notario constituto....

Étendu de Pierre Bertrandi, not. d'Arles, 1409-10, f° 49. Bonnemant, t. I, p. 326-31. Cf. Biblioth. d'Aix, ms. n° 813, f° 46.

1794 14 novembre 1410.

Postulation de Paul de Sade, évêque de Marseille, pour archevêque d'Arles, adressée par Étienne, prévôt, et le chapitre de la sᵉ église d'Arles au pape Jean XXIII (il est inutile d'en reproduire le texte, tout entier pris dans le procès-verbal précédent).

Étendu du même, f° 53 v°. Bonnemant, t. I, p. 331-3.

1795 18 novembre 1410.

Spolium Artaudi archiepiscopi Arelatensis.

Die martis xviij novembris, fuit factum inventarium caprarum infra palacium archiepiscopale existencium ; et fuerunt reperte be. caprine centum undecim, inter quas sunt circa xxx. eduli ; relique sunt lestre grosse, tam mares quam femelli. Present....

Bonnemant, t. I, p. 321, note dans l'étendu de Pierre Bertrandi, not. d'Arles, 1409-10.

1796 22 novembre 1410.

dudum provisiones ecclesiarum cathedralium omnium tunc apud sedem apostolicam vacantium et in antea vacaturarum, ordinationi et dispositioni nostre reservavimus, decernentes ex tunc i. et i. si secus s. hiis per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari, cupientes eidem Arelaten. eccl., de cujus prov. nullus pr. nos hac vice se intromittere potuit, sive potest, res. et decr. obs. supradictis, talem preesse personam, qui sciat, velit et valeat eam preservare a noxiis et adversis, ac in suis manutenere juribus ac etiam adaugere, post deliberationem quam super hiis cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te tunc Magalonensem episcopum, qui camerariatus officium in absentia ven. fratris Francisci, archiepiscopi Narbonensis, camerarii nostri, de mandato nostro regis, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam, prout etiam longa didicimus experientia, Altissimus insignivit, et quod tu qui reg. Magalonensis eccl. hactenus laudabiliter prefuisti, pref. Arelatensem eccl. scies et poteris, auct. Do., sal. regere et fel. gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam ipsi Arelatensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, te a vinculo quo pref. Magalonen. eccl., cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fr. con. et apost. pot. plenitudine, absolventes, te ad dictam Arelatensem ecclesiam auctoritate apostolica transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Arelatensis ecclesie tibi in spirit. et temp. plenarie committendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad ipsam Arelatensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod pref. Arelaten. eccl. per tue industrie et circ. studium fructuosum, gratia tibi assistente divina, prospere dirigetur, grataque in eisdem sp. et temp. susc. incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ad pref. Arelaten. eccl. cum gratia nostre benedictionis accedens, curam et adm. predictas sic diligenter geras et solicite prosequaris, quod ipsa Arelatensis eccl. gubernatori provido et fructuoso adm. gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor, ex laudabilibus tuis actibus, latius diffundatur, tuque, preter eterne ret. premium, nostram et dicte sedis bened. et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio nonas decembris, anno septimo.

Si. mo. Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Suffraganeis ; — Ludovico regi Sicilie.

Arch. Lateran. Reg. Martini V, 1423, an. vii, f° 64 v°.

1851 Rome, 10 février 1424.

Ludovicus, Dei gratia archiepiscopus Arelaten., dni nostri pape vicecamerarius... (*Absolution à Pierre Veillon, qui avait outrepassé le temps de payer son annate, pour la paroisse de Longué.)* Datum Rome, apud S. Petrum.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 1484.

1852 Rome, 14 mars 1424.

Louis Aleman remplace, comme camérier du pape, François archevêque de Narbonne.

Paris, coll. Gaiguières, évêchés, t. II (*Gallia*, I, xxxj).

1853 Rome, 20 mars 1424.

Die xxª mensis marcii [1424], re^mus in Xpisto pater dns Ludovicus mi. di. electus in archiepiscopum Arelaten., translatus de eccl. Magalonen. ad eccl. Arelaten., obtulit camere apost. et sacro collegio rr. dd. cardinalium, pro suo communi servitio, ratione dicte Arelaten. eccl. debito, florenos auri de camera duo milia, ad quos dicta ecclesia taxatur...

Arch. di Stato. Obl. C. A. 1422-1428, f° 78.

1854 16 mai 1424.

Prise de possession de l'archevêché d'Arles, pour Louis Aleman.

Recepte omnium emolumentorum clavarie domus archiepiscopalis Arelatis, per me Petrum Baconi, clavarium et procuratorem re^mi in Xpisto patris et dni dni L. mis. divina Arelaten. archiepiscopi, principis et vicecamerarii dni nostri pape, de anno Inc. Domini 1424 et die 16 mensis aprilis, quo anno recepit possesionem, ejus nomine, re^dus pater dns Petrus Cotini, juris utriusque professor, decanus ecclesie Sancti Petri Avinion., ejusdem domini archiepiscopi in spir. et temp. vicarius generalis. *Addit. récente :* scilicet die xvi maii. *Et en effet au f° 215 :* Die martis xvi. madii, fuerunt in prandio omnes supradicti *(entre autres le neveu de l'archevêque Hugues Aleman)*, adepta possessione dicti archiepiscopatus in ecclesia cathedrali Sancti Trophimi per rev. dnm Petrum Cotini, utriusque juris professorem, etc.

Archev. d'Arles. Reg. Comptes 1418-1466, f° 167 (Comptes du clavaire de l'archevêché, dépenses).

1855 1425.

Declaratio favore Ludovici archiepiscopi Arelat., gubernatoris Bononie, exarchat. Ravenne et Romandiole.

Arch. Vatic. Martini V, t. III, f° 164 v°.

1856 1426.

Recognitio pensionum quas universitas Judeorum Arelatis prestare tenetur dno archiepiscopo Arelatensi.

Biblioth. d'Arles, ms. n° 225, p. 296.

1857 13 avril 1426.

Concession d'autel portatif aux familiers de Louis.

MARTINUS, episc., servus serv. Dei, vener. fratri Ludovico, archiepiscopo Arelaten., vicecamerari[o ac] in civitate nostra Bononien. et nonnullis aliis partibus pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus cum plene legationis officio guberna[tori], sal. et apost. bened. Cum te dudum in Bononien. et exarchatu Ravennaten. cunctisque aliis civitatibus, diocesibus, comitatibu[s, loc]is, terris et districtibus in provincia nostra Romandiole constitutis... pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus cum plene legationis officio gubernatorem constituerimus... ; nos considerantes quod tu gubernationem hujusmodi... eo facilius reges et gubernabis, quo per no[s maj]ori fueris auctoritate munitus, tibi quod quindecim personis, quas ad hec duxeris eligendas, dumtamen persone ipse sint nobiles aut in sacra pagina

magistri seu in altero jurium doctores, concedere valeas auctoritate apostolica, ut cuilibet... liceat habere altare portatile, cum debita reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis, possint per proprium vel per alium sacerdotem ydoneum missam et alia divina officia, sine juris alieni prejudicio, in earum presencia facere celebrari, ten. pres. indulgemus. Dat. Rome, apud S. Petrum, idibus aprilis, pontif. n. anno nono. — *(Sur le repli)* B. de Montepolician'.

Bonnemant, t. III, n° 118, orig. parch. ; t. I, p. 346.

1858 24 mai 1426.

Creatio novorum Cardinalium. Anno a Nat. Dni 1426, ind. 4, die veneris 24 m. maii, pont. vero ss. in Xpisto patris et d. n. d. Martini, di. pro. pape V. anno nono, idem SS. D. N. apud S. Petrum, in privato consistorio creavit infrascriptos dd. S. R. E. cardinales, quorum nomina sunt hec que sequuntur, videl. Johannes, archiep. Rothomagen.; Ludovicus, archiepiscopus Arelaten.; Henricus, episcopus Wintonien.; Johannes, episcopus Olomucen. ; Antonius, episcopus Senen. ; Nicolaus, episcopus Bononien. ; Raymundus, episcopus Castren. ; Johannes de Cervantes, archidiaconus Ispalen. ; Ardicinus de Novaria ; Ugo, germanus regis Cipri.

Arch. di Stato. Obl. C. A. 1422-1428, f° 150.

1859 29 mai 1426.

Provisions du cardinal Louis Aleman, pour tenir l'archevêché d'Arles en commende.

Martinus etc. dilecto filio *Ludovico, assumpto in presbiterum S. R. E. cardinalem,* salutem. Romani pontificis providentia circumspecta universis orbis ecclesiis que vacationis incommoda deplorare noscuntur, ut gubernatorum utilium fulciantur presidio, prospicit diligenter, et S. R. E. cardinalibus, ut expensarum onera que ipsos jugiter subire oportet facilius supportare valeant, libenter, prout est decens et congruum, de alicujus subventionis presidio providet oportuno. Sane ecclesia Arelatensi, ordinis S. A., que metropolitana, ex eo vacante quod nos pridie te a vinculo quo ipsi Arelatensi ecclesie, cui preeras, tenebaris, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ut una nobiscum onera pref. S. R. E. sortireris, in S. R. E. presbiterum cardinalem duximus assumendum ; nos volentes tam dicte ecclesie Arelatensi de gubernatore secundum cor nostrum utili et ydoneo, per quem circumspecte regi et prospere dirigi valeat, quam etiam tibi, qui dudum ipsi ecclesie Arelatensi prefuisti, eandem in spirit. et temp. utiliter gubernasti, pro incumbentibus tibi expensarum oneribus commodius supportandis, de alicujus subventionis auxilio providere ; ipsam Arelatensem ecclesiam sic vacantem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, per te in eisdem spirit. et temp. regendam et gubernandam, usque ad beneplacitum sedis apostolice, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de mera liberalitate nostra, auctoritate apostolica, tenore presentium, commendamus, curam, regimen et gubernationem ejusdem Arelatensis ecclesie tibi in eisdem spirit. et temp. plenarie committendo. Volumus autem quod propter commendam hujusmodi, cultus divinus et solitus canonicorum et ministrorum numerus in eadem Arelatensi ecclesia nullatenus negligatur ; quodque debitis et consuetis ejusdem ecclesie supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibus et proventibus, hujusmodi commenda durante, libere disponere et ordinare valeas, sicut veri archiepiscopi ejusdem ecclesie Arelatensis, qui fuerunt pro tempore, de illis disponere et ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt. Alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte ecclesie tibi penitus interdicta. Quocirca, circumspectioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus hujusmodi curam, regimen et adm., dicta commenda durante, per te vel alium seu alios, sic geras solicite, fid. et prudenter quod dicta Arelaten. eccl. utili gubernatori et fruct. adm. gaudeat se commissam, tuque, preter et. ret. premium et humane laudis preconium, que proinde mereberis, nostram et dicte sedis ben. et gratiam uberius consequi merearis. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto kalendas junii, anno nono.

Arch. Lateran. Reg. Martini V. 1427. an. XI, f° 143 v°.

1860 2 juillet 1426.

Coram rev. in Xpisto patre et d. d. Petro, Dei gratia episcopo Montisalbani rectoreque comitatus Venaissini, ac dicti dni [Ludovici] cardinalis administratorisque et principis ipsius ecclesie Arelatensis, in spir. et temp. vicario generali... *(Reconnaissance.)*

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier de Salon, n° 171.

1861 6 août 1426.

Bulle de Martin V adressée ven. fratr. archiepiscopo Aquensi et episcopo Biterrensi. Ad regendam universalis... Nuper ex conquestione dil. fil. n. Ludovici, tituli S. Cecilie presbiteri cardinalis, perpetui administratoris ecclesie Arelaten., ord. S. Augustini, percepimus *que diverses personnes, ecclésiastiques et laïques, se sont emparées des biens de l'église d'Arles ;* quare pro parte pref. cardinalis, qui Bononie presentialiter immorans, legationis ibidem exercet officium, nobis fuit humiliter supplicatum... ; *le pape les nomme* conservatores et judices *des biens de la mense...* Dat. Genezani, Penestrine dioc., VIII. idus augusti, pontif. n. anno nono. — Gratis pro persona dni Cardinalis. Stephanus Garnerii.

Étendu de Pierre Bertrand, not. d'Arles, 1427. Bonnem., t. I, p. 369.

1862 26 juillet 1427.

Autorisation d'ériger un Mont-Calvaire par le vicaire génér. et l'official du card. Louis Aleman.

Falco de Chona, in decretis licenciatus, ecclesiarum Carpen. et Valen. canonicus, officialis Arelaten. pro rem° in Xpisto patre et domino dno *Ludovico,* miseratione divina *tit. Sancte Sicilie, sacrosancte R. E. presbitero cardinali, Arelaten. vulgariter nuncupato, administratore perpetuo sancte Arelatensis ecclesie,* universis et singulis prioribus, vicariis ecclesiarumque rectoribus, conventualibus et curatis, civitatis et diocesis Arelaten.,

ad quos et quem presentes pervenerint, cuilibetque, et locatenentibus eorumdem, salutem in Domino Xpisto Jhesu sempiternam. Tanto vos et alios christicolas, ad caritatis et pietatis opera libencius invitamus, quanto ad ea exercenda vos et eos credimus invenire promptiores. Cum autem vir providus, Deique famulus, dominus Dominicus de Germayo, presbiter Tullen. diocesis, lator presentium, vitam ducens contemplativam ; qui devotione motus, omnia reliquit terrena pro celestibus acquirendis ; et ipsius vitam respiciens reverenda domina abbatissa monasterii sanctimonialium, ord. S. B., sub vocabulo Sancti Cesarii, in civitate Arelaten., ad quam et ejus monasterium spectat ecclesia Sancti Cesarii extra dictam civitatem scita, in sancto siminterio de Aliscampis, et in qua est quedam habitatio consueta teneri per heremitas probos et honestos, viros presbiteros, et alios seculares ; eundem dominum Dominicum collocavit, et sibi stagiam ibidem sive mansionem concessit, famulaturus, et obsequia Deo et dicte ecclesie prestaturus. Cui subveniebat in victu, et subvenit pro aliquo tempore ; sed causante sterilitate fructuum, que viguit, et adhuc viget, nolens relinquere sorores suas sanctimoniales, nec eis defficere in alimentis, cum essent precipue, et filie sue, et monasterii antedicti, cessavit, et adhuc cessat victum dicto heremite ministrare, ob quod oportuit ipsum mendicare, et cotidie mendicat, ad sustentationem vite sue. Et attendentes, sicuti per oculatam fidem nobis constitit et constat, prout et ipse dominus Dominicus similiter supplicavit reverendo in Xpisto patri et domino dno P. mis. div. episcopo Montisalbani, vicario generali in spiritualibus et temporalibus in dicta ecclesia et archiepiscopatu Arelaten., pro dicto domino cardinali administratore, ut sibi, ad causam oratorii de quo infra dicetur, indulgencias concederet, ipse dominus episcopus et vicarius eundem dnm Dominicum nobis remisit, ut ipsum caritative reciperemus et tractaremus, confoventes ipsum in voto et devocione suis, quos specialiter gerit, habendo jugem memoriam ad locum dictum Montecalvari, ubi Xpistus Jhesus dominus noster pro redemptione humani generis passus est ; et volendo supra dictam ecclesiam unum oratorium construere, intitulandum vocabulo et dicto Monte Calvayre, ad quod per gradus lapideos jam ceptos, et in aliqua parte constructos assendetur ; quod facere non valet quia sibi proprie non suppetunt facultates, nobis instancius idem dominus Dominicus propterea supplicavit, ut per nostras litteras exortativas ipsum, per vos, populo dignaremur commendare, quod sue devocioni prestantes auxilium, manus suas porrigeret ad perficiendum dictum opus adjutrices ; cum expectaret obtinere indulgenciam a dicto dno episcopo omnibus benefactoribus profuturam. Ob quod nos, officialis prefatus, possetenus, devocioni dicti domini Dominici in hac parte satisfacere cupientes, ipsum et suam intentionem, sive devocionem, vestris, et omni populo vobis commisso, tam in civitate quam diocesi Arelatensi, tenore presencium, in Domino commendamus. Ortantes vos et quemlibet vestrum, ac populum vobis commissum, in Domino Xpisto Jhesu, ut dum et quando et quociens, infra tempus de quo dicetur infra, ad vos et loca vestra idem dominus Dominicus declinaverit, elemosinas, et alia caritativa subsidia petiturus, pro constructione et factione dicti oratorii, et alias pro sustentatione vite sue, ipsum benigne recipiatis, et a populo vobis comisso, pro posse, similiter recipi, in nomine Xpisti Jhesu, faciatis. Eundem vobis comissum inducentes populum, et vos pariter inducimus, ad sibi subveniendum in sumptibus dicti operis, et constructione ejusdem, ac in sustentatione vite sue, pro quantitate qua poterunt et poteritis ; ad honorem Dei, et reverenciam memoriamque loci passionis Xpisti Jhesu, ut prefertur, in elemosinis panis, vini, bladi, olei, leguminum, cere, candelarum, et peccuniarum ; et in aliis caritatis piis subsidiis, prout cuilibet videbitur, ac duxerit faciendum, ut per hec, et alia que ipsi et vos fecerint et feceritis bona, inspirante domino Jhesu Xpisto, gaudia eterna adhipisci valeant, et adhipiscamini, ut optatis, perpetuo possidenda. Quando vero indulgencias super hoc obtinuerit, quam cicius vobis et eis intimare curabit, et Deum semper pro vobis rogabit, ad quem tendit cotidie ejus zelus. Admittentes ipsum ad celebrandum in vestris ecclesiis, et ibidem populo explicando necessitatem et devotiones suas quas habuerit in premissis, sine juris parrochialis prejudicio aliquali. Presentibus post tres annos a die presentium in anthea computandos minime valituris. Datum Arelate, sub sigillo autentico dicte curie quo in talibus utimur, die 26 mensis julii, anno a Nat. Dni 1427. In predictis omnibus et singulis prefati domini episcopi et vicarii semper beneplacito reservato. Datum etc.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire d'Arles. Chartrier des prieurés (reg. V), n° 65, orig. parch., fragm. de sceau.

1863 16 janvier 1428.

Franciscus, mis. div. archiepiscopus Narbonensis, domini pape camerarius, re^mi in Xpisto patris et dni dni Ludovici, eadem miser. tit. S. Cecilie S. R. E. cardinalis, administratoris perpetui ecclesie Arelatensis, nunc in remotis agentis, in spir. et temp. vicarius generalis... *(Collation d'une chapellenie aux Stes-Maries.)* Datum et actum Avinione, in domo habitationis nostre, die 16 mensis januarii, anno a Nat. Dni 1428 (Martini pp. V. an. XI.)

Arch. des B.-du-Rh. Saintes-Maries.

1864 8 avril 1428.

Indulgences accordées au Mont-Calvaire par l'archev. de Narbonne, vicaire gén. du card. Louis.

Franciscus, miseracione divina Narbonensis archiepiscopus, domini pape camerarius, vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus reverendissimi in Xpisto patris et domini dni *Ludovici, tit. Sancte Cecilie S. Romane ecclesie presbiteri cardinalis, administratoris perpetui ecclesie et archiepiscopatus Arelatensis*, universis et singulis parrochialium ecclesiarum rectoribus, vicariis quoque perpetuis civitatis et dyoc. Arelatis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Tanto vos ad caritatis et pietatis opera libencius invitamus, quanto ad ea exercenda credimus invenire propenciores, favorabiles et benignos. Cum igitur vir sapiens et discretus, Deique famulus dns Dominicus de

Germeyo, presbiter Tullensis diocesis, lator presencium, vitam sollitariam eligendo, Deo et suis operibus dedicando, devocione motus, omnia relinquit terrena pro celestibus acquirendis, in ecclesia Sancti Cezarii in sancto cimiterio manu Dei, ut pie legitur, consecrato, de Aliseis campis, extra muros civitatis Arelaten., Deo famulatur; et in memoriam Crucis sacrosancte, in qua dominus noster Jhesus Xpistus pro redemptione humani generis passus est, unum oratorium supra dictam ecclesiam Sancti Cezarii jam diu construi incepit, et non habeat facultates de quo possit perficere rem inceptam, et vitam suam supportare, nisi per pias Xpisti fidelium elemosinas eidem succurratur. Idcirco, auctoritate nostri vicariatus officii, vobis, et vestrum cuilibet, tenore presencium, committimus et mandamus, quatenus cum dictus dns Dominicus, lator presencium, ad ecclesias vestras advenerit, pro predictis elemosinis querendo, et pro tam pio opere perficiendo, ipsum benigne et caritative recipiatis, et admittatis ad celebrandum, et necessitates exponendum, sine prejudicio ecclesiarum vestrarum; populum vobis comissum exortando et inducendo, quantum poteritis, ut de bonis sibi a Deo collatis, pro sui sustentatione, ac pro constructione hujusmodi oratorii, eidem grata porrigant subsidia caritatis, ut per hec, et alia bona que vos et ipsi feceritis, inspirante Domino, ad eterna paradisi gaudia mereamini pervenire. Nos enim de injunctis vobis et ipsis penitenciis, quadraginta dies misericorditer relaxamus. Datum Avinione, sub sigillo nostri camerariatus officii, sub anno a Nativitate Domini 1428, die vero octava mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in Xpisto patris et domini nostri dni Martini, divina providencia pape quinti, anno undecimo.

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire d'Arles. Chartrier des prieurés (reg. v), n° 66, orig. parch., fragm. de sceau.

1865 4 juin 1428.

Nos Petrus, Castren. episcopus, r^mi in Xpisto patris et dni dni Ludovici tit. S. Cecilie sacrosancte Ro. eccl. cardinalis, Arelaten. vulgariter nuncupatus, Bononie legati, administratoris perpetui sancte Arelaten. ecclesie, in eadem ecclesia in spirit. et temp. vic. gen., r^do in Xpisto patri dno P. Massilien. episcopo. — *(Faire publier et recueillir les décimes imposées par le pape Martin V, pour faire la guerre aux hérétiques de Bohême.)*

Arch. des B.-du-Rh. Evêché de Marseille, orig.

1866 Bologne, Rome, août 1428.

Bononia, de mense augusti, anno Dni MCCCCXXVIII, rebellavit se, ceperunt legatum domnum cardinalem Arelatensem et deinde relaxaverunt spoliatum, et venit Romam.

Rome, ms. Vatic. 5623 (Duchesne, *Liber pontif.*, t. II, p. 545).

1867 30 août 1428.

... Convocato honorabili consilio alme urbis Arelatensis,.. Item fuit in dicto consilio ordinatum, attenta rellatione inibi in dicto consilio facta per Nicholaum Benigni, mercatorem hujus civitatis, qui venit noviter de partibus Bononie, in quibus reverendissimus in Christo pater et dominus dom. L. cardinalis Arelatensis, sancte Arelatensis ecclesie perpetuus administrator et domini nostri Pape legatus, et inibi retulit verbo, ex parte ipsius dni cardinalis et administratoris, plures et diversas adversitates ipsi dno cardinali administratori per hujusmodi Bononienses noviter factas, de quibus, et non immerito condolent dni sindici et consiliarii memorati; quod nobilis Johannes Romey et dom. Anthonius Basani, embaxiatores electi ex parte ipsorum dom. sindicorum et consilii, accedere habeant apud Avinionem, ad presentiam dni camerarii domini nostri Pape, ad sibi et ejus reverendissime paternitati anunciandum, condolendo, nova perversa supra dicta, offerendumque eidem ipsos sindicos et consilium, ac totam presentem universitatem, ad queque beneplacita prestanda in ipsius dni cardinalis et administratoris adjutorium et succursum.

Délibérations du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119.

1868 13 mai 1429.

Dno Petro, Dei gratia Castren. episcopo, totius archiepiscopatus Arelaten. pro re^mo in X. patre et d. d. Ludovico mi. di. tit. S. Cecilie SS. R. E. presb. card. Arelaten. nuncupato, administratore perp. dicte eccl. Arel., in sp. et temp. vicario generali.

Chartrier des paroisses d'Arles, n° 36.

1869 30 avril 1430.

Petrus, mis. div. Castrensis episcopus, re^mi in Xpisto patris et dni dni L. eadem miseratione tit. S. Cecilie S. R. E. presbiteri cardinalis administratorisque perpetui Arelatensis ecclesie, in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis, dil. nobis in Christo Raymundo Anthonii, presbitero civitatis Arelaten., salutem in Dno sempiternam. *(Collation d'une chapellenie à la paroisse de Ste-Marie la Principale).* Actum Avinione, in domo nostre solite residentie, die ultima mensis aprilis, anno a Nat. Dni 1430.

Chapitre d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. I, n° 90.

1870 1er-5 mai 1430.

Die lune prima mensis maii [1430]. Dicta die venit re^dus pater et dominus meus dom. episcopus Castrensis et nobilis et potens vir et dominus dns Petrus Almandi, miles, germanus domini nostri communis, cum xv. equitaturis. ... 5 maii, die veneris, venerunt re^di dni mei dni episcopi Castren. et Lodoven.

Archev. d'Arles. Reg. Comptes 1418-1466, f° 111, etc.

1871 Rome, 12 mars 1430/1.

Statuts concernant la dignité cardinalice dressés par les cardinaux après l'élection d'Eugène IV et confirmés par lui. — Ego Ludovicus, S. R. E. tit. S. Cæciliæ presbyter Arelatensis cardinalis, ita, ut suprascribitur, vovi, juravi et promisi, et propria manu me subscripsi.

Raynaldus, *Ann. eccles.*, a. 1431, n° 7.

1872 25 juin 1431.

Intuitu rev. in Xpisto patris et d. d. P. mis. div. Castren. episcopi, vicarii gen. re^mi dni L. tit. S. Cecilie presb. card., administratoris perpetui ecclesie Arelaten.

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 93.

1873 25 juillet 1431.

Provisions du cardinal Louis Aleman, pour la commende de l'abbaye de Montmajour.

Eugenius etc. dilecto filio *Ludovico, tit. Sancte Cecilie presb. cardinali*, salutem etc. Romani pontificis providentia circumspecta... Dudum siquidem quondam Petro, abbate monasterii Sancti Petri Montismajoris, O. S. B., eidem Rom. eccl. imm. subjecti, Arelaten. dioc., regimini et adm. ejusd. mon. presidente, fe. re. Martinus papa V, predecessor noster, cupiens eidem mon., cum ipsum vac. contingeret, per apost. sedis provid. ut. et yd. presidere personam, prov. dicti mon. dispositioni apost., ea vice, sp. reservavit, decernens ex tunc i. et i. si se. s. hiis, per quosc., quavis auct., sc. vel ign. cont. attemptari. Postmodum vero prefato mon. per obitum dicti Petri, qui extra. ro. cu. deb. nat. persolvit, abbatis regimine destituto, dil. filii conventus dicti mon., res. et decr. predictorum forsan ignari, te, ut accepimus, in administratorem bonorum dicti mon. concorditer postularunt, licet de facto. Nos igitur qui, dicto predecessore, sicut Do. placuit, sublato de medio, ac de prefacto mon. per eum minime disposito, ad summi pontificatus apicem fuimus assumpti, postulationem predictam, utputa post et contra dictam reservationem, de facto, ut premittitur, attemptatam, irritam, prout est, et inanem reputantes, ac volentes tam eidem monasterio, de cujus provisione nullus preter nos, hac vice, se intromittere potuit, sive potest, res. et decr. obs. supradictis, ne longe vac. exponatur incommodis, de utili et yd. gubernatore, quam tibi, ut expensarum onera, que te jugiter subire oportet, commodius supportare valeas, de alicujus sub. auxilio providere, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, pref. monasterium, cujus fructus, redditus et proventus quingentarum librarum Turonensium parvorum, secundum communem extimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt,... tibi, per te usque ad beneplacitum dicte sedis apost. tenendum, regendum et etiam gubernandum, auct. apost. commendamus, curam, regimen et adm. ipsius mon. tibi in sp. et temp. plenarie committendo. Volumus autem... Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Inc. Dom. 1431, octavo kal. augusti, anno primo.

Arch. Lateran. Eugenii IV, 1431, an. 1, lib. 8, f° 234.

1874 27 juillet 1431.

... R^mo^ in X. p. et d. d. Ludovico, m. d. tit. S. Cecilie ss. R. e. cardinali, Arelaten. vulgariter nuncupato, administratoreque perpetuo s. Arelat. ecclesie presidente,... coram ven. et emin. v. d. Falcone de Chona, in decr. licent., ecclesiarum Carpentoract. et Valentin. canonico, officiali Arelat., in auditorio causarum curie archiepiscopalis..., d. Guillelmus Blegerii, in decr. baccal., procurator fiscalis... dicti... administratoris,... exposuit se pridem invenisse in archivis ven. capituli s. Arelat. ecclesie duo publica instrumenta, *5 oct. 1257 et 4 juin 1278, dont il demande un* vidimus.

Arch. de l'hôtel-de-ville d'Arles. Reg. *Titres de l'église*, t. I, n° 4. Bonnemant, t. I, p. 201-8.

1875 5 janvier 1431/2.

... Item fuit in dicto consilio ordinatum scribi rev^mo^ in Christo patri domino dno Ludovico, miseratione divina tituli Sancte Sicilie cardinali Arelatensi, administratori perpetuo sancte Arelatensis ecclesie, attento quod dni camerarius et episcopus Castrensis, qui erant vicarii generales hujus archiepiscopatus Arelatensis, decesserunt in Domino, quod providere velit et dignetur de aliquo valente dno episcopo pro vicario generali in presenti archiepiscopatu ; et, si sibi videatur et paternitati sue placeat, de reverendo patre dno Vasionense episcopo, suffraganeo hujus archiepiscopatus, qui alias, videl. de tempore bo. me. dni cardinalis Ostiensis, administratoris generalis hujus sancte Arelatensis ecclesie, vicarius generalis fuit, et qui in illo valde bene se gessit, et presenti universitati valde gratus extitit.

Délibérations du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119.

1876 14 février 1432/3.

Declaracio certorum dubiorum et solucionum contentorum in sentencia nuper lata per rev. in X° patr. et dom. d. Petrum D. g. episcopum Lodoven. et comitem Montis Bruni, archiepiscopatus Arelat. in spiritual. et tempor.... vicarium generalem, inter rev. pat. d. Jacobum de Pennis, decretorum doctorem, prepositum s. Arelat. ecclesie, et ven. capitulum ejusdem ecclesie.

Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 155 et 157, minute pap.

1877 10 août 1433.

... Et primo fuit in dicto consilio ordinatum quod donum factum egregio et nobili viro Baptiste Cizero, patrono galee Gardie Janue, qui portavit de Roma ad presentem civitatem rev^mum^ in Christo patrem et dominum dom. cardinalem Arelatensem cum laude et honore, quod est de duobus millibus panibus bescuetatis, valoris cujuslibet duorum den., et duabus botis vini de Cravo, in quibus fuerunt viginti duo barralia, ad rationem unius floreni pro quolibet barrali, et viginti quinque mutonibus, ad rationem quindecim grossorum pro quolibet mutone, in compotis dom. sindicorum acceptetur. — Item, ulterius fuit in dicto consilio ordinatum in compotis dict. dom. sindicorum acceptari expensam factam, per eos eundo obviam preffato dom. cardinali, cum duobus lautis sive barchis armatis, tam in pane quam vino, quam etiam fructa. — Item ulterius, quia fuit scriptum ex parte sindicorum et consilii illustri principi dno duci Mediolanensi et civitati Janue, regraciando eisdem bonam affectionem quam monstraverunt erga dictum dom. cardinalem, et expensas factas per eos in adducendo eum de Roma ad has partes, consilium predictum dictas litteras approbavit, et confirmat, de mente contentorum in eis plene informatum per copias litterarum ipsarum retentas. — Item, fuit ulterius commissum dom. sindicis, adjunctis eis sex vel octo ex nobilioribus hujus civitatis quos habere potuerint, in comitiva dom. vicarii, de faciendo aliquod honorabile insenium ex parte universitatis presentis rev^mo^ dno cardinali Arelatensi, pro suo felici adventu, et quod dederint in eorum compotis acceptatur. — Successive vero, dicta die, hora vesperorum,

convocatis et congregatis in domo habitationis dom. vicarii dnis sindicis supradictis, atque nobilibus et honorabilibus viris Alziassio Porcelleti, Johanne Romey, dno Petro de Lupperiis, Tassile de Varaderio, Gaufrido Rostagni, Nicholao de Sancto Martino, Nicholao Cayssii et Petro Isnardi, domicellis, atque dno Anthonio Basani, jurisperito, accessore, Geronimo Boche et Johanne Trechardi, burgensibus, mandato dni vicarii supra dicti, specialiter et expresse pro dono faciendo rev^mo in Christo patri et domino dno cardinali Arelatensi ex parte presentis universitatis, juxta formam ordinationis hora terciarum hujus diei per consilium tunc tentum facte, habitis hinc pluribus et diversis altercationibus de et super merito dicti doni sic fiendi, finaliter concluserunt omnes unanimiter et concorditer, nemine discrepante, pro honore presentis universitatis, quod dentur, ex parte hujus universitatis Arelatis, preffato dno cardinali Arelatensi, duodecim tacee argenti, deaurate in ortis a circio, ponderis cujuslibet duarum marcharum argenti fini.

1878 12 août 1433.

... Et primo, quia, in executionem ordinationis facte in precedenti consilio, per quam fuit commissum dnis sindicis, in comitiva dni vicarii, adjunctis eis sex vel octo ex notabilioribus hujus civitatis, pro faciendo et ordinando aliquod insenium ex parte presentis universitatis rev^mo in Christo patri et domino dno Arelatensi cardinali et administratori, fuit ordinatum per dictos sindicos et adjunctos dari et presentari dicto dno cardinali duodecim taceas argenti fini, ponderis cujuslibet duarum marcharum, deauratas a circio in ortis ; fuit igitur in dicto consilio ordinatum quod donum predictum fiat, et precium dict. tacearum in compotis ipsorum sindicorum acceptetur. Et quia universitas non habet pecunias in totum, de quibus dictum fieri possit insenium sive donum, et nobiles Alziassius Porcelleti, dom. Petrus de Luperiis et Geronimus Boche se obtulerunt mutuare liberaliter ducentos florenos usque festum Omnium Sanctorum proxime futurum, et justum est dictas pecunias ipsis mutuantibus fore salvas et restitutas in termino per eos captato, presens consilium, nomine universitatis et tanquam private persone, se obligavit de illis ducentis florenis restituendis termino jam dicto in debita forma.

Délibérations du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119.

1879 2 janvier 1433/4.

Acte où le cardinal Louis Aleman mentionne comme ayant été ses vicaires dnm Petrum Dei gratia Castren. episcopum, archiepiscopatus Arelaten. vicarium generalem pro r^mo dno administratore, *et ensuite* dnm Petrum Dei gratia Lodoven. episcopum et comitem Montisbruni, archiepiscopatus Arelaten. vicarium gen. pro r^mo dno administratore.

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier de Salon, n° 424.

Le cardinal Louis, chargé par le concile de Bâle d'examiner les droits respectifs de Louis de Glandevès et de Barthélemy Rocalli à l'évêché de Marseille, se prononce en faveur du premier (voir Marseille, n°s 720-1).

1880 Arles, 20 mars 1433/4.

Sequuntur Statuta facta et ordinata per rev^mum dom. cardinalem et administratorem s^e Arelatensis ecclesie, super reformatione prefate ecclesie sue.


Bonnemant, *Cart.*, t. II, p. 749-57 (voir aux prévôts).

1881 Arles, 23 mars 1433/4.

Le cardinal Louis Aleman, administrateur perpétuel de l'église d'Arles, décide que communis administracio ven. capituli remaneat... in manibus ipsius ven. capituli... et... modernorum administratorum ejusdem ; *etc.*

Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 156, minute pap.

1882 Mondragon, 10 avril 1434.



Nomination de Julien Aimeric aux fonctions de prévôt des monnayeurs du château de Mondragon.

Chartrier de Mondragon, n° 68. Blancard, *Iconogr.*, p. 128.



1883 Bâle, 25 octobre 1434.

Requête humilium presbiterorum de numero viginti in s^a ecclesia Arelatensi *présentée à l'archevêque Louis Aleman*, Ludovicus cardinalis Arelatensis.

Bonnemant, Cart. du chap. d'Arles, t. II, p. 9, copie.

1884 26 novembre 1434.

[Locumtenens] r^di patris dni Johannis de Ferrariis, decretorum doctoris, prioris prioratus de Grimaudo et perpetui administratoris ecclesie de Palaysono, Forojulien. dioc., officialis Arelaten. pro r^mo in Xpisto patre d. d. L. mi. di. tit. S. Cecilie S. R. E. presb. cardinali, Arelaten. vulgariter nuncupato, administratore perpetuo dicte sancte Arelaten. ecclesie... *(Ce lieutenant est Guigue Olivier, le futur prieur de Pignans. Il vidime la protestation d'Hélion de Glandevès pour la nomination de son fils à Marseille. Pas étonnant que cela se fasse à Arles, Louis Aleman au concile de Bâle).*

Arch. des B.-du-Rh. Evêché de Marseille.

1885 8 avril 1435.

... Die veneris... ante dominicam Ramis palmarum, apud Arelatem, in archiepiscopali palatio et in corritorio novo ante cameram paramenti et supra viridarium..., constituti coram rev. patre d. Johanne de Ferreriis, decret. doct., priore prioratus de Grimaudo et administra-

tore perpetuo ecclesie de Palaysono, Forojul. dioc., vicario et officiali Arelat., Samuel de Barrio, Ysac Parati, bayloni universitatis judeorum Arelatis, et Bonjues Carcassoni, baylonus scole judeorum Arelatis et actor dicte universitatis..., presente... d. Petro Spinasse, presbit., dicte domus archiepiscopalis Arelaten. vice clavario..., exposuerunt verbothenus seriose quod ipsi tenentur, pro eorum scola judeorum et custodia ejusdem, ex antiqua conventione et antiquissima consuetudine, rev^{mo} in C. p. et d. dno Ludovico, mis. div. tit. S. Cecilie S. R. E. presbit. cardinali, Arelatensî vulgariter nuncupato, s. Arelat. ecclesie perpetuo administratore..., ad prestationem perpetue pensionis xx libr. piperis, xx libre cere fine in candelis et iiii lampredarum vivarum... prestande die crastina, que erit sabbati ante domin. Ramis palm..., qua die sabbati non liceret eis hunc actum exercere, ideo... presentaverunt... dict. pensionem, requirentes... quathenus.. dignetur eam recipere et eisdem... idoneam concedere appodixam... *Quittance.*

Etendu de Pierre Bertrandi, not. d'Arles, 1434-5. Bonn., t. II, p. 47.

1886 10 octobre 1436.

Nos Guigo Olivarii, decretorum doctor, s. Arelaten. ecclesie infirmarius, locumtenens rev. patris dni Johannis de Ferreriis, decret. doctoris, prioris de Grimaudo et administratoris perpetui ecclesie de Palaysono, Forojulien. dioc., officialis Arelaten. pro r^{mo} in Xpisto patre et d. d. Ludovico, mi. di. tit. S. Cecilie S. R. E. presb. card., Arelaten. vulgariter nuncupato, s. predicte Arelaten. ecclesie perpetuo administratore et principe. (*Jugement réduisant à 6 livres les décimes dues par l'abbaye de St-Césaire*). Actum fuit hoc in auditorio dicte curie [Arelat.]

Arch. des B.-du Rh. St-Césaire. Privilèges, no 28, orig. parch.

1887 Bâle, 15 février 1437.

... Rev. in Chr. patr. ac dnis dno ... Ludovico tituli S. Cæciliæ Arelatensi S. R. E. presbyt. cardin. vulgariter nuncup.,... in majori ecclesia Basileensi, de mane... *Protestation de l'orateur de l'empereur de Constantinople.*

Coleti, *Concilia*, t. XVIII, c. 853.

1888 21 novembre 1437.

... Rev^{mo} in X. p. et d. dno Ludovico, mis. div. tit. S. Cecilie S. R. E. presbit. cardinali, Arelatense vulgariter nuncupato, s. Arelat. ecclesie perpetuo administratore presidente,... congregato ven. capitulo dicte s. Arelat. ecclesie, etc., ipsi dni prepositus et capitulum..., in considerationis speculum deducentes singularem devotionem quam ad dict. suam Arelat. ecclesiam et affectionem ad.. dnos prepositum et capitulum.. gessit, gerit et ostendit per effectum, et clare constat per tenorem supplicationis sue rev^{me} paternitati reddite..., hujus.. seriei (*le texte manque*) ; per cujus quidem supplicationis signaturam constat lucide ipsum r. d. administratorem prefatos dd. prepositum et capitulum ac eorum mensam capitularem habere in suis visceribus recomissos, cupientesque alicujus eidem... ostendere dilectionis et sincere devotionis affectum, ductique consilio rev. in X. p. et d. dni Petri, D. g. episcopi Lodoven. et comitis Montisbruni,... s. Arelat. ecclesie in spiritual. et temporal. vicarii generalis, ipsum... habere volentes, sicut tenentur, in ... suffragiis spiritualibus et orationibus specialiter recomissum,... promiserunt... d. episcopo Lodov... presenti... quod... in singulis missis in dicta Arelat. ecclesia in antea per imperpetuum in laudem, gloriam et honorem excelse Marie virginis, pro statu prospero et felici ejusdem r. d. perpetui administratoris, et quod Dominus noster Jhesus Xpistus votive et feliciter dirigat personam et facta sua, quamdiu vixerit in humanis, dicent collectam que sequitur, videl. « pro pontifice nostro : Dominus conservet eum et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in manus inimicorum ejus. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo et dirige eum secundum clementiam tuam in viam salutis eterne ; ut, te donante, tibi placita cupiat et tota mente perficiat. Per Christum Dominum nostrum ». Post vero ejus obitum dicetur, sicut premittitur, in qualibet missa colleta unius continentie et tenoris : « Requiem eternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei. Requiescat in pace, amen. Oremus. Inclina aurem tuam, Domine, ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, et animam famuli tui pontificis, quam ab hoc seculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia secula seculorum, amen ». Que omnia... observare... promiserunt... De quibus... Actum... in tinello camere paramenti palatii archiepiscopalis Arelaten., present. rel... d. Gabriele de Vulpilhaco, mon. et precentore ven. monasterii S. Petri Montis majoris....

Étendu de P. Bertrandi, not. d'Arles, 1436-7. Bonnem., t. II, p. 46.

1889 Bâle, 18 janvier 1438.

Supplique de Louis de Glandevès, postulé évêque de Marseille, à une commission du concile de Bâle, in refectorio conventus fratrum Minorum Basiliensium, rev. in X. p. et d. dnis Ludovico, mi. di. tit. S. Cecilie S. R. E. presbit. cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato...

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, no 722.

1890 Bâle, 28 janvier 1438.

Le cardinal Louis Aleman au concile de Bâle.

Ludovicus, miseratione divina *tit. Sancte Cecilie sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis, administratorque perpetuus et princeps ecclesie Arelatensis*, ac supremus locorum sive castrorum de Sancto Amantio, Cornillione et Confurnis dominus, venerabilibus et egregiis viris dominis Raymundo Thaloni, decretorum doctori, electo Cistaricensi, et Guillelmo Blegerii, licenciato in decretis, officiali nostro Arelaten., salutem, et in commissis hujusmodi fidelem operam ac diligenciam adhibere. Oblate nobis nuper, pro parte dilectorum nostrorum fidelium vassalorum nobilium virorum Amedei et Hugonini de Barriaco, condominorum in parte castrorum et locorum de Sancto Amantio, Cornillione et Confurnis predictorum, petitionis series continebat, quod

licet ipsi in eisdem castris jurisdictionem habeant in homines suos, judex tamen Sallonis et bajulus nostri de Sancto Amantio de privilegiis et juribus ipsorum exponentium minus, ut creditur, informati, jurisdictionem et jura eorum occupant, et eos suam hujusmodi jurisdictionem exercere libere non permittunt, in suorum hominum, ac jurium et jurisdictionis predictorum prejudicium non modicum et jacturam. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, licet prefati nobiles Amedeus et Hugoninus hujusmodi perturbationes et gravamina, etiam particularius, reverendo in Xpisto patri dno P. episcopo Lodovensi, in spiritualibus et temporalibus generali, ac egregio decretorum doctori dno Jacobo de Pennis, preposito Arelaten., vicariis nostris, exposuerint, et pro remedio institerint, nullam tamen desuper provisionem obtinere potuerunt. Quare nobis extitit, pro parte eorumdem nobilium Amedei et Hugonini, vassalorum nostrorum, humiliter supplicatum, quatenus sibi super hiis oportune providere dignaremur. Nos igitur justiciam colere, ac jus suum unicuique, prout nobis incumbit, tribuere cupientes, quia de premissis plenam notitiam non habemus, discretioni vestre, tenore presentium, committimus et mandamus, quatenus, vocatis procuratore nostro fiscali et aliis qui fuerint evocandi, vos super expositis diligenter informetis, et a prefatis domino episcopo et preposito, vicariis nostris, ad quos alias res ipsa delata est, ut prefertur, motivis et rationibus quibus negotium in statu relinquere, ut asseritur, censuerunt, intellectis, si exposita veritate nitantur, ministretis dictis exponentibus justicie complementum, ac alias ita providere desuper studeatis, quod servatis honore et juribus superioritatis ecclesie nostre Arelatensis illesis, liberum sit unicuique jurisdictione et privilegiis ad se pertinentibus uti, ac illa exercere, omni impedimento cessante ; facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia firmiter observari... Datum Basilee, in domibus nostre solite residentie, sub anno a Nativitate Domini 1438, indictione xv^a, die vero 28 mensis januarii, pontificatus sanctissimi in Xpisto patris et domini nostri domini Eugenii di. pro. pape quarti anno septimo.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 152, orig., sceau de cire rouge.

1891 26 juillet 1439.

Le cardinal d'Arles, président du concile de Bâle, délivre un diplôme de docteur en droit canonique à Henri de Beinheim.

Basler Chroniken, herausg. von d. histor. u. antiq. Gesellsch. in Basel, 1895, t. V, p. 331.

1892 Bâle, 24 octobre 1439.

Sacrosancta Basileensis generalis synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans... statuit ... electionem Romani pontificis fiendam et celebrandam esse... : et primo, quod una cum dilectiss. Ecclesiæ filio Ludovico, tituli S. Cæciliæ S. R. E. presbyt. cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, præsente et præsidente sacro concilio,...

Labbe, *Concilia*, t. XII, c. 625, sess. xxxvii ; rappelé dans le 3e décret de la xxxviiie session (c. 634) et dans celui de la xxxixe (c. 637).

1893 Bâle, 30 octobre-5 novembre 1439.

... Celebrata missa solemni per præfatum cardinalem Arelatensem ac per singulos ipsorum [electorum] suscepto divinæ eucharistiæ sacramento de manu ejusdem cardinalis, ... ipsi pariter cum eodem cardinali conclave intraverunt... Et tandem facto quinto scrutinio..., compertum est... Amedeum ducem Sabaudiæ ... in summum pontificem... esse electum... Quæ quidem electio postmodum, aperta fenestra conclavis, fuit per prædictum dom. cardinalem Arelatensem publice nuntiata, decantatoque *Te Deum laudamus*... ipsi a conclavi exierunt... et... ecclesiam majorem Basileen. adierunt... Iteratoque sæpedictus dom. cardinalis Arelatensis in ambone... retulit quomodo ipsa electio rite et canonice fuerat celebrata...

Labbe, *Concilia*, t. XII, c. 637-8, sess. xxxix.

Item, dominus Arelatensis fecit sermonem quoad clerum solempniter et fundamentaliter, quomodo electio fuit facta per Spiritum sanctum et per preces devotorum hominum.

Basler Chroniken, 1890, t. IV, p. 249.

1894 3? décembre 1439.

Item, feria tertia mensis decembris, recesserunt domini spirituales et temporales, scil. dnus Arelatensis cardinalis, cum cruce tamquam legatus... ad dom. ss. electum, ad annuntiandum sanctitati sue electionem suam factam in concilio Basiliensi anno 39.

Basler Chroniken., t. IV, p. 249-50.

1895 11 avril 1440.

Eadem die [mercurii iii. idus aprilis 1440], SS. D. N. [Eugenius IV] declaravit Ludovicum, olim cardinalem tit. S. Cecilie, Arelatensem nuncupatum, ob notoriam adherenciam scismatice et heretice congregationi Basiliensi, et conspirationem cum ea factam adversus ipsum SS. D. N. papam et s. apostolicam sedem, meruisse ipso facto penas excommunicationis, privationis cardinalatus, et commendarum ecclesie Arelatensis, monasterii Montismajoris, et omnium aliarum commendarum, ac dignitatum, officiorum et beneficiorum, et inhabilitationis ad futura, necnon alias penas in decreto translationis concilii ad Ferrariam, et omnibus aliis et singulis decretis, et signanter illius qui incipit *Moyses*, in sacro Ferrariensi et Florentino concilio editas, ipsumque Ludovicum tanquam talem ab omnibus haberi et teneri debere, etc.

Arch. Vatic. Reg. 566. Consist. 1433-1443, f° 51 v°.

1896 28 mai 1440.

Bulle d'Eugène IV qui déclare le cardinal Louis Aleman privé de toutes ses dignités.

Eugenius, etc., ad futuram rei memoriam. Quemadmodum Romana ecclesia, que ecclesiarum omnium mater est salutarisque doctrine magistra, recurrentes ad eam cum humilitate filios post excessum, materno suscipere consuevit affectu, ipsorum doloribus misericorditer compatiendo, sic profecto illos digne a se repellit

et abhorret qui suo lacte nutriti, sua beneficentia sublevati, superbie concepto spiritu ipsam quam sibi sponsam Christus copulavit, et extra quam nemini salus est, variis figmentis fucatisque coloribus, ac exquisitis excogitatisque fraudibus, dividere, ac horrendo et pestifero scismati, in divine majestatis offensam, ac in perpetuam suarum dampnationem animarum, Christianique populi gravissimum scandalum, submittere non exparunt, ne illius ubera ulterius suggere permittantur, quam venenatis dentibus mordere, ac ejus unionem et integritatem ore poluto execrataque lingua violare presumpserunt. Dudum siquidem ex certis justis et rationabilibus tunc expressis causis, de ven. fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu, pluribus ex ven. fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis et abbatibus, apud sedem apostolicam tunc existentibus, id laudantibus et consulentibus, generale concilium apud civitatem Basiliensem tunc constitutum, de ipsa civitate Basiliensi ad nostram civitatem Ferrariensem, per quasdam [nostras litteras] transtulimus et translatum esse declaravimus, ac inter cetera sub exc. et privationis quarumcunque eccl., mon., dign., prioratuum, personat., adm., officiorum et aliorum benef. ecclesiasticorum quorumlibet, necnon inhabilitationis et aliis tunc expressis penis, quas contrafacientes ipso facto incurrere voluimus, omnibus et singulis, cujuscunque status, gradus aut cond. existerent, etiam si cardinalatus honore, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali, aut alia quavis eccl. vel seculari prefulgeant dignitate, districtius inhibuimus, ne, ex tunc in antea, in dicta Basiliensi civitate, aut alibi, preterquam in civit. Ferrariensi, hujusmodi concilium aut alius consiliarius actus teneretur, seu aliquod officium ab eo subordinatum exerceretur, nec etiam aliquis in dicta civ. Basiliensi, nisi dumtaxat quoad Bohemorum articulum, remaneret, nec ad alium locum quam Ferrarie, sub nomine et pretextu concilii, accederet. Et deinde, ipso concilio in dicta Ferrariensi civitate translato, et approbante, omnes et singulos Basilie sub nomine concilii, quod verius conventiculum dici debuit, contra translationem et declarationem nostras hujusmodi venientes, et nonnulla scandala et nepharia tunc expressa presumentes, etiam si titulis aut dignitatibus prefulgerent antedictis, excommunicationis, ac ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, prioratuum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum et prebendarum, ac beneficiorum suorum hujusmodi penas, ipso facto, incurrisse, per alias declaravimus; mandantes insuper, sub penis et censuris predictis, omnibus et singulis cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, electis et abbatibus, ac ceteris cujuscunque dignitatis, status, gradus aut cond. existerent, in dicta civ. Basiliensi, sub pretextu concilii hujusmodi, convenientibus, ut infra triginta dies a die date posteriorum litterarum hujusmodi computandos, deberent realiter et cum effectu a dicta Basiliensi civitate recessisse; ac postremo, posteriorem declarationem hujusmodi, inter cetera, per alias nostras litteras innovavimus, prout hec omnia in litteris prefatis plenius continentur. Et quia, ut dolenter referimus, iniquitatis alumpnus atque perditionis filius *Ludovicus*, olim *tit. Sancte Cecilie presbiter cardinalis, ecclesie Arelatensis* per sedem predictam *administrator* deputatus, sue salutis immemor, ac in sensum reprobum datus, extrema laborans ingratitudine, ac propria superatus iniquitate, malitiaque confusus, necnon bonorum et honorum que ab eadem ecclesia Romana indigne fortassis susceperat, factus immemor, malum pro bono retribuens, nedum prefatis nostris litteris non obedire, sed in divine majestatis offensam, ac nostre et ipsius sedis auctoritatis contemptum, in dicta Basiliensi civitate, post et contra ipsam translationem, remanere, seque prophane ac rebellionis multitudinis, que etiam post et contra translationem, declarationem, inhibitionem et mandatum antedicta, inibi remansit, ducem et patronum, obstinato animo ausuque sacrilego, excommunicationis et privationis, ac alias in prefatis litteris contentas penas et censuras multipliciter incurrendo, se constituere presumpsit, ac dampnatam hujusmodi presumptionem suam hucusque dietim pejora semper prioribus accumulando, palam et publice, ac de perpetratis hujusmodi per eum sceleribus gloriari, et tandem descendens in profundum malorum, electioni seu potius prophanationi de persona iniquitatis filii Amedei, olim ducis Sabaudie, in Antipapam, consentire, seu verius illius auctor esse non expavit. Nos igitur, excessus tantos et abusus, quos ulterius sub dissimulatione transire non possumus, ad universorum Christi fidelium notitiam deduci volentes, eundem Ludovicum, olim cardinalem, et dicte ecclesie Arelatensis administratorem, ut prefertur, qui, ob premissa, excommunicationis, privationis et alias penas antedictas merito incurrisse dinoscitur, cardinalatus honore, necnon predictis ac quibusvis aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, prioratibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ac beneficiis aliis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, commenda quoque et pensionibus universis, quas, quos seu que, tempore privationis hujusmodi, obtinebat, et percipiebat, necnon jure quod sibi similiter in quibusvis aliis, seu ad ea, quomodolibet competebat, privatum fuisse et esse auctoritate apostolica, tenore presentium declaramus. Nulli ergo etc. Si quis etc. Datum Florentie, anno Incarnationis dominice 1440, quinto kalendas junii, pontificatus nostri anno decimo.

Arch. Vatic. Reg. 365, f° 271 v° (Eugen. IV. Secrete an. I-XVI, l. 6). RAYNALDUS, *Ann. eccles.*, a. 1440, n° 2.

1897 17 juillet 1440.

... Et primo, cum die mercurii proxime preterita, que fuit tercia decima mensis jullii presentis, fuerint electi nobiles et circumspectus viri Johannes Cabassole, et dom. Anthonius Basani, in legibus bacallarius, in ambaxiatores Aquis ad dom. gubernatorem et consilium regium, super facto dni cardinalis Arelatensis et cujusdam comissarii a dom. nostro Papa, missi et mandati pro beneficiis dicti dni Arelatensis ad manus dicti dom. nostri Pape recipiendis; qui quidem ambaxiatores eorum ambaxiatam adimpleverunt ac relationem fecerunt; et cum tunc temporis consilium non esset completum, licet convocatum voce preconia, ut est moris, et ipsi ambaxiatores cum litteris credentie et narrativis fuerint missi tam ex parte totius consilii quam sindicorum, fuit ordi-

natum quod talis ambaxiata et omnia gesta per eosdem ambaxiatores approbentur, ratificentur, et confirmentur per presens consilium. Quod quidem consilium, nemine discrepante, eamdem ambaxiatam approbavit, emologavit et ratifficavit, ordinans ulterius dict. dom. cardinalem super premissis haberi pro recomisso cum precibus, citra tamen prejudicium honoris et beneplaciti, et cujuscumque ordinationis facte et fiende per dom. nostrum regem, et dom. Provincie gubernatorem, et ejus eminens consilium.

Délibérations du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119. Cf. Marseille, n° 749.

Le ms. de Colbert 869 (auj. ms. lat. 1490 de la Bibl. nat. de Paris) contient une copie authentique des sessions du concile de Bâle et des discours qui y furent prononcés. Au bas de la 1re page sont peintes les armes d'un cardinal : de sable, au lion d'argent, lampassé, armé et couronné de gueules. Ce sont celles du cardinal Louis Aleman (n° 1912), à qui ce ms. a appartenu ; aussi Baluze a mis en tête : « Hunc codicem actorum concilii Basileensis, qui fuit olim Ludovici Alemandi, cardinalis Arelatensis, canonici Metenses bibliothecæ Colbertinæ donarunt anno M DC LXXVI. Stephanus Baluzius ».

1898 3 février 1440 1.

... Item, cum revmus in Christo pater dom. cardinalis et administrator sancte Arelatensis ecclesie, et pariter monasterii Montismajoris, et pro eo egregius miles dom. Hugoninus ejus nepos posuerit garnisionem, et stabliri fecerit castrum Sallonis, et castrum de Miromari, ex eo quia dubitatur quod sanctissimus dominus noster papa Eugenius illa beneficia dicti dni Arelatensis in alium translulit, et ipsum dictis beneficiis privavit, ob quod dubitatur ratione archiepiscopatus et dicte abbatie de guerra, fuit ordinatum quod, ad evitandum inconvenientia que ex premissis acciderent et accidere possent, eligantur quatuor aut sex valentes viri, in ambaxiatores apud sacram reginalem majestatem et eidem premissa exponant, et sibi supplicant quatinus dignetur super hiis de remedio providere, et alias in favorem dicti dni Arelatensis faciant et dicant ut melius poterunt, et prout eis videbitur ; et fuerunt electi nobilis et honorabiles Nicholaus Cayssii, consindicus pro nobili Fulqueto fratre suo, et Anthonius Pellani, consindicus, nobiles Nicholaus de Sancto Martino, Jeronimus Boche, dom. Anthonius Basani, et Julianus de Donino, et nobilis Johannes Cabassole.

Délibérations du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119.

1899 Aix-la-Chapelle, 15 juin 1442.

Item, in die Viti et Modesti, scil. sexta [!] ante Johannis, intravit Fridricus rex Romanorum, cum electoribus et principibus temporalibus et spirituwalibus in Aquisgranis, circa secunda hora, anno 42, cum Arlatensi et aliquibus de concilio Basiliensi.

Basler Chroniken, t. IV, p. 384. Cf. Chmel, *Reg. Friderici III* (1840), p. 72.

1900 6 avril 1444.

... Item, cum fuerit ordinatum scribi revmo in Christo patri et domino cardinali sancte Arelatensis ecclesie de questione anogii (hæc quæstio jam agitabatur a plurimis annis) sive pascayragii, fuit ordinatum, et juxta formam minute ibidem in presenti consilio in romancio lecte, sibi scribatur, addendo eidem quatinus dignetur providere super servicio sue ecclesie.

Délibérations du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119.

1901 31 août 1444.

An dem selbigen mentag sind geschickt von dem concilio zů Basel zu dem Delphin gon Altkilch der cardinal von Arelatens und cardinal Sant Calixti, mit andern vil bischoff und prelaten....

Heinrich von Beinheim (*Basler Chron.*, t. V, p. 361).

1902 13 septembre 1444.

Am 13. tag des septembers ist der cardinal von Arelatens und der cardinal Sant Calixti, ettlich conciliumherren, *der* bischof von Basel, ettlich der raeten, ouch *von* Bern und Solenturn, abermols gon Enszheym zu dem Delphin geritten, welcher do lag mit 2000 pferden...

Heinr. von Beinheim (*Basler Chron.*, t. V, p. 363).

1903 27 septembre 1444.

Item, der Delphin hat geben der herren in dem concilio ein fry geleyt, zu Basel usz und in ze weaferen, under sinem angehenckten sygel. Welches der cardinal von Arelaten von Enszheim gebrocht hat.

Heinr. von Beinheim (*Basler Chron.*, t. V, p. 364 ; cf. t. IV, p. 258. — Voir encore t. IV, pp. 182, 201, 206 ; et t. V, p. 373.

1904 6 juin 1445.

... Item fuit ordinatum in dicto consilio quod scribatur, in favorem revdi in Christo patris dni Tiberiadensis episcopi, sermo principi et domino nostro regi, et magniffico militi dno Bertrando de Bellavalle, domino de Perseyo, et revmo in Christo patri dno Arelatensi administratori, ex parte dom. sindicorum et presentis consilii.

1905 3 février 1448/9.

... Item, visis litteris transmissis presenti civitati per revmum dom. Ludovicum Alamanni, cardinalem Arelatensem, fuit ordinatum litteras ex parte ejusdem presentis civitatis in favorem dicti dni cardinalis recommendationis fieri apud regiam majestatem.

1906 11 mai 1449.

... Item fuit etiam ordinatum quod fiat processio generalis in presenti civitate, ad diem per dnos sindicos eligendam, et hoc pro unione sancte matris Ecclesie facta ; et voce preconia faciant illam divulgari mandato dni vicarii ; et quod dni sindici habeant intortissios sumptibus presentis universitatis, et acceptentur in compotis thesaurarii.

Délibérat. du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119.

1907 1449.

Pro Ludovico, S. Cecilie cardinali, Arelatensi nuncupato, super reintegratione regiminis ecclesie Arelatensis

ac commende monasterii Montis majoris, de quibus privatus fuerat ob adhesionem Felici V. antipape.

V. B. (Nicolai V. x. 10, p. 167; cf. t. XXVI, p. 86).

1908 15 juin 1449.

Et primo, visis litteris r^{mi} in Christo patris domini Ludovici cardinalis, administratoris Arelatensis, et audita credentia portitorum illarum, per quas inter cetera intendit recuperare ecclesiam suam Arelatensem cum benevolentia presentis civitatis, se recommendando sindicis et consilio presenti, visis etiam litteris egregiorum dom. ambaxiatorum $christ^{mi}$ regis Francorum, fuit ordinatum in presenti consilio destinari ad sacram regiam majestatem nobilem et honorabilem viros dom. Petrum de Luperiis, in legibus licenciatum, assessorem, et Julianum de Donino, presentis civitatis, cum preffatis litteris dom. cardinalis et ambaxiatorum, illas prefato domino nostro regi presentando, et ab eodem querendo de beneplacito et intentione ipsius domini nostri regis, juxta quam presens consilium intendit procedere.

1909 22 juin 1449.

... Item, fuit ordinatum quod dni sindici presentis civitatis et eligendi per eos accedere debeant ad reverendissimum in Christo patrem et dominum dom. Ludovicum, miseratione divina sancte Romane ecclesie presbiterum cardinalem tituli Sancte Secilie, vulgariter dictum dominum Arelatensem, ad sibi impendendum reverentiam et honorem, et sibi offerendum presentem universitatem in generali et particulari.

1910 28 septembre 1449.

Et primo, fuit in presenti consilio ordinatum, nemine discrepante, quod, ad requisitionem rev^{mi} in Christo patris et domini dni Arelatensis archiepiscopi, scribatur domino nostro regi, in favorem ipsius dni cardinalis et pro suis negotiis, ex parte sindicorum et tocius presentis consilii ; et quod ipse dnus cardinalis faciat ordinari litteras et sindici illas subscribant.

1911 19 janvier 1449/50.

... Item, quia magister Johannes Vuyeti vadit ad partes Francie et ad dominum nostrum regem, fuit propterea in presenti consilio ordinatum quod scribatur eidem domino nostro regi, ac etiam cuicumque alteri cui videbitur expedire, etiam dno Francorum regi, in favorem rev^{mi} dni Arelatensis, intimando eisdem bona et obsequia que idem rev^{mus} Arelatensis fecit presenti universitati.

Délibérat. du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119.

1912 Salon, 16 ; Arles, 17 septembre 1450.

Arma gloriose memorie beati Ludovici Alamandi, hujus sancte Arelatensis ecclesie perpetui administratoris, tit. Sancte Cecilie presbiteri cardinalis, qui dies suos in Domino clausit extremos, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, et die XVI. mensis septembris, in conventu fratrum Minorum loci Sallonis, et ejus sanctum corpus translatum fuit ad presentem ecclesiam Arelatensem die XVII. ejusdem mensis.

Note d'une écriture de très peu postérieure à 1450, placée au haut du f° 14 du reg. de l'archev. d'Arles. Reconnaissances 1424-1536. Au-dessous sont peintes les armoiries : de sable, au lion d'argent, couronné, armé et lampassé de gueules. Chapeau rouge et flots rouges.

1913

Épitaphe du B. Louis Aleman, cardinal-archevêque d'Arles.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo
Et subito casu que valuere ruunt.
Vnde, sicut Deo placuit, anno milleno
Q*ua*tercenteno cum quinq*uies* deno, luce vero
Sexta m*ensis* septembris decima, bo*ne* me*morie* reverendi*ssimus*
in Xp*isto* pater et domi*nus* do*minus* Ludovic*us*, sacrosa*nct*e Ro*man*e
eccl*es*ie t*ituli* S*anct*e Cecilie pr*esbiter* cardin*alis*, Arelat*e*ns*is* vulgarit*er*
nuncupat*us*, sacre huj*us* basilice admi*ni*strator bene
meritus et p*ri*nceps, vite laudabilis et *con*versat*ion*is
honeste, ad maj*us* vocat*us* tribunal, devote via*m* est
univ*er*se carnis et [a] catholice i*n*gress*us*. Orate pro
eo, ut ej*us* a*ni*m*a* requiescat in pace. Amen.

« Copiée exactement d'après l'original replacé dans l'église métrop. de St-Trophime le 28 sept. 1759, après en avoir été tiré à l'occasion de quelques changements arrivés depuis plus de 65 ans, dans la construction intérieure de cette église. » (Bibl. d'Aix, ms. 813, p. 95.) Cff. Saxi, p. 352 ; Trichaud, t. IV, p. 28. *Le Musée* (1877), t. III, p. 156.

1914

Epitaphium B^ti Ludovici Alamandi.

Hic lapis ostendit ad quid caro mortua tendit ;
Nam cinis est factus mortis jam vulnere tactus.
Millibus ab annis centum quater et quinquagenis [b],
Sexta bis quinta mensisque [c] luce septembris,
Exultat [d] Alamandi Ludovicus a sæclo satus [e],
Hic tumulatus, hic [f] saliens in æthera summum,
Doctor egregius, præsulque Magalonensis,
Camerarî [g] Papæ vices longo tempore gerens.
A Magalona basilicam ad hanc translatus,
Bononiæque datus a Papa dignus legatus,
Cæciliæ Sanctæ Romanæ [h] titulo decoratus,
Cardinaquelatus post apice sublimatus.
Pro cujus anima, precor, effundite preces.
Spernite mortales fugientia quæque sodales.
Instabilem [i] hunc mundum, Adam petitote secundum.
Quem qui quæsierit, valde beatus erit.

Biblioth. d'Aix, ms. 813, p. 96. *Gallia christ*, t. I, instr. p. 103, où il manque les 2 premiers et les 4 derniers vers.

Variantes : *a*. at. — *b*. quinquaginta. — *c*. m. et. — *d*. Exulat. — *e*. seculo fatus. — *f*. *omis*. — *g*. Camerarii. — *h*. Romæ. — *i*. Flebilem.

1915

PROSA BEATI LUDOVICI ALAMANDI.

Urbs gratulare nobilis
Arelatensis, præsulis
Tui, nova lætitia,
Decorata miraculis,
Gloriosis militiis,
Quum ineris præsepia.

Cardinalis prosapia
Alamandi Ludovici,
In signis et militia
Paradisi magnifici.

Arelatis viva gaude,
Quæ diceris digna laude,
Cum pacis reformatorem
Sanctæ matris Ecclesiæ
Unionis pacificæ
Possides et amatorem,

Quantam pœnam et dolo-
Pro dictæ pacis fœdere [rem
Sustinuit ac laborem
Nemo posset exprimere.

Hic laborans in extremis,
Sacramentum unctionis
Sibi dari complacuit;
Minorum ac in ordinis
Conventu castri Salonis
Felix ejus finis fuit.

Cito corpus, ut decuit,
Translatum in Arelate,
A clero plebeque fuit
Susceptum honorifice.

Non pompose tumulatum,
Sed simpliciter positum,
Altaris dextro latere
Trophimi sancti, meritum
Tale quod sic dispositum
Credo per regem gloriæ,

Qui dat suis sic vivere
Quod post eorum funera
Cœli fruuntur lumine
Plebique dant subsidia.

Anno dicto jubileo,
Migravit ab hoc sæculo
In die quartæ feriæ,
Septembris decimo sexto.
Certum de hoc me teneo
Et sum bonæ memoriæ.

O quantum admirabile
Narrare sic miracula,
Quæ fiunt hic Arelate
Per ipsius suffragia!

O quanto tripudio,
Talis vir in sæculo
Debet venerari,
Qui regis palatio
Cœlorum solatio
Fruitur perenni,

Ut læte sociari
Secum sine termino
Possimus ac lætari,
Fundat preces Dno. Amen.

Paris, Bibl. Nat., ms. lat. 12772, p. 307-9.

1916 1er mai 1451.

Donation à l'œuvre de la cathédr. de St-Trophime des offrandes faites à l'honneur du B. Louis Aleman.

Anno quo supra [1451] et die sabbati intitulata prima mensis maii, noverint universi etc. quod applicata venerabili processione ecclesie Sancte Marthe de Tharascone in civitate Arelatis, cum dnis sindicis et vicario, et pluribus nobilibus et notabilibus viris ejusdem ville, in qua fuit portatum brachium gloriose Christi hospite sancte Marthe, dum dicta processio fuit applicata apud portale Militie Arelatis, fuit, ibidem presente vener. processione dicte ecclesie Sancti Trophimi, expositum per organum magnif. militis dni Johannis de Sancto Michaele, tunc vicarii dicte ville Tharasconis, loquentis et exponentis in personam tocius universitatis ejusdem ville, tam in generali quam particulari, quod intentio dom. sindicorum, et honor. consilii ejusdem ville Tharasconis... est quod oblationes et offerenda, que fient per gentes dicte ville Tharasconis existentes in dicta processione, in gener. et partic., et pariter pro parte universitatis ipsius ville Tharasconis, in dicta ecclesia Sancti Trophimi, ad honorem Dei, ejusque pie Matris, et beati confessoris Christi beati domini Ludovici Alamanni, sint et esse debeant converti in utilitatem operis ipsius ecclesie S. Trophimi et reparationem ejusdem, et non in aliis usibus, ad laudem Dei et beati Trophimi ipsius ecclesie patroni, et ita voluit fieri; et, si secus fieret, quod non credunt, eis valde displiceret. De quibus rever. in Christo pater et dominus dom. Guigo Olivarii, decretorum doctor, prepositus Piniacensis, vener. dni archidiaconus et precentor, nomine dicte ecclesie S. Trophimi, petierunt eis fieri publicum instrumentum, etc. Actum Arelate, ubi supra, apud portale Militie quod est versus civitatem, testibus presentibus nobili Johanne Talhafer, Pontio Veyrerii, calsaterio, Stephano de Urbana, et pluribus aliis, et me Bernardo Pangonis, notario, etc.

Anno et die quibus supra, circa horam vesperorum, noverint universi etc., quod honor. processio ecclesie de Saltu venit et applicuit Arelatem, cum non nullis de probis hominibus ipsius loci de Saltu, portantibus intorticia et cereos cere illuminantes et non illuminantes, ad fines offerendi in dicta ecclesia cathedrali S. Trophimi, ad laudem et honorem Dei, sueque pie Matris, sancti Trophimi, et beati confessoris sancti Ludovici Alamanni, quod et fecerunt; et fuit ibidem dictum per venerab. dom. priorem dicte ecclesie de Saltu, quod intentio et voluntas magnif. dni domini de Saltu et sindicorum, consilii et proborum hominum dicti loci de Saltu fuit et est quod tota offerenda per eos in dicta processione fienda penitus sit et esse debeat ac pertineat, amore Dei et in honorem sancti Trophimi, converti debeat ad utilitatem et commodum operis dicte ecclesie S. Trophimi, quia ad laudem Dei ipsi operi ejusdem ecclesie dederunt et donaverunt. De quibus dom. Petrus Dieu lo Fes, canonicus dicte ecclesie S. Trophimi et prior de Marinana, petiit instrumentum ipsius ecclesie nomine. Actum Arelate, in carreria publica ante dictam ecclesiam S. Trophimi, testibus presentibus dno Johanne Principio, presbytero, mag. Stephano Dandalosii, argenterio, habitantibus de Arelate, et me dicto notario [Bernardo Pangonis] etc.

Protoc. de m^e Bern. Pangonis, not., 1451, f° 24. BONNEMANT, t. III, n° 123.

1917 4 juillet 1451.

... Notarius precepit Jacobo Bessoni et Petro Lyadose, presbiteris, quatinus haberent tradere capitulo [Arelat.] duas claves cujusdam almarie scite in choro ejusdem ecclesie, in qua reponuntur candele que offeruntur beatissimo Ludovico Alamandi.

Chartrier du sacr. d'Arles, n° 28. BONNEMANT, *Cart.*, t. II, p. 81.

1918 8 mars 1452-1er janvier 1453.

MIRACULA BEATI LUDOVICI ALAMANDI, ARCHIEPISCOPI AREINTENSIS CARDINALIS.

1. . . . .
ad stipitem dicte arboris, et elevavit caput supra dictam aquam. Tunc fuit visus per eos qui ejus societate erant; qui extraxerunt ipsum ab aqua sanum et incolumem; dicendo quod apost quod se recomendavit dicti sancti precibus, dicta aqua, licet semper esset in fundo illius, non nocuit sibi. Recuperaveruntque illi qui cum eo erant, ejus equum quem ascendit. Et hec omnia narravit

eidem dno Delphino ; de cujus licentia et mandato huc se transtulit, ad ecclesiam videlicet Arelaten., in qua corpus dicti gloriosi antistitis est tumulatum, causa devotionis et regraciandi Deo et sibi, de gracia et miraculo sibi factis.

2. Ceterum, octava die ejusdem mensis, unus puer parvus de Arelate, vocatus Johannes Focardi, filius Jacomini Focardi, etatis sue quattuor annorum, cecidit in Rodanum, eo inundato valde, propter continuationes pluviarum, et inundationes aliarum profluvialium aquarum, prope portale Turris nove, in quo loco est magnus fundus ; et pre pondere ejus, incontinenti quod cecidit, ad fundum ipsius Rodani, in illa parte descendit, usque ad lutum, cujus partem cum ejus raupa reportavit, dum ut sequitur fuit erectus. Videntes nonnulle mulieres qui lavabantur pannos ab alia parte Rodani, vallato meniorum civitatis in medio, clamabantur : « Seigniour sanct Loys, s^r sanct Loys, ajuda li ». Dictusque puer stetit ibi per mediam horam, judicio illorum qui viderunt. Que videns una parva filia, soror sua, cucurrit ad matrem ejus et dicti pueri, intra civitatem predictam Arel., et in domo sua, dicens quod ejus frater sic ceciderat in aqua. Que mater tanquam demens, veniens non vidit ejus puerum. Tunc clamavit voce magna, dicens, flexis genibus : « S^r sanct Loys, ajudas a mon enfant ». Et statim caput supra aquam apparuit. Et tunc supervenerunt Hugo Gayoli et Matheus Galerii, furnerii parrochie Sancti Laurentii Arel., qui cum quadam barca extraxerunt eum ab aqua, et reposuerunt eum in dicta barca, semi mortuum, deinde tradiderunt eum dicte ejus matri, que tenuit eum in sinu suo, aliquo medio temporis spacio ; qui statim locutus est, et ostendit ejus matri predicte bonum vultum, ac si nullum malum haberet. Que mater posuit eum ad solem ibi prope, ut aque, que ejusdem pueri vestes imbuerant, a suis vestibus caderent in terra. Qui postea per dictam matrem ejus ductus ad domum suam, fecit bonum vultum, et fuit sanus et incolumis. Et die sequenti, nudus pedes, adductus fuit ad tumulum beati Ludovici jam dicti.

3. Ulterius, Gantelmus Mori, de loco Torrenesio, Aquensis dioc., retulit quod Marinus ejus filius etatis sue XIIII. annorum, de quodam boxio in inguine percussus, mortuusque fuit, et in sudario positus, et empta cera pro exequiis suis. Quo non obstante, dictus ejus pater recomendavit precibus dicti sancti ; et promisit, si impetraret sibi gratiam apud Deum, ipsum ejus filium adduceret ad ejus tumulum. Et statim dictus ejus filius respiravit, et deinde factus est sanus et incolumis ; et venerunt hic, pater et filius, anno quo supra, et die vicesima quinta marcii, offerens cereos quos emerat pro sepultura dictus pater, pro ejus filio.

4. De liberato a carceribus. De Baucio. — Anno quo supra, et die prima mensis aprilis, Petrus Bartholi, habitator loci de Baucio, dioc. Arelaten., retulit quod cum ipse fuisset incarceratus, in Villanova prope Avinionem, in quadam turri forti et bene munita, ad causam cujusdam fidejussionis ad quam dolose fuerat inductus, et cum non posset exire quoquo modo, se recomendavit eidem sancto, vovitque, quod si posset ejusdem sancti intercessione evadere, quod statim veniret ad ejus tumulum cum offertorio suo. Quo voto emisso, statim confidens de dicti sancti precibus, cepit unam trabem, quam licet duo homines vix potuissent erigere, gratia Dei et dicti sancti leniter erexit contra quandam fenestram valde altam, in pariete dicti carceris existentem, et fortiter ab extra ferratam, et ascendit super trabem predictam, et cum uno lapide in manu, percussit contra ferramèntam dicte fenestre, primo uno ictu dicendo : « Beate Ludovice, auxiliare mihi » ; secundo alio ictu eadem verba resumendo. Et tunc tota ferramenta tremuit. Et tertio alio ictu replicando eadem verba ; et ex tunc dicta ferramenta, sive cledatum ferreum fractum est in plures partes. Quare ipse loquens descendit iterum infra carcerem, et accepit unum lodicem modici valoris, de quo fecit ad modum corde unius ; deinde ascendit supra trabem ad fenestram, per quam descendit extra, absque lesione quacunque. Que quidem fenestra erat alta de septem cannis, suo judicio. Et venit die predicta, cum una pecia dicte ferrature, sive cledati.

5. De puero sumerso in quodam puteo. De Joanas, Nemausensis dioc. — Anno quo supra, et die XI. aprilis, retulit Bertrandus Rocavayra, loci de Joanas, Nemausen. dioc., quod die ultima mensis marcii proxime lapsi, cum nesciret ubi esset Jacobus Rocavayra ejus parvus filius, etatis sue 4^or annorum, et quereret ipsum hinc inde, quidam Arnaldus de Lare, dicti loci, reperiit dictum puerum in quodam puteo sumersum ; quem mortuum a dicto puteo extraxit. Et deinde supervenit dictus Bertrandus pater ejus, qui dictum ejus puerum precibus dicti beati Ludovici recomendavit ; promittens quod si eidem miraculum faceret, ipsum adduceret ad tumulum dicti sancti. Et statim dictus ejus filius respiravit ; illumque sanum et incolumem, dicta die, cum dicto Arnaldo, qui eum extraxit a puteo, hic adduxit. Et ita dicti Bertrandus et Arnaldus in verbo veritatis retulerunt.

6. De liberato a boxio. De Aquis mortuis. — Eodem die, Alexius Fabri, habitator Aquarum mortuarum, retulit quod Margarita ejus uxor, fuit de boxio, subtus ayssellas, ita percussa, quod stetit per tres dies et tres noctes absque loquendo et se movendo de aliquo membrorum suorum. Quo viso, dictus Alexius recomendavit eam precibus sancti Ludovici, vovendoque quod si impetraret eidem ejus uxori gratiam apud Deum, quod ipse veniret de dicto loco ad ejusdem sancti tumulum, totus nudus, nudisque pedibus. Et voto hujusmodi emisso, incontinenti recuperavit loquellam et sanitatem ; venitque hic dictus Alexius, dicta die.

7. Anno quo supra, et die decima sexta dicti mensis aprilis, Guilhelmus Richardi, et Blancha, conjuges, ac Margarita, earum filia, de Banholis, Uticensis dioc., retulerunt, quod cum dicta Margarita eorum filia esset percussa peste, et haberet unum [....] sub ayssellis, et duo boxia supra humeros, ad tantam extremitatem devenit quod reputabatur apud omnes pro mortua ; et ut talis, fuit per unum presbiterum vocatum dnm Durantonum pro mortua signata ; quam dicti ejus parentes recomendaverunt precibus dicti sancti, promittentes quod si spiritum vitalem recuperaret dicta eorum filia et sanaretur, eam adducerent ad dictum tumulum, cum ejus sudario : quod dicta die fecerunt.

8. Anno quo supra, et die XX^a dicti mensis aprilis, nobilis et potens dna Catherina de Cordono, uxor nobilis

et potentis viri dni Johannis de Mentono, domini loci de Dingier, Gebennen. dioc., retulit quod de mense febroarii proxime preteriti, cum dictus de Mentono, vir ejus, etatis 50 annorum, vel circa, incidisset in infirmitate que dicitur ydropisis, et stetisset spacio sex ebdomadarum situs super quadam cella, nec ab illa se poterat quoquomodo removere, pre maxima infirmitate ; qui quidem habebat ventrem et tibias mirabiliter tumidas ; ac ab illa nullo poterat medicorum seu phisicorum remedio evadere, judicantes eum in proximo moriturum, recomendavit eum dno nostro Jhesu X°, et gloriose ejus Matri, ac precibus sancti Ludovici cardinalis Arelatensis, vovendo quod si posset sanari ab illa, abstineret a carnibus, et jejunaret omnibus diebus veneris, quousque venissent ipsi conjuges ad sanctum tumulum suum. Et venerunt dicta die, obtuleruntque unum castrum cereum, ac calicem argenteum, et quoddam intorticium, valoris unius floreni.

9. Anno quo supra, et die 28 maii, Stephanus Mauranti, Alvernigena, de loco Alareti, parrochie Sancti Poncii, etatis xxx^{ta} annorum, retulit quod hodie est annus revolutus integre, recommendavit se glorioso cardinali Arelaten., eo quia toto tempore vite sue passus fuerat morbum caducum, videlicet aliquibus annis sex vicibus, aliquibus 4^{or} mensibus duabus, factaque recomendatione, amplius non sibi accidit. Et venit hodie, cum certis oblationibus.

10. Anno quo supra, et die octava junii, Petrus Vilaris, de Valencia, mercator, retulit quod die veneris ante festum sancte Crucis, ipso existente in quodam navigio onerato sale, Petri de Cumbi, burgensis de Valencia supra Rodanum, videlicet subtus molendina Bellicadri, cum undecim aliis sociis, evenit quod ventus invasit barcam, taliter quod timonum ejusdem fregit, et sic totaliter dicta barca repleta fuit aqua, in tantum quod omnes cum illa peribant. Recomendavit se ipse loquens cum quodam juvene vocato Johannes Batholes, filio Johannis Batholes, de Tornono, cum aliis consortibus, hoc videntibus et audientibus pluribus et diversis aliis existentibus in rippa Rodani, a parte Regni, se precibus sancti Ludovici Arel., reclamantes ejus adjutorium. Statim, cessavit ventus, et dicta barca consurgit ab aqua ; et devenerunt ad dicta molendina, concurrentes contra cursum aque, erepti a periculo. Et obtulit hodie quandam barcam ceream quam promiserat.

11. Anno quo supra, et die 15 octobris, Guilhelmus Benelli, de Montepessulano, retulit quod quidam nepos suus, vocatus Guilhelmus Caneti, etatis viginti annorum, erat oppressus febribus, et boxio in coxia, in tantum quod medici deffidebantur de vita ejus, quod jam apparebantur signa mortis, tam in facie quam aliis ; ipse recommendavit eum bono corde precibus sancti Cardinalis. Et statim recuperavit sanitatem. Et portavit ymaginem cere.

12. Anno quo supra, et die 21 junii, retulit Stephanus, filius Petri Coranx, habitator Lausane, quod steterat impotens spacio quinque annorum, ab omnibus membris suis ; in tantum quod secundum judicium hominum, vix et nullo modo poterat sanari. Tandem precibus gloriosi antistitis beati Ludovici Arelatensis, ejus precibus se devote comendavit, obligando se visitare limina ipsius. Facta obligatione, paulatim et in brevi tempore, in statum pristinum est reversus. Adiciens quod propter illam infirmitatem, remanserat eidem quoddam vulnus in tibia ; de quo sanatus est omnino illa die prima qua arripuit iter pro huc veniendo. De premissis, excepto de vulnere illo, portavit testificatoriam ille Stephanus, scriptam manu dni Claudii Bonerii, vicarii parrochialis ecclesie Sancti Pauli, cujus extitit parrochianus idem Stephanus.

13. Anno quo supra, et die 15 julii, venientes in peregrinatione ad ecclesiam Arelaten., voti sui exsolvendi causa, ut dixerunt, nobiles Guilhelmus Nicholai, etatis decem et octo annorum, vel circa, filius Johannis Nicholai, de Montepessulano, et Johanneta, ejus mater, una cum certis aliis nobilibus et clericis ejusdem ville, retulerunt, quod dudum dictus Guilhelmus accesserat cum galeis argenterii xpistianissimi regis Francie, ad partes ultramarinas ; et in regressu de illis partibus, volens videre Os inferni vulgariter appellatum, quod dicitur esse super montem Gibel, in partibus Cecilie, descendit ibidem in terra ; et cum in ascendendo et descendendo dictum montem, nimium laborasset, calefecit se ; et causante siti, bibit in sudore et calore aquam frigidam ; ex cujus aque potatione, contraxit in corpore et membris maximam infirmitatem et contraxionem membrorum ; adeo quod ejus tibie et pedes plicati se tenebantur ad crura, nec poterat illos extendere, pre nimia frigiditate, et rebellione sive contritione nervorum. Sicque stetit infirmus quasi per 4^{or} menses in galea, quousque declinavit ad partes istas. Ad quas dum applicuit, fecit se portari ad Montempessulanum, et ad domum paternam ; et dum ibidem applicuit, fuit traditus per patrem cure medicorum dicte ville, et presertim expertorum, qui ad ipsum pacientem curandum, diligenciam fecerunt eis possibilem. Sed eorum medicina non proficiente, dictus Guilhelmus paciens ad tantam devenit infirmitatem, quod fuit per eosdem medicos desamparatus, et judicatus ad mortem. Asserentes etiam dicti medici, quod esto quod natura in eo aliquo casu se juvaret, non tamen erat possibile [secundum] videre eorum, posse ipsum pacientem ullo modo per tres aut quattuor annos consequi valetudinem, ut posset ambulare. Adicientes ulterius dicti mater et filius, cum eorum comitiva, quod die precedenti aut sequenti festi sancti Marci evangeliste proxime preteriti, pater dicti Guilhelmi, videns eum per medicos derelictum, et in agone constitutum, vocavit dictam Johannam ejus consortem, matrem dicti filii pacientis, et dixit eidem sic : « Iste moritur, nisi per preces gloriosissimi dni Cardinalis Arelaten. succurratur sibi. Quare vovamus ipsum Deo, et ejusdem sancti precibus, cujus miracula ubique predicantur ». Precepitque dicte consorti sue quod accederet ad ecclesiam Nostre Domine de Taulis, ipsius ville Montispessulani, deprecans ecclesiasticos ejusdem, quatenus vellent Deum pro eorum filio devote rogare, et sanctum Ludovicum de Arelate ; promittens illico dicti parentes, quod casu quo dictus eorum filius, precibus ejusdem gloriosissimi Cardinalis, mortem evaderet et recuperaret sanitatem, se daturos pro eo ipsius filii pondus cere, dicto dno Cardinali, et operi ejus ecclesie. Quo voto sic emisso, statim incontinenti dictum pacientem febres reliquerunt ; et cepit bene habere, et extendere paulatim tibias ; ita quod infra octo dies, sanus

effectus et fortis, incessit undique; qui huc veniens hodie voti hujusmodi adimplendi causa, obtulit pondus suum de cera, videlicet unum quintale, prout fuerat pro eo promissum.

14. Anno quo supra, et die sexta augusti, retulit Nicholaus Hereterii, senturerius, de Chamberio in Sabaudia, quod cum Franciscus ejus filius, etatis trium annorum et trium mensium, pateretur magnam infirmitatem, tam febrium quam alterius que dicitur senterii, devenit in tantam extremitatem quod non sperabatur de vita sua, et jamque erat frigidus pedibus et manibus. Vovit eum sancto Cardinali Arelaten., cum pondere suo de cera. Incontinenti convaluit et peciit ad manducandum; et infra horam, surrexit a lecto. Dicta die predicta portavit dictam ceram in pondere viginti tres librarum. In relatione fuerunt presentes Nicholaus de Malregare, Petrus Vacherii, et plures alii de Arelate.

15. Anno quo supra, et die decima septima augusti, Anthonius Margnerii, dioc. Vivarien., etatis LXX. annorum, retulit quod a XIII. annis citra, passus erat continue impotentiam tibie sinistre, taliter quod non poterat ire sine baculo; et interdum jacebat in lecto spatio duorum annorum. Qui ut audivit de miraculis gloriosi sancti Ludovici cardinalis Arelaten., deliberavit venire ad tumulum suum, quod et fecit; dicendo sic, quod si non posset itinerare nisi una leuca, pro dieta, ipse veniret. Et veniendo, quanto magis apropinquabat a presenti civitate, tanto plus sentiebat se remediatum. Taliter quod quando applicuit Arelate, reperiit se totaliter sanatum, dimittens baculum quem portaverat XIII. annis. Istud retulit in presentia nobilis Jacobi Grilho, et Guilhelmi Sarderii, de Arelate.

16. Anno et die quibus supra, Petrus de Ponsano, de Nemauso, etatis LXXX^a annorum, retulit quod steterat surdus omnino ex altera aurium, spatio novem mensium; et recommendavit se precibus gloriosi Cardinalis Arelaten., statim ex illa audivit ut perprius. Testes qui supra.

17. Anno et die quibus supra, Jaquetus des Eyssiers, de Valleriis, Gebennen. dioc., retulit quod quidam filius suus, vocatus Johannes, etatis duodecim annorum, cecidit de quodam equo suo in terram, fere sunt duodecim ebdomade de proximo preterite; et cadendo, pes dicti filii sui remansit illaqueatus cum fune quo dictus equus erat in collo ligatus; et illo modo, prefatus equus effugit hinc inde, spatio 4^or horarum, vel circa, attrahendo per terram dictum puerum; taliter quod pellis faciei, et de retro capitis erat separata ab ossibus, vestesque ejusdem erant totaliter dilacerate; neque quoquomodo poterant gentes capere dictum equum. Que videns dictus pater, acclamavit adjutorium sancti Ludovici Arelaten., vovendo quod nunquam manducaret carnes, donec venisset ad tumulum suum. Et statim, facto voto, predictus equus stetit; et sic acceperunt dictum puerum, judicantes eum mortuum, et eum portaverunt ad lectum. Et ibidem stetit spatio quindecim dierum, non videndo, et uno mense non loquendo; judicatus a medicis in proximo moriturus. Nihilominus dictus ejus pater confidens de dicto sancto cardinali, semper clamabat: « Glorios sanct Loys, cardinal d'Arles, ajudas a mon filh. » Prefatus filius recuperavit visum et loquelam, necnon et sanitatem tocius capitis et persone; et hodie venit dictus ejus pater cum quadam ymagine cere, et cum aliis oblationibus ad devotionem suam. Presentibus Guilhelmo Longueti, pellipario, et Petro Martini, alias Brodelh, et pluribus aliis.

18. Anno a Nat. Dni millesimo CCCC^mo quinquagesimo tertio, et die quarta mensis januarii, Johannes de Lechariis, de Sancto Martino de Varrello, Gebennen. dioc., laborator, etatis sue LX^a annorum vel circa, retulit quod cum ipse ex certa infirmitate que sibi acciderat, sunt XIX anni vel circa, amisisset loquelam, et sic stetisset mutus, a dicto tempore, usque diem primam augusti proxime preteriti, quod eum oportebat querere et petere necessaria sua per signa; eidem accidit quod die penultima mensis julii proxime lapsi, dum ipse loquens esset in quodam nemore, prope dictum locum, obviavit uni homini equiti, seu existenti super unum equum seu aquineam, rubey aut bayardi pili, induto quadam raupa, et desuper habebat clamidem unam de nigro; et qui portabat in pectore unum signum medicorum, et cum quo medici consueverunt recipere unguenta; et a duobus lateribus, seu partibus dicti existentis eques, erant duo religiosi, unus a dextris, et alter a sinistris, induti vestibus albis. Quorum religiosorum unus locutus est eidem loquenti; cui peciit quod ostenderet eis iter. Qui nihil respondit eis, quia loqui non poterat; sed fecit eis signum eorum itineris, et ostendit eis iter ipsorum. Accessitque cum ipsis per aliquod vie spatium, et nolebat amplius ire cum eis, quia jam erat hora tarda, et volebat bona hora reverti ad domum suam. Qui quidem religiosi rogaverunt eum quod ulterius veniret cum eis, quoniam ipsi facerent ei multa bona. Qui, hoc audito, accessit cum eis per duas leucas, vel circa, et duxit eos usque ad summitatem unius montis vocati Emin'o. Et dum fuerunt ibi, ipse loquens volebat reverti ad domum suam, cum esset quasi nox; sperabat tamen aliquas peccunias recipere ab eis. Et tunc dicti religiosi rogaverunt dictum magistrum existentem super dictum equum, seu aquineyam, ut faceret sibi loquenti, amore Dei, aliquod bonum. Quo audito, dictus qui erat eques, descendit ab equo suo, et fecit eumdem loquentem flectere genua ad terram; dixeruntque ei dicti religiosi, quod si ipse sciebat *Pater noster*, *Ave Maria* et *Credo in Deum*, quod ipse diceret in corde suo, attento quod non poterat loqui, ipsique pariter dicerent illa pro eo. Et unus ex dictis religiosis tetigit eum de manu, de una parte capitis, et alius ab alia parte. Ipseque loquens fuit coram eis genibus flexis quasi per mediam horam, dicendo *Pater noster*, *Ave Maria*, et *Credo in Deum*. Et ipsi religiosi similiter dicebant orationes. Et dixerunt ei : « Nous te rendons a Dieu, et a la vierge Marie, et a tous les saincts, et a monssieur sainct Loys d'Arles, qui q' ait en grace, pour le gros de ta teste de cire; et nous nous [...] de la rendre pour tu, se tu le peus fayre ». Qui quidem loquens fecit eis signum, quod libenter hoc faceret. Et tunc dixerunt ei quod infra triduum ipse loqueretur et dederunt ei ad bibendum de quodam utre de ferro albo. Et bibit primo dictus medicus, et ipse post; senciitque id quod bibit descendere usque ad profundum ejus ventris, ad saporem aque. Deinde dixerunt ei quod ipse reperiret eos in festo beati Michaelis tunc futuro, et proxime venturo, in nundinis Ceziriaci; dederuntque sibi bene-

dictionem, et inde recesserunt; nescit quo iverunt. Et ipse loquens reversus est versus domum suam; et non potuit venire, nocte superveniente sibi, usque dictam domum; sed jacuit sub quadam arbore, illa nocte; et deinde, die sequenti, de mane, venit ad domum suam, ubi fuit usque ad diem primum mensis augusti, qui fuit festum beati Petri ad Vincula. Qua quidem die, que erat secunda dies postquam dicti medicus, et alii duo religiosi fuerant locuti, ut premittitur, cum eo, ipse loquens, de mane, ivit ad ecclesiam, et audivit missam; et voluit ire cum quodam cognato suo, vocato Bertoto Sannerii, ad dictum locum de Ceziriaco. Et dum fuerunt in medio itinere, vel circa, accidit sibi una punctura in corde, sic quod credidit cadere in terram; et tamen se tenuit, et incessit adhuc modicum in dicta via. Et tunc iterum similis casus sibi emersit, sic quod cecidit de uno genu in terram. Quo viso, dictus ejus cognatus cepit eum, ne caderet in terram. Et tunc dictus loquens clamavit, dicens voce magna: « Jhesus, ego morior »; et deinde alio verbo et secundo, dixit: « Beate Ludovice, adjuva me ». Et cognatus ejus similiter clamavit quod beatus Ludovicus adjuvaret eum. Et ab illa hora continue locutus est, prout bene et perfecte de presenti loquitur. Et ex hoc gavisus valde, noluit ultra ire, sed pergendo reversus est ad domum suam, loquendo cum omnibus qui sibi loquebantur; et omnia que audierat et viderat, narravit omnibus. Diversique dicti loci, et multitudo populi, venerunt ad videndum eum, propter hujusmodi miraculum. Et deinde, adveniente festo beati Michaelis proxime lapso, idem loquens accessit ad dictas nundinas de Ceziriaco, causa supradictum medicum et religiosos inveniendi, eisque loquendi, et regratiandi. Et eis hinc indē perquisitis, neminem ipsorum repereriit, ibique reversus fuit ad domum suam; hodie venit ad tumulum ejusdem beati Ludovici, cum offerenda per supradictos magistrum et religiosos ordinata. Anthonius de Cario, etatis sue quadraginta septem annorum, et Franciscus Bolliandi, ejusdem etatis, clerici conjugati ejusdem loci, dixerunt se vidisse dictum Johannem de Lecheriis, sicut premittitur, non loquentem per dictum spatium decem et novem annorum; et associaverunt eum loquentem ad dictum tumulum ipsius beati Ludovici de Arelo. Interrogati si dictus Johannes est boni nominis et bone fame, dixerunt quod sic, et devotus; et licet non posset loqui nec confiteri, veniebat tamen temporibus debitis cum humilitate, reverencia et devocione, ad se presentandum curato suo, et per signa, ut melius poterat, confitebatur ei, libenterque serviebat et servivit Deo, juxta sui possibilitatem, frequentabat ecclesiam, audiebat servicium Dei et sermones, aliaque omnia faciebat et fecit que quilibet verus et devotus xpistianus facere...

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier des paroisses d'Arles, n° 364-365. Il n'y a que ces deux feuillets : il manque, par conséquent, le commencement et la fin.

1919 20 avril 1452. 21 mai. 17 juillet 1461.

In eodem manuscripto codice sequuntur miracula quæ contigere annis MCCCCLI, MCCCCLII et aliis ad MCCCCLXI ad tumulum et per intercessionem dicti pii Ludovici; patrata fuere numero LXXVI, *in quibus hæc notanda occurrere :*

19. Anno Dni MCCCCLXI, die XXI mensis maii, magnificus et potens dnus Claudius de Franchelleno, miles, dnus dicti loci, in verbo veritatis cum juramento retulit quod, anno Dni MCCCCLIV et de mense augusti, erat capitanus cujusdam villæ nominatæ Montluelli pro domino duce Sabaudiæ, et ad resistendum contra illustrissimum dnum Dalphinum, et pro jugi custodia dictæ villæ laborando et vigilando evenit ad tantam infirmitatem, quod amisit sensum et intellectum et fuit sibi administratum sacramentum extremæ unctionis, quia sperabatur de morte potius quam de vita; et in hoc eventu visum sibi fuit quod eidem apparuit beatus Ludovicus cardinalis indutus vestimentis suis rubeis, quem etiam ante infirmitatem prædictam, audita fama miraculorum quæ fiebant per eum, recommendavit se precibus ejus et facta recommendatione, reperit se infra tres oras omnino sanatum ac si per annum non passus esset infirmitatem. — Nicolaus, post tres dies sequentes, exercitus dicti dni Dalphini posuit obsidium coram prædicta villa, et eo exeunte super mœniis, causa defensionis prædictæ villæ, fuit ejectus unus lapis cujusdam magnæ colubrinæ, alias ribaudequin, contra merletum in quo erat, taliter quod lapides percusserunt eum ad latus dextrum, sibi frangendo bringantinas, ipseque clamans : « Seignor sant Lois d'Arles, ajuda mi », reperit se absque lesione quacumque suæ personæ; prædicta die vero intravit dictus exercitus in prædictam villam de Monte luelli. Tunc dictus dnus de Franchenello se retraxit in quodam loco fortiori dictæ villæ et ibidem fuit invasus per gentes dicti dni Dalfini, et defen[den]do fuit percussus quadam sagitta magnæ balistæ quæ infra viseriam cassidis intravit, et pariter sine vulneratione capitis hoc reputans et cum sibi miraculose accidit precibus beati Ludovici, et illico simili jactu magni viratorii super faveriam dictæ cassidis percussus excidit retro se, qui stetit aliquo intervallo tanquam mortuus; tunc dictæ gentes armorum reputantes eum mortuum, ceperunt dictam villam et demum accedentes ad eum locum dictum Castel Arnault captum per XV hebdomadas, cum quibus composuit de solvendo VII millia florenorum. Ipse vero semper se recommendabat B. Ludovici precibus, dicendo quod si posset evadere, quod visitaret tumulum dicti sancti, offerendo unam imaginem ceræ ponderantis pondus personæ suæ; denique quibusdam amicis tractantibus cum dicto serenissimo domino Delphino et aliis dominis, fuit relaxatus tam de sua persona quam de dicta summa, asserens sibi gratiam super hoc a Deo latam precibus et eam dicti gloriosissimi cardinalis Arelatensis, prædicta omnia asseruit et juravit fore esse vera; eapropter Deo, et laude ac beato Ludovico referendo venit expresse ad tumulum dicti sancti, una cum nobilissima et potenti domina uxore sua Anna et familia sua, offerens imaginem ceræ ponderantem pondere suæ personæ, videlicet uno quintalli et XL libris, et hoc in præsentia nobilissimi et proborum virorum Honorati Romei, dni Antonii Mali sanguinis, in legibus baccalarii, Jacobi Grille, Jacobi de Urtana et Pontii Veyrerii, et quamplurimi alii [*sic*].

20. Anno Dni MCCCCLXI et die XVII julii, venerabilis religiosus dominus Franciscus de Cruce, monachus monasterii Sancti Pontii extra muros Nicienses, camerarius

dicti monasterii, retulit quod, sunt fere III anni, ipso existente in congregatione nonnullorum, locum fuit de sancto Ludovico cardinali Arelatensi inter eos, et dictus monachus habuit dicere talia verba : « Dieu meta en malan sant Loys, car es causa de la division de la Gleysa ». Et post modicum tempus evenit sibi quaedam infirmitas ex qua leprosus videbatur ; demum ipse arbitrans quod propter detractionem per ipsum factam eidem sancto hoc sibi evenisset, pœnituit eum nec minus petiit Deo et sibi veniam ac recommendavit se suis precibus, vovitque quia veniret ad tumulum suum cum quadam oblatione ; statim facto voto, sentiit quod dicta infirmitas paulatim discedebat ab eo et post paucos dies omnino sanata est, quod sibi reputavit ad magnam gratiam et miraculose hoc sibi accidisse ; et die quo supra venit ad dictum tumulum, offerens quamdam imaginem ceræ, narravitque hæc cum juramento, ut præmittitur, præsentibus reverendo patre domno Guillermo Blegerii, decretorum doctore, vicario et officiali Arelatensi, nobilibus viris Jacobo Grille, Hugone Blancardi, Joanne Carrerio et pluribus aliis.

27. Anno Dni MCCCCLII et die XX mensis aprilis, nobilis et potens dna Chatarina de Cordono, uxor nobilis et potentis viri dni Joannis de Mentono, dni loci de Dingier, Gibennensis diœcesis, retulit quod, de mense februario proxime præterito, cum dictus de Mentono, vir ejus ætate LII annorum vel circa, incidisset in infirmitate quæ dicitur idropysis et stetisset spatio sex hebdomadarum situs super quadam cella, nec poterat se levare ; recommendavit se precibus beati Ludovici cardinalis Arelatensis, vovendo quod, si posset sanari ab illa infirmitate, abstineret a carnibus et jejunaret diebus venerinis, quousque venirent ipsi conjuges ad s'tum tumulum suum ; et venerunt dicta die, obtuleruntque unum castrum cereum et quendam calicem argenteum et quoddam instortitium valentem unum florenum. [[illegible] n° 8 précéd.]

E terra levata fuere ossa hujus beati, cujus festum recolunt Arelatenses XVI *septembris ; habetur oratio propria ad calcem præfati manuscripti codicis, prout sequitur :*

Omnipotens sempiterne Deus, qui per b'tum Ludovicum cardinalem et archipræsulem Arelatensem, signis et miraculis roborare et roborando cæcos illuminare, dæmones effugare, leprosos mundare, mortuos suscitare, infirmos variis languoribus miraculose curare voluisti, frater[!], quæsumus, ut omnes virtutes ejusdem sancti credentes et auxilium ipsius exposcentes, omni benedictione et gratia cœlesti repleri, a te sanctificari atque ab omnibus adversitatibus, tribulationibus, necessitatibus, infirmitatibus et doloribus, suis ejus precibus et meritis, liberari et ad vitam æternam perduci mereamur.

(1) Estiennot, *Fragm. hist. Aquit.*, t. X (Paris, Bibl. Nat., ms. lat. [illegible], p. [illegible]).

1920 7 avril 1451-10 avril 1454.

Anno Domini M.IIII^{c}.L. primo et die mercurii intitulata septima mensis aprilis, congregato honorabile consilio civitatis Arelatensis... Item, quia fuit expositum presenti consilio quod oblationes, que defferuntur in ecclesia Sancti Trophimi, et in honorem beati Ludovici Alamanni, dicte s. ecclesie administratoris et in eodem tumulati, removentur et subtrahuntur a locis in quibus reponuntur, et sic imminet periculum ut devocio pereat et minuatur, de quibus oblationibus dicta ecclesia merito pro reparationibus ejusdem fructum sentire debet, igitur fuit ordinatum quod dni sindici, una cum quibusdam de consiliariis, accedant ad dom. sacristam dicte ecclesie, et presente dno vicario dni Arelatensis, eumdem informent de intentione presentis consilii, et inde, juxta ejus responsum, si eis videatur, mandent ambaxiatores domino de Fuxo ; et fuerunt electi nobilis Johannes Talhafer et Julianus de Donino,...

Die ... 27. aprilis... Audita relatione facta per honor. Bernardum Textoris, consindicum, et nobilem Floretum Balbi, ambaxiatores missos apud rev^{mum} in Christo patrem et dominum dom. cardinalem de Fuxo, in locum nobilis Johannis Talhafer et Juliani de Donino, electos per presens consilium ad eamdem ambaxiatam faciendam, ob causam oblationum que fiunt in ecclesia Beati Trophimi, et ad obtinendum aliquam correctionem sive esmendam super eo quia dom. sacrista dicte ecclesie illas volebat ad se totaliter retinere, fuit ordinatum quod expense facte per eos in dicta ambaxiata, cum quatuor equis, in qua fuerunt per duos dies et medium, que assendunt III flor. et VII gros., solvantur de pecuniis hujus universitatis... Item, pro tenenda universitate munita tempore statis farinis, et ne ipsa universitas pasciatur famem defectu farinarum, considerato permaxime voto nunc in presenti ecclesia Arelatensi, fuit ordinatum quod eligantur quatuor notabiles viri, qui, in societate dom. sindicorum, tractent de modo et forma providendi dict. universitatem ; et fuerunt electi nobiles Johannes Porcelleti, Johannes Talhafer, Julianus de Donino, et dom. Antonius Strivani, in legibus baccalarius.

Die ... 3. madii... Et primo, cum ad notitiam presentis consilii pervenerit quod egregius dom. Accursius de Passis, collector bonorum camere sedis apostolice, fuerit hodie in presenti civitate cum quodam breveto sanctissimi domini nostri Pape, per quem in efectum petebat a capitulo s. ecclesie Arelaten. indumenta sacerdotalia que fuerunt sancte memorie beati Ludovici Alamanni, per ipsum in vita sua dicte ecclesie donata et relicta ; que si expedirentur dicto dno collectori, esset maximum dedecus dicte ecclesie et presentis universitatis,... ; fuit in presenti consilio ordinatum quod presens universitas et dni sindici cum eorum assessore dent consilium, auxilium et favorem predicto capitulo, et qui etiam domini de capitulo mandant ad dom. archiepiscopum certos ambaxiatores ; pariter fuit ordinatum in presenti consilio quod eligantur certi notabiles viri, qui, cum dictis dominis de capitulo, accedant ad dictum dom. archiepiscopum pro ejus informatione et pro remedio possibili occurrendo, et fuerunt electi nobilis Honoratus Boche et dom. Petrus Artige, assessor. — Item, propter frequens et assuetum passagium personarum foranearum, que veniunt in romipetagio beati Ludovici, ad laudem Dei et utilitatem rey publice, fuit in dicto consilio ordinatum quod transeuntes eques per portum dicte presentis civitatis, ab inde in antea ab eisdem transeuntibus non exhigatur ultra II patacos pro quolibet transeunte eques ; a transeuntibus vero pedes exhiga-

tur I patacus et non ultra ; et quod liberi, qui portantur per homines et mulieres super ulnas, nichil solvant...

Die ... 11. madii... Et primo, audita credentia per rever. patrem et dominum dom. Tiberiadensem, vicarium revmi in Christo patris et domini dni cardinalis de Fuxo, et dom. Petrum Artige, assessorem, ex parte dicti dni cardinalis de Fuxo, super facto indumentorum sacerdotalium revmi dni Cardinalis bone memorie, fuit in dicto consilio ordinatum, quia dicta indumenta petuntur per dominum Accursium de Passis, collectorem camere apostolice, et quia capitulum presentis ecclesie Arelaten. scripsit sanctissimo domino nostro Pape, de quo adhuc nulla habetur responcio, quod propterea ipsa indumenta dicto dno collectori non expediantur, sed, pro honore et reverentia dicti revmi dni d. Cardinalis, ac ut in omnibus appareat hobedientia quam ipsa universitas habet et habere intendit sanctitati domini nostri pape, quod ipsa indumenta in deppositum et sequestrum ipsius revmi domini manibus ponantur remansura, donec de totali intentione ac beneplacito ejudem domini nostri pape apparuerit ; et quod eligantur unus aut duo in ambaxiatores ad dictum dom. cardinalem de Fuxo, ad faciendum sibi responsum de intentione hujus consilii, et fuerunt electi nobilis Nicholaus Cayssii et Honoratus Bernardi, burgensis.

Die ... 21. madii... Quia dom. Accursius de Passis, auditor camere appostolice, conatur habere indumenta revmi dni Cardinalis bone memorie, fuit ordinatum quod eligantur duo ambaxiatores apud dom. senescallum ; et fuerunt electi nobilis Jacobus de Bruneto, consindicus, et dom. Petrus Artige, assessor... ; et quia dom. vicarius est accessurus ad dominum nostrum regem pro certis negociis regiis, fuit propterea ordinatum quod fiant capitula pro facto indumentorum dicti dni revmi bone memorie ; que capitula fiant per dictos dnos sindicos et assessorem, et expediantur dicto dno vicario cum litteris credentie, attento quod dictus dom. vicarius se obtulit sui gratia facturum apud dictum dom. n. regem pro presenti universitate, quidquid poterit ad bonum et utilitatem hujus universitatis.

Die ... 14. junii... Item, quia dom. collector semper tenet dnos canonicos hujus s. ecclesie Arelatensis excommunicatos pro indumentis sancte memorie dni Arelatensis, fuit in dicto consilio ordinatum quod, communibus sumptibus una cum dominis de capitulo dicte s. ecclesie, transmittatur et ambaxietur dnis senescallo et de regio consilio super dicta materia, pro habendo auxilium et consilium ab eisdem ; et si iidem dni consuluerint, pariter mandentur illmo principi dno Dalphino, nec non et ambaxietur sermo nostro regi, et dno Francorum regi ; nichilominus etiam mandetur unus sanctissimo dno pape, ad sciendum de ejus intentione, et cum eo taliter faciendum, ut dicta indumenta presenti ecclesie remaneant ; quorum quidem ambaxiatorum electio et nominatio committatur dnis sindicis, qui eligant, cum dominis de capitulo, quos voluerint, communibus sumptibus.

Die ... 17. martii... Item fuit ordinatum quod dni sindici eligant unum vel duos apud dominum nostrum regem, super oblationibus que fiunt in ecclesia Sancti Trophimi, supplicando humillime sue majestati ut dict. ecclesiam et ejusdem ecclesie opus dignetur habere recommissam contra sacristam ipsius ecclesie.

Anno Domini quadringentesimo quinquagesimo secundo, et die lune intitulata decima mensis jullii,... congregato honorabili consilio civitatis Arelatensis,... Et primo, cum magister Johannes Vuieti, notarius, noviter fuerit electus notarius regie curie, et antequam fuerit electus, promiserit ire Romam ad sanctissimum dominum nostrum papam, ad requisitionem capituli ecclesie Sancti Trophimi et hujus universitatis, pro obtinendo fieri processum super canonisatu revmi dni Ludovici Alamanni, bone memorie cardinalis, attentis miraculis per Altissimum factis suis precibus ; quia talis accessus redundat in utilitatem et honorem non modicum dicte ecclesie et operis, ac rey publice hujus universitatis, fuit ordinatum quod, pro hac vice solum, magister Nicholaus Anfuxi, notarius, regat et gubernet dict. suum tabularium ejusdem curie, donec ipse magister Johannes reversus fuerit, non intendentes propter hujusmodi ordinationem derogare privilegio super hoc concesso et obtento, posito sub rubrica « quod notarii curie non utantur per substitutum. »

1453... die 9... aprilis... Item, quia fuit repertum opus cere, quod fit et datur, amore Dei, in ecclesia Sancti Trophimi in honorem Dei et sancti Ludovici, maculatum et falcifficatum, fuit ordinatum quod ab inde et ut talia tollantur, quilibet appothecarius teneatur facere signum, et affigere in cereis et torticiis suis, sub pena amissionis cereorum suorum, et Lta solid., pro quolibet et vice qualibet....

1454... die decima mensis aprilis... Et primo, quia pro constitutione fabrice ecclesie Beati Trophimi, revmus dom. cardinalis de Fuxo, archiepiscopus Arelaten. ecclesie, ordinavit fieri quatuor operarios, qui regant oblationes glorioso Ludovico obventas et obveniendas, regimenque habeant operis et fabrice dicte ecclesie, et pecuniarum et aliarum rerum, prout expedierit dicto operi, quorum quatuor dictus rever. dom. cardinalis debet unum ponere, vener. capitulum dicte ecclesie alium, presens autem consilium debeat alios duos ponere, fuit propterea in dicto consilio ordinatum quod, pro dicto opere complendo et ad utilitatem dicti operis, eligantur duo qui administrare debeant predictas oblationes, et dictum opus ordinare et dispensare ; et de dispensatis et receptis per eos reddere rationem debeant, ut in forma et ut convenit ; et fuerunt electi nobiles Johannes Porcelleti et Hugo Blancardi.

Délibérations du conseil de ville d'Arles, 1443-54. Bonnemant, t. III, n° 120.

1921 6 mai 1454.

En présence et sur l'exhortation du cardinal-archevêque Pierre de Foix, ven. et rel. vir d. Bertrandus Grasseti, in decretis baccall., canon. et sacrista Arelat. ecclesie, *cède et désempare* operi sive fabrice ecclesie Arelat., rever.que patri dno Johanni Alballeti, decretorum doctori, preposito, Arnaldo Bagueti, in decretis baccall., archidiacono, Isnardo de Aqueria, archipresbitero, Petro Dieulofas, priori de Marinhana, Anthonio Scuderii, alias Petri, priori S. Crucis et priori claustrali dicte ecclesie, Emanuelli de Dono, priori de Alvernico, Jero-

nimo Raymundi, priori de Comis, Galterio Redortherii, priori de Vitrola, Anthonio Sansonis, alias Malcane, et Guillelmo Mounerii, canonicis *de la métropole, tout ce qui lui revenait des oblations de cire*, et hoc ob reverenciam gloriosi corporis beati Ludovici Alamanni, cardinalis Arelatensis bone memorie....

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 33, orig. parch. BONNEMANT, t. II, p. 585.

1922 21 avril 1455–1er mai 1467.

Anno 1455, die 21 aprilis.... Item fuit ordinatum quod operarii operis beati Ludovici renoventur et de novo eligantur, videl. nobiles Johannes Porcelleti et Hugo Blancardi, prout alias fuerunt electi ; et quod dni sindici, cum aliquibus de consilio, alloquantur dno vicario domini Arelatensis, ad dandum et prebendum consilium et favorem ipsis operariis ad utilitatem dicti operis ; et quod eligantur auditores compotis dicti operis, et fuerunt electi nobilis Jacobus Grillo, consindicus, et Petrus de Ponte.

Anno 1458, die 4 aprilis, ... Item, quia fabrica Beati Ludovici caret operariis, per finitionem temporis aliorum ; et ne dicta fabrica careat, sicut facit nunc, ediffficatione operis, fuit ordinatum quod de novo eligantur, unus de statu nobilium et alius de statu burgensium ; et fuerunt electi nobilis Johannes Monachi et Julianus de Donino, et in thesaurarium et receptorem pecuniarum nobilem Honoratum Boche.

Anno 1461, die 19. maii,... Item, audita requisitione in presenti consilio facta per operarios operis Beati Ludovici Alamanni, et capelle que fit pro conservatione et custodia caxie sancti Trophimi et aliarum reliquiarum, et quod ipsi non habent pecunias de quibus opus possit perfici et compleri, fuit ordinatum in presenti consilio, quia nobilis Honoratus Boche et dom. Petrus Artige, caritaderii helemosine civitatis, habent penes se centum et viginti sestaria annone, de quibus volebant facere helemosinam hoc anno, quod dicta c et xx sestaria annone dentur et tradantur ipsis operariis, et pariter omnia arrayragia censuum debita dicte caritati, et debita usque ad festum sancti Michaelis proxime futurum, eodem termino incluso, et ulterius omnia jura et emolumenta commissi et trezenorum, pro perfectione dicti operis ; et quod arma civitatis ibidem ponantur et affigantur ; et quod scribatur dno cardinali de Fuxo, archiepiscopo s. ecclesie Arelatensis, quatinus dignetur concedere indulgentias omnibus manus adjutrices dicto operi porrigentibus ubique ; et quod exactio jurium exhigatur nomine universitatis seu officii caritaderiorum.

Anno ab Incarnatione 1465, die 21. februarii,... Item, quia opus ad honorem et laudem Dei, et in honorem sancti Ludovici Alamanni bone memorie, in ecclesia Beati Trophimi tumulati, vaccat rectore et operario, quantum tangit temporale, per mortem nobilis Hugonis Blancardi, fuit ordinatum, providendo ad laudem Dei et utilitatem ejusdem operis, quod provideatur de alio operario eidem operi, ydoneo et sufficiente : et fuit electus nobilis Jacobus Grillo, mercator, civis hujus civitatis ; qui quidem nobilis Jacobus Grillo promisit, et ad sancta Dei euvangelia juravit in manibus dicti dni regentis officium vicariatus Arelatis [Petrus Abelle, in legibus baccalarius], et presentibus dictis dnis sindicis, et consilio, dictum opus, et oblationes ac helemosinas fiendas, bene, debite et legaliter regere, gubernare et administrare.

1467, die prima maii, electus fuit operarius operis sancti Ludovici Alamanni, pro uno anno, nobilis Jacobus Grillo.

Délibérations du conseil de ville d'Arles. BONNEM., t. III, n° 120.

1923 20 décembre 1491.

Testament de Marthona *Martine, veuve de Pierre* Brasseti *de Marseille*. — Item plus, volo et ordino... quod mei infrascripti heredes debeant et teneantur, ad Dei laudem, et pro salute anime mee et meorum peccatorum remissione, ... facere seu fieri facere unum romipetagium ad sanctos Ludovicum Alamani Arelatensem, Petrum de Luxemburgo Avinionensem, et ad beatam Martham Tharasconis. — Actum Massilie.

Protoc. de Barthélemy Darneti, 1481, f° 352 v° (M. de Laget.)

1924 17 septembre 1499-1506.

Et fuit ponderata... cera oblata in missis in commemoratione beati Ludovici Alamandi, que fuit anno predicto et die XVII mensis septembris, libr. VII.

Anno 1504.... in festo beati Ludovici, libr. IIIIor.

Anno 1505, in festo beati Ludovici, libr. V.

Anno 1506, in eodem festo beati Ludovici, libr. VI.

Archives du sacr. de l'égl. d'Arles, *Liber memorialis*, f° 96.

1925 9 avril 1527.

Bulle de béatification de Louis Aleman, cardinal-archevêque d'Arles, par le pape Clément VII (Médicis).

SAXI, *Pontif. Arelat.*, p. 356-8. GUICHENON, *Hist. de Bresse et de Bugey*, 1650, III, p. 5. *Acta ss. Bolland.*, jul. t. I, p. 433.

1926 15 juillet 1527-16 décembre 1528.

Anno quo supra et die XV. jullii, fuit tentum capitulum, in quo fuerunt presentes domini sequentes : sacrista, thesaurarius, Sansonis, Barberi, Vincentii, de Burgo, Ycardi, de Turri, infirmus ; Turrelli, de Orceria, Porcelleti.

Hac die ego Petrus Vincentii presentavi capitulariter rev. ac ven. dominis supra scriptis breve apostolicum super media canonisatione beati Ludovici Alamandi, hujus sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopi et cardinalis, impetratum et optentum Rome a sanctissimo domino nostro papa Clemente VIIo per rever. patrem dom. Anthonium de Castro, presentis ecclesie canonicum et precentorem, et vicegerentem curie camere apostolice Avinionis ; fuitque cum honore et reverentia per supra nominatos dominos receptum, apertumque et lectum, ut constat latius nota sumpta per magistrum G. Mandoni, notarium.

Die XIX. julii,... Hodie rever. dom. Vincentii retulit capitulose de mandato ejusdem capituli expedivisse XII. scuta rever. patri dno vicegerenti, in diminutionem eorum que exposuit Rome in brevi canonisationis beati Ludovici Alamandi....

Anno 1528, die xvi. decembris.... Hodie capitulum statuit quod de oblationibus que obvenient et fient beato Ludovico, de duabus partibus oblationum capitulum tangentibus ematur fas ad illuminandum reliquias, que monstrantur venientibus, per deputatos ; qui quidem habeant onus custodiendi dictum fas.

Arch. du chap. Délibérations, 1526-34, f° 60 v°, 61 et 123 v°. Bonnemant, t. III, n° 121.

1927 13 avril 1528.

Anno 1528, die 13. aprilis.... Item, lou conseil informat que a istat lou bon plaisir de nostre sainct pere lou pape de voler rellavar lou corps de monsieur sainct Loys Allemand, qui non si pot faire sanso grosse despenso ; lou present conseil a eslegit, per en faire la quista, noble Loys de Sainct Martin, Jaques Bernard, alias Guynot, et Trophemon d'Usanc.

Délibérations du conseil de l'Hôtel-de-Ville. Bonnemant, l. c.

1928 19 avril 1670.

Officium beati Ludovici Alemandi S. R. E. card. archiepiscopi Arelatensis. — In veteri Breviario Arelatensi, tempore Ferrerij archiepiscopi notatum, nunc a sæculo intermissum, instante capitulo Arelatensi, ab ill^mo et rev^mo domino dno Francisco Adheymar de Monteil de Grignan archiepiscopo Arelatensi restitutum ; a synodo provinciali approbatum, et deinceps celebrandum singulis annis die dominica ante festum dedicationis S. Michaelis archangeli in sola sancta Arelatensi ecclesia sub ritu duplici confessoris pontificis, ex decreto dato die 19. april. anno 1670. *Oraison, légende en 3 leçons.*

Bonnemant, t. III, n° 121, imprimé, in 8°, 4 p. — Voir encore l'art. des Bollandistes (sept. t. V, p. 436-50) et un vol. de Bonnemant (ms. 135 de la bibl. d'Arles).

1929 1690.

Il y a encore cinq chasses de bois doré. Dans la 1re, on garde tout le corps du B. Louis Allemand, cardinal et archevêque d'Arles. Dans la 2de, Ste Rusticule. Dans la 4me, celui de S. Bertulphe, abbé...

Duport, *Hist. des archevêques d'Arles*, 1690, p. 305.

ROBERT Roger, 1440-1442.

1930 28 mai 1440.

Bulle d'Eugène IV, qui donne l'administration de l'église d'Arles à Robert Roger.

Eugenius etc. dilecto filio magistro *Roberto Rogerii, preposito Aquensi ac Arelatensis ecclesiarum administratori, capellano nostro*, salutem etc. Universalis ecclesie regimini, divina disponente clementia, presidentes, potissimam non immerito commisse nobis solicitudinis partem ad hoc convertimus, ut singule orbis ecclesie nostris commisse vigiliis, votivis gratulentur successibus ; illas profecto propensioris cure studio prosequentes que diutina suorum pastorum absentia perpesse, dispendiose vacationis subsunt incommodis, ut apostolice sedis ministerio suffulte, spiritualiter et temporaliter digne valeant consolari. Hodie siquidem iniquitatis filium atque perditionis alumpnum Ludovicum, olim tit. Sancte Cecilie presbiterum cardinalem et ecclesie Arelatensis commendatarium, qui pro eo quod nonnullis aliis nostris litteris, per quas dudum generale quod tunc in civitate Basiliensi celebrabatur concilium, de ipsa civitate ex certis arduis et rationabilibus tunc expressis causis, ad civitatem nostram Ferrariensem transtulimus, volentes inter cetera, quod quicunque litteris ipsis contumaciter obedire recusarent, etiamsi cardinalatus honore, aut patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbaciali, aliave ecclesiastica vel seculari dignitate fulgerent, excommunicationis necnon titulorum, eccl., mon., dign., prioratuum, person., adm., offic., canon. et prebendarum, aliorumque beneficiorum eccl., necnon commendarum et pensionum quoruncunque privationis, aliasque tunc expressas penas ipso facto incurrerent, nedum non obedire, verum potius ecclesie romane unitatem nephando scismati submittere, ac tandem in profundum malorum descendens, electioni ymo verius prophanationi de persona iniquitatis filii Amedei, olim ducis Sabaudie, in antipapam consentire, seu potius illius auctor existere non expavit, cardinalatus honore, necnon Arelatensi predicta ac quibusvis aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, prior., pers., adm., off., canon. et preb., ceterisque beneficiis ecclesiasticis, necnon commendis et pensionibus suis, quibus dictarum nostrarum litterarum auctoritate privatus fuerat, privatum fuisse et esse, per alias n. litteras declaravimus, prout in illis plenius continetur. Cum itaque propterea, dicta Arelatensis ecclesia pastoris solatio carere noscatur ad presens ; nos eandem Arelatensem ecclesiam, de cujus provisione nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, ex eo quod nos dudum, ante priv. hujusm., prov. quaruncunque cath. eccl. tunc vac. et in antea vac. ord. et disp. n. reservavimus, dec. ex t. i. et i. si se. s. hiis per quosc. quavis auct. sc. vel ign. cont. attemptari, per sedis apostolice solicitudinem ab illatis sibi antea jacturis relevare, eamque prospere dirigi et salubriter administrari cupientes, ac quod tu, quem litterarum scientia, vite munditia, morum honestas, spiritualium providentia et temporalium circumspectio, aliaque virtutum dona multipliciter adornant, prefatam ecclesiam Arelatensem a quibusvis dispendiis protegere, ac tam in spirit. quam temp., nostro favore suffultus, adaugere scies et poteris, in Domino sperantes ; te ad prefatam Arelatensem ecclesiam, nostro et dicte ecclesie Romane nomine, usque ad nostrum et ejusdem sedis beneplacitum, in eisdem spirit. et temp. regendam et administrandam, auct. apost. tenore presentium constituimus, deputamus et ordinamus. Ita quod interim tibi omnia et singula castra, domos, terras, possessiones et loca, census et jura, aliaque bona ad mensam archiepiscopalem Arelatensem pertinentia, regere et administrare, ac eorum fructus, redditus et proventus recipere, ac de receptis quittare, ceteraque omnia et singula facere que ad administratoris officium de jure noscuntur pertinere ; alienatione tamen quoruncunque bon. imm. et pret. mob. ejusdem mense tibi penitus interdicta. Decernentes, prout est irritum et inane, si se. s. hiis a quoquam quavis auct. sc. vel ign. attemptatum

forsan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari. Non obstantibus constitutionibus et ord. apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus dicte Arelatensis eccl., juramento, confirm. apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque. Commissum igitur jugum regiminis et administrationis dicte Arelatensis ecclesie devote suscipiens, sic te in illo diligentem exhibeas et etiam studiosum, quod ipsa Arelatensis ecclesia fructuoso administratori gaudeat se commissam, nosque proinde tuam possimus providentiam in Domino commendare. Datum Florentie etc. quinto kalendas junii, pontificatus nostri anno decimo.

Super eodem pro eodem : Capitulo eccl. Arelat. ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; Renato regi.

Arch. Vatic. Reg. 365, f° 272 v (Eug. IV. Secrete an. I-XVI, lib. 6).

1931 28 mai 1440.

Bulle du même (qua mag. Robertus Rogerii fit administrator monasterii Montismajoris, Arelaten. dioc.) Universalis ecclesie... Dat. *ut supra*. — Super eodem, conventui ejusdem monasterii.

Arch. Vatic. Reg. 365, f° 274 (Eug. IV. Secr. a. I-XVI, l. 6).

1932 28 mai 1440.

Bulle du même archiepiscopo Aquensi et Tragurien. et Massiliensi episcopis (ut assistent mag. Roberto Rogerii). Apostolatus officium... Dat. *ut supra*.

Arch. Vatic. Reg. 365, f° 276 (Eug. IV. Secr. a. I-XVI, l. 6).

1933 28 mai 1440.

Bulle du même, qui nomme Robert Roger nonce apostolique et commissaire contre les rebelles.

Eugenius etc. dil. fil. magistro *Roberto Rogerii, capellano nostro, camere apost. clerico, et ap. sedis nuntio*, salutem etc. Venenoso grano velut de radice colubri virulenti, hiis qui infandis se conformantes nequitiis, nisi et gloriati sunt dici persecutores ecclesie, et ad depressionem catholice fidei ac enervationem ecclesiastici juris, nonnullis se speciali amicitia, ymo verius perfidia, copulantes, ut suis male cogitatis consiliis fideles invadant, et scissura nefanda ecclesiam scandalizent, occurrere convenientibus mediis cupientes, te, de cujus animi probitate non hesitamus ad hujusmodi prosecutionem negotii, mittimus confidenter, firma spe fiduciaque tenentes, quod per tue probitatis industriam fideique constantiam, clerici et laici, intra tue commissionis terminos consistentes, non solum in nostra et rom. eccl. fide obedientiaque persistent, sed contra alios a fide devios, opera tua mediante prosilient. Sane ad nos, fama publica referente, pervenit quod nonnulli iniquitatis filii in prov. Provincie et comitatu Forcalquerii et Delphinatus partibus commorantes, postquam nos, de ven. fr. n. S. R. E. cardinalium, ac patriarcharum, archiep. et episcoporum, necnon dil. fil. electorum et abbatum, tunc apud sedem ap. existentium, consilio et assensu, concilium quod Basilee celebrabatur, inde ad civ. n. Ferrariensem transtuleramus, et translatum fuisse et esse declaraveramus, et inhibueramus ne alibi quam in pref. civitate concilium aut actus conciliarii tenerentur,... prefatis Basilee commorantibus dampnabiliter adheserunt, faverunt, et adherent notorie de presenti, mandata nostra et ap. sedis palam et publice contemnendo. Nos, ne hii et alii similes in profundum malorum, sua incorrigibili iniquitate prostrati, unitatem ecclesie scindere satagentes ac illam scandalizantes, plures secum trahant in eterna supplicia, veritatis verbum sequentes, ut si nos oculus, sive pes aut dextera scandalizat, a compage corporis auferatur ; ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, fidei quoque et religionis augmentum, ac animarum salutem fidelium, discretioni tue, presentium tenore, committimus et mandamus, quatenus contra omnes et sing. qui ab obedientia et fidelitate nostris quomodolibet deviant, necnon scismatis labe respersos, etiam si pontificali aut alia quavis prefulgeant dignitate, tanquam oves morbidas gregem inficientes dominicum, eorumque receptatores, defensores ac fautores, procedas, etiam summarie, simpliciter et de plano, sola facti veritate inspecta, ad beneficiorum, dignitatum et officiorum quorunlibet privatione, cum a jure statutarum, et aliarum de quibus tibi videbitur, adjectione et exaggeratione penarum, ita ut severitate condigna plectantur, et transeant reliquis talia attemptantibus in exemplum. Et nichilominus... Datum Florentie etc., quinto kal. junii, pont. n. anno decimo.

Arch. Vatic. Reg. 365, f° 277 (Eug. IV. Secr. a. I-XVI, l. 6).

1934 2 juin 1440.

Bulle du même (Salvus conductus sive littera passus pro eodem mag. Roberto Rogerii). Cum dil. filium mag. Robertum Rogerii... Dat. *ubi supra*, IV. nonas junii, a. X.

Arch. Vatic. Reg. 365, f° 275 (Eug. IV. Secr. a. I-XVI, l. 6).

1935 22 mai 1442.

Instructions données par le pape Eugène IV à ses ambassadeurs en France. — ... Immo apud eum [prepositum Parisien., seneschalcum Provincie, *Tanneguy du Châtel*] et reginam Isabellam... instabunt pro ecclesia Arelatensi et abbatia Montis majoris magistro R[oberto Rogerii], commissario S. D. N., juxta voluntatem et mandatum regis, consignanda. Itaque, scil. ut castra utriusque ecclesie per manus prepositi, juxta tenorem litterarum apostolicarum sibi per dom. Tessonem de Arelate transmissarum, nomine S. D. N. recipiat et teneat quousque aliud habuerit in mandatis, magistrum R. Rogerii [ad] administrationem et exercitium spiritualitatis admittat....

Lecoy de la Marche (A.) *Le roi René*, 1875, t. II, p. 247.

BARTOLO de Cingoli, vicaire. 1442.

1936 26 octobre 1442.

Bulles d'Eugène IV nommant Bartolo de Cingoli vicaire de l'archevêché d'Arles.

Eugenius, episcopus, s. s. D., dil. filio magistro *Bartholo de Cingulo, decretorum doctori, ecclesie Arelatensis ac mon. Montis majoris*, pro nobis et sede ap.

in spirit. et temp. *vicario*, salutem et ap. ben. Inter soll. varias quibus assidue premimur, illa potissimum excitat mentem nostram, ut ea que ad ecclesiarum et mon. omnium statum prosperum expedire cognoscimus, ne temporalium ac spir. subiciantur incommodis, pervigili studio ac indefessa vigilantia exequamur. Cum igitur, prout jam fere apud omnes notorium est, iniquitatis filius Ludovicus, olim card. Arelatensis, propter multas et varias rebelliones, et facinora contra nos et ap. sedem commissa, necnon propter adherentiam et sequellam perditionis alumni Amedei, olim ducis Sabaudie, antipape, per nonnullas sententias latas a nobis, sacro Ferrariensi ac Florentino approbante concilio, damnatus, omnibusque dignitatibus, officiis, honoribus, beneficiis et emolumentis, prorsus privatus existat, ac propterea Arelaten. ecclesia ac mon. Montismajoris predicta, que dictus cardinalis tenebat in commendam, vacare noscantur, ne ecclesia ac mon. prefata, ob hujusmodi indebitam vacationem, variis subjiciantur incommodis, in ipsorum eccl. ac mon. tam in sp. quam in temp. prejudicium, ac eis commissarum periculum animarum, provisioni ecclesie et mon. predictorum ad presens supersedere volentes, te, de cujus fidelitate, prudentia et circ. in multis aliis nostris et ecclesie alias tibi commissis negotiis, specialem in Domino fiduciam gerimus, eccl. Arelatensis ac mon. Montismajoris predictorum vicarium in sp. et temp., usque ad nostrum beneplacitum, auct. ap. facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi curam, regimen et adm. in eisd. sp. et temp. ecclesie et mon. predictorum ple. committendo ; omnes et sing. fructus, redd. et prov. ipsorum eccl. et mon. recipiendi, colligendi et exigendi, proviso ne ecclesia et mon. predicta interim debitis spiritualium et temp. defraudentur obsequiis, necnon officiales et castellanos deputandi, et cum oportuerit ac tibi visum fuerit, removendi et alios imponendi, agendi etiam et defendendi, et procuratores, sindicos et yconomos constituendi, de receptis et levatis quittandi, liberandi et absolvendi, ac omnia alia et singula faciendi, gerendi et disponendi, que ad curam, regimen et adm. ecclesie et mon. predictorum pertinent, ac pro bono et incremento ipsorum eccl. et mon. videris expedire, plenam et liberam dicta auct. damus et concedimus, tenore presentium, facultatem. Dil. filiis capitulo eccl. Arelaten. ac conventui mon. Montismajoris predictorum, necnon subditis et vassallis eorundem, quatinus tibi in hiis que ad hujusmodi vicariatus officium pertinent, de consuet. vel de jure, tibi pareant efficaciter et intendant. Alioquin sententias, censuras, et penas quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus, et faciemus auct. Do. usque ad satisf. condignam inviolabiliter observari. Sic igitur dictum vicariatus officium fid. et prud. gerere studeas, quod ecclesia et mon. prefata in eisd. sp. et temp. suscipiant incrementa, tuque et. ret. premium, ac nostram et sedis ap. bened. et gratiam consequi merearis. Datum Florentie, anno Inc. dom. 1442, septimo kal. novembris, pont. n. anno XII°.

Arch. Vatic. Reg. 361, f° 130 (Eug. IV. Secr. an. XII-XIII, lib. 2).

JEAN VII DE BEAUVAU, 1443-1449.

Fils de Bertrand de Beauvau, seigneur de Précigné, etc., grand-maître d'hôtel du roi René (1457), sénéchal d'Anjou (1462), etc., et de Jeanne de la Tour-Landry, il fut nommé, à 15 ans, chanoine d'Angers (6 mai 1439).

1937 20 novembre 1443.

Bulles d'Eugène IV, nommant Jean de Beauvau administrateur de l'église d'Arles.

EUGENIUS etc. dilecto filio *magistro Johanni de Bellavalle, ecclesie Arelatensis administratori, notario nostro*, salutem etc. Universalis ecclesie regimini divina disponente clementia presidentes, potissimam non immerito commisse nobis sollicitudinis partem ad hoc convertimus, ut singule orbis ecclesie nostris commisse vigiliis, votivis gratulentur successibus ; illas profecto propensioris cure studio prosequentes, que diutina suorum pastorum absentia perpesse, dispendiose vacationis subsunt incommodis, ut ap. sedis ministerio suffulte, spiritualiter et temp. digne valeant consolari. Dudum siquidem ex certis et rationabilibus causis tunc expressis, de ven. fr. n. S. R. E. cardinalium consilio et assensu, pluribus etiam ex ven. fr. n. archiepiscopis, episcopis, et dil. filiis electis et abbatibus, apud sedem ap. tunc existentibus, id laudantibus et consulentibus, generale conc. apud civ. Basiliensem tunc constitutum, de ipsa civ. ad nostram civ. Ferrariensem per quasdam transtulimus et translatum esse declaravimus, ac inter cetera, sub excom. et privationis quoruncunque ecclesiarum, mon., dign., person., adm., offic. et aliorum benef. ecclesiasticorum, necnon inhabilitationis, et aliis tunc expressis penis, quas contrafacientes ipso facto incurrere voluimus, omnibus et sing., cujuscunque statu gradus aut cond. existerent, etiamsi cardinalatus honore, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali, aut alia quavis eccl. vel seculari prefulgerent dignitate, districtius inhibuimus ne, ex tunc in antea, in dicta Basilien. civitate, aut alibi preterquam in civ. Ferrarien. hujusmodi concilium, aut alius conciliarius actus teneretur, seu aliquod officium ab eo subordinatum exerceretur ; nec etiam aliquis in dicta civ. Basiliensi, nisi dumtaxat ad Boemorum articulum, remaneret, nec ad alium locum quam Ferrarie, sub nomine et pretextu concilii, accederet. Et deinde, ipso concilio in dicta civ. Ferrariensi translato et approbante, omnes et singulos Basilee sub nomine concilii, quod verius conventiculum dici debuit, contra transl. et declar. nostras hujusm. venientes, et nonnulla scandala et nepharia tunc presumentes, etiam si titulis aut dign. prefulgerent antedictis, excommunicationis ac ecclesiarum, mon., dign., prior., adm., off., canon. et prebendarum, ac beneficiorum suorum hujusmodi privationis penas ipso facto incurrere decrevimus et declaravimus, prout in nostris inde confectis litteris, quas post transl. ejusdem concilii de Ferraria ad Florentiam, in Florentino concilio, illo approbante, per alias n. litt. innovavimus ; ipsosque exc. et privationis eccl., dign., benef. et officiorum, ac inhabilitationis ad futura, necnon in dictis nostris litteris translationis contentas penas et sententias incurrisse declaravimus, prout in eis-

dem n. litt. ple. continetur. Cum autem postmodum, sicut notoria et fidedigna relatione percepimus, ecclesia Arelatensis, ex eo quod, sicut dolenter referimus, iniquitatis alumpnus et perditionis filius Ludovicus, olim tit. Sancte Cecilie presbiter cardinalis, ac ecclesie Arelatensis hujusmodi per sedem apostolicam amministrator deputatus, sue salutis immemor, ac in sensum reprobum datus, extrema laborans ingratitudine ac propria superatus nequitia, malitiaque confusus, necnon bonorum et honorum que ab eadem ecclesia Romana indigne fortassis acceperat, factus immemor, malum pro bono retribuens, nedum prefatis nostris litteris non obedire, verum potius ipsius ecclesie romane unitatem nephando scismati submittere, et tandem in profundum malorum descendens, electioni, immo potius prophanationi, de persona iniquitatis filii Amedei, olim ducis Sabaudie, qui se ausu sacrilego Felicem V. nominari facit, consentire, seu illius auctor existere, ac illi adherere non expavit, sententias, censuras et penas antedictas dampnabiliter incurrendo, in scandalum et perniciosum exemplum plurimorum, vacaverit et vacet ad presens, nullusque preter nos hac vice de dicta Arelatensi ecclesia disponere potuerit, sive possit, pro eo quod nos diu ante privationes et decreta, ac declarationes hujusmodi, omnes cathedrales ecclesias, per privationes, amotiones, declarationes per nos in antea faciendas vacaturas, ord. et disp. n. reservantes, decrevimus ex tunc i. et i. si se. s. hiis per quosc. quavis auct., sc. vel ign. cont. attemptari; nos igitur attendentes quod que notoria sunt probatione non indigent, ac eandem Arelatensem ecclesiam per sedis apostolice solicitudinem prospere dirigi et salubriter administrari cupientes, ac quod tu, qui de nobili genere procreatus existis, quem litterarum scientia, vite munditia, morum honestas, spiritualium providentia et temporalium circumspectio, aliaque virtutum dona multipliciter adornant, prefatam Arelatensem ecclesiam a quibusvis dispendiis protegere, ac tam spiritualibus et temp., nostro favore suffultus, adaugere scies et poteris in Domino sperantes, te ad Arelatensem ecclesiam, nostro et dicte romane ecclesie nomine, usque ad nostrum et ejusdem sedis beneplacitum, de ven. fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, in eisdem spirit. et temp., regendam et administrandam, auct. apost., tenore presentium conmittimus, constituimus, deputamus, pariter et ordinamus; ita quod interim, liceat tibi omnia et sing. castra, domos, terras, possessiones et loca, census et jura, aliaque bona ad mensam archiep. Arelaten. pertinentia regere et adm., ac eorum fructus, redd. et prov. recipere, ac in tuos et ejusdem, illius tamen debitis et consuetis supportatis oneribus, usus convertere, ac de receptis quittare, ceteraque omnia et sing. facere que ad veri administratoris officium, de jure noscuntur pertinere; alienatione tamen quoruncunque bon. imm. et pret. mob. ejusd. mense tibi penitus interdicta. Decernentes, prout est i. et i. si se. s. hiis a quoquam quavis auct. sc. vel ign. attemptatum forsan est hactenus, vel contigerit imposterum attemptari. Non obstantibus quod in vicesimo tue etatis anno, ut asseris, constitutus existis, ac constitutionibus et ord. apostolicis, statutis quoque et consuet. dicte Arelaten. eccl., etiam juramento, conf. apost., vel quac. firmitate alia roboratis, contrariisque quibuscunque. Commissum igitur tibi jugum regiminis et adm. dicte Arelaten. ecclesie dev. suscipiens, sic te in illo diligentem exhibeas et etiam studiosum, quod ipsa Arelaten. eccl. fruct. adm. gaudeat se commissam, nosque proinde tuam possimus providentiam in Domino commendare. Datum Rome, apud S. Petrum, anno Incarnationis dominice 1443, XII. kalendas decembris, pontificatus nostri anno XIII°.

Super eodem : Suffraganeis ; — Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis.

Arch. Vatic. Reg. 361, f° 243 (Eugen. IV. Secr. an. XII-XIII, lib. 2).

1938 7 août 1444.

Julianus de Donino, burgensis Arelatis, receptor fructuum et gubernator domus archiepiscopalis Arelatensis, ordinatus per egregium et eminentis scientie virum dnm Johannem Martini, legum doctorem, dominum de Podio Lobario, cancellariumque Provincie, etc. pro domino nostro rege tenente ad manus suas dictos domum archiepiscopalem, fructusque et redditus ejusdem... — *Arrentement des herbages des conssous en Crau.*

Archev. d'Arles. Reg. Reconn. d'Arles, 1424-1536, f° 227 v°.

1939 4 janvier 1444/5.

Dil. filio magistro Johanni de Bellavalle, perpetuo eccl. Arelat. in sp. et temp. administr., notario nostro. Personam tuam... *Il l'a fait admin. à la place du cardinal Louis Aleman, cassé,* ad s. sedis beneplacitum. *Quand il aura atteint l'âge de 27 ans, il en sera archevêque,* ipso facto, *et pourra se faire consacrer.* Datum Rome, apud S. Petrum, anno Inc. dom. 1444, pridie nonas januarii, p. n. anno 14.

Arch. Vatic. Reg. 368, f° 63 (Eug. IV. de Curia, an. 14, lib. 9).

1940 29 février 1445.

Johannes, etc., S. R. E. protonotarius, administrator perpetuus Arelaten. ecclesie et abbas commendatarius abbatiæ Montis majoris, *donne procuration à Jean* Pugneti *pour prendre possession de ses bénéfices.*

Paris, Bibl. Nat., coll. Gaignières, t. II episc. (*Gallia,* I, xxxj).

1941 28 juin 1445.

Difficultés faites par le procureur de St-Antoine de payer la pension à l'infirmier (au procureur) de Montmajour, qui n'avait pas une procure en règle. — Dicebat idem d. infirmarius, quod ven. et egr. vir dns Johannes Martini, cancellarius Provincie, quem asserebat esse vicarium et procuratorem ac negot. gestorem rev. patris dni Johannis de Pulcra valle, archiepiscopi Arelaten., administratoris pretensi dicti mon. Montismajoris..., eo quod nullus adhuc inibi tanquam abbas administrat. — *Accords.* — Cum sedes abbacialis dicti monast. Montismajoris... vacet, eo quod dictus dns cardinalis Arelaten., olim administrator ejusdem abbatie, a sua administratione fuit destitutus et per summum pontificem, ut publice habetur et tenetur in partibus, et dicitur fuisse provisum de alio administratore, qui nondum per se nec per alium recepit possessionem ipsius administrationis... *(Le chapitre recevra la pension entière, en garantissant St-Antoine.)*

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de Montmajour.

1942 11 août 1445.

Anno ab Inc. Dni 1445, et die mercurii 11 mensis augusti, Julianus de Donino, receptor et gubernator censuum, reddituum, fructuum et proventuum archiepiscopatus Arelatensis pro supradicto re^{mo} in Xpisto patre et dno dno Johanne de Bellavalle, sancte sedis apost. prothonotario et s. Arelatensis ecclesie perpetuo administratore, dedit, tradidit et concessit ad novum accapitum...

Archev. d'Arles. Reg. Reconnaissances, 1424-1536, f° 147. — C'est la 1re fois que ce nom apparaît dans les reconnaissances, mais dans des actes antérieurs où est mentionné l'administrateur perpétuel, sans nom, il est possible que ce soit lui.

1943 17 septembre 1445.

Johannes de Puppio, in decretis baccallarius, curie archiepiscopalis Arelatensis, pro re^{mo} in Xpisto patre et dno dno Johanne de Bellavalle, s. sedis apostolice gratia Dei prothonotario, ac administratore perpetuo s. Arelatensis ecclesie et principe, officialis...

Arch. des B.-du-Rh. Saintes Maries.

1944 13 juin 1446.

Réquisition des procureurs de St-Antoine ..dnis Johanni Inqueti, regio Francie secretario, vicario in temporalibus, et Nicholao Barralerii, cambrerio ven. mon. S. Petri Montismajoris, Arelaten. dioc., procuratoribus re^{mi} in Xpisto patris et d. d. Johannis de Bellavalle, mi. di. S. R. E. prothonotarii, administratoris s. eccl. Arelaten. et commendatarii perpetui abbatie seu mon. et conv. predicti S. Petri Montismajoris.

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de Montmajour.

1945 15 juillet 1446.

Nobilis magister Johannes de Bellavalle, magister in artibus, clericus, SS. sedis apostolicæ protonotarius, administrator perpetuus archiepiscopatus Arelaten. et abbatiæ Montis majoris, ord. S. Bened., in Provincia, *est admis au canonicat de l'église de Paris que l'évêque Denys du Moulin lui avait conféré en 1445.*

Reg. de l'égl. de Paris, f° 179 (*Gallia christ.*, t. I, c. 584, n. *a*).

1946 Angers, 11 novembre 1446.

Jean de Beauvau prend comme vicaire général in spiritualibus *Robert, évêque de Tibériade, qu'il avait déjà chargé du recouvrement de ses revenus (Ibid.).*

1947 Angers, 11 novembre 1446.

Johannes, mi. di. sacros. sedis apost. prothonotarius, s. Arelaten. ecclesie administrator, ac monasterii Montismajoris, in patria Provincie, commendatarius perpetuus, salutem. *(Procuration générale pour ses revenus d'Arles et Montmajour.)* Datum Andagavis, die XI. mensis novembris, anno Dni 1446.

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de Montmajour; dans une quittance du 5 juin 1447.

1948 27 octobre 1447.

Provisions de Jean de Beauvau pour l'égl. d'Angers.

Nicolaus etc. dilecto filio *Johanni de Bellavalle, electo Andegavensi*, salutem etc. Apostolatus officium... gubernare. Dudum siquidem ecclesia Andegavensi, cui bone memorie Harduinus, episcopus Andegavensis, dum viveret presidebat, per obitum ejusdem episcopi, qui extra romanam curiam debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta, fel. rec. Eugenius papa IIII, predecessor noster, de persona dilecti filii nostri Guillermi, tituli Sancti Martini in Montibus presbiteri cardinalis, antequam ad cardinalatus honorem assumeretur, eidem ecclesie auctoritate apostolica providit, ac ipsum illi prefecit in episcopum et pastorem; necnon post assumptionem hujusmodi, decrevit quod ipse cardinalis nichilominus Andegavensis episcopus censeretur et existeret, dicteque ecclesie preesse ac eam in spirit. et temp. regere et gubernare valeret. Cum itaque hodie prefatus cardinalis regimini et administrationi ecclesie hujusmodi, illius per eum possessione non habita, in manibus nostris sponte et libere cesserit, nosque cessionem ipsam duxerimus admittendam, ac quondam Johannes Michaelis pro episcopo Andegavensi se gerens, et in prefata possessione existens, extra dictam curiam vita functus fuerit, et secundum premissa dicta ecclesia vacare noscatur, nos ad provisionem prefate ecclesie celerem et felicem, ne longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo ipsi ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te canonicum prefate ecclesie, notarium nostrum, in minoribus dumtaxat ordinibus constitutum, cui apud nos de litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione, aliisque multiplicium virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de dictorum fratrum consilio, auctoritate prefata providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, ejus curam et admin. tibi in spirit. et temp. plenarie committendo. In illo qui dat gratias... incrementa. Quocirca discretioni tue per apost. scripta mandamus... consequi merearis. Volumus autem quod tam de ecclesia Arelatensi quam de monasterio Montis majoris, O. S. B., Arelatensis diocesis, olim per ipsum predecessorem tibi facte commende ex nunc cessent penitus et expirent; quodque, certis suadentibus causis, infra quinquennium a data presentium computandum, pontificalia officia non exerceas, sed ea in tuis civitate et diocesi per catholicum antistitem, gratiam et communionem prefate sedis habentem, quem ad id elegeris, et cui presentium serie super hoc licentiam concedimus, facias exerceri. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice 1447, VI. kalendas novembris, anno primo.

Arch. Later. Reg. Nicol. V. 1447, an. 1, lib. 1, f° 186. M. Cél. Port indique (*Dict... de Maine-et-Loire*, t. I, p. 275) comme date de ces bulles le 30 déc.; Jean de Beauvau fit prendre possession le 12 févr. 1448, fut sacré le 30 déc. 1450 et reçu solennellement le 26 sept. 1451.

1949 30 octobre 1447.

Nicolaus etc. dilecto filio *Johanni, electo Andegavensi*, salutem etc. Cum nos nuper ecclesie Andegavensi pastoris tunc regimine destitute, de persona

tua... auct. apost. duxerimus providendum, preficiendo te illi in episcopum et pastorem... Nos... tibi qui, in vicesimo secundo tue etatis anno, et in minoribus dumtaxat ordinibus constitutus existis, postquam 27 ipsius etatis annum attigeris, ut a quocumque seu quibuscumque malueris catholico seu catholicis antistite vel antistitibus, gratiam et comm. apost. sedis habente, vel habentibus, aliquibus diebus dominicis vel festivis dupplicibus, subdiaconatus, diaconatus ac presbiteratus ordines successive te promoveri facere, et etiam deinde ab uno ex eis vel alio catholico antistite, gratiam et comm. similem habente, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus catholicis episcopis,... munus consecrationis recipere valeas... plenam et liberam concedimus facultatem... Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Inc. dom. 1447, tertio kal. novembris, anno primo.

Arch. Later. Nicol. V. 1447, an. I, lib. 3, f° 315 v°.

1950 1448.

Manuale notarum brevium mei Johannis Roque, publici imperiali auctoritate notarii, de anno ab Incarnatione Dni 1448, ind. XI..., reve^{mo} in Xpisto patre ac domino dno Johanne de Bellavalle, Dei gratia sedis apostolice prothonotario, administratoreque perpetuo sancte Arelatensis ecclesie et principe presidente, ac castri Sallonis dioc. Arelaten. domino existente.

Reg. de Jean Roque, notaire alors de Salon, puis d'Auriol (chez M. Decormis), en tête du f° 1.

1951 3 octobre 1448.

R^{mo} in Xpisto patre et domino dno Johanne de Bellavalle, Dei gratia s. sedis apostolice prothonotario, administratoreque perpetuo sancte Arelaten. ecclesie et principe presidente... (indict. XI, Nicol. V. a. II).

*Testament d'*Hugoninus de Bargiaco, condominus castri S. Amancii. Chartrier de Marignane, n° 186.

1952 27 mars 1449.

Mutatur annus Incarnationis Domini M.IIII^{c}XLVIII, in annum Domini 1449. Anno Inc. Dni 1449 et die 27 mensis martii, reveren^{mo} in Xpisto patre et dno dno Johanne de Bellavalle, *etc*.

Reg. cité de Jean Roque, not., f° 9 v°.

1953 5 juin 1467.

Déposition de Jean de Beauvau, remplacé à Angers par Jean, évêque d'Evreux.

PAULUS etc. ven. fratri *Johanni, episcopo Andegavensi*, salutem etc. Quam sit onusta dispendiis... Dudum siquidem provisiones omnium ecclesiarum cathedralium per depositionem et amotionem quorumcumque tunc apud sedem apost. vacantium et in antea vacaturarum, ordinationi et dispositioni nostre reservavimus, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari. Postmodum vero ecclesia Andegavensi, ex eo pastoris solatio destituta quod nos hodie Johannem de Bellavalle, tunc Andegavensem episcopum, propter hoc apud sedem eandem evocatum, plurium excommunicationum sententiis ac diversis criminibus et excessibus gravissimis irretitum, quampluribusque et nefandis facinoribus publice diffamatum, inobedientem, rebellem, sanctorumque canonum et mandatorum sancte sedis apostolice contemptorem, comperimus etiam ex certis tunc expressis aliis causis, excommunicationis, suspensionis et interdicti, ac privationis dicte ecclesie, necnon bonorum per eum obtentorum, ac inhabilitatis ad imposterum obtinenda, sententias, censuras et penas incidisse et incurrisse, illisque irretitum fuisse et esse declaravimus, eumque nichilominus ab episcopali dignitate, ac Andegavensi ecclesia, ac omni pontificali officio deposuimus, prelationeque et administratione ejusdem ecclesie, ipsiusque regimine privandum et amovendum fore decrevimus, et privavimus ac etiam amovimus ab eadem, vacante; nos ad provisionem ejusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post delib. quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem, ydoneam et etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te episcopum Ebroicensem, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam illarum largitor Dominus insignivit, et quod tu, qui regimini Ebroicensis ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, prefatam Andegavensem ecclesiam scies et poteris, auctore Domino, salubriter regere et feliciter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam ipsi Andegavensi ecclesie quam ejus gregi dominico salubriter providere, te a vinculo quo ipsi Ebroicensi ecclesie cui tunc preeras tenebaris,... absolventes, te ad eandem Andegavensem ecclesiam auct. apost. transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et admin. ipsius ecclesie... committendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad eandem Andegavensem ecclesiam transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis... incrementa. Quocirca, fraternitati tue per apost. scripta mandamus... consequi merearis. Volumus autem quod antequam... Datum Rome, apud Sanctum Marcum, anno Incarn. Dom. 1467, nonis junii, anno tertio.

Arch. Later. Reg. Paul. II. 1466, an. III, f° 186. — Jean de Beauvau fut rétabli comme évêque d'Angers au temporel (1469) et au spirituel (1476). Il mourut à Eventard le 23 avril 1479 (C. PORT, p. 275-6).

PIERRE IV DU LAC, 1447.

Voir sur ce prélat à l'abbaye de St-Victor de Mars.

1954 27 octobre 1447.

Provisions de Pierre du Lac, abbé de St-Victor, pour l'archevêché d'Arles, par le pape Nicolas V.

NICOLAUS etc. dilecto filio *Petro, electo Arelatensi*, salutem etc. Apostolatus officium, quamquam insufficientibus meritis, nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi, coadjuvante Domino, cupientes, soliciti corde reddimur et solertes, ut cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus qui populum sue cure creditum sciant non solum doctrina

verbi sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias velint et valeant, duce Domino, salubriter regere et feliciter gubernare. Dudum siquidem fel. rec. Eugenius papa IIII, predecessor noster, ecclesiam Arelatensem tunc pastore carentem dilecto filio Johanni electo Andegavensi, tunc notario suo, commendavit. Cum itaque hodie nos de persona prefati electi, tunc notarii, ecclesie Andegavensi tunc vacanti providendum, ipsumque illi in episcopum et pastorem promovendum duxerimus, volentes, inter cetera, quod commenda predicta ex tunc cessaret penitus et expiraret, ac propterea dicta Arelatensis ecclesia pastore careat ; nos ad provisionem ipsius Arelatensis ecclesie celerem et felicem, cujus ultimi et veri archiepiscopi nomen, necnon posterioris vacationis modum presentibus haberi volumus pro expressis, ne illa longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de pref. dicte Arel. eccl. per. ut. et etiam fructuosam cum fr. no. habuimus diligentem, demum ad te abbatem monasterii Sancti Victoris prope Massiliam, O. S. B., cui de religionis zelo, litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione, aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus occulos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie Arelatensi, de dictorum fratrum consilio, auct. apost. providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et adm. ipsius Arel. eccl. tibi in sp. et temp. pl. committendo. In illo qui dat gratias et lar. pr. confidentes, quod dir. Do. actus tuos, pref. Arel. ecclesia, per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum, regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque in eisdem sp. et temp. suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tue per ap. scr. man. quat. curam et adm. predictas sic geras solicite, fid. et prudenter, quod pref. Arel. ecclesia gubernatori provido et fruct. administratori gaudeat se commissam, tuque preter et. ret. premium, nostram et ap. sedis bened. et gratiam exinde uberius consequi merearis. Volumus autem quod ex nunc dictum monasterium realiter et omnino dimittas. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno etc. millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, sexto kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo.

Simili modo : Capitulo ; — Populo ; — Clero ; — Vassallis ; — Suffraganeis ; — Renato regi.

Arch. Vatic. Reg. 385 (Nicol. V. Secrete an. I. t. I), f° 122. — Cette bulle est imméd. précédée (f° 121) par celle qui donne en commende l'abbaye de St-Victor au cardinal Guillaume (S. Martini in Montibus).

1955 29 octobre 1447.

Bulle pour se faire sacrer par un évêque cathol.

Nicolaus etc. dil. filio *Petro, electo Arelaten.*, salutem etc. Cum nos nuper eccl. Arel. pastoris reg. destitute de per. tua nobis et fr. n. ob tuo. ex. meritorum accepta, de fr. eorumdem consilio, auct. nostra duximus providendum, pref. te illi in arch. et past., prout in nostris inde conf. litteris plenius continetur ; nos ad ea que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant favorab. intendentes, tuis supl. inclinati, tibi ut a quoc. malueris cath. antistite gra. et comm. ap. sedis habente, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis cath. epis. si. gra. et com. habentibus, munus consecrationis recipere valeas, et eidem antistiti ut munus pred. auct. nostra impendere libere tibi possit, plenam et lib. concedimus, tenore presentium, facultatem. Volumus autem... Datum Rome, apud S. P., anno etc. 1447, 4 kal. nov., pontif. nostri anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 385 (Nicol. V. Secrete an. I. t. I), f° 126 v°.

1956 20 mai 1449.

Johanni Albaleti, sancte Arelatensis ecclesie preposito, ac vicario generali in spiritualibus et temporalibus totius archiepiscopatus Arelatensis... — *Reconnaissance.*

Archev. d'Arles. Reg. Reconnaissances d'Arles, 1424-1536, f° 152 v°.

1957 7 juin 1449.

Re^do^ patri dno Johanni Albaleti, decretorum doctori, preposito sancte Arelatensis ecclesie, vicario et officiali totius archiepiscopatus Arelatensis, sede vacante, constituto et ordinato per venerabile capitulum ejusdem sancte ecclesie Arelatensis...

Archev. d'Arles. Reg. Reconnaissances d'Arles, 1424-1536, f° 153.

GUILLAUME III d'Estouteville, 1449.

Chanoine d'Angers, il obtint, le 30 mars 1439, des bulles pour cet évêché, qui fut maintenu à Jean Michel ; à la mort de celui-ci (1447), il échoua encore contre Jean de Beauvau ; Arles lui fut sans doute donné en commende par compensation. Il était cardinal du 18 déc. 1439 ; voir ses autres titres dans le *Répert. d. sourc. histor. du moyen âge*, t. I, c. 662 et 2569.

1958 1449.

Guillelmo, cardinali S. Martini in Montibus, commendatur ecclesia Arelatensis et monasterium Montismajoris, post Joannem electum Andegavensem.

Garampi. — Nicol. V. t. XXVI, f° 74 v° (c'est le Reg. 410, mais je ne l'y ai pas trouvée).

1959 9 octobre 1449.

Mononus Boyssaudi,... clavarius domus archiepiscopalis Arelatensis, pro re^mo^ dno cardinali administratore.

Archev. d'Arles. Reg. Reconnaissances d'Arles, 1424-1536, f° 153 v°.

PIERRE V de Foix, 1450-1463.

Surnommé l'ancien, pour le distinguer de son neveu, il était fils d'Archambaud de Grailly, vicomte de Béarn, et d'Isabelle de Foix ; il fit profession chez les Franciscains de Morlaas.

1960 23 octobre 1409.

Bulle du pape Alexandre V, qui nomme Pierre de Foix, malgré son défaut d'âge, évêque de Lescar.

Arch. Alex. V. arm. XII. 121, p. 16 (EUBEL).

1961 11 novembre 1409.

Bulle du même, autorisant Pierre à se faire sacrer par n'importe quel évêque catholique.

Arch. Later. t. CXXXVI, f° 119 (EUBEL).

1962 5 février 1410.

Provisions de Pierre de Foix pour l'évêché de Lescar.

DILECTO filio *Petro de Fuxo, perpetuo administratori ecclesie Lascurrensis*, O. S. A., salutem etc. Romanus pontifex, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit universis, his presertim que pastorum sunt regiminibus destitute, ut gubernatorum utilium fulciantur presidio, per quorum regimina, ecclesie ipse utiliter valeant gubernari, providet, prout temporum et personarum qualitate pensata, id conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem bone memorie Johanne, episcopo Lascurrensi, regimini ecclesie Lascurrensis, O. S. A., presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordin. et disp. nostre ea vice duximus spec. reservandam, decernentes... attemptari. Et deinde dicta ecclesia per obitum ipsius Johannis episcopi, qui extra romanam curiam diem clausit extremum, vacante,... nos cupientes ut ecclesia ipsa ut. gubernatoris presidio fulciatur, ac sperantes quod tu, qui ordinis fratrum Minorum professor existis, eidem ecclesie Lascurrensi esse poteris multipliciter fructuosus, ne predicta ecclesia in spirit. et temp. detrimentum sustineat, providere volentes, predictam ecclesiam sic vacantem tibi, quoad vixeris, auctoritate apostolica commendamus, curam et administrationem generalem et liberam ipsius ecclesie ac bonorum et jurium ad mensam episcopalem Lascurrensem spectantium, in eisdem spirit. et temp. plenarie committendo; ut ecclesiam ipsam tue gubernationi commissam spiritualiter et temporaliter juxta tibi datam a Deo prudentiam regas, dirigas et augmentes, ac de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis ad dictam mensam spectantibus ordines et disponas, prout veri episcopi Lascurrenses qui fuerunt pro tempore de illis ordinare et disponere potuerunt ac etiam debuerunt; alienatione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium ipsius ecclesie tibi penitus interdicta. Tu igitur circa regimen et gubernationem predicta solicite et fideliter exercenda sic te exhibeas studiosum quod pref. ecclesia sub tua gub. provida et salubri, votivis in eisdem spir. et temp. commodis amplietur et salubribus proficiat incrementis, nosque tue circumspectionis et diligentie studium in hac parte dignis possimus in Domino laudibus merito commendare. Datum Barchinone, nonis februarii, anno sexto decimo.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Bened. XIII, t. LVIII, f° 30 (an. XVI, p. 2).

1963 3 février 1414.

Pierre de Foix, évêque de Lescar, nommé par Alexandre V, réconcilié par Benoît XIII.

DILECTO filio Petro Rogerio, abbati monasterii Mansiazilis, Rivensis diocesis, salutem etc. Sedes apostolica, pia mater, recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se exhibet propiciam et benignam. Cum itaque, sicut accepimus, *Petrus de Fuxo, ordinis fratrum Minorum professor*, provisionem de persona sua per damnate memorie Petrum Filardi de Candia in apostolica sede intrusum, qui dum viveret se Alexandrum papam V. ausu sacrilego nominare presumpsit, ad ecclesiam Lascurrensem, O. S. A., factam licet de facto acceptaverit, ac majores et minores ordines a scismaticis et in scismate persistentibus receperit, et predicto intruso ac filio Belial Baltasari Coxa, qui se facit Johannem papam XXIII. ausu simili nominare, eidem Petro Filardi in vicium intrusionis hujusmodi succedenti, adheserit et adhereat de presenti, ac ipsis et adherentibus eis dederit et det auxilium, consilium et favorem, nunc sue mentis occulis erectis ad Dominum, ejus beneplacitis se coaptans et errorem suum in humilitatis spiritu recognoscens, statum dignitatis et honoris hujusmodi deponere et ad nostram et romane ecclesie devotionem et obedientiam se reducere seu redire proponat; ac nos cupientes eumdem Petrum de Fuxo in suo hujusmodi salubri et commendabili proposito confovere, ac ipsius statui et anime saluti providere, discretioni vestre, de qua in hiis et aliis in Domino fiduciam gerimus specialem, eumdem Petrum de Fuxo, si ipse infra duos menses a die presentium computandos, et alie quecumque ecclesiastice persone, etiam si pontificali prefulgeant dignitate, ad nostram et dicte romane ecclesie obedientiam redierit et redierint, et postquam ipse Petrus et alie persone hujusmodi una cum eodem Petro status dignitatum, etiam episcopales et honores hujusmodi deposuerit et deposuerint, ac scisma hujusmodi abjuraverit et abjuraverint, et ad nostram et ipsius romane ecclesie devotionem et obedientiam infra duos menses hujusmodi se reduxerit et reduxerint, ut prefertur, in eis fideliter permansurus et etiam permansuri, ac juramentum fidelitatis et obedientie nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus, per eum et eos tenende, juxta formam quam sub bulla n. tibi mittimus interclusam, in manibus tuis prestiterit et prestiterint, idque humil. petierit et petierint, ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis et penis aliis spirit. et temp. quibuscumque, quas occasione premissorum incurrerit et incurrerint, auctoritate nostra liberandi et absolvendi in forma ecclesie consueta, ipsasque penas tollendi et relaxandi, et cum eo et eis super irregularitate vel irregularitatibus quam vel quas forsan hujusm. sic ligatus et ligati sententiis, celebrando divina vel immiscendo se eis contraxerit et contraxerint, eadem auct. dispensandi, omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per ipsum Petrum de Fuxo et alias pers. pred. pretextu premissorum contractam penitus abolendi, ac cum eo et eos ad quascumque dignitates, status, honores et gradus, etiam cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, abbatiatus et omnia

alia et sing. ad que premissorum occasione inhabilis et inhabiles reddebantur, habilitandi et habilem habilesque reddendi, et ad famam et statum in quibus erat et erant antequam premissa contingerent, omnino restituendi.... et nichilominus de persona ipsius Petri de Fuxo predicte Lascurrensi, necnon de aliis personis hujusmodi ecclesiis et monasteriis quas et que per antea detinebant, eadem auctoritate providendi,... plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Volumus autem... Datum Dertuse, III. nonas februarii, anno vicesimo.

Arch. Vatic. Reg. Aven. Bened. XIII. Reg. 65, f° 18 (an. XX. p. 1).

Pierre de Foix fut nommé cardinal à 22 ans par Jean XXIII en 1415 et pourvu de son évêché de Lescar en commende ; il reçut plus tard le titre de St-Etienne « in Cœlio monte ».

1964 5 mai 1415.

Le pape Jean XXIII donne en commende à Pierre de Foix l'abbaye de Lézat, au diocèse de Rieux.

EUBEL, *Hier. cath. med. aevi*, p. 32, n. 6.

Pierre fit son entrée au concile de Constance le 5 févr. 1416.

1965 7 août 1422.

Le pape Martin V nomme Pierre de Foix administrateur de l'évêché de Comminges.

Arch. Martini V. arm. XII. 121, p. 152.

1966 6 janvier 1425.

Le même envoie Pierre de Foix comme ambassadeur en Espagne auprès d'Alphonse V, roi d'Aragon (Gallia).

1967 25 mai 1425.

Le même révoque l'administration de l'évêché de Lombez qui avait été précédemment accordée à Pierre.

Arch. Later. t. 108 (Mart. V. an. VIII), f° 260.

1968 19 septembre-5 novembre 1429.

Concile tenu à Tortose (Dertusæ), *en Catalogne, par le cardinal-légat Pierre de Foix, pour l'extinction du schisme.*

LABBE, *Concilia*, t. XII, c. 406-39.

Eugène IV transféra Pierre de Foix à l'évêché d'Albano le 14 mars 1431.

1969 Avignon, 7 juillet 1433.

Pierre de Foix, nommé légat dans le Comtat Venaissin, prend possession du palais apostolique.

Catal. n° 3, c. 9. La *Gallia christ.* (t. I, c. 585) indique la date du 9 mars 1430, pour la nomination, ce qui concorde avec « tempore d. Martini pape V » du Catal.

1970 22 mai 1442.

Instructions données par le pape Eugène IV à ses ambassadeurs en France. — Dum ad Avinionem venerunt [= venerint], narrabunt confidenter r. d. cardinali de Fuxo que in Provincia repererint,... ; et ... B. de Brancatiis, servitore et consanguineo S. D. N., quem commendabunt ex parte S. S. r. d. cardinali... Immo recipiant informationem in Avinione a d. cardinali de Fuxo, quas pecunias ibi habuit d. Roccellaus... Immo dicant eidem cardinali ut mittat thiaram beati Silvestri pape et bullas aureas ceteraque privilegia Romane ecclesie, que sunt penes eum, et alia que habuit in Paniscola, tempore d. Petri de Luna....

LECOY DE LA MARCHE, *Le roi René*, t. II, pp. 247, 251. — Sur la bibliothèque que s'était formée le cardinal de Foix, voir L. DELISLE, *Le cabinet des mss.*, 1868, t. I, p. 493 8; et Maur. FAUCON, *La librairie des papes d'Avignon*, 1886, t. I, p. 59-61.

Une insurrection contre le légat, pour le dépouiller de sa charge et le chasser de son palais, fut réprimée le 15 sept. 1443 (Catal. cité).

1971 12 mai 1447.

Bulle du pape Nicolas V, nommant Pierre, évêque d'Albano, son vicaire général in temporalibus, in civitate nostra Avinionensi et comitatu Venayssini et districtu...

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon.

1972 12 mai 1448.

Lettre d'Alphonse, roi d'Aragon, r. in C. p. et d. P., ss. R. E. episcopo cardinali ac S. D. N. pape legato, dicto de Fox, consanguineo et amico nobis carissimo, *refusant la prorogation de la trêve.*

LECOY DE LA MARCHE, *Le roi René*, t. II, p. 261.

1973 Fin novembre 1448.

Concile tenu à Arles par le cardinal Pierre de Foix.

GUESNAY, *Prov. Massil. ann.*, p. 472. BOUCHE, *Hist. de Prov.*, t. II, p. 460. BELSUNCE, *Antiq. de Mars.*, t. III, p. 37. Cette réunion semble distincte de celle d'Avignon (FAILLON, *Mon. de s^e Marie-Madel.*, t. II, c. 1228).

1974 3 décembre 1448.

Élévation des corps des saintes Maries Jacobé et Salomé, faite à Notre-Dame de la Mer, par le cardinal de Foix, commissaire et légat apostolique, en présence du roi René, de la reine Isabelle, etc.

FAILLON, *Mon. de s^e Marie-Madel.*, t. II, c. 1223-82.

1975 20 avril 1449.

... Item, quia hiis diebus non longe lapsis, sancta Arelatis ecclesia pastore vaccante, venerabiles et religiosi dni canonici ejusdem ecclesie in administratorem ejusdem ecclesie postulaverunt revermum in Christo patrem dom. cardinalem de Fuxo, legatum in civitate Avinionis residentem, fuit ideo ordinatum quod dni sindici presentis civitatis eligent duos valentes viros, qui vadant Avinionem apud eumdem dom. legatum, sibi offerendo presentem universitatem ad omnia sua servitia, notificando sibi quod dicta presens civitas est de hoc quam plurimum contenta, et quod dignetur ipsam civitatem habere recommissam....; et fuerunt electi nobilis Nicholaus Cayssii, et magister Bernardus Pangonis.

1976 23 avril 1449.

... Et primo, visis litteris domini nostri regis, continentibus credentiam in personis revdi patris domini Massiliensis et dni Johannis de Sancto Michaele, militis, do-

mini de Boysseron, et ipsarum credentia bene intellecta, fuit in presenti consilio ordinatum, pro evidenti utilitate presentis universitatis, et precipue contemplatione dicti domini nostri regis, quod eligetur unus valens et notabilis vir dicte presentis civitatis, qui accedere habeat apud sanctissimum dominum nostrum Papam, eidem exponendo, ex parte dicte presentis civitatis, quatinus postulationem factam de presenti ecclesia Arelatensi in personam rev^{mi} in Christo patris dni cardinalis de Fuxo, legati in Avinione, dignettur admittere, et hoc pro bono et evidenti utilitate divini oficii, ejusdemque ecclesie et presentis civitatis, et alias faciat dictus eligendus prout per instructiones sibi dandas videbitur eidem faciendum, et quas ipsi dni sindici in presenti consilio tenendo legi et publicari facient, antequam claudantur; qui quidem eligendus accedat cum tribus equis, sumptibus dicte presentis civitatis, et ad gagia per ipsos sindicos ordinanda; et fuit electus nobilis Nicholaus Cayssii.

1977 27 avril 1449.

... Et primo, audita relatione nobilis et honorabilis virorum Nicholai Cayssii et magistri Bernardi Pangonis, notarii, ambaxiatorum transmissorum ex parte presentis civitatis ad rev^{mum} in Christo patrem et dominum dom. cardinalem de Fuxo, legatum, postulatum in administratorem sancte Arelatensis ecclesie, et vener. monasterii Sancti Petri Montismajoris, in qua vaccaverunt per quatuor dies, videlicet ipse Cayssii cum duobus equis, et ipse Pangonis cum uno equo, fuit ordinatum in presenti consilio sibi de eorum ambaxiatu, ut esset moris, satisfieri et in computis thesaurarii acceptari. — Nobilis Aymericus de Aqueria consentiit quod predictus nobilis Nicholaus Cayssii, ambaxiator electus, ad sanctissimum dominum nostrum Papam accedat sumptibus palacii archiepiscopalis, et non presentis civitatis, et hoc tam suo nomine quam aliorum sibi adherere volentium ad idem, et nobilis Petrus Isnardi, qui recessit ante publicationem ipsarum predictarum ordinationum.

1978 28 avril 1449.

... Item, exequendo alias ordinationes factas de transmittendo nobilem Nicholaum Cayssii, ambaxiatorem ordinatum ad sanctissimum dominum nostrum Papam, de et super postulatione sancte Arelatensis ecclesie in personam rev^{mi} in Christo patris dni cardinalis de Fuxo, legati in Avinione residentis, fuit ordinatum in presenti consilio, nemine discrepante, quod, non obstante oppositione facta per nobiles Petrum Isnardi et Aymericum de Aqueria, nominibus eorum et adherere volentium, dni sindici mutuo recipere habeant seu mutuo recipi faciant tricentos florenos, dari ordinantes eidem nobili Nicholao, pro suo viagio et expensis, et hoc a persona seu personis qua seu quibus melius videbitur recipiendos, et pro meliori pretio quo poterunt.

1979 10 mai 1449.

Anno quo supra, die x. maii... Et primo audita fuit relatio, facta in presenti consilio per honorabilem virum Honoratum Bernardi, transmissum in Avinionem, pro recipiendis tricentis florenis mutuo, expediendis et delliberandis nobili Nicholao Cayssii pro suis stipendiis, ad causam sue ambaxiate fiende apud Romam, qui retulit illos invenisse penes nobilem Antonetum Pelegrini, campsorem Avinionis, qui se obtulit, gratia et contemplatione r^{mi} in Christo patris et domini cardinalis de Fuxo, et etiam presentis civitatis, illos gratis et sine custu mutuare dicte presenti civitati, hinc ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum.

Délibérat. du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 119.

1980 9 juillet 1450.

Appel du clergé de Marseille contre l'exemption de son évêque vis-à-vis de l'archevêque d'Arles.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 773.

1981 9 octobre 1450.

Die veneris VII. idus octobris (an. V. Nic. V), SS. D. N. providit ecclesie Arelatensi de persona rev. patris domini Petri, episcopi Albanensis, vacanti per obitum domini Ludovici, tit. S. Cecilie presb. cardinalis, extra Romanam curiam defuncti, necnon monasterio Montismajoris.

Arch. Vatic. Reg. 567. Consist. 1443-1457, f° 42 v°.

1982 9 octobre 1450.

Provisions du cardinal Pierre de Foix, pour l'archevêché d'Arles, par le pape Nicolas V.

Nicolaus etc. ven. fratri *Petro, episcopo Albanensi*, salutem etc. Divina disponente clementia, cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa, in apostolice sedis specula, licet immeriti, constituti, ad universas orbis ecclesias, quarum nobis cura imminet generalis, aciem solicite considerationis extendimus; sed illis presertim que propriis destitute pastoribus vacationis incommoda deplorare noscuntur, partem officii pastoralis diligentius adhibemus, ut illis viri preficiantur ydonei qui commissum sibi gregem dominicum sciant, non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant, duce Domino, salubriter regere et feliciter gubernare; ac etiam S. R. E. cardinales qui summissis nobis humeris, in earumdem ecclesiarum ipsarumque jurium et libertatis defensione et conservatione, indefessa perferunt studia et labores, ingruentia eis expensarum onera, que ipsos opportet jugiter de necessitate subire facilius supportare valeant, libenter, prout decens est et congruum, de opportune subventionis auxilio providemus. Dudum siquidem bone memorie Ludovico, tit. Sancte Cecilie presbitero cardinali, regimini ecclesie Arelatensis presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, prov. ipsius eccl. ord. et disp. nostre duximus, ea vice, specialiter reservandam, decernentes ex tunc ir. et in. si se. s. hiis per quoscumque, quavis auct., sc. vel ign. contingeret attemptari. Postmodum vero ecclesia predicta per obitum ejusdem Ludovici cardinalis et episcopi Arelatensis, qui extra romanam curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos

vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, res. et decr. obsistentibus supradictis ; demum consideratis grandium virtutum donis quibus personam tuam illarum largitor Dominus multipliciter insignivit, de persona tua eidem ecclesie Arelatensi, de fratrum nostrorum consilio, de quorum numero existis, auct. apost. providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spirit. et temp. plenarie committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente Domino actus tuos, prefata ecclesia, per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum, regetur utiliter et prospere dirigetur, ac grata in eisdem sp. et temp. suscipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta dev. suscipiens, curam et adm. predictas sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod dicta Arelatensis ecclesia gubernatori provido ac fruct. administratori gaudeat se commissam, tuque preter et. ret. premium, nostram et dicte sedis ben. et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Montisfalchi, Spoletane diocesis, anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo, septimo idus octobris, anno quarto.

Simili modo Capitulo ; — Clero ; — Populo ; — Vassallis ; — Renato Sicilie regi.

Arch. Later. Reg. Nicol. V. 1457, an. IV. lib. I, f° 79.

1983 9 octobre 1450.

Bulles du même pour l'abbaye de Montmajour.

NICOLAUS, etc. ven. fratri *Petro, episcopo Albanensi*, salutem etc. Romani pontificis providentia circumspecta ecclesiis et monasteriis singulis, que vacationis incommoda deplorare noscuntur, ut gubernatorum utilium fulciantur presidio prospicit diligenter, ac S. R. E. cardinalibus, ut expensarum onera, que ipsos jugiter de necessitate subire oportet, facilius supportare valeant, libenter, prout est decens et congruum, de subventionis auxilio providet oportuno. Dudum siquidem fel. rec. Martinus papa V, predecessor noster, monasterium Montis majoris, O. S. B., Arelaten. dioc., sedi apostolice immediate subjectum, tunc per obitum quondam Bertrandi, olim ipsius monasterii abbatis, extra ro. cu. defuncti, vacans, bone memorie Ludovico tit. Sancte Cecilie presbitero cardinali, per eum, quoad viveret, tenendum, regendum et gubernandum, de fratrum suorum consilio, de quorum numero idem Ludovicus existebat, apostolica auctoritate commendavit. Et deinde prefato Ludovico cardinali monasterium ipsum in hujusmodi commendam obtinente, nos cupientes ipsi monasterio, cum vacaret, per apost. sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius monasterii ordinationi et dispositioni nostre reservavimus, decernentes ex tunc ir. et in. si se. s. hiis per quoscumque, quavis auct., sc. vel ign., contingeret attemptari. Postmodum vero monasterio hujusmodi, cessante dicta commenda, que per obitum ejusdem Ludovici cardinalis et ipsius monasterii commendatarii, extra dictam curiam defuncti, expiravit, ut prefertur, vacante, nos vacatione hujusmodi fidedignis relatibus intellecta, attendentes quod licet cardinalatus prefulgeas honore, ad deducenda tamen jugiter tibi incumbentia onera, rerum non affluis ubertate, volentesque tam dicto monasterio, ne longe vacationis exponatur incommodis, de persona utili et ydonea, per quam circumspecte regi et salubriter dirigi valeat, providere, consideratis grandium virtutum donis quibus personam tuam illarum largitor Dominus insignivit, et quod tu eidem monasterio esse poteris multipliciter fructuosus, monasterium ipsum tibi, cum omnibus juribus, pertinentiis, privilegiis, concessionibus, pensionibus, et unionibus suis, per te, quoad vixeris, una cum Albanensi, cui preesse dinosceris, necnon Arelatensi, cui tunc vacanti de eadem persona tua ap. auct., de fratrum nostrorum consilio, de quorum numero existis, duximus hodie providendum,..., necnon aliis omnibus et singulis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, canonicatibus, prebendis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, ceterisque ecclesiasticis cum cura et sine cura beneficiis, que in titulum vel in commendam... obtines et expectas..., tenendum, regendum, gubernandum, de dictorum fratrum consilio commendamus, curam, regimen et adm. ipsius monasterii tibi in sp. et temp. plenarie committendo. Firma spe fiduciaque conceptis quod dictum monasterium per tue providentie laudabile studium, dextera Domini tibi assistente propitia, votivis gratulabitur eventibus, ac continuum in eisdem sp. et temp. suscipiet incrementa... Datum Montisfalchi, Spoletane diocesis, anno Inc. dom. 1450, 7° idus octobris, anno quarto.

Simili modo : Conventui ; — Vassallis ; — Renato Sicilie regi.

Arch. Lateran. Nicol. V. 1457, anno IV. lib. I, f° 81.

1984 9 octobre 1450.

NICOLAUS etc. ven. fratri Petro, episcopo Albanensi, sal. etc. Precellens auctoritas Romani pontificis... *(Bulle qui l'autorise à conserver ses évêchés* Albanen., Lascurren. ac Convenarum, *avec l'archevêché d'Arles.)* Datum Montisfalchi, Spoletane dioc., anno Inc. dom. 1450, 7 idus octobris, an. IV.

Arch. Later. Reg. Nicol. V. 1457, an. IV. lib. I, f° 80 v°.

1985 25 janvier 1450/1.

... Item fuit ordinatum quod fiat ambaxiata rev^{mo} in Christo patri et domino dno cardinali de Fuxo, administratori s^{e} ecclesie Arelaten., numero quatuor, videl. duo de quolibet statu, quorum electio et nominatio remittatur arbitrio dom. sindicorum.

Délibérat. du conseil de ville d'Arles. BONNEMANT, t. III, n° 124.

1986 Pont de-Sorgues. 25 février 1450/1.

PETRUS, mis. div. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopus, S.que R. E. cardinalis de Fuxo vulgariter nuncupato, et pro d. n. papa et dicta S. R. E. in civitate Avinionen. et comitatu Venayssini ac terris illis adjacentibus vicarius generalis, necnon in Arelaten., Aquen. et nonnullis aliis provinciis, civitatibus et diocesibus a latere sedis apostolice legatus, dil. nobis in

X magistro Romano Goy, clerico, secretario et familiari nostro ; *collation d'une* perpetua cappellania olim instituta et fundata in ecclesia B. Laurencii per quondam Stephanum Suanis, alias Odoli, loci Sallonis, cujus.. jus patronatus ad nobilem Jacobum de Alamanone... pertinet... Dat. et act. in palacio Pontis Sorgie... et in camera nostra..., present... r. in X° p. et d. d. Tristano de Aura, episcopo Carranen. [*Charran en Arménie*]...

Bonnemant, t. I, p. 367, minute origin.

1987 15 mars 1450 1.

... Item, cum alias fuerit ordinatum per consilium ambaxiari, ex parte presentis universitatis, et destinari ambaxiatores eligendos per dnos sindicos apud rever. in Christo patrem et dominum dom. de Fuxo, archiepiscopum s^e ecclesie Arelaten., dictaque ambaxiata suum sortita fuerit effectum, fuit ordinatum quod de omnibus expensis factis per eosdem ambaxiatores in ipsa ambaxiata satisfiat thesaurarius presentis universitatis, et de pecuniis ejusdem et in compotum acceptentur.

1988 16 avril 1451.

... Item,... pro felici adventu rev^mi in Christo patris et domini dni cardinalis de Fuxo, archiepiscopi s^e ecclesie Arelaten., qui de proximo est venturus, fuit ordinatum quod... dicto dno cardinali dentur... centum floreni, prout videbitur dnis sindicis.

1989 30 avril 1451.

Anno quo supra, die ultima aprilis,... Et primo, cum ordinatum fuerit dari rev^mo in Christo patri et domino dno cardinali de Fuxo archiepiscopo s^e ecclesie Arelaten., pro suo felici adventu nuper facto, videl. c flor. convertendos in una copa argenti superdeaurata ; et quia dicta copa haberi non poterat et propterea dni sindici tradiderint LX scuta in auro, et sic fuerint x flor. ultra c fl., fuit ordinatum quod dicti x flor. acceptentur in compotis thesaurarii. — Item, quia nonnulli hujus civitatis, cum tribus lahutis, fuerunt obviam rev^mo in Christo patri et domino dno cardinali de Fuxo, archiepiscopo s^e ecclesie Arelaten. in suo felici adventu, qui venit per Rodanum, et exposuerunt in victu, pane, vino, carnibus, v flor. et vi gros., et Petrus Portanerius exposuit vi gros. in ramos, et sic sunt vi flor., fuit ordinatum quod dicti vi flor. solvantur de pecuniis hujus universitatis.

Délibér. du conseil de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 124. Voir encore le n° 1920, 1, 2, 3 et 4.

1990 9 mai 1451.

Sur les représentations du cardinal de Foix, Nicolas V révoque l'exemption accordée naguère à l'évêque de Marseille vis-à-vis de son métropolitain l'archevêque d'Arles.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 774.

1991 5 juillet 1451.

Nicolaus etc. ven. fratri Petro episcopo Albanen., perpetuo administratori in sp. et temp. ecclesie Arelat., salutem etc. Divina disponente clementia... (*lui donne l'église de Dax, pour la tenir,* una cum Albanen. et Arelaten. ecclesiis...) Datum Rome, apud S. Petrum, anno Inc. dom. 1451, 3 nonas julii, anno quinto.

Arch. Lateran. Nicol. V. 1451, an. 5, lib. 1, f° 225.

1992 5 juillet 1451.

Le cardinal de Foix se démet de l'église Convenarum, *et le pape lui assigne une pension de 400 ducats d'or sur l'église d'Oloron, et une autre de 900 écus sur celle de* Convenarum *(ibid.).*

1993 Arles, 8 mai 1453.

Indiction d'un concile à Arles par le card. Pierre de Foix.

Petrus, miseratione divina Albanensis episcopus, sancte romane ecclesie cardinalis, de Fuxo vulgariter nuncupatus, in civitate Avinionensi et comitatu Venayssini, pro domino nostro papa, et sancta romana ecclesia in temporalibus vicarius generalis, ac in Arelatensi, Aquensi, et nonnullis aliis provinciis, civitatibus et diocesibus, a latere sedis apostolice legatus, archiepiscopusque et princeps sancte Arelatensis ecclesie, reverendo patri .. episcopo Carpentoratensi, suffraganeo nostro, salutem et fraternam in Domino caritatem. Licet merita vestra laudabilium operum claritate prospicua, in grege vobis credito, et alias, vox humane laudis extollat, et in conspectu divini nominis putentur accepta, paterno tamen affectu, quo vos et omnes alios suffraganeos nostros semper habuimus in visceribus caritatis, inducimur, ut ad majora nostri Redemptoris obsequia, vestram et eorum sollicitudinem eo potius excitemus, quo ex commisso nobis archiepiscopalis pastoralis auctoritatis officio, major ad id nos cura sollicitat, et quo vos, et alios suffraganeos nostros predictos, conspicimus fore, mente vigili, agri dominici intente perspicacitatis cultores. Licetque innumera grandiaque negocia nostris cothidie incumbant humeris, et circa illa multipliciter assidue distrahamur, attamen circa reformationem nostre Arelatensis provincie, nostri aciem vertentes intellectus, cetum suffraganeorum nostrorum, consiliumque nostrum provinciale ad octavam diem post festum Omnium sanctorum proxime futurum, in nostra sancta Arelatensi ecclesia duximus convocandum, et ibidem postea, Altissimo permittente, celebrandum, ut nonnulla refformanda statui debito reducantur ; et alia que dudum emerserunt, et de novo emergent, cum Dei auxilio, ad ipsius nominis laudem, et statum prosperum totius dicte nostre Arelatensis provincie, omniumque utilitatem, et commodum singulorum, refformentur. Quare vos in Domino caritativo exortamur affectu, vobisque nichilominus, auctoritate metropolitana qua fungimur in hac parte, precipimus et mandamus, quathinus, eadem auctoritate nostra metropolitana, ad hoc vestre cathedralis ecclesie capitulum, et abbates vestros non exemptos debite convocantes, vos et ipsi, dicta die, in dicta nostra sancta Arelatensi ecclesia, una cum eis, et aliis dictis nostris suffraganeis, personaliter presentetis, ipsique pariter se presentent. Quoniam speramus quod vestri eorumque, et aliorum reverendorum patrum, mediante discretionis maturitate provida, sic sub vehiculo directe justitie, que solet prosperis gaudere successibus, in premissis procedemus, quod ultra humane laudis preconia, omnes premium consequemur

retributionis eterne. Datum Arelate, sub sigillo nostre archiepiscopalis et metropolitane curie, die octava mensis maii, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, indictione prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolay divina providentia pape quarti anno septimo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 56. Orig. parch., sceau.

1994 24 mai 1453.

Réponse de l'évêque de St-Paul-trois-Châteaux.

Anno retroscripto, et die xxiiii. mensis madii, presentibus litteris venerabili et circumspecto viro Stephano Rodulphi, in legibus bacallario, vicario in spiritualibus et temporalibus ac officiali Tricastrinensi, pro retroscripto reverendo in Christo patre et domino dno Stephano, Dei et sancte sedis apostolice gratia episcopo Tricastrinensi, per discretum virum Andream Burgundionis, harum portitorem et exhibitorem, presentatis. Quibus per dictum dominum vicarium et officialem, cum humili honore et reverentia quibus decet, receptis, obtulit se paratum, juxta posse, contenta in retroscriptis litteris notifficare, aut notifficari facere, prefato domino Tricastrinensi episcopo, prout in eisdem litteris continetur. Que scripsi, ego Johannes Amblardi, clericus Tricastrinensis, notarius publicus, curieque spiritualis Tricastrinensis scriba et juratus, de mandato dicti domini vicarii et officialis, et signo meo manuali signavi, in fidem premissorum. — Amblardi, not.

Archev. d'Arles. Liber aureus, au dos du n° 58.

1995 26 mai 1453.

Réponse de l'évêque de Carpentras à la convocation.

Anno retroscripto, et die xxvi. mensis maii, retroscripte littere fuerunt presentate reverendo in Christo patri et domino dno M. Dei et sancte sedis apostolice gratia, episcopo Carpentoratensi, per discretum virum Andream Burgundionis, ipsarum portitorem. Quibus per eumdem rev. in Christo patrem cum honore et reverentia decentibus receptis, ipsisque visis et per eum lectis, ipse reverendus in Christo pater, ut et tanquam obedientie filius, paratum se obtulit mandatis in eisdem litteris contentis et descriptis, pro posse, obtemperare, et facere que debebit; copiamque dictarum litterarum peciit sibi tradi et expediri, per me notarium infrascriptum, ad finem ut super contentis valeat procedere, et alias deliberare. In quorum testimonium presentem responsionem, ego Bertrandus Patris, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, scripsi, et signo meo signavi.

Archev. d'Arles. Liber aureus, au dos du n° 56.

1996 10 juillet 1453.

Ordonnance de l'évêque de St-Paul-Trois-Châteaux.

Stephanus, miseratione divina Tricastrinensis episcopus et comes, dilectis nostris dominis Petro Sobeyrani, priori Petrelate, et Johanni Michaellis, ebdomadario ecclesie nostre Tricastrinensis, salutem in Domino. Receptis litteris infrainsertis a r^mo in Christo patre et domino do. Petro, mis. div. Albanensi episcopo, S. R. E. cardinali de Fuxo vulgariter nuncupato,... a latere sedis apostolice legato, archiepiscopo et principe sancte Arelatensis ecclesie, metropolitano nostro emanatis, in aliqua earum parte non abrasis, nec suspectis, cum honore et reverentia quantis decet, tenore presentium, auctoritate nostra, ymo verius metropolitana prefata, vobis precipimus et mandamus quathenus capitulum ecclesie nostre Tricastrinensis, una cum abbate seu abbatibus, si qui sunt in nostra dyocesi non exempti, convocetis, eosdemque assignetis, auctoritate prefata, et eorum quemlibet, ut una nobiscum, aut vicarium nostrum, aut alium a nobis potestatem habentem, die octava post instans festum Omnium Sanctorum, personaliter se presentent in dicta sancta Arelatensi ecclesia, cum aliis suffraganeis, ad actus et negocia audienda peragendum, tractandum et concludendum, in ipsis litteris descriptos et contentos, juxta ipsarum litterarum formam et tenorem. Tenor vero dictarum litterarum supra mencionatarum sequitur et est talis. *(n° 1993)*... Inthimantes eisdem et eorum singulis quathenus in premissis nullo modo deficere et personaliter comparere postponant, in quantum cupiunt participes boni ibidem tractandi et concludendi fieri, et indignationem metropolitanam evitare, et penas a jure inflictas contra contumaces in talibus non incurrere. Datum Ebreduni, die decima mensis jullii, sub sigillo nostro secreto, in premissorum testimonium, anno Domini millesimo quatricentesimo quinquagesimo tercio. — Per dominum episcopum. Genevesii.

Archev. d'Arles. Reg. *Droits sur Marseille*, f° 622. Orig. pap., sceau. Au verso de cette pièce, on a écrit la signification qui en fut faite au chapitre de Saint-Paul, le 6 novembre 1453, par Jean Micaëlis, et le même jour à l'abbé d'Aiguebelle, qui répondit qu'il était exempt, et partant non tenu à se rendre au concile.

1997 17 octobre 1453.

Réponse de l'évêque d'Avignon à la convocation.

Anno Domini M.CCCC.LIII, die xvii^a mensis octobris, hujusmodi litteris reverendo patri dno Raimundo Taloni, vicario generali in spiritualibus et temporalibus reverendissimi in Christo patris et domini dni Alani, miseratione divina sacrosancte Romane ecclesie cardinalis, tituli Sancte Praxedis, et ex concessione episcopi Avinionensis, per Johannem Vouchesii, cursorem, exhibitis et presentatis, idem dominus vicarius obtulit se paratum fore, in quantum ad eum pertinet, dicto nomine, mandata in dictis litteris contenta adimplere. Quas litteras, et contenta in eisdem, legi et publicari fecit in ecclesia Avinionensis palatii, et publice in synodo, dicta die in dicta ecclesia celebrata, venerabilibus viris dominis canonicis dicte ecclesie, ac domino Anthonio Constancii, priore monasterii Sancti Andree, diocesis Avinionensis, pro domino abbate ipsius monasterii, a presentibus civitate et diocesi absente, ut idem dns prior ibidem publice retulit, vocatis, congregatis, et presentibus, precipiendo dictis dominis canonicis, ut die in litteris ipsis prefixa, sufficienter compareant, seu sufficientem ydoneum pro dicto capitulo mittant, et transmittant; aliaque faciant ut in litteris ipsis continetur; necnon et dicto domino priori dicti monasterii, ut premissa domino abbati predicto intimet, et notificet cum effectu. In quorum testimonium, ego Henricus de Prella, notarius publicus, et

dicti domini cardinalis et episcopi Avinionensis secretarius, presentem [responsionem], de predicti domini vicarii mandato, per alium scribi feci, et signeto meo manuali signavi. — De Prella.

Arch. d'Arles. Liber aureus, au dos du n° 59.

1998 29 octobre 1453.

Procuration de l'évêque de St Paul-Trois-Châteaux.

Stephanus, miseratione divina, Tricastrinensis episcopus et comes, universis et singulis harum nostrarum seriem visuris, notum fieri volumus ac etiam manifestum, quod cum nos, auctoritate metropolitana sancte ecclesie Arelatensis, litteris patentibus a reverendissimo in Christo patre et domino domino P. miseratione divina et sancte sedis apostolice gratia cardinali de Fuxo vulgariter nuncupato, vicario in temporalibus comitatus Venayssini et a latere legato in certis provinciis et diocesibus, archiepiscopo Arelatensi, mandati extiterimus ad personaliter nos presentandum cum aliis dominis et reverendis patribus suffraganeis ipsius sancte ecclesie Arelatensis, in provinciali consilio et sancta Arelatensi ecclesia, circa reformationem prefate sancte Arelatensis ecclesie, et provincie, ad actusque alios in ipsis litteris super hoc confectis plenius descriptos, ad octavam futuri mensis novembris; quod mandatum in propria adimplere statueramus. Cum vero presentialiter ad sextam mensis predicti novembris, coram domino nostro Dalphino, pendeat dieta super vendicatione castri de Balmis, quod est tertium castrum nostre ecclesie prefate Tricastrin,, et eidem pertinet, contra dominum de Targis, illius detentorem, et utrique diete, que simul quasi concurrunt, minime satisfacere possemus, hiis et aliis arduis et magnis negociis pro nunc prepediti. Eapropter, tanquam filii obediencie, ut melius possumus, dicto mandato supradicti reverendissimi in Christo patris domini nostri metropolitani, in dicto concilio provinciali, obedire cupientes, et per substitutum satisfacere; de scientia et fidelitate dilectorum fratrum nostrorum dominorum Goneti Genevesii, in decretis baccallarii, canonici et sacriste ecclesie nostre Tricastrinensis, et Petri Soleyrani, prioris ecclesie parrochialis Beati Johannis Baptiste, nostre dyocesis Tricastrinensis, ad plenum confidentes, eosdem, et eorum quemlibet in solidum, tenore presentium, ordinamus, creamus, et constituimus, ordinavimusque, creavimus, et constituimus, vicarios nostros et procuratores, speciales et generales. Ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, scilicet, specialiter et expresse, ad se personaliter presentandum, nomine nostro, et pro nobis comparendum coram dicto domino metuendissimo, reverendissimo domino cardinali, metropolitano nostro, aut alio ab eodem potestatem habente, prestandumque obedientiam debitam, et interessendum in dicto consilio provinciali, cum aliis dominis ibidem congregatis, reverendis patribus in Christo episcopis suffraganeis, et aliis, audiendumque, tractandum, et concludendum, et omnia et singula que in dictis litteris nostri mandamenti continentur, et alia que ibidem tractabuntur, ordinabuntur, et concludentur; necnon ad exequendum, et fine debito terminandum, cum patribus reverendis, et aliis prefatis ibidem in prefato consilio congregatis, ea omnia et singula supradicta, et alia que nos faceremus, aut facere possemus, si in premissis et eorum singulis presentes interessemus, et que causarum et negociorum merita desiderant, postulant et requirunt, etiamsi majora essent pre anthea expressis, prout juridicum erit. Dantes ac concedentes, tenore presencium, prefatis vicariis nostris, et procuratoribus, et eorum cuilibet, plenam potestatem, ac tam generale quam speciale mandatum, premissa omnia et singula, vice nostra, peragendi, terminandi, concludendi, et faciendi, et exequendi, ut premittitur; relevantesque eosdem vicarios nostros, et eorum quemlibet, ab omni onere satisdandi, et relevatos esse volentes. Promittentes nos, harum serie, habere ratum, gratum atque firmum, omne id et quidquid per dictos vicarios, nostros procuratores, et eorum quemlibet, actum, dictum, terminatum, arrestatum, firmatum, ordinatum, conclusumque erit, et exequtum in premissis et circa ea; judicioque sisti, et judicatum solvi, cum suis clausulis universis, cum, in et sub omni juris et facti renunciacione in premissis necessaria, pariter et cauthela. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium, has presentes procurationis, seu instrumenti litteras, per dominum Jacobum Blousseti, canonicum Tricastrinensem, notarium apostolicum subscriptum publicum, fieri jussimus et mandavimus, ac sigillo nostro rotundo secreto impendenti communiri. Datum et actum Ebreduni, in palacio archiepiscopali Ebredunensi, die vicesima nona mensis octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, pontifficatus sanctissimi in Christo patris et domini domini N[icolai], divina clemencia pape quinti, anno septimo; indictione prima cum dicto anno sumpta, presentibus ibidem domino Matheo Fabri, canonico Ebredunensi, Glaudio Bartholomei, et Stephano Genevesii, clerico Tricastrinensi, testibus ad premissa vocatis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 62. Orig. parch., sans sceau.

1999 3 novembre 1453.

Procuration de l'évêque de Cavaillon.

In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, et die tercia mensis novembris, indictione prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicholay, divina providencia pape quinti, anno septimo. Noverint universi et singuli, presentes pariter et futuri, per hoc verum et publicum instrumentum, quod reverendus in Christo pater et dominus dominus Palamides, miseratione divina Cavallicensis episcopus, citra revocationem quorumcumque procuratorum suorum, per eum acthenus in quibuscumque actibus suis constitutorum, de sui certa scientia, et omni meliori modo, via et forma quibus melius potuit, fecit, constituit, creavit solemniter, et ordinavit suum verum, certum, legitimum, et indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negociorum gestorem, et nuncium specialem et generalem, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, videlicet venerabilem et circumspectum dominum Bertrandum Romey, canonicum ecclesie Cavallicensis, absentem tanquam presentem, specialiter et expresse, ad excusandum prefatum dominum Cavalli-

censem episcopum, quia non potest personaliter comparere in consilio generali congregato in civitate Arelatensi, mandato et in presencia reverendissimi in Christo patris et domini domini Petri, miseracione divina Albanensis episcopi, sancte romane ecclesie cardinalis, de Fuxo vulgariter nuncupati, et archiepiscopi Arelatensis, propter aliquam infirmitatem personalem quam de presenti patitur in sua persona, ut in mei notarii publici, et testium subscriptorum presencia, asseruit ita esse. Et ad comparendum in dicto consilio, nomine dicti domini episcopi Cavallicensis, coram eodem domino archiepiscopo ; et proposita et proponenda in eodem consilio audiendum, tractandum, terminandum, concludendum, et fine debito, juxta proponenda in eodem consilio. Et cetera alia faciendum, dicendum, procurandum et exercendum, que in premissis, et quolibet premissorum, necessaria fuerint, seu etiam opportuna, et que causarum merita postulant et requirunt ; etiam si talia essent, que mandatum exhigerent magis speciale, et que ipsemet dominus constituens facere, dicere, procurare, et exercere posset, si in singulis actibus personaliter interesset. Promittens dictus dominus constituens michi notario publico subscripto, ut publice, communi et autentice persone, presenti, stipulanti solemniter, et recipienti, vice et nomine dicti domini Bertrandi Romey, procuratoris, et omnium et singulorum quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum et gratum, atque firmum, et nunquam contra venturum seu dicturum, quicquid et totum per procuratorem et vicarium, actum, dictum, procuratumve fuerit, sive quomodolibet gestum. Relevans idem dominus episcopus dictum procuratorem et vicarium ab omni onere satisdandi. Pro quo quidem procuratore et vicario, dictus dominus constituens se constituit penes me notarium, ut supra stipulantem, fidejussorem, et principalem in omnibus solutorem. Sub expressa ypotheca omnium et singulorum bonorum sue domus et mense episcopalis, presentium et futurorum. Et sub omni juris et facti renunciacione ad hec necessaria, pariter et cauthela. De quibus omnibus et singulis supradictis, dictus dominus constituens peciit sibi, et dicto suo procuratori et vicario, fieri publicum instrumentum, per me notarium publicum subscriptum. Acta fuerunt hec Cavallione, infra palacium episcopale, in camera paramenti, presentibus nobilibus Johanne Cabassole, de Cavallione, et Ludovico Faudrani, loci de Lambisco, Aquensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Ego vero Petrus de Oxuago, publicus imperiali auctoritate notarius, de Cavallione...

Arch. d'Arles. Liber aureus, n° 63. Orig. parch., sans sceau.

2000 — 16 novembre 1453.

Concile d'Arles sur la discipline.

Ad laudem et gloriam sancte Trinitatis. Amen. Quoniam episcopi generalium canonum sunt exequtores atque ministri, et in suis provinciis, ut tradunt canones, particularium sunt legum conditores ; generalia enim concilia statuta fuere, ut majores et graviores cause ibi, provincialia vero, ut minores cause, seu inferiores, terminarentur ; pro quibus difficile erat septemnio, de universis mundi partibus, ad generale concilium convenire. Eapropter sexta synodus provide statuit, ut in singulis provinciis, semel in anno, provinciale concilium saltem celebretur ; ad quod omnes suffraganei venire teneantur, aut excusatorem mittere. In quo metropolitanus, cum suis suffraganeis, circa divinorum officiorum et morum reformationem, in clero suo reformanda reformet, et corrigenda emendet. Et licet antiqui predecessores nostri frequencius concilia provincialia celebrarent, in quibus multa atque salubria, circa regimen et curam gregis sibi commissi, fecerunt statuta ; que tamen aliqua, per contrarium abusum sunt neglecta, aut per non usum abolita, vel, quod deterius est, per aliquos sacrilegos nepharie violata. Unde necessarium duximus in hoc sacro provinciali consilio, circa reformationem statutorum insistere, illorum maxime que fuere edita, atque cum magna deliberatione digesta, in quodam provinciali concilio apud Sanctum Ruffum, extra muros Avenionenses, per bone memorie reverendos patres, Arelatensem scilicet, Ebredunensem, et Aquensem archiepiscopos, in presentia decem et septem episcoporum, suorum suffraganeorum, celebrato. Videlicet detrahendo, addendo, innovando, et aliqua prout tempori convenit, statuendo. Neque nos reprehend[end]os arbitrari debemus, si que per alios inventa sunt, secundum temporum varietatem, per nos meliora faciamus.

Quamobrem, nos Petrus, miseratione divina episcopus Albanensis, sancte Romane ecclesie cardinalis de Fuxo vulgariter nuncupatus, in civitate Avenionensi et comitatu Venayssini, pro domino nostro papa et sancta Romana ecclesia, in temporalibus vicarius generalis, ac in Arelatensi, Aquensi, et nonnullis aliis provinciis, civitatibus et diocesibus, a latere sedis apostolice legatus, archiepiscopus et princeps sancte Arelatensis ecclesie, de infrascriptorum episcoporum suffraganeorum nostrorum presentium, ac procuratorum suffraganeorum et capitulorum nostre provincie absentium, consilio et assensu ; videlicet de consensu reverendorum patrum dnorum Palamide, episcopi Cavallicensis, et Poncii, episcopi Vasionensis, et Micaelis Carpentoratensis, et egregii viri Raymundi Talonis, vicarii Avenionensis, decretorum doctoris, et venerabilium virorum dnorum Alziarii Godelli, in legibus baccallarii, vicarii Auraycensis, et Boneti Genevesii, in decretis baccallarii, Tricastrinensis, et egregiorum virorum dnorum Johannis Albaleti, decretorum doctoris, procuratoris capituli Arelatensis, et Petri de Supervilla, utriusque juris doctoris, procuratoris capituli Sancti Pauli Tricastrinensis, et dni Guillermi Blegerii, in decretis licentiati, procuratoris capituli Vasionensis, et Johannis Malrosii, decani, procuratoris capituli Avinionensis, et Anthonii Durandi, canonici et procuratoris capituli Carpentoracensis, et Bertrandi Romey, canonici et procuratoris capituli Cavallicensis, et Alziarii Godelli, procuratoris capituli Auraycensis, hac vice, consent[ient]ium ; ad honorem Virginis gloriose, ac tocius curie celestis, et ad utilitatem nostrorum subditorum, et omnium ecclesiarum nostrarum, ad infrascripta statuta facienda descendimus. Protestamur tamen quod non intendimus per ista nostra statuta infrascripta, seu eorumdem aliqua, in aliquo derogare statutis provincialibus, vel synodalibus, seu ecclesiarum cathedralium, vel col-

legiatarum, olim racionabiliter editis, nisi si et in quantum per dicta nostra infrascripta statuta reperiretur expresse derogatum, vel nisi per contraria nostra statuta, essent in totum, vel in parte sublata. Et primo, cum in turbacione auctor pacis non bene colatur.

I. *Quod non sit confabulatio, dum divina celebrantur.* — In primis, statuimus et ordinamus, quod in omnibus ecclesiis nostre provincie, dum ibi divina celebrantur officia, cesset omnis strepitus, omnes confabulationes, que bonos mores corrumpunt; sed omnes fideles Christi, tam clerici quam layci, bene et devote audiant divinum officium. Si qui autem illud turbaverint, ab ecclesia ejiciantur, et auctoritate nostri statuti gravius puniantur.

II. *Quod quilibet prelatus in vita sua teneatur aliquam dotem dare ecclesie sue.* — Et quia, ut aiunt jura, a capite semper est edenda racio, ut debita morum reformatio, tam in capite quam in membris, fieri possit; igitur statuimus atque ordinamus, quod quilibet prelatus in vita sua, ecclesie sponse sue, cui preest, donet aliquam dotem, puta calices, libros, vestimenta, vel aliqua alia ornamenta ecclesiastica, ut ipsa possit cantare canticum : « Ecce sponsus meus ornavit me gemmis » etc.

III. *Quod quilibet canonicus teneatur facere residentiam personalem in ecclesia sua, alias fructus inter presentes dividantur.* — Volumus et ordinamus, sequendo generales canones, quod quilibet canonicus teneatur facere residentiam in ecclesiis suis ; exceptis personis a jure vel homine privilegiatis. Si qui autem hoc facere neglexerint, statuimus, de communi consensu totius provincialis concilii, quod fructus prebendarum suarum inter presentes dividantur, eciam si prebende sint distincte ; exceptis fructibus prebendarum annexarum, seu dependencium ab ipsis personatibus et dignitatibus dictarum ecclesiarum, quos volumus in eodem statu manere.

IV. *Quod canonicatus canonicorum decedentium, sive fructus dictorum canonicatuum, uniantur mense capituli, pro distributionibus.* — Item, cum in hac nostra provincia, sint redditus et proventus ecclesiarum valde diminuti, statuimus et ordinamus quod prebende distincte canonicorum cedentium, vel decedentium, uniantur mense capituli, et aplicentur, ut ex illis valeant fieri distributiones cothidiane divinis interessentibus. Per hoc tamen non intendimus canonicorum numerum in aliquo diminuere, nec circa dignitates vel personatus aliquid immutare.

V. *Quod canonici teneantur interesse in horis, saltim in Missa, Matutinis et Vesperis.* — Item, in multis ecclesiis cathedralibus et collegiatis hujus provincie, aliqui canonici, abusu quodam potius quam jure se tuentes, non curant interesse in divinis officiis, licet sint presentes. Statuimus igitur et ordinamus, quod omnes canonici cujuslibet ecclesie cathedralis, seu conventualis, intersint in divinis officiis, singulis horis, potissimum in Matutinis, Missa et Vesperis. Quod si non interfuerint in istis horis, punctuentur ; et distribucio illius hore eis subtrahatur, atque in ecclesie necessitatibus convertatur ; nisi in ecclesiis in quibus est consuetum pauperibus erogari, cui non intendimus derogare.

VI. *De hora intrandi chorum. (Super hoc sunt statuta in presenti ecclesia).* — Item, volumus quod canonici veniant ad Matutinum ante finem primi psalmi. In Missa, antequam presbiter incipiat *Gloria in excelsis Deo*, vel, ubi in missa non dicitur *Gloria*, ante primam orationem. Et in Vesperis, ante secundum psalmum. Et totum officium habeant continuare usque in finem. Quod si contra fecerint, punctuentur, et pro quolibet deffectu, distribucio illius hore detrahatur, aplicando ut supra.

VII. *De illis qui vagant in studiis.* — Item, quia multi canonici ecclesiarum cathedralium, seu collegiatarum, vagantes per studia generalia, et parum in scientia proficientes, sub colore studii et discipline, in absencia recipiunt fructus canonicatuum suorum ; volumus autem, et statuimus, insequendo privilegia summorum pontificum studiis generalibus concessa, quod nullus canonicus, pretextu dictorum privilegiorum, percipiat fructus suorum canonicatuum, in absencia, nisi talis fuerit verus studens, qui continue lectiones doctorum audiat, et audiendo proficiat, juxta formam privilegiorum veris studiis concessam.

VIII. *De illis qui resident in civitatibus ubi est studium generale.* — Item, sicut nonnulli canonici in civitate ubi est generale studium commorantes, qui in fraudem privilegiorum veris scolaribus concessorum, per longa tempora intrant et audiunt, et si semper viverent, semper intrarent et audirent ; volumus eciam, et ordinamus quod tales, in absencia, non percipiant fructus suorum canonicatuum, neque a résidencia quovismodo excusentur. Per hoc tamen non intendimus derogare, sicut nec possumus, privilegiis universitatum, per summos pontifices hactenus concessis.

IX. *Quod nullus teneat capellanias, nisi primitus fuerint per ordinarium auctorisate.* — Item, ministri ecclesie, in obprobrium cleri, mendicare non debent. Eapropter, statuimus et ordinamus, quod nullus clericus, seu presbiter, audeat beneficium ecclesiasticum, seu cappellaniam, de manu alicujus fundatoris acceptare seu recipere, nisi primo fuerit erectum in beneficium, seu auctorisatum per diocesanum ejusdem loci. Volumus autem et ordinamus, quod episcopus, cum viderit pias deffunctorum voluntates, possit et debeat ordinaciones eorum accipere, et auctorisare, atque illas in beneficia, seu cappellanias, erigere, dum tamen competenter sint fundate. Alias, inducat fundatores dictarum cappellaniarum, ut aliis possint uniri ; atque debita onera eis imponat, ut inde competenter unus clericus, seu presbiter, possit Deo in divinis servire.

X. *Quod nulla persona ecclesiastica arrendet sua beneficia secularibus.* — Item, quod nulla persona ecclesiastica, cujuscumque dignitatis seu conditionis existat, personis secularibus audeat, seu presumat arrendare, seu ad certam pensionem locare, seu vendere juridictionem suam, seu vices, ac potestatem suam, vel aliquid quod pertineat ad spiritualem juridictionem. Quod si secus fuerit attentatum, volumus quod eo ipso contractus sit nullus ; nichilominus vero arrendans perdat medietatem emolumentorum hoc modo arrendatorum, seu concessorum. Cujus pene media pars aplicetur fisco, et alia pars fabrice ecclesie. Per hoc tamen, non prohibemus quin possint fructus, et alia emolumenta, que non proveniunt ex vice prelati, seu juridictione spirituali, personis secularibus et clericis arrendare, seu vendere.

XI. *Quod nullus arrendet Judeis.* — Item, quia valde

absurdum est ut Crucis inimicus patrimonium Christi, in obprobrium Christiane religionis, administret, seu aliquo modo pertractet ; statuimus et ordinamus, quod nulla ecclesiastica persona, cujuscumque dignitatis aut conditionis existat, de cetero presumat fructus, proventus, seu quevis emolumenta ecclesiastica, ad causam suorum beneficiorum obveniencia, arrendare, seu locare, vel vendere Judeis, neque eciam commendare, seu ad levandum vel recipiendum, nomine ipsius clerici vel alterius, concedere. Quod si contra fecerint, eo ipso medietatem illorum fructuum et proventuum perdant ; quam duximus, pro parte media fisco aplicandam, pro alia vero media, fabrice illius ecclesie ad quem de jure fructus pertinent. Per hoc tamen statutum, quin clerici possint domos et alia immobilia Judeis locare, atque in perpetuam emphiteosim, vel in feudum dare, nequaquam prohibemus, neque denegamus.

XII. *Quod non denegentur littere absolutorie excommunicationis, propter statutum.* — Item, quia in aliquibus diocesibus est statutum contra illos qui in excommunicatione existunt, ut certam penam incurrant, statuimus et ordinamus, quod pretextu dicte pene statutarie, nullatenus absolucionis beneficium retardetur, neque littere absolutorie, antequam excommunicatus dictam penam solverit, retineantur, seu impediantur. Per hoc tamen non interdicimus quin fiscus, data absolucione, ad exaccionem pene, si voluerit, agat, ut magis ecclesiastica censura timeatur.

XIII. *Hic augmentantur indulgentie interessentibus in missis, diebus sabbatinis.* — Item, statuimus et ordinamus quod indulgentia decem dierum data interessentibus in missa Beate Marie, diebus sabbati, ut in primo statuto provinciali continetur, debeat augeri usque ad quadraginta dies. Volumus igitur et ordinamus, quod omnibus vere penitentibus et confessis, interessentibus die sabbati, vel alia die juxta formam statuti, in missa Beate Marie, in sua ecclesia parrochiali, sive alia, quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxentur, et relaxamus. Precipientes quod omnes presbiteri, in fine misse, publicent dictam indulgenciam.

XIV. *Quod publicentur indulgencie.* — Item, quia per statuta provincialia multe et diverse indulgencie sunt concesse, volumus et ordinamus quod quilibet curatus colligat eas, et quod in diebus dominicis precedentibus majora festa sollempnia, puta in dominica que precedit festum Nativitatis Domini, Pasche, Ascencionis, Pentecostes, Corporis Christi, Omnium Sanctorum, et quatuor festorum beate Marie, publicentur.

XV. *Quod diocesani faciant diligenciam habendi et inquirendi bullas indulgenciarum.* — Item, quod quilibet diocesanus faciat diligenciam habendi et inquirendi bullas indulgenciarum concessarum per summos pontifices, ob reverenciam Corporis Christi, et illas faciant publicari in parrochiis sue diocesis, dominica ante festum Corporis Christi, et similiter in die ipsius festi Corporis Christi.

XVI. *Quod non detur licencia parrochianis recipiendi Eucaristiam in Pasca, nisi in ecclesia sua, etc.* — Item, ordinatum fuit, ut in sexto statuto continetur, quod curati ecclesiarum parrochialium tocius provincie, et diocesum, nullo parrochiano suo, cujuscumque sexus aut condicionis existat, in festo Pasche, nec in octo diebus immediate precedentibus, et octo sequentibus, concedant licenciam recipiendi, nisi ex causa infirmitatis, nec eciam alicui ministrandi, seu conferendi, sacramentum Eucaristie, extra suas parrochiales ecclesias, aut alias ecclesias ubi per ipsos curatos ministrari extitit consuetum. Quod si dicti presbiteri curati contra fecerint, sentenciam excommunicacionis incurrant, ipso facto. Nos vero videntes dictum statutum racioni consonum, statuimus et ordinamus ipsum statutum in finibus prohibicionis tantum manere, et debere per omnes curatos servari, et per prelatos observari facere. Penam autem excommunicacionis latam per ipsum statutum, ipso facto, quam multi per ignoranciam statuti, alii vero per temeritatem incurrebant, ex qua multe curatorum anime forte erant ligate, ipsam penam excommunicacionis, auctoritate hujus consilii, penitus tollimus, et removemus.

XVII. *De casibus reservatis est attendendum, etc.* — Item, circa statutum in quo enumerantur casus reservati episcopo, est diligenter advertendum quod nullus episcopus extendat manum ad casus reservatos sedi apostolice. Et hoc penitus interdicimus.

XVIII. *Quod publicetur, quolibet mense, statutum de Judeis medicinam exercentibus, etc.* — Item, volumus et ordinamus quod statutum contra Judeos medicinam exercentes, et Christianos accipientes, publicetur quolibet mense.

XIX. *De signis Judeorum.* — Item, quod eciam statutum de signis per Judeos portandis, et de decimis persolvendis, publicetur.

XX. *De laycis occupantibus bona ecclesiarum vacantium, etc.* — Item, statuimus et ordinamus quod concilium Lugdunense, in quo cavetur quod laici de novo usurpantes, seu occupantes, bona ecclesiarum vacantium, seu ipsas ecclesias vacantes, et clerici, seu alii, hoc fieri procurantes, laici, quantacumque prefulgeant dignitate, clerici vero, cujuscumque condicionis, seu religionis existant, ipso facto, sentenciam excommunicationis incurrant ; volumus quod hujusmodi concilium, in nostra provincia, singulo mense, in ecclesiis publicetur.

In quorum omnium fidem et testimonium, nos Petrus archiepiscopus et princeps predictus, presens instrumentum publicum publicari mandamus per notarium infrascriptum, et sigilli nostri apensione muniri, ad majorem roboris firmitatem, et certitudinem pleniorem. — Et nos siquidem Palamides Cavallicensis, Poncius Vasionensis, Michael Carpentoratensis, episcopi supradicti, prius predictorum procuratorum interveniente consensu, omnia et singula in dictis statutis contenta, grata habentes et rata, ideo presenti instrumento predicta statuta continenti, ad majus predictorum testimonium, in defectu seu absencia sigillorum nostrorum, manibus propriis nos subscripsimus. — Actum et datum in ecclesia Arelatensi, die decima sexta mensis novembris, anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, pontificatus sanctissimi in Christo patris et dni nostri dni Nicolay, divina providentia pape quinti, anno septimo. Presentibus ibidem venerabilibus et egregiis viris, dnis Geraldo de Marrino, canonico Olorensi, camerario prefati dni cardinalis, Johanne Paye, decretorum doctore, archidiacono Carpen-

toratensi, nobilibusque viris Anthonio de Levis, Gaufrido de Basalhacio, canonico Narbonensi, Vitali de Artiga, canonico Lombariensi, Arnaldo Bagueti, archidiacono Arelatensi, Petro Dieulefit, priore de Marinhana, Emanuale Dono, priore de Alvernico in ecclesia Arelatensi, et pluribus aliis testibus ad premissa. — P. episcopus Cavallicensis, propria. — P. episcopus Vasionensis, propria. — M. episcopus Carpentoratensis, propria.

Ego vero Garcias de Mota, clericus Olorensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius, predictorum statutorum edicioni, ordinacioni, lectioni, recitationi, una cum supranominatis dnis archiepiscopo, episcopis, procuratoribus et testibus, presens fui, eaque ad requisicionem dicti dni archiepiscopi publicavi, et in hanc publicam formam redegi ; signumque meum ante subscripcionem meam consuetum apposui, in testimonium premissorum. — Egoque Yvo Rousselli, clericus Venetensis diocesis, civis Arelatensis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, curieque archiepiscopalis et metropolitane Arelatensis scriba, dictorum statutorum provincialium lectioni, publicacioni, et aliis premissis, una cum predictis dnis episcopis, procuratoribus sive sindicis, ac magistro Garcia de Mota, notario suprascripto, et testibus superius nominatis, presens fui ; et ideo hic manu propria me subscribendo, signum meum antepositum, quo in meis utor instrumentis publicis, apposui consuetum, in fidem et testimonium premissorum, requisitus.

(Suit, d'une autre main et d'une autre encre) Egoque Yvo Rousselli, notarius auctoritate apostolica et imperiali constitutus, curieque archiepiscopalis et metropolitane prelibate Arelatensis scriba, presens transumptum, et ex originalibus statutis provincialibus presentem copiam, correctam et debite collacionatam, extraxi supradictis, meque hic manu propria subscribendo, signum meum antepositum, quo utor in instrumentis publicis, apposui consuetum, in fidem et testimonium premissorum, pro parte r^{di} in Christo patris et dni dni Massiliensis episcopi, et ejus venerabilis capituli, requisitus. — *(Suit, d'une autre main)* Ego vero Durandus Jacobi, notarius Massiliensis publicus apostolica et imperiali, ac in comitatibus Provincie et Forcalquerii regia auctoritatibus constitutus, presens fui hodie, que est prima decembris ab Incarnatione Domini M°IIII°LIIJ°, hora terciarum, in choro ecclesie presentis civitatis Massilie, dum capitula suprascripta fuerunt publicata, ad mandatum quipe re^{di} patris dni Petri Velhoni, in decretis baccallarii, prepositi et vicarii generalis in spiritualibus et temporalibus totius episcopatus Massiliensis, pro re^{do} in Xpisto patre et dno dno N. Massiliensi episcopo, presentibus toto clero ipsius ecclesie sedis, necnon vicariis et curatis ceterarum ecclesiarum parrochialium dicte civitatis, per ven. virum dnm Jacobum Garajoni, in decretis baccalarium, canonicum dicte ecclesie, et concessa copia ipsorum capitulorum omnibus habere volentibus, in solidum vel in parte. Ideo, in testimonium omnium premissorum, hic me propria manu subscribens, signum meum apposui consuetum ; in presentia honorabilium virorum Petri Blancardi, notarii, Hugonis Chabaudi, et Guilhermi Longi, clericorum, testium ad hec vocatorum et rogatorum.

Arch. des B.-du-Rh. Evêché de Marseille, n° 20, copie authent., petit cahier de 12 ff. de papier.

2001 — 19 décembre 1453.

Gaston, comte de Foix, donne à Paris procuration à Pierre, évêque d'Albano, son oncle paternel, et à Tristan, évêque de Conserans, son cousin, pour racheter la leude de Narbonne, aliénée par les vicomtes.

Hist. de Languedoc, 1745, t. V, p. 11 ; 3ᵉ éd., t. XI, p. 19. — Voir encore le n° 1920, § 10.

2002 — Arles, 6 mai 1454.

Cession par le sacristain, du conseil du cardin. (n° 1921).

2003 — 28 janvier 1456/7.

... Et primo, cum temporalitas tam ecclesie Arelaten. quam monasterii Montismajoris heri fuerit capta ad manum regie curie, et mandato ill^{mi} principis et domini dni ducis Calabrie et Lothoringie, locumtenentis regii in presenti patria, quod, ut putatur, procedit ex forsan aliqua mala informatione ser^{mo} domino nostro regi de eodem rev^{mo} domino dno archiepiscopo et cardinali facta, ex eo quia videtur persepe eamdem majestatem regiam cum eadem paternitate reverenda communicari simul, ut et tanquam amicos intimos, unum alteri complacendo ; et quia presenti consilio, sine displicentia regie majestatis, dure supportat quod ipse dom. archiepiscopus in sua ecclesia temporalitate privetur, ubi permaxime non apparet causa ; propterea fuit ordinatum quod eligantur duo notabiles viri, qui ill^{mo} dno duci Calabrie vadant, et benefacta sive beneficia accepta tam in communi quam in ecclesia presentis civitatis Arelatis, et tota presenti patria Provincie notifficent, supplicando sue dominationi, ut in suis peragendis dignetur suam rever. paternitatem habere recommissam, et rescriptione per ipsum illustr. dom. ducem ser^{mo} domino nostro regi, suo genitori, de expositis per eosdem ambaxiatores per suas litteras dignetur accentum reddere et certificare, eamdem rever. paternitatem regie majestati recommendando : et fuerunt electi nobilis Johannes Monachi et dom. Petrus Artige.

Délibér. de l'Hôtel-de-Ville d'Arles. BONNEMANT, t. III, n° 124.

2004 — 19 mai 1457.

Échange entre René, roi de Jérusalem et de Sicile, duc d'Anjou et de Bar, comte de Provence, Forcalquier et Piémont, et Pierre de Foix, cardinal, évêque d'Albane, archevêque d'Arles. L'archevêque donne au roi castra, villas, fortalitia, terras et dominia, hominesque et subditos, ac juridictiones, census, proventus et redditus, ac omnia alia univ. et sing. jura temporales et temporalia castrorum Ferrariarum, Sancti Mitrii, Castri Veteris et sexte partis loci de Fossis, sitorum in diocesi Arelatensi, pertinentes et pertinentia... principi et archiepiscopo Arelatensi,... nec non omnia... jura, actiones et juridictiones ac dominia, temporales tamen et temporalia, que et quas rev^{mus} dom. cardinalis archiepiscopus Arelaten. habet, et habere pretendit in et super aquis et stagnis de Martico et de Corenthe, et alias in locis Berre, et insule Martici,... *Le roi René donne en contre-échange à l'archevêque d'Arles* totam illam partem pedagii, quam habet et habere potest, ac habere, levare et percipere consuevit, seu ejus curia in dicta civitate Arelatensi et ejus districtu, cum omnibus juribus, jurisdictionibus, confiscationibus et pertinentiis univ. et sing. ex dicto pedagio dependentibus, ac cum jure dict. pedagium levandi et percipiendi, levarique et percipi faciendi, et omnia... faciendi que idem ser. dom. rex et ejus curia facere potuit ac debuit et consuevit,... quinimo prefat. rev. d. archiepiscopum Arelaten. suosque... successores in locum ejus... ponendo totaliter, et constituendo ; et nichilominus idem ser. rex et comes, in uberiorem recompensam et pro majori valentia castrorum, et aliorum... pro dicto pedagio supra sibi d. regi et comiti

excambiatorum, ipse ... dedit, cessit et remisit atque transtulit prefato rev. d... archiepiscopo Arelaten..., scil. florenos quadraginta monete Provincialis, quos dict. ser. rex et comes... in et super universitate seu communitate castri de Istrio habet, et percipere potest in et super quadam annuali pensione per eamdem universitatem Istri prestari solita dno Cenomanie comiti, una cum omni jure et actione dictos quadraginta florenos annuales levandi et exigendi, seu levari et exigi annis singulis faciendi in festo Sancti Michaelis archangeli. *Parmi les différentes conditions auxquelles cet échange fut passé on trouve celles-ci :* Item convenerunt et pepigerunt dicte partes...., quod dictus rev.... archiepiscopus, suique... successores, hominesque pres. et fut. dicte Arelaten. ecclesie erunt perpetuo liberi et quittii, atque franchi ab omnibus oneribus et muneribus impositis et imponendis in dict. aquis et stagnis de Martico et de Corenthe, pro fructibus omnibus et bonis suis, sic et quemadmodum consueverunt esse temporibus preteritis, ita quod possint libere transire, ireque et redire per dict. aquas et stagna, absque solutione alicujus oneris impositi vel imponendi... Item... prefati procuratores... d... archiepiscopi in perpetuum reservarunt et reservant..., quod ipse ... archiepiscopus et sui ... successores possint et valeant edificare burdigulum in territorio Sancti Amantii, sive in stagno de Martico, loco consueto, modo et forma quibus reperietur alias esse factum ; et casu quo esset discordia in aliquo, ratione hujus burdiguli, quod arbitrio duorum eligendorum per partes fiat et limitetur burdigulus ; ita quod si ipsi duo eligendi concordes esse non possent, tunc eligere valeant unum tertium probum, neutri partium suspectum, quorum trium arbitrio totali dicte partes stare et acquiescere pepigerunt, mediante stipulatione jam dicta.... Item, convenerunt...., quod homines Sancti Amantii, de Miromari et ecclesie Arelaten. premisse... possint... in stagno de Martico piscari libere, quemadmodum hactenus consueverunt, et prout et sicut piscari possunt et soliti sunt homines et subditi prefati dni Cenomanie comitis. *Le chapitre de l'église d'Arles donna son consentement à cet échange, dans le contexte même de l'acte qui en fut passé. Il est dit que la compagnie s'assembla tout de suite capitulairement, aussi était-ce dans la maison capitulaire de l'église d'Arles que tout se passait. René s'y trouvait en personne, et le cardinal de Foix, qui était absent, fut représenté par Pierre de Surville, professeur en droit, chanoine de Narbonne, Guillaume Blégier, licencié en droit canon et sacristain de Vaison, et Garcie de la Motte, chanoine d'Oléron, fondés de procuration de ce prélat. Les témoins furent Jean de Beauvau, évêque d'Angers, Jean Huet, évêque de Toulon, Louis de Beauvau, sénéchal d'Anjou, Gui de Laval, seigneur de Lone, chevaliers, Pierre de Meuoillon, seigneur de Ribiers, Fouque d'Agout, seigneur de Mison, aussi chevaliers, Jean du Plays, dit le Bègue, chambellans du roi, Jean Martin, professeur ès lois, seigneur de Puylobier, chancelier pour le roi en Provence, Jean le Cilleur, professeur ès droits, seigneur de Roche-Pierre, et Jean Arlatan, chevaliers, conseillers du roi. — Il est dit dans le préambule de cet échange que le roi René n'avait pas jugé qu'il y eût de moyen plus propre à terminer les différends qu'il y avait actuellement, et qu'il pouvait y avoir dans la suite entre les parties, à l'occasion de la juridiction des eaux des étangs de Martigue et de Corenthe, que chacune d'elles prétendait lui appartenir. Mais, comme ce roi avait fait don à Charles d'Anjou, comte du Maine et son frère, du péage et de la rente de 40 florins dont il s'agit, il avait été nécessaire avant d'en venir à cet échange, que l'un et l'autre fût rétrocédé par le comte du Maine au roi son frère ; c'est ce qui fut fait par un acte du 14 janvier 1455/6, daté de Châtellerault, où était alors Charles d'Anjou, qui en était vicomte.*

Arch. de l'Hôtel-de-Ville de Salon, sac †, n° 20. Boss., t. I, p. 49.

2005 7 septembre 1457.

Concile tenu à Avignon, par le cardinal de Foix.

... Nos Petrus, mis. div. Albanen. episcopus, S. R. E. cardinalis de Fuxo, et Alanus [*de Coëtivy*], tit. S. Praxedis S. R. E. cardinalis, Avenion. vulgariter nuncupati, a latere sedis apostol. legati, reverendos in Christo patres dnos Robertum Aquen. archiepiscopum, Petrum Apten. episcopum, Georgium Senescen., Gaucerium Vapicen., Nicolaum Massilien., Petrum Dignen., Petrum Glandaten., Palamidem Cavallicen., Pontium Vasionen., Joannem Rhegien., Stephanum Tricastinen., Michaelem Carpentoracten., Joannem Aurasicen. episcopos, Andream abbatem S. Honorati insulæ, Grassen. diœc., ac capitula ecclesiarum cathedralium... duximus convocandos.... Propter diversa occurrentia per supervenientia negotia atque temporis indispositionem hoc concilium... prorogamus hinc ad secundam dominicam Quadragesimæ... Actum et dat. in ecclesia cathedr. Avenion., die VII. mensis septembris, anno Incarnat. domin. MCCCC LVII, pontif. d. n. d. Calixti pp. III. a° III.

COLETI, *Concilia*, t. XIX, c. 185-6. BELSUNCE, t. III, p. 40-1.

2006 26 novembre 1457.

Fondation du collège de Foix à Toulouse, pour 25 boursiers, dont 4 prêtres, par le cardinal Pierre.

Hist. de Languedoc, t. V, p. 30-1 (3e éd., t. XI, p. 55).

2007 23 mars 1457/8.

Continuation du concile d'Avignon par le card. de Foix.

... Nos Petrus, mis. div. episcopus Alban., S. R. E. cardinalis de Fuxo vulgariter nuncupatus, sedis apostol. legatus..., de... communi consensu rev. in Chr. patr. dom. episcoporum, videl. Petri Apten., Eugenii Senescen., Petri Dignen., Petri Glandaten., Pal[a]medi Cavallicen., Michaelis Carpentoraten., Johannis Arausicen., Petri abbatis S. Honorati insulæ Lirinen., Gracien. diœc... Dat. et act. Avenione, in ecclesia cathedrali, die XXIII. martii, anno Incarn. Dom. MCCCCLVII.

COLETI, *Concilia*, t. XIX, c. 186-92.

2008 30 novembre 1460.

... Et primo, quia rever. in Christo pater et dominus Petrus, s. Romane ecclesie cardinalis, legatus a latere pro domino nostro papa et s. ecclesie Arelaten. archi-

episcopus, fundavit unum collegium in civitate Tholose, in quo vult instituere viginti quatuor estudentes, fuit ordinatum quod scribatur sue rever. paternitati, supplicando quatinus dignetur in eodem perpetuo instituere quatuor de hujusmodi civitate studentes, et studere volentes leges et jura civilia vel canonica, et ad hoc eligantur duo, et fuerunt electi, ad fructum ventris solum, Bernardus Textoris, sindicus, et dom. Petrus Artige.

Déliber. du cons. de ville d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 124. — Voir encore le n° 1922, § 3.

2009 20 juillet 1461.

... Cum jura, fructus et emolumenta temporalitatis s. ecclesie Arelat. et monasterii S. Petri Montismajoris et membrorum eorumdem sint,de mandato ser^mi principis et domini nostri regis, de presenti annotata et capta ad manus sui fisci et sue curie seu mag^ci militis dni Johannis Arlatani, magistri hospicii ejusdem..., commissarii in hac parte, ipseque d. Johannes.. recollectionem bladorum et decimarum hoc anno et in presentibus messibus commiserit dno Moneto Boyssardi, presbitero, levandam per eum nomine regie curie, quamvis sit clavarius domus archiepiscopalis Arelaten. ;...

Protoc. de Bernard Pangonis, not., 1461, f° 80. Bonn., t. III, n° 9.

2010 22 septembre 1461.

Coram rev. patre dno Guillermo Rogerii, decret. doctore, sacrista Vasionensi, vicario et officiali Arelaten. pro r^mo in Christo patre et dno dno P., mis. div. episcopo Albanen., S. R. E. cardinali de Fuxo vulgariter nuncupato, archiepiscopo ac principe s. Arelatensis ecclesie.

Arch. des B.-du-Rh. Dominicains d'Arles. Reg.

2011 1462.

Fondation et dotation de la chapelle des Sts-Jérôme et François par le cardinal de Foix.

Bonnemant, *Analecta* (ms. d'Arles, n° 215), 4 ff.

2012 13 mars 1462.

... Cum rever. in Chr. pat. et dom. Petrus, mis. div. Albanen. episcopus, S. R. E. cardinalis de Fuxo vulgariter nuncupatus et s. Arelaten. ecclesiæ archiepiscopus et princeps, et etiam locorum S. Amantii, de Cornelione et Confortio, Arel. dioc., dominus solus et in solidum, in civitate Avenion., etc., ad honorem Dei omnipotentis P. et F. et S. S. ac glor. virg. Mariæ, totiusque curiæ civium supernorum, ac ipsius rev. dni cardinalis parentum benefactorumque suorum ac omnium fidelium defunctorum animarum salutem, lucrum et profectum, in ipsa Arelat. ecclesia construi et edificari fecerit quamdam capellam, sub invocatione SS. Hieronimi et Francisci, non immemor illius divinæ vocis, etc. Hinc... est quod... nolens eandem capellam... in nudo relinquere edificio et sacro fraudari misterio..., assignavit ven. viris dnis præposito et capitulo et beneficiatis de numero xx dictæ Arelat. ecclesiæ... omne id totum quidquid nobilis Huguo de Barjaco, domicellus,... in dictis castris, locis et territoriis ac districtibus de S. Amantio, de Cornillone et de Confortio tenebat, percipiebat et possidebat..., ad ipsum rev. dom. cardinalem ut privatam personam... titulo emptionis perpetuæ... pertinentibus..., dictus rev. cardinalis et archiepiscopus... circa divinum servitium in dicta capella perpetuo... faciendum... ordinavit ut sequitur : et primo quod in eadem capella omn. et sing. diebus perpetuo celebretur una missa, paulo ante horam tertiarum, post pulsum solitum IX classicorum..., alta et intelligibili voce, cum cantu de *Salve sancta parens*, quamdiu dictus rev. dominus vixerit in humanis, cum orationibus *Concede nos famulos*, pro fidelibus defunctis *Inclina Domine* et pro statu salubri ejusdem parentum et benefactorum..., de dicto officio defunctorum fidelium, cum orationibus *Deus qui inter apostolicos sacerdotes*, *Inclina Domine* et *Fidelium Deus*. In qua quidem missa intererunt quinque, una videl. septimana quatuor canonici dictæ ecclesiæ presbiteri, quorum unus eamdem missam celebret et tres cantent cum uno canonico non presbitero, altera vero septimana dicta missa dicatur et celebretur modo præmisso per quatuor ex dictis presbiteris ipsius ecclesiæ de numero xx communiter nuncupatis, uno celebrante et aliis tribus coadjuvando cantantibus, cum altero sæculari clericulo : siquidem presbitero celebranti, sive ex canonicis aut presbiteris de xx... detur grossus unus, et pataci duo distribuendi inter ipsos tres æquis partibus ; et canonico non presbitero et clericulo seculari... detur patacus unus. Item statuit et ordinavit... quod in diebus solemnibus et festivitatibus b. Mariæ virg. dicta missa celebretur et cantetur solemniter cum diacono et aliis ministris, ut decet indutis sacris vestibus, non propterea plus percepturis quantum supra proxime scriptum est, etc.

Précis de mémoire pour l'abbé de Quinson, prévôt de la Ste-Église d'Arles, appellant, contre M. de Viguier, citoyen de la même ville, intimé (Arles, 1776, in-4°), p. 21-4 (Bonnemant, *Cart.*, t. II, p. 745 ; *Analecta*, ms. d'Arles 215), texte falsifié.

2013 11 février 1462 3.

Pie II nomme le cardinal de Foix évêque de Tarbes.

Pius etc. ven. fratri *Petro, episcopo Tarviensi*, salutem etc. Dum ad universas orbis ecclesias... Dudum siq. bo. me. Rogerio episcopo Tarvien. regimini ecclesie Tarvien. O. S. A., presidente... Postmodum vero ecclesia predicta per obitum ejusdem Rogerii episcopi, qui extra ro. cu. diem cl. extr., vacante...; demum ad te, consideratis gr. virt. mer. quibus pers. t. illarum largitor D. insignivit, et quod tu, qui Albanen. et Lascurrensi ecclesiis hactenus laud. prefuisti, prout prees de presenti, scies et pot. eandem Tarvien. eccl. salubr. regere et fel. gub., convertimus oc. n. mentis..., de pers. tua pref. eccl. Tarviensi... providemus, teque illi preficimus in ep. et past... Ita tamen quod Albanen. et Lascurren. episcopus propterea esse non desinas... Datum Rome, ap. S. Petrum, anno 1462, tertio idus febr. pont. n. anno quinto.

Arch. Vatic. Reg. 469, f° 92.

2014 11 février 1462, 3.

Le même le transfère de l'archevêché d'Arles à celui d'Auch.

Pius etc. ven. fratri *Petro, episcopo Albanen.*, salutem etc. Dum ad personam tuam... Hodie siq. te a vinc.

quo eccl. Arelatensi, O. S. A., cui tunc preeras, tenebaris... absolventes, te ad eccl. Auxitanam ejusd. ord., tunc per transl. ven. fr. n. Philippi, archiepiscopi Auxitani, etiam per nos hodie factam vacantem..., transtulimus, teque prefecimus in ecclesie Auxitane archiep. et past... Cum itaque hodie tu regimini et adm. ipsius eccl. Auxitane, illius poss. per te non habita.., in manibus n. sponte et lib. cesseris..., nosque pref. eccl. sic vac. de pers. dil. filii Johanni de Lascunio... providerimus, nos tibi, ne... nimium disp. patiaris..., tibi pensionem annuam quatuor millium scutorum auri cugni regis Francie super fructibus, redd. et prov. mense archiep. Auxitane... reservamus... Rome, apud S. P., 1462, 3 idus febr. anno v.

Arch. Vatic. Reg. 469, f° 278. — Pierre céda immédiatement son archevêché, avec pension. — Voir encore le n° 2022.

2015 31 août 1464.

Lettre de Jean de Foix au roi Louis XI : ... Comme vous savez, monsieur le cardinal mon oncle est en grant aage et tousjours maladif, mesmement a esté puis nagueres en tel point qu'il est cuidé morir et est à presumer qu'il ne vivra gueres. Je fusse volontiers allé par devers lui pour le veoir et m'eust valu plus que ne gaigneré en pieça...

Hist. de Languedoc, t. V, pr. c. 30 (3ᵉ éd., t. XII, pr. c. 92-4).

2016 Avignon, 13 ou 30 décembre 1464.

Mort du cardinal Pierre de Foix (Catal. n 3, c. 10).

Dns cardinalis de Fusco obiit die xxx. mensis decembris, legatus istius civitatis, anno D. 1462, valde notabilis homo. Requiescat in pace.

Note inscrite sur la Bible, n° 4 de la biblioth. d'Avignon. — Voir l'épitaphe de Pierre de Foix dans *Gallia christ.*, t. I, c. 586; SAXI, p. 363; TRICHAUD, t. IV, p. 51.

PHILIPPE DE LÉVIS. 1463-1475.

Né en 1435, fils d'Eustache baron de Quelus et d'Adélaïde de Cousan, il était notaire du pape et simple diacre quand il fut appelé à succéder à son oncle (du même nom) sur le siège d'Auch [1].

2017 29 mars 1454.

Bulles de Philippe de Lévis pour l'archev. d'Auch.

NICOLAUS etc. dilecto filio *Philippo de Levis, electo Auxitano*, salutem etc. Divina disponente clementia, cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa... incrementis. Sane, ecclesia Auxitana, O. S. A., ex eo quod ven. frater noster Philippus, nuper archiepiscopus Auxitanus, propter senium quo confractus existit, ac ex certis aliis rationabilibus causis animum suum moventibus, regimini et administrationi dicte ecclesie cui tunc preerat, per dilectum filium Johannem Textoris, canonicum et infirmarium ecclesie Tholosane, decretorum doctorem, procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, hodie in manibus nostris sponte et libere cessit, nosque cessionem hujusmodi duximus admittendam, vacante, nos ad provisionem dicte Auxitane ecclesie celerem et felicem, ne longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo ipsi Auxitane ecclesie personam utilem et etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te notarium nostrum, in diaconatus ordine constitutum, litterarum scientia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, aliisque virtutum donis, prout fidedignorum testimoniis accepimus, insignitum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua eidem ecclesie Auxitane apost. auct. providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Auxitane tibi in spirit. et temp. plenarie committendo. In illo qui dat gratias... incrementa. Jugum igitur Domini... consequi merearis. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice 1454, iv. kalendas aprilis, anno octavo.

Arch. Later. Reg. Nicol. V. 1454, an. VIII. lib. 1, f° 50.

2018 11 février 1462 3.

Provisions de Philippe de Lévis pour l'archev. d'Arles.

PIUS etc. ven. fratri *Philippo, archiepiscopo Arelatensi*, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum, pot. sibi ple. tradita, eccl. pret. universis, plena vigiliis sol. requirit, ut circa cujusl. ecclesie statum sic vig. exc. sicque prosp. diligenter, quod per ejus provid. circ., nunc per simpl. prov. officium, quandoque vero per ministerium transl. acc., prout pers., loc. et temporum qual. exigit, ac ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis sing. pastor acc. ydoneus et rector prov. deputetur, per quem ille superno auxilio suffragante, votive prosperitatis successibus tam in spiritualibus quam temporalibus gratulentur. Sane ecclesia Arelaten., O. S. A., ex eo pastoris solatio destituta, quod nos hodie ven. fratrem nostrum Petrum Auxitanum, tunc Arelatensem archiepiscopum, licet absentem, a vinculo quo ecclesie Arelatensi, cui tunc ex dispensatione apostolica preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Auxitanam tunc vacantem duximus apost. auct. transferendum, preficiendo ipsum Petrum eidem ecclesie Auxitane in archiepiscopum et pastorem; nos ad provisionem dicte ecclesie Arelatensis, ne longe vacationis exponatur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo ipsi ecclesie Arelatensi personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc Auxitanum archiepiscopum, qui etiam referendarius noster existis, consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam illarum largitor Dominus insignivit, et quod

1. La *Gallia* avait commis une erreur en faisant monter d'abord notre Philippe sur le siège d'Agde, évêché qui fut donné à son oncle le 8 juin 1411, d'où il fut transféré à Auch le 14 févr. 1425, 29 ans avant son neveu : « Martinus etc. ven. fratri Philippo, episcopo olim Agathen., in archiepiscopum Auxitanum electo, salutem etc. Romani pontificis, quem pastor ille celestis...(Vacance d'Auch par la translation de l'archevêque Bérenger à l'archevêché de Tyr, avec la commende d'Agde. Nomination de Philippe.) Datum Rome, apud SS. Apostolos, 16 kal. martii, anno VIII » (Arch. Later. Mart. V. 1425, an. VIII. lib. 108, f° 292 v°).

tu, qui ipsi ecclesie Auxitane hactenus laudabiliter prefuisti, scies et poteris eandem Arelatensem ecclesiam salubriter regere et feliciter gubernare, convertimus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam dicte eccl. Arel. quam ejus gregi dom. salub. providere, te a vinc. quo eidem eccl. Auxitane, cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fra. cons. et ap. pot. ple. absolventes, te ad eandem ecclesiam Arelatensem auct. apost. transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ejusdem ecclesie Arelatensis tibi in spirit. et temp. plenarie committendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad ipsam ecclesiam Arelatensem transeundi. Firma spe fiduciaque conceptis, quod per tue industrie et circ. studium fruct., gratia tibi ass. propitia, eandem ecclesiam Arelaten. reg. ut. et pros. dir., grataque in eisd. spirit. et temp. susc. incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quat. ad pref. ecclesiam Arelaten., cum gra. n. bened. accedens, sic te in ejus cura salubr. exercenda diligentem exhibeas et etiam fruct., quod ipsa eccl. Arel., sub tuo fel. reg., gu. prov. et fruct. adm. gau. se commissam, ac bone fame tue odor ex laud. t. actibus lat. diff., tuque, preter et. retr. premium, nostram et dicte sedis bened. et gratiam exinde ub. consequi merearis. Datum Rome, apud S. Petrum, anno etc. M.CCCC.LXII, tertio idus februarii, pontificatus nostri anno secundo.

Simili modo : Capitulo ; — Clero ; Populo ; Vassallis ; — Renato Jer. et Sic. regi.

Arch. Vatic. Reg. 489 (Pii II, de Curia an. 4-5, t. XXII), f° 288. — Suit, même date, une bulle qui lui réserve une pension de 1500 écus d'or, « de cugno regis Francie », sur l'archev. d'Auch, et une autre qui lui donne le prieuré de St Cosme, au dioc. de Rodez, qui vaquait par la promotion de Jean de Testunio à l'archev. d'Auch.

2019 — 11 février 1462/3.

Lettre du même pape Pie II dilectis filiis populo civitatis et diœcesis Arelaten., *leur notifiant la nomination précédente :* Hodie vener. fratrem...

Arch. de la ville d'Arles. Reg. *Titres de l'Église*, t. I, n° 4. Saxi, p. 365.

2020 — 11 février 1462/3.

Ven. fratri Philippo, archiepiscopo Arelaten., salutem etc. Rom. pontificis providentia circ... Cum itaque hodie ven. fr. n. Petrus episcopus Albanensis, tunc mon. Montismajoris, O. S. B., Ar. dioc., in commendam obtinens.., commende hujusm. in manibus nostris cesserit..., nos tibi.. monasterium pred... commendamus... D. Rome, apud S. Petrum, anno 1462, tertio idus febr., pont. n. anno quinto.

Arch. Vatic. Reg. 469, f° 56 v° (Pii II).

2021 — Rome, 26 mars 1463.

Lettre de Philippe de Lévis, archevêque d'Arles, à son chapitre.

Venerabilibus et egregiis viris dominis preposito et canonicis venerabilis capituli sancte Arelatensis ecclesie, fratribus et amicis meis precarissimis. — Venerabiles et egregii viri, fratres et amici mei prestantissimi, salutem. Posteaquam, Deo permittente et pontificis maximi indulgentia, ita factum est, ut ego, qui tot annis ecclesie Auxitane ea quam Dominus dederat cum moderatione prelatus fui, ad vestram Arelatensem transferrer ecclesiam, nihil fuit in quo magis consolarer quam celebre ipsius Arelatensis ecclesie nomen, religionisque conformitatem. Non enim videor ecclesiam dimisisse priorem, cum idem ordo eademque observantia apud vos sit. Aliquid tamen longe majus me nactum existimo, dum ad quietiorem beatioremque vitam translatus sum, vos mihi fratres habiturus, quibuscum summa caritate et benevolentia omnia agere tractareque licebit. Moregerendum preterea fuit majoribus nostris, atque omni ex parte obsequendum, in quo etiam animus meus voluntasque consuevit. Itaque gratam hanc suscipiens translationem, licet illam antea scire potueritis, de ea tamen vos meis litteris certiores facere decrevi ; arbitratus id, pro vestra in me humanitate et benevolentia, vobis satis placere. Nam etsi de me polliceri non possim quod plerique vestri presules dignitate, excellentia, religione et sanctimonia, longe me majores prestiterunt, in primis autem reverendissimus dominus meus dominus cardinalis de Fuxo, apostolice sedis legatus, conabor tamen pro virili mea parte sic efficere, ut ecclesie mee vobisque non inutilis videri possim. Neque vero ut novus tyro ad hanc accedo dignitatem. Vos igitur, ut eximios probatosque viros, mihi autem carissimos fratres, oratos velim ut grato animo, hilarique vultu, hanc nostram suscipiatis translationem, meamque juvetis infirmitatem, si quando humane nature imbecillitate, non ea omnia prestare potero, que vellem ad felix ecclesie vestre, sponseque mee regimen, vestrorumque omnium amplitudinem et conservationem. Confidens tamen immortalem Deum, cui supplex humilisque esse conabor, sua bonitate, ac immensa pietate, ea vobis mihique large prebiturum que sue divinitati grata fuerint, ut ecclesie obsequiis insistentes, et nos mutua caritate confoventes, sibi in odorem suavitatis, ac omnibus bene sentientibus mortalibus placere possimus, quo ad beatas sedes bene agentibus promissas spes nostra diffundatur. Valete, mei amantissimi fratres, meque summa cum benivolentia suscipite, ut omnibus in rebus vobis, libero animo, rem gratam efficere possim ; expectantes me ad paucos menses, infra quos apud vos esse constitui, semper paratus ad omnia vestrorum omnium obsequia. Rome, die 26 martii 1463. — Philippus, archiepiscopus Arelatensis, frater vester.

Baluze, *Miscellan.*, t. IV, p. 512, ex cod. 1921 bibl. Colbert.

2022 — 4 mai 1463.

... Item, quia rever. in Christo pater et dominus cardinalis de Fuxo, olim archiepiscopus s[e] ecclesie Arelaten., permutavit seu resignavit dict. ecclesiam, ita quod de ea est provisum in rever. dom. Auxitanum, fuit ordinatum quod apud ejus rever. paternitatem ambaxietur quod presens universitas vellet quod, si sua rever. paternitas adhuc vellet retinere dict. ecclesiam, quod valde contenta esset ; sed quia ejus benignitas ita non vult, ut apparet, gratanter appetit habere dictum rever. dom. archiepiscopum Auxitanum, poscius quam alium, post ejus rever. paternitatem ; et quia ipse rever. dom. cardinalis multa bona beneficia contulit presenti universitati, quod ambaxiatores eligendi, infra scripti, gratiarum

actiones sue rever. paternitati refferant, recomendando sue rever. paternitati presentem universitatem, offerentes eamdem civitatem semper complacere sue rever. paternitati : et fuerunt electi nobilis Johannes de Sancto Martino et dom. Johannes Rosselli, assessor.

Délibérations du conseil de ville d'Arles, Boyss., t. III, n° 124.

2023 24 octobre 1464.

ORDINATIO et constitutio taxatorum benefficiorum pro dono gracioso facto r^mo in Xpisto patri dno Philippo, archiepiscopo Arelat. et administratore abbacie Montismajoris. Anno quo supra et die vicesima quarta mensis octobris, noverint etc. quod congregato ven. clero s. Arelat. ecclesie in sinodo sancta celebrata in ecclesia Arel. Sancti Luce nuncupata, in quo interfuerunt etc., fecerunt et ordinaverunt taxatores benefficiorum juxta capacitatem doni graciosi facti r^mo d. Arel. de quadringentis florenis, videl. d. Anthonium Malorine, sacristam, canon. Arel., Petrum Lamocerii, presbit. de monasterio Xpisti, Jacobum Martini, monachum Montis majoris, priorem de Castillione, Anth. Abellis, presbit. Sallonis..., quibus dederunt potestatem..., in presencia r^di patris d. [Isnardi] Grassensis episcopi, vicarii generalis dicti d. Arel.

BONNEMANT, t. II, p. 69, minute du reg. Pancratii Salvatoris, not. Arelat. ; Bonn. a mis en haut la date « An. M.CCCC.LXIIIJ ».

2024 Rome, 18 août 1465.

Sacre de Garsias de Mola, *évêque d'Oléron, par le cardinal Guillaume d'Estouteville, à St-Apollinaire : assistant : Philippe, archev. d'Arles.*

Rome. Archivio di Stato. Litteræ formatæ.

2025 Rome, 28 février 1466.

Philippus,... archiepiscopus et princeps s. ecclesie Arelaten., ac perpetuus administrator s. cenobii seu monasterii Montismajoris, ord. S. Bened., Arelat. dioc., ss. dni nostri pape refferendarius et assistens, *nomme un vicaire général pour l'abbaye de Montmajour.*

Voir la pièce à l'abbaye de Montmajour.

2026 9 juin 1466.

Dns Monetus Boyssardi, presb. in ecclesia Arelaten. beneficiatus, clavariusque et proc. re^mi in Xpisto patris et d. d. Philipi de Levis, Arelaten. archiepiscopi et administratoris perpetui ven. monasterii Sancti Petri Montismajoris. — *Quittance de la pension des Antonins.*

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de Montmajour.

2027 Rome, 20 juillet 1466.

Sacre d'Antoine Alamandi, *évêque de Cahors, à Saint-Apollinaire, par le cardinal Guillaume d'Estouteville ; assistant : Philippe, archev. d'Arles.*

Rome. Archivio di Stato. Litteræ formatæ.

2028 28 juin 1468.

Dni Guillelmi Blegerii, decretorum doctoris, sacriste Vasionen., vicarii generalis in spir. et temp. tocius archiepiscopatus Arelaten. pro r^mo in Xpisto patre et dno dno Philippo, Dei et sedis apost. gra. s. Arel. eccl. archiepiscopo et principe : *convoque le chapitre pour élire l'abbesse de St-Césaire, après la mort d'Emenjarde d'Étienne.*

Voir la pièce à l'abbaye de St-Césaire.

2029 4 novembre 1470.

Philippus, *etc.*, Arelaten. archiepiscopus et princeps, *donne procuration* Guillelmo Blegerii, sacristæ Vasionen. eccl., Ludovico Cornille, Otoni Fiquet et Moneto Boisardi, *pour recevoir la pension qui lui était due sur la sénéchaussée de Beaucaire.*

Paris, Bibl. Nat., coll. Gaignières, t. II episc. (*Gallia*, I, xxxj).

Philippe de Lévis fut créé par Sixte IV cardinal des Saints-Pierre et Marcellin le 7 mai 1473.

2030 1474.

Capsa argentea... [*voir n° 1542*] Philippus Levius, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, refectam anno septuagesimo quarto sæculi decimi quinti, uti prius beato Ludovico, tituli Sanctæ Cæciliæ presbytero cardinali Alamando, vulgo Arelatensi nuncupato, visum fuerat, in editiori abside ejusdem ecclesiæ collocavit ; ibique semel in anno populo spectandam adservari voluit.

Officia propria ss. s. Arelaten. ecclesiæ, 1656, p. 59.

2031 22 juillet 1474.

Re^mo in Xpisto patre et dno dno Philippo, mis. divina Dei et S. S. apostolice gratia SS. Petri et Marcellini sacrosancte Romane ecclesie presb. cardinali, sancteque Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe...

Arch. des B.-du-Rh. B. 693.

2032 17 janvier 1474/5.

Dns Anthonius Guiramandi, decret. doctor, prior prioratus conventualis et dominus de Rometa, Vapincen. dioc., rev^mi dni Philippi tit. SS. Petri et Marcellini S. R. E. presb. cardinalis, s. Arel. ecclesie archiepiscopi, vicarius generalis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, dern. pièce.

2033 7 avril 1475.

Le cardinal archev. d'Arles résigne l'abbaye de Saint-Victor de Marseille, moyennant une pension de 500 ducats.

Arch. Vatic. Reg. 569. Consist. 1466-1483, f° 63 v°.

2034 27 avril 1475.

Anthonius Guiramandi, decretorum doctor, prior prioratus conventualis et dominus de Rometa, O. S. B., Vapincen. dioc., reverendissimi in Xpisto patris et dni dni Philippi, mi. di. sacros. R. E. cardinalis, ac archiepiscopi et principis s. Arel. ecclesie, in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis. (*Collation de la chapellenie de St-Jacques dans l'église de St-Julien d'Arles.*) Actum Arelate, in palacio archiepiscopali.

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de Montmajour.

Philippe de Lévis mourut à Rome le 4 novembre 1475. Voir son épitaphe dans SAXI, p. 372 ; *Gallia christ.*, t. I, c. 587 ; TRICHAUD, t. IV, p. 58. — Dans l'église de St-Georges « in Velabro », sur le pilier de droite, en montant à l'abside par la droite, se trouve une rondelle en marbre dont voici l'inscription :

PHILIPPVS · DE·
LEVIS · CARDINAL'.
ET · ARELATEN · ARC
HIEPS · HOC · HVMILI ·
LOCO · POSITVS · PRO
XIMO · PARIETE · QV
IS · FVERIT. AMPLP.
DEMONSTRAT
VR ·

EUSTACHE DE LÉVIS. 1475-1489.

Frère cadet du précédent, il était protonotaire apostolique quand il lui succéda comme archevêque d'Arles et abbé commendataire de Montmajour.

2035 20 novembre 1475.

Die lune xx novembris [1475], idem SS. D. N. motu proprio providit ecclesie Arelatensi de persona rev. patris dni Eustatii, sedis apostolice prothonotarii, vacanti per obitum bone memorie Philippi, tit. SS. Petri et Marcellini presbyteri cardinalis, germani dicti dni Eustatii, in Romana curia deffuncti. — Eadem die et consistorio, idem SS. D. N. motu proprio commendavit monasterium Montismajoris, O. S. B., Arelaten. dioc., dicto dno Eustatio, prothonotario, vacans per obitum dicti bo. me. Filippi, ipsius monasterii perpetui commendatarii, reservata super fructibus dicti monasterii antiqua pensione.

Arch. Vatic. Reg. 569. Consist. 1466-1483, f° 68. — AB. Sixti IV. 6. t. II, p. 63.

2036 20 novembre 1475.

Bulles d'Eustache de Lévis, archevêque d'Arles.

SIXTUS, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo ecclesie Arelatensis, ordinis Sancti Augustini, salutem et apostolicam bened. Hodie ecclesie vestre, tunc per obitum bone memorie Philippi tit. Sanctorum Marcellini et Petri presbiteri cardinalis, qui eidem ecclesie ex dispensatione apostolica, dum viveret, presidebat, et apud sedem apostolicam debitum nature persolvit, pastoris solatio destitute, de persona dilecti filii *Eustachii electi Arelatensis*, nobis et fratribus nostris, ob suorum exigentiam meritorum, accepta, de dictorum fratrum consilio, apostolica auctoritate providimus, ipsumque illi prefecimus in archiepiscopum et pastorem ; curam et administrationem ejusdem ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ; prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum, grato admittentes honore, ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter, et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice 1475, duodecimo kalendas decembris, pontificatus nostri anno quinto. V. de Vulterris.

Archev. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 202, origin. parch., sans sceau. BONNEMANT, t. II, p. 364. Au chartrier de Mondragon, n° 16, se trouve la bulle « Vassallis », orig.

2037 20 novembre 1475.

SIXTUS etc. dilecto filio *Eustachio, electo Arelatensi*, salutem etc. Personam tuam... Hodie siquidem ecclesie Arelaten. tunc [...] de persona tua, nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de dictorum fratrum consilio apostolica auctoritate providimus, teque illi prefecimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem dicte ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem olim ante hujusmodi provisionem et prefectionem pensio annua trecentorum schutorum auri de Francia super fructibus, redd. et prov. mense episcopalis Mirapicen., tibi per alias nostras litteras motu proprio apostolica auctoritate fuerit assignata, nos tibi, cui nos etiam hodie monasterium Montis majoris, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinens, ordinis S. Benedicti, Arelatensis dioc., tunc certo modo abbatis regimine destitutum, per te quoad viveres una cum Arelaten. predicta vel alia metropolitana seu cathedrali ecclesia, ad quam te forsan transferri contingeret, tenendum, regendum et gubernandum..., commendavimus, ut statum tuum juxta archiepiscopalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas, de alicujus subventionis auxilio providere... volentes..., motu proprio... tibi ut pensionem predictam una cum Arelaten. vel alia ad quam te transferri forsan contigerit, ut prefertur, ecclesia ac monasterio prefatis quo ad vixeris percipere et exigere et in tuos usus convertere libere et licite valeas, auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Nec non... Non obstantibus... Datum Rome, apud S. Petrum, anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, duodecimo kal. decembris, anno quinto.

Arch. Later. Bullar. Sixti IV. an. v, lib. 4, f° 285.

2038 13 février (1476).

Lettre du roi René a venerable nostre treschier et bien amé orateur le prieur de Romettes, vicaire de l'archevesché de nostre cité d'Arles, *lui demandant de* faire delivrer a mess^e Foucquet Bouterit, secrestain d'Aix, colecteur du don octroyé *au roi* par les prelatz et gens d'eglise de cestuy nostre pais de Prouvence,... la rate et porcion de l'arcevesqué d'Arles... Escript en nostre cité de Masseille...

BONNEMANT, t. III, n° 126, orig. pap. D'après le reg. *Comptes 1464-85* des arch. de l'archev. d'Arles, f° 759, le 29 mars suiv. on paya « nob. et egr. viro dno Girardino Boucterii, secret. regio et magistro camere aux denyers regis Sicilie, pro cota tangente rev. d. archiepiscopum Arelat., pro suo archiepiscopatu et abbatia Montis majoris, et ad rationem 3000 flor., vid. 187 flor. 6 gros. »

2039 19 juin 1476.

Hommage à l'archevêque par le sire de Mondragon.

2040 10 janvier 1478?

Différend entre Charles d'Anjou et l'archev. d'Arles.

Charles d'Anjou, filz et neveu de roy de Jherusalem, de Sicile, d'Arragon, etc., duc de Calabre, conte du Maine, de Guise, de Mortaing et de Gien, viconte de Chastelairaud et de Martigue, a noz amez et feaulx messires Jehan Guyrant et Loys de Cueurs, docteurs en loix, salut et dilection. Comme il soit ainsi que de pieça se soit meu grans differans entre nous et *nostre tres cher et grant amy l'archevesque d'Arles,* touchant les limitacions des territoires de nostre terre et seigneurie des Baux, et de la terre de Vacquières, appartenant aud. archevesque ; et pour ce que, nous confians a plain de voz sens, science, proudommie et bonne diligence, vous avons commis et commettons, par ces presentes, a decider, terminer, et vuider lesd. differans des limitacions desd. territoires, selon ce que par raison verrez estre a faire ; en maniere que pour l'avenir il n'en sorte plus question, ne debat. Semblablement, vous avons commis, et commettons par ces presentes, vous et chascun de vous, a prandre et faire les informacions des abuz qu'on dit que messire Regnault Lalement a commis en l'office de jugerie de nostred. seigneurie des Baux. Et aussi des usurpacions des droiz d'icelle seigneurie, qu'on dit avoir esté faictes ; tant de ce que Marian Falcossi tient, que aucunes tranches de fossez prinses des eaues, et autres atemptaz faiz par led. Marian, que par Jehannon d'Arle ; ainsi que plus applain saurez par les articles qui vous seront baillez par nostre procureur dud. lieu des Baux, appellé avecques vous tous noz officiers dud. lieu. Et semblablement, a decider et vuyder les differans de nous et des habitans et subgetz de nostre ville des Baux, touchant les chasses et autres choses. Et desquelles choses dessusd., a vous et chascun de vous, donnons plain pouvoir, auctorité, et mandement especial, par ces presentes, a decider et determiner aud. lieu des Baux, et non ailleurs, lesd. choses dessusd., fors le differant des Vacqueres, et jusques a sentence diffinitive, inclusivement ; que voulons, ou chascun de vous, premier nous ferez rapport de ce que fait aurez sur les choses dessusd. Et voulons que lesd. parties comparoissent par devant vous, et chascun de vous, au jours, termes, et lieu des Baux, que par vous leur seront assignez, et selon que ordre de droit requiert. En mandant a tous noz hommes et subgetz, que a vous, et chascun de vous, en ce faisant, obeissent et entendent diligemment. Donné à Tarascon, le dixiesme jour de janvier, l'an de grace mil CCCC soixante dix huyt.

Par monseigneur le duc en son conseil. — Ledoulx.

Arch. des B.-du-Rh. B. 700, orig. parch., scellé en cire rouge sur queue.

2041 Rome, 22 mai 1479.

Paris, Arch. Nat., J. 347, n° 130, orig. avec sceau ogival de 90 mill. : ✝ S. EVSTACH ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPIS ARELATENSIS ; arabesques gravées au dos (Douët d'Arcq, *Coll. de sceaux*, n° 6289).

2042 9 juin 1479.

Dns Anthonius Guiramandi, decret. doctor, prior et dns de Rometa, Vapincen. dioc., re^mi^ in Xpisto patris et d. d. Eustacii de Levis, Dei et ap. s. gratia archiepiscopi et principis Arelaten. ac ven. abbatie mon. S. Petri Montismajoris, O. S. B., perpetui administratoris et comendatarii, vicarius in spir. et temp. generalis. — *Quittance de la pension des Antonins.*

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de Montmajour.

2043 20 mai 1480.

Dns Anthonius, mi. di. Dignensis episcopus, vicarius generalis totius archiepiscopatus Arelatensis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, dern. pièce.

2044 8 novembre 1480.

Réunion des trois États de Provence à Aix, à l'avènement du roi Charles III d'Anjou,... Anthonio Guiramandi, episcopo Dignensi, tam nomine suo proprio quam eciam ut vicario generali in spiritualibus et temporalibus ac vice et nomine rev^mi^ in Xpisto patris dni archiepiscopi Arelatensis.

Arch. des B.-du-Rh. B. 19. Reg. *Corona.*

2045 19 décembre 1480.

Hommage rendu par la ville d'Arles au roi Charles III d'Anjou, présent Anthonio Guiramandi, Dignen. episcopo.

Arch. des B.-du-Rh. B. 781, f° 26 v°.

2046 8 juillet 1482.

Petrus Laurentii, presbiter in sancta Arelaten. ecclesia de numero viginti beneficiatus, rev. in Xpisto patris et d. d. A. mi. di. Dignen. episcopi, vicarii generalis re^mi^ in Xpisto patris et d. d. Eustacii, mi. di. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopi et principis. *(Collation d'une chapellenie à St-Lucien d'Arles.)*

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de Montmajour.

2047 23 août 1482.

Congregato ven. capitulo ven. mon. S. Petri Montis majoris... mandato egregii d. Ludovici Cornilhe, jurium licen., officialis Arelaten., locumtenentis rev. in Xpisto patris et d. d. Dignensis episcopi, vicarii gen. re^mi^ in Xpisto patris et d. d. Eustachii, mi. di. s. Arel. eccl. archiepiscopi et principis, ac administr. perpetui ven. monast. S. Petri Montismajoris. — *Procuration.*

Arch. des B.-du-Rh. Fonds de Montmajour.

2048 Rome, 16 octobre 1482.

Aveu rendu au duc de Bretagne François II par Thomas James, évêque de Dol : et en tesmoing de ce baille... ces presentes signées de ma main, scellées de mon seel, avec les seaulx de très reverend et reverend pères en Dieu les arcevesque d'Arle et evesque de Castres, a ma priere et requeste...

Ramé (A.), dans *Bull. du com. des trav. hist. et scient.* (1881), p. 451-4, avec dessin du sceau et du revers indiqués n° 2041.

2049 14 avril 1483.

Ludovicus Cornilhe, jurium licen., officialis Arelat., rev^{di} in Xpisto patris et d. d. Anthonii mi. di. Dignensis episcopi, re^{mi} in Xpisto patris et dni d. Eustachii, mi. di. s. Arel. ecclesie archiepiscopi et principis, in spir. et temp. vicarii generalis, locumtenens. *(Collation du prieuré parochial de N.-D. la Principale.)* Actum Arelate, in palatio archiepiscopali, die 14 mensis aprilis, anno Inc. Dni 1483.

Chapitre d'Arles. Chartrier des paroisses, t. I, n° 129, avec sceau de l'archev. bien conservé.

2050 Rome, 2 août 1484.

Eustachius... *Procuration pour rendre les hommages suivants.* Datum Rome, in domibus nostre habitationis...

Inséré dans l'hommage du 11 déc. 1484 (n° 2052).

2051 11 novembre 1484.

HOMAGIUM REVERENDISSIMI DOMINI ARELATENSIS ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPIS.

ANNO quo supra [1484] et die undecima mensis novembris. Notum sit etc. quod existens in presentia dicti excellentis domini magni Senescalli reverendus pater dominus Petrus de Bastida, decretorum doctor, prior prioratus Chandiacii, ordinis Cluniacensis, Lugdunensis diocesis, ac reverendissimi in Christo patris et domini domini *Eustachii de Levis*, miseratione divina *sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopi et principis*, ac abacie devoti monasterii *Sancti Petri Montis majoris*, Arelatensis diocesis, *perpetui administratoris*, vicarius generalis et procurator, prout de ejus vicaria et procuratoria potestate constat litteris patentibus ejusdem reverendissimi domini Arelatensis archiepiscopi, dixit et fuit confessus, dicto nomine, eumdem christianissimum dominum nostrum Regem etc. Et pro dicto archiepiscopatu et monasterio, necnon pro castris de Castelleto, meroque mixto imperio et omnimoda juridictione quas habet in dicto castro, castroque Montispavonis, castro de Viscleda, villa de Pellissana, item et pro medietate ville et juridictionis Pertusii, item et pro castro de Corredis, et de Vallo, ac de Paracollo, villaque [de] Junqueriis, et pro prioratu Sancti Genesii, locisque de Gabardello et castro Conforcii, una cum supradicto monasterio, aliisque feudis nobilibus et juridictionibus, cum juribus et pertinentiis suis universis. Pro quibus quidem ecclesia, monasterio, villis, castris, et aliis locis supra resheratis, cum juribus suis predictis, dictus dominus procurator et vicarius, nomine predicto, eidem domino magno Senescallo fecit homagium ligium et fidelitatis debite sacramentum, in forma, etiam clausulis necessariis et pariter opportunis, et cum promissionibus in talibus fieri solitis, et confirmatione. De quibus etc. Actum Aquis, in palacio regio, et in camera Regis ; presentibus ibidem domino Johanne Rodulphi, archidiacono Forojulii, Honorato de Castellana, domino de Inter castris, et Carolo Rodulphi, alias Baron, vicario Arelatis, et domino Johanne Clericii, presbitero curato Sancti Sulpicii, Lugdunensis diocesis.

Arch. des B.-du-Rh. Reg. d'hommages, f° 29.

2052 11 décembre 1484.

In no. Dni. Anno Nat. ejusdem Dni 1484, die vero XI. mensis decembris..., existens in presentia... excellentis dni Aymarii de Pictavia, domini de Sancto Valerio,... comitatuum Prov. et Forc... magni senescalli, rev. pater d. Petrus de Bastida, decretorum doctor, prior prioratus Chandiaci, ord. Cluniacen., Lugdunen. dioc., ac r^{mi} in X. patris et d. d. Eustachii de Levis, mis. div. s. Arelaten. eccl. archiepiscopi et principis, ac abbatie mon. S. Petri Montis majoris perpetui administratoris, vicarius generalis et procurator. *Suit le n° 2050. — Hommage.* Acta fuerunt hec in civitate Aquensi, infra ecclesiam conventus seu monasterii Carmelitarum, infra capellam fel. rec. ser^{mi} dni regis Renati.

Arch. des B.-du-Rh. B. 10. Reg. *Delphini*, f° 227.

2053 1487.

Liste d'ordination.

Biblioth. d'Arles, ms. n° 225, p. 103.

2054 9 avril 1487.

Réunion des États de Provence. — Vicarii generales Eustachii archiepiscopi Arelatensis, abbatis Montismajoris,...

Arch. des B.-du-Rh. B. 21. Reg. *Pellicanus*, f° 144 v°.

Eustache de Lévis mourut à Rome, âgé seulement de 42 ans, le 22 avril 1489. Voir son épitaphe dans SAXI, p. 372-3 ; *Gallia*, t. I, c. 587-8 ; TRICHAUD, t. IV, p. 61.

2055 22 avril 1489.

Le pape défend au chapitre d'Arles d'élire un archev.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo ecclesie Arelatensis, salutem et apostolicam bened. Cum nuper Arelatensis ecclesia, per obitum bone memorie Eustachii, illius ultimi archiepiscopi, in Romana curia, sicut Deo placuit, defuncti, pastore suo destituta remanserit, nos cupientes illi de ydoneo secundum cor nostrum providere rectore et archiepiscopo, ad ecclesiam ipsam sic vacantem, venerabilem fratrem Nicolaum Cibo, archiepiscopum Cusentinum, *nostrum secundum carnem nepotem*, apostolica auctoritate transtulimus, illique in archiepiscopum prefecimus et pastorem, absolventes eum a vinculo quo ipsi ecclesie Cusentine astringebatur. Cum autem idem archiepiscopus vir sit gravis et prudens, et optime meritus, et ob ejus precipuas virtutes nobis carissimus et acceptissimus ; cumque plurimum desideremus ut hec translatio de ejus persona ad istam ecclesiam canonice et mature facta, omnino debitum consequatur effectum, devotionem vestram hortamur in Domino, vobis nichilominus, et singulis vestrum, apostolica auctoritate, in virtute sancte obedientie, ac sub excommunicationis late sententie, privationis beneficiorum que obtinetis, et inhabilitatis ad reliqua, penis, expresse precipiendo mandantes... quatinus ad aliquam electionem de persona cujusquam nullo pacto procedatis, et si forsan, cum has acceperitis, processissetis, illam statim revocetis, prout et nos per presentes revocamus, ac pro nulla, irrita et infecta, habemus et declaramus. Decernentes

nichilominus irritum et inane, si secus super hiis, a quoquam, quavis auctoritate, contigerit attemptari... Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice 1489, decimo kalendas maii, pontificatus nostri anno quinto.

Archev. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 203. Orig. parch., sans bulle.

NICOLAS CIBO. 1489-1499.

Génois, il fut nommé archevêque de Cosenza par son oncle Innocent VIII en mai 1486 et fut gouverneur de Pérouse l'année suivante. Voir le n° 2055.

2056 24 avril 1489.

Die XXIIII. dicti (mensis martii [*lire* aprilis] 1489), que fuit veneris, SS. D. N. in consistorio secreto, ut moris est, proprio motu, absolvit rev. patrem dominum N. Cusentinum archiepiscopum a vinculo et prefectione quibus Cusentine ecclesie tenebatur, eumque ad Arelatensem ecclesiam transtulit et promovit, vacantem per obitum... ultimi archiepiscopi, apud sedem apostolicam defuncti.

Arch. Consist. Reg. des consist. de 1489 à 1503, f° 3.

2057 24 avril 1489.

Die XXIIII. aprilis 1489. R^mus in Xpisto pater et d. d. N. archiepiscopus olim Cusentinus, in archiepiscopum Arelaten. electus, ut principalis et privata persona, obtulit cam. apost. et sacro coll. r^morum dd. S. R. E. cardinalium, ratione translationis de prefata Cusentina ad Arelaten. ecclesiam per bullas dni Innocentii VIII, sub data octavo kal. maii, anno quinto, auct. apost. facte, florenos auri de camera *(en blanc)*.

Oblig. Cam. apost. 1489-92, f° 11 v°. Note marg. : par ordre du Pape, remise de tout droit au dit archevêque.

2058 24 avril 1489.

Bulles de Nicolas Cibo, archevêque d'Arles.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo ecclesie Arelaten., ordinis Sancti Augustini, salt. et apl'icam ben. Hodie venerabilem fratrem nostrum *Nicolaum, olim archiepiscopum Cusentin., in archiepiscopum Arelaten. electum*, a vinculo quo ecclesie Cusentin., cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio, et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam vestram, tunc per obitum bone memorie Eustachii archiepiscopi Arelaten., apud sedem apostolicam defuncti, pastoris solatio destitutam, de eorundem fratrum consilio, auctoritate apostolica transtulimus, ipsumque eidem ecclesie vestre preficimus in archiepiscopum et pastorem ; curam et administrationem dicte ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo : prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Nicolao electo, tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter, et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice 1489, octavo kal. maii, pontificatus nostri anno quinto.

Archev. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 204. Orig. parch., avec plomb, cordes de chanvre : INNOCENTIVS PP. VIII. SAXI, *Pontif. Arelat.*, p. 374. UGHELLI, *Ital. sac.*, 2° éd., t. IX, p. 256-7.

2059 24 avril 1489.

Bulles de Nicolas Cibo pour l'abbaye de Montmajour.

Voir la pièce à l'abb. de Montmajour.

2060 Rome, 24 avril 1489.

Nicolas Cibo donne procuration à son vicaire général, d. Marchus Bochardo, *pour prendre possession de l'archevêché d'Arles.*

Insérée dans la prise de possession du 15 oct. suiv.

2061 2 octobre 1489.

Bulle d'Innocent VIII, qui donne pour conservateurs des privilèges des religieux de St-Maximin les archevêques d'Arles et d'Avignon, et l'évêque de Senez.

FAILLON, *Mon. de s^te Marie-Madel.*, t. II, c. 1371-4.

2062 15 octobre 1489.

Prise de possession de Nicolas Cibo par procureur.

IN nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem M°.IIII^c.LXXX. nono et die jovis intitulata decima quinta mensis octobris, mane tertiarum hora vel circa, regnante christianissimo et serenissimo principe et domino nostro dno Carolo Dei gratia Francorum rege, comitatuum Provincie et Forcalquerii ac terrarum eis adjacentium comite, et urbis Arelatensis domino feliciter existente. Noverint univ. et sing. presens publ. instrumentum inspecturi quod in nobilium, egregii et honorabilium virorum dom. Ludovici de Coreys, jurium doctoris, magistri Johannis de Donis, notarii, Elziarii Gondardi et Nicholay Aycardi, consulum dicte urbis Arelatis, ac nobilis et circumspecti viri dni Johannis Bastoni, jurium licentiati, accessoris dicte universitatis Arelatis, nec non nobilium et generosorum virorum Gaucherii Quiquirani, domini de Bellojoco, Ludovici de Victa, domini de Condeto, Ludovici Raynaudi, ac honorabilium dni Petri Guilloti, Stephani Bernardi, magistri Anthonii Villasse, et plurium aliorum nobilium et burgensium, consiliariorum dicte urbis Arelatis, in aula superiori domus communis dicte urbis Arelatis congregatorum, meique notarii, et testium subscriptorum presentia, personaliter constitutus magnificus et potens vir dom. Marchus Bochardo, rever^mi in Christo patris et domini dni Nicholay, miseratione divina sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopi et principis, in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis, prout de sua hujusmodi vicariatus potestate constat instrumento publico sumpto et recepto, prout in eo legitur, per magistrum Johannem Calrado, notarium publicum Rome, sub anno

presenti et die vicesima quarta mensis aprilis, et eisdem dnis consulibus et consiliariis exhibuit et presentavit quasdam apostolicas litteras, sub datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo nono predicto, octavo kalendas maii, quarum tenor hic causa brevitatis inseri obmittitur, per quas sanctissimus dominus noster Innocentius, divina providentia papa octavus, universitatem presentem Arelatis populumque ejusdem monet et hortatur, quathenus eumdem rever. Arelaten. archiepiscopum modernum per eamdem sanctam sedem apostolicam electum, constantibus bullis apostolicis electionis seu provisionis archiepiscopatus dicte s. Arelaten. ecclesie eidem dno Nicholao gratiose concessis, annexatisque licteris patentibus ab eminenti regio Aquis residente consilio emanatis, quarum quidem bullarum apostolicarum et annexe tenores propter earum prolixitatem hic inseri obmittuntur, tamquam pastorem dicte universitatis Arelaten. devote suscipere dignentur; requirens ideo dictus magnificus dom. Marchus Bochardo, nomine quo supra, prefatos dnos consules et consiliarios, nomine dicte universitatis Arelatis, quathenus ipsum rever. dom. Nicholaum in archiepiscopum dicte s. Arelaten. ecclesie, sicut predicitur, electum in vim licterarum apostolicarum predict. recipere vellent. Qui quidem dni consules et consiliarii, statim supradict. licteras... presentatas ad se recipientes, eas per dict. dom. accessorem legi alta et intelligibili voce fecerunt; quibus quidem licteris per eosdem dom. consules, accessorem et consiliarios ad plenum intellectis, informatique ad plenum de eisdem bullis provisionis archiepiscopatus dicte s. Arelaten. ecclesie, et annexa earumdem a dicto emin. regio Aquis residente consilio emanata, responderunt, nominibus quibus supra, tanquam filii obedientie quod ipsi erant parati parere et obedire mandatis apostolicis, et ideo eumdem rever. dom. Nicholaum in persona dicti magn. dni Marchi in archiepiscopum dicte s. Arelaten. ecclesie, in quantum dict. universitatem Arelatis tangit, receperunt. De quibus omnibus premissis dict. magn. dom. Marchus, nomine quo supra, petiit sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum. Acta fuerunt hec omnia predicta Arelate, ubi supra, videl. in aula superiori domus communis dicte universitatis Arelatis, presentibus ibidem honorabilibus magistris Petro Note et Matheo Mathei, notariis de Arelate, testibus ad premissa vocatis, et me Jacobo Rohardi notario, *etc*.

Etendu de Jacques Rohardi, not. d'Arles, 1489-95. BONNEMANT, t. I, p. 77.

2063 11 octobre 1490.

... Symon Stella, clericus dioc. Januensis, procurator... rev^{mi}... d. Nycholay Cibo, mis. div. s. Arelat. eccl. archiepiscopi et principis, ss. dni nostri pape nepotis, *fait appel contre un privilège accordé par Sixte IV à l'université de Salon, annullé par deux sentences du maître du s. palais, et contre un nouveau d'Innocent VIII, d'après lequel la communauté peut appeler* a judice Salonis ad officialem primarum appellationum et ab eodem ad r. d. gubernatorem Avinionis..., contra preeminentiam et jura archiepiscopatus...; present... Geraldo Faucherii, canon. et precentore s. Arelat. eccl....

Etendu D de Pierre Barberi, not. d'Arles, f° 58 v°. BONNEMANT, t. I, p. 47-9.

2064 20 mars 1491/2.

Réunion des trois États des comtés de Provence et Forcalquier, à Aix, in reffectorio fratrum Predicatorum : ... pro rev^{mo} dno Nicholao Arelatensi archiepiscopo, dom. Jacobus Dragacius, juris utriusque doctor, ejusdem archiepiscopatus generalis vicarius,...

2065 Même date ?

Procuration donnée par les trois États à Nicolas Cibo, archevêque d'Arles, et autres pour empêcher l'union de Montmajour à St-Antoine de Viennois, devant le Pape, etc.

Arch. des B.-du-Rh. Montmajour. St-Antoine de Vien., ch. n° 252.

2066 8 septembre 1494.

Lettre du sultan Bajazet II au pape Alexandre VI, lui recommandant l'archevêque d'Arles, Nicolas Cibo, et demandant pour lui le chapeau de cardinal.

Gallia christ. nova, t. I, instr. p. 103.

2067 Rome, 30 novembre 1498.

Après avoir rapporté que « Louis XII disait qu'il aimerait mieux avoir le duché de Milan, pour n'y vivre ensuite qu'un an, plutôt que de vivre toute une vie sans le duché », M. PÉLISSIER (*Louis XII et Ludovic Sforza*, I, p. 24) ajoute en note : « C'est l'archevêque d'Arles Niccolo Buzzardo, qui rapporte cette parole ». SANUTO, II, 195. Rome, 30 novembre 1498. Cf. sur ce personnage : *Correspondance hist. et archéol.* I (1894) Cibo ou Buciardo, p. 51.

L'archevêque Nicolas Cibo mourut à Rome, probablement dans le courant de juillet 1499.

JEAN FERRIER I, *Ferrarius*, Ferrer, 1499-1521.

Né en Catalogne (à Terrarega, prov. de Tarragone, d'après son épitaphe) en 1464, il était camérier de son compatriote le pape Alexandre VI, quand celui-ci lui confia l'administration de l'église de Melfi [1].

2068 3 décembre 1498.

Die lune III. decembris [1498], SS. in Christo pater et dominus noster dom. Alexander divina providentia papa VI, in suo consistorio secreto, ut moris est, motu proprio, admisit resignationem ecclesie Melfiensis, per rev^{mum} dom. cardinalem Borgia, illius administratorem, in manibus S. S. sponte factam, et illi de persona domini Johannis Ferrer, S. S. cubicularii, providit.

Arch. Consist. Reg. des consist. de 1489 à 1503, f° 70. — UGHELLI (t. I, c. 938) et ceux qui l'ont copié donnent la date du 28 nov. pour cette nomination.

1. Rien n'indique qu'il ait été archidiacre de Lerida.

2069 26 juillet 1499.

Die veneris xxvi. julii [1499], idem SS. D. N., in suo consistorio secreto, ut moris est, motu proprio, absolvit rev. patrem dom. Johannem Ferrer, episcopum Mellien-sem, a vinculo et prefectione quibus eidem ecclesie tenebatur, et cum ad Arelatensem ecclesiam, vacantem per obitum dni Nicolai, illius ultimi archiepiscopi, apud Romanam curiam defuncti, transtulit et promovit.

Arch. Consist. Reg. des consist. de 1489 à 1503, f° 76 v°.

2070 26 juillet 1499.

Bulles de Jean Ferrier pour l'archevêché d'Arles.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Arelaten., salut. et apostolicam ben. Hodie dilectum filium *Johannem Arelaten., nuper Melphien. electum*, a vinculo quo ecclesie Melphien., cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Arelaten., tunc per obitum bone memorie Nicolai archiepiscopi Arelaten., apud sedem apostolicam defuncti, vacantem, apostolica auctoritate transtulimus, ipsumque eidem ecclesie Arelaten. prefecimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Arelaten. sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem *Johanni electo* tanquam capiti obsequentes, exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas ; ita quod mutua inter vos et ipsum Johannem electum gratia gratos sortiatur effectus, et nos devotionem vestram possimus propterea, in Domino, merito commendare. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, septimo kal. augusti, pontificatus nostri anno septimo.

Jo. Mutinen. — Gratis de mandato s^mi d. n. pp. — De Peñafiel. Ja. de Bostis. — A. Vives.

Arch. d'Arles. Liber aureus, n° 53, orig. sans plomb.

2071 26 juillet 1499.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Xpisto filio Ludovico Francorum regi illustri, salutem et apostolicam bened. Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur, si per seculares principes prelatis, presertim metropolitanarum ecclesiarum regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Hodie siquidem dilectum filium *Johannem Arelatensem, nuper Melphiensem electum*, a vinculo quo ecclesie Melphiensi, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Arelatensem, tunc per obitum bone memorie Nicolai archiepiscopi Arelatensis, apud sedem apostolicam defuncti, vacantem, apostolica auctoritate transtulimus, ipsumque eidem ecclesie Arelatensi prefecimus in archiepiscopum et pastorem ; curam et administrationem ipsius ecclesie Arelatensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi, ac eos verbis et operibus, pro regis eterni gloria, venerari, serenitatem tuam regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eundem Johannem electum, et prefatam ecclesiam Arelatensem sue cure commissam, habens pro nostra et ejusdem sedis reverentia propensius commendatos, ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod ipse Johannes electus, tue Celsitudinis fulctus presidio, in commisso sibi cure pastoralis officio, possit Deo propitio prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vite premium, et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, septimo kalendas augusti, pontificatus nostri anno septimo.

Jo. Mutinen. *(comme ci-dessus)*. — *(Sur le repli)* Jo. de Turchis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 54. Orig. avec plomb, corde de chanvre.

2072 2 août 1499.

Élection de Jean de Villiers, évêque de Lombez, dit le cardinal de St-Denis, comme archevêque d'Arles.

Anno 1499, indict. secunda, die secunda mens. augusti, cum s^a Arelaten. ecclesia pastoris solatio careret, et vaccaret per obitum bo. me. rev^mi in Christo patris et domini dni Nicholai, miser. div. ejusdem s^e Arelat. ecclesie archiepiscopi et principis atque pastoris, novissime vita functi, Guillelmus Parade, archidiaconus, Johannes de Pomayrolis, sacrista, Johannes Monachi, archipresbiter, in decretis baccalarii, Jacobus Julianeti, precentor, Alziarius Autrici, thesaurarius, Gaufridus Azani, Guillelmus Monerii, Nicholaus Goerici, Ludovicus Sansonis, Jacobus Boche, Johannes Laurentii, Petrus Corenhe, Alziarius Aguinhaudi et Johannes de Turri, canonici dicte ecclesie capitulariter congregati, omnes unanimiter postulaverunt et in archiepiscopum elegerunt rev^mum in Christo patrem et dominum dom. Johannem, miser. div. tituli Sancte Sabine S. R. E. presbiterum cardinalem, Sancti Dionisii vulgariter nuncupatum et episcopum Lumbariensem, tunc in curia Romana degentem....

Étendu B de Pierre Barberi, not. (abrégé). Bonnemant, t. III, n° 175. — Sur Jean de Villiers ou de Groslaye, évêque de Lombez en 1473, abbé de St-Denis en France l'année suiv., cardinal en 1493, voir Félibien, *Hist. de l'abb. de St-Denis*, pp. 363, 369, 377. Il ne put être instruit de son élection faite le 2 août 1499, étant mort à Rome le 6.

2073 19 août 1499.

Élection du cardinal Julien de la Rovere comme archevêque d'Arles.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, indictione secunda cum eodem anno Romane curie more sumpta, die vero decima nona mensis augusti, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri dni Alexandri divina providentia pape sexti anno septimo. Noverint univ. et sing..., quod, cum s^a Arelaten. ecclesia pastoris solatio careret et vaccaret, atque destituta esset, tam per obitum bo. me. rev^mi in Christo patris et domini

dni Nicholai, miser. div. ejusdem ecclesie archiepiscopi et principis ac pastoris, quam etiam rev^mi in Chr. pat. et dom. dni Johannis, mis. div. tituli S. Sabine s^e Romane ecclesie presbiteri cardinalis, Sancti Dionisii vulgariter nuncupati et episcopi Lumbariensis, post obitum dicti dni Nicholai in archiepiscopum et pastorem prefate sancte Arelaten. ecclesie per vener. capitulum dicte s^e Arelaten. ecclesie nominati et postulati, qui novissime, sicut Domino placuit, vita functus est, vener. et circumsp. viri dni Guillelmus Parade, archidiaconus, Johannes de Pomayrolis, sacrista, Johannes Monachi, in decretis baccallarii, [archipresbyter], Jacobus Julianeti, precentor, Alziarius Autrici, thesaurarius, Gaufridus Azani, Ludovicus Sanxonis, Johannes Laurentii, Petrus Corenthe et Alziarius Aguinhaudi, dicte s^e Arelat. ecclesie canonici, qui tunc presentes erant, in domo capitulari dicte ecclesie congregati, ad videndum inter se per quem modum et viam sanctius et honestius ad electionem archiepiscopi et principis dicte s^e ecclesie Arelat. seu etiam pastoris procedere possent, tandem ad diem peremptoriam per dictos dnos canonicos, convocatis omnibus et singulis ipsius ecclesie canonicis, qui electioni sive postulationi faciende de futuro archiepiscopo et pastore potuerunt et debuerunt, ac poterant et debebant commode interesse, debita die ad eligendum sive postulandum prefixa adveniente, dicti dni canonici et persone dicte ecclesie..., ad sonum campane, ad electionem sive postulationem predict. faciendam capitulariter congregati in unum, capitulum facientes et celebrantes; tunc prefatus dom. archidiaconus ipsius ecclesie, tanquam major post archiepiscopum, in absentia tamen dni prepositi ipsius ecclesie, surgens, alloquutus est predictos dnos et capitulum in generali, dicens : « Venerabiles et honorabiles domini, ac fratres in Christo charissimi et devoti, gratia S. Spiritus nobiscum assistat, et concedat nobis posse id debite peragere propter quod in eodem Spiritu fuimus hic congregati. Fratres et domini mei prestantissimi, vos scitis quod pro electione sive postulatione futuri archiepiscopi nostri et pastoris fuimus hic congregati ; vos rogo et in visceribus Jhesu Christi ortor quathinus, dimissa affectione propria, cor elevatum ad Dominum habeatis, et quilibet vestrum in se ipso eligat seu postulet meliorem et probiorem, quem in conscientia sua sciet, in archiepiscopum et pastorem nostrum, et ecclesie nostre ». Modico dato intervallo, prefatus dom. Johannes de Pomayrolis, sacrista ipsius ecclesie, major post dict. dom. archidiaconum, surrexit et dixit : « Venerabilis domine archidiacone, vobis tamquam majori incumbit ac in conscientia vestra solum respectum habente ad Dominum, quod eligatis unum, quem scitis meliorem et utiliorem ad regimen ecclesie nostre, in archiepiscopum et pastorem nostrum ». Tunc prefatus dom. archidiaconus, signaculo Crucis sancte se muniens, ait : « In conscientia nostra, habendo solum respectum ad Deum, pro meliori et utiliori quem sciam ad regimen ecclesie nostre, postulo in archiepiscopum et pastorem nostrum rever. in Christo patrem et dominum dom. Julianum, miseratione divina episcopum Ostiensem, sacrosancte Romane ecclesie predicte cardinalem, Sancti Petri ad Vincula nuncupatum, s^mi domini nostri pape majorem penitentiarium, in Avinionen., Arelat. et Aquen. provinciis, nonnullisque civitatibus, terris et locis aliis dicte sedis apostolice de latere legatum, mitem et quietum, et pacis zelatorem, Deum et Ecclesiam amantem, humilem, pium, dulcem, mansuetum, consiliarium magnum in negotiis, ecclesie deffensorem, caritativumque et bonum justiciarium, in quinquagesimo octavo sue etatis vel circa anno constitutum, ac bone et sancte vite, ac conversationis, ac elemosinarium magnum existentem [1] ». Postea vero surrexit vener. et circumsp. vir prefatus dom. sacrista ejusdem ecclesie, et dixit : « Venerabilis dne archidiacone, bene et utiliter, ac fructuose in conscientia vestra postulastis ; postulationem vestram, quantum in me est, approbo, illam laudo et firmo ; et in conscientia mea prefatum rever. dom. d. Julianum miser. div. Ostien. episcopum, cardinalem postulatum per vos, in archiepiscopum et pastorem nostrum postulo ». Ceterique alii dni canonici et persone dicte ecclesie prenominati, postulationem hujusmodi confirmantes, unanimiter, nemine ex ipsis discrepante, in Spiritu Sancto, prefatum rever. in Chr. pat. et dom. d. Julianum m. d. Ostien. episcopum, dicte s. Rom. eccl. cardinalem et legatum, per supra nominatos dom. archidiaconum et sacristam postulatum, omnibus eis melioribus modo, via, jure, causa et forma quibus melius, tutius, utilius et efficacius sciverunt, potuerunt et de jure debuerunt, in archiepiscopum et pastorem ipsorum et ecclesie predicte Arelat. postulaverunt ; et quilibet ipsorum seriatim et successive eumdem ... postulaverunt, excepto tamen prefato ven. d. Alziario Autrici, thesaurario, qui dicte postulationi et aliis premissis minime consensiit, cum ad sui notitiam, ut dixit, pervenerit de dictis archiepiscopatu et principatu Arelaten. fuisse provisum rev^do patri dom. d. Johanni episcopo Melfe per prefatum sanctiss. dom. nostrum papam ; et ideo volens mandatis, jussionibus et voluntati appostolicis obedire, prefatum dom. d. episcopum Melfe in pastorem et archiepiscopum dicte ecclesie, omnibus..., in s. Spiritu postulat [2]. Qua namque postulatione, sicut premittitur, in s. Spiritu facta et celebrata, prefati dni personatus et canonici postulantes, nimio pre gaudio de hujusmodi postulatione gaudentes et exultantes, alta devotaque voce cantaverunt canticum jocunditatis et letitie : *Te Deum laudamus*, dicte ecclesie campanis jocundissime pulsatis. Et de omnibus eis fieri publ. instrumentum... Acta fuerunt hec ubi supra, videl. in domo capitulari dicte s^e Arelat. ecclesie, presentibus ibidem vener. et honor. viris dnis Anthonio Girardi, in dicta s^a Arelat. ecclesia de numero viginti beneficiato, Petro de Bosco, presbiteris, et Christoforo Grassi, mercatore, civibus et habitatoribus Arelat., testibus ad premissa vocatis specialiter et assumptis, et me Petro Barberii, notario publico.

Etendu D de Pierre Barberi, f° 407. BONNEMANT, t. III, n° 125.

1. « Le cardinal de St-Pierre aux Liens étoit Julien de la Rovere, depuis élu pape, le 1. nov. 1503, sous le nom de Jules II. Tous les historiens nous le représentent d'une humeur et d'un caractère bien différents de ceux que lui donne cet acte, car il étoit d'un génie ardent, inquiet, remuant. »

2. « Elzéar Autric étoit bien informé : Jean Ferrier, évêque de Melfi, avoit été pourvù de l'archevêché d'Arles par le pape Alexandre VI (n° 2069). . Ferrier fut un bon évêque : je remarque qu'il fit assez ordinairement sa résidence dans son diocèse, ce que ses prédécesseurs, depuis Rostaing Capre, n'avoient point fait. »

2074 17 septembre 1499.

Die XVII. septembris 1499, dns Raymundus Ferrer, clericus Pampilonen. dioc., vice et nomine r. patris dni Jo. electi Arelaten., sponte obtulit camere apost. et sacro collegio rum dd. cardinalium, pro communi servitio eccl. Arelaten., ratione prefectionis de persona sua ad dictam ecclesiam, per bullas dni Alexandri pape VI, sub dat. Rome, VII. kal. aug., anno septimo, auct. apost. facte, florenos auri de camera duo milia et octo, cum tertia parte alterius duc., ad quos dicta ecclesia in libris camere taxata reperitur...

Arch. di Stato. Obl. C. A. 1498-1502, fo 48 vo

2075 Décembre 1499.

Louise de Clavel passe de St-Césaire d'Arles à Ste-Claire d'Aix. habita prius dispensatione dni Johannis, mis. div. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopi et principis.

Voir la pièce à l'abb. des Clarisses d'Aix.

2076 Tours, 23 novembre 1500.

Lettre de Jean Ferrier, archevêque d'Arles, à la république de Sienne.

Illustrissimi et excelsi domini, tanquam patres honorandi. Per dominum Petrum, istius excelse reipublice oratorem, vestri illustrissimi dominii litteras recepi, que profecto mihi jucundissime extiterunt, presertim ob fidem quam erga me humanitates vestre habere ostendunt, prout procul dubio possunt, quantumque ipse orator illarum nomine explicuit, mente cordeque meis infixi, quandoque occurrerit oportunumque videbitur, ostendam quanto afficiar desiderio ut illis inserviam, neque ad vestre reipublice commodo et servicio pronum penitusque deditum cognoscant dominationes vestre illustrissime, que feliciter valeant. Turonis, XXIII novembris 1500.

Ex. v. ill. dominationum filius, Jo. Ferrerius, archiepiscopus Arelatensis et princeps.

Sienne. Archivio di Stato. Littere alla Balia, 442 (an. 1500). Publiée par L. G. Pélissier, dans *Revue hist. de Provence* (1892), t. II, p. 53.

2077 1er juillet 1501.

Dni Gentilis Carleni, utriusque juris doctoris, vicarii gen. totius archiepiscopatus Arelaten. pro rmo in Xpisto patre et dno dno Johanne, mi. di. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe... *Élection de Jeanne Aymare de la Garde, abbesse de St-Césaire.*

Voir la pièce à l'abbaye de St Césaire.

2078 12 mars 1507.

Le vicaire-général de Jean Ferrier, archevêque d'Arles, recommande des chrétiens captifs des Sarrasins.

Mathias Ferrerii, miles, sancte Arelaten. ecclesie pro rmo in Xpisto patre et dno *dno Johanne Ferrerii*, miser. div. *Arelaten. archiepiscopo et principe*, vicarius generalis, universis et singulis preposito, decano, cantori, canonicis, prioribus, parrochialium ecclesiarum rectoribus, ac aliis cappellanis, curatis et non curatis, in civitate et diocesi Arelaten., ubilibet constitutis, quibus nostre littere presentate fuerint, salutem in eo qui omnium est vera salus. Gratum Deo pariter et acceptum impendere credimus famulatum, dum Christi fideles ad illa caritatis opera incitamus, per que salus aquiritur animarum. Cum itaque, prout accepimus, Petrus Duboys, et Carolus, ejus filius, mercatores parrochie Sancti Egidii supra viam, diocesis Lucionen., navigantes supra mare, in societate plurimorum et diversorum mercatorum navigantium, existentes in partibus Portugallie, in quadam navi onerata pluribus et diversis mercantiis, cupientes per Dei gratiam ut ad portum salutis, et descendere in partibus Francie, fuerunt, ex tempestate maris et venti, projecti in finibus et limitibus Barbarie, ante quandam insulam, Sagoure nuncupatam ; et ibi fuerunt de tribus galeis Saracenorum, nostre sancte catholice fidei inimicorum, invasi, et ab ipsis Saracenis capti, depredati, lacerati, et cruciati taliter, quod a septuaginta quinque hominibus in prefata navi existentibus, solummodo remanserunt viginti quatuor, prout per litteras apostolicas aprobatorias fuimus debite informati et edocti. Qui quidem Sarraceni ipsos viginti quatuor personaliter duxerunt ad quandam civitatem vocatam Oretz, et ibidem cum compedibus, cathenis ferreis atrocibus mancipati, movendo eos ut Jesum Christum, et fidem catholicam denegarent : quod facere recusarunt. Videntes autem dicti Sarraceni ipsos in fide firmos et stabiles, ac fortes, admiserunt eos ad magnam redemptionem, videlicet ad summam duodecim millium ducatorum. Postea aliquos ex ipsis captivis relaxaverunt, ad predictam redemptionem perquirendam, pro aliorum ca[p]tivorum, sicut premittitur, miserabiliter detentorum redemptione ; quam minime solvere possent, nisi, cum Dei adjutorio, per Christi fidelium auxilium et juvamen. Quapropter, vos et vestrum quemlibet monemus, et exortamur in Domino, quathenus cum ipsi procuratores ad vos et ecclesias vestras, cum nostris presentibus, et apostolicis litteris venerint, ipsos benigne recipiatis, et populo vobis commisso recomandetis, et a subditis vestris recipi et admissi faciatis. Et nichilominus ipsos parrochianos vestros exortemini, et singulis diebus dominicis et festivis, in sermonibus seu predicationibus, totiens quotiens ad divina audienda congregati fuerint, contenta in ipsis litteris apostolicis, et nostris presentibus, ante evangelium, vel post, predictos captivos, aut eorumdem nuntios, indulgentias, et eorum necessitates, populo vobis commisso declaretis, et declarari permittatis, sine aliquali contradictione. Populum predictum vobis commissum inducendo, verbo pariter et exemplo, ut de bonis sibi a Deo collatis, eisdem pauperibus captivis erogent ; ut ipsi a manibus et laqueis infidelium, quibus vincti existunt, evadere possint. Volumus tamen et caritative exortamur, quathenus eisdem pauperibus captivis, et ad requestam eorumdem, eligatis aliquos probos viros qui, eorum nomine, questas per ecclesias et parrochias vestras faciant, compotumque eisdem reddant, et reliqua prestent, fraude et contradictione cessante. Datum in Sancto Amantio, sub sigillo rotundo dicti reverendissimi Arelaten. archiepiscopi, die duodecima mensis martii, anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo septimo. Presentibus post unum annum a data presentium computandum minime valituris.

De mandamento prefati militis et vicarii generalis. — Humbertus Garcini, notarius.

Archev. d'Arles, non classée. Orig. parch., le sceau manque, bandes de parchemin.

2079 Arles, 9 mars 1507/8.

Echange entre l'archevêque Jean Ferrier, et le chapitre et les anniversaires de la s^e église d'Arles, de cursoriis de Loule et Malcroset, cum diversis juribus apud Sanctum Amantium, Cornilhonem, Confodium, *etc.*

Arch. des bénéf. de l'égl. d'Arles. Bonn., *Cart.*, t. II, p. 301-13.

2080 11 juillet 1509.

Le chapitre de Marseille demande la confirmation de l'élection de Claude de Seyssel... rev^mo dno Arelatensi archiepiscopo metropolitano...

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 844, c. 516.

2081 4 mars 1512.

Claude de Seyssel, élu à l'évêché de Marseille, donne procuration pour notifier ses lettres de provision rev^mo in X° patri dno archiepiscopo Arelatensi seu ejus vicario...

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 849, c. 522.

2082 Rome, 23 avril 1514.

Le pape Léon X archiepiscopum Arelatensem schisma Pisanum abjurantem absolvit. « Nos more Salvatoris ». Brev. t. XLI, p. 106.

Hergenroether, *Leonis X regesta*, p. 514, n° 8129.

2083 5 juin 1515.

L'évêque de Marseille arrente Anthonio Barralis, presbit., magistro domus rev^mi dni archiepiscopi Arelaten.,.. castra de Malamorte et de Merendolio.

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 862, c. 528.

2084 1516.

Rôle de décimes pour le diocèse d'Arles.

Arch. des B.-du-Rh. B. 224, f°s 105-112.

2085 Arles, 18 juin 1520.

Lettre de recommandation pour des pélerins.

Johannes Ferrerius, miseratione divina sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus et princeps, universis et singulis Christi fidelibus per civitatem et diocesim nostras Arelaten. constitutis, presentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Deum placare credimus in terris et in celis habere propicium, cum Christi fidelium mentes ad opera charitatis debitis exortationibus invitamus. Cum itaque dilecti nobis in Christo dni Fulconus Lavernhe, Bernardinus Boneti, presbiteri castri nostri Sallonis, nostre dicte Arelat. diocesis, et subditi nostri, zelo devotionis accensi Beatum Jacobum in Compostella et nonnulla alia loca pia peregre personaliter visitare intendant, sed quia proprie facultates eisdem non subpetunt, et propter eorum paupertatem et inopiam desiderium hujusmodi adimplere non sperent, nisi eisdem Christi fidelium elemosinis et caritativis subsidiis desuper succuratur ; quocirca vos omnes... clementer in Domino exortamur et, quantum cum Deo possumus, in remissionem vestrorum peccatorum pietatis intuitu monemus, quathenus quando et dum preffati dni Fulconus Lavernha et Bernardinus Boneti, presbiteri, ad vos et ecclesias vestras cum presentibus accesserint, pias vestras elemosinas petituri, sincera in Domino caritate tractetis, ac de bonis a Deo vobis tollatis [= co-s] manus adjutrices eisdem porrigatis, missasque in vestris ecclesiis celebrare sinatis et permittatis, aliaque caritativa subsidia eisdem elargiri curetis, ut per hec pia et alia bona opera, que Domino inspirante feceritis ad eterna gaudia possitis tandem feliciter pervenire ; vosque presbiteri, rectores, fratres Predicatores, populum vobis commissum inducatis ad benefaciendum eisdem ; et ut ad premissa promptiores reddamini, nos archiepiscopus et princeps prefatus, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum, et Trophimi patroni nostri, ejus auctoritate confizi, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus prefatis dnis Fulconus Lavernha et Bernardinus Boneti presbiteri [*sic*], pro hujusmodi peregrinatione adimplenda manus porrigentibus adjutrices, quotiens id fecerint, quadraginta dies de injunctis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Ceterum universos et singulos duces, principes, archiepiscopos, episcopos, abbates, marquiones, comites, barones, prepositos, archidiaconos, diaconos, sacristas, canonicos, curatos, cantores et alios quoscumque ecclesiarum rectores, fratresque verbum [= verbi] Domini predicatores, ac dominos locorum, officiarios, portorum custodes, piajerios, et alios ad quos spectat et presentes pervenerint requirimus, rogamus et cuilibet vestrum in Domino exortamur ut eosdem dnos Fulcon. Lavernha et Bernard. Boneti, presbit. et subditos nostros, in ecclesiis vestris celebrare permittatis, cum sint boni, catholici et devoti presbiteri, in comitatibusque, villis et portis benigne et gratiose admittatis et recipiatis, nos offerentes in similibus et longe majoribus complacere, et Dominum pro felici et longevo statu majestatum, reverenciarum, illustrationum et dominationum vestrarum perpetuo exorare. In quorum omnium et singulorum fidem premissorum, has nostras patentes litteras per nos et secretarium nostrum infrascriptum fieri fecimus, sigillique nostri jussimus appensione debite communiri. Datum et actum Arelate, in palacio nostro archiepiscopali, die decima octava mensis junii, anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo vicesimo. Thoma Cabagni, secretario.

Étendu de m^es Ant. et Thom. Cabagni, not. d'Arles, 1506-22. Bonnemant, t. I, p. 112.

2086 Marseille, 16 janvier 1520/1.

Testament de Jean Ferrier I, archevêque d'Arles.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo quingentesimo vigesimo, et die decima sexta mensis januarii, regnante christianissimo principe et domino nostro dno Francisco, Dei gratia Francorum rege, comitatuumque Provincie et Forcalquerii comite, ac hujus inclite civitatis Massilie domino feliciter existente. Amen. Ex hujus veri et publici instrumenti tenore, universis et singulis, tam

presentibus quam futuris, fiat notum et equidem manifestum, quod cum nil morte cercius sit nilque incercius ejus hora, ad cujus mortis terminum lege nature festinat quilibet ignoranter, et in manu Dei mors et vita consistant, prolongantis et abreviantis, pro beneplacito, spacium hujus vite, nec mors parcat alicui sexui vel etati, sed omnibus in hoc mundo viventibus sit communis; propter quod melius est sub metu mortis vivere in hoc mundo, et de bonis et rebus suis disponere et ordinare, quam sub spe vivendi diucius ad mortis articulum subito devenire; unde nonnulli frequenter decepti, et a propria facultate testandi privati, repentine infirmitatis eventu causante, sicut permisit Altissimus, mortui sunt intestati. Eapropter, ego *Johannes Ferrerii, sancte metropolitane Arelatensis ecclesie archiepiscopus, et castri Salonis princeps, abasque abacie de Villa magnia*, sanus mente et intellectu, per Dei graciam, licet eger corpore in lecto jaceam, in mea tamen bona et sana existens memoria, firmaque et vera loquella, racionabili et discreta, gracia Jhesu Christi, volens et admodum cupiens, dum michi licet, et racio regit mentem meam, de bonis, rebus et juribus meis, a Deo michi colatis, testando disponere, ac etiam ordinare, quod nulla imposterum inter heredes et successores meos quoscumque oriri possit seu valeat materia questionis, meum igitur ultimum testamentum nuncupativum, meamque ultimam voluntatem et dispositionem finalem omnium bonorum, rerum et jurium meorum quorumcumque, sponte et libere, facio, condo, dispono et ordino, in hunc qui sequitur modum. — In primis et ante omnia, tamquam verus et fidelis orthodoxus, muniendo me signo venerabili sancte Crucis, dicendo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, recommendo animam meam Altissimo omnium creatori, domino nostro Jhesu Christo, et gloriose virgini Marie, ejus pie genitrici, totique curie civium supernorum, quos rogo ut cum contingerit et Deus permiserit dictam animam meam a corpore meo segregari atque separari, illam Altissimus in celesti palacio dignetur et vellit sua misericordia collocari. Et propterea elligo ecclesiasticam cepulturam corpori meo cepeliendo, quando dominus noster Jhesus Christus ab hoc seculo me dignabitur evocare, videlicet in ecclesia cathedrali metropolitana Arelatensi, et in capella Nostre Domine, donec et quousque capella mea in eadem ecclesia fundata fuerit cum tumba ediffîcata et constructa, in qua tumba dicte mee capelle volo exinde cadaver meum reponi. Ad quam quidem ecclesiasticam cepulturam volo et ordino ipsum corpus meum portari, et associari cum venerabili [...] sancte Crucis, et ob ejus honorem, cum intorticiis cere assensis, pauperibus, et aliis ad discretionem, ordinationem et voluntatem nepotis et heredis, ac ellecti mei subscripti, discretioni cujus funeralia et exequias fiendas, et ad ejus arbitrium et voluntatem remitto, et prout ipse voluerit fieri volo et ordino, animam meam illi commendando. — Item, lego ego dictus testator, amore Dei et pro salute et remedio dicte anime mee, et meorum forefactorum remissione, hospitalibus Christi pauperum dicte civitatis Arelatis, videlicet cuilibet hospitali florenos triginta semel tantum solvendos. — Item equidem, lego ego jamdictus testator pauperibus filiabus, amore Dei, scutos auri ducentum, dandos, solvendos et distribuendos per heredem meum subscriptum, semel tantum. — Item pariter, lego amore Dei et pro salute dicte anime mee, abacie mee de Villamagnia, et pro reparacione illius, omnes et quascunque peccunias, seu peccuniarum quantitates michi debitas per firmarios dicte abacie, et in quibus michi tenentur dicti firmarii pretextu dicte firme, seu reste illius. — Item plus, lego ipse premissus testator, amore Dei, et in remissionem peccatorum meorum, hospitali Christi pauperum Sancti Spiritus presentis civitatis Massilie, florenos triginta, semel tantum solvendos per heredem meum subscriptum. — Item, lego sive relinquo ego dictus testator venerabili viro domino Balthezari de Balma, canonico Arelatensi, magistro hospicii mei, pro bonis et acceptabilibus serviciis et beneficiis per eum cordialiter michi impensis, et pro ejus laboribus, florenos centum, semel tantum eidem solvendos per ipsum heredem meum subnominatum. — Item ulterius, lego ego ipse testator Andree Lucas, servitori meo, pro bonis serviciis et beneficiis per eum michi cordialiter impensis, et que impendere non cessat, et pro suis laboribus, florenos centum, semel tantum eidem solvendos per heredem meum subscriptum. — Item pariter, lego ego jamdictus testator Petro de Res, servitori et viguerio meo castri Salonis, pro bonis serviciis per eum michi cordialiter impensis, et que impendere non cessat, et pro suis laboribus, florenos quinquaginta, semel tantum eidem solvendos per heredem meum subscriptum. — Item plus, lego ego dictus testator venerabili et egregio viro domino Anthonio Giliberti, vicario et officiali meo, pro bonis et acceptabilibus serviciis et beneficiis per eum cordialiter michi impensis, et que impendere non cessat, videlicet scuta auri quinquaginta, semel tantum eidem solvenda per heredem meum subnominatum. — Item equidem, lego ego affatus testator venerabili viro domino Francisco Berengeri, servitori meo, pro bonis serviciis per eum cordialiter michi impensis, et que impendere non cessat, ac pro ejus laboribus, videlicet florenos quinquaginta, semel tantum per ipsum heredem meum solvendos. — Item plus, lego ego predictus testator, egregio viro domino Francisco de Carlono, Niciensi medico, pro bonis et acceptabilibus serviciis per eum cordialiter michi impensis, et que impendere non cessat, florenos quinquaginta, semel tantum eidem solvendos per heredem meum subscriptum. — Item plus, lego sive relinquo ego dictus testator Gaspari Bruneti, servitori meo, pro suis laboribus et serviciis per eum michi factis et impensis, et que facere et impendere non cessat, videlicet florenos centum, semel tantum eidem solvendos per heredem meum subscriptum. — In omnibus autem aliis bonis meis, mobilibus et immobilibus, rebus, juribus, actionibus et rationibus, debitorumque nominibus quibuscunque, quecunque, qualiacunque et quantacunque sint, et in quibuscunque locis et mundi partibus existant, quibuscunque nominibus censeantur, seu etiam nuncupentur, presentibus et futuris, facio, instituo, ordino et esse volo heredem meum universalem et insolidum, dilectum nepotem et ellectum meum michi carissimum, dom. Johannem Ferrerii, quem ore meo proprio nomino, nuncupo et appello. — Gadiatores vero et hujus mei ultimi testamenti, firmi et validi, exequtores et fidey

commissarios facio, constituo, ordino et esse volo prefatum dominum Anthonium Giliberti, vicarium et officialem meum Arelatensem, necnon venerabiles et egregios viros dominos Petrum Corinhe et Petrum Vincencii, canonicos dicte civitatis Arelatis, et quemlibet eorum. Quibus gadiatoribus meis, et cuilibet eorum, do, tribuo et concedo plenum et largum posse, plenamque et liberam potestatem, ac speciale et generale mandatum, predicta omnia et singula supra per me disposita et fieri ordinata, debita exequcione percompleri ; et generaliter omnia alia, universa et singula, dicendi, faciendi et exercendi, que quilibet veri et legitimi exequtores testamentarii facere, exequi et dicere possunt et debent, de loci consuetudine vel de jure. Rogans eos, per fidey commissum, ut predicta omnia per me disposita et fieri ordinata faciant celeri exequcione compleri. Quibus dominis Petro Corinhe et Petro Vincencii lego et dari volo florenos viginti, scilicet utrique ipsorum florenos decem semel tantum. — Hoc autem est et esse volo, ego dictus testator, de mea certa scientia, meum ultimum testamentum nuncupativum, meamque ultimam voluntatem nuncupativam, dispositionem et ordinationem finalem omnium et quoruncunque bonorum, rerum et jurium meorum et mearum, quod et quam valere volo et jubeo tenere jure ultimi testamenti nuncupativi, firmi et validi, voluntatisque extreme et dispositionis finalis. Et si forte alique juris solemnitates in hoc meo ultimo testamento nuncupativo obmisse forent, in solidum vel in parte, propter que, aut alia causante occasione, ratione seu causa, presens meum ultimum testamentum non valeret jure ultimi testamenti nuncupativi, voluntatisque extreme et dispositionis finalis, volo saltem quod valeat jure codicilorum, et vi epistole ac donacionis causa mortis, et eo jure quo melius et firmius valere potuerit et tenere. Cassans, irritans penitus et annullans... Rogans vos testes subscriptos... Teque nichilominus Petrum Morlani, notarium publicum... Actum Massilie, in camera juxta aulam domus nobilis dni Johannis Bonifacii, militis Rothdi, presentibus ibidem egregiis, nobilibusque et venerabilibus viris dominis Petro Agarni, jurium doctore, sacrista, vicarioque et officiali Massiliensi, Leonardo Serre, medicine doctore, Petro Bonifacii, canonico Forojuliensi, Francisco de Carlono, Niciense medico, Andrea Tyandi, presbitero Massiliensi, Baltezare de Balma, canonico Arelatensi, Petro de Res, mercatore, habitatore castri Salonis, et magistro Andrea Masserengni, caligario, dicte civitatis Massilie habitatore, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et me prenominato Petro Morlani, notario.

Arch. des B.-du-Rh. Extensoire F. de Pierre Morlani, not. de Marseille, f° cxxvii. Se trouve aussi dans le protocole du même notaire, f° 248, formules abrégées.

Jean Ferrier mourut le lendemain, 17 janv. 1521, à Marseille. Voir son épitaphe dans Saxi, p. 383-4 ; *Gallia*, t. I, c. 589 ; Trichaud, t. IV, p. 87. Il eut pour successeur son neveu et héritier, déjà son coadjuteur (n° 2088).

2087 11 février 1521.

... Capitulum libravit de pecuniis punctuaturarum mag. Guillelmo Pariot, appothecario, videl. 38 flor. pro facibus positis per capitulum in sepultura et cantare revmi quondam dni Johannis Ferrerii senioris, archiepiscopi Arelaten...

Délibérations du chapitre d'Arles. Bonnemant, t. III, n° 127.

JEAN Ferrier II, 1521-1550.

2088 9 août 1518.

Deputavit coadjutorem dno Johanni, archiepiscopo Arelatensi, dom. Joannem Ferrer, clericum Vicensis diocesis, cum futura successione.

Rome. Bibl. Barber. Reg. de Consist. xxxvii.

2089 Marseille, 18 janvier 1520/1.

Procura pro revemo dno Johanne Ferrerii, sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopo.

Anno Incarnationis Domini 1520, et die 18 mensis januarii. Notum sit etc. quod *reverendissimus dominus Johannes Ferrerii, sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, ejus bona fide etc., ratificando prius omnia et singula acta, dicta, gesta et quomodolibet procurata, ejus nomine, ac continuata circa continuationem possessionis ipsius archiepiscopatus et membrorum ejusdem, nomine ejusdem reverendissimi domini, per egregium dom. Anthonium Bruni, jurium licenciatum, civitatis Aquensis, noviter, omni etc., fecit, constituit, creavit et solemniter ordinavit suum verum, certum, legitimum et indubitatum procuratorem, actorem, factorem, specialem et generalem, ita tamen etc., videlicet dictum dom. Anthonium Bruni, absentem etc., solum et in solidum, specialiter et expresse ad ipsam possessionem dicti archiepiscopatus et membrorum ejusdem continuandum et, in quantum opus est, de novo adipiscendum, manutenendum et deffendendum, et in premissis et quolibet premissorum, cum incidentibus etc., dicendum, continuandum, adipiscendum, negociandum, procurandum et peragendum, prout ipse reverendissimus facere posset, si presens personaliter interesset, etiam si talia essent que mandatum exhigerent magis speciale. Promittens etc. Relevans etc. Fidejubens etc. Obligans etc. Remittens etc. Jurans etc. De quibus etc. Actum Massilie, in altera ex cameris domus nobilis et egregii viri dni Petri Bonifacii, canonici Forojuliensis. Testes, nobiles Johannes de Arena, Massil., Ludovicus Marchi, mercator Sallonis.

Protoc. de Pierre Morlani, 1520, f° 252.

2090 Marseille, 18 janvier 1520/1.

Confirmation du vicaire-général et official.

Anno Incarnationis Domini 1520, et die 18 mensis januarii. Notum sit etc. quod reverendissimus dns *Johannes Ferrerii, sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus*, ejus bona fide, gratis etc., fecit, constituit, creavit et solemniter ordinavit, suum generalem vicarium et officialem Arelatensem, vid. ven. et egregium virum dominum Anthonium Giliberti, jurium doctorem, ibidem presentem etc., cum simili et ea demum potestate qua ordinatus et constitutus fuerat per bone memorie quondam rev.

dominum Johannem Ferrerii, archiepiscopum dicte Arelatensis ecclesie, noviter decessum, cujus anima in pace requiescat, et sub eadem et simili forma, vices suas in premissis et quolibet premissorum committendo. Promittens etc. Relevans etc.... Actum Massilie, in altera ex cameris domus nobilis et egregii viri domini Petri Bonifacii, canonici Forojuliensis. Testes, nobiles Johannes de Arena, mercator Massilie, Ludovicus Marchi, mercator Sallonis.

Protoc. de Pierre Morlani, 1520, f° 251 v°.

2091 Marseille, 18 janvier 1520/1.

Anno Incarnationis Domini mill'o V'XX^{mo} et die 18 mensis januarii. Notum sit etc. quod cum nobilis Ludovicus Marchi, mercator castri Sallonis, arrendamenti titulo, cum certis pactis, modis et preciis, habuerit a quondam reve^{mo} d. archiepiscopo Arelatensi noviter decesso, aliqua membra dependencia ex dicto archiepiscopatu... Propterea, fuit et est quod reveren^{mus} dominus Johannes Ferrerii, dicte Arelatensis ecclesie modernus archiepiscopus, per se et suos in eodem archiepiscopatu successores, arrendamenta quecumque per ipsum Marchum a dicto quondam reve^{mo} archiepiscopo habita, cum pactis in eis contentis, eidem Marcho, presenti etc., approbavit, ratifficavit et confirmavit in forma. Promittens etc... Actum Massilie, in altera ex cameris domus nobilis et egregii viri domini Petri Bonifacii, canonici Forojuliensis. Testes, nobiles Johannes de Arena, mercator Massilie, dominus Anthonius Bruniola, beneficiatus Arelatensis.

Protoc. de Pierre Morlani, 1520, f° 252 v°.

2092 20 janvier 1520/1.

... Convocato consilio domus communis Arelatis, ad sonum tube, mandato dni viguerii de Castellara, post vesperas dicte diey, in aula alta domus communis, ad requisitionem dom. consulum... ; consules nobiles : do. Honoratus Bastoni, doctor, Ludovicus de Cavallione ; c. burgenses : Nicolaus Ussoni, m. Anthonius Cabani ; consiliarii nobiles *(7)* ; c. burgenses *(17)*... Et premierement, entendu au present conseil le trespas de feu rev^{me} m^{gr} l'arcevesque d'Arles, qui darrierement est allé de vie a trespas en la cité de Marseille ; pourtant, pour aller devers m^{gr} rev^{me} m^{gr} l'arcevesque d'Arles, son nepveu, et luy plaindre les damps, ha esleu le present conseilh nobles et honor. Loys de Cavalhon, messire Anthoyne Cabani, consuls d'Arles, Tropheme Bernard et Pierre Bernard, dict Monneron. — Et en oultre ha ordonné le present conseil estre mys le jour de l'enterrement dud. feu m^{gr} d'Arles et du chanter, six douzaines de torches au degast ;...

Délibérations du conseil d'Arles, Bonnemant, t. III, n° 127.

2093 27 janvier 1520/1.

... Ouye une relacion faicte au present conseil par m^{rs} les consuls, m^{r} le docteur Baston, m^{r} Anthoyne Cabagni, Pierre d'Aiguieres et Tropheme Bernard, envoyés en Avignon devers m^{gr} rev^{me} m^{gr} le legat, pour avoir de prelats pour fere le sacre de m^{gr} l'arcevesque d'Arles, auquel ont faict le mieulx qu'ils ont seu et ont dict y avoir vacqué chascun troys jours : pourtant ha ordonné le present conseil estre payé a ung chascun d'eux six florins...

2094 Arles, 3 février 1521.

Remise du pallium à Jean Ferrier, archev. d'Arles.

In nomine D. n. J. C., a. Anno a Nat. ej. D. 1521 et quad. die dominica que computatur 3 m. februarii, de mane, circa undecimam horam, post celebrationem magne misse, in s. Arelaten. ecclesia et ante magnum altare ejusdem, coramque populo ibidem ad divina audienda congregato...; noverint...quod apud pres. civitatem Arelatis et ubi supra, coramque rev^{mo}... dno Petro Filhiolhi, Aquen. eccl. archiepiscopo et commissario per ss. dom. n. papam... depputato, in presentiaque rev... dnorum Johanni Agaten. et Battiste Senecen. episcoporum,... existens... rev^{mus} in Chr. pat. et dom. d. Johannes Ferrerii, mis. div. pred. s. Arelat. ecclesie archiepiscopus et princeps, qui eidem... dno Aquen. archiepiscopo.. petiit et humiliter requisivit, instanter, instantius et instantissime, ac cum quanta potuit humilitate et reverentia postulavit pallium de corpore beati Petri sumptum, in quo est plenitudo pontificalis officii, alias in consistorio pro parte ejusdem... petitum et obtentum, sibi tradi... Dictus vero... d. commissarius apostolicus,... habito prius ad eodem r. d. Arelat. archiepiscopo, per eum tactis ss. evangeliis in manibus ipsius r. d. commissarii, corporali juramento de hujusmodi pallio conservando et portari faciendo reverenter, ut decet et moris est, pallium hujusmodi de altari capelle sue reverenter suscipiens, eidem r. d. Arelat. archiepiscopo, coram eo genibus flexis, in humeros suos tradidit cum cirimoniis et solempnitatibus in talibus fieri et servari solitis et consuetis, sub hiis verbis : « Ad honorem omnipotentis Dei, beate Marie semper virginis, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Trophimi hujus sancte Arelat. ecclesie patroni, domini nostri pape et sancte Romane ecclesie, assigno tibi pallium de corpore beati Petri sumptum, in quo est plenitudo pontificalis officii, postquam provisio et profectio de persona ipsius r. d. Arelat. archiepiscopi dicte Arelat. ecclesie per sedem apostolicam facte, constantibus litteris apostolicis desuper confectis, que quidem apost. litt. suum sortierunt in omnibus suis capitibus effectum, paulo ante hujusmodi pallii impositionem et traditionem fuerunt recitate ; de quo quidem pallio idem r. commissarius ordinavit uti per dictum r. d. Arelat. infra dict. ecclesiam certis diebus qui exprimuntur in privilegiis ab apostolica sede concessis, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. » De quibus... Acta fuerunt hec omnia Arelate..., nobil. et magnif. dnis Honorato de Castellana, domino de Valle Chanautis, Francisco de Castilhone, domino de Bedenis, Ardoyno de Pontevez, Ludovico de Tierri, Johanne de Quiquerano, domino de Vaqueriis, Johanne de S. Martino, Aymario de Quiquerano et plur. aliis, tam nobilibus quam egregiis personis pres. civitatis.., ibidem existentibus....

Etendu d'Ant. et Thom. Cabagni, not. d'Arles, 1506-22. Bonnemant, t. I, p. 111.

2095 — 1521 ?

Lettres de noblesse accordées par l'archevêque d'Arles en faveur de Jean Peyron, notaire de St-Chamas : données in bastida [*le nom manque*] territorii S. Amantii.

Étendu de Benoît de Rola, not. de Salon, 1521-38, f° 4 v°. Bonnemant, t. I, p. 103.

2096 — 11 février 1521.

Lettres de noblesse accordées par le même prélat à Pierre de Rez, exerçant la charge de viguier à Salon.

Étendu de Benoît de Rola, not. de Salon, 1523, f° 173 v°. Bonnemant, t. I, p. 103.

2097 — Aix, 21 février 1521.

A. Nativ. — Homagium r. d. Arellaten. archiepiscopi. Personaliter existens in presentia dni Bastardi Sabaudie, magni senescalli Provincie,.... rev. in Xpisto pater et dns Johannes Ferrerii, archiepiscopus civitatis Arelatensis. Aquis, in camera parlamenti regii palatii.

Arch. des B.-du-Rh. B. 30, f° 149.

2098 — 19 février 1523.

Cas archiépiscopaux accordés au curé de Salon.

Vobis rev^mo dno in Christo patri et domino nostro, dno Johanni, Dei et apostolice sedis gratia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principi, placeat hos casus dno curato ecclesie parrochialis Salonis concedere pro anno presenti : — De blasfemia Dei, ac Virginis gloriose, nec non sanctorum, dum tamen non sapiat heresim. — Item, de oppressione puerorum occulta, et non procurata. — It. de fractione votorum in quibus episcopus tantum potest. — It. de adulterio, dum tamen non fuerit proles subsecuta. — It. de defloratione virginum, dum tamen desforans dotet eam, vel accipiat in uxorem. — It. de incestu ultra tercium gradum. — It. de peccato contra naturam, etiam cum brutis ; penitentia debita injungatur. — It. de concubinariis, dum tamen dimittant concubinam, et eam promittant non repetere. — It. de retentione decimarum, dum tamen fiat restitutio ecclesie cui debetur. — It. de restitutionibus incertis, dum tamen fiat restitutio pro..... — It. de sacrilegiis, dum tamen fiat satisfactio. — It. de levi injuria parentum, citra tamen manuum injectionem contra patrem et matrem. — It. de populatoribus agrorum, facta satisfactione. — It. de falso testimonio extra judicium, et leso satisfacto. — It. de usuris, dum tamen fiat satisfactio illis a quibus fuerunt extorte. — It. de diffamantibus, facta restitutione bone fame difamato. — It. de fractione penitentie, dummodo reintegretur, vel alia imponatur de novo ut compleatur. — It. de illis, qui non fuerunt semel confesi in anno, dum tamen faciant more fidelis christiani. — It. de incidiatoribus in itinere, morte non secuta. — It. de non exequentibus leguata pia et ultimas voluntates, et moneantur ut illa exequantur. — It. de injectione manuum in clericum levi. — It. de omni lapsu carnis. — It. de violatione diei dominice et aliarum festivitatum. — It. de hiis qui comedunt carnes, dummodo necessitas fuerit. — It. de occupantibus libertates ecclesiasticas. — It. de homicidio non voluntario.

Anno Nativitatis Domini millesimo quingentesimo XXIII et die decima nona mensis februarii.

Étendu de Benoît de Rola, not. de Salon, 1521-38, f° 225 v°. Bonnemant, t. I, p. 166.

2099 — Salon, 3 mai 1523.

L'archevêque d'Arles, Jean Ferrier, fait la consécration épiscopale de Claude d'Haussonville, requisitis et vocatis rev. in Xpisto patribus et dominis d. Francisco Dignensi et [Thoma] Regensi episcopis...., in ecclesia parochiali S. Laurentii ville nostre Sallonis.

Voir la pièce à l'évêché de Sisteron, t. I (Aix), instr. c. 520-1, d'après Bonnemant, t. I, p. 103 ; à la l. 9 lire « quarto idus ».

2100 — Salon, 30 août 1523.

Nobilitatio Anthonii Rosseti et ejus fratrum Francisci, Ludovici et Stephani, castri Sallonis, *par le même archevêque.*

Étendu de Benoît de Rola, not. de Salon, 1523, f° 251. Bonnemant, t. I, p. 103.

2101 — Salon, 22 février 1527.

Nobilitatio pro Ludovico Viguerii de Sallone.

Johannes, Dei et apostolice sedis gratia sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus et princeps, et castri Sallonis in solidum dominus, dilecto nobis in Christo Ludovico Viguerii, castri nostri predicti Sallonis, salutem in Domino. Probitatum merita, virtutumque insignia, quibus persona tua decoratur et ornatur, merito nos inducunt ut eis juxta opera, proprio Creatoris exemplo, tribuamus. Notum igitur facimus universis dnis officiariis et justicie ministris, present. et fut., quod nos actendentes vitam laudabilem, morum honestatem et alia virtutum merita, quibus fide digno apud nos comendamini testimonio, grataque obsequia et devocionum sinceritatem, que nobis ac ecclesie nostre Arelaten. impendere non desistis, te posteritatemque tuam utriusque sexus ex legitimo matrimonio procreatam et procreandam, de nostri principatus potestatis plenitudine et speciali gratia, motuque proprio atque spontanea voluntate, nulla super hoc alterius facta requisitione, tenore presentium nobilitavimus et nobilitamus, teque et tuos posteros nobiles facimus, erigimus, creamus, constituimus et ordinamus, aliorumque nobilium numero et consortio favorabiliter aggregamus, ita quod tu, in futurumque tui posteri in omnibus locis, actibus, et rebus, in judicio et extra, honoribus, privilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, prerogativis, statutis, incolis et civibus diocesis nostre Arelaten., pro et tanquam nobilis nunc et in perpetuum dicaris, omnibusque juribus, privilegiis, franchesiis, honoribus, libertatibus univ. et sing. quibus ceteri nobiles diocesis nostre Arelaten. et castri Sallonis gaudent et utuntur, uti, frui et gaudere in futurum possis et valeas, paciffice et quiete, cum perceptione jurium, laudimiorum et trezenorum, prout ceteri nobiles percipere consueverunt in presenti loco nostro Sallonis et illius tenemento ; quapropter dilectis fidelibus et officiariis nostris present. et fut., et quibuscumque expedierit, et eorum locatenentibus prout ad eos pertinuerit, mandamus quathinus te

dict. Ludovicum Viguerii, et totam tuam posteritatem et prolem utriusque sexus in legitimo matrimonio procreatam, ab inde et postea procreandam, nostris presentibus nobilitationis uti et gaudere faciant et permittant pacifice et quiete, nec contra presentium tenorem ullathenus inquietent aut molestent, nunc vel quovismodo in futurum, ordinationibus, statutis, edictis, inhibitionibus, revocationibus, mandatis et deffensis in contrarium factis aut faciendis non obstantibus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes licteras per notarium et secretarium nostrum subsignatas fieri et signari fecimus, sigillique nostri rotundi jussimus appensione communiri. Datum Sallone, in fortalicio nostro archiepiscopali, sub sigillo camere nostre, die vicesima secunda mensis februarii, anno Nativitatis Domini millesimo quingentesimo vicesimo septimo.

Etendu de Benoît de Rota, not. de Salon, 1523, f° 678. BONNEMANT, t. I, p. 102.

2102 Salon, 14 mai 1528.

Johannes, Arelaten. archiepiscopus, majorque dominus et princeps Montis Draconis, constituit Claudium Fermyni, incolam castri Montis Draconis, prepositum monetariorum et operariorum monetarum sicle nomine predicti castri Montis Draconis, cum potestate puniendi et corrigendi eosdem, nisi in casibus false monete, homicidii sive incendii atque raptus, et criminis lese majestatis, quos retinet ad se et officiarios suos. Dat. in fortalicio archiepiscopali Salonis...

Etendu de Benoît de Rota, not. de Salon, 1523, f° 704 v°. BONNEMANT, t. I, p. 105.

2103 Salon, 19 novembre 1529.

Circulaire de l'arch. demandant des prières pour le roi.

JOHANNES, *etc*.... abbatibus, prepositis, decanis, sacristis, prioribus, vicariis perpetuis, curatis, rectoribus ecclesiarum paroch., prioribusque claustral. et guardianis infra civitatem et diocesim nostras Arelat..., in Dno sal. et bonis operibus semper habundare. Litteras clausas missivasque christmi principis et dni nostri d. Francorum regis nobis directas... die... 16° reverenter recepisse noveritis, in quarum exequtionem... precipimus et mandamus, quathenus tribus diebus dominicis... sequent. de mane, una cum perochianis vestris, processiones cum devotione et reverentia quibus decet per quadrivia et loca solita... celebretis et faciatis, et in fine earumdem.. infra ecclesias.. cum devotione decantetis et celebretis antiphonam, versiculos et orationes in parcella present. alligata seriatim descriptas, populumque ...in Domino moneatis..., quathenus ipsi cum tota familia sua in dict. processionibus devote intersint, deprecantes ipsum D. n. Jesum Christum ejusque piam Matrem totamque celestem curiam, ut ipsi dno regi ac omni sue posteritati sanitatem, vitam prosperam pacemque perpetuam misericorditer tribuere dignetur, ac fidei catholice incrementum ; et insuper... etiam in missis majoribus et parochialibus speciales commemorationes faciatis pro rege, conservationeque sui regni, pace et contra fidei catholice inimicos, prout in ipsa parcella continetur ;... a quibus.. ne cessetis donec aliud per nos habueritis in mandatis ; populumque.. ad pro premissis Altissimum deprecandum verbo pariter et exemplo inducatis ; et ut vos et omnes utriusque sexus parochiani vestri in premissis... ferventiores sitis, nos de omnipotentis Dei misericordia beatorumque *etc.* omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dict. processionibus interfuerint ac devotas preces pro premissis effuderint ac tociens quociens id fecerint 40 dies *etc*....

Etendu de Ben. de Rota, not. de Salon, 1523, f° 906 v°. BONN., t. I, p. 105.

2104 Salon, 7 février 1532.

Monitoire de l'archevêque contre les prédicateurs Luthériens.

JOHANNES, Dei et apostolice sedis gratia s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus et princeps,... eccles. paroch. prioribus, rectoribus, vicariis quoque perpetuis infra civit. et dioc. nostras Arelat. ubilibet constitutis... Cum detestabilis ac abominabilis Luterana pravitas, ut accepimus, procurante spiritu maligno malorum operum satore, per nonnullos se precones verbi Dei licet falso asserentes, et auctoritatem predicandi suo ausu temerario sibi vendicantes, per diversas mundi partes inter Christi fideles certo colore predicatur et seminatur, et dicta pravitate plures utriusque sexus Christi fideles, non sine suarum animarum et fidei catholice grandi periculo, inficiuntur ; ob quod cupientes super premissis, ut tenemur..., providere, vobis... in virtute s. obedientie et sub excommunicationis pena... et XXV libr. coronat. fisco nostro applicandarum..., precipimus et mandamus ne a cetero in vestris... ecclesiis seu parochiis aliquos, cujuscumque qualitatis, gradus, religionis seu ordinis existant, predicatores admittatis et recipiatis..., nisi prius a nobis seu vicario nostro generali litteras... habuerint...

Etendu de B. de Rota, not. de Salon, 1523, f° 4 v°. BONN., t. I, p. 107.

2105 Saint Chamas, 28 juillet 1532.

JOHANNES, Dei et apost. sedis gratia s. Arelaten. ecclesie archiepiscopus et princeps Montis Draconis, dil. nobis in Chr. magistro Andree Gaufridi, civitatis Avinion., sal. in Dom. Sincere devotionis affectus, quos ad nos et ecclesiam nostram Arelat. gerere comprobaris, merito nos inducunt ut ea tibi concedamus que tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Ea igitur consideratione, te nostrum monetarum, que in villa nostra predicta Montis Draconis cuduntur et fabricantur, monetarium, cum omn. et sing. emolumentis, privilegiis, libertatibus, exemptionibus, franchisiis et immunitatibus, aliisque juribus et pertinentiis suis consuetis, tenore presencium facimus... et ordinamus, teque alior. monetariorum nostr. consortio favorabiliter aggregamus ; dantes libr... ; mandantes dil. nostro Claudio Fermyni, moderno... preposito generali monetarum predict... Dat. in fortalicio nostro archiepiscopali S. Amantii, sub sigillo camere nostre...

Etendu de B. de Rota, not. de Salon, 1523, f° 22. BONN., t. I, p. 104.

2106 4 mai 1533.



Sceau de Jean Ferrier, archevêque d'Arles.

Arch. des B.-du-Rh. Paquet de divers évêchés. Sceau entre papiers, pendant à des bandes de parchemin.

2107 Salon, 20 mai 1533.

Lettre de l'archev. pour la saisie des livres hérétiques.

Johannes (*n° 2105*)... dil. nobis in Chr. vicario et officiali nostro Arelat. ... Noveritis nos geminatas christ^{mi} dni nostri Regis recepisse litteras, quibus in effectu precipitur et mandatur solertem adhiberi vigilliam in extirpanda Luteranorum dannata heresi et eos, qui tali nephanda labe infecti inveniri poterunt, ss. canonum acrimonia viriliter prosequi ; quod pro posse facere satagentes, vobis.. precipimus et mandamus, quathinus statim.., per totum districtum vestri officialatus, per singulos ecclesiarum rectores articulos, hiis present. alligatos manu secretarii nostri subsignatos, tribus diebus dominicis successive in ecclesiis, dum missarum solemnia celebrabuntur, publicari faciatis ; et nichilominus libros damnatos, de quibus etiam in dict. articulis, Arelate die per nos assignanda comburendos reservetis ; et si qui super contentis revellare voluerint, quilibet ex pred. rectoribus.. tales revellationes describat et illas vobis transmittat, vosque.. nos statim certioretis, ut nobis jussa fideliter adhimplere valeamus.

Etendu de Ben. de Rota, not. de Salon, 1523, f° 186. Bonn., t. I, p. 102.

2108 Salon, 22 décembre 1533.

Le même archevêque rappelle à son vicaire et official la lettre précéd. pour l'extirpation maledicte et damnate secte Luterane, que dietim pullulat ; *il lui annonce avoir reçu de nouvelles lettres du roi, avec deux bulles du pape, dont il lui recommande la publication et l'exécution,* ne tale facinium et diabolicum crimen in gregem nostrum eveniat.

Etendu de Ben. de Rota, not. de Salon, 1523, f° 226. Bonn., t. I, p. 104.

2109 Avignon, 16 novembre 1534.

Lettre de Jean, Dei et apost. sedis gratia archiepisc. Arelaten., rev. in X° patr. et dni d. Francisci de Claromonte, mi. di. episcopi Tuscullani, S. R. E. cardinalis, in civitate Avion... de latere legati, locumtenente generali, *nommant l'évêque de Riez, Antoine de Tende, à la prévôté de Marseille.*

Voir la pièce à l'évêché de Marseille, n° 1591, c. 875.

2110 Avignon, 21 octobre 1536.

Johannes, Dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Arelaten., re^{mi} in X° p. et d. n. d. Francisci de Claromonte, mis. di. episcopi Tusculani, S. R. E. cardinalis, sacrique collegii re^{um} cardin. decani, in civitate Avinion. et comitatu Venayssini..... de latere legati, locumtenens generalis.

Arch. des B.-du-Rh. Parlement. Bulles. Reg. n° 1. Diverses autres lettres.

2111 Avignon, 2 novembre 1539.

A mons^{r} le procureur Silvi, nostre bon amy, a Aix.

Monsr le procureur. Mon secretere, present porteur, m'a dict qu'il y avoyt certaine cause enroollée entre ceulx de la tour dictz du Brau d'Arles et les seigneurs de Beaufeu, a laquelle je suys appellé pour certain depost que disait avoir esté faict ez mains de feu monseigneur mon honcle et predecesseur. Et pour ce que je ne suys poinct esté son heretier, car sa despoille fust donnée par le pape a ung courtisan de Romme, je ne pretens aulcunement estre tenu a rendre ledict depost. A ceste cause vous ay bien voulu advertir du tout par la presente, a ce que quant le playdoyé viendra, soyés informé bien au long dudict affere, en le vous recommandant, que sera le tout. Après avoir prié Nostre Seigneur vou avoir en sa saincte garde, me recommandant a vostre bonne grace. D'Avignon, ce ij^{me} de novembre [1539].

Vostre bon amy, Jeh[an] arcevesque d'Arles.

Bonnemant, t. III, n° 128, original sur papier.

2112 Août 1545.

Lettres de naturalisation accordées à l'archevêque Jean Ferrier, natif de Targues *en Catalogne, mais domicilié en France depuis 40 ans.*

Françoys, par la grace de Dieu roy de France, conte de Provence, Forcalquier, et terres adjacentes, a tous presens et advenir, salut. Receu avons l'humble supplication de messire *Jehan de Ferrier, archevesque d'Arles, natifz de Targues en Cathalongne,* contenant que depuis son jeune aage et despuis quarante ans en ça, il se seroit retiré en nostredit royaulme, et mesmement en la ville d'Arles, terre adjacente de nostredit pays de Provence, esperant y finyr et parachever ses jours, ou ailheurs en nostredit royaume, mais doubte, combien qu'il soit deuemant naturalizé et dispencé a tenir tous benefices, toutesfoys d'aultant que ledit pais de Catalongne n'est tenu ne possedé par nous, on luy voulsist obicer comme estranger n'estre capable a disposer et ordonner de ses biens temporelz acquis et acquerir, et que après son trespas noz officiers ou aultres voulsissent prethendre sesdicts biens meubles et immeubles et aultres droictz temporelz nous estre escheuz et debvoir competer et apartenir par droict d'aubeyne, et en frustrer ses heretiers, ou aultres ausquelz il en pourroit avoir disposé, s'il n'avoit sur ce noz lettres de grace, congé et habilitation, a ce convenables ; nous humblement requerans icelles. Sçavoyr faisons que nous, inclinans liberallement a la supplication et requeste dudict suppliant, a icelluy, pour ses causes et autres a ce nous mouvans, avons donné et octroyé, donnons et octroyons de grace special, par ces presentes, congé, license et permission, qu'il puisse et luy loyse, tenir et posseder en nostredit royaume, pais, terres et seigneuries, tous et chascuns les biens meubles

et immeubles, et aultres droictz qu'il a legitimement acquiz et pourra cy après acquerir, et d'iceulx joyr, user, tester, ordonner et disposer, par testament et ordonnance de derniere voulonté, donation faicte entre vifz, et autrement, ainsi que bon luy semblera, et que ses hoirs, successeurs et ayans cause, puissent après son trespas prendre et apprehender tous cesdicts biens, et en fere et disposer comme de leur propre chose, sans que noz officiers ou autres les puissent comprendre a nous competer et apartenir par droict d'aubeyne, soubz colleur de ce qu'il est estrangier, et que ledict pais de Catalongne n'est tenu ne possedé par nous. Dont, en tant que besoing ha, l'avons habilité et dispencé, de nostre certaine science, plaine puissance et auctorité royal et contal, par ces dictes presentes, en nouz payant finance moderée pour une foys seulement. Si donnons en mandement par ces dictes presentes a noz amez et feaulx les maistres rationnaulx de nostre chambre des comptes et archifz d'Aix, aux generaulx ayans la charge de noz finances... Donné a Senarpont, ou moys aoust, l'an de grace mil cinq cens quarante cinq et de nostre regne le trente ung^{me}.

Par le Roy, conte de Provence, l'abbé de Sainct Pierre, maistre des requestes ordinaires de l'hostel, present. — Bayard. — Visa contentor. Coefier.

Arch. des B.-du-Rh. B. 40. Reg. *Corvus*, f° 25. — Suit la naturalisation de ses deux neveux.

2113 Saint-Chamas, 29 mai vers 1546.

Lettre de Jean Ferrier, archevêque d'Arles, à Messieurs le prevost et chanoynes de mon eglise, en Arles.

Messieurs. Ce porteur le chanoine de Case fillete [1], lequel je envoicis ces jours passés a treuver l'organiste à Marcelle, pour le mener à Arles pour achever de habiller l'orgue de nostre eglise, me dict que en brief le dict organiste doit venir en Arles ; ce qu'il vous referera, ensemble quelque propos, lequel le dict chanoyne a ouy tenir à Aix à Monsieur le premier president, accompagné de quelques conseillers. Pourquoy je vous prie que vous veulhiez mettre tel et sy bon ordre à l'office divin, et aux aultres choses necessaires et utilles à l'estat de vostre chapitre, que personne ne s'en ait meller que vous mesmes, et moy avecques vous, sy besoing est ; au demeurant j'ay deliberé dans peu de jours renvoyer querir ledict chanoyne, pour me servir jusques ad ce que soye proveu d'ung prebstre de la qualité qu'il me fault. Je suis asseuré que vous ne ferez difficulté à le tenir comme à present, estant en ma compagnie et service, juxte la disposition du droict commun, et aussi de l'estatut de mon eglise ; et sy panciez faire le contraire, il faudroit que je m'aydasse de mon droict, ce qu'il me despleroit ; que sera la fin de ma lettre, en priant à Nostre Seigneur qu'il vous ayt en sa saincte garde. De Sainct Chamas, ce XXIX jour de may.

Vostre bon frere et amy, J. ar. d'Arles.

Arch. du chap. d'Arles, orig. Bonnemant, t. I, p. 404.

1. Anno 1529, die 24 septembris, fuit receptus per capitulum in canonicum dominus Sebastyanus de Casa filheta, de Mascilia ..... Délibérations du chap. d'Arles, auxd. an et jour.

Notificamus his litteris censum quod monachi Lirinensis cenobii sancte Arelatensi ecclesie reddere debent, pro ecclesia Sancte Marie Dadau. Debent enim monachi, qui ibi habitant, vel habitaturi sunt, uno quoque anno, prima ebdomada Quadragesime vel secunda, reddere quinque cannatas legalis olei olive canonicis ibidem Deo servientibus : tali tenore, ut mensura quinque cannarum numpquam augeatur, numpquam minuatur. Hujus descriptionis cartam fecit facere dominus Trumundus, prior Lirinensis, in presentia canonicorum Arelatensium, scilicet Petri qui est caput scole, et decani, et aliorum, XIIII. kalend. junii.

Authentique du chap. d'Arles, f° 88. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 132.

2511 5 avril ? 1040.

Atanulfus decanus firmavit *une donation dans l'Argence, au comté d'Arles, par Aldebert et Pons, frères, au monastère de St-Victor.*

Cartul. de St-Victor de Marseille, t. I, p. 216-7.

2512 1054 ?

Donation des églises de Vernègues au chapitre d'Arles.

Ego, in Dei nomine, Gantelmus, et Rannulfus et Vilelmus, atque Teubaldus relinquimus Deo et sancto Stephano, atque beato Trophimo, necnon cannonicis ibidem Deo servientibus, ecclesias in castro Alvernico et in castri territorio sitas, scilicet ecclesiam Beate Marie,

et Sancti Sinnii martyris, et Beati Johannis, et Sancti Cesarii, et Sancti Symphoriani, cum omnibus eisdem pertinentibus ecclesiis, videl. in sponsaliciis earumdem ecclesiarum, in oblationibus, in primiciis, in cimiteriis, in terris cultis et incultis. Relinquimus etiam Deo, et sancto Stephano, et beato Trophimo, et cahnnonicis ibidem Deo servientibus quicquid habere de decimis visi sumus hodie. Hec omnia supra dicta relinquimus libere et absolute, pro remedio peccaminum parentum nostrorum ; et pro salute animarum nostrarum, filiorum atque filiarum ; et pro his habuimus a cannonicis sexagenta quinque solidos Melgorienses, et nichil horum remansit indebitum. Si quis autem hanc reditionem frangere voluerit, maledictionibus que in veteri Testamento et in novo Testamento scripte sunt, subjaceat. Ego Gantelmus et fratres mei firmamus. Raiambaldus et frater sui fr. Vilelmus Amalricus et frater ejus fr. Petrus de Lambisco fr. Saramannus et fratres ejus fr. Decanus fr. Alfantus fr.

Livre Authentique du chap. d'Arles, f° 90 v°. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 134.

2513 — 1070?

De his que reliquit Volveradus ecclesie de Berra.

Quia Deus omnipotens altario servientes in his que altaris sunt eredes suos constituerit, tam ex novo quam ex veteri Testamento, pene cunctis luce clarius constat, sed adversarii sancte Dei ecclesie iniqui et exleges eos temere et execrabiliter exeredare temptaverunt. Unde non immerito gladio excommunicationis, ut ex sacris canonibus et ex decretis sanctorum patrum habemus, percussi subcubuerit. Quod ut evadere possimus, penitencia conducti, ego Volveradus, et uxor mea et filii mei, et homines per nos habentes ea, relinquimus Deo et sancto Stephano, et sancto Trophimo, atque canonicis, tam futuris quam presentibus, ecclesiam de Berra, immo ecclesias ejusdem territorii, cum omnibus eisdem pertinentibus, videlicet cum oblacionibus, cum primiciis, cum decimis quoque, et cimiteriis, et cum omnibus si qua sunt alia, pro remedio animarum nostrarum, et parentum nostrorum, quatinus omnipotens Deus nobis et illis illicita que commisimus indulgere dignetur. Donamus etiam sanctis pretitulatis, et canonicis, terrulam quamdam que est ante ecclesiam Sancti Genesii, et protenditur a puteo usque ad viam publicam, in viridario, aut in aliis que facere voluerint et valuerint. Preterea, reddimus Deo, et sancto Stephano, atque beato Trophimo, et canonicis, decimum de castello Josue, et de ejusdem territorio ; ut quemadmodum huc usque nos et homines per nos habuimus, habeant et perpetuo possideant. Hec omnia suprascripta reddimus eis atque concedimus, ita ut inconvulse et irrevocabiliter in proprios usus de cetero, perpetuo jure, habeant. Si quis autem contra hec ire temptaverit, maledictionibus, quales blasphemus meretur, subjaceat, et habeat partem cum Datan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, et cum Juda traditore qui Dominum tradidit. Volveradus et uxor sua, et filii ejus, qui hanc cartam fieri jusserunt, manibus propriis firmaverunt. Bertrandus sacrista fir. Guilelmus Porcelleti fir. Raimundus fir. Guadaldus fir. Guilelmus, frater ejus, fir. Guilelmus Ismido et Rostagnus frater ejus fir.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 120 v°.

2514 — 1070?

Restitution à St-Trophime par le comte Bertrand.

Ab antiquis veterum patrum traditionibus habemus quod si quis rem quamlibet reddere vel vendere, aut commutare voluerit, per pagine testamentum, ne posteris frivolum aut infirmum remaneat, memorie commendetur. Unde ego Bertrannus, comes, et mater mea Stephania, simulque conjux mea Matildis, pro remissione peccatorum nostrorum, reddimus libere et absolute ecclesiam Sancte Dei genitricis virginis Marie de Rads, cum omnibus suis appendiciis, sancto Stephano et sancto Trophimo, necnon et canonicis sedis eorumdem, Deo servientibus ; ut posthac ab integro possideant, et in nullo eorum que facere voluerint resistamus. Propterea, accipimus de rebus canonicorum ccc. videlicet solidos, quatenus si quilibet rem a nobis redditam impedire vel inquietare temptaverit, nos canonicis supra jam nominatis adjutores existamus. Sane, si quis, nos aut ulla opposita persona, frangere aut inrumpere voluerit, non valeat vendicare quod temptaverit, sed omnibus que in novo vel veteri Testamento scripte sunt maledictionibus subjaceat. Sit socius in pena Jude perdito, qui Dei filium Judeis ad perdendum tradidit ; et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, in eterno periturus incendio deputetur, et neque in hoc seculo neque in futuro remissionem suorum peccatorum apud Dominum impetret. S. Bertrannus comes, qui hanc cartam scribere jussit, manu propria firmavit, et testes firmare rogavit, S. Stephania, mater ejus, fir. S. Matildis, conjux ejus, fir. Vilelmus Porcellitus et Bertrannus, sacrista, frater ejus, fir. Leodegarius fir. Eldebertus Asterius fir. Ugolenus fir.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 16. *Gall. christ. nova*, t. I, instr. p. 96, [illegible].

RAIMBAUD II. 1078-1099.

2515 — 12 septembre 1078.

Don des eglises de Gignac et de Marignane au chapitre par Theubert, presentibus... et preposito Raiambaldo.

Voir aux archevêques, n° 429, c. 175.

2516 — 1078?

Don de l'église des Stes-Maries par le chapitre au monastère de Montmajour... Raimbaldus prepositus.

Voir ci-dessus, n° 430, c. 175.

2517 — 1078/1082.

Pontius, decanus Arelatensis, et fratres ipsius, scil. Bertrannus, Petrus et Guillelmus, *donnent à Lérins* suorum omnium decimum.

Moris (H.) et Blanc (E.), *Cartul. de l'abb. de Lérins*, t. I, p. 274.

2518 — 1082.

Restitution des dîmes de Berre au chapitre par Bermond de Velaux, in presencia... et Raimbaldi, ejusdem sedis prepositi,...

Voir ci-dessus, n° 441, c. 180.

2519 1082.

Autre restitution de la moitié de l'église de Berre, in presencia... et Raiambaldi prepositi,...

Voir ci-dessus, nº 442, c. 181.

2520 ?.

SACRAMENTALE DE ALBARONE RAIMBALDO.

Aus tu, Raimbal, filius Astreburc, ego Stephania et ego Bertrandus filius Stephaniae, non vos tolrai lo castel d'Albaron, lo bastiment que factus est et in antea factus erit per nomen de castel, ego nec homo nec femina per meum consilium nec per meum consentiment in nullo ingenio, ad istam tua gardam id est marcii, aprilis, maii, junii, julii, augusti, si talem forfactum non facias de tolre ciutat aut castel que istir non pogues, aut emendar de son aver non volgues.

Archev. d'Arles, Livre noir, fº 10 vº. BONNEMANT, t. III, nº 31.

2521 11 juillet 1099.

Gibelin, archevêque d'Arles, confirme à St-Victor et à l'abbé Richard les églises qu'ils ont dans le diocèse d'Arles... Raambaldus prepositus fir[mavit].

Voir ci-dessus, nº 458, c. 185.

2522 1139.

DE ECCLESIA SANCTI GENESII JUXTA RODANUM.

Notum sit omnibus hominibus, quod ecclesia Sancti Genesii, que est juxta Rodanum, quam habent monachi Crudatenses a canonicis Sancti Trophimi, redit pro censu canonicis Sancti Trophimi in uno anno xxx[ta] scutellas et decem gradaletos, et in alio anno decem justicias et decem ciphos. Facta est hec conventio inter canonicos et monachos Mº.Cº.XXXº.VIIIIº ; et in eodem anno Guillelmus Tanisa, prior, dedit censum de scutellis et gradaletis.

Authentique du chap. d'Arles, fº 121 vº. BONN., *Cart.*, t. I, p. 142.

2523 1146.

Notum sit omnibus quod P. Baconus, capellanus Sancte Marie Magdalene, nomine ejusdem ecclesie, locum quendam ubi est introitus curie domorum supra dicte ecclesie, acaptavit a canonicis Sancti Trophimi, scilicet ab Ugone decano, G. Garnerio, precentore, P. de Trivillano, archipresbitero, G. Porcellato, R. Willelmo, G. Bermundo, Arnulfo, Ugone sacrista, P. Isnardo, G. Aligerio, G. de Taulignano, et omnibus aliis ; et in uno quoquo anno, in festivitate Sancti Stephani, ipsis canonicis reddit VI sensuales numos. Acta est hec carta anno ab Incarnatione Domini Mº.Cº.XLº.VIº.

Authentique du chap. d'Arles, fº 124 vº. BONN., *Cart.*, t. I, p. 150.

2524 (= 568) 29 septembre 1152.

INVENTARIUM RELIQUIARUM REPERTARUM, IN DIE TRANSLATIONIS B. TROPHIMI, IN EJUS SEPULCHRO ET IN ECCLESIA ARELATENSI RECONDITARUM.

... MºCºLIIº, ind. Iª, ep. XIIª, in Romana ecclesia presid-e... ven. Raym-o a. A-si et eccl. g., p. Gaufredo Avinionensi, B. Auriacensi... e-s, cum pluribus... Raym-i Arelatensis a... Troph., D. N. J. C. discipuli, primi G. a., in i-a e-a A-si... H. sita in... in c. antiqua t., cum capite et corpore ejusdem sanctissimi apostoli, invente sunt sacratissime reliquie de sancta corona Domini, de vestibus ejus, de spongia, felle et aceto, quod cum eadem spongia Domino in cruce propinatum fuit, reliquie b. Marie virginis, de ossibus Innocentium, de sancto Johanne, de sanctis apostolis Petro et Paulo, de s. Georgio, de s. Juliano et vestibus ejus, de s. Theodoreto, de s. Cecilia et vestibus ejus, et de pane illo quem Dominus Jhesus benedixit et fregit et dedit discipulis, de terra sancta, et quam plurime alie reliquie, quas longum esset singulas enarrare.

Item alibi, eodem die, invente sunt sacratissime reliquie in eadem ecclesia, de capite et corona beatissimi prothomartyris Stephani et de costa ejus, quas reliquias b. Trophimus, ut refert b. pp. Zozymus, ad solatium sui corporis a Judea secum deportavit.

Item in alio vase fuerunt reperte sancte reliquie de vestimentis Salvatoris, et de vinculo quo dominus Jhesus fuit ligatus, et de spongia et ligno vivifice crucis, et de vestimentis beate Marie virginis, et reliquie apostolorum Jacobi Alphei et Zebedei, de carne et de ossibus eorum, et de s. Vincentio, reliquie sancti Alexandri, et sanctorum Innocentium, et corpus beate Rusticule virginis, cum dente b. Laurentii.

Item in majori cruce argentea, in capite Crucifixi, que in festis diebus in processione defertur, sunt recondite sanctorum multorum reliquie, de sancta corona Domini, et desuper crucifixum est parva crux de ligno vivifice crucis, argenteum, quod est in ecclesia ipsa Arelatensi ; imperator Constantinus octavus Raymundo comiti S. Egidii, Hierosolymam cum exercitu proficiscenti, ipsum preciosum lignum, cum maxima devotione et suplicatione postulanti, de sua propria capella donavit, quod venerabilis memorie Aycardus quondam Arelatensis archiepiscopus, de transmarinis rediens partibus, attulit et eidem ecclesie contulit.

Item in ipsa ecclesia est quidam pannus lineus, pendens in throno ecclesie, dum ecclesia est parata, super altare, qui pannus est sutus cum quodam panno aureo, in quo panno lineo fuit D. N. Jhesus Christus involutus.

Item sciphus lapideus cum paropside lapidea cene D. N. Jhesu Christi ; quicunque patiens morbum caducum cum ipso scipho potaverit, a morbo certissime liberabitur caduco. Item pelvim in quo Jhesus lavit pedes discipulorum. Feutrier, sacrestein, anno 1597.

Arch. du sacr. d'Arles. *Liber memorialium negotiorum Johannis de Pomayrolis, sacr. sᵉ Arelat. eccl.*, p. 277. BONN., *Cart.*, t. I, p. 47.

2525 1153.

In nomine Domini, manifestum sit omnibus quod ego R. Dei gratia Arelatensis [archiepisc.], et nos canonici S. Trophimi, donamus ad feudum, vobis scilicet R. Galliciano, et fratribus tuis, et Guillelmo de Portali, et Raimundo Maramars, et Botino fratri tuo, et successoribus vestris, ut colligatis decimas et thascas, quas habemus in territorio de Furcis, scilicet a cruce Sancti Juliani usque ad petram Sancti Stephani, que est ultra pelamonachos ; tali videlicet pacto, ut de omnibus fructibus quatuor partes nobis integre apud Arelatem reddatis,

et quintam pro expensis et labore vestro vobis retineatis ; vineum vero, et ordeum, et avenam reddatis Furcis ; et jurabitis nobis et successoribus nostris, vel et successores vestri, qui in hoc feudo partem habebunt, quod fideles de jam dictis taschis et decimis nobis et successoribus nostris semper existatis ; et nuntius qui easdem decimas et taschas colliget, faciet simile jusjurandum ; de honoribus matrum et uxorum vestrarum, de acaptis, de pignoribus, et de fachariis dabitis decimas et tascham similiter, si umquam data fuit ; de terris vero, que patrum vestrorum antiquitus fuerant, non dabitis tascham, sed et de decimis paternarum terrarum non cogemus vel nisi per justiciam ecclesiasticam, cum nuntio vestro mutemus nuntium nostrum, in cujus presentia decime et tasche colligantur. Multones, qui de paschario provenient, integre reddetis nobis ; pogisias vero per feudum habebitis, et pulmentum de palude. De lina reddetis nobis omne vinum usque ad pertusum mensurabilem, quod tamen extrahetur omni modo quo poterit extrahi. Hominium quod facietis nobis, et annualem in refectorio procurationem triginta duobus dominis de piscibus honorifice facietis ; ita scilicet quod singulis eorum II. frustra elixa, et duo assute, et duo in pane exhibeantur. Sane si sherio, vel anguille clare, vel lamprede inveniri poterint, eis preparentur ; sin autem, cum consilio prepositi, vel procuratoris, quos alios meliores inveneritis diligenter offeratis. Illud de stello, et de honore Sancti Genesii ecclesie, et de vinea comitali remanet extra placitum hoc. Factum est hoc anno Domini M°C°LIII°, regnante Frederico, in domo et in presentia ipsius R. archiepiscopi. Testes sunt Poncius precentor, Christianus archipresbiter, W. Bermundi, Arnulphus, Raimundus, Willelmus, Petrus de Cabannis, Willelmus Bligerius, Poncius Habundans, Bertrandus Custos, Petrus de Nemauso, Willelmus de Cortina, Raimundus de Stagel, Willelmus de Cannis, Willelmus de Alegro, Bertrandus Magnere, Petrus Rostagni de Ripa ; et ex alia parte Raimundus Bernardi, Raimundus de Burgo, Raimundus Austengi, Isnardus Vigueirs, Guillelmus Ricardi, Godfredus, Petrus Duranti, Poncius Martini, Martinus Boot, P. Regannola, Johannes Maurinus, Poncius Aiberti, Poncius Gileus, Pontius Janoer, Isnardus Textor, Raimundus Raino, Willelmus Pontii, Willelmus Lotoardi, Petrus Franco, Gaiurs, Willelmus Bastardi. Milo scripsit.

Inséré à la suite de l'acte de 1216 ? Cf. n° 569.

GUILLAUME I Boson, 1159-1181.

2526 (Arles, mars) 1159.

Guillelmus, prepositus, *est présent au serment de fidélité et à l'emprunt fait par Geofroi de Marseille à l'archevêque d'Arles.*

Voir aux archevêques, n°s 595-6, c. 252-3.

2527 Août 1160.

Impignoratio *d'une maison au chapitre*, tibi Guillelmo, Arelatensis ecclesie preposito....

Authentique du chap. d'Arles, f° 124 v°.

2528 15 juillet 1162.

Lettre du pape Alexandre III archiepiscopo Narbonensi, capitulo Arelatensis ecclesiae et universis utriusque ecclesiae suffraganeis, *ainsi qu'à d'autres évêques, pour leur recommander de protéger Guillaume de Montpellier et ses vassaux.*

Patrol. latina, t. CC, c. 163. JAFFÉ, *R. p. R.*, n° 10747 (7215).

2529 Arles, 13 juillet 1165.

Guillielmus Boso, Arelatensis ecclesie prepositus, *est témoin de l'accord fait par l'archevêque Raimond de Bollène entre l'abbé de St-Victor de Marseille et les chanoines d'Arles.*

Voir ci-dessus, n° 613, c. 240-1.

2530 Arles, 1166.

Guillelmus Boso, prepositus, *participe à la concession de l'église* S. Marie de Leontio *au prieur* S. Martini de Crosio.

Voir ci-dessus, n° 610, c. 238-9.

2531 1166.

Controversia inter canonicos Arelat..., Petri Ysnardi ..., Ymberti de Aqueria,...

Authentique du chapitre d'Arles, f° 1[illegible].

2532 1166.

Ego Johannes Richerius accaptavi mihi et meis a canonicis S. Trophimi... terram S. Trophimi. — Testes sunt W. Boso, prepositus..., Imbertus de Aqueria,... P. Ferreolus.

Authentique du chap. d'Arles, f°s 138 et 140.

2533 Arles, 6 juin 1166.

Donation au prieuré de Pignans par l'archevêque, du consentement du chapitre, videl. Guillelmi prepositi,...

Voir ci-dessus, n° 611, c. 239.

2534 Arles, novembre 1167.

Impignoratio *de terres au précenteur d'Arles, Bertrand, par* Brunexendis, filia Ymberti de S. Georgio..., in presentia Guillelmi, Arelatensis ecclesie prepositi.

Authentique du chap. d'Arles, f° 123 v°

2535 1169.

Ego Vilelmus, Arelaten. ecclesie prepositus,... laudavi... Testes... Ymbertus de Aqueriá, capud scole.

Authentique du chap. d'Arles, f° 122.

2536 1172.

Guillelmus, prepositus.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 115 (BOSN.).

2537 1173.

Guillelmus, Arelaten. ecclesie prepositus, *est témoin de l'engagement du château d'Aiguières à l'archevêque.*

Voir ci-dessus, n° 626, c. 245.

2538 1174.

Transaction entre l'archevêque et Pierre de Lambesc, au sujet de Salon, Vernègues et Avalon, présents... preposito Guilelmo Boso.

Voir ci-dessus, n° 628, c. 245-6. Livre rouge, f° 231 : « ... transactionem seu amicabilem compositionem.. tibi facimus ».

2539 Arles, août 1177.

Accord entre l'archevêque d'Arles et Raimond Bérenger, comte de Provence, en présence de W. Boso, prepositus.

Voir ci-dessus, n° 632, c. 246.

2540 Décembre 1177.

De eo quod reliquit W. de Usez ecclesie S. Pauli. — Hujus donationis laudatores fuerunt Guillelmus Boso, prepositus, Ymbertus de Aqueria, sacrista.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 123.

2541 1180.

Ego Villelmus, Arelatensis prepositus, voluntate totius capituli, damus ad acaptum Petro Briccio, quod dictus Briccius habebat a dicto capitulo in claustro Sancti Stephani, quod clausum est ante mesellariam. Hoc factum fuit in dormitorio et in presentia Ymberti sacriste et canonicorum ecclesie Arelat.

Authentique du chap. d'Arles, f° 122.

2542 Arles, 30 mai 1180.

Donation des églises de Beaucaire à l'abbé de la Chaise-Dieu par l'archevêque Raimond, sur les instances de son chapitre ; presentibus... W. Bosone, preposito,...

Voir ci-dessus, n° 646, c. 251-2.

2543 1181.

Accord entre l'archevêque d'Arles et l'abbé du Thoronet, in presentia Willelmi, prepositi Arelaten.,...

Voir ci-dessus, n° 648, c. 253.

2544 11 septembre 1181.

III · ID · SEPTEMBRIS · OBIIT · VI
LELM⁹ · BOSO · SACERDOS · CA
NONICVS · REGVLARIS · ET
PREPOSITVS · SCI · TROPHIMI
ANNO · DNI · M°·C°·LXXX · PRIMO

Cloître de St-Trophime d'Arles, galerie de l'est, sur le mur intérieur.

PIERRE II FERRÉOL, 1181-1195.

2545 1181 ?

Accord entre le chapitre et l'abbaye de St-Césaire, ménagé par P. Ferreolum, tunc prepositum Arelaten.

Rappelé dans l'acte du 13 juin 1221.

2546 26 décembre 1183.

VII : KAL' : JANUARII
ANNO : DNI : M : C : LXXXIII : O
BIIT : PONCIVS REBOLLI : SA
CERDOS : ET : CANONICVS :
REGULARIS : ET : OPERARI⁹
ECCLESIE : SANCTI : TROP
HIMI : ORATE : PRO : EO :

Cloître de St-Trophime d'Arles, galerie du nord, sur le mur intérieur ; la 1re ligne a été gravée après coup dans l'encadrement.

2547 Août 1184.

GUIRPITIO FACTA AB UGONE DE BAUCIO.

Notum sit omnibus hoc audientibus quod anno ab Incarnatione Domini M.C.LXXX.IIII, in mense augusti, ego Ugo de Baucio, amore et precibus fratris mei Guillelmi Ugonis, canonici regularis Sancti Trophimi, et consilio et voluntate domine Tiburgis, matris mee, et consilio proborum virorum de Trencataliis, dimitto, solvo, finio, guirpio, cum hac carta in perpetuum per me, et per omnes successores meos, illud malum usaticum de racemis qualicumque modo acciperem in clausis et vineis, que sunt de dominio canonicorum Sancti Trophimi, quod pater meus Bertrandus de Baucio, cujus anima requiescat in pace, ante dimiserat ; et ut firmius et inconvulsum in perpetuum teneatur, auctoritate sigilli mei muniri precepi. Hujus facti testes sunt Ymbertus de Aqueria, sacrista, et alii canonici, scilicet Jordanus, et Bertrandus de Sancto Remigio, et Petrus Malaura, Gervasius, Poncius de Miramas, Gaufredus de Berra, Bernardus de Sancto Luciano, W. Bertrandus, Petrus Rotundus, Martinus de Caunas, Bertrandus Berenguier, Rainaldus Autardus, Durantus Iberius, et Raimundus frater ejus, Bertrandus Malvas, Enguilart, Petrus de Liveiras, Martinus Afanmus, Petrus Rufus, Corabier, Bertrandus de Podio, Petrus Giuzo, P. Francesc, Bertrandus Pastre, Guili Jordan, Bertrandus Davin, P. Rainaldus, W. Iberius, W. levita.

Arch. du chap. d'Arles, Authentique, f° 124. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 150.

2548 Arles, 1186.

Remise de la moitié des dîmes au prieuré de Frigolet par l'archevêque d'Arles, in presentia... P. Ferreoli, prepositi,...

Voir aux archevêques, n° 658, c. 255.

2549 Arles, août 1186.

Concession de la frappe de la monnaie de St-Trophime par l'archevêque à Pierre du Tor, in presentia... Petri Ferreoli, prepositi.

Voir ci-dessus, n° 660, c. 256. Autographe, f° 53. Livre vert, f° 44. BONNEMANT, t. I, p. 2.

2550 Arles, 1187.

Accord entre l'archevêque Pierre Isnard et V. d'Uzès, in presentia Petri Ferreoli, prepositi,...

Voir ci-dessus, n° 668, c. 259.

2551 30 septembre 1188.

✠ II · KAL · OC̄ · OBIIT · IOR
DANUS · DECANUS · SCI · TROPHIMI ·
ANNO DNI · M · C · LXXX · VIII ✠

Cloître de St Trophime d'Arles, galerie du nord, sur le socle du pilier d'angle.

2552 Arles, mars 1188/9.

Le prévôt P. Ferreoli *est présent à l'hommage de R. Barral et à la transaction avec l'abbé d'Ulmet.*

Voir ci-dessus, nos 668 et 670, c. 259-68. — Livre rouge, fo 420.

2553 1191.

Témoins du prévôt d'Arles au sujet des dîmes.

PRESENTIBUS et posteris sit manifestum quod anno ab Incarnatione Domini M.C.LXXXXI, consulibus in civitate Arelatensi existentibus Raimundo Arvei, et Raimundo de Volta, et Jaufrido de Confurcis, et Ugone de Landa, et Raimundo Burgundio, et Petro de Toro, et Willelmo Aldeberto, et Raimundo de Airaga. Controversia vertebatur in manu eorumdem consulum, Aldeberto de Novis eis pro judice assidente, inter *Petrum, Arelatensis ecclesie prepositum*, et Caulerium, de decimis illius honoris qui est a faisis Willelmi Ugoleni usque ad Cenboil, et usque ad Ulmatellum, et ab Orneda usque in Rodanum ; quas decimas prepositus dicebat pertinere ad ecclesiam Sancti Trophimi, quod Caulerius negabat. In qua controversia prepositus testes infrascriptos produxit et publicavit contra Caulerium, in hunc modum. Raimundus Garnerius, testis, jurato dixit quod ipse accepit decimas pro cannonicis Sancti Trophimi, a condamina Willelmi Ugoleni usque ad clausum de Sibo, et ab Ormeda usque ad Rodanum : et hoc bene per XV. annos. Et has decimationes ipse tenuit per XXV. annos ; et sunt XL anni quod ipse accepit. Stephanus Paschalis, sacerdos, testis, jurato dixit idem quod Raimundus Garnerius ; hoc excepto quod ipse accepit per IIII. annos ; de tempore, dixit XXX. et I. annum effluxisse. Petrus de Fabretiano, testis, jurato dixit quod ipse accepit decimas, nomine cannonicorum, a vallato usque ad cabannam Calvunorum, et hoc per III. annos ; de tempore, dixit tres annos effluxisse, ex quo ipse non accepit. Durantus testis... Willelmus de Agadeso, testis... Poncius Aycardus, testis... Ugo Bonitus testis... Poncius Agatensis testis... Poncius Rabota testis... Ego Vincencius, consulum notarius, hanc cartam, mandato consulum, scripsi, et eorum sigillo munivi.

Chap. d'Arles, Chartrier des chapelles, no 309, orig. plomb. Authentique, fo 140.

2554 Salon, 1191.

... Controversia vertebatur inter canonicos Arelat. et Poncium de Lambisco, de cursorio de Paludillis .., hoc modo fuit terminata. Poncius de Lambisco et filii ejus remiserunt *Petro preposito* et canon. Arel. questionem quam faciebant de pred. cursorio... Pro qua re prepositus dedit eis de bonis canonicorum IIIIor libras et dimidiam Raimondensi. Hoc autem factum fuit apud Sellonem, in solario canonice....

Authentique du chapitre d'Arles, fo 128 vo.

2555 Arles, janvier. mars 1191/2 : 1192.

Petrus, prepositus Arelatensis, *assiste aux hommages de Hugues de Baux, Guillaume Porcellet et R. Barral à l'archevêque d'Arles.*

Voir ci-dessus, nos 690-1, c. 269 ; suppl. Livre rouge, fo 80.

2556 Arles, janvier 1192/3 : 1193.

Hommage de Rostang de Fos et concession aux Templiers, in presentia Petri Ferreoli, prepositi Arelaten.

Voir ci-dessus, nos 692-3, c. 269. Livre rouge, fo 367 vo.

2557 (= **694**) Arles, mars 1193.

Anno... ab Incarn. Ego Aicardus de Lauda... vendo...., precio mille sol. Raimund.,... universo capitulo,... Bertrando de S. Remigio, vestiario ecclesie Arelat., terram meam, quam habeo in territorio Sancti Michaelis.... Factum est hoc in claustro archiepiscopi, ante capellam, sub portico, in presentia d. Y. Arelatensis archiepiscopi. Hujus rei testes sunt Petrus Ferreoli, prepositus,... Petrus Isnardi, [canon.]

Authentique du chap. d'Arles, fo 129.

2558 Mai 1193.

Controversia erat inter canonicos Arelaten. ecclesie et Raimundum Auratum de Furcis, de tascha quam canonici debent habere prope ecclesiam S. Genesii..., que hoc modo fuit definita, voluntate prepositi Petri Ferreoli, in presentia Bernardi nepotis dicti prepositi, Petri capud scole, Petri de Laurata, canonici, Egidii clerici de Furcis, *etc.*

Authentique du chapitre d'Arles, fo 121 vo.

2559 5 mai 1194.

Lettre du pape Célestin III capitulo Arelatensi.... Quanto recentior est... (Observetur vita regularis, una sit mensa et unum dormitorium.) Dat. Rome, apud S. Petrum, III. nonas maii, anno IV.

Autographe de l'archev. d'Arles, p. 110. Livre noir, fo 77. Paris, Bibl. Nat., ms. lat. 12772, fo 31. JAFFÉ, 17094. Voir le no 2469.

2560 25 mai 1194.

Bulle du pape confirmant au chapitre l'égl. de Lansac.

CELESTINUS, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam de Lanciaco, cum omnibus pertinentiis suis, vestimentorum canonicorum regularium usibus deliberatione capituli deputatam, sicut eam juste ac pacifice possidetis, vobis auctoritate apostolica confirmamus ; auctoritate presentium statuentes, ut tam ipsius ecclesie redditus, quam terra illa, que a Bertrando vestiario apud Sanctum Michaelem sita ad usus predictos empta esse ac deputata dinoscitur, cum omnibus aliis que ad id justo titulo acquirentur, eidem officio et vobis per ipsum illibata maneant perpetuis temporibus, et quieta : nos autem tam ista

quam alia, que ad opus infirmorum fratrum de communi assensu capituli assignata esse noscuntur, vel in futurum justo, ut premissum est, ad hec fuerint titulo acquisita, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo ... pag. n. confirmationis, constitutionis atque protectionis inf...; si quis... Datum Rome, apud Sanctum Petrum, VIII. kalendas junii, pontificatus nostri anno quarto.

Autographe B de l'archev. d'Arles, p. 110. BONN., *Cart.*, t. II, p. 18.

2561 Juin 1195.

Restitution par les consuls d'Arles au monastère de Montmajour, in presentia... Petri prepositi.

Voir ci-dessus n° 705, c. 275.

2562 Novembre 1195.

Ego Maria Rainoarda... vendo..., precio 1700 sol. Raimund..., domui canonice et canonicis Sancti Trophimi... sex pecias terre meas... Factum fuit hoc in presentia dni Ymberti et in ejus sala. — Testes : Petrus de Berra, Petrus Isnardi,... [canon.]

Authentique du chap. d'Arles, f° 129 v°.

2563 Décembre 1195.

EMPTIO FACTA A CANONICIS EXTRA PORTALE.

ANNO ab Incarnatione Domini M.C.XC.V, mense decembri, Henrico imperante Romanis, ego Aicelena, in Dei nomine, bona fide et sine dolo, vendo et titulo perfecte venditionis, absque omni exceptione, in perpetuum trado vobis consulibus, Raimundo Arvei, Hugoni Rapine, Gaufrido Arlatano, Bulgarello, et ceteris, locum illum, qui est extra portale canonicorum, et jungitur muro civitatis, et ferragini laure, et viis publicis, acceptis a vobis nomine precii LXX. solidis Raimundensium, de quibus omnibus mihi satisfactum esse solutione et numeratione profiteor ; et si plus valet, illud specialiter quantumcumque sit, vobis et quibus concedere volueritis, dono et remitto ; et nullam me de cetero controversiam de premissa venditione seu remissione moturam ; et jure vobis, et quibus concedere volueritis, ab omni controversia et interpellatione defensuram per stipulationem promitto, et tactis sacro sanctis evangeliis juro ; et nos consules supra dicti, per nos, et per alios consules presentes et futuros, vobis domno Ymberto Arelatensi archiepiscopo, et vobis canonicis Sancti Trophimi, Michaeli sacriste, Petro precentori, Guillelmo Helie, Gaufrido de Berra, Bernardo de Dion, Petro Isnardo, Bertrando de Niom, Gaufrido Henguiranno, Privato, Petro de Laurata, Johanni de Trencataliis, et ceteris presentibus et futuris vendimus, et titulo perfecte vendicionis in vos et posteros vestros transferimus prescriptum locum, eodem precio quo nos illum emimus, ita tamen quod vos nullum hedificium ibi possitis facere. Factum fuit hoc in sala dni archiepiscopi ; et est sciendum quod consules et dicta Aicelena canonicos induxerunt in possessionem predicti donoris. Ego Vincentius, consulum notarius, hanc cartam rogatu partium scripsi, et omnibus supra scriptis testis interfui, et consules ipsam cartam sigilli sui munimine roborari preceperunt.

Authentique du chap. d'Arles, f° 129 v°. BONN., *Cart.*, t. I, p. 150.

2564 4 août 1196.

II : NONAS : AVG : OBIIT : RAI
MVNDVS : DE LA VOVLTE : MI
LES : ET : CANONICVS : SANC
TI : TROPHIMI : ANNO : DOMI
NI : M : C : XC : VI : ORATE : P*ro* : EO

Église de St-Trophime d'Arles, 5e pilier intérieur à gauche.

MICHEL DE MOURIEZ [1]. 1197-1202.

2565 Arles, janvier 1196/7.

Concession d'emphythéose par le prévôt Michel.

IN nomine Domini nostri Jhesu Xpisti. Anno Incarnationis ejusdem M°C°XC°VI°, mense januarii. Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, quod ego *Michael Arelatensis prepositus*, cum consilio et assensu totius capituli Arelatensis ecclesie, bona fide et sine dolo, cum hac carta, dono, laudo, concedo, et jure emphiteosis, seu acapte, in perpetuum possidendum trado tibi Johanni de Adavo, et uxori tue Bertrande, et vestris, ac quibuscunque inpignorare, donare, permutare, vendere, seu alio modo alienare volueritis, exceptis sanctis locis, religiosis, clericis ac militibus, cum consilio tamen nostro, et successorum nostrorum, et totius Arelatensis ecclesie, videlicet quandam terram nostram, ad plantandam vineam, cum omni jure suo. Que vinea confrontatur a circio, cum orto vestro, vallato in medio ; et ab ortu solis cum vinea Guillelmi Ortolani, quam de nobis tenet ; et ab occasu solis, cum terra Guillelmi Martini Abecegath, vallo toto nostro in medio ; et a vento, cum prato illorum de Sancto Georgio. Propter hanc autem donationem, concessionem in perpetuum valituram, dedistis nobis, pro acapte, X. solidos Raimundencium, de quibus penes vos nichil remansit in debito. Et si plus hoc precio valet, illud totum ex mera liberalitate concedimus. Et de hac vinea dabitis nobis integre terciam partem, et decimam partem vindemie, et omnium fructuum et arborum que inde exierint. Et totum apportabitis, sine expensis nostris, in cellario nostro. Et custodem vinee procurabitis ; et vos levabitis inde laboraturas vestras. Et singulis annis dabitis nobis et ecclesie Arelatensi, pro usatico, duos denarios semper illius monete que in civitate Arelatensi, pro tempore, curreril. Et si aliquid ibi ablatum, vel evictum fuerit, totum vobis ac vestris jure restituemus. Sciendum tamen est quod si ibi vinea esse non poterit, eodem pacto et modo quo supra, ad terram

1. D'après une communication de Raybaud aux auteurs de la *Gallia christ. nova* (t. I, c. 565, manch.), il figurerait comme chanoine de Maguelonne dans un acte du 1er juil. 1187 ; on trouve d'autre part un « Michael de Moreszio », archidiacre de Maguelonne, le 16 déc. 1236 (VIC et VAISSETE, *Hist. de Languedoc*, 3e éd., t. VIII, cc. 998 et 1000), qui peut être le même personnage, mais différents l'un et l'autre de notre prévôt.

laborativam habebatis ; ita tamen quod tunc laboraturas non levabitis. Acta sunt hec in dormitorio, sub presencia totius capituli, consensum et auctoritatem prestantis ; in quo fuerunt, Gaufridus de Berra, decanus, B. archipresbiter, Guillelmus Elias, Guillelmus Bertrannus, Petrus, precentor, Bermundus, canonici Arelatenses, et Poncius de Miramars, Guillelmus Aldebertus, clerici Arelatenses. Testes ad hoc vocati fuerunt, Poncius de Cumbis, bajulus, Bertrandus Aicardus, Guillelmus Mata, Deodatus, Petrus de Ecclesia, Raimundus Vitalis, Petrus Alegre, Johannes Lombardus. Insuper et ad majorem firmitatem, sigillo nostro et capituli presentem cartam in perpetuum valituram corroboravimus.

Chap. d'Arles. Chartrier des paroisses, t. I, n° 63.

2566 Septembre 1198.

M[ichael] Arelatensis ecclesie prepositus.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 396. Livre rouge, f° 117 v°.

2567 10 décembre 1198.

Bulle du pape réglant la vie canonique des chanoines.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo Arelatensis, salutem et apostolicam benedictionem. Quanto recentior est in ecclesia vestra religionis introducte plantatio, tanto diligentius in ipsis primordiis est cavendum, ne aliquid honestati contrarium nutriatur, quod, cum ex consuetudine fuerit confirmatum, ordinis claritatem obtenebret, et difficilius, postquam invaluerit, extirpetur. Cum autem, ubi regularis ordinis professio antecessit, una esse debeat mensa fratrum et unum dormitorium eorumdem, nisi aliquem quandoque infirmitas vel alia justa causa excludat, presentis scripti pagina prohibemus ne aliquis vestrum, post factam professionem, nec etiam aliquis canonicorum seu clericorum secularium, obtentu alicujus consuetudinis, cibos illos, qui sibi ex aministratione cotidiani stipendii apponuntur, extra claustrum vestrum de cetero audeat exportare, sed infra in locis ad hoc specialiter deputatis simul dormiant et manducent. Statuimus insuper et auctoritate apostolica prohibemus, ne aliquis canonicus vel clericus secularis capitulis vestris aliqua occasione, nolentibus vobis, intersit ; nec quisquam ex ipsis vestibus rubeis vel viridibus, seu capis manicatis, vel aliis religioni contrariis uti aliqua insolentia seu temeritate presumat, quod abjecte secularitatis saperet vetustatem, et scandalum in populo generaret. Illi vero qui super premissis culpabiles de cetero poterunt deprehendi, secundum archiepiscopi vestri arbitrium canonicam subeant, appellatione postposita, ultionem. Constituimus etiam et presentium auctoritate sancimus, ut clerici ecclesie vestre, qui non possunt, prout optarent, in ipsa canonici fieri seculares, postquam fuerint ad alias translati ecclesias, et in eis prebendas seu alia ecclesiastica beneficia consecuti, occasione attitulationis seu alia causa nichil sibi juris in ecclesia vestra valeant vendicare, nec provisionem exposcere, nisi habitu religionis assumpto, cum aliis fratribus ibidem assidue servituri. Nulli ergo ...h. pag. n. prohibitionis atque constitutionis inf... Si quis... Datum Laterani, III. idus decembris, pontificatus nostri anno primo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 40. Autographe, p. 134. Livre noir, f° 78 v°. Paris, Bibl. Nat., Baluze LXXXVIII, f° 76, copie. Bonn., *Cart.*, t. II, p. 21. Bréq., IV, 245. Potthast, 469.

2568 Janvier 1198/9.

Accord entre l'archevêque d'Arles Imbert et l'abbé de Fos Arbert, sur l'arbitrage de l'évêque de Toulon, du prévôt de Pignans, M. Arelatensis prepositi *et de Pierre de Castelnau.*

Voir aux archevêques, n° 729, c. 280-1.

2569 Arles, 1er février 1198/9.

Guillaume Porcellet fait sa soumission à l'archevêque d'Arles, in presentia et testimonio Michaelis, prepositi,...

Voir aux archevêques, n° 732, c. 281-2.

2570 1199.

Acte fait in presentia Michaelis, prepositi Arelatensis, Gaufredi de Berra, decani,...

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 175 v°.

2571 1200?

L'archevêque Imbert cède à son chapitre : tibi, Michaeli preposito, et canonicis, *le legs que lui avait fait P. Barraban.*

Voir ci-dessus, n° 736, c. 283.

2572 10 octobre 1201.

VI IDVS OCT*obris*
OBIIT PONCIVS DE
BARCIA CAPVT SCOLE ET
CANONICVS REGVLARIS
SCI TROPHIMI ANNO
M°. C° C I° ÷ OR...

Cloitre de St-Trophime d'Arles, galerie du nord, mur intérieur. Dans sa brochure sur le cloître de St-Trophime d'Arles, M. l'archiprêtre d'Arles a lu « MCI° » ; il y a « M°.C°x I° », que je crois devoir interpréter par 1201 ; la vie régulière n'existait pas dans la cathédrale en 1101.

2573 30 décembre 1201.

Michael, prepositus ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 397 (Bonnemant).

2574 Mars 1201/2.

A la fin de son testament, l'archevêque Imbert d'Aiguières adjure... et dilectum meum Michaelem, Arelaten. prepositum, *de venir en aide, au besoin, à ses exécuteurs testamentaires.*

Voir ci-dessus, n° 749, c. 297. Bonnemant, t. III, n° 51.

2575 Arles, 30 mars 1202.

La donation du même à la mense capitulaire est faite, testibus... Michaele preposito,...

Voir ci-dessus, n° 750, c. 296-8.

2576 Mai 1202.

Ego Michael, Arelaten. prepositus, *du conseil de l'archevêque et du chapitre, concède des terres en emphythéose.*

Voir ci-dessus, n° 751, c. 298.

2577 Arles, après 20 juillet 1202.

Ouverture du testament de l'archevêque Imbert et serment des temoins : ... Michael prepositus ecclesie Arelaten.

Voir ci dessus, n° 749, c. 295.

Michel succéda à Imbert comme archevêque d'Arles.

GEOFROI DE BERRE, 1203-1208.

2578 2 décembre 1202.

Interdiction au prévôt d'emprunter de l'argent et de donner caution sans le consentement du chapitre.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Arelaten., salutem et apostolicam benedictionem. Cum ex apostolatus officio, quod licet indigni suscepimus, ecclesiarum omnium curam et sollicitudinem gerere debeamus, nobis est attentius providendum, ne circa spiritualia vel etiam temporalia ulla detrimenta susci[pi]ant per illorum incuriam clericorum qui, « que sua sunt, non que Jhesu Xpisti » querentes, utilitati communi preferunt specialem. Sane, sicut nostro est apostolatui reseratum, non numquam in partibus vestris propter insolentiam prelatorum contingit ecclesias debitis intolerabi[li]bus pregravari, pro eo quod earum negotia tanquam propria pertractantes, clericorum assensum non exigunt in agendis. Cum ergo quod omnes tangit ab omnibus debeat approbari, auctoritate presentium districtius inhibemus ne prepositus vester sine omnium vel majoris partis et sanioris assensu pecuniam recipiat mutuo vel pro ea prestet fidejussoriam cautionem. Si vero, quod non credimus, contra prohibitionem nostram ecclesiam presumpserit aggravare, quod ab eo factum fuerit decernimus non tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani, IIII nonas decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Paris, Bibl. Nat., Baluze, 38, n 27. Original jadis scellé sur cordelettes de chanvre brunes.

2579 Arles, février 1202/3.

Concession in acaptum *par le prévôt Geofroi.*

ANNO ab Incarnatione Domini M°CC°II°, mense febroarii, ego *Gaufridus de Berra, prepositus Arelatensis ecclesie*, consensu et voluntate nostrorum canonicorum, dono et trado in acaptum perpetuum tibi Guilelmo Vitali, et successoribus tuis, et quibus, quacumque alienationis specie, cum nostro consilio, concedere volueris, exceptis militibus et domibus religionis, fronteriam nostre terre que vocatur Morre Porcin, et est in Tribontio, ad Figairolam. Que fronteria jungitur, a circio nemori Rostagni Golfardi, et a meridie nemori Raimundi Ugoleni. Tali lege, quod tu et tui detis nobis et nostris, de omni gaudita inde provenienti, sit de blado, racemis, lignis, cirogrillis, sive de quocumque sit, tercium et decimam, deducto vestro semine et expensis aree, de blado, et de racemis, deductis vestris laboraturis. Et racemos aportetis nobis ad Rodanum in nostro navigio ; cetera vero non teneamini nobis aportare, nec de ipso honore extrahere. Et insuper, detis nobis et nostris, singulis annis, XII. denarios censuales publice monete, in festo Sancti Stephani. Et pro hoc acapto, dedisti michi, nomine precii, X. solidos Raimundensium. De quibus omnibus a te michi satisfactum, solutione et numeratione profiteor, exceptioni non numerati seu non soluti precii penitus renuntians. Et si plus dicto precio valet... Actum fuit hoc in claustro, in dormitorio canonicorum, his canonicis presentibus et consentientibus, Bernardo, sacrista, Johanne, precentore, Guillelmo Bertrando, archipresbitero, Raimundo de Amiliavo. Testes vero interfuerunt, Raimundus Vetulus, Poncius Vitulus, Guillelmus Allineu, Guillelmus Rainaldus. Ego Guiraldus subnotarius, mandato Vincentii notarii, hanc cartam scripsi. Et ego Vincentius, notarius...

Archev. d'Arles, Chartrier de Meyranne, etc., n. 208, orig., charte partie. Authent. du chap. d'Arles, f° 127 v°.

2580 9 février 1202/3.

ANNO : DOMINI
M : CC : II : V : IDVS :
FEBROARII : OBIIT
ROSTAGN⁹ : GANTELMI

ESTRANGIN, *Description de la ville d'Arles* (1845), p. 92.

2581 Arles, juin, novembre 1203.

Gaufredus, ecclesie S. Trophimi prepositus, *fait un échange et assiste à la fondation des Trinitaires.*

Voir aux archevêques, n° 758 et 761, cc. 301 et 303.

2582 3 février 1203/4.

III ⁝ NON ⁝ FEBRVARII ⁝ DIE ⁝ FESTIVITATIS
SANCTI ⁝ BLASII ⁝ AGGRESSVS ⁝ EST ⁝ VIAM
UNIVERSE ⁝ CARNIS ⁝ GUILLELMUS
GAUALLERIUS ⁝ ANNO ⁝ DOMINICE
INCARNATIONIS ⁝ M° ⁝ CC° ⁝
IIII° ⁝ ORATE ⁝ PRO ⁝ EO

Cloître de St Trophime d'Arles, galerie du nord, mur intérieur.

2583 Avril 1204.

L'archevêque d'Arles, G. prepositus *et l'ensemble des chanoines s'en remettent à trois arbitres pour trancher leurs différends....* Et ego G. prepositus et totum Arelaten. ecclesie capitulum, ipsam... constitucionem... approbamus et confirmamus.

Voir ci-dessus, n° 762, c. 303-6.

2584 Arles, août, septembre 1204.

Donation... Gaufredo preposito *au Trébon ; avant de partir pour Rome, l'archevêque lui confirme, ainsi qu'au chapitre, l'ancienne coutume relative à la collation des églises.*

Voir ci-dessus, n° 765-6, c. 307-8.

2585 11 janvier 1205.

Lettre du pape au sujet de l'église de St Thomas.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis preposito, et capitulo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum fratrum Jherosolimitani Hospitalis de prioratu Sancti Egidii recepimus questionem, quod, cum ecclesiam Sancti Thome de Arelate per quinquaginta annos, et amplius, absque omni exactione libere possederint et quiete, vos eos super ea indebite presumitis aggravare ; volentes igitur fratribus ipsis in suo jure adesse, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus eos contra tenorem privilegiorum apostolice sedis super eadem ecclesia, vel pertinentiis ejus, nec vos ipsi molestetis, nec permittatis ab aliis indebite molestari ; alioquin noveritis nos venerabili fratri nostro ·· Germastensi episcopo mandavisse ut vos ad id per censuram ecclesiasticam, sicut justum fuerit, appellatione remota, compellat, nullis litteris veritati et justicie prejudicantibus a sede apostolica impetratis. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, III. idus januarii, pontificatus nostri anno septimo.

Prieuré de St-Gilles. Authent. de Trinquetaille, f° 79. BONNEMANT, t. I, p. 274.

2586 Arles, mars 1205.

Ego G. prepositus... *confirme la fondation de l'abbaye de Pierredon par l'archevêque Michel de Mouriez.*

Voir ci-dessus, n° 776, c. 313-4.

2587 Fourques, 19 mars 1206/7.

Hommage de Raimond, comte de Toulouse, à l'archevêque d'Arles, en présence de Gaufredus de Berra, prepositus Arelat.,...

Voir ci-dessus, n° 786, c. 319.

2588 Avril 1207.

Gaufredus de Berra, prepositus, et Stephanus decanus ecclesie Arelatensis.

Authentique du chapitre d'Arles, f° 146 v° (BONN.)

2589 Mai 1207.

Gaufredus, præpositus ecclesiæ Arelaten., confirmat venditionem cujusdam staris factam Stephano decano et canonicis ejusdem ecclesiæ ; testibus Poncio, clerico d[i] præpositi, et aliis....

Authentique du chapitre d'Arles, f° 131 v° (BONN.)

2590 Juin 1207.

Gaufridus, Arelaten. prepositus, Raimundus Fulco, canonicus.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 102. Livre rouge, f° 151. Livre noir, f° 154 et 161 v°.

2591 Janvier 1207/8.

Gaufredus erat præpositus ecclesiæ Arelatensis.

Arch. du g[d] prieuré de St-Gilles. Arm. de Salliers, sac de la Vernède, n° 7 (BONNEMANT).

ÉTIENNE I FIRMIN, 1208 1212.

2592 Arles, janvier 1207/8.

Reconnaissance de l'archevêque d'Arles à son chapitre, avant son deuxième voyage à Rome, in presentia Stephani Firmini, prepositi Arelaten.....

Voir aux archevêques, n° 790, c. 320.

2593 Novembre 1208.

Anno ab Incarn. Domini M.CC.VIII, mense novembris, ego Stephanus, prepositus Arelatensis ecclesie, dono et trado in acaptum tibi Guillelmo de S. Romano, duas vineas que sunt in Trebontio, as Clapiers.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 133.

2594 Novembre 1208.

Réforme du monastère de St-Victor de Marseille, Stephano preposito Arelaten.

Arch. des B.-du-Rh. St-Victor. 254 (act. ch. 482).

2595 Bourg d'Arles, novembre 1208.

Fondation de l'abbaye de Molégès par Sacristane, in ... testimonio Stephani prepositi Arelatensis...

Voir ci-dessus, n° 796, c. 321.

2596 Mai 1209.

Stephanus, prepositus ecclesie S. Trophimi.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 154 v°. Livre noir, f° 156.

2597 Arles, août 1209.

Réception de S. Candorator *comme confrère de St-Trophime.*

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, anno Incarnationis ejusdem M°.CC°.VIIII, mense augusti. Ego S. Candorator, bona voluntate et sano consilio ductus, pro salute anime mee et intuitu divini amoris concedo, trado et in perpetuum dono omnipotenti Deo et ecclesie B[i] Trophimi me ipsum. Item in perpetuum dono et concedo Deo et ecclesie B[i] Trophimi, pro salute anime mee et parentum meorum, et vobis, domine S. Arelatensis ecclesie preposito, nomine ipsius ecclesie, et pro ea, et per vos eidem ecclesie et canonicis ejusdem, presentibus et futuris, ut vos habeatis et accipiatis, vel accipi faciatis nomine sengnorie duodecim denarios censuales publice monete, singulis annis, in festo sancti Trophimi, in stari meo, quod jungitur ab oriente vie publice, et ab occidente et a circio stari Petri Constantini, et a vento stari Raimundi Garnerii ; et predictam donationem me perpetuo observaturum, et nulla ratione contra venturum per stipulationem promitto. Ad hec nos S. Arelatensis ecclesie prepositus, suscipiens te, S. Candoratorem, in confratrem ecclesie Sancti Trophimi, cum consilio capituli, constituimus te participem in spiritualibus ejusdem ecclesie, tam in morte quam in vita. Actum fuit hoc in claustro canonicorum, in presentia Cabriti tunc temporis consulis, qui rogatu utriusque partis cartam inde fieri, et sigillo consulum muniri precepit. Hujus rei sunt testes Durantus, ecclesie Sancti

Trophimi precentor, Privatus, Bremundus, Guillelmus Bertrandus, archipresbiter : supra dicti testes sunt canonici Sancti Trophimi. Sed infra scripti testes non sunt canonici, scil. Pellegrinus, Johannes Sardos, Guillelmus Fabri, P. Bonus, B. Tabois, P. de Bonanno, Jo. de Adavo, Pe. Ricardus, Durandus de Bocaria, Pe. Laurentius, Engles ; et ego Pe. Fortis, notarius, omnibus supra dictis testis interfui, et hanc cartam scripsi, et signum apposui.

Authentique du chap. d'Arles, f° 126 v°. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 177. — Arch. du chap. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 140 (Bonn.)

2598 Arles, novembre 1209.

Concession de terre par le prévôt Étienne.

Anno ab Incarnatione Domini M.CC.VIIII, mense novembris. Ego *Stephanus, prepositus Arelatensis*, consilio et voluntate capituli Arelatensis ecclesie, bona fide et sine dolo, dono et trado cum hac carta in accaptum perpetuum tibi Petro Stephano de Trencataliis, et successoribus tuis, et quibus, quacunque alienationis specie, cum nostro consilio, concedere volueritis, exceptis militibus et domibus religionis, quandam terram nostram, ad vineam ibi faciendam, que jungitur ab oriente, terre Raimundi Magistri, et ab occidente, vinee Guillelmi Bricii et vinee Johannis Boscarerii, et a vento, vinee Petri Stephani Azalgarda, et a circio, terre quondam Dalmacii de Trencataliis. Tali lege, quod de omnibus fructibus et gauditis ex predicto honore provenientibus, tu et tui detis nobis, et canonicis ecclesie Sancti Trophimi, presentibus et futuris, tertium et decimam, et ea aportabitis nobis ad ripam Rodani. Et ob hoc habui a te, nomine accapti, xx. solidos Raimundensium novorum, de quibus omnibus a te michi satisfactum solutione et numeratione profiteor. Supradictum honorem defendam tibi... Actum fuit hoc in stari prepositi, his canonicis presentibus, Guillelmo Bertrando, archipresbitero, Petro de Sancto Jacobo. Testes infrascripti non sunt canonici : Guillelmus Bertrandi, Bellaroti, Raimundus de Sancto Remigio, Nicholaus de Rions, Petrus Guiso, Guillelmus Morranti. Et ego Petrus Fortis, notarius...

Chap. d'Arles. Chartrier des chapelles, n° 317, orig.

2599 Janvier 1209/10.

A° ab Incarn..., S. præpositus ecclesiæ Arelatensis concedit terram in acaptum....

Authentique du chap. d'Arles, f° 137 (Bonnemant).

2600 Juillet 1210.

Stephanus prepositus *est présent à la transaction entre l'archevêque Michel et le précepteur de St-Thomas.*

Voir ci-après, au supplément des archevêques.

2601 Septembre et novembre 1210.

S. prepositus ecclesie Arelatensis.

Authentique du chap. d'Arles, f° 140 v° et 141 v° (Bonnemant).

2602 Arles, janvier 1210/1.

Donation à la sacristie de St-Trophime d'Arles.

Anno ab Incarnatione Domini M.CC.X, mense januarii, ego Raimundus Corrigiarius, mera liberalitate et spontanea voluntate, pro salute anime mee et anime Aurie, quondam uxoris mee, dono et titulo perfecte donationis inter vivos cum hac carta, vim insinuationis habente, trado et inperpetuum concedo Deo et sancto Trophimo et vobis B. ecclesie Sancti Trophimi sacriste, ad opus candele et luminarie prefate ecclesie, operatorium francum, liberum et inalodium, cum omnibus pertinentiis suis, quod est in Sabataria et jungitur ab oriente stari quondam Guillelmi Imberti ; retento michi ibi usufructu, quamdiu vixero, exceptis v. solidis que de mercede sive de gaudita ipsius operatorii percipiantur singulis annis, me vivente, ad opus candele et luminarie ecclesie Sancti Trophimi. Actum fuit hoc in presentia dni M. Arelatensis archiepiscopi, et in presentia Guillelmi Isnardi, tunc tempore consulis, qui rogatu utriusque partis inde cartam fieri, et dns archiepiscopus sigillum suum et predictus consul sigillum consulum apponi preceperunt. Testes vero interfuerunt Durantus de Nemauso, Berengarius causidicus, Tripols, Petrus Boner, Raimundus de Sancto Georgio ; et ego Vincencius, consulum notarius, qui hoc instrumentum composui, scripsi et suplevi.

Chartrier de la sacristie de l'église d'Arles, n° 3, orig. parch.

2603 Avril, mai, juin et novembre 1211.

S. prepositus ecclesie Arelatensis.

Authentique du chap. d'Arles, f° 142, 142 v°, 143 et 145 v°. (B.)

2604 27 mai 1212.

Hic : REQuiESCIT : DVRANT^{9} :
SACERDOS : PreCEnT
O : R ET[1] CANONIC^{9} : Regularis :
SCI : TROPHIMI : QVI : OBIIT :
ANNO : DNI : M° : CC° : XII° : VI° KaL' : IV
XII :

Cloître de St-Trophime d'Arles, galerie de l'est, mur intérieur.

2605 28 mai 1212.

S[tephanus], prepositus [Arelatensis].

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 155 v°. Livre noir, f° 156. Livre vert, f° 119 v°.

RAIMOND I FOUQUE, 1213-1224.

2606 Arles, 26 mars 1213.

Mense martii post Annunciationem Domini, die vii. kal. aprilis. *Vente à* M. archiepiscopo Arelaten. — Factum in aula archiepiscopali. Testes fuerunt Raimundus Fulco, prepositus sancte Arelatensis ecclesie.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 286. Livre rouge, f° 126.

1. *Lire* precentor et.

2607 Beaucaire, 30 janvier 1214/5.

L'archevêque Michel, consilio R. prepositi majoris *et des autres membres du chapitre, donne en fief à Simon de Montfort le château de Beaucaire avec l'Argence.*

Voir aux archevêques, n° 828, c. 358. — Le prévôt R. est encore présent à l'engagement de Simon, le 3 févr. (n° 829).

2608 Arles, mars 1215.

Le prévôt R. promet d'observer la transaction entre l'église d'Arles et le monastère de Montmajour.

Voir ci-dessus, n° 830, c. 359.

2609 Avril 1215.

... Ego Guibertus, electus et costitutus clavarius ex comuni consensu dni M. Dei gratia Arelaten. archiepiscopi, et consulum et consiliariorum.... per me et per alios clavarios, scil. Bertrandum Rainaudum et Guillelmum de Olivario,... vendo... tibi Bertrando, Arelatensis ecclesie sacriste,... ementi nomine ejusdem ecclesie Sancti Trophimi,... medietatem cujusdam androne pro indiviso versus cimiterium Sancti Trophimi..., precio L. sol. Raimunden. novorum, de quibus.... Ad hec nos Guillelmus Bonus filius, Autardus Aurell, Audebertus de Vouta, Petrus Fortis, notarius, consules... Actum... infra ecclesiam S[i] Trophimi... ; testes : Bertrandus de Senas, Raimundus de Miramas, Guiscardus, Petrus de Sancto Jacobo, canonici S[i] Trophimi... Et ego Ugo Audebertus, Arelaten. consulum notarius...

Chartrier de la sacr. d'égl. d'Arles, n° 2, orig. parch.

2610 (835) 4 septembre 1215.



Sceau du chapitre métropolitain de Saint-Trophime d'Arles.

Archevêché d'Arles. Liber aureus, n° 41. BLANCARD, *Iconogr. des sceaux et bulles*, p. 179.

2611 25 novembre 1215.

... Ego B. decanus Arelaten. ecclesie, considerans et cognoscens manifestam et evidentem utilitatem decanie et ecclesie Arelat., de consilio et voluntate et assensu dni M. D. g. Arelat. archiepiscopi. et R. prepositi et totius capituli..., requisito etiam multorum proborum consilio,... trado sub annuo censu XXX sextariorum mundi et optimi frumenti de prima pala, ad mensuram communem lapidis Arelatis, tibi fratri Petro de Deo, preceptori domus militie Templi Sancti Egidii,... quatuor terras que sunt in corrigia Argentie prope mansum Hospitalis Hierosolimitani de S° Egidio... Testes : R. prepositus Arelat. et alii canonici... R. de Armillano, B. de Cenassio, S. operarius, R. Bonaudus, Guiscardus, P. de S° Jacobo, R. Bonetus, R. Tron, Amalricus et Raymundus...; et ego Petrus Nicolaus, consulum Arelat. notarius,...

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 368. Livre rouge, f° 414. BONNEMANT, *Cart.*, t. I, p. 15.

2612 3 décembre 1215.

Anno dominice Incarn. M°.CC°.XV°, III nonas dec., regnante Philippo rege Francorum, controversia vertebatur inter Raimundum Fulconem, prepositum Arelat., et canonicos ejusd. ecclesie, ex una parte, et Raimundum de Mesvaga, et Merllinum, et Alfantetum de Tarascone, et Alfantetum de Lauriis et fratrem ejus Rostagnum Guillelmum, ex altera, in curia Bellicadri, *sur la* villa *de Cons, qui est adjugée au chapitre.*

Chapitre d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 147.

2613 1216?

CARTA DE CENSIBUS ANNIS SINGULIS PERSOLVENDIS.

ECCLESIA Sancti Genesii de la Corona in uno anno XXX scutellas, et XVI gradaletos in Natale Domini ; in alio anno debet dare X. justicias ligneas, et X. ciphos. Domus Hospitalis Sancti Tome, pro ecclesia, et pro cimiterio, et pro curtibus, et pro orto, et pro vinea que est ante domum, debet dare in festivitate Sancti Thome apostoli XXV solidos Melgoriensium ; et pro loco illo ubi solebat fieri navis hospitalis, debent portare fratres unum clericum ultra mare cum suo arnesio, sine precio, quociens faciunt unam navem. Ecclesia Sancti Mederii, V. solidos, et pro synodo XII. denarios. Ecclesia Sancti Petri de Gallico, pro synodo XII. d. Sancta Maria la Capella, pro synodo III. d. Ecclesia Sancte Marie de Mari, XXX. sol. et pro synodo, II. sol. Ecclesia Sancti Petri de Mejanis, VIII. sol. et pro synodo, VI. den. Ecclesia Sancti Ferreoli, pro synodo VI. d. Ecclesia Sancti Johannis de Mejano, pro synodo, XII. d. Sancta Cecilia de Mesefreg, VIII. d. pro synodo. Sancta Cecilia de Romellano, pro synodo, XVIII. d. Ecclesia Sancti Vincentii de Vincula, pro synodo, XII. d. Ecclesia Sancti Cesarii de Junctá, pro synodo, XII. d. Ecclesia Sancti Petri de Thora, pro synodo, III. d. Ecclesia Sancti Sisinnii, pro synodo, III. d. Ecclesia Sancti Romani de Mesens, pro synodo, III. d. Ecclesia Sancti Martini de Fumeriis, pro synodo, III. d. Ecclesia Sancti Vincentii de Canoas, pro honore VIII. modios frumenti, et pro synodo, III. d. Ecclesia Sancti Petri de

Fabriciano, iiii. d. pro synodo. Ecclesia Sancti Leodegarii, pro manso xii. d., pro synodo xii. d., et pro censu xl. sextaria annone. Ecclesia Sancti Michaelis, pro honore xii. modios frumenti; pro condamina S. Stephani, viii. modios inter frumentum et ordeum. Ecclesia S. Vincentii de Albarone, pro synodo xviii. d. Ecclesia S. Crucis de Burgo, xxv. Ecclesia S. Laurentii, xx. sol. Ecclesia S. Martini, xx. sol. . . . . . . iii. sol. Sancti Luciani, iiii. sol. Sancte Marie ante Sanctum Trophimum, xl. sol. et vi. libras cere. Sancti Juliani, xl. sol. Ecclesia Sancte Marie Majoris, xxv. sol. Sancti Michaelis de Scala, v. sol. Sancti Georgii, ii. sol. et dimidium. Ecclesia Sancte Trinitatis, mediam marcham argenti, et medietatem panorum, oblationum, et aliorum bonorum occasione cimiterii provenientium. Ecclesia Sancti Petri de Fanebregol, xv. sol. Ecclesia Sancti Jacobi, xii. sol. Ecclesia Sancti Desiderii, iii. sol. Ecclesia Sancti Honorati, unam libram incensi. Ecclesia Sancti Ypoliti de Cravo, pro honore, viii. modios frumenti, pro synodo xii. d. Ecclesia Sancte Marie de Gallignano, viii. modios frumenti et unum faicem funiculi. Ecclesia Sancti Salvatoris de Fossis, pro synodo, xviii. d. Ecclesia Sancti Sulpitii de Fossis, pro synodo, vi. d. Ecclesia Sancte Marie de Boc, unam libram cere. Ecclesia Sancti Vincentii de Ugio, pro synodo, iiii. d. Sancti Petri de Ugio, iiii. d. pro synodo. Ecclesia Sancte Marie de Castro veteri, pro synodo, iiii. d. Ecclesia Sancti Mitri, pro synodo, iiii. d. Ecclesia Sancte Trinitatis de Rollone, pro synodo, iiii. d. Ecclesia Sancti Genesii de Ponte, pro synodo, vi. d. Ecclesia Sancte Marie de Ponte, pro synodo, xii. d. Ecclesia Sancte Marie de Castello novo, xxiiii. eminas frumenti, et pro synodo, iiii. d. Sancta Cecilia subtus Castrum novum, pro synodo, vi. d. Ecclesia Sancti Petri de Pabia, xxiiii. eminas frumenti, et v. solidos pro uno porco, et pro synodo, xii. d. Ecclesia Sancte Marie de Marinhana, vi. modios frumenti, et iii. vini, et centum anguillas pontesas, et unum porcum, d. viii. solidorum, et pro synodo, duos solidos. Ecclesia Sancti Nicholai, pro synodo, iiii. den. Ecclesia Sancti Michaelis de Ginaco, tres modios frumenti, et unum vini, et quatuor eminas ordei, et iiii^or eminas fabarum, et pro synodo, xii. d. Ecclesia Sancti Victoris de Cella, pro synodo, iiii. d. Ecclesia Sancti Geraudi de Vitrola, cum appendiciis suis, xxvi. sol. Regalium, et pro synodo, xx. d. Ecclesia Sancte Marie de Lioncio, v. solidos, et tertiam partem pannorum, et obventionum que proveniunt ei occasione sepulture, et pro synodo, iiii. d. Ecclesia de Rodinaco. . .[1] abs. . . . partem decime in pane et vino, et quarta pars ipsius castri est Sancti Trophimi. . . . Ecclesia Sancti Martini de Velaus, pro synodo, vi. d. Sancta Maria de Vellaus, v. solidos pro uno porco, et viii. d. pro synodo; et habet in ea ecclesia de Berra unum modium frumenti, et alterum ordei. Ecclesia Sancti Saturnini subtus Vellaus, cum omni honore suo est . . . et debet dare pro synodo vii. d. Ecclesia Sancte Marie de Cadaros, cum appendiciis suis, xii. modios frumenti, et v. vini, et xx. solidos de duobus porcis. Ecclesia Sancti Tyrsi, pro synodo iiii. d. Ecclesia Sancte Marie de Cornilione, pro synodo, vi. d. Sancta Maria de Miramare, pro synodo, vi. d. Ecclesia Sancti Petri de Granis, l. solidos, et pro synodo, vi. d. Ecclesia Sancti Laurentii de Sallone, v. modios frumenti, et v. vini, et xxiiii. sol. pro duobus porcis, et pro synodo, ii. solidos. Ecclesia de Alvernico, tres modios frumenti, et pro synodo, xii. d. Ecclesia Sancti Cesarii de Alvernico, x. solidos, et pro synodo, xii. d. Ecclesia Sancte Marie de Valle, unum modium frumenti, et unum porcum, d. vi. solidorum. Ecclesia Sancti Martini de Palude majori est de manu prepositi, cum omni honore suo, cujus termini sunt isti : a camino Sallonis usque ad lapides magnos, sicut aqua pendet usque ad terram Bertrandi Bermundi ; et a rochatio, quod est ultra terram Bertrandi Bermundi, usque ad peironem de Tribus malis, sicut via protenditur usque ad Terrussas, et ultra Terrussas est prope acervus lapidum, a quo movet quedam via usque ad regordum caminum ; et a regordo camino usque ad claperium vie Stelle, et ibi est via publica que ducit usque ad stagnum de Duobus emis ; et a stagno de Duobus emis usque ad Aurichols ; et ab Aurichols usque ad thorum Valli maurs ; et a thoro Valli maurs usque ad donerium Jaileni : isti sunt termini Sancti Martini de Cravo. Ecclesia Sancti Ypoliti, viii. modios frumenti, et pro synodo, iii. d. Ecclesia Sancte Marie de Auricula, pro synodo, iiii. d. Ecclesia Sancte Marie de Insula, unam libram cere. Ecclesia Sancte Marie de Moreriis, pro synodo, xii. [d.] Ecclesia Sancti Romani de Moreriis, pro synodo, iiii. d. Ecclesia Sancti Martini de Launa, pro synodo, vi. d. Ecclesia Sancte Marie de Castilione, pro synodo, vi. d. Ecclesia Sancti Andree de Baucio, iiii. d. Sancti Vincentii de Baucio, vi. d. Sancte Marie de Monte Pavone, iiii. d. Sancti Petri intra Montes, iiii. d. Sancti Victoris de Castello, iiii. d. Sancti Cesarii de Monte majore, ii. d. et unum facium feniculi. Ecclesia Sancti Sepulcri de Clausonna, pro synodo, vi. d. Sancti Michaelis de Barcianico, pro synodo, xii. [d.] Ecclesia de Chones, v. d. et pro synodo, iiii. d. Ecclesia Sancti Vincentii de Jonqueriis, vi. d. Sancti Michaelis de Juncheriis, vi. d. Sancti Sixti de Roca, iiii. d. Sancti Pauli de Curto Saxo, viii. d. Ecclesia Sancte Pasche, vii. cannas olei. Sancte Marie de Pomeriis et Sancti Nazarii, viii. d., pro synodo. Ecclesia Sancti Petri de Campo publico, pro synodo, xviii. d. et archiepiscopo unam marcham argenti. Ecclesia Sancti Jacobi de Saliano, iiii. d. Ecclesia Sancti Martini de Furcis, xxv. sol. et pro synodo, xii. d. Sancte Marie de Adavo, pro synodo, xviii. d. Sancti Dionisii, xii. d. Sancti Genesii de Corrigia, pro synodo, vi. d. Ecclesia Sancti Petri de Molegesio, vi. d. Sancti Andree super Mallava, viiii. d. Sancte Marie de Mallava, iiii. d. Sancti Petri de Mallava, xx. d. Sancti Michaelis de Briansone, iiii. d. Sancti Romani super Lauradam, vi. d. Sancti Vincentii de Laurada, viiii. d. Sancti Gabrielis, vi. d. Sancti Philiphi, v. sol. Ecclesie Sancte Marie de Lansaas, viii. modios frumenti, et quatuor vini, et pro synodo, xii. d. Abbatia Sancti Egidii, pro honore de Pelamonegues, xii. sextarios annone, et iiii^or ordei, et v. libras cere.

Domus S. Candoratoris, xii. d.

Johannes Vermet, pro honore de Monte porci, vi. d.

Petrus de Alvernio, pro eodem honore, vi. deniers.

Domus Johannis Escarola, xii. sol.

Domus Cabiscolorum, tres obolos.

1. Les passages en blanc ont été grattés avec un canif.

Domus Flandine, II. sol. et dimidium.
Domus Raimondi Borgondi, II. sol.
Domus Palmeria, XII. d.
Domus Ode, duos solidos.
Domus Matharoni, VI. d.
Domus Petri capellani infirmorum, VI. d.
Domus Stephani de Pellicana, II. d.
Domus Bertrandi Autonmi, XII. d.
Domus Petri Pelliparii, XVIII. d.
Domus Poncii de Pellizana, I. pog.
Domus Raimundi de Pellizana, I. pogisia.
Domus Johannis Treves, una pogisia.
Domus Bernardi Barrali, XII. d.
Domus Bertrandi de Lanciaco, XII. d.
Domus Galiane, VI. d.
Domus Bontos W. de Dions, XII. d.
Domus Rostagni Garini, V. d.
Domus Barrali, III. sol.
Domus Gaiaronis, II. sol.
Domus Ebrardi, XII d.
Domus Johannis Textoris, XII. d.
Domus Mali Pondi, XII. d.
Domus Poncii Civadin, I. obolum.
Domus Petri Textoris, I. obolum.
Domus Paschasie, XII. d.
S. Rascasius de domo, XII. d.

Decano Sancti Trophimi debent Judei dare annuatim pro censa, in Pascha Domini, libram I. piperis grossam, quamdiu ibi erit decanus.

Domus Ysnardi de Istre, IIII. sol.
Domus Poncii Geraldi ante domum Ode, III. sol.
Domus Jordane, unum denarium.
Domus Guillelmi Mercatoris, unum obolum.
Domus Mallare, unum obolum.
Domus Petri Davinus, I. obolum.
Domus Poncii Gotti, I. obolum.
Domus Raimondi Baudoini, XX. sol.
Domus Raimondi de Sancto Remigio, XII. d.
Domus Raimondi d'Agde, VI. d.
Domus G. de Aguileria, VI. d.
Domus que sunt in feudo eorum de Aqueria, VII. d. et obol.
Domus infirmorum de Trecataliis, XII. d.
Domus Poncii de Camargis de Colonada, III. sol.
Petrus Bonaldus.
Raimondus Ber, duos capones.
Sarago Itius, duos anseres.
Domus Petri Barrabani, duas lampredas, vel pro una quaque III. solidos.
Domus Poncii Fabri, XX. sol.
Domus Gontardi Veirier, XXX. sol.
Domus Cothiani, XVI. sol.
Domus Raimondi de Sancto Glore, XVIII. sol.
Domus Guillelmi Textoris, XX. sol.
Domus Raimondi Bollagon, XL. sol.
Domus Petri de Dormitorio, unum obolum.
Domus Rebolle pro omnibus bonis suis, V. sol., et dedit se et sua Deo et beato Trophimo.
Hospitale St Gabrielis, X. sol. et unam libram piperis.
Guillelmus Isnardi, miles, dedit se pro homine Sancto Trophimo, et pro sepultura ; et dat XVIII. d. censuales.
Baronetus eodem modo, et dat unam eminam annone.
Jacobus Ollanus eodem modo, et dat II. sol.
Poncius Capellanus eodem modo, et dat XVIII. d.
Guillelmus de Sancto Andeolo eodem modo, et dat X. sol.

De manca jornal debemus habere singulis annis, in Natale Domini, IIII. sextarios ordei, et de omnibus fructibus terciam et decimam. Custodes vinearum, omni anno debent dare ad opus cellarii duas duodenas amarinarum bonarum ; illi de Sancto Genesio tantumdem ; illi de Coronada, et de Cotaron tantumdem ; et est sciendum quod in quolibet redorcello debent esse XX. amarine de triginta cartalibus olei, quos dimisit Isnardus capellanus censuales, apud Sallonem, super quadam vinea, et ipsius vinee dominium Beato Trophimo, accipit prepositus ad opus mense decem, et sacrista XX. cartalos. In Judeis civitatis Arelatensis habet prepositus duas libras piperis, unam sotil in Natale Domini, alteram grossam in Ressurectione Domini. Abbas Sancti Gervasii debet similiter preposito et canonicis, duas libras piperis in Natale Domini.

In festivitate Sancti Trophimi, archiepiscopus debet dare XXXII canonicis optime procurationem, tali modo : in duabus coccis vacce, VIII. pecias ; et in duobus lateribus porci, libras VIII ; carnes cirogrillorum, XVI ; XL. libras panis ; de pipere, medietatem libre ; de pigmentis, uncias VI. sem. ; spici, I ; canelle, II ; et semis zinziberis ; et cithovali, II. et semis ; de melle, cannam unam ; unam saumatam de optimo vino ; de rebulis, CLX. Similiter, in festivitate Sancti Stephani, uno eodemque modo sacrista debet facere ; vestiarius, in festivitate Sancti Augustini, debet refectorium procurare ; domnus archiepiscopus debet similiter, in Annuntiatione Sancte Marie, facere ; domnus archiepiscopus debet in refectorio comedere in Natale Domini, et Sancti Trophimi, et Sancti Stephani, et in Pascha, et Pentecosten, cum tribus tantum vel quatuor sociis suis. Similiter, in Ramis palmarum, bajuli nostri Furcorum solent facere tali modo, sicut in hoc instrumento continetur *(n° 2525)*.

Authentique du chap. d'Arles, f° 107 ss. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 134-8.

2614 Trinquetaille, 11 septembre 1216.

R. prepositus *et le doyen du chapitre donnent en garde le château de Mornas à Hugues de Baux.*

Voir ci-dessus, n° 837, c. 331-2.

2615 Arles, 28 mars 1217.

Election des nouveaux consuls, coram R. preposito et decano, vice archiepiscopi fungentibus, *le siège vacant.*

Voir ci-dessus, n° 842, c. 333-4.

2616 13 septembre 1217.

R[aimundus] prepositus ecclesie Arelatensis.

Authentique du chap. d'Arles, f° 149 v°.

2617 3 juillet 1218.

Accord inter ecclesiam Arelatensem, ex una parte, et domos Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani Sancti Egidii et Sancti Thome et aliarum domorum in diocesi Arelat. constitutarum, ex altera, *au sujet des dimes,* per

d. B. Cavallicen. episcopum et B. decanum Arelaten. et fratrem Guillelmum Scriptorem, priorem domus Hospitalis S. Johannis Jherosolimit. Tholose... Act... in claustro canonicorum S. Trophimi.

Étendu de Pierre Bertrandi, not. d'Arles, 1423, *vidimus*. BONNEMANT, *Cart.*, t. I, p. 178-80.

2618 3 juillet 1218.

R[aimundus], prepositus Arelatensis.

Arch. des B.-du-Rh. O. de Malte. Cart. 69, Trinquetaille. BONN., *Cart.*, t. I, p. 179.

2619 Arles, 15 août 1218.

... Ego B. sacrista Arelatensis, consilio et assensu R. prepositi et P. Allaudi, canonici ejusdem ecclesie, et eisdem presentibus..., dono et concedo in accaptum perpetuum... tibi Raimundo de Avinione... et quibus... concedere volueritis, exceptis militibus et domibus religiosis, duo casalia que sunt in ferragini quondam dni Ymberti Arelaten. archiepiscopi... ; retentis tamen michi et per me sacristie Arelaten. XII. sol. censualibus annuatim solvendis jure dominii in festo beate Marie de medio augusto ; et... confiteor me recepisse.. a te XII. sol. Raimunden. novorum... Actum.. in claustro Sancti Trophimi, ante domum capituli... Et ego Guillelmus de Graveçons, consulum Arelaten. notarius....

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 3, orig. parch.

2620 18 novembre 1218.

Charte concernant le prieuré de St-Gilles. Actum... coram dno R., Arelaten. preposito, vicem Hugonis II. archiepiscopi obtinente, cum esset absens,...

Voir ci-dessus, n° 854, c. 337.

2621 24 février 1218/9.

R[aimundus], prepositus [Arelatensis].

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 313.

2622 19 avril 1219.

R[aimundus], prepositus [Arelatensis].

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 416 (BONN.)

2623 Grans, 22 mai 1219.

R. prepositus. Actum in ecclesia B. Petri de Granis.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 332.

2624 Arles, 28 juillet 1219.

Échange entre l'archevêque et le sacristain du chapitre d'Arles, presentibus... Raimundo preposito,...

Livre rouge, f°s 232 v° et 379. Voir ci-dessus, n° 863, c. 338-9.

2625 Arles, 19 octobre 1220.

Concession personnelle du chapitre à l'archevêque.

IN nomine Domini, anno Incarnationis ejusdem millesimo CC°XX, XIIII° kalendas novembris, notum sit presentibus et futuris quod nos R. prepositus et capitulum Arelatense, benigne attendentes et diligenter considerantes tribulationes et angustias, expensas et debita archiepiscopalis domus, que eidem domui nostris temporibus contigerunt, tum propter guerras ab inimicis pacis et fidei Arelatensi ecclesie irrogatas, tum propter inundationes aquarum, tum propter deffectum venerabilium in Christo patrum nostrorum Michaelis et Hugonis, bone memorie Arelatensium archiepiscoporum, qui multis et magnis debitis archiepiscopalem domum honeraverunt et honeratam dimiserunt ; considerantes etiam vos dilectum et venerabilem in Christo patrem nostrum Hugonem, Dei gratia Arelatensem archiepiscopum, propter evidentem utilitatem, et imminentem necessitatem Arelaten. ecclesie, et propter libertatem ejusdem ecclesie conservandam, non modicas fecisse expensas, et non tantum res, set etiam personam vestram, et res et personas amicorum vestrorum, pro fidelitate Arelaten. ecclesie, multis periculis exposuisse ; attendentes etiam expensas quas fecistis in itinere Romano, ad predicta debita relevanda, persone vestre tantum, non ordini, non officio vel dignitati, ecclesias nostras de Sallone, scil. Sancti Laurentii ecclesiam, et ecclesiam Sancte Marie de Castello, et ecclesiam Sancte Marie de Cuch, cum universis et singulis que in inventario inde confecto continentur, quamdiu vixeritis, personaliter concedimus possidendas ; retinemus tamen in eisdem ecclesiis censas mense canonicorum Arelatensium pertinentes, videl. quinque modios optimi frumenti, et quatuor modios optimi vini, et duos porcos, quorum unus est VIII^{to} solid., alter XII^{cim} solid. Raimundensium, et XX solidos pro anniversario Petri de Veruna ; retinemus etiam in eisdem ecclesiis, quod quotienscumque prepositus, vel aliquis seu aliqui de canonicis Arelaten., vel de numero eorumdem, ad predictas ecclesias venerint, ibi honorifice recipiantur et procurentur ; et si forte contingeret, quod Deus advertat, quod canonici Arelaten., propter interdictum vel aliquid aliud, exirent de civitate Arelatensi, quod in eisdem ecclesiis et earum domibus sicut in suis possint venire et ibidem morari, et de bonis earumdem, secundum facultates ecclesiarum et dispositionem capituli, sustentari. Et nos Hugo, Dei gratia Arelatensis archiepiscopus, recognoscentes ecclesias predictas de Sallone, cum universis et singulis que in inventario continentur, ad canonicos Arelatenses pleno jure spectare, predictas ecclesias cum omnibus predictis de manibus vestris recipimus persone nostre tantum, non ordini, non officio vel dignitati personaliter concessas ; promittentes, et per Guillelmum de Sancto Cannato, canonicum Arelaten., in animam nostram jurare facientes, indempnitatem ecclesiarum de Sallone, et nos fideliter persoluturos censam supradictam, et universa et singula supradicta, bona fide, et sine omni dolo atque malo ingenio, ad honorem et utilitatem canonicorum Arelaten., et ecclesiarum de Sallone ad eosdem canonicos spectantium, fideliter completuros. Actum fuit hoc in capella dni archiepiscopi, presente capitulo, presentibus et consentientibus R. preposito, B. decano, B. sacrista, P. precentore, R. de Miramari, infirmario, Guiscardo, vestiario, Guillelmo priore de Berra, Bermundo priore de Marignana, Gantelmo priore de Gallignano, Raimundo priore Sancte Marie Majoris, Petro priore Sancti Michaelis, Berrardo de Nemauso, priore Sancti Martini, Bertrando priore de Giniaco, Hugone priore de Alvernico, Bertrando priore de Vitrola, et Alfanto, Poncio Fabro, Guillelmo de Sancto

Cannato, Amelio de Rosingnaco, Bermundo Arnulfo, canonicis Arelatensibus.

Arch. du chap. Chartrier des prévôts, part. II, n° 48, orig. scellé de deux sceaux en plomb, l'un du chapitre, l'autre d'Hugues II, archev. d'Arles. Bonnemant, t. II, p. 291.

2626 Arles, 27 avril 1221.

Donation de R. Berengarius *à l'abbaye de Silvacane. A Arles.* Testes : R. prepositus Arelaten.

Arch. des B.-du-Rh. Silvacane.

2627 4 juin 1221.

Enquête au sujet des droits de sépulture de l'abbaye de St-Césaire, coram R. Arelaten. preposito et coram magistro Gervasio, *arbitres constitués par l'archevêque et le chapitre.*

Voir ci-dessus, n° 875, c. 343.

2628 St-Georges, 13 juin 1221.

L'archevêque d'Arles Hugues et son chapitre soumettent leur différend avec l'abbesse de St-Césaire Aldiarde arbitrio dni R. prepositi Arelaten. et magistri Gervasii in regno Arelaten. imperialis aule marescalli, qui patronus fuerat in causa eadem pro monasterio. *On rappelle* compositionem a XL. annis factam, inter canonicos et monasterium, per P. Ferreolum, tunc prepositum Arelaten. *Les arbitres maintiennent le cimetière des Aliscamps dans son entière liberté, sans portion canonique.*

Voir la pièce à l'abbaye de St-Césaire.

2629 (-878) Arles, 14 août 1221, 12 janv. 1221/2.

Echange entre l'archevêque et les chanoines d'Arles.

In nomine Domini, anno Incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo vigesimo primo, pridie idus januarii, nos Hugo, per Dei gratiam Arelaten. archiepiscopus, Raimundus prepositus et capitulum Arelat., considerantes et diligenter attendentes utilitatem tam domus archiepiscopalis quam communitatis capituli Arelat., tales facimus inter nos permutationes... in perpetuum observandas. In quibus permutationibus nos Hugo archiepiscopus... tradimus et concedimus vobis R. preposito et capitulo Arelat... possessiones et omnia jura illa et censas et senhorias, quecumque et quascq. habuimus ex causa compositionis ab abbatissa et monialibus S. Cesarii Arelat., in Argentia versus Bellicadrum; pro decimis quas exhigebamus ab ipsis, secundum quod in cartis inter nos et abbatissam factis plenius continetur; et ecclesiam S. Martini de Burgo, cum omnibus possessionibus, juribus, pertinenciis et appendiciis suis, excepta censa XL. solid., quam permutamus sacriste Arelat. pro cursorio de Malcrosset, sicut continetur in cartis publicis inter nos et sacristam confectis; recipientes a vobis R. preposito et capitulo predictis... ecclesiam de Medianis, cum censa, que est II. modiorum annone, et cum omn. possessionibus, jur., pertin. et append. suis. Item nos Hugo... tradimus vobis R. prepos. et capit. Arelat. ecclesiam B. Marie Majoris et ecclesiam S. Marie de Scala, cum censis, possessionibus, *etc.*; recipientes a vobis... ecclesias de Granis, scil. ecclesiam S. Petri et ecclesiam S. Michaelis de Granis, cum censis, possess., *etc.*; precipientes ad majorem authoritatem cartas inde fieri easque sigilli nostri munimine roborari. Et nos Raimundus prepositus et capitulum Arelat. .. tradimus et concedimus nomine permutationis vobis dno Hugoni archiep... ecclesiam de Medianis, cum censa pred. II. modior. annone..., recipientes a vobis... possessiones... quecq... habuistis... ab abbatissa et monialibus.., et ecclesiam S. Martini de Burgo..., excepta censa. Item nos Raimundus prepos. et capit. Arelat... tradimus et concedimus... vobis... ecclesias de Granis, scil. ecclesiam S. Petri et ecclesiam S. Michaelis de Granis, cum censis..., recipientes a vobis... ecclesiam B. Marie Majoris et ecclesiam S. Michaelis de Scala, cum censis... ; precipientes ad majorem autoritatem cartas inde fieri, easque sigilli nostri munimine roborari. Item nos Hugo archiepiscopus, R. prepositus et capitulum predict. confitemur et recognoscimus quod permutatio ecclesiarum B. Marie Majoris et S. Michaelis de Scala, et S. Petri et S. Michaelis de Granis facta fuit a nobis in vigilia Assumptionis b. Marie proxime preterita, licet nunc ad habendam perpetuam memoriam redigantur in scriptis. Facta fuerunt hec omnia in camera dicti dni archiepiscopi, presentibus et consentientibus Amico archidiacono, Bernardo sacrista, Guiscardo archipresbitero, Petro precentore, Hugone infirmario, Alfanto vestiario, R. priore de Berra, Gantelmo priore de Galignano, R. Bonaudo, priore S. Marie Majoris, Petro de S. Jacobo, priore S. Michaelis de Cappa, Pontio Fabro, Amelio et Guillelmo de S. Cannato, canonicis Arelaten.; et ego Aldebertus de Adavo, notarius dicti dni archiepiscopi, hiis omnibus pred. presens interfui et utriusque partis mandato hec scripsi.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 379. Bonnemant, t. I, p. 2.

2630 12 octobre 1221.

Ange avec croix. ORATE : *Ange*
PRO : EO : *avec encensoir.*
ANNO : M : CC : XX : I : IIII : ID⁹ : OCTOB' :
OBIIT : BERTRAND⁹ : DE : ATHILLANO : CANO
NIC⁹ : REGULARIS : SCI : TROPHIMI : ET : SACRISTA :

Cloître de St-Trophime d'Arles, galerie de l'ouest, mur intérieur.

2631 Salon, 7 novembre 1221.

Present. R. Fulcone, preposito [Arelatensi].

Arch. des B.-du-Rh. Chartrier de Salon, n° 75. Livre rouge, f° 258.

2632 Arles, 30 décembre 1221.

La suppression du doyenné et l'établissement de l'archidiaconat, par l'archevêque d'Arles, sont faits du consentement de Raimundi prepositi, *dont les bénéfices sont déterminés.*

Voir ci-dessus, n° 876, c. 344-6. Liber aureus, n° 203. Livre rouge, f° 150. Livre noir, f° 150. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 238-40. — Voir encore le n° 877. Livre vert, f° 155 v°. Bonn., *Cart.*, t. II, p. 29.

2633 26 janvier 1221/2.

Raimundus, prepositus ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 370 (Bonn.)

2634 Montmajour, 29 janvier 1221/2.

Donation de l'archidiacre de St-Trophime à l'abbaye de Montmajour, presente R. preposito... Arelat.

Voir ci-dessus, n° 880, c. 347.

2635 13 mars 1221/2.

Déclaration d'Amic, archidiacre de l'église d'Arles.

Anno ab Incarnatione Domini M.CC.XXI, tercio ydus marcii, regnante dno Fr. Romanorum imperatore. Ego Amicus archid[iaconus] Arelaten., profiteor et in veritate recognosco tibi Ugoni de Cathena, presenti et interroganti, quod tu habebas jure pignoris obligatas ferragines Sancti Gervasii, et affare de Corente, pro m. sol. Regalium coronatorum, ut continetur in quodam instrumento quod penes te habes. De quibus mille sol. reg. solvo tibi modo incontinenti d. sol., et residuos d. sol. promito me soluturum tibi, vel cui mandaveris, sub obligacione bonorum archidyaconatus nostri, ab hoc primo venienti Pascha uno anno elapso. Verum, si in termino predicto predictos d. sol. tibi, vel cui mandares, non solverem, ego tenerem tibi ostagium in burgo, a quo ostagio non exirem sine licentia tua. Et de omnibus fructibus et redditibus quos percepisti qualitercumque de predicto pignore, facio tibi bonum finem. Et quod inde tibi vel tuis non moveam aliquam littem, coram civili vel ecclesiastico judice, et quod omnia predicta compleam et attendam, per stipulationem tibi promito, et tactis sanctis evangeliis juro. Renuncians quadrimestribus induciis, et omni alii juri et racioni michi competenti. Actum fuit hoc in stari prebostie. Hujus rei sunt testes *R. prepositus Sancti Trophimi*, Pontius Faber, Petrus de Sancto Jacobo, Rostagnus canonicus Sancti Gervasii, Rostagnus Mixtura. Et ego Petrus de Montareno, Arelaten. notarius, qui hanc cartam rogatu utriusque partis scripsi.

Livre rouge de l'archevêché d'Arles, f° 358 v°.

2636 1222?

Nota pro precentore Sancti Trophimi.

Iste sunt cense quas percipit infra civitatem Arelatensem et extra. Judei Arelatenses dant precentori Arelatensi pro censa, singulis annis, in Pascha, unum bonum et finum obolum aureum, qui alio nomine masmutina vocatur, et unam libram piperis. Ecclesia Sancti Salvatoris de Trolla dat precentori Arelaten. in singulis sinodis, xviii denarios publice monete. Ecclesia Sancte Marie de Insula dat precentori pro censa, in synodo, unam libram cere. Ecclesia de Furcis dat precentori Arelaten. singulis annis pro censa, in festo Assumptionis beate Marie, vi sestarios optimi frumenti ad mensuram Arelatis, pro honore quem tenet dicta ecclesia de Furcis a precentore in Argentia. Pro anniversario Raimundi de Amellano, percipit precentor Arelaten. singulis annis, in festo Sancti Michaelis, xx solidos censuales publice monete, in stari Bertrandi Feronis, sicut continetur in instrumento publico per manum Guilelmi de Gravesons, notarii Arelat., inde confecto. Item pro eodem anniversario percipit dictus precentor xiii solidos et iiii den. censuales publice monete singulis annis, in festo Sancti Michaelis, in stari Raimundi Vitalis, sicut continetur in instrumento publico per manum Petri de Montareno, notarii Arelat., inde confecto. Item percipit pro eodem anniversario xxxv solidos censuales publice monete singulis annis, in festo Sancti Michaelis, in stari Guilelmi Rainoardi et Marie uxoris ejus, sicut continetur in instrumento publico per manum Ugonis Audeberti, notarii Arelat., inde confecto. Item pro anniversario dni Michaelis bone memorie Arelaten. archiepiscopi, et pro anniversario dne Sacristane, percipit precentor Arelatensis sextam decimam partem tocius Bosci mali pro indiviso, sicut continetur in instrumento publico per manum Poncii de Junqueriis, dicti dni archiepiscopi notarii, inde confecto. Item pro anniversario Johannis Antonii et uxoris ejus, percipit dictus precentor xx solidos censuales in stari Flandine de Rognas, in festo..... *Cætera desiderantur in codice.*

Authentique du chap. d'Arles, f° 147 v°. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 178.

2637 Arles, 11 avril 1222.

Transaction avec Molégès ; R. preposito Arelatensi.

Voir ci-dessus, n° 882, c. 347-8.

2638 28 avril 1222.

Raimundus, prepositus ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 414. Livre rouge, f° 164.

2639 29 avril 1222.

Raimundus prepositus Arelatensis.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 160 v°.

2640 13 juin 1222.

Assignation à l'archidiacre des biens de St-Gervais.

C. miseracione divina Portuen. et Sancte Ruffine episcopus, apostolice sedis legatus, dilectis in Xpisto B. sacriste, G. archipresbitero, P. precentori Arel., salutem in Xpisto Jhesu. Presentium auctoritate vobis volumus fieri manifestum, quod ecclesiam Sancti Gervasii de Fos, et villam Sancti Mittrii, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et medietatem decimarum pontis Sancti Genesii, et decimas de Corinthi, et cetera jura ad jus et proprietatem ecclesie Sancti Gervasii pertinentia, sita in Arelaten. dyocesi, que omnia dilecto nostro A., quem officiose pietatis instinctu, et nichilominus obtentu meritorum suorum, in archidiaconum Arelaten. promovimus, assignaveramus, venerabili in Xpisto patri Arelaten. archiepiscopo, et per ipsum mense archiepiscopali duximus assignanda. Quocirca vobis, in virtute obedientie, quanto districte possumus, precipiendo mandamus, quatenus dicto archidiacono, quem carum habemus, et speciali diligimus in Domino caritate, de bonis ad archiepiscopalem mensam pertinentibus, sicut decet archidyaconum, auctoritate nostra providere curetis ; taliter id acturi, quod super diligentia exsecutionis mandati nostri, vos possimus merito comendare, et perinde vobis reddamur favorabiles et benigni. Contradictores autem vel rebelles, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum apud Montempessulanum, ydus junii.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 359.

2641 11 août 1222.

Raimundus, prepositus Arelatensis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 413 (Bonn.)

2642 Arles, 17 août 1222.

Accord entre l'archevêque d'Arles et l'archidiacre Amic: R. preposito *approuvant et consentant.*

Voir ci-dessus, n° 890, c. 351-2. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 80.

2643 12 septembre 1222.

Sentence arbitrale de l'archevêque d'Arles entre l'évêque et les citoyens de St-Paul-Trois-Châteaux ; l'acte est scellé de la bulle du chapitre d'Arles, de mandato dni R. prepositi...

Voir ci-dessus, n° 891, c. 352-3.

2644 26 mars 1223.

R[aimundus] prepositus.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 108 v°.

2645 Arles, 13 juin 1223.

Cession du monastère de St-Gervais de Fos à l'archevêque d'Arles Hugues par l'ancien abbé Geofroi. Actum... super portam S. Stephani ; testes : R. prepositus, A. archidiaconus, B. sacrista, P. precentor, Hu. infirmarius, Ugo Dancus, R. de Miromari et R. Bertrandus, canonici Arelaten.

Voir la pièce à l'abb. de St-Gervais de Fos.

2646 Arles, 13 juin 1223.

Promesse de pension par l'archevêque d'Arles à l'ancien abbé de St-Gervais ; testes : R. prepositus,...

Voir ci-dessus, n° 901, c. 354-5.

2647 28 juin 1223.

Raimundus, prepositus Arelatensis.

Livre vert de l'archev. d'Arles, f° 386 (Bonn.)

2648 1er mars 1224.

Lettre du pape Honorius III à l'abbé d'Aiguebelle et preposito Arelatensi. Cum predicande crucis... *Il leur accorde des privilèges pour la prédication d'une croisade et leur enjoint d'organiser des processions pour exciter la dévotion envers la Terre-Sainte.*

Pressutti, *Reg. Honorii III*, t. II, p. 219, n° 4827.

2649 Arles, 2 mai 1224.

Union d'églises à St-Gervais de Fos par l'archevêque, du consentement du chapitre, R. prepositi,...

Voir ci-dessus, n° 906, c. 356-7.

2650 11 juin 1224.

R[aimundus] prepositus ; *accord avec Ulmet.*

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 154 v°.

2651 Beaucaire, 21 septembre 1224.

Arbitrage entre l'archevêque d'Arles et le comte de Toulouse, testibus preposito Arelatensi,...

Voir ci-dessus, n° 914, c. 358. Livre rouge, f°s 80 et 435 v°.

2652 4 novembre 1224.

Anno ab Inc. Dni 1224, pridie nonas novembris... Nos Raimundus, Arelaten. eccl. prepositus,.. damus... in acaptum Raimundo Girani ... universum affare nostrum quod est ultra Sanctum Ypolitum..., nomine acapti 1800 sol. Raimunden. novorum. *(Approbation de l'archev. Hugues Béroard).*

Authentique du chap. d'Arles, f° 148.

2653 20 décembre 1224.

Lettre d'Honorius III aux prévôt et chapitre d'Arles, confirmant compositionem que inter vos ex parte una et ecclesiam Sancti Michaelis de Feriguleto ex altera, supra quibusdam decimis, mediantibus venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Arelatensi, episcopo Avinionensi et collegis eorum amicabiliter intercessit... Cum a nobis petitur... Datum Laterani, decimo tertio kalendas januarii, pontificatus nostri anno nono.

Paris, Bibl. Nat., Baluze, LXXXVIII, f° 92, copie.

GUILLAUME II Béroard, 1225-1231.

2654 1er octobre 1225.

Hugues Béroard, archevêque d'Arles, donne en acapte à Albete de Tarascon, affare in capa Bosci comitalis. Ad hec nos W. Beroardus, Arel. eccl. prepositus...

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 364. Livre rouge, f°s 73 v° et 319 v°.

2655 12 octobre, 17, 19 novembre 1225.

G[uillelmus] prepositus Arelatensis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 406. Chartrier des paroisses, n° 92. Livre rouge, f°s 119 et 124 v°.

2656 10 janvier 1225/6.

G[uillelmus] prepositus, G. archidiaconus.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 209 v°.

2657 Arles, 11 janvier 1225/6.

Composition entre Raimond Bérenger et Hugues Béroard, pour l'île de Sasiniès, St-Mitre, etc. Témoin Guillelmus prepositus [Arelaten.].

Voir aux archevêques, n° 932, c. 365.

2658 Aix, 19 janvier 1225/6.

Diplôme de Raimond Bérenger, comte de Provence, en faveur d'Hugues Béroard, archevêque d'Arles... Aquis... Testes... G. prepositus Arelatensis.

Voir ci-dessus, n° 933, c. 365.

2659 11 juin 1226.

Testament d'Autardus Aurella, miles *de Salon, qui laissa divers biens au chapitre d'Arles ; il mourut avant le 19 sept.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 414. Authentique du chap., f° 147 v°. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 164.

2660 Marseille, 12 juillet 1226.

Annulation par le podestat de Marseille de l'union des deux villes, in presentia... Guillelmi Beroardi, prepositi Arelat...

Voir ci-dessus, n° 935, c. 366.

2661 19 septembre 1226.

Guillelmus, prepositus Arelatensis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 414 (Bonn.)

2662 11 janvier 1226/7.

Guillelmus, prepositus.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 275 v°.

2663 1227.

Anno dominice Incarn. 1227... Ego Ugo Audemerius, cellarerius ecclesie S. Trophimi, consentientibus.. dno G. archidiacono, nomine dni Guillelmi prepositi, cujus vicem gerit... *(emphythéose)*.

Authentique du chap. d'Arles, f° 149 v°.

2664 24 janvier, 1er, 20, 28 février 1228/9.

Guillelmus prepositus Arelatensis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 400. Chartrier de Salon, n°s 361 et 371 (Bonn.) Livre rouge, f°s 91, 122 et 133. — Voir les n°s 2676-8.

2665 Arles, 11 avril 1230.

Concession d'usufruit par le prévôt Guillaume.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo XXX, tercio idus aprilis, imperante dno Fr. Dei gratia Romanorum imperatore et semper augusto, et dno Persavallo de Auria, potestate Arelatensi existente. Nos *Guillelmus, prepositus Arelatensis*, de consensu capituli Arelatensis, et Bernardi, sacriste, Petri, precentoris, Bertrandi, vestiarii, Gantelmi, Petri de Sancto Jacobo et Moteti, canonicorum, presentium et concensum prestantium, concedimus tibi Guillelmo Blanco, ad vitam tuam, usumfructum cujusdam terre nostre, que est in Treboncio, ad columpnam, que jungitur, ab una parte vie publice, ab altera terre Stephani Martini, et ab alia terre Petri Bonelli, et ab alia terre quondam Hugonis Dugonati. Retento nobis in recognitionem dominii et concessionis presentis, uno sestario optime anno censuali, singulis annis solvendo, et deferendo a te in domo nostra. Et quod statim te mortuo, dicta terra, cum omni melioramento quod ibi feceris, et cum fructibus, si qui tunc fuerint in ea, ad nos et ad ecclesiam Beati Trophimi libere revertatur. Hanc autem concessionem tibi fecimus in recompensationem donationis quam tu nobis ob hoc de quadam terra tua fecisti..., et in recompensationem serviciorum que nobis et ecclesie nostre fecisti, et te facturum in futurum speramus... Actum fuit hoc in claustro canonicorum ; hiis testes interfuerunt, Petrus de Bions, Petrus Durantus, Petrus Elias, Guillelmus Bartolomeus. Et ego Pontius de Salaves, publicus Arelatensis notarius,...

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne etc., n° 211. Orig., ch. partie.

2666 18 septembre 1230.

Guillelmus prepositus Arelatensis.

Livre noir de l'archev. d'Arles, f° 94 (Bonn.)

2667 Aix, 26 novembre 1230.

Arbitrage de l'archevêque d'Arles entre l'évêque et les citoyens de Marseille ; testibus... preposito Arelaten...

Voir ci-dessus, n° 969, c. 374-5.

2668 7 décembre 1230.

Réserves de l'archevêque d'Arles au sujet de l'absolution donnée par lui a sententia vel sentenciis, quam vel quas ven. fratres Arelatensis prepositus, tunc vices nostras gerens in Arelathen. provincia, vel suffraganei nostri, de mandato ejus vel auctoritate, tulerant *contre le comte de Toulouse et ses adhérents.*

Voir ci-dessus, n° 970, c. 375-6.

2669 11 mars 1230/1.

G. præpositus Arelatensis ecclesiæ, pro capitulo Arelatensi, constituit unum bajulum ad petendum tres denarios, quos dicti præpositus et capitulum accipiunt pro singulis navigiis a piscatoribus piscantibus in palude Lone, in palude Rogerii, in palude Tribontii, in stagno Peluce, in palude Isclador, in palude de Silicono, in cro Barbegali et in palude quæ protenditur a Barbegali de Turri usque ad Canadel, et usque ad partidas aquarum dominorum de Baucio ; qui denarii dantur ab ipsis piscatoribus in crota piscariæ.....

Arch. du chap. d'Arles. Chartrier des paroisses, 2e p., n° 245 (Bonn.)

2670 Vers 1231.

Décrétale du pape Grégoire IX adressée Arelaten. capitulo, *déclarant exemptes de dîmes les terres incultes défrichées par des religieux.*

Gregorii IX *Decretal.* lib. v, tit. xxxiii, c. 33 (Boehmer, *Corp. jur. canon.*, t. II, c. 822). Potthast, 9683.

2671 11 avril 1231.

Dno Persavallo de Auria, potestate Arelatis existente, dom. Guillelmus præpositus ecclesiæ Arelaten. dat Guillelmo Blanco, de consensu capituli, usumfructum ad vitam tantum cujusdam terræ sitæ in Tribontio.

Arch. du chap. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 211 (Bonn.) Chartrier des Chapelles, n° 273. Cf. n° 2665.

2672 Arles, 28 août 1231.

Nos Guillelmus prepositus, G. archidiaconus, Petrus precentor, Bernardus sacrista, Raymundus de Miramari, archipresbiter, Bertrandus vestiarius, *et autres chan. d'Arles. Approbation de l'arbitrage du 15 mai 1229 (n° 945).* Acta fuerunt hec ante capellam dni archiepiscopi.

Arch. des B.-du-Rh. O. de Malte, cart. 69. Trinquetaille.

Le prévôt Guillaume Béroard fut peu après élu évêque de Carpentras ; il siégeait encore au chapitre, avec ce titre, le 20 oct. 1231 (n° 2679). — Voir encore le n° 1193.

2673 Arles, 1er septembre 1231.

... Imperante dno Fr... imperatore... et dno Persavallo de Auria, pot[estate] Arelaten. existente, controversia vertebatur inter dom. H. D. g. archiepiscopum Arelat., ex una parte, et Bernardum sacristam ejusdem ecclesie, ex altera, coram Bertrando, vestiario Arelat... Petebat... sacrista jus patronatus in ecclesiis Sancti Petri de Pesulo et Sancti Vince[n]tii, sitis infra Arelatem, et in ecclesiis Sancte Cecilie de Menefreg et Sancti Ferreoli et Sancti Petri de Tora, sitis in Camargiis, et censis *que ses prédécesseurs y avaient perçues ; l'archevêque rappelant l'échange précédent (n° 2629), le sacristain répliquant que son droit de patronage restait sauf. L'arbitre décide que l'archevêque jouira pleinement des églises de* Pessulo, *de* Menefreg *et de* Tora ; *le sacristain gardera le droit de patronage sur celle de St-Ferréol et 5 sous de cens sur celle de St-Vincent. A la mutation du recteur de celle-ci, le prévôt et les chanoines de St-Paul* de Mausoleo *présenteront un sujet au sacristain pour l'investiture et à l'archevêque* pro cura animarum. *Le sacristain percevra en outre le 1/2 marc d'argent sur l'Hôpital de la Sainte-Trinité.* Actum... in sala dni archiepiscopi, presentibus G. archidiacono, R° de Miramari, archipresbitero, Petro de Sancto Jacobo, Mercorio, Guillelmo Marcho, canonicis Arelat....

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 6, orig. parch. Bulle en plomb de l'archev. Hugues Béroard, conforme à l'exempl. reproduit au n° 889. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 9.

BERTRAND I MALFERRAT, 1231-1258.

2674 Arles, 16 mai 1225.

Convention de l'archevêque d'Arles avec l'abbé de Sénanque, du conseil et consentement du chapitre de Saint-Trophime,... et Bertrandi Malferrat, *qui figure le dernier parmi les chanoines.*

Voir ci-dessus, n° 929, c. 362-3. Livre rouge, f° 415.

2675 Arles, 22 mai 1225.

Hommage de Raymond de Romanin à Hugues Béroard, archevêque d'Arles, pour ce qu'il possède à l'étang de Vacarès, c'est-à-dire les étangs d'Emperiol, de Malgrose, etc. Actum in palatio dni archiepiscopi. Testes B. sacrista, Bermundus prior de Marignana, Ugo Audemerius, operarius, Bertrandus prior de Guignaco, B. Amicus, et Bertrandus Malferrat, canonici Arelatenses.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 336 v°.

2676 Trinquetaille, 24 janvier 1228/9.

Vente par Bertrand et Pontius Ravanus, *à Hugues, archev. d'Arles.* Actum in castro Trencatalliarum. Testes: dns Guillelmus prepositus Arelaten., dns Bernardus sacrista,... Malferratus vestiarius et canonicus Beati Trophimi.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 72 v°. Livre rouge, f° 91.

2677 1er février 1228/9.

Echange entre Hugues Béroard et le commandeur du Temple de St-Gilles, de ce qu'il avait à Boismau, pour ce que le Temple avait au Passon. Ad hec nos G. prepositus, G. archidyaconus, B. sacrista, Petrus precentor, Petrus de S. Jacobo, cellerarius, Bertrandus Malferratus, vestiarius, Gantelmus prior ecclesie de Galinnano, canonici eccl. Arelaten. *(Approbation.)*

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 416.

2678 Arles, 28 février 1228/9.

Anno dominice Incarn. 1228, x. kal. martii. *Sentence arbitrale entre Hugues Béroard, et les frères Audibert et Raymond de la* Vouta, *à l'occasion des tènements de Mézenx et la Voute.* Postea vero anno quo supra, pridie kl. martii, dns G. prepositus, R. archipresbiter, B. sacrista, P. precentor, P. de Sancto Jacobo, sellarerius, Amelius, prior de Vitrola, Guillˢ de Sancto Cannato, prior de Alvernico, Bermundus prior de Marignana, Bertrandus Malferratus, vestiarius, et R. de Barjolis, cannonici Arelaten., dictam compositionem laudaverunt et approbaverunt... Actum fuit hoc in capella dni archiepiscopi.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 122.

2679 Arles, 20 octobre 1231.

Inféodation de Castelveire par Hugues Béroard, archev. d'Arles..., consilio et approbatione conventus ecclesie S. Trophimi, scilicet dni G. electi ecclesie Carpentoraten., Bert. prepositi..... Testes vero interfuerunt dictus dns electus Carpentoraten... Et etiam dictus prepositus et omnes alii canonici sigillum sui capituli huic carte apponi preceperunt.

Voir aux archevêques, n° 972, c. 377-8.

2680 11 octobre 1232.

... Dno Rubeo de Turcha, potestate Arelat. exist., nos Aimericus Paratus et Bonasiap, vir et uxor, *vendent* Bernardo Furnerio et Marie, viro et uxori, *une vigne*... apud Sanctum Mederium. Ad hec ego Bernardus, sacrista Arelat. ecclesie,... laudo..., salvo... segnoria *et divers cens*... Actum... in stari sacristie...

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 7, orig. parch.

2681 27 octobre 1232.

Dom. Bertrandus prepositus ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 163.

2682 2 mars 1232/3.

Publication d'un testament, en présence du précenteur, sede vacante, vicem dni B. prepositi et capit. Arelat. gerentis.

Voir ci-dessus, n° 977, c. 379.

2683 Arles, 11 juillet 1234.

... *Hommage de* Gantelmetus *à* J. Dei gra. s. Arelat. eccl. archiepiscopo. Actum fuit hoc ante capellam dni archiepiscopi. Testes.. dni Bert. Avinionen. et R. Tholonen. Dei gratia episcopi, Bertr[andus] prepositus Arel.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f°s 333 v° et 337 v°.

2684 12 juillet 1234.

Bertrandus prepositus ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 140.

2685 Arles, 10 août 1234.

Hommage de Bertrand Porcellet à Jean Baussan, archevêque d'Arles. — Ante capellam dni archiepiscopi. — Testes : Bert. prepositus Arelaten.....

Voir ci-dessus, n° 991, c. 387. Livre rouge, f° 33 v.

2686 Salon, 7 septembre 1234.

Sentence arbitrale de Bertr. Malferrat, prévôt d'Arles.

ANNO Inc. dominice M.CC.XXXIIII, VII. idus septembris. Controversia vertebatur inter dnm J. Dei gratia sancte Arelat. ecclesie archiepiscopum, ex una parte, et Raymundum de Barjolis, ex altera, coram dno *B. Arelaten. preposito*, arbitro, seu arbitratore, vel amicabili compositore, ab utraque parte electo, super omnibus controversiis quas invicem faciebant, vel facere poterant, occasione cujusdam curtis que est ante quoddam portale Sallonis, quod vocatur portale Arlatanum, et cujusdam paratorii quod est in riperia Todobre, juxta torium Sancti Sereni, et cujusdam staris seu bastide, cum molendinis que sunt in dicto stari seu bastida, et tocius honoris quem dictus R. de Barjolis habet et possidet in tenemento Sancti Laurentii, in loco qui vulgariter Gabardell appellatur. Cujus prenominati prepositi mandamento, seu mandamentis, voluntario seu voluntariis, juris ordine servato, vel etiam penitus pretermisso, super predictis controversiis utraque pars stare promisit. Petebat siquidem dictus dns archiepiscopus a dicto R. de Barjolis... Tandem predictas controversias dictus dns prepositus amicabili compositione terminavit, videlicet in hunc modum. In primis siquidem statuit et mandavit dictus prepositus, quod dictus R. de Barjolis quiete et pacifice, et sine aliqua contradictione dicti dni archiepiscopi et successorum suorum, habeat et possideat curtem, et predictum paratorium, et dictam bastidam cum molendinis, et predictum honorem, seu affare prefati territorii de Gabardell, pro tribus partibus, tam jure possessionis quam proprietatis ; et recognoscat se habere et possidere predicta a dicto dno archiepiscopo et ejus successoribus ; et in signum dominii, det ei, et ejus successoribus, tres obolos aureos censuales, in Natali Domini, singulis annis solvendos, pro tribus partibus quas dictus R. possidet [in] predictis omnibus ; ita quod dictus dns archiepiscopus vel ejus successores, nichil amplius possit petere, vel exigere, a dicto R[do], vel ab alio qui nomine ejusdem R[di] habeat vel possideat, in predictis rebus seu possessionibus. Mandavit etiam dictus prepositus quod dictus R. de Barjolis finiat, cedat et desamparet decimas dicto dno archiepiscopo et ecclesie de Sallone, quas solitus erat accipere a fachiariis suis in tenemento de Gabardell. Et quod dictus R. det et solvat de cetero dno archiepiscopo et ecclesie de Sallone, decimas de omnibus possessionibus quas ipse excolit in territorio de Gabardell. Et dictus archiepiscopus et prior dicte ecclesie teneantur propriis expensis deffendere dictum R. de Barjolis, et ejus fachiarios, ab omni interpellatione et questione que moventur contra eundem R., et ejus fachiarios, super decimis dicti tenementi ; et se offerre causis vel litibus que eidem R., et suis fachiariis, a quocumque, super predictis decimis moverentur. Mandavit insuper dictus prepositus, quod pre omnibus que posset petere dictus dns archiepiscopus a dicto R. de Barjolis, occasione predictorum, dictus R. donet et solvat dicto dno archiepiscopo, pro tribus partibus omnium predictorum, decem et novem libras minus quinque sol. Raymunden. ; de quibus incontinenti dictus dns archiepiscopus se tenuit pro paccato. Renuncians... Et ad majorem omnium predictorum firmitatem dictus dns archiepiscopus bullam suam huic carte apponi precepit. Actum est hoc in castro Sallonis, in stari dni Arelaten. archiepiscopi, in porticu juxta ecclesiam Beate Marie. In presentia horum testium, videlicet B. sacrista Arelaten., R. de Barjolis, priore ecclesie de Sallone, Arnaldo, canonico Vasion., G. Barreria, canonico Tholonen., Andrea, sacerdote, magistro Stephano, sacerdote, Hugone Fornerio, Raymundo Juliano, Raymundo de Rossono, Peregrino, masellario, Bertrando Comt'. Et ego Guillelmus Marchus, castri Sallonis publicus notarius,...

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 228, cf. 226 v°. Livre noir, f° 113.

2687 Arles, 20 juin 1236.

... Raimundus de Barjols, sacrista Arelat., presente et consenciente dno Bert[rando], preposito Arelat.,.. recognovit Hugoni Audeberto... quod illa androna, que est inter criptam sacristie Arel. et stare dicti Hugonis, est communis... ; et... concesserunt dicto Hugoni precario partem quam sacrista habet in dicta androna... Actum... in stari prepositure, present... et consentient. Bernardo de Barjols, Petro Bernardi et Pontio de Mosteriis, canonicis Arelat....

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 8, orig. parch.

2688 9 juillet 1236.

Faculté donnée à l'archev. pour absoudre ses chan.

GREGORIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Porrecta nobis tua petitio continebat, quod nonnulli ecclesie Arelatensis canonici, ordinis Sancti Augustini, pro violenta injectione manuum in seipsos, quidam pro detentione proprii, alii etiam pro denegata tibi, cui regularis professionis vinculo, sicut asseris, sunt astrincti, et predecessoribus tuis, obedientia, vel conspirationis offensa excommunicationis laqueum incurrerunt, quidam quoque habuerunt ingressum in ecclesiam ipsam per vitium symonie, quorum quidam susceperunt sacros ordines, et divina celebrarunt officia sic ligati ; quare nobis humiliter supplicasti, ut super hiis eorum providere saluti paterna sollicitudine curaremus. De tua igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut eisdem excommunicatis hac vice juxta formam Ecclesie beneficium absolutionis impendas, injungens eis quod de jure fuerit injungendum, proviso quod manuum injectores, quorum fuerit gravis et enormis excessus, mittas ad sedem apostolicam absolvendos ; cum illis autem, qui, facti immemores vel juris ignari, absolutionis beneficio non obtento, susceperunt sacros ordines, et divina officia celebrarunt, injuncta eis penitentia competenti, eaque peracta, liceat tibi de « misericordia, que superexaltat judicio », prout eorum saluti

expedire videris, dispensare ; si vero prefati excommunicati scienter talia presumpserunt, eis per biennium ab ordinum executione suspensis, et injuncta eis penitentia salutari, eosdem postmodum, si fuerint bone conversationis et vite, ad gratiam dispensationis admittas; processurus circa illos, qui prefatam ecclesiam sunt ingressi mediante vicio symonie, secundum statutum concilii generalis. Proprium autem, si quod habent dicti canonici, in tuis manibus facias resignari, in utilitatem dicte ecclesie convertendum. Datum Reate, VII idus julii, pontificatus nostri anno decimo.

Archev. d'Arles. Liber aureus, nº 46, orig. scellé. BONN., *Cart.*, t. II, p. 33. — Paris, Bibl. Nat., Baluze, LXXXVIII, fº 104, copie, avec la date : « septimo kalendas julii » (25 juin).

2689 Arles, 24 juillet 1236.

Soumission des consuls d'Arles indûment élus à l'archevêque, assistentibus Bertrando preposito,...

Voir ci-dessus, nº 1013, c. 395.

2690 Arles, 16 décembre 1236.

Arbitrage entre l'archevêque d'Arles et le commandeur de St-Gilles. Ad hec nos Ber. prepositus....

Voir ci-dessus, n° 1017, c. 396.

2691 14 novembre 1237.

Transaction avec l'hôpital de Jérusalem de St-Thomas de Trinquetaille. Bert. prepositus.

Voir ci dessus, nº 1020, c. 396-7. Livre rouge, fº 399.

2692 15 décembre 1237.

B[er]t[ran]dus prepositus ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 372 (BONN.)

2693 Arles, 24 décembre 1237.

Accord entre habitants d'Arles, avec confirmation de l'archev. Testes interfuerunt dns Bertrandus prepositus,..

Voir ci-dessus, nº 1022, c. 397. Archev. d'Arles. Livre noir, fº 102. Livre vert, f° 45.

2694 Arles, 4 janvier 1238/9.

Hommage de Barral de Baux à l'archevêque. Testes interfuerunt... dom. Bertrandus prepositus,...

Voir ci-dessus, n° 1034, c. 400.

2695 25 mai 1239.

Bertrandus prepositus ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Livre vert, fº 46 vº (BONN.)

2696 Salon, 1er juin 1239.

Excommunication fulminée par l'archevêque contre les envahisseurs des biens de son église, in presentia... B. prepositi.

Voir ci-dessus, n° 1037, c. 402.

2697 7 novembre 1239.

ANNO : DNI : M : CC : XXXUIIII : VII : IDꝰ
NOUEMBRIS : OB : UILELMUS : DE
MIRAMARS : ORATE : PRO EO :

Cloître de St-Trophime d'Arles, galerie de l'est, mur intérieur.

2698 Arles, 30 juillet 1240.

Concession en fief par l'archevêque. Testes.. B't. prepos.

Voir ci-dessus, n° 1052, c. 410.

2699 31 juillet 1240.

B. prepositus ecclesie Arelatensis..

Archev. d'Arles. Liber aureus, nº 136 (BONN.)

2700 Cavaillon, 23 juin 1241.

Soumission de Raimond, comte de Toulouse, à l'archevêque d'Arles, in presentia... B. prepositi... Arelat....

Voir ci-dessus, nº 1060, c. 411-2.

2701 Cavaillon, 23 juin 1241.

Hommage du même à l'archevêque pour Mornas, in presentia B. prepositi et R. sacriste.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, fº 428 vº.

2702 5 juillet 1241.

Bertrandus prepositus ecclesie Arelatensis.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 138. Livre vert, f° 46 vº (BONN.)

2703 Salon, 29 novembre 1241.

Promesse de l'archevêque aux habitants de Salon, in presentia... dni B. prepositi... Arelat...

Voir ci-dessus, n° 1067, c. 413.

2704 Beaucaire, 1er février 1241/2.

Règlements pour Beaucaire,
faits par Bertrand Malferrat, prévôt d'Arles.

IN nomine domini nostri Jhesu Xpisti. Anno Incarnationis ejusdem M°.CC°.XL°.I°, scilicet kal. februarii, regnante Ludovyco rege Francorum. Cum propter graves dissentionum cissuras, que intervenerant inter A. priorem et monachos Bellicadri, ex una parte, et G. vicarium et cappellanos et clericos ecclesiarum Bellicadri, ex altera, occasione celebrationis divinorum officiorum in dictis ecclesiis, et provisionis ipsius vicarii, cappellanorum et clericorum ipsorum, et occasione juris quod dns archiepiscopus et Arelaten. ecclesia in dictis ecclesiis habere debebant ; et propter hoc dictus prior fuisset a ven. patre dno J. Dei gratia sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo excommunicationis vinculo innodatus. Tandem dictus prior, de consensu et auctoritate dni Willelmi, abbatis Case Dei, supposuit se misericordie dicti dni archiepiscopi, et insuper propria voluntate juravit stare mandatis ejusdem, tam super ordinatione divinorum officiorum celebrandorum in ecclesiis Bellicadri, et super assignatione provisionis ipsius vicarii, sacerdotum, et clericorum, qui ad servitium dictarum ecclesiarum deputabuntur per dnm archiepiscopum, vel locum ejus tenentem, quam etiam super juribus que in dictis ecclesiis, vel earum parrochiis, debent ad dnm archiepiscopum, vel ad Arelatensem ecclesiam pertinere. Et quoniam dictus dns archiepiscopus, magnis et arduis negociis prepeditus, circa diffinitionem, vel ordinationem istorum, personaliter intendere non poterat, commisit dno *Bertrando Arelatensi preposito* vices suas. Qui ad dictas ecclesias accedens personaliter, et habito super

premissis tractatu et consilio diligenti tam virorum religiosorum quam etiam peritorum utriusque juris, ordinavit, statuit et precepit circa predicta, auctoritate dicti dni archiepiscopi, que inferius continentur. — In primis siquidem dictus prepositus, auctoritate dicti dni archiepiscopi, ordinavit, statuit et precepit, quod monachi de cetero in ecclesia Sancti Nazarii, secundum suum ordinem divina officia celebrent, et cantent horas suas cannonicas in eadem, nec de cetero officient in ecclesia parrochiali Beate Virginis, vel etiam Sancti Petri ; nec missas celebrent populo in eisdem, nisi ex causa honesta, vel necessaria, vel utili, a vicario, vel ab alio nomine vicarii ipsius ecclesie fuerint invitati. Caveant autem monachi, ne excommunicatos vel interdictos in eadem ecclesia Sancti Nazarii de cetero recipiant ad divina. Item ordinavit dictus prepositus et precepit quod in ecclesia parrochiali Beate Marie de Pomeriis de cetero divina officia celebrentur cum sollempnitate, et devotione debita, juxta morem et consuetudinem, et institutiones Arelaten. ecclesie, per vicarium, et alios sacerdotes et clericos seculares, quos ad hoc dictus prepositus duxerit deputandos. — Item, ordinavit et statuit dictus prepositus quod de cetero prior qui pro tempore fuerit, vaccante vicaria, perpetuum vicarium, vita et scientia ydoneum, dno archiepiscopo qui pro tempore fuerit, ad easdem ecclesias representet, ut ab ipso instituatur vicarius, et ad curam recipiat animarum, et custodiam reliquiarum, et aliorum que expectant ad dictum dnm archiepiscopum ; et de hiis, et ceteris spiritualibus, et adherentibus spiritualibus, respondeant dno archiepiscopo et Arelaten. ecclesie, tam ipse vicarius quam alii sacerdotes, priori vero de temporalibus que spectant ad dictum priorem ; et dno archiepiscopo, pro ipso et dicto priore, super hiis et aliis, juxta formam et consuetudinem Arelaten. ecclesie, juratoriam exhibeant cautionem. — Item, statuendo precepit dictus prepositus, auctoritate predicta, quod de cetero in dicta ecclesia Beate Marie, eligantur et instituantur, preter ipsum vicarium, et preter cappellanum ecclesie Sancti Petri, duo alii sacerdotes, qui una cum vicario promittant et jurent obedientiam dno archiepiscopo, et ab ipso curam recipiant animarum ; et in ministerio ipsorum et servicio ecclesie sint de cetero duo diacones, et duo alii clerici benemorigerati, qui sciant distincte legere et cantare ; et tam ipsi sacerdotes quam clerici simul dormiant et manducent. — Item, precepit dictus prepositus, auctoritate dni archiepiscopi, dicto priori, quod ipse assignet sacerdotibus et clericis supradictis domum et habitationem : ita tamen ut aliunde liberum habeant ingressum et exitum, quam per portam monachorum ; et sit domus prope ecclesiam, in loco congruo et honesto, in qua possint honeste manere, comedere et dormire. Et quod de cetero dicti sacerdotes, vel clerici, qui servicio ecclesie deputantur, per cameras minime dormiant, set insimul omnes in loco qui eis fuerit assignatus. De aliis vero sacerdotibus qui habent cappellanias ex assignatione fidelium ejusdem castri Bellicadri, qui ex hac vita decesserunt, statuit et ordinavit idem prepositus, quod de cetero surgant ad matutinas, et conveniant ad horas cannonicas, quantotius frequentius poterunt cum ceteris clericis, ad ecclesiam Beate Virginis supradictam, servata tamen forma synodi. — Item, cum dns archiepiscopus quandam summam peccunie assignaverit vicario super certis proventibus dicte ecclesie, ut in instrumento inde confecto plenius continetur, dictus prepositus circa illud nichil penitus inmutavit ; sed auctoritate dni archiepiscopi ipsi vicario et aliis sacerdotibus, in virtute obedientie precepit, ne circa legata sibi a decedentibus facienda, in dampnum prioris, vel fraudem, aliquid machinetur ; que, si aliquo tempore detecta fuerit, per dnm archiepiscopum gravissime puniatur. Ceteris vero sacerdotibus, et dyaconibus, et clericis, pro stipendio assignavit dictus prepositus, quicquid eis, ex devotione fidelium, collatum fuerit a vivis, seu relictum vel legatum a decedentibus in ultima voluntate. — Item, auctoritate predicta, precepit dictus prepositus dicto priori, quod de cetero ministret victualia secundum consuetudinem vicinarum ecclesiarum, bene et honeste, ipsi vicario, sacerdotibus et clericis supradictis, in domo illa quam ad opus ipsorum sibi precepit dictus prepositus deputare. — Item, cum dns archiepiscopus et Arelaten. ecclesia jurisdictionem plenarie semper habuerint, et exercuerint, in castro Bellicadri, in causis matrimonialibus, et usuris, et ceteris causis ecclesiasticis, et visitationem et correctionem semper habuerint in ecclesiis dicti castri, precepit idem prepositus dicto priori, quod de cetero circa premissa, vel circa ea que spectant ad legem dyocesanam, vel legem jurisdictionis, vel etiam ad jus episcopale, contra dnm archiepiscopum vel Arelaten. ecclesiam, nichil presumant, tam dictus prior quam successores ejus, penitus attemptare. — Item, cum de jure parrochiali, ecclesia non possit petere cannonicam portionem de hiis que legantur ab illis qui in cimiterio ejusdem ecclesie eligunt sepeliri, set ab illis tantum qui alibi eligunt sepulturam, prohibuit dictus dns prepositus dicto priori, ne de cetero recipiat terciam partem in parte testamentorum, quam testatores qui ibidem sepelientur, gadiatorum suorum arbitrio, dimiserint dividendam. Et quia secundum canonicas sanctiones, de hiis que legantur cappellis, vel monasteriis, vel aliis piis locis, dyocesanus episcopus de illis debet portionem cannonicam obtinere, ordinavit et statuit dictus dns prepositus, ut tam in predictis quam etiam in omnibus aliis que legabuntur a parrochianis castri Bellicadri dictis ecclesiis, vel monasterio Case Dei, vel aliis piis locis, sit salvum jus dyocesanum et cannonica portio dno archiepiscopo et Arelaten. ecclesie, vel possint in predictis suam cannonicam petere, cum eis videbitur expedire. In omnibus autem predictis ordinationibus et statutis, retinuit dictus prepositus dno archiepiscopo plenariam potestatem addendi, diminuendi, interpretandi, et precipiendi omnia alia que viderit expedire. Hec autem ordinationes et statuta, lecta et recitata fuerunt die suprascripta in dicta ecclesia Beate Marie, presentibus priore et vicario predictis, in presentia et testimonio Willelmi, prioris Tharasconis, et Alberti, prioris Sancti Baudilii, Raimundi de Jocone, et Petri Clerici, et Laurentii de Podio, monachorum, et Berengarii, cannonici Arelaten., et magistri Willelmi Ricardi, et magistri Guiraudi de Petra lapta, et Stephani de Ucecia, et Raimundi de Croso, jurisperitorum, et Petri Sengnoreti, et Rostagni Ferratoris, et Johannis, prioris Sancti Syxti, sacerdotum, et Stephani Bonarici, notarii

quondam, qui mandato predicti dni Bertrandi, prepositi Arelaten., omnia suprascripta, prout ipse dixit, ordinavit et statuit, scripsit ; de cujus nota, videlicet, de nota cartulari dicti Stephani Bonarici, notarii quondam, ego Bertrandus Cappelli, notarius publicus, mandato et auctoritate dni Odardi de Villar', senescalli Bellicadri et Nemausi, pro rege Francorum, hoc instrumentum, ad requisitionem et mandatum predicti dni archiepiscopi, eidem extraxi, feci et scripsi, et signo meo signavi.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 209 v°. Livre rouge, f° 374. Cf. n° 1065.

2705 Beaucaire, 26 juin 1243.

Hommage de Barral de Baux à l'archevêque. Testes... Bertrandus prepositus Arelaten.

Voir ci-dessus, n° 1070, c. 414-5 (Baux).

2706 14 mars 1245.

Lettre du pape Innocent IV .. preposito et capitulo ecclesie Arelatensis. Cum castrum de... *Il leur enjoint de porter secours à l'abbé de St-Victor de Marseille pour la garde du château de Salon.*

Arch. Vatic. Reg. 21 Innoc. IV, an. II, ep. 575, f° 114 v°. Berger, 1115.

2707 25 août 1245.

Innocent IV confirme la sentence d'excommunication lancée par l'archev. contre quelques chanoines.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio preposito ecclesie Nemausen., salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster .. archiepiscopus Arelaten. nobis humiliter supplicavit, ut excommunicationis sententiam quam ipse in Bertrandum, qui pro preposito, et Raymundum, qui pro sacrista ecclesie Arelaten. se gerunt, et quosdam alios canonicos ejusdem ecclesie, pro eo quod sibi debitam obedientiam et reverentiam exhibere contumaciter denegabant, auctoritate propria, exigente justicia promulgavit, robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Datum Lugduni, VIII kalendas septembris, pontificatus nostri anno tercio.

Paris, Bibl. Nat., Baluze, CCCLXXX, n° 51, original, bulle sur chanvre.

2708 5 septembre 1245.

Lettre du même capitulo Arelaten. Hiis que pro ecclesiasticarum personarum... (Ut quæstiones inter archiepiscopum et capitulum per aliquos communiter electos terminentur. Confirmat statutum.) Dat. Lugduni, nonis septembris, anno III.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 66.

2709 Arles, 13 octobre 1245.

Quittance au sacristain de St-Thomas de Trinquetaille.

Anno Incarnationis Domini M.CC.XLV, III. idus octobris ; dnis Petro Fulcone, Bertrando Berengario, Raimundo de Monteolivo, Hugone de Tarascone, Bertrando Raimundo, Moteto, Raimundo Arlatano, Guillelmo Rainaudo de Stang, Guillelmo Archimbaudo, Hugone Bertrando, et Bruno Ricardo, consulibus existentibus Arelatis. Nos *Bertrandus, prepositus Arelaten.*, presente et consentiente P. archipresbitero Arelat., nomine capituli Arelaten. et pro eo, pro medietate ; et ego frater Johannes, preceptor domus Templi de Fos, nomine dni J. Dei gratia sancte Arelaten. archiepiscopi, pro alia medietate ; ambo insimul, bona fide, et ex certa scientia, confitemur, et in veritate recognoscimus, tibi fratri Guillelmo, sacriste domus Sancti Thome de Trencatallis, Hospitalis Jherosolimitani, presenti et stipulanti, et per te, fratri Guillelmo Botino, preceptori domus predicte, te et dictum preceptorem, nomine dicte domus et pro ea, nobis satisfecisse, plena et perfecta numeratione, et satisfactione, in illa parte que nobis contingit, jure canonico, porcionis de quadam terra quam Guillelmus de Meseüeg quondam legavit dicte domui, in sua ultima voluntate, prout in testamento ipsius continetur. Omni exceptioni non habite, hac non satisfecisse plena et perfecta numeratione et satisfactione nobis in dicta parte terre predicte, penitus renunciantes ; et de dicta parte, et de omni eo quod a dicta domo, vel preceptore, seu fratribus dicte domus, petere poteramus, usque in presentem diem, nomine vel occasione terre predicte, ratione canonice portionis, vel etiam aliqua de causa, te et per te, dictum preceptorem, et fratres domus predicte, et bona ejusdem domus, presentia et futura, clamamus, absolvimus penitus, et aquitiamus ; et pactum facimus de non petendis, et si quod jus in dicta terra, ratione canonice portionis, vel alia aliqua occasione, habemus, vel habere debemus, vel visi sumus habere debere, totum illud jus tibi fratri Guillelmo, et per te, preceptori predicto, et fratribus predictis domus predicte, cedimus, donamus, finimus, et in perpetuum, cum hac carta, desamparamus. Et quod contra predictam donationem, sive cessionem, non veniamus, vel contra aliquod de predictis, et omnia et singula suprascripta, rata et firma habeamus in perpetuum, tibi dicto fratri G. sacriste, recipienti nomine domus predicte, et preceptoris predicti, et fratrum predictorum, bona fide, et sub obligatione omnium bonorum dicti capituli, et mense archiepiscopalis Arelaten., promittimus. Jungitur autem dicta terra, ab una parte, terre Hospitalis Sancti Thome predicti, ab alia parte, terre Albaricorum, ab alia parte, terre Petri Boteille, et ab alia parte, vie publice. Actum fuit hoc in stari dni B. prepositi Arelaten. Hujus rei sunt testes, Bonetus, sacerdos, Hugo de Pennafort, Johannes Rostagnus, Petrus Bremundus, Durantus Malferrat. Et ego Pontius Mota, publicus Arelaten. notarius, qui mandato utriusque partis, hanc cartam scripsi, et signo meo signavi.

Arch. des B.-du-Rh. O. de Malte, cart. 69. Trinquetaille.

2710 19 septembre 1246.

Monition canonique de l'archevêque d'Arles contre ses chanoines. Le prévôt était sous le coup d'une excommunication et privé de son bénéfice, à en juger par ces mots : immiscendo se divinis excommunicatus cum excommunicatis, specialiter cum B. Malferrat et quibusdam aliis.

Voir le texte ci-dessus, n° 1102, c. 419-20.

2711 19 décembre 1246.

Lettre du cardinal d'Albano à l'archevêque Jean Baussan, lui mandant de relaxer omnes sentencias quas in prepositum et sacristam et alios Arelaten. canonicos..., post discordiam inter vos et ipsos exortam, tulisse dicimini, *après avoir reçu leur serment d'obéir aux prescriptions de l'Église.*

Voir ci-dessus, n° 1108, c. 421-2.

2712 Arles, 30 décembre 1246.

Conformément au mandat précédent, l'archevêque relève de l'excommunication le prévôt B., le sacristain R. et les autres chanoines, sur leur serment d'obéir à l'Église; il leur rend les bénéfices dont ils avaient été privés. Quant à faire la paix, ceux-ci s'y refusent pour le moment, la chose étant entre les mains du cardinal.

Voir ci-dessus, n° 1110, c. 422-3.

2713 12 janvier 1249/50.

L'archevêque d'Arles, exilé de son diocèse, écrit ven. fratri in Christo B. Maleferrato, dicto preposito Arelat., *le chargeant de faire des remontrances au podestat Barral de Baux sur les excès commis envers sa personne et son autorité.*

Voir ci-dessus, n° 1132, c. 432-4.

2714 22 juin 1250.


Lettre d'Innocent IV à l'évêque de Nîmes, pour contraindre le prévôt d'Arles à restituer les fruits dus à l'archevêque.

Voir ci-dessus, n° 1136, c. 435.

2715 Nîmes, 7 novembre 1250.

L'archevêque d'Arles, et Bertrandus prepositus ac Bernardus ejusdem ecclesie archidiaconus, *abandonnent à Charles d'Anjou, comte de Provence, le domaine de la commune d'Arles.*

Voir ci-dessus, n° 1148, c. 438-9. Les sceaux du prévôt et de l'archidiacre, reproduits ci-dessous, y sont décrits.





2716 Nîmes, 7 novembre 1250.

Promesses de Charles d'Anjou à l'archevêque d'Arles, Bertrando preposito, Bernardo.. archidiacono..

Voir ci-dessus, n° 1149, c. 439.

2717 20 juillet 1251.

Bertrandus prepositus Arelatensis.

Archev. d'Arles, Chartrier de Salon, n° 4.

2718 Saint-Remy, 3 août 1251.

Promesses de l'archevêque d'Arles à Charles d'Anjou, Testes.. dom. Bertrandus, prepositus Arelaten.

Voir ci-dessus, n°s 1153-5, c. 440-2.

2719 Salon, 8 août 1251.

L'archevêque commet dom. Bert. prepositum Arelaten., *pour recevoir le serment des habitants de Salon.*

Voir ci-dessus, n° 1156, c. 442.

2720 Beaucaire, 26 décembre 1251.

Demande de Barral de Baux à l'archevêque d'être relevé des sentences portées contre lui; testibus dno Bertrando preposito Arelat...

Voir ci-dessus, n° 1159, c. 444.

2721 6 février 1253.

Bulle du pape Innocent IV, adressée ven. fratri .. archiepiscopo et dil. fil. .. preposito et capitulo Arelaten... Licet is de cujus... *Il accorde une indulgence d'un an et 40 jours aux fidèles qui, pénitents et confessés, visiteront l'église de St-Trophime le jour de la fête du saint ou de l'anniversaire de la dédicace.* Dat. Perusii, VIII idus febr., p. n. a. decimo.

Chap. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 193, orig. BONNEMANT, *Cart.*, t. I, p. 213.

2722 4 novembre 1254.

... Ego Rostagnus de Bions, sanus mente, licet eger corpore,... testamentum meum nuncupativum facio..., licet in scriptis ad memoriam redigatur. In primis eligo sepeliri in cimiterio domus Beate Marie Ulmeti et c. *Si sa femme ne lui laisse point d'enfants*, ordino et fieri volo ac statuo unum hospitale in domo mea sita in parrochia Sancti Ysidori juxta Rodanum et ante starum meum quod ego inhabito, quam domum perpetuo usui et servicio pauperum deputo et jubeo deputari; et volo et precipio ibi fieri et construi xxx^ta lectos pannorum, et ibidem ad salutem anime mee et parentum et fratrum meorum et redemptionem nostrorum peccaminum, hospitari et receptari xxx^ta pauperes mendicantibus [=mtes] singulis noctibus in perpetuum. Quam domum, cum facta fuerit hospitale, et ipsum hospitale michi heredem instituo in universum... Et volo et precipio quod Jordanus Laurentius et Raymundus Agout, consanguinei mei, sint preceptores domus et hospitalis predicti et administratores et pro herede gestores.... et post eos alii duo de propinquioribus meis... Gadiatores meos constituo dnm sacristam Arelat., Jacobum de Turbia, socerum meum, Jordanum Laurentium et Raymundum Agout, consanguineos meos predictos.... Testes hiis interfuerunt vocati et rogati abbas Silve Regalis,... dns sacrista, G. prior Sancti Georgii....

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 10, expédition du 16 janv. 1566.

2723 Baux, 16 octobre 1255.

Jugement d'arbitres entre l'archevêque d'Arles et dom. Bertrandum, prepositum dicte ecclesie, *et Barral de Baux.*

Voir ci-dessus, n° 1172, c. 444 [illegible]

2724 Tarascon, 5 octobre 1257.

Autre jugement d'arbitres entre le même archevêque, Bertrandum prepositum et capitulum Arelatense, *et les syndics de cette ville.*

Voir ci-dessus, n° 1187, c. [illegible].

2725 6 juillet 1258.

... Karolo comite Andegaviae, comite et marchione Provinciae et Forcalquerii et domino Arelatis existente, Petrus Silvius vendit B. praeposito ecclesiae Arelaten., ementi nomine ipsius ecclesiae, novem sextarios annonae censuales.

Arch. du chap. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 18 (Bonn.)

2726 Octobre 1258.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, senescallo Bellicadri qui pro tempore fuerit, salutem. Mandamus vobis quathinus annis singulis detis preposito Arelatensi, vel suo certo mandato, centum solidos Turonensium, quos eidem singulis annis imperpetuum dari volumus, de pedagio nostro Bellicadri, pro anniversario inclite recordationis carissimi patris nostri. Et, si alie littere super hoc invenirentur, casse sint penitus et inanes. Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense octobris. Reddite litteras.

Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 97. — Les rois Jean et Louis XI ratifièrent et confirmèrent cette disposition de saint Louis, le 1er par des lettres-patentes données à Villeneuve-lez-Avignon, au mois de février 1362, et le second par lettres-patentes données à Tours, au mois d'octobre 1478. Lesd. trois lettres-patentes furent vidimées le 21 juil. 1480 par Louis Cornilhe, licencié ez droits, vicaire perpétuel de la cure de Salon, bénéficier de la se église d'Arles et official d'Eustache de Levis, archevêque d'Arles, à la réquisition de Louis de Gouvs, docteur ez loix et procureur des anniversaires de la dite église, rières Me Philippe Mandoni, notaire d'Arles, registre étendu cotté B. des années 1470-1498, fol. 1. et seqq.; et led. Cornihle atteste que led. anniversaire se celèbre toutes les années le 10 novembre dans l'église d'Arles par les chanoines et bénéficiers de lad. église « cum absolutionibus, cirimoniis et solemnitatibus in talibus fieri solitis ».

Prévôt depuis 27 ans (n° 1210), Bertrand Malferrat succéda à Jean Baussan comme archevêque d'Arles (c. 454).

RAIMOND II de Barjols. 1258 ? 1262.

Il était précédemment sacristain de la métropole de St-Trophime et figure comme tel depuis 1236 (n° 1013).

2727 15 août 1227, 22 mai 1228.

Raimundo Bargiolis, canonico Arelatensi.

Livre noir de l'archev. d'Arles, fos 154 v° et 162 v°.

2728 29 novembre 1251.

Rdus Arelaten. sacrista *est arbitre avec Guillaume, archidiacre de Fréjus, entre Philippe, archevêque d'Aix, et Raymond, abbé de Montmajour, au sujet d'une iscle dans la Durance, à Pertuis, qu'ils se disputaient.*

2729 9 avril 1252.

Sentence arbitrale des arbitres. Prolata fuerunt dicta mandamenta in territorio de Petrolis, in ripa Durentie, subtus castrum de Petrolis. — *Peyrolles et Pertuis réclamaient chacun cet ou ces iscles.*

Arch. des B.-du-Rh. Archev. d'Aix. Reg. n° 1, f° 88.

2730 13 avril 1255.

Commission du pape Alexandre IV à l'évêque de Carpentras, à l'archidiacre de Fréjus et sacriste Arelatensi [*Raimond de Barjols*], *pour régler le différend entre l'évêque et le chapitre de Marseille.*

Gallia christ. noviss., Marseille, n° 277, c. 145. Potthast, 15798.

2731 Saint-Cannat, 30 juin 1257.

Échange entre Benoît d'Alignan et Garsende de Saint-Cannat. — Actum in castro Sancti Cannati, in domo episcopali, in presentia dni Raimundi de Barjolis, sacriste Arelaten.

Gallia christ. noviss., Marseille, n° 282, c. 151.

2732 13 septembre 1261.

R. prepositus et B. archiepiscopus s. Arelat. ecclesie.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 178 (Bonn.)

2733 Arles, 6 avril 1262.

... Discreti viri dom. Joannes de Bonamena, major judex Provincie et Forcalquerii, et dom. Guillelmus de Villanova, jurisperitus, constituti in presentia dni B., D. g. se Arelaten. ecclesie archiepiscopi, de speciali mandato ill. dni comitis Provincie et Forcalquerii.., premissa potestatione ne prejudicium dno comiti pred. generetur..., cum ad hec... dict. d. comes non teneretur de jure, licet hoc facere vellet de gratia, restituerunt... eidem d. archiepiscopo et dno preposito dicte ecclesie... possessionem vel quasi affaris Sancti Martini de Palude majori, similiter... affaris quod tenuit aliquando prepositus predict. sive capitulum dicte ecclesie, quod affare fuit Rostagni de Bions quondam, scil. medietatem pro indiviso boschi de Nalbert, similiter et possess. v. quasi percipiendi pedagium apud Sallonem, et hec omnia in eodem statu... quo... possiderunt antequam arrestarentur... per officiales dni comitis... Act. apud Arelatem, in stari dni archiepiscopi...

Arch. du chap. d'Arles, extrait collat. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 307.

2734 Vaquières, 22 avril 1262.

Nouvelle sentence arbitrale entre l'archevêque d'Arles et Barral de Baux, mediantibus dnis Raymundo preposito... ; *on rappelle la précédente (n° 2723) rendue* per.. Raymundum prepositum Arelat., tunc sacristam,...

Voir aux archevêques, nos 1206-7, c. 462-5.

2735 Arles, 14 octobre 1262.

Lettre circulaire de R. humilis prepositus Arelatensis, *annonçant aux suffragants de la métropole d'Arles la mort de l'archevêque Bertrand Malferrat.*

Voir ci-dessus, n. 1209, c. 465-6.

A la mort de l'archevêque Bertrand (1262), le prévôt Raimond eut un certain nombre de voix pour lui succéder ; les autres se reportèrent sur Robert d'Uzès. Il crut

devoir renoncer à son droit, en écrivit au pape et postula Robert, qu'Urbain IV n'agréa pas (n° 1220, c. 469). Raimond devint peu après évêque de Carpentras.

2736 21 octobre 1262.

Jacobus Venassii, presbiter, rector et administrator prepositure Arelat. nunc vacantis : *investiture*.

Reg. Bern. de Pomareda, not. Arel. (Reg. Nicolai, à M. Arbaud).

2737 28 novembre 1262.

Lettre du pape Urbain IV ... preposito, archipresbitero et sacriste Arelaten., *au sujet de l'élection de leur archevêque Florent : en attendant son arrivée, ils seront ses vicaires, l'archiprêtre pour le temporel, le prévôt et le sacristain pour le spirituel.*

Voir ci-dessus, n° 1224, c. 470.

BERTRAND II Richard, 1263-1271.

2738 Arles, 24 février 1263.

Compromis sur le différend entre l'archevêque Florent et les Templiers de St-Gilles, in presentia... dni B. Arelaten. prepositi,... *Consentement du chapitre :* dns B. prepositus dicte ecclesie,...

Voir aux archevêques, n° 1224, c. 473-4. Chartrier de Salon, n° 374 (Bonn.).

2739 1er décembre 1263.

Bertr[andus] Ricardi, prepositus ; *lods*.

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 320.

2740 18 novembre 1264.

B[ertrandi] Ricardi, prepositi.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, I, n° 321.

2741 11 août 1265.

Bertrandus prepositus Arelatensis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 267 (Bonn.).

2742 26 mars 1267.

Dno B[ertrando] preposito Arelatensi.

Livre rouge de l'archev. d'Arles, f° 260 v°.

2743 Arles, 27 avril 1267.

Soumission de Raimond Porcellet à l'archevêque d'Arles, suivie de son hommage, testibus dno B. preposito Arelatensi,...

Voir ci-dessus, n° 1247-8, c. 490-1. Livre rouge, f° 334 v°.

2744 17 avril 1268.

Nos B. Ricardus, s. Arelat. ecclesie prepositus ; *acapte*.

Chap. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 137.

2745 Arles, 12 octobre 1268.

Hommage de Bertrand de Baux à l'archevêque d'Arles, presentibus... dnis B. preposito,...

Voir ci-dessus, n° 1262, c. 499.

2746 12 avril 1269.

Nos Bertr. Ricardi, s. Arelat. ecclesie prepositus ; *acapte*.

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 139.

2747 Arles, 16 juin 1269 ?

Lettre du prévôt d'Arles au collège des cardinaux.

Reverendissimo patrum venerabilium dominorum sanctissimæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium cœtui sacrosancto, devotissimi sui B. præpositus et capitulum Arelatensis ecclesiæ, se ipsos cum omni reverentia et honore.

« Super flumina Babilonis » sedens et ejulans filia vestra devotissima, velut Pharaonitis oppressionibus involuta, ac Neronianis persequutionibus afflicta pariter, et absorpta quasi penitus, Arelatensis ecclesia clamare non cessat, ut tuba clangens vocem suam exaltans, ad matrem suam sanctissimam Romanam ecclesiam, suum utique refugium singulare, suplicans, obsecrans et implorans favorabiliter exaudiri, sibique salubri remedio celeriter provideri : non enim aliter addicere poterit, ut resurgat, quæ velut « civitas plena populo » simul et divitiis olim solet affluere, nunc autem sola sedet in tristitia, bonis fere suis omnibus destituta.

Pauca nam fluxere tempora, quibus civitas Arelatensis eidem Ecclesiæ pleno jure suberat : ubi siquidem præsul ejus nomen principis exercebat ; notarios et tabelliones creabat ; a vicariis, judicibus et officialibus aliis fidelitatis recipere juramentum solebat ; Judæos omnes, proprios servos habebat ; centum libras annuas percipiebat ibidem, et alia plurima quæ dominarius quilibet in suo dominio solet habere : sed hæc omnia vir præpotens dominus Carolus, tunc nobilis comes Provinciæ et Forcalquerii, rex Siciliæ illustris, per suam potentiam abstulit et sibi, pro dolor ! appropriavit ex toto.

Predicto quoque tempore, possidebat insuper eadem Ecclesia pleno jure campum vastissimum, cotulosum, qui Cravus dicitur, plenam inibi jurisdictionem privatam et publicam exercendo ; sed et tam per se ipsum, quam per suos vassallos universa maria finibus Arelatensis diocesis adhærentia, nec non piscarias quascunque, sub quovis nomine designatas, ubi siquidem percipiebat decimam condecentem. Sed ipse dom. Carolus hæc omnia per suam fortitudinem occupavit et abstulit, et ad suam proprietatem attraxit : in ipsius etiam aquis, contra Deum et justitiam, et conventiones inter ipsam Ecclesiam et quondam Provinciæ comitem, olim habitas et juratas, piscariam unam fecit fieri, piscarias alias ipsius Ecclesiæ penitus .....m..... singulis annis valentes in reditibus septingentas libras Turon. monetæ vel circa : de quibus officiales sui non sustinent ab emptoribus dari pro decima, nisi libras octo duntaxat. Ab antiquissimis etiam temporibus solet in castro Sallonis ipsius Ecclesiæ pedagium recipi generale, quod iidem officiales sui quasi totaliter adnullarunt, cum prohibuerint universaliter, ne cum rebus, ex quibus dari debet pedagium, fiat ut solito transitus per Sallonem.

Insuper etiam iidem officiales jurisdictionem ecclesiasticam, spiritualem simul et temporalem, passim enervant, impediunt et usurpant. Nec his tam gravibus,

tam intolerabilibus iidem officiales contenti, quandam particulam substantiolæ, quæ prælibatæ remansit Ecclesiæ, studentes nequissime velut « in favillam » redigere, nuper ad jurisdictionem propriam ipsius Ecclesiæ suam fortitudinem, qua passim ut justitia coutuntur, nequiter converterunt, hominibus ipsius Ecclesiæ, in quibus nullam procul dubio jurisdictionem habere noscuntur, pœnas expressas centum millium marcharum et plurium imponendo ; ac demum eos, pro ficta contumacia, quæ non fuit, in decem millibus librarum Turon. et pluribus condemnando ; qui siquidem hoc in anno contra omnes ecclesias, per civitatem Arelatensem cum armatis pluribus per noctes faciendo, non paucas violarunt ecclesias ; earum capellanos, et clericos, ...s captos suo carceri manciparunt, nec non etiam clericum super altare gladio vulneraverunt quinquies, cujus . . . . et altaris linteamina ; nec non accensum paschalem cereum, quem idem clericus pro sua securitate tenebat ibidem, extinctum totaliter polluerunt, clericos vestibus spoliaverunt, per plateas et vicos ; batallia campanarum etiam ab aliquibus ecclesiis . . . . sed . . . . . . breviter, omnem libertatem ecclesiasticam penitus condemnarunt, sicut altaria quamplurima probant manifestissime per legitima documenta.

Flexis igitur genibus cum lachrymis suplicamus quatenus . . . . . dicere possumus Babilonis misere facta, mater omnium fidelium Romanæ ecclesiæ celeri remedio . . . . solicitudine subveniretur; siquidem et ipsa « captiva filia Sion », quæ tam inique perdidit recuperet, et in po[sterum . . . . .] molestiis salubri sibi remedio consulatur. Christus Dominus vestras venerabiles in sospitate personas, Ecclesiam suam sanctam sub vestris temporibus in sua secura libertate conservet.

Datum Arel[ate], XVI. kalendas julii.

Chartrier des Paroisses, 2e part., no 241. Double collation de BONNEMANT sur SAXI, *Pontif. Arel.*, p. 282-5. BOUCHE, *Hist. de Prov.*, t. II, p. 282. BRÉQUIGNY, VI, 453 (1265) et 530 (1268). La date de cette pièce doit être fixée durant une vacance du Saint-Siège. On pourrait l'attribuer à 1261, mais l'initiale du nom du prévôt était alors *R.* et non *B.* La papauté vaqua de nouveau du 29 nov. 1268 au 1er sept. 1271 ; cette lettre pourrait donc être également de 1270 ou 1271, mais non de 1268, année à laquelle les historiens l'ont fixée.

2748 6 novembre 1269.

Dns Bertrandus Ricardus, prepositus ecclesie Arelatensis ; *lods*.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 93.

2749 5 avril 1270.

L'archevêque d'Arles, du consentement de son chapitre, videl. B. prepositi...., *approuve un règlement de l'évêque de Toulon.*

Voir la pièce à l'évêché de Toulon ; ci-dessus, no 1265.

2750 13 novembre 1271.

Bertrando Ricardo, preposito ; *cession*.

Chartrier des Paroisses, I, no 26. — Voir au 17 déc. 1326.

BERTRAND III DE BARJOLS, 1274-1305.

2751 5 septembre 1274.

Nos Bertrandus de Barjolis, prepositus ecclesie Arelatensis, laudamus, *etc.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 95.

2752 4 décembre 1275.

B[ertrandus] de Barjolis, prepositus Arelaten. ecclesie.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 335 (BONN.).

2753 Octobre 1276.

Enquête faite par ordre de l'archevêque d'Arles B. sur la juridiction du prévôt d'Arles à Saint-Martin de Palude majori. — Guillelmus de Beldisnar, testis, dixit quod bene sunt decem et octo anni vel circa transacti, quod dns Raymundus de Barjols, quondam prepositus Arelaten... Item dixit quod dns Raymundus de Barjolis predictus, et post eum dns Bertrandus Ricardi, quondam prepositus, et iste dns Bertrandus qui presens est, exercuerunt plenam jurisdictionem temporalem in omnibus et per omnia, in predicta villa S. Martini.

Arch. des B.-du-Rh. B. 371. Cf. n° 1293, c. 506-8.

2754 Arles, 4 juin 1278.

Transaction entre l'archevêque et les citoyens d'Arles pour la dîme : dom. Bertrandus prepositus et capitulum Arelaten. ecclesie, presentes ibidem,... approbaverunt.

Voir aux archevêques, n° 1302, c. 511-7.

2755 Arles, 10 ; Salon, 25 février 1280.

L'archevêque d'Arles confirme Raimond de Mazan, élu évêque de Carpentras, de sapientum virorum B. prepositi et capituli Arelat. ecclesie consilio, *qui assistent à son sacre.*

Voir ci-dessus, nos 1308-9, c. 525-6.

2756 22 juillet 1281.

Bertrandus, prepositus Arelatensis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, no 221.

2757 20 décembre 1281.

Lettre du pape Martin IV B. preposito et capitulo Arelaten., *leur notifiant la nomination de l'archevêque Bertrand Amalric.*

Voir ci-dessus, no 1321*, c. 531-2.

2758 14 mai 1282.

Dom. B[ertrandus] prepositus ecclesie Arelatensis.

Arch. du chap. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 137 (BONN.).

2759 22 juin, 18 juillet 1282.

B[ertrando] Arelaten. ecclesie preposito ; *reconnaissance.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, nos 96 et 51.

2760 28 août 1286.

Vente de livres à l'infirmier d'Arles, Albert de Bologne, par le cardinal évêque de Porto, Bernard de Languissel.

In nomine Domini, amen. Pateat universis hoc presens instrumentum publicum inspecturis, quod reverendus in Christo pater dom. Bernardus, miseratione divina episcopus Portuensis, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, die mercurii vicesimo octavo mensis augusti, quarta decima indictione, pontificatus dni Honorii pape quarti anno secundo, in mei Nicolai de Ponte curvo, publici notarii, et testium subscriptorum presentia, de speciali mandato ejusdem dni pape facto sibi vive vocis oraculo, ut dicebat, et auctoritate ipsius, vendidit magistro Alberto de Bononia, ecclesie Arelatensis canonico et infirmario, presenti et ementi, omnes libros inferius nominatos, et quoscumque alios quos ipse magister Albertus ad Arelatensem portavit ecclesiam, cum post generale concilium Lugdunense se ad eam transtulit de ordine fratrum de Penitentia Jesu Christi ; qui quidem libri erant in Terre Sancte subsidium vel in alios pios usus, secundum tenorem constitutionis super hoc edite in eodem concilio, juxta dispositionem sedis apostolice convertendi ; ipsorumque dominium, prout melius, firmius et plenius fieri potuit, in eumdem magistrum Albertum auctoritate transtulit supradicta, cedens eidem omne jus et omnes actiones, quod et quas ipse dom. papa, vel Romana ecclesia, seu quivis alius, ratione premissa, in eisdem libris habebat ; et hoc pro precio centum librarum bonorum Turonensium de Turonis ; quod pretium sive quas centum libras idem dom. Portuensis confessus fuit se habuisse ac recepisse a predicto magistro Alberto, nomine dni pape et ecclesie Romane, pecunia numerata ; renuncians in hiis expresse, nomine quo supra, exceptioni non numerate pecunie, seu non tradite vel solute. Et quia libri prefati, quos predictus magister Albertus ad prefatam transtulit ecclesiam, ut premittitur, de ordine supra dicto, juxta ipsius assertionem, centum quinquaginta libras Turonenses vel parum plus valere poterant, triginta tribus libris Turonen., quas de quibusdam ex eisdem libris per ipsum venditis receperat, in summa hujusmodi computatis, prefatus dom. Portuensis, de mandato ejusdem dni pape, volentis cum eodem magistro Alberto in hac parte agere gratiose, pro eo potissime quia ipsemet, ut dicebat, aliquos de libris scripserat supradictis, et quia circa ipsorum et aliorum correctionem plurimum laborarat, residuum quod predicti libri valebant, ac predictas tringinta tres libras Turonenses receptas per eum, ut predicitur, pro precio distractarum, auctoritate prefata dedit eidem de gratia speciali, sibique finem fecit, ac refutationem, et quittacionem perpetuam, ac pactum de non petendis ulterius dicto residuo et triginta tribus libris Turon. supradictis. Libri prefati sunt isti : Psalterium glosatum ; Euvangelia glosata ; Epistole Pauli glosate ; quedam originalia Augustini, in quadraginta quatuor sexternis ; et Omelie Gregorii super Ezechielem, sex sexternorum in uno volumine ; item Concordantie Biblie majores, triginta quatuor sexternorum in uno volumine ; item prima pars Summe fratris Thome de Aquino, decem sexternorum in uno volumine ; item secunda pars Summe fratris ejusdem, quadraginta sexternorum in uno volumine ; item primus fratris ejusdem, novem sexternorum in uno volumine ; item secundus ejusdem fratris, decem sexternorum in uno volumine ; item tertius fratris ejusdem, undecim sexternorum in uno volumine ; item quartus ejusdem fratris Thome, viginti trium sexternorum in uno volumine ; item Questiones fratris ejusdem de spiritualibus intelligentiis, duodecim sexternorum in uno volumine ; item prima pars fratris Petri de Tharantasia, decem sexternorum in uno volumine ; item Postille super Matheum, octo sexternorum in uno volumine ; item Postille super Marcum, decem sexternorum in uno volumine ; item Postille super Lucam, quatuordecim sexternorum in uno volumine ; item Postille super libros Salomonis, tredecim sexternorum in uno volumine ; item Postille super Epistolas canonicas, undecim sexternorum in uno volumine ; item quidam libri Hugonis de Sancto Victore, [. . . . . . sexternorum in uno volumine ; item] libri beati Bernardi, sedecim sexternorum in uno volumine ; item libri Sententiarum completarum ; item libri naturales et morales Aristotilis ; item Summa Ade super libris naturalibus ; item scripta diversa super eisdem ; item Logica nova ; item scripta super Logicalibus ; item quedam alia scripta gramaticalia et logicalia, cum quibusdam aliis libris. Ad majorem quorum firmitatem et certitudinem predictorum, dictus dom. Portuensis predictum instrumentum sigilli sui jussit appensione muniri. Actum et datum Tybure, in hospitio in quo moratur idem dom. Portuensis, anno, mense, die et indictione premissis, presentibus magistris Guillelmo de Mandagoto, archidiacono Nemausensi, et fratre Arnaldo de Petrono, monacho Pompos', ipsius dni Portuensis capellanis, et Jacobo Agolantis, cive ac mercatore Pistoriensi, ad hoc vocatis specialiter et rogatis ; et ego predictus Nicolaus de Ponte curvo, publicus sacrosancte Romane ecclesie auctoritate notarius, predicta omnia rogatus scripsi et in publicam formam redegi, meoque signo signavi.

Insérée dans la confirmation suivante.

2761 11 octobre 1286.

Confirmation de cette vente par le pape Honorius IV.

Honorius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio magistro Alberto de Bononia, canonico et infirmario ecclesie Arelatensis, ordinis Sancti Augustini, salutem et apostolicam benedictionem. Peticio tua nobis exhibita continebat quod tu, olim de ordine fratrum de Penitentia Jesu Christi existens, post generale concilium Lugdunense novissime celebratum, ad ecclesiam Arelatensem ordinis Sancti Augustini cum quibusdam libris ad dictum ordinem de Penitentia Jesu Christi pertinentibus te transferens, regularem professionem ipsius Sancti Augustini ordinis in eadem ecclesia emisisti ; nuper autem venerabilis frater noster Bernardus, episcopus Portuensis, de speciali mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis, omnes libros predictos, qui secundum constitutionem super hoc editam in concilio supra dicto erant in Terre Sancte subsidium seu alios pios usus juxta dispositionem sedis apostolice convertendi, tibi

vendidit pro certa pecunie quantitate, quam nostri et ecclesie Romane nomine a te noscitur recepisse; idem etiam episcopus, de mandato modo simili sibi facto a nobis, intendentibus tecum ex eo potissime in hac parte agere graciose quod, sicut asseris, aliquos de libris ipsis scripsisti, et circa ipsorum et aliorum correctionem plurimum laborasti, quamdam summam pecunie de justo et vero precio eorumdem librorum, que medietatem dicte quantitatis recepte ab ipso episcopo excedebat, tibi ex gratia speciali donavit, prout in instrumento publico inde confecto, prefati episcopi sigillo signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem episcopo factum est ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem ejusdem instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est : *(n. 2760)*... Nulli ergo... h. pag. nostre confirmationis infr.... Si quis... Datum Rome, apud Sanctam Sabinam, quinto idus octobris, pontificatus nostri anno secundo.

Chap. d'Arles, chartrier de Meyranne, n° 8, orig. avec sceau de plomb. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 293.

2762 — 3 juillet 1287.

Bertrandus prepositus ecclesie Arelatensis.

Archives d'Arles, Chartrier de Mondragon, n° 14 (Bonnem.).

2763 — 25 avril 1288.

Nos Petrus Juliani, vestiarius et procurator viri religiosi dni Bertrandi, prepositi...; *compromis entre le chapitre d'Arles et les religieuses de Molégès.*

Voir ci-dessus, n° 1338, c. 543-4.

2764 — 13 juin 1288.

Bulle de Nicolas IV au sujet des personats du chap.

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, vener. fratri archiepiscopo Arelatensi, sal. et apost. bened. Desideriis tuis, in hiis affectu benivolo libenter annuimus, que tibi et ecclesie tue fore grata et profutura speramus. Habet si quidem tue peticionis assercio, quod in ecclesia Arelaten., ubi collegium personarum degencium sub observancia regule Sancti Augustini institutum existit ab antiquo, et personatuum et dignitatum collacio ad te noscitur pertinere, archipresbiteratus, precentoria et sacristia consueti canonicis Arelaten. assignari, adeo in suis redditibus sunt exiles, quod nulli ex ecclesie prefate canonicis, qui ad illorum regimen ydonei haberentur, nolunt illos recipere seu eciam acceptare. Nos itaque periculis et jacturis que hujusmodi personatibus ac per consequens ecclesie nominate ob premissam causam pervenire possent imposterum, et maxime contemplatione vener. fratris nostri B. episcopi Portuen., qui de ipsius Arelaten. ecclesie presulatu assumptus extitit ad regimen ecclesie Portuen., quique super hujusmodi gracia specialiter supplicavit, volentes paterna solicitudine precavere, tuis et ipsius episcopi supplicationibus inclinati, quod tu et successores tui archiepiscopi Arelaten... archipresbiteratum, precentoriam et sacristiam predictos, cum vaccaverint..., prout ad nos pertinet, canonicis ipsius ecclesie Arelat. ad hoc ydoneis, etiam si iidem canonici prioratus aliquos ecclesie predicte subjectos, curam animarum habentes, obtineant, libere conferre ac cum eis... dispensare, ut eis sit licitum personatus ipsos cum singulis... prioratibus... tenere libere, constitutione generalis consilii super hoc edita non obstante, apostolica auctoritate possitis, fraternitati tue auctoritate simili indulgemus. Nulli ergo... pag. n. concessionis... Si quis... Datum Reate, ydus junii, pontif. nostri anno primo.

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 23, vidimus de « Guillelmus Bruni, decretorum doctor, canonicus Magalonen., vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus et officialis tocius archiepiscopatus Arelaten. pro reverendiss. in X° patre et domino dno Artaudo, miser. div. s. Arelat. ecclesie archiepiscopo et principe », à la requête de « rever. dom. Stephanum Langlade, in decretis licenciatum, prepositum, et vener. dom. Guillelmum Glause, sacristam... Arelat. », en date du 16 févr. 1407 (Nat.).

2765 — 19 octobre 1290.

Rostagnus, miseratione divina sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, dilectis sibi in Christo Petro Juliani, Raymundo Azemarii, et Bertrando de Aqueria, ejusdem nostre ecclesie canonicis, salutem in Domino sempiternam. Quia super quantitate et pondere libre panis, que datur pro ratione canonicis extra refectorium reficientibus, et de qua etiam helemosina fieri consuevit coram illis qui in dicto refectorio reficiuntur, inter religiosum et discretum virum Bertrandum prepositum et canonicos nostre ecclesie questio vertitur : nos vobis super predictas questiones difiniendo de plano, sine strepitu judicii et figura committimus vices nostras, quamquam vobis dudum eas commisisse meminerimus oraculo vive vocis. Datum Arelate, xiiij. kalendas novembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

Inséré dans l'acte suivant.

2766 — 31 décembre 1290.

De libra panis que datur canonicis comedentibus extra refectorium et pro helemosina facienda in refectorio s. Arelat. ecclesie.

Anno Domini M CC nonagesimo, et pridie kalendas januarii, notum sit cunctis presentibus et futuris quod cum religiosi viri domini canonici Arelatensis ecclesie, nomine capituli ejusdem ecclesie, querimoniam referrent venerabili et religioso viro domino Bertrando de Barjolis, ejusdem Arelatensis ecclesie preposito, super libris panis quas dicti domini canonici ab olim recipere consueverunt, quando contingebat eos refici extra refectorium ex aliqua causa, dicendo dictas libras plus debito minoratas et insufficientes, dicendo etiam quod ex hoc helemosinam defraudari, que fit in refectorio coram illis qui reficiuntur in refectorio, contingebat. Rev. d. archiepiscopus, supra dicto domino preposito consentiente et volente, una cum dicto capitulo dedit plenam et liberam potestatem dominis Petro Juliani, Raymundo Azemarii, et Bertrando de Aqueria, canonicis ejusdem ecclesie, ut ipsi canonici coram me notario asserebant; que potestas fuit quod ipsi possint inquirere, videre, examinare et ordinare de predictis libris, et de quantitate sive pondere earumdem, et taxare quantitatem sive pondus

dictarum librarum secundum antiquum statutum ecclesie Arelatensis, et secundum quod honestum fuerit ac secundum eorum bonas conscientias, vel eorum memoriam, et secundum quod noticiam per se vel per alios habere poterunt de predictis, et ut eisdem dominis videbitur faciendum. Et quia de mandato dicti domini archiepiscopi sive de commissione predicta non constabat per litteram dicti domini archiepiscopi, seu instrumentum inde factum, ideo dictus dominus archiepiscopus predictam potestatem secundo innovavit et dedit predictis dominis canonicis P. Juliani, R. Azemarii et B. de Aqueria, per suas patentes litteras, ejusdem domini archiepiscopi sigillo sigillatas, quarum litterarum tenor talis est : *(n° 2765)*... Post que, anno quo supra, et die scilicet pridie kalendas januarii, cum predicti domini canonici essent in dicto capitulo congregati pro audienda difinitione dictorum dominorum P. Juliani, R. Azemarii, et B. de Aqueria, videlicet Symon Abraym, sacrista, Raymundus de Coirano, archipresbiter, Raymundus de Ayraga, precentor, Petrus de Turbia, Bertrandus Ricavi, Hugo de Aqueria, Raymundus Rostagni, Arveus de Sancto Ylario, Guigo de Coirano, Raynaudus de Baris, Hugo de Aurono, Stephanus Ricardi, Raymundus de Monteolivo, Petrus de Morzellis, Amalvicus de Calvissone, Guillelmus de Crota, una cum predictis dominis commissariis, et religiosus et discretus vir dominus Bertrandus, ejusdem ecclesie prepositus, non esset cum eis in dicto capitulo, voluerunt omnes predicti domini canonici quod notificaretur eidem domino preposito, et miserunt ad eumdem dominum prepositum dominos Bertrandum Ricavi et Hugonem de Aqueria, canonicos supra dictos ; qui euntes et redeuntes retulerunt, me notario infra scripto presente, se notificasse dicto d. preposito ex parte dnorum canonicorum ipsius capituli, quod veniret et interesset dicte diffinitioni seu pronunciationi : qui respondit eisdem quod non erat bene sanus, et ideo non poterat venire, sed placebat sibi quod pronuntiarent in nomine Domini, non obstante ejus absentia ; dixit etiam dictus dominus prepositus eisdem dominis B. Ricavi et H. de Aqueria, ut ipsi michi notario in presentia dicti domini archiepiscopi et dictorum dominorum canonicorum omnium retulerunt, quod non erat, nec fuit, nec est intentionis sue quod helemosina in aliquo fraudaretur, imo placebat sibi quod ordinaretur bene et sufficienter de dicta helemosina, dum tamen in aliis predicti domini canonici secundum equitatem et justitiam se haberent. Qui predicti domini canonici, videlicet P. Juliani, R. Azemarii, B. de Aqueria, post susceptam in se hanc potestatem, habito sollemni et diligenti tractatu in predictis, cum ea gravitate que debet et consuevit in talibus observari, ordinaverunt, pronunciaverunt et statuerunt ut infra sequitur : dixerunt etiam concordi voluntate et unanimi consilio omnes tres predicti domini canonici quod libra panis, que dabitur extra refectorium dominis canonicis comedentibus extra refectorium, sive eorum clericis servitio ecclesie deputatis, et aliis quibus integra panis portio dari consuevit et debet, sive pro helemosina facienda in refectorio supradicto, sit et esse debeat ponderis in pane crudo sive pasta unius libre et dimidie et trium partium unius cartaironi, sive quarte partis libre ; et preceperunt et in mandatis dederunt predicti domini quod, ut fidelius et sine fraude libra hujusmodi suo pondere taxato superius non fraudaretur, pistor, bajulus, dormidorius, aut alius quicumque qui preerit illi officio, vel libras predictas fecerit, jurent in presentia capituli predicti quod libra erit illius ponderis in pasta, et ipsi facient et curabunt posse suo, sine fraude aliqua ponderando dictas libras bene et fideliter, sicut superius est taxatum. Facta fuerunt hec anno et die quibus supra, in domo capituli dictorum dominorum canonicorum, in presentia et testimonio predicti r. in Christo patris domini archiepiscopi, et omnium dictorum canonicorum supra nominatorum, preter dominum prepositum supra dictum, et mei Petri Johannis, predicti domini archiepiscopi et totius regalie Beati Trophimi publici notarii, qui, de mandato expresso dicti d. archiepiscopi, ad instantiam et requisitionem dictorum dominorum canonicorum, predicta scripsi, et in publicam formam redegi, et signo meo signavi. — Postque, eodem anno et die, et incontinenti, presentibus eisdem dominis canonicis supra nominatis, et congregatis in dicto capitulo, ut est moris, reverendus in Christo pater dominus archiepiscopus Arelatensis supradictus predictam ordinationem et diffinitionem per predictos dominos canonicos Petrum Juliani, Raymundum Azemarii, et Bertrandum de Aqueria factam, seu factas approbavit, laudavit, et confirmavit, precipiens eisdem dominis canonicis, omnibus et singulis, quod predictam ordinationem seu diffinitionem in aliquo non infringant, sed eam inviolabiliter teneant et observent ; et ad majorem horum omnium firmitatem hoc presens publicum instrumentum per appensionem sue bulle pendentis roborari voluit et muniri.

Arch. du chap. d'Arles. Reg. coté 1776, t. III, f 39 v°, extrait sur velin, xve siècle.

2767 1292.

B[ertrandus] de Barjolis, prepositus Arelaten. ; *lods*.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. I, n° 16.

2768 Arles, 8 janvier 1293.

INVENTARIUM RELIQUIARUM ECCLESIE S. TROPHIMI.

ANNO Domini M°CC°XCIII°, VI. idus januarii, nos Rostagnus, miseratione divina Arelatensis archiepiscopus, recognovimus reliquias ecclesie nostre, scil. Sancti Trophimi, Christi disciputi, fratribus nostris presentibus, scil. Bertrando preposito, Alberto archidiacono, Symone sacrista, Raymundo archipresbytero, R. precentore, et aliis multis canonicis Arelatensibus ; et invenimus infra quatuor pixides eburneas infra scriptas reliquias, scil. de capillis D. N. J. C., de sepulchro Domini, de ligno vivifice Crucis, de sciphо Domini quando fuit in cena, de sanguine qui exivit de imagine Domini, de lapide ubi sanguinem sudavit, de petra ciza in morte Domini, de oleo sancte Marie de Sardenha, de cappa s. Thome apostoli, de corpore et cruce s. Andree apostoli, s. Bartholomei apostoli, s. Jacobi apostoli, item s. Jacobi Minoris, de casula s. Johannis evangeliste, de petra unde Dominus ascendit in celum, de capite, costa et cruore s. Stephani prothomartyris Christi, de reliquiis s. Stephani pape, de pallio s. Thome Cantuariensis, item de

panno intincto cerebro s. Thome Cantuariensis, s. Gregorii presbyteri et martyris, s. Blasii martyris, item s. Georgii martyris, s. Job, s. Vitti martyris, s. Clementis pape, s. Gregorii pape, s. Sylvestri pape, ssm. Quadraginta martyrum, ss. martyrum Christophori et Cucufati, s. Johannis Chrisostomi ; de s. Symeone Justo, de reliquiis s. Marcialis episcopi Lemovicensis, de sepulchro s. Lazari, de reliquiis s. Macharii abbatis, s. Juliani episcopi Cenomanensis ; de s. Anna, s. Maria Magdalena, s. Margarita virgine, s. Agatha virgine et martyre, s. Agnete, de oleo s. Catharine virg. et martyris ; et sunt alie multe reliquie, quarum nomina Deus scit et omnes sancti, nos autem ignoramus ; de carne et ossibus ssm. Jacobi Zebedei et Alphei, Vincentii martyris et levite ; item de ligno vivifice Crucis, de sancta corona Domini, de sepulchro b. Marie, de carbonibus s. Laurentii, s. Valerii episcopi, de sepulchro Domini, de lapide Montis Calvarie, de presepio Domini lapideo, unum os ssm. Innocentium, item alterum os majus ss. Innocentium, de pallio s. Cesarii, de lapide Montis Oliveti, de presepio Domini ligneo, de ligno dominice Crucis, de sepulchro Domini, de s. Gregorio Magno p., de s. Gaspare, de s. Blasio, de pulvere s. Johannis apostoli, de sancto Pantaleone, item de cilicio s. Trophimi, et infra cilicium de corio ericii, cum multis spinis ipsius ericii ipsi cilicio affixis ; item de reliquiis que invente fuerunt in arca veteri, ex qua translatum fuit corpus b. Trophimi, de pulvere et ossibus ipsius, et aliorum sanctorum quorumdam, que ibi cum ipso fuerunt reposite ; item de reliquiis ss. Cornelii et Cypriani, de reliquiis s. Mandrie martyris Tholonensis, in quadam parva pixide, item reliquie quarum nomina scit Deus, item de sepulchro Domini, de reliquiis ssm. Cosme et Damiani, et quorumdam aliorum sanctorum, de petra caverne in qua mansit b. Johannes in deserto, de panno b. Jacobi cognati Domini ; item corpus b. Bertulphi abbatis Bobbiensis, item corpus b. Desiderii episcopi et confessoris, item corpus b. Ludovici Allemandi, cardinalis Rome et archiepiscopi Arelatensis.

Arch. du sacrist. d'Arles, reg. *Liber memorialium negotiorum Johannis de Pomayrolis, sacr. s. Arelat. eccl.*, p. 180. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 27-8.

2769 Arles, 8 mars 1293/4.

Arrangements de Bertrand de Baux avec l'archevêque d'Arles, pour l'exécution du testament de son père Barral. — Arelate, infra palatium archiepiscopale, in presentia dni Bertr[andi] de Barjolis, Arelaten. prepositi.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 124. Cf. n° 1352.

2770 20 juin 1294.

Bertrandus de Barjolis, prepositus Arelatensis.

Archev. d'Arles. Chartrier de Salon, n° 474 (Bonn.).

2771 25 novembre 1295, 15 novembre 1296.

Dni Bertrandi de Barjolis, Arelaten. ecclesie prepositi.

Chartrier des Paroisses, t. II, n° 5... Chartrier de Meyranne, n° 102

2772 31 janvier 1297.

Lettre du pape Boniface VIII dil. fil. .. preposito ecclesie Arelatensis, *le chargeant de veiller à ce que les frères de l'Hôpital de St-Jean de Jérusalem ne soient pas taxés, pour les procurations, au-delà de la valeur de leurs biens.*

Arch. Vatic. Reg. 49 (Bonif. VIII, an. V, ep. 980, f° 159 v°. Digard, t. II, p. 370-1, n° 2986.

2773 Arles, 24 octobre 1297.

Union de l'église de St-Eutrope à la mense de l'évêque d'Orange, par l'archevêque d'Arles, du conseil de B. prévôt.

Voir la pièce à l'évêché d'Orange ; ci-dessus, n° 1365.

2774 22 novembre 1297.

Lettres comtales pour la restitution du château de St-M.

Carolus secundus, Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie, et principatus Capue, Provincie et Forchalquerii comes, vicario Arelatensi, fideli suo, gratiam suam et bonam voluntatem. Volumus et fidelitati tue districte precipimus, quatenus receptionem per te factam de castro Sancti Martini de Palude majori ad manus curie nostre et bajulum in eo positum, occasione offensarum illatarum nobis in personis officialium nostrorum Arelatensium per aliquos ex clericis Arelatensibus, statim visis presentibus debeas revocare, usque quo tibi per nos aliud injungetur ; presertim cum prepositus Arelatensis, ad quem dictum castrum spectare dicitur, se paratum offerat ad emendam, si ipsum fuisse appareat in offensa. Presentes autem litteras, postquam eas inspexeris quantum fuerit opportunum, restitui volumus presentanti. Datum Aquis, sub parvo sigillo nostro, anno Domini M°CC°XCVII°, die XXII° novembris, undecime indictionis.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, part. II, n° 259, orig., dont le cachet est détruit. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 296.

2775 23 janvier 1298.

Lettre du pape Boniface VIII .. archipresbitero ecclesie Arelaten. *et autres, concernant l'évêque d'Avignon.*

Voir la pièce à l'archevêché d'Avignon ; Marseille, n° 357.

2776 21 février 1298.

Lettres comtales contre les usurpateurs patuarum.

Karolus secundus, Dei gratia rex Jherusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comes, Guidoni Tabia, procuratori et advocato fisci, fideli suo, gratiam et bonam voluntatem. Intelleximus relatione multorum quod plures, tam ecclesiastice quam seculares persone, insatiabilem suum pandentes hyatum, territoria et patua civitatis nostre Arelatis, in prejudicium nostre curie ac hominum civitatis ipsius frequenter usurpant, subtrahunt et occupant fraudulenter ; inter quos prepositus Arelatensis ecclesie dicitur esse precipuus, qui patua et territoria, nec non jus et jurisdictionem nostre curie et dicte civitatis occupare non veritus, incessanter ea opprimit, lacerat, et nomine cujusdam ecclesie Sancti Martini de Palude majori, in Cravo Arelatensi, multa detinet occupata ; quin imo in tantam prorumpit audaciam, quod merum et mixtum imperium sibi et dicte ecclesie nisus est indebite vendicare, usurpando jurisdictionem, et jura nos-

tre curie, ac territorium civitatis : quod revera decernentes ineptum, fidelitati tue precipimus, quatinus sic contra dictum prepositum et alios omnes, qui de predictis tenent aliqua occupata, studeas sollicite prosequi causam nostram, ut recuperatis deperditis, et jura nostra serventur illesa, nec laudetur vel occupetur territorium et alia jura debita, in prejudicium civitatis. Datum Aquis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, die vicesima prima februarii, undecima indictione, regnorum nostrorum anno decimo quarto.

Arch. de l'hôtel-de-ville d'Arles. Reg. *Titres de l'Eglise*, t. I, n° 5. BONNEMANT, *Cart.*, t. I, p. 655.

2777 22 février 1298.

KAROLUS II, Dei *(n° 2776)*... comes, senescallo Provincie et Forcalquerii, fideli suo, gratiam et bonam volunt. Datum est nobis intelligi relatione... quatinus, adhibito tibi procuratore nostro, sic de juribus nostris custodiendis, et recuperandis deperditis studiosus et attentus existas, quod nihil in prejudicium nostre curie occupetur, nec teneatur ulterius occupatum. Nos autem prefato procuratori nostro, super hoc speciales litteras destinamus. Datum Aquis, anno Dom. MCCXCVIII, die XXII februarii, XI indict.,...

Ibid., t. I, n° 5. BONNEMANT, *Cart.*, t. I, p. 658.

2778 29 avril 1298.

... Rever. in Xpisto patre dno Rostagno, div. provid. sancte Arelaten. ecclesie archiepiscopo presidente..., ego Bertrandus Aycardi, civis Arelat..., in presencia discr. viri dni Guillelmi Raynaudi, officialis Arelaten., ... recognosco vobis, dne Raymunde de Coirano, sacrista s. Arelaten. ecclesie,... quandam domum sitam Arelate... Act. Arelate, in palacio archiepiscopali,...

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 14, orig. parch.

2779 18 août 1299.

Bertrandus de Barjolis, prepositus ; *lods*.

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 326.

2780 Trinquetaille, 20 juillet 1300.

Prise de possession du château de Trinquetaille par l'archevêque, testibus ven. viris dno B. preposito,...

Voir ci-dessus, n° 1372, c. 559-60.

2781 Arles, 3 juin 1303.

Ven. vir dnus Bertrandus de Barjolis, Arelatensis ecclesie prepositus, existens infra palatium archiepiscopale Arelaten. — *Réclamation*.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 38.

2782 Arles, 23 août 1303.

Élection de Pierre de Ferrières comme archevêque d'Arles. Le prévôt B. en fait la postulation et proclame son élection.

Voir ci-dessus, n° 1411, c. 572-3.

2783 Latran, 30 janvier 1304.

Lettre du pape Benoît XI ·· preposito et capitulo ecclesie Arelaten., *leur notifiant la nomination de Pierre de Ferrières, dont la postulation lui a été faite par le prévôt Bertrand.*

Voir ci-dessus, n° 1412, c. 573.

2784 5 mars 1304.

Lettre du même ·· archidiacono Arelatensis eccles. *et autres, pour l'exécution d'un privilège en faveur de l'archevêque.*

Voir ci-dessus, n° 1413, c. 574.

2785 5 mars 1304.

Le pape envoie à Pierre de Ferrières le pallium, per dil. fil. Bertrandum prepositum ... cum ea qua decet instantia... postulatum.

Voir ci-dessus, n° 1414, c. 574.

2786 27 juin 1305.

Dom. Bertrandus de Barjolis, s. Arelaten. ecclesie prepositus ; *reconnaissance*.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 81.

2787 Arles, 1er juillet 1305.

Dnus B. de Barjolis, prepositus, *approuve avec le chapitre l'abandon par l'archevêque d'une redevance à Salon.*

Voir ci-dessus, n° 1470, note, c. 579.

2788 7 novembre 1305.

Bertrandi de Barjolis, prepositi.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 133.

ARNAUD I DE FAUGÈRES, 1306-1307.

2789 18 mai 1306.

Lettre du pape Clément V dil. fil. archidiacono et preposito ecclesie Arelatensis.

Gallia christ. noviss., Marseille, n° 378, c. 220.

2790 18 9 mars 1306 7.

Accord au sujet de l'administration de l'hôpital dni Rostagni de Bions *(voir n° 2722), par le sacristain de l'église d'Arles*, relig. viro dno Hugoni de Granis, *et l'abbé du monastère* Silve Regalis, *exécuteurs du testament dudit fondateur, en vertu d'un codicille.*

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 15, orig. parch.

2791 23 juin 1307.

Lettre de Clément V ·· preposito Arelaten... eccles., *et autres, au sujet d'un emprunt de 4000 florins d'or contracté par l'évêque de Carpentras.*

Arch. Vatic. Reg. 54 (Clément V, an. II, ep. [illegible]

2792 22 juillet 1307.

Lettre du même ·· preposito Arelaten... eccles. *et autres, au sujet d'un canonical à Comminges.*

Arch. Vatic. Reg. 54 (Clément V, an. II, ep. [illegible]

2793 26 août 1307.

Lettre du même dil. fil. ·· preposito ecclesie Arelaten., *au sujet d'un échange de bénéfices à Thouars.*

Arch. Vatic. Reg. 54 (Clement. V. an. II, ep. 1810), f° 100. *Reg.*, 1996.

2794 17 novembre 1307.

Lettre du même au roi de France, Philippe-le-Bel : Dil. fil. magistrum Arnaldum de Faugeriis, capellanum nostrum, prepositum Arelatensem, latorem presentium, serenitati regie duximus destinandum, cui plenam fidem adhibeas in iis que super captione Templariorum ubique facienda et quibusdam aliis... tibi duxerit referenda.

Baluze, *Vitæ pap. Aven.*, t. II, c. 110-1. Bréq., VIII, 115.

2795 1307.

Réponse de Philippe-le-Bel à Clément V : Beatitudinis vestre littere, quas nobis vener. vir magister Arnaldus de Faugeriis, capellanus vester, Arelatensis prepositus, presentavit, reverenter recepimus et letanter. Expositis autem nobis per eum seriatim et valde prudenter iis que sanctitas apostolica sibi... duxerat injungendum...

Baluze, *Vitæ pap. Aven.*, t. II, c. 111. Bréq., VIII, 124.

2796 6 décembre 1307.

Lettre du Pape dil. fil. Arnaldo preposito ecclesie Arelatensis, *le chargeant de recevoir la résignation de bénéfices au diocèse de Poitiers et de les conférer.*

Arch. Vatic. Reg. 55 (Clem. V an. III, ep. 2700), f° 50. *Reg.*, 2584.

Le prévôt Arnaud de Faugères fut élu peu après, par voix de compromis, pour succéder à l'archevêque Pierre de Ferrières (n° 1451, c. 583-5).

ARNAUD II de Blanchefort. 1308-1310.

Il était chanoine de Bordeaux et archidiacre de Cernes.

2797 4 février 1308.

Lettre de Clément V ·· archipresbytero ac ·· precentori Arelaten. eccles. *et un autre, au sujet de la réserve d'un bénéfice de Montmajour*, obtentu Guillelmi de Croca, canonici eccl. Arelat.

Arch. Vatic. Reg. 55 (Clem. V. an. III, ep. 3900), f° 73. *Reg.*, 2718.

2798 25 juillet 1308.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, dil. fil. Arnaldo de Blancaforte, preposito ecclesie Arelaten., ordinis S. Augustini. Tui nobilitas generis... *Il lui confère la prévôté d'Arles, vacante par la promotion d'Arnaud à l'archevêché d'Arles*, post susceptum ab eo consecrationis munus, *nonobstant qu'il possède déjà* canonicatum et prebendam ac archidiaconatum Sarnen. in ecclesia Burdegalen... Dat. Pictavis, VIII. kal. augusti, anno tertio.

In e. m. abbati monasterii Montis Albani, Caturcen. dioc., et ·· preposito Aquen. ac ·· sacriste Narbonen. ecclesiarum.

Arch. Vatic. Reg. 55 (Clem. V. an. III, ep. [illegible]), f° 130). *Reg.*, 2999.

2799 31 mai 1309.

Vente d'une terre servile à la prévôté d'Arles. — Hanc autem venditionem dns Petrus de Pinali, presbiter, procurator dni Arnaldi de Blancafort, sancte Arelatensis ecclesie prepositi,... laudavit, ratificavit, confirmavit. — Actum fuit hoc Arelate..

Chartrier des Paroisses et du prévôt d'Arles, t. II, n° [illegible], original ou instrument de l'époque.

2800 9 juin 1309.

Procurator ven. viri dni Arnaldi de Blancaforti, prepositi.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, n° 254.

2801 10 juillet 1310.

Anniversarium Arnaldi de Blancaforti, fratris domini de Audengia, archidiaconi Servan. et Arelatensis ecclesiæ præpositi, VI. idus julii, quo die obiit anno 1310; sepultus fuit in claustro [*de Bordeaux*], juxta portam quæ ducit ad molendinum, ubi sepultura generis Blanchefortis fuit ab antiquo, et sororis ejus Rosæ de Blancaforti.

Mss. de Gaignières (*Gallia christ. nova*, t. III, anim. ; 2e ed., t. I, c. XXXJ). — Cf. n° 2802.

AMALVIN. 1310.

Chapelain du pape Clément V, il fut donné par lui comme successeur à Arnaud de Blanchefort (n° 2802), mais mourut bientôt en cour de Rome, sans doute avant d'avoir reçu ses bulles, puisqu'elles ne figurent pas dans le *Regestum*.

PONS d'Alairac. 1310-1316.

2802 10 août 1310.

Clemens, episc., s. s. D., dil. fil. Pontio de Layraco, canonico et preposito ecclesie Arelaten., ordinis S. Augustini. Tue religionis zelus... (Praeposituram ecclesiae Arelaten., O. S. A., vacantem per obitum Arnaldi de Blancaforti, qui in partibus Burdegalen. dioec. diem clausit extremum, donationi apostolicae olim reservaverat Clemens. Demum magistro Amalvino, capellano et familiari suo, eam praeposituram contulerat. Ipsam demum per mortem Petri [*sic*] vacantem, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, confert [Pontio], addens canonicatum ipsius ecclesiae, in qua certus canonicorum numerus non habetur nec praebendarum distinctio, non obstante quod in ecclesia Uticensi, praefati ordinis, ... canonicatum obtineat, et de communibus ejusdem ecclesiae proventibus... portionem percipiat, ac dignitatem seu personatum vel officium in dicta ecclesia auctoritate exspectet apostolica.) Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam, Vasion. dioc., III idus augusti, anno quinto.

In e. m. dil. fil. ·· Xancton. et ·· Augen. Rothomag. archidiaconis, et ·· precentori Uticen. ecclesiarum.

Arch. Vatic. Reg. 57 (Clem. V. an. V, ep. 956), f° 237. *Reg.*, 6133.

2803 24 février 1311.

Lettre de Clément V ·· preposito Arelaten. eccles. *et autres, au sujet de la sacristie de St-Victor de Marseille.*

Arch. Vatic. Reg. 58 (Clem. V. an. VI, ep. 284), f° 70. *Reg.*, 6675.

2804 5 mars 1311.

Lettre du même au même, etc., pour maintenir ses bénéfices à l'archidiacre d'Eu dans l'église de Rouen.

Arch. Vatic. Reg. 58 (Clem. V. an. VI, ep. 233), f° 57. *Reg.*, 6623.

2805 21 mai 1311.

Lettre du même au même, etc., au sujet d'un privilège accordé à l'archevêque d'Arles.

Voir ci-dessus, n° 1480, c. 591.

2806 16 septembre 1312.

Lettre du même au même, au sujet d'un bénéfice à réserver à Pierre Raimond au diocèse d'Uzès.

Arch. Vatic. Reg. 59 (Clem. V. an. VII, ep. 964), f° 203. *Reg.*, 8666.

2807 27 janvier 1313.

Lettre du même au même, au sujet d'une collation de bénéfice au diocèse d'Embrun.

Arch. Vatic. Reg. 60 (Clem. V. an. VIII, ep. 102), f° 26. *Reg.*, 8988.

2808 16 février 1312/3.

Cum controversia diu extitisset inter Bertrandum de Barjolis, quondam præpositum Arelaten. ecclesiæ, et successores suos in dicto officio, et specialiter inter dom. Poncium de Alayraco, præpositum nunc Arelat., ex parte una, et universitatem et sindicos Arelatis, ex parte altera, occasione novalium seu rompitarum factarum per plures cives Arelatis in territorio Cravi, sito juxta et circumquaque ecclesiam et locum Sancti Martini Paludis majoris, dicta controversia fuit sopita sententia arbitrali lata ab arbitris ab utraque parte electis...

Chap. d'Arles. Reg. *Supplément de la Crau*, f° 15 (Bonn.)

2809 28 février 1313.

Lettre de Clément V dil. fil. Poncio de Alairaco, preposito ecclesie Arelaten., capellano nostro. Laudabilia tue merita probitatis... ; *il lui donne la faculté de recevoir et faire recevoir dans l'église d'Arles*, in qua certus canonicorum numerus non habetur, unam personam idoneam in canonicum. Dat. Avinione, II. kal. martii, anno VIII.

Arch. Vatic. Reg. 60 (Clem. V. an. VIII, ep. 190), f° 65. *Reg.*, 9090.

2810 17 juin 1313.

Lettre du même dil. fil. ·· preposito ecclesie Arelaten. ac ·· archidiacono Arelat., vicario in spiritualibus ven. fratris nostri ·· archiepiscopi Arelat. ; *il les charge de faire une enquête sur la nouvelle abbesse de St-Césaire et d'en confirmer l'élection.*

Voir la pièce à l'abb. de St-Césaire.

2811 31 juillet 1313.

Lettre du même ·· preposito Arelaten... eccles. *et autres, au sujet d'un prieuré au diocèse de Sisteron.*

Arch. Vatic. Reg. 60 (Clem. V. an. VIII. ep. 472), f° 153. *Reg.*, 9482.

2812 11 octobre 1313.

Guillelmi Aimes, procuratoris ven. et rel. viri dni Poncii de Alayraco, s. Arel. eccl. prepositi ; (laudimium).

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, n° 128.

2813 24 octobre 1313.

Lettre de Clément V ·· preposito Arelaten... eccles. *et autres, au sujet de la prévôté de Maguelonne.*

Arch. Vatic. Reg. 60 (Clem. V. an. VIII. ep. 270 et 271), f° 87. *Reg.*, 9214-5.

2814 27 novembre 1313.

Lettre du même dil. fil. Pontio de Layraco, preposito ecclesie Arelaten., cappellano nostro. Cum sicut accepimus..., *au sujet d'une prébende dans l'église de Braga (Portugal).*

Arch. Vatic. Reg. 61 (Clem. V. an. IX. ep. 26), f° 6. *Reg.*, 10085.

2815 Orange, 5 février 1315.

Lettres de Pons d'Alairac, prévôt du chapitre d'Arles.

VENERABILIBUS viris fratribus suis in Christo carissimis, capitulo ecclesie Arelatensis, *Poncius Arelatensis prepositus*, salutem et sincere dilectionis affectum. Cum venerabiles et religiosi viri domini Arveus de Sancto Ylario, vestiarius, et Raymundus de Monteolivo, de Alvernico, ac Hugo de Mesoaga, de Marignana ecclesiarum priores, canonici Arelatenses, ex parte vestra ad me venerint, ac michi significaverint quod inter rev. patrem dominum meum et vestrum dominum Galhardum, Dei gratia archiepiscopum, ac vos, super questione que inter ipsum dominum archiepiscopum, ex una parte, et vos ex altera, vertebatur super ecclesia de Sallone, ut hujusmodi questio sopiretur amicabiliter, talis tractatus seu compositio intervenerit, videlicet quod ejusdem ecclesie de Sallone collatio ad ipsum dominum archiepiscopum, ita tamen quod illam Arelatensi canonico, nunc et in perpetuum, cum eam vacare contigerit, et non alii conferat, etiam capitulo ad hoc minime requisito, deinceps pertineat ; quodque in ecclesia predicta XXV. librarum Turonensium parvorum pensio statuatur, danda et solvenda per rectorem ipsius ecclesie in perpetuum, annis singulis, illi qui erit pro tempore sacrista in ecclesia Arelatensi, cum ejusdem ecclesie sacristia in suis redditibus sit nimium tenuis et exilis ; prefati vestiarius et priores, pro parte vestra, petierunt meum super hiis prestari assensum. Attendens igitur et considerans dictum tractatum, seu impositionem, ecclesie nostre Arelatensi fore utilem ac consentaneum rationi, sinceritati vestre duxi tenore presentium intimandum, quod dicte compositioni seu tractatui inter vos habitis meum prebui et prebeo per presentes assensum. Nec obstat juramentum quod prestari consuevit in capitulo Arelatensi per canonicos ipsius ecclesie, cum ad tractatus capituli admittuntur, videlicet quod ecclesiam de Sallone non habeat archiepiscopus Arelatensis. Nam licet collatio ad ipsum dominum archiepiscopum deveniat, ut predicitur, non tamen predicta ecclesia unitur propter hoc mense sue ; circa quod vitandum, in prestatione juramenti prefati semper capituli et

canonicorum intentio versabatur. Nec illam habere dici potest, cum eam conferre alii necessario teneatur. Concordat autem ad predicta reverendus pater dominus meus dom Penestrinus [1], cum quo super eis collationem habui diligentem. Datum Aurasice, die v. mensis februarii.

2816 Orange, 10 février 1315.

VENERABILIBUS viris fratribus suis in Christo carissimis dominis capitulo ecclesie Arelatensis, *Poncius Arelatensis prepositus*, salutem et sincere in Domino caritatis affectum. Vestre fraternitatis litteras adventum reverendi patris domini nostri archiepiscopi ad civitatem Arelatensem, pro ordinatione ecclesie de Sallone una vobiscum inibi facienda, inter cetera continentes, animo leto recepi; per quas specialiter petebatis, ut die lune, vel die martis proxima, ad tardius, in ordinatione hujusmodi, meam ibidem presentiam exhibere deberem. Ad quod vobis duxi tenore presentium respondendum, quod reverendissimi patris domini mei dni cardinalis negociis ad presens propensius impeditus, illuc ad dictam diem accedere nequeo bono modo. Quare, si placet, me super hoc habeat vestra caritas excusatum. Sane, ut in dicta ordinatione rite procedi valeat, consulo quod super hoc inter vos solempnis tractatus et celebris habeatur, ut jura requirunt, et quod causa sufficiens quare hoc fit nichilominus exprimatur; protestato quod instrumentum dicte ordinationis possit dictari semel et pluries, ad dictamen et consilium sapientum, facti substantia non mutata. Datum Aurasice, die lune post dominicam Quadragesime [2].

Insérées dans l'acte n° 2819. BONNEMANT, t. II, p. 584.

2817 24 février 1315.

... D. Raymundus de Monteolivo, canonicus Arelaten., *résigne l'église de Saint-Laurent de Salon, dioc. d'Arles, entre les mains* d. Galhardi D. g. archiepiscopi, necnon... canonicorum et capituli Arelat.... Act... in camera archiepiscopali Arelat., in presentia... d. Dini prepositi Januensis, decretorum doctoris, d. Petri Guillelmi, utriusque juris professoris,...

Chartrier de la sacr. d'Arles, n° 41, orig. BONNEMANT, t. II, p. 565; *Gall.*, t. I, p. 1120.

2818 24-7 février 1315.

A la mort de Thomasius de Baysio, *prieur de Saint-Laurent de Salon, l'archevêque Galhard nomma* Arnaldus de Varesio, *actuellt sous-doyen de Bordeaux, et le chapitre* Raymundus de Monte olivo, *chanoine d'Arles. Par transaction il fut convenu que l'archevêque conferrait désormais cette église sans l'intervention du chapitre, sauf à choisir un des chanoines d'Arles; ce prieuré serait désuni de l'aumônerie, à laquelle on réunit l'église* de Rosignaco *(union faite sous l'archevêque Rostang); de plus, l'église de Salon contribuera pour 25 livres à l'insuffisance des revenus de la sacristie. Dans cet acte figurent les chanoines :* Guillelmus de Autiaco, archidiaconus, Guillelmus de Crota, archipresbiter, Raymundus de Ayraga, precentor, Petrus Juliani, infirmarius, Raimundus de Monteolivo, Symon Abertagni, Hugo de Mesoaga, Guillelmus de Laneis, Jacobus de Granis, Bermundus Juliani, Raimundus Raynaudi, Alasardus Raynaudi, Rostagnus Caroli, Jacobus Crote, Guillelmus de Romolis, Bertrandus Albarici, Bertrandus de Barjolis, Hugo Giraudi, Bertrandus Raynoardi et Guillelmus de Vouta; present. Dino preposito Januen., decretorum doctore, Petro Guillelmi, utriusque juris professore,...

Chartier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 15 bis, orig. parch.

2819 27 février 1315.

... Bertrandus Milonis, canonicus Carpentoraten., officialis Arelaten. ac vicarius generalis r. p. d. Galhardi, D. g. Arelat. archiepiscopi in spiritualibus et temporal., *déclare, au sujet de la collation de l'église de Salon, que l'accord peut se faire entre le chapitre et l'archevêque, nonobstant le serment des chanoines à leur prise de possession,* quod numquam consencient quod ecclesia de Sallone ad jus et proprietatem dom. Arelaten. archiepiscopi reducatur seu mense sue uniatur. Act... in capitulo Arelat. ecclesie, present. *iisdem.*

Même source.

Dès le commencement de l'année suivante, 1316, Pons d'Alairac quitta la prévôté de St-Trophime d'Arles pour celle de Pignans, au diocèse de Fréjus (n° 2823). Il devint ensuite abbé de St-Antoine en Viennois.

2820 Avignon, 13 février 1317.

Translation de Pons d'Alairac à l'abb. de St-Antoine.

JOHANNES, etc., dilecto filio *Poncio, abbati monasterii Sancti Anthonii,* ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, O. S. A., Viennen. dioc. Cura pastoralis officii, nobis quamquam immeritis superna dispositione commissi, jugiter pulsat et excitat mentem nostram ut de universis ecclesiis et monast. orbis, pro statu eorum regendo feliciter et salubriter dirigendo, quantum nobis ex alto permittitur, cogitemus solerter et efficaciter attendamus, et presertim cum ipsa conspicimus vacationis exposita detrimentis; sed de illis que ad romanam ecclesiam nullo medio subesse noscuntur, cum detrimentis exponuntur eisdem, profundius cogitare debemus, eisque promptius remediis tenemur succurrere opportunis, et quia nostrum interest proprius seu specialius, prosequimur in eisdem quibus principalius obligamur vigilis et fidelis pastoris officium, in ipsis exequimur, cum eis celerius et utilius providemus. Nuper siquidem monasterio Sancti Anthonii, ad dictam eccl. n. medio pertinente, O. S. A., Viennen. dyoc., per obitum quondam Aymonis ipsius mon. abbatis, qui in illis partibus diem clausit extr., vacante, nos vac. hujusmodi fidedignis rel. intellecta, cupientes regimini ejusdem mon. sec. cor nostrum yd. deputare personam, per cujus industriam studiosam et prov. circumspectam, pref. monasterium statu prospero floreat et accrescat, post del. quam super hoc cum fr. nostris hab. diligentem, demum ad te tunc prepositum monasterii de Pinichaco, per prepositum soliti gubernari, ejusdem ordinis, Forojulien. dyoc., ca-

1. Guillaume de Mandagot, ancien archevêque d'Aix.

2. Cette pièce antérieure, comme la précédente, aux suivantes, empêche de dater celles-ci d'après l'Incarnation, car en 1316 le lundi après le dimanche de Carême fut le 1er mars.

pellanum nostrum, cui religionis zelum, litt. scientiam, nobilit. generis, hon. morum, vite munditiam, aliaque grandia virtutum dona tibi desuper attributa, per fam. exper. novimus suffragari, et quem devota sinceritas, obsequiosa devotio coram nobis et eisd. fratribus gratum offerunt et presentant acceptum, direximus aciem n. m., ac de persona tua, premissis omnibus in ea deb. discussione pensatis, dicto mon. S. Antonii providimus, de fratrum eorumdem consilio et ap. ple. pot., teque ipsi monasterio S. Antonii preficimus in abbatem, curam et adm. illius tibi tam in sp. quam in temp. ple. committendo, tibique subsequenter munus bened. propriis manibus duximus impendendum. In ejus clementia miseranda, qui gratiarum est dispensator omnium, confidentes et sperantes quod, ejus omnipotentia tibi favorabiliter suffragante, ac in tuis actibus faciente virtutem, prefatum mon. S. Antonii, per tue oculate circ. industriam circumspecte regetur, gubernabitur fid., dirigetur in melius, et sub hujusm. tuo fel. regimine, salutis et prosp. sentiet increm. Quocirca discr. t. per ap. scr. mand., quat. impositum in hac parte tibi onus a Do. devote supportans, in cura et adm. predictis sic te geras curiosum, industrium et fidelem, quod clara fiducia quam gerimus de tua fida prudentia [et] diligentia curiosa pateat evidenter per tua laud. opera et exempla, ipsumque mon. S. Antonii, sub tui cura regiminis, Deo propitio, celerius floreat, fructificet et grandescat, ac tu proinde nostram et ap. sedis uberem bened. et gratiam ampliorem consequi, et post hujusmodi lacrimarum vallis exitum, introire in eterna Domini tabernacula merearis. Datum Avinione, idibus februarii, anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 65 (Joh. XXII. Comm. an. I. p. 3, n° 2070), f° 22.

Pons d'Alairac mourut en 1328 ; les bulles de son successeur, Guillaume Mitte *(per obitum Poncii abbatis)*, sont du 31 août de cette année (II. *kal. sept.*, *an.* XII).

RAIMOND III DE MOURIEZ. 1316-1342.

2821 St-Martin-en-Crau, 6 avril 1316.

... Cum... pervenisset ad audientiam hominum castri Sancti Martini Paludis majoris, dominii Arelaten. prepositi, quod vener. et relig. vir dom. Raimundus de Moreriis esset factus de novo prepositus Arelat. et venerit personaliter ad castrum predict. S. Martini, ad recipiendum homagia et fidelitatis juramenta ab hominibus dicti castri, prout... cuilibet preposito Arelat. noviter facto... tenentur, venerunt ad presentiam supra dicti dni prepositi infra fortalitium dicti castri S. Mart., *au nombre de 52*, qui flexis genibus, fecerunt homagium ac etiam promiserunt... quod erunt sibi... fideles, servando et custodiendo ac deffendendo personam dicti d. prepositi... et canonicorum..., et bona et jura ipsius prepositure... ; *mais 8 d'entre eux,* licet confiterentur se esse homines... prepositure..., tamen solempniter protestati fuerunt quod... non intendebant prejudicare citadinagio quod asserebant se fecisse in civitate Arelat. et in curia domini nostri Regis... Acta fuerunt hec in dicto castro et in ecclesia S. Martini..., present. *3 chanoines et autres.*

2822 Arles, 22 avril 1316.

Postque, anno quo supra, die 22 m. martii (!), Salvator Benedicti, *de St-Martin, qui n'avait pas fait hommage au prévôt avec les autres, vient à Arles et le rend dans la chambre de celui-ci, présents 2 chanoines, non sans protester d'avoir fait* citadinagium in civitate Arelatis et dno Imberto de Benivenco homagium in castro de Aqueria.

Arch. du chap. d'Arles, extrait collat. Boss., *Cart.*, t. I, p. 328-9.

2823 29 décembre 1316.

Bulle de Raimond de Mouriez pour la prévôté d'Arles.

DILECTO filio *Raimundo de Moriers, canonico et preposito ecclesie Arelatensis.* Apostolice sedis providentia circumspecta probitatem considerans et merita personarum, se libenter illis exhibet graciosam quibus honestas meritorum, conversationis et vite munditia, et alia dona virtutum quibus eos insignivit Dominus suffragantur. Cum itaque nuper dilecto filio Poncio de Alayraco, olim canonico et preposito ecclesie Arelatensis, O. S. A., de prepositura ecclesie de Pignanis, ejusdem ordinis, Forojulien. dioc., tunc vacante, auctoritate litterarum nostrarum duxerimus providendum ipseque Poncius provisionem hujusmodi duxerit acceptandam ; nos volentes te, ob tuorum exigentiam meritorum, quibus apud nos multipliciter commendaris, in eadem Arelatensi ecclesia, in qua certus canonicorum numerus et prebendarum distinctio non habentur, eidem Poncio subrogare, canonicatum cum plenitudine juris canonici, et preposituram ejusdem Arelatensis ecclesie, que per provisionem et acceptationem hujusmodi apud sedem apost. noscitur vacavisse, cum nullus preter nos potuerit de ipsa disponere, pro eo quod nos dudum..., cum omnibus juribus et pertinenciis suis, tibi ordinem eumdem professo, apost. auct. conferimus, et de illa etiam providemus, decernentes ex nunc fore tibi de communibus ejusdem ecclesie Arelatensis proventibus, sicut uni ex aliis ipsius ecclesie canonicis, portionem integram exhibendam ; ac prout est irritum et inane si secus super eadem prepositura a quoquam, quavis auct., sc. vel ign. attemptatum forsan est hactenus, vel contigerit in posterum attemptari. Non obstantibus..., seu quod prioratum Sancte Marie de Spelluca et canonicatum predicte ecclesie de Pignanis nosceris obtinere. Volumus autem quod postquam predictorum canonicatus et prepositure ipsius ecclesie Arelatensis possessionem passificam fueris assecutus, et fructus perceperis ex eisdem, prioratum S. Marie de Spelluca, et canonicatum ecclesie de Pignanis predictos, quos te obtulisti resignare paratum, quosque ex tunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. Nulli ergo etc. nostre coll., provis., const. et vol. infringere etc. Datum Avinione, IIII. kal. januarii, anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 64, f° 181 v° (Joh. XXII. Comm. an. I. p. [illegible], n° 1534).

2824 30 mai 1317.

Dom. Raymundus de Moreriis, prepositus s. Arelaten. ecclesie.

Protoc. Girardi Castelli, not. Arelatis, f. [illegible] Boss.

2825 2 août 1317.

Novum acapitum datum per eumdem præpositum.

Protoc. Girardi Castelli, not. Arelatis, f° 50 (Bonn.)

2826 Arles, 27 septembre 1317.

Dno Galhardo, Arelaten. archiepiscopo præsidente, dom. Raymundus de Moreriis, præpositus, et cæteri canonici s. Arelaten. ecclesiæ dant Jacobo de Granis, canonico, facultatem concedendi ad novum acapitum quasdam terras in Castro Novo.

Protoc. Girardi Castelli, not. Arelatis, f° 78 (Bonn.)

2827 Salon, 1er novembre 1318.

Reconnaissance de Raynaud Porcellet à Galhard Saumate. Actum Sallone, presente dno Raimundo de Moreriis, preposito Arelaten.

Voir ci-dessus, n° 1499, c. 604.

2828 13 décembre 1319.

Dno Raimundo de Mories, Arelat. ecclesie preposito.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 129.

2829 20 février 1320/1.

A° ab Incarn..., Raymundus de Moreriis, prepositus.

Reg. Giraudi Castelli, not. Arelatis (Bonnemant).

2830 2 mars 1322.

A° a Nativit..., Raymundus de Moreriis, prepositus.

Archev. d'Arles. Chartrier de Mondragon, n° 8 (Bonn.)

2831 25 juin 1322.

Raimundus de Moreriis, prepositus.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 149.

2832 21 octobre 1322.

Raymundus de Moriers, prepositus ; *échange.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 276.

2833 30 août 1323.

... S[ext]a indic., ego Johannes Pauleti, conresacor de Gordoza, nunc habitator castri Bellic[adri], confiteor... vobis dno Raymundo de Monte olivo, sancte Arelaten. ecclesie canonico et sacriste,... recipienti... vice candele Beati Trophimi..., me... tenere in emphit[eosim] sive ad accapitum inperpetuum... duas partes... staris mei siti in guachia civitatis Bellic... Acta... in aula dicte sacristie...

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 16, orig. parch.

2834 31 août 1326.

Dno Raymundo de Moreriis, prepositus ; *reconnaissance.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. I, n° 64.

2835 30 octobre 1326.

Raymundus de Moreriis, prepositus ; *reconnaissance.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 328.

2836 17 décembre 1326.

Bertrandus Martini dixit quod a tempore XL annorum citra vidit dom. Bertrandum Ricardi, prepositum Arelatensem, dom. Bertrandum de Barjolis, ejus successorem, dom. Arnaldum de Falgeriis, dom. Poncium de Alayraco, postmodum prepositos, et dom. prepositum Raymundum de Moreriis, qui nunc est, fuisse et esse in possessione, *etc.*

Archev. d'Arles. *Droits sur la Crau, Mouriers et Vaquières*, f° 49 v° (Bonnemant).

Le jésuite Columbi insère ici, en 1330, un faux prévôt Hugues.

2837 17 novembre 1330.

Raimundus de Moreriis, prepositus.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, n° 122.

2838 13 novembre 1331.

Raymundo de Moreriis, preposito Arelaten., *témoin à un accord entre Montmajour et la commune d'Arles.*

Arch. des B.-du-Rh. Montmajour. Castellet. Reg. A.

2839 11 février 1331/2.

... Ego Egidius Raymundi, de Arelate, confessus fuit... religioso viro dno Arnaudo de Valle, sacriste ecclesie Sancti Trophimi Arelaten..., sub dominio candele Sancti Trophimi Arelat., quoddam hospicium situm in Arelate... Act. Arelate, in hospicio archiepiscopali, in presencia... dni Guillelmi de Ramal', canon. Arelat ..

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 17, orig. parch.

2840 1er février 1333.

Dom. Raymundus de Moreriis, prepositus ; *procédure.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 116.

2841 5 avril 1333.

Bulle de Jean XXII commettant Raimundus de Moreriis, capell. apost., prepositus Arelaten., et Geraldus de Laneis, infirmarius, *pour colliger dans la province les fruits réservés au Pape.* Avinione, nonis aprilis, an. XVII.

Arch. Vatic. Joh. XXII. Secret. an XVII-XVIII, f° 56 v°, n° 314.

2842 22 septembre 1335.

Dno Raymundo de Moreriis, s. Arelaten. ecclesie preposito ; *reconnaissance.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, f° 111.

2843 6 août 1337, 5 avril 1339.

Dno Raymundo de Moreriis, sancte Arelatensis ecclesie preposito ; *reconnaissance.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n°s 40 et 20.

2844 30 octobre 1340.

Raymundus de Moreriis, præpositus Arelaten. ecclesiæ, a Gasberto Arelaten. archiepiscopo in causa quadam commissarius deputatur.

Protoc. Guillelmi Portalis, not. Arelatis (Bonn.)

2845 14 novembre 1340.

Ven. viro dno Raymundo de Moreriis, preposito sancte Arelaten. ecclesie... ; *reconnaissance.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 12.

2846 Montmajour, 6 février 1341/2.

Transaction de l'archevêque Jean de Cardone et du prévôt Raimond de Mouriez avec l'abbé de Montmajour.

Voir ci-dessus, n° 1548, c. 659.

2847 3 mars 1341/2.

Raymundo de Moreriis, preposito ecclesie Arelatensis ; *reconnaissance.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 141.

Raimond de Mouriez mourut à Avignon *(apud sedem apostolicam)*, probablement dans les premiers mois de 1343 (n° 2850).

2848 22 mars 1349/50.

A° ab Incarn..., canonici s. Arelaten. ecclesiæ constituunt suos procuratores, Pontium Fabri, infirmarium dictæ ecclesiæ, et Raimundum Blancardi, canonicum ejusd. eccl., priorem de Alvernico, videl. ad petendum a dno Ludovico de Petra grossa, cive Avinionis, quamdam pecuniæ quantitatem, libros et quædam alia bona quæ fuerunt dni Raimundi de Moreriis quondam, præpositi dictæ ecclesiæ, quæ certis et legitimis causis dicuntur ad dictum Arelaten. capitulum pertinere, et quæ penes ipsum dom. Ludovicum dicuntur fuisse deposita per dom. Poncium de Pereto. *Voir la suite au n° 2867.*

Reg. Pontii Rodelli, not. Arelatis, 1349, f° 98 (Bonn.)

GAILLARD DE BÉDAC, 1343-1347.

2849 22 juin 1341 [?]

Galhardus de Bedaco, prepositus s. Arelaten. ecclesie.

Reg. Rostagni Rodelli, not. Arelatis. [L'exactitude habituelle de Bonnemant me fait insérer cette analyse, dont la date paraît impossible.]

2850 3 mai 1343.

Bulles de Gaillard de Bédac, pour la prévôté d'Arles.

Dilecto filio *Galhardo de Bedaco, preposito eccl. Arelatensis, O. S. A., decretorum doctori, capellano nostro,* salutem. Religionis zelus... Cum itaque prepositura eccle. Arelaten., O. S. A., cui cura imminet animarum, ad quam prepositus consuevit per electionem assumi, consueta canonicis ejusdem ecclesie, cujus existis canonicus, assignari, quam quondam Raimundus de Moreriis, ejusdem ecclesie prepositus, sedis ap. cappellanus, in prefata Arelatensi eccl., dum viveret, obtinebat, per ipsius obitum, qui nuper apud sedem apost. diem clausit extremum, vacet ad presens... Nos volentes tibi in presb. ordine constituto, ac dictum ordinem expresse professo, premissorum tuorum meritorum intuitu, et consideratione dil. filii nostri Ademari, tit. S. Anastasie presb. card., pro te dilecto capellano et auditore suo, nobis in hac parte hum. supplicantis, gratiam facere specialem, preposituram pred. sic vacantem, cum omnibus juribus et pert. suis, ap. tibi auct. conferimus, et de illa etiam providemus. Decernentes... Non obstantibus... seu quod in dicta eccl. archidiaconatum, cui prioratus curatus de Fossis, dicti ordinis, Arelaten. dioc., canonice est annexus, nosceris obtinere... Datum Avinione, v. nonas maii, anno primo.

Arch. Vatic. Reg. 155, f° 73 (Clem. VI. Comm. an. I. lib. 9, ep. 135).

2851 14 octobre 1343.

Galhardus de Bedaco, prepositus s. Arelaten. ecclesie.

Protoc. P. Romani, not. Arelatis, f° 52 v° (Bonn.)

2852 1343/1347.

In codice 2308 bibliothecæ Colbertinæ sic legitur : Sanctæ ac [individuæ] Trinitati, cujus sapientis potentiæ gratia sancta cujuslibet inceptio provenit operis atque finis, et beatissimæ Virgini, necnon et beato Antonio confessori, cujus devotioni afficior, perennibus referta benedictionum laudibus, gloria et honore, de hujus Breviarii venerabilis et circumspecti viri dni Galhardi de Bedach, decretorum doctoris, præpositi Arelatensis, rev. in Christo patris et domini d. Ademari Roberti, tit. S. Anastasiæ presbyteri cardinalis, auditoris, futuri episcopi, domini mei præcipui, scripturæ perfectione, per me Johannem Corradi de Fulgineo, notarium, scripti, infinitarum sit actio gratiarum.

Baluze, *Vitæ paparum Avenion.*, t. I, c. 850.

2853 9 septembre 1345.

Dom. Galhardus de Bedaco, prepositus sancte Arelaten. ecclesie, conservator privilegiorum monasterii Sancti Cesarii ab apostolica sede deputatus....

Protoc. Johannis Girfaudi, not. Arelatis, f° 3 et 7 v° (Bonn.)

2854 Avignon, 6 décembre 1345.

Gualhardus de Bedato, *decretorum doctor, prepositus Arelatensis,* judex et conservator, una cum ven. et providis viris dnis archidyacono Carpentorat. et sacrista Avinion. ecclesiarum, collegis nostris, ad infrascripta a sede apostolica deputatus, cum illa clausula, quatenus vos, vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etc., ven. et rel. viro dno Raymundo de Argilato, canonico et vestiario Arel., salutem et in commissis diligentiam solitam adhibere. Litteras patentes dicte delegationis et conservationis nostre, in pargameno scriptas, a SS. in Xpisto patre et dno nostro dno Clemente di. pro. papa sexto emanatas, nos cum qua decuit reverentia recepisse noveritis.... quas vobis precipimus exhiberi. Sane, quia propter occupationem, et pluralitatem negotiorum romane curie, ad que intendere, ut convenit, et vacare incessanter contingit, plerumque ad contenta in dictis apostolicis litteris vacare comode nequeamus, Igitur in hiis in quibus, una cum dictis collegis nostris, cum clausula supradicta, judices et conservatores deputati sumus a sede apostolica supradicta ; vos, de cujus probitate, ydoneytate, scientia, et discretione, in Domino confidimus ab experto, subconservatorem nostrum et

judicem, tenore presentium, deputamus ; in premissis omnibus et singulis vobis plenarie committentes vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Mandantes auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, omnibus et singulis, quorum interest, seu poterit interesse, ut vobis in eis et ea tangentibus, sicut nobis, pareant efficaciter et intendant. Datum Avinione, sub sigillo nostro proprio, die sexto decembris, anno Dni mill'io CCC.XL quinto, pontificatus dicti domini nostri pape anno quarto.

Arch. des B. du Rh. St-Césaire d'Arles, Reg. XIX, f° 7 v°, de l'époque.

2855 19 mai 1346.

Galhardus de Bedaco, prepositus s. Arelaten. ecclesie.

Reg. Vincentii de Aurelhaco, f° 89 (Bonn.)

2856 5 juillet 1346.

Bertrandus de Sancto Mitrio, presbyter, bajulus Galhardi de Bedaco, decretorum doctoris, præpositi ecclesiæ Arelaten., recepit a Petro Nigri, receptore pecuniæ pedagii Arelatis, 30 sol. et 6 den. monetæ fiscalis, cujus 1 albus valet 8 den., pro parte dict. præpositum contingente in dicto pedagio, a medio mense novembris proxime præterito usque ad medium mensem maii etiam proxime præteritum...

Protoc. Rostagni Rodelli, not. Arel., 1346, f° 7 v° (Bonn.)

2857 2 janvier 1346/7, 22 juin 1347.

Galhardus de Bedaco, prepositus ecclesie Arelaten.

Protoc. Rostagni Rodelli, not. Arel., 1346, f° 15 et 20 v° (B.) — Voir encore le n° 2879, pour une chapellenie fondée par lui dans l'église de St-Trophime.

BERNARD DE CARDONE. 1348-1349.

2858 3 juin 1347.

BERNARDO DE CARDONA PROVIDETUR DE OFFICIO OPERARIE, CUM SUIS ANNEXIS, ECCLESIE ARELATENSIS, O. S. AUG., VACANTE.

Dilecto filio *Bernardo de Cardona*, operario ecclesie Arelaten., O. S. A., bacalario in decretis, salutem etc. Religionis zelus... Dudum siquidem intendentes de officio operarie ecclesie Arelaten., O. S. A., cum prioratu de Comis et rurali eccl. de Valle, eidem officio annexis, Arel. dioc., quod quondam Raymundus Raynaudi, dicte eccl. Arelaten., tunc temporis obtinebat, cum illud quovismodo vac. contingeret, per ap. sedis provid. ordinari, pred. officium, cum eisdem annexis, collationi et disp. nostris specialiter reservavimus... Cum itaque postmodum pref. officium, consuetum per canonicos dicte eccl. Arelaten., cujus existis canonicus, gubernari, cum parochiali B. M. de Comis, prioratu de Comis nuncupata, pref. dioc., ac predicta rurali ecclesiis sibi annexis, per obitum dicti Raymundi, qui extra Ro. cu. diem cl. extr., vacaverit et ad presens vacare noscatur, nullusque preter nos... Nos volentes tibi, pro quo ven. frater noster Johannes archiep. Arelaten., asserens te consanguineum suum esse, nobis in hac parte hum. supplicavit, premissorum intuitu, gratiam facere specialem, pref. officium sic vacans, cum eisdem sibi annexis, ac omnibus juribus et pert. suis, apost. tibi auct. conferimus, et de illis etiam providemus. Decernentes... Non obstantibus... seu quod prioratum S. Michaelis de Capa, sine cura, ord. et dioc. predictorum, nosceris obtinere... Datum Avinione, III. nonas junii, anno sexto.

Arch. Vatic. Reg. 183, f° 107 v° (Clem. VI. Comm. an. VI. l. 4. p. 1, ep. 4 de regular.)

Elu prévôt par le chapitre le 19 août 1348, Bernard mourut le 18 juillet 1349.

2859 18 juillet 1349.

Dns R. Gavaudani, licentiatus in decretis, canonicus Arelaten., executor, una cum dno P. Donadei, legum doctore, ultimi testamenti dni *Bernardi de Cardona, quondam prepositi Arel.*, pro solutione legatorum ipsius et debitorum, vendidit dno Simoni de Villata, canonico Arelat., libros dicti quondam prepositi, videl. quasdam Decretales, pretio XX flor. auri ; item unum Decretum, XXX flor. ; it. unum Sextum decretalium, cum Clementinis, XV flor. ; it. quamdam lecturam super Clementinis, Pauli de Lazaris ; it. et aliam lecturam in eodem volumine simul junctas, Guillelmi de Monte lauduno, pretio VIII flor. auri ; it. Summam copiosam Hostiensis, XX flor. auri ; it. unam lecturam Archidiaconi super Sextum decretalium, VIII flor. auri. Que omnia ascendunt ad summam CI floren. auri.

Protoc. Pontii Rodelli, not. Arelatis, 1349.

2860 23 juillet 1349.

Dom. Giraudus Chaboyni, procurator dni Stephani, archiepiscopi Arelaten., nomine illius recognovit dno R. Gavaudani, canonico Arelaten., executori ultimi testamenti dni Bernardi de Cardona, recepti manu Bertrandi de Sonhano, arrestum quod, nomine dicti dni archiepiscopi et camerarii dni papæ, apposuerat super bonis dicti dni Bernardi de Cardona quondam, recepta promissione a dicto dno R., qui promisit stare juri de hiis quæ petit dom. procurator super bonis prædictis.

Protoc. Pontii Rodelli, not. Arelatis (Bonnemant).

2861 3 avril 1350.

Quittacio 90 floren. debitorum a dno Bernardo de Cardona, quondam præposito sanctæ Arelaten. ecclesiæ, Guillelmo de Scampis et alteri Guillelmo de Scampis, fratribus, a die 19 augusti 1348.

Reg. Guillelmi Portalis, not. Arelatis (Bonnemant).

JEAN I DE LOBERC OU LOMBERC. 1349-1350.

2862 26 avril 1349.

Johannes de Loberco, infirmarius sancte Arelaten. ecclesie.

Reg. Pontii Rodelli, not. Arelatis, 1349 (Bonnemant).

2863 21 (*al.* 11) septembre 1349.

Johannes de Loberco, tamquam præpositus Arelaten. ecclesiæ, constituit procuratorem pro exigendis redditibus suæ præpositruræ, tam in insula S. Genesii de Martico quam in castro Sallonis....

Protoc. Pont. Rodelli, ville de Mari, f° 31 v° (Reg. Nicolaï, à M. Arbaud).

2864 St-Martin-en-Crau, 8 octobre 1349.

Johannes de Loberco, præpositus ecclesiæ Arelaten., præsens fuit in curia S. Martini Paludis majoris, ubi extitit publicatum testamentum factum tempore mortalitatis et pestis, quæ nuper evenit, et receptum per manum curati dicti loci, defectu notariorum.

Protoc. Pont. Rodelli, ville de Mari, f° 34 v°.

2865 6 décembre 1349.

Johannes de Loberco, præpositus Arelaten., facit procurationem pro exigendis redditibus suæ præpositruræ.

Protoc. Pont. Rodelli, ville de Mari, f° 52.

2866 11 janvier 1349/50.

Johannes de Lomberco, prepositus s. Arelat. ecclesie; *lods*.

Protoc. Pont. Rodelli, ville de Mari, f° 109 v°.

2867 22 mars 1349/50.

Suite du n° 2848. Johannes de Loberco, præpositus Arelaten., qui, in lecto suo infirmitate detentus, ad capitulum, in quo dicti procuratores fuerant instituti, venire non potuerat, adhæsit dictæ institutioni.

2868 3 et 16 avril 1350.

Johannes de Lomberco, prepositus Arelaten. ecclesie; *quittance à lui faite*.

Reg. Guillelmi Portalis, not. Arelatis, f° 54.

2869 7 juin 1350.

... Regnante incl. dna Johanna, D. g. regina Jherusalem... et domina civitatis Arelaten.,... Petrus Fornerii, alias Villa Fortis, de Bellic[adro],.... recognovit vener. et relig. viris dnis Hugoni Malafayda, vestiario, Johanni Damiani, priori Sancti Michaelis de Cappa, Raymundo Lhautaudi, priori claustrali, Duranto de Montanea, operario, Hugoni Guintrandi, priori Castri Novi, Johanni de Castro, priori de Rosinhaco et helemosinario, Petro de Bosco, priori de Marinhana, Gregorio Magistri, Petro de Villa nova, Raymundo Gavaudani et Poncio de Cabannis, cannonicis Arelaten.,... vice candele Sancti Trophimi et pro ubertate ipsius..., se tenere... in emphiteosim... quartam partem... hospicii sciti in castro Bellicadri... Act. Arelate, in claustro Sancti Trophimi,...

Chartier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 18, orig. parch.

SAUVEUR Olivier. 1350-1361.

2870 7 (*al.* 2) novembre 1350.

Religiosus vir Salvator Olivarii, prepositus s. Arelaten. ecclesie.

Protoc. Pontii Rodelli, not. Arelatis (Reg. Nicolaï, à M. Arbaud).

2871 24 décembre 1350, 5 octobre 1352.

Salvator Olivarii, prepositus Arelatensis.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n°s 121 et 215.

2872 8 avril 1353.

Salvator Olivarii, decretorum doctor, præpositus Arelaten. priorque ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Bisulduno, Gerunden. diocesis, confessus est dno Raimundo Gavaudani, canonico Arelaten., se habuisse bonum computum de omnibus quæ dictus d. Raimundus gessit nomine ipsius præpositi de bonis præpositruræ Arelaten. et prioratus de Bisulduno.

Reg. Pontii Rodelli, not. Arelatis, f° 111 (Bonn.)

2873 30 août, 10 décembre 1355; 28 mars 1356.

Salvatoris Olivarii, decretorum doctoris, prepositi Arelatensis.

Protoc. Pontii Rodelli, not. Arelatis; Reg. du même, f° 94. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 112.

2874 20 janvier 1356/7.

... In ... cappitulo fuit ordinatum quod in festo sancti Cezarii campane Beati Trophimi pulsentur sollempniter, sicut in aliis festivitatibus magnis...

Protoc. de Pons Rodelli, not. d'Arles, 1356. Bonn., *C.*, t. I, p. 76.

2875 Mai 1358.

Lettre du comte de Poitou, pour la reconstruction des murailles de Beaucaire, ad quas constructionem et reparationem archiepiscopus et prepositus Arelatensis, prior.. Bellicadri, *etc.* contribuere tenentur pro rata..., quod facere contradicunt, prout fertur,...

Vic et Vaissete, *Hist. de Languedoc*, 1885, t. X, c. 1137-9.

2876 19 mai 1358.

... Johannes de Gaudio, textor de Bellicadro,... confessus fuit... religioso viro dno Johanni de Castro, canonico et sacriste sancte Arelaten. ecclesie, ...nomine candele ... Beati Trophimi ..., quoddam viridarium scitum in Bellicadro... Act... infra ecclesiam Beati Trophimi, ante fontes,...

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 19, orig. parch.

2877 10 octobre 1359.

Salvator Olivarii, prepositus; *accord avec les Dominicains*.

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. I, p. 110.

2878 21 juin 1360.

Dnum Salvatorem Olivarii, prepositum s. Arel. ecclesie.

Ste Claire d'Arles, dans la transaction pour la destruction du couvent de la Roquette des Clarisses, du 19 janvier 1360.

2879 4 juillet 1361.

Salvator Olivarii, præpositus Arelaten., ad capellaniam fundatam in ecclesia Sancti Trophimi per Galhardum de Bedaco, præpositum quondam Arelaten., præsentavit Hugonem Marchi, presbiterum de Arelate.

Reg. Pontii Rodelli, not. Arelatis, f° 31 v° (Bonn.)

2880 Avignon, 7 août 1361.

Testament de Sauveur Olivier, prévôt d'Arles.

In nomine Domini. Amen. Anno a Nat. ejusdem 1361, ind. 14, die 7. mensis augusti... Noverint universi et singuli, presentes pariter et futuri, quod ven. vir dns *Salvator Olivcrii, prepositus Arelatensis*, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, suum ultimum nuncupativum testamentum scriptis redactum, seu ultimam suam voluntatem condidit, disposuit, in modum qui sequitur, et etiam ordinavit. In nomine sancte et ind. Trinitatis, P. et F. et S. S., amen. Licet incerta mortis hora semper debeat imprudentis animo suo esse suspecta, corpore tamen imminente langore ipsius plus naturaliter formidatur eventus. Idcirco ego Salvator Olivarii, prepositus ecclesie Arelatensis, O. S. A., premeditans et diem peregrinationis mee, disposicione testamentaria, desiderans, ut melius possum, celeriter prevenire, per Dei gratiam mente sanus, licet eger corpore, ex certa scientia et ex certo proposito motus, jure, seu consuetudine, vel privilegio michi per sedem apostolicam concessis, vel alias melioribus modis quibus possum, et infrascripta melius valere poterunt et debebunt, et habere plenam roboris firmitatem, meum ultimum et validum nuncupativum testamentum, et ultimam voluntatem meam, ex mea certa sciencia, facio, condo et ordino, et dispono, ut sequitur. In primis, devotissime recomendo animam meam et corpus meum altissimo creatori Dno nostro Jhesu Xpisto, et gloriosissime Marie virgini, ejus matri, et omnibus sanctis Dei, totique collegio civium supernorum. Et eligo sepulturam corpori meo, cum me eximi contingerit ab humanis, si in civitate Avinion., in ecclesia collegiata Sancti Desiderii Avinion.; si vero in civitate Arelatensi contingat me decedere, tunc eligo sepulturam meam in ecclesia majori Arelatensi, cujus sum prepositus, videlicet infra capellam Sancti Rostagni. Item volo, jubeo et ordino quod si in civitate Avinion., ut premittitur, me contingat mori, et dicte ecclesie Sancti Desiderii Avinion. sepeliri, ut predixi, quod quam cicius comode poterit fieri, corpus seu cadaver meum transportetur et translatetur in dicta ecclesia majori Arelatensi, et in dicta capella Sancti Rostagni reponatur et sepeliatur. Item, lego de bonis meis predicte ecclesie Beati Desiderii Avinion., viginti florenos auri tantum. Item, lego monialibus Sancte Clare Avinion., quinque florenos auri semel tantum. Item, lego cuilibet presbitero qui mee intererit sepulture, unum album quindecim denariorum. Item, lego cuilibet capellano qui celebrabit missas pro anima mea, et alia divina officia, per totam novenam, pro qualibet die, cuilibet ipsorum, duos albos argenti. Item lego monialibus Sancti Cezarii de Arelate, quinque florenos auri semel tantum. Item, lego cuidam nepti mee, moniali Sancte Clare de Montepessulo, viginti florenos auri semel tantum... Item lego reverendo patri in Christo dno Arnaldo episcopo Sorren.[1], quinque florenos auri semel tantum. Item, lego cuilibet ordini mendicancium de Avinione, qui mee sepulture intererunt, vid. fratrum Predicatorum, Minorum, Augustinensium et Carmelitarum, cuilibet ipsorum quinque florenos auri semel tantum... Item volo et ordino quod... executores mei ordinent et disponant de libris meis juris canonici et aliis theologicis, ad ordinationem, dispositionem et voluntatem ipsorum executorum meorum. Item, volo, jubeo et ordino quod de aliis bonis meis ordinetur et fiat una capellania perpetua, in qua perpetuo celebret unus capellanus pro anima mea, et parentum et benefactorum meorum ; que quidem capellania edifficetur et construatur in ecclesia Sancti Trophimi Arelatensis... In omnibus, universis et singulis, aliis bonis meis... facio, instituo et ordino, et ore proprio michi nomino heredem meum universalem, venerabile capitulum dicte ecclesie Aralatensis, solum et in solidum... Facio, constituo et ordino gadiatores, executores et distributores, vid. ven. viros dnos Petrum Mejani, canonicum Lausanen., et Guillelmum de Ambrisone, canonicum ecclesie Sancti Pauli Narbonen... Acta et recitata fuerunt supradicta omnia et singula, Avinione, in hospicio habitationis supradicti testatoris, presentibus discretis viris Andrea de Combis, presbitero, Guillelmo Versanini, clerico, Massello Fortis, furnerio, Johanne de Astellis, furnerio, Johanne de Couroy, sartore, Bernardo Figueria, mercatore de Montepessulano, Laurentio de Sancto Clemente, sartore, Guioto Marcelli, sartore,... testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et te magistro Bernardo Versanini, notario publico...

Archev. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 173, de l'époque. Cf. n° 1387.

PIERRE III de Gailhac. 1364.

2881 13 août 1364.

Guillelmus Fabri, canonicus Arelaten., procurator vener. capituli ecclesiæ S. Trophimi Arelatis, et Poncius de Cabanis, canonicus etiam Arelat., procurator ven. viri dni Petri de Galhaco, præpositi Arelaten., ob utilitatem dictæ præpositturæ dederunt ad accapitum Jacobo de Insula vineam heremam in Gallico...

Protoc. Pontii Rodelli, not. Arelatis (Bonn.).

Jugé « inutile » à la prévôté par le pape Urbain V, Pierre de Gailhac en fut dépossédé par lui (n° 2884).

2882 1er février 1365.

Bulle du pape Urbain V Johanni de Lengis, priori domus Vallis Benedictionis, Carthus. ordin., Avinion. dioc., visitatori et reformatori ecclesiarum, monaster. aliorq. piorum locorum civitatis et diocesis Arelaten... Ad notitiam nostram dudum fide digna relatione perducto, quod major et alie, tam regulares quam secula-

1. Arnaud, dominicain, évêque de Sorres (Sardaigne), 1348-65.

res, ecclesie ceteraque ecclesiastica loca civit. et dioc. Arelat. multis modis spiritualibus et temporalibus defectibus et destitutionibus subjacebant ; *il réserve au siège apostolique la nomination à tous les bénéfices vacants.* Dat. Avinione, kal. februarii, p. n. a. tertio.

Étendu de Jacq. Bertrandi, not. d'Arles, 1369-70, au 3 avril 1370. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 204.

2883 22 février 1365.

In nomine Domini, amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo CCC^mo LXV, indictione tertia, et die XXIJ^a mensis febroarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape V anno tertio, hora terciarum, existens in loco capitulari ecclesie Arelatensis venerabilis et religiosus dominus frater Johannes de Lengis, prior domus Vallis Benedictionis, ordinis Cartusiensis, Avinionensis diocesis, cathedralis et aliarum ecclesiarum, ac personarum ecclesiasticarum civitatis et diocesis Arelatensis visitator et reformator a sede apostolica specialiter deputatus, ibidem etiam congregatis et presentibus canonicis ipsius ecclesie, videlicet dominis Bernardo Comitis, Symone de Villata, archipresbytero, Raynaudo Lachaudi, precentore, Johanne Damiani, infirmario, Pontio de Clareto, Hugone Malafadia, vestiario, Arnaudo Servati, operario, Petro de Bosco, Guillelmo Fabri, Pontio de Cabanis, Johanne de Salhardia, Guillelmo Bornoni, Georgio Raynaudi, canonicis dicte ecclesie, et exposito eis per eumdem dominum reformatorem quod erat de intentione domini nostri Pape quod insimul in refectorio communi de cetero comedant, et dormiant sub eodem tecto in communi dormitorio, et quod habeant vestes ejusdem coloris, et unum de tribus coloribus, scilicet bruno, nigro, vel albo, responderunt per dictum dominum Symonem quod libenter et humiliter hobedirent in omnibus et per omnia mandatis et ordinationi domini nostri Pape; et quantum erat de simul comedendo, dixerunt quod hoc quandocumque placeret domino visitatori hoc facerent; et idem de dormitione, dumtamen sufficienter ad hoc secundum suum debitum et sic quod possent ibi sane habitare locus ad hoc aptaretur, qui non est nunc talis, nec taliter paratus nec cautus ubi possent honeste et sine periculis infirmitatum suorum corporum habitare ; de colore vero vestium, quia erat et est pro majori parte consuetum Ecclesie nigras vestes defferri, nigrum colorem elegerunt; supplicantes humiliter eidem domino reformatori quod eidem placeret significare domino nostro Pape quod, pro honore tam sollempnis ecclesie metropolis, et in loco antiquissimo et famoso, et pro eo quod, quando intraverunt religionem Sancti Augustini, non reperierunt tantum rigorem servari, sicut nunc vident et audiunt eumdem dominum nostrum Papam eos velle astringere, et quia aliqui eorum, qui consueverunt extra manere, comedere et dormire, sunt antiqui, senio confracti, qui habito respectu ad vitam quam habebant soli et seorsim, de igne et aliis quam plurimis indigent, velit eis compati affectu pietatis et misericordie, ut saltem non sint ad arctiorem religionis observantiam coarctati quam illi de ecclesiis Magalonensi, Nemausensi, Uticensi et Avinionensi, que non sunt ita famose, antique, nec metropolitane, sicut est ecclesia Arelatensis. Actum anno, die, indictione, pontificatu et loco quibus supra, presentibus fratre Petro Hamelini, monacho monasterii predicti Vallis Benedictionis, et Johanne Hugoneti, clerico diocesis Bituricensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et magister Eustacius de Mari, Constantiensis diocesis, publicus quondam apostolica et imperiali auctoritate notarius, de predictis notam recepit; post cujus mortem, ego Thericus de Thonacilie, diocesis Trevirensis, apostolica et imperiali etiam auctoritate notarius, de dicta nota hoc publicum instrumentum extraxi et scripsi auctoritate, mandato et licentia michi datis et concessis per prefatum dominum reformatorem, factaque collatione diligenti de premissis hic me subscripsi, et signum meum quo utor auctoritate apostolica apposui in testimonium premissorum.

Inséré dans les Statuts du 18 juillet 1369, n° 2890.

JEAN II Cotelle, 1365.

2884 22 avril 1365.

Urbain V confère la prévôté d'Arles à Jean Cotelle.

Ven. fr. Guillelmo archiepiscopo Arelaten. Dudum ad ecclesie tue Arelaten., O. S. A., que in spiritualibus et temporalibus erat plurimum deformata, debitam et possibilem reformationem, paterna solicitudine intendentes, dil. fil. Petrum de Galhaco, olim ipsius ecclesie prepositum, qui in regularibus observantiis, et alias in regimine dicte prepositure inutiliter se gerebat, ipsa prepositura, auctoritate apostolica privavimus, et dil. fil. Johanni Cotelle, latori presentium, viro utique religioso, provido et honesto, et in observ. regul. disciplinis instructo, per cujus circumsp. personas dicte ecclesie in regul. observ. dirigi et alias preposituram eandem provide gubernari speramus, providimus de eadem. Quare fraternitatem tuam hortamur, attente mandantes quatenus eumdem Johannem prepositum benigne suscipias, eique paterne assistas consiliis, et favoribus oportunis ; quibus mediantibus, ecclesia predicta, prout ad ejus spectat officium, salubribus, dante Domino, proficiet incrementis. Datum Avinione, x. kal. maii, an. III.

Arch. Vatic. Urban V, an. III, Secrete, f. 81.

RAIMBAUD III de Montorsier, 1366-1395.

D'après le dernier acte le concernant, il avait été sacristain de l'église de Senez et avait étudié à l'université de Bologne.

2885 21 septembre 1366.

Dom. G. Fabri, canonicus Arelaten., procurator vener. viri dni Raymbaudi de Monte orserio, prepositi sancte Arelaten. ecclesie, prioris Sancti Michaelis de Cappa.....

Protoc. Bestagni Rodelli, not. Arelatis, f. 14 v° (Bonnem.)

2886 18 décembre 1366.

Commission pour la réforme du chapitre d'Arles.

URBANUS, episcopus, servus servorum Dei, dil. fil. Johanni de Lengis, priori domus Vallis Benedictionis, Cartus. ord., Avinion. dioc., visitatori et reformatori ecclesiarum, monasteriorum aliorumque piorum locorum civitatis et diocesis Arelat., sal. et apost. ben. Olim ad audientiam nostri apostolatus perducto relatibus fide dignis, quod tam major Arelaten. ecclesia, ordinis Sancti Augustini, quam alie ecclesie, necnon monasteria et alia pia loca civitatis et diocesis Arelatensis erant in spiritualibus et temporalibus quamplurimum deformata, nos, super hiis providere de opportuno remedio volentes, te visitatorem et reformatorem dictorum ecclesiarum, monasteriorum ac locorum duximus deputandum; et quia postmodum, prout tua nobis relatio patefecit, invenisti majorem partem canonicorum dicte ecclesie Arelatensis, singulos videlicet eorum, singulas ecclesias curatas, que prioratus dicuntur, obtinere, et in eis pro magna parte temporis personaliter residere, propter quod dicta major ecclesia erat majoris ac melioris partis suorum canonicorum presentia miserabiliter destituta; nos tante ipsius ecclesie desolationi solamen impendere paterne compassionis cupientes affectu, ac specialem gerentes in Domino de tua prudentia et probitate fiduciam, tibi inter cetera per apostolicas litteras quoslibet canonicos et personas dicte majoris ecclesie ab eorum prioratibus et aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, quocumque nomine censeantur, ad collationem, provisionem, seu quamvis aliam dispositionem dilectorum filiorum prepositi et capituli dicte ecclesie spectantibus, prout tibi expediens videretur, amovendi, eosdemque canonicos et personas ad claustrum dicte ecclesie revocandi, et in ipsis prioratibus et beneficiis perpetuas vicarias creandi, in eisque perpetuos vicarios ea vice instituendi, earum collatione et omnimoda dispositione, cum postmodum vaccarent, dictis preposito et capitulo communiter in posterum remansura, ac disponendi et ordinandi quas iidem vicarii prefatis preposito et capitulo de proventibus eorumdem prioratuum et beneficiorum certas perpetuas pensiones annuatim solvere tenerentur, hujusmodique pensiones ad tuum arbitrium moderandi, curandi ac declarandi, concessimus potestatem, prout in eisdem litteris plenius continetur; tuque, hujusmodi mandato nostro suscepto, eosdem canonicos beneficiatos ab hujusmodi ecclesiis, quarum et dictorum canonicorum nomina et numerum, quotcumque fuerint, haberi volumus presentibus pro expressis, auctoritate nostra amovisti, et ad dictum claustrum revocasti, in ipsisque ecclesiis seu prioratibus perpetuas vicarias creasti, et in eis perpetuos vicarios ea vice instituisti, ac insuper ordinasti quod omnes fructus, redditus, proventus et obventiones dictarum ecclesiarum seu prioratuum pertinerent ad eosdem vicarios, ita tamen quod ipsi vicarii de hujusmodi fructibus, redditibus, proventibus et obventionibus dictis preposito et capitulo, pro victu et vestitu tam dictorum amotorum quam aliorum canonicorum ecclesie memorate, solverent certas per te taxatas annuas pensiones, prout in diversis instrumentis publicis inde confectis dicitur plenarius contineri. Cum autem ipsi canonici, ab eisdem beneficiis, ut prefertur, amoti, nobis fecerint supplicari quod eis, qui olim, predictas ecclesias retinendo, consueverunt tenere statum honorabilem, hujusmodi annuas pensiones, quas de fructibus ipsarum ecclesiarum quas tenuerunt ordinaveras, dari dictis preposito et capitulo, ut prefertur, dignaremur pro eorum necessitatibus facere assignari; nos, hujusmodi supplicationibus inclinati, volentes eis facere gratiam specialem, discretioni tue, de qua in hiis et aliis gerimus in Domino fiduciam pleniorem, deputandi et assignandi eisdem canonicis amotis, preterquam dilecto filio Olivario Gaydelli, canonico dicte ecclesie Arelatensis, in minori etate constituto, qui tenebat ecclesiam Sancti Vincentii de Canoyes, dicte diocesis, et quem de hiis que sibi pro suo vestiario annuatim, sicut aliis canonicis ejusdem ecclesie, debentur, volumus contentari, cuilibet videlicet eorumdem canonicorum ad vitam suam hujusmodi pensiones, exhibendas de fructibus et proventibus ecclesiarum quas tenuerant, exceptis illis quas auctoritate nostra, quam in hac parte habebas prout habes, mense dictorum prepositi et capituli univisses, ita quod eis et quolibet eorum cedentibus, vel decedentibus, aut dictam ecclesiam Arelatensem quomodolibet dimittentibus, ipse pensiones eisdem preposito et capitulo perpetuo applicentur, et iidem prepositus et capitulum ipsis canonicis habentibus pensiones easdem non teneantur ultra victum communis mense pro vestiario vel aliis expensis eorum aliquid assignare; et nichilominus ab ecclesiis de Marinhana et de Ginhaco, dicte diocesis, ab eadem Arelatensi ecclesia dependentibus, quarum fructus sunt adeo exiles quod vix sufficere possint vicariis earumdem, priores seu rectores earum canonicos dicte Arelatensis ecclesie perpetuo amovendi, et in ipsis ecclesiis etiam vicarias perpetuas creandi, ac in eis vicarios perpetuos, qui preposito et capitulo antiquam et, eis amotis, novam per te taxandam habeant reddere pensionem, instituendi, hujusmodique pensionem ipsarum ecclesiarum de Marinhana et de Ginhaco, si tibi videbitur, minuendi; et insuper, ut canonicis dicte ecclesie eam ex causa beneficiorum deserendi materia subtrahatur, auctoritate apostolica statuendi quod nullus eorum de cetero extra ipsam ecclesiam ejus beneficium valeat obtinere, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem: per hec autem tibi non intendimus potestatem adimere quod super premissis et ea concernentibus, et alias super statu ecclesie predicte, que tamen premissis non obvient, tam in Romana curia quam in dicta Arelatensi ecclesia, et alibi ubicumque auctoritate nostra predicta libere valeas ordinare secundum per nos tibi traditam potestatem. Datum Avinione, decimo quinto kalendas januarii, pontificatus nostri anno quinto.

Inséré à la fin des Statuts de 1369 (n° 2890).

2887 Arles, 19 juin 1367.

... Ven. et rel. vir dom. Raymbaudus de Monte orserio, licent. in decretis, prepositus ecclesie [Arelat.], dixit et explicavit... quod, nuper hiis diebus, venientibus Avinionem coram rev^mo p. dno Philippo, D. g. patriarcha Jherosolimitano, rev. in Ch° patre dno Guillelmo, D. g. s° Arelat. ecclesie archiepiscopo, et ipso d. preposito, *pour*

lui faire trancher un différend entre l'archevêque et le chapitre. En réunion du chapitre, en présence de l'archevêque, d. prepositus fecit legi et publicari... quasdam litteras apostolicas, continentes in effectu quod d. n. papa... dederat perpetuo dicto dno preposito trecentos florenos auri singulis annis de redditibus mense archiepiscopalis; et postea quod. instrumentum continens processum factum super premissis per rev. p. d. Anglicum cardinalem Avinionensem, qui pro dictis 300 flor. annualibus assignaverat et unierat prepositure Arelat. carantenum agnorum, quos ipse d. archiepiscopus percipiebat, et etiam virgam ponderis; postea fuerunt ibidem lecte quedam alie littere apostolice, continentes quod dictus d. n. papa exemerat a jurisdictione dicti dni archiepiscopi prepositum et canonicos Arelat. Et tunc dictus dom. archiepiscopus, lectis predictis litteris, interrogavit ipsos canonicos, quare impetraverant dict. exemptionem et si conquerebantur in aliquo de ipso; et quod tunc dicti dni canonici responderunt quod dict. exemptionem non impetraverant, sed postquam impetrata erat, placebat eis, et quod de ipso dno archiepiscopo non conquerebantur, licet aliqui eorum conquererentur de aliquibus officialibus et familiaribus suis...

Étendu de Pons Rodelli, 1367, f° 4. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 17-9.

2888 26 juin 1367.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno Incarn. ejusdem 1367 et die 26 mensis junii, rev. in Xpisto patre et dno dno Guillelmo perm. div. s. Arelaten. eccl. archiepiscopo et principe presidente. Noverint... quod Johannes de Portaurosa, civitatis Arelaten., procurator... dni Raybaudi de Monteorserio, sancte Arelaten. ecclesie prepositi... *(fait vidimer l'acte de 1166/5 de Raymond, archev. d'Arles, pour St-Boche et Honorat, où est nommé l'abbé Frédol, n° 613).* — Ejus sigillo... in pendenti... communitas, ymagine dicti dni archiepiscopi impresso, et in circumferentia littere sequentes descripte sunt, incipientes ven. signo s. Crucis ibi facto : SIGILLUM RAIMUNDI ARELATEN. ARCHIEPISCOPI. Et in dorso ipsius sigilli, his litteris munitum; primo, super ipsis litteris, signum ven. sancte Crucis positum : SIGILLUM SANCTI TROPHIMI JHESU XPISTI DISCIPULI; *et au bas les lettres de l'alphabet (ch. mi-partie).*

Arch. des B.-du-Rh. St-Césaire d'Arles. Chartrier des prieurés (reg. v), n° 49.

2889 31 décembre 1367.

Délibération du chapitre, qui réduit à une somme unique ce que doit chaque chanoine pour son bénéfice operi ecclesie S^i^ Trophimi, *et que cette somme soit payée pendant quatre ans à la fête de s^t^ Augustin.*

Étendu de Pons Rodelli, 1367, f° 72 v°. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 19.

2890 Arles, 18 juillet; 22 décembre 1369.

STATUTA PRO REFORMATIONE S^e^ ARELATEN. ECCLESIE, EDITA PER JOHANNEM DE LENGIS, CARTUSIENSEM, EJUSDEM S^e^ ECCLESIE VISITATOREM ET REFORMATOREM A S^a^ SEDE APOSTOLICA DEPUTATUM.

JOHANNES de Lengis, prior domus Vallis Benedictionis, diocesis Avinionen., ordinis Cartusien., sedis apostolice nuncius, cathedralis et aliarum ecclesiarum, monasteriorum et piorum locorum, nec non personarum ecclesiasticarum, regularium et secularium, visitator et reformator per sedem ipsam specialiter deputatus, vener. viris preposito et capitulo, singulisque canonicis ecclesie Arelaten., ordinis Sancti Augustini, ac omnibus et singulis in eadem ecclesia dignitates, personatus, administrationes, officia seu beneficia obtinentibus quibuscumque, salutem et sinceram in Domino caritatem. Olim sanctissimus in Christo pater et dominus noster dom. Urbanus, divina providentia papa quintus, pro hujusmodi visitacionis et reformationis officio exercendo ac certis aliis arduis negociis ad prefatas civitatem et diocesim nos transmittens, tres inter cetera nobis apostolicas destinavit litteras, in hec verba : « Urbanus... dil. fil. Johanni de Lengis, priori domus Vallis Benedictionis, ord. Cartus., Avinion. dioc.... Etsi ad ecclesiarum omnium... Dat. Avinione, IIII^to^ non. novemb., p. n. a. secundo *(2 nov. 1364).* — Urbanus... *eidem*. Ad reformationem quorumlibet... Dat. Avinione, ibid. novemb., p. n. a. tertio *(13 nov. 1364).* — Urbanus... *eidem*. Dudum de tuis prudentia... Datum Avinione, XIII° kalend. julii, p. n. a. tertio *(19 juin 1365).* — Quarum quidem litterarum vigore, nobis attributam per prefatum dominum nostrum papam, qui perdita querere, dispersa congregare, fovere frigida, colligere confracta, dirupta reparare, et quod stat nutrire ferventi desiderio prosequitur, pensantes attencius facultatem, mandatis ac desideriis apostolicis, ut tenemur, satisfacere, et aliqua que circa statum et regimen predicte Arelatensis ecclesie, super hiis visitatione et inquisitione per nos prehabita diligenti, comperimus reformanda prout ad nos spectat, a Beati Augustini regula nullatenus discedendo, reformare et corrigere cupientes, ac illa statuere et ordinare per que idem status in spiritualibus et temporalibus, juvante Domino, prosperetur, semperque de bono in melius augeatur, ac inibi ferventius cum caritate religio foveatur, auctoritate apostolica supradicta concessa nobis in hac parte, infra scripta statuta et ordinationes facimus et edimus, que ab omnibus dicte ecclesie personis seu beneficiatis, prout eos tangunt, precipimus et mandamus inviolabiliter observari.

I. In primis siquidem apostolica auctoritate predicta statuimus et ordinamus, quod ejusdem Arelatensis ecclesie prepositus ministrare servitoribus canonicorum panem, vinum, et coquinam deinceps teneatur, dum tamen ipsi canonici teneant equos secundum eorum antiqua statuta; alias volumus quod aliqualiter eisdem servitoribus aliquid ministretur, exceptis tamen servitoribus, qui propter officia in ecclesia ipsa aliqua servitia facere tenentur.

II. Item statuimus et ordinamus, quod prepositus, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, habeat cum capitulo vel majori parte canonicorum correctiones et punitiones concanonicorum, ac familiarium, et servitorum ecclesie, secundum Beati Augustini regularia instituta; quantum vero ad punitionem secularium servientium clericorum, servetur antiqua consuetudo; in casibus autem qui disciplinam, regulam vel officium ecclesiasticum principaliter non concernunt, dominus archiepiscopus suum officium exerceat, prout permittunt canonice sanctiones, et

sicut ex privilegiis antiquis dicto domino archiepiscopo est concessum, salva in omnibus ordinatione domini nostri pape super exemptione ad tempus dictis preposito et capitulo concessa.

III. Item statuimus et ordinamus quod in omnibus litteris que fient sub nomine communi, dicatur semper prepositus et capitulum ecclesie Arelatensis.

IIII. Item statuimus et ordinamus quod prepositus cuilibet canonico non beneficiato singulis annis, pro vestimentis et calciamentis, de panno et tela ac ceteris necessariis ad vestitum, usque ad valorem duodecim florenorum auri debeat providere : hoc semper attento quod in vestimentorum et calciamentorum factura ab honestate regule Sancti Augustini non discrepent vel discordent.

V. Item ordinamus quod precentor provideat de libris in ecclesia necessariis pro cantu et lectura, et libros antiquos faciat reparari et in statu debito poni, secundum quod actenus facere consuevit : ubi autem libri novi essent necessarii, prepositus de ipsis providere teneatur.

VI. Item districte precipiendo mandamus dictis preposito et capitulo quatinus, ad habendam horarum distinctionem ac noticiam, in quibus sepius erratur in ecclesia ipsa, de nocte potissime, debite reparari faciant et manuteneri, citius quam poterunt, horologium ipsius ecclesie, aut de uno novo bono et suficienti providere non omittant.

VII. Item hortamur et precipimus, dictrictius injungentes preposito, qui nunc est et qui fuerit pro tempore, ut cum magna diligentia faciat et procuret laborari, putari, fodi, et culturari terras, vineas, et reparari domos, ortos, prata, grangias, et alia que melioracione indigebunt.

VIII. Item statuimus et ordinamus quod prepositus, de bonis communibus capituli, singulis annis, centum florenorum auri recipiat pensionem, de quibus provideat sibi de vestibus et aliis suis necessitatibus, preter victum suum et familiariorum suorum, quem recipiet de mensa communi.

VIIII. Item statuimus, ordinamus et mandamus quod prior claustralis et ceteri canonici omnes, etiam in dignitate, personatu, vel officio constituti, obediant preposito et ejus preceptis, cui ex sue professionis regula tenentur astricti, sicut in aliis monasteriis ordinis Sancti Augustini a bene utentibus est fieri consuetum. Si quis autem hujusmodi preceptis non obtemperaverit, seu eidem non obedierit, ad arbitrium prepositi presidentis ejusdem, adjunctis sibi duobus canonicis de discretioribus, puniatur.

X. Item statuimus et ordinamus quod prepositus, coram certis personis, et statutis temporibus, de sua administratione rationem reddat, prout habetur in Bulla felicis recordationis Innocentii pape tertii, cujus tenor sequitur in hec verba : « Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo, et dilectis filiis capitulo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum instantia nostra cotidiana sit, secundum Apostolum, ecclesiarum omnium sollicitudo continua, summo studio satagere nos oportet quod status earum in spiritualibus et temporalibus suscipiat incrementa, et in deterius, quod absit, aliquorum desidia non labatur. Sane, sicut est nostris auribus nunciatum, Arelatensis ecclesia id consuetudinis noscitur optime[1], quod prepositus ipsius ecclesie coram archiepiscopo et capitulo administrationis sue reddat statutis temporibus rationem, sicut a suis predecessoribus fuit hactenus observatum ; cum itaque consuetudinis usus longevi non sit vilis auctoritas, et presertim quando rationi non obviat et canonicis institutis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatum prepositum ad premissam consuetudinem observandam, appellatione remota, sicut justum fuerit, compellatis ; quod citra mandatum nostrum deberet eficere, si famam suam vellet servare apud homines illibatam, ne inde nota suspicionis sinistre incurreret, unde vellet facta sua fratribus et sociis ocultare. Datum Laterani, quarto nonas decembris, pontificatus nostri anno quinto » *(2 décembre 1202 = n° 756).*

XI. Item statuimus, et auctoritate apostolica prefata ordinamus quod officium prioratus claustralis amodo sit perpetuum ; et quocienscumque ipsum vaccare contigerit, unus ex canonicis ad illud canonice per prepositum et capitulum eligatur, et per dominum archiepiscopum confirmetur.

XII. Item statuimus et ordinamus quod prior claustralis non possit dare licentiam, quam prepositus dare recusaverit ; et quod volentes hujusmodi licentiam petere prius vadant ad prepositum, si presens sit, alias prior licentiam hujusmodi concedere valeat, si racionabilis et legitima causa petatur.

XIII. Item, quod prior claustralis, dum extra civitatem Arelatensem proficiscitur, licentias canonicis dare non possit, sed solum infra civitatem existens.

XIIII. Item, quod prior claustralis habeat reprehendere deffectus, corrigere ad lecturas, audire confessiones ; et sint tres vel quatuor confessores ordinati, qui, absente priore, habeant gerere vices ejus, ipsumque presentem adjuvent in confessionibus audiendis ; necnon idem prior habeat audire clamantes culpas, injungere disciplinas tam in aperto quam in occulto, et restringere victualia, prout et quociens preposito, et, ipso absente, eidem priori, secundum Beati Augustini regulam, videbitur opportunum.

XV. Item statuimus, et auctoritate prefata districte precipiendo mandamus, quod sacrista ejusdem ecclesie Eucharistiam et sanctum Crisma sub clavibus fideliter conservet, ne inde possint scandala exoriri, vel sacramenta hujusmodi ad sortilegiorum, seu veneficiorum, aut aliorum nephandorum actuum detestabilem causam seu materiam deputari ; nec hujusmodi veneratione dignissima sacramenta negligat preciosis, pro posse, thecis seu conservatoriis reservare ; quodque insuper sedulum adhibere studium et studiosam diligenciam teneatur ad habendum calices argenteos, et vasa misterii, corporalia, vestimenta, ac tenendum ipsa precipue corporalia sic munda quod nullius macule horrore sordescant ; et quoniam munditia et sanctimonia decusque domum Domini Dei decet, hortamur eidem sacriste, vel ei cujus officium ea cura concernit, ut ecclesiam ipsam et officinas ejusdem, precipue chorum ejus, a laycorum sessionibus segregatum, qui alias sacrarium appellatur, in studiosa munditia teneant et conservent. Eum vero, qui in his negligens extiterit usque ad latam culpam, presertim

1. *Sic ; lire* optinere.

si quicquid enorme aut inductivum materie scandali subsequetur, per duos menses ab officio et a fructibus quibuscumque beneficii ecclesiastici, quod in prefata ecclesia obtinet, eo ipso volumus esse suspensum, permittentes tamen quod archiepiscopus aut ecclesie prefate prepositus cum hujusmodi sic suspenso valeat, prout sibi in Domino expediens visum fuerit, dispensare.

XVI. Item, quod sacrista habeat et teneat servitores ydoneos et honestos in ecclesia, presertim ad altare, et in habitu condecenti, et pro missis celebrandis calices, hostias, vinum et candellas ministrare faciat et diligenter.

XVII. Item, quod sacrista, qui nunc est, infra unum mensem a tempore publicationis presentium ordinationum nostrarum, et sui successores sacriste adepti hujusmodi regiminis sacristie computandum, inventarium de reliquiis, jocalibus, indumentis, ornamentis et aliis omnibus, que sub eorum custodia existunt seu existent, faciant et tradant preposito et capitulo; illudque nichilominus facere et tradere, et omnia in eo contenta ad oculum ostendere ipsis preposito et capitulo, seu ab eis deputato realiter, annis singulis, saltem semel, representare teneantur; nec accommodent seu impignorent aliquod premissorum, nisi cum consensu prepositi et capituli predictorum. Si quis autem in hiis negligens extiterit, per sex menses ab officio et a fructibus quibuscumque beneficii ecclesiastici, quod in prefata ecclesia obtinet, eo ipso volumus esse suspensum.

XVIII. Item, quod precentor diligentiam adhibeat circa lecturam lectionum et alia que concernunt divinum officium; et quod in libris signetur ubi debent terminari matutinales lectiones; et nulli liceat finire donec venerit ad finem terminatum et congruam conclusionem.

XVIIII. Item, quod precentor providere faciat legentibus lectiones et versiculos, ac defficientes seu negligentes reprehendat, sompnolentos excitet, et pigros ac lentos commoveat, eosque debite puniri faciat et procuret, et tabulam quolibet sabbato ordinet, ponendo per ordinem tam canonicos quam capellanos secundum quod ad statum cujuslibet pertinebit.

XX. Item, quod in armario, pulpito, aut alio situ et loco debitis reponi, ac teneri et servari faciat libros ipsius ecclesie, tam presentes quam futuros.

XXI. Item precipimus et mandamus, quod per helemosinarium de bono in melius fiant helemosine, prout hactenus fieri exstitit consuetum.

XXII. Item statuimus et ordinamus, quod quotiescumque canonicos et servitores vino, vel pitancia, aut pane privari contigerit, illud, quicquid fuerit, elemosine applicetur.

XXIII. Item ordinamus quod hospitalitas teneatur, caritatem de bono in melius observando.

XXIIII. Item, cum ad officium vestiarie non sint proventus pertinentes, unde onera hujusmodi officio incumbentia valeant supportari, et per nos statutum sit quod prepositus de vestiariis debeat canonicis deinceps providere, statuimus et auctoritate predicta ordinamus quod amodo officium vestiarie non nominetur in ecclesia antedicta; imo ipsum ex nunc irritamus, delemus et penitus tenore presentium abolemus.

XXV. Item auctoritate predicta statuimus et ordinamus, quod ab inde in antea officium operarie non sit perpetuum, sed annuale; ita quod anno quolibet unus de canonicis ipsius ecclesie ad hujusmodi officii exercitium per prepositum et capitulum ordinetur et ponatur, qui necessaria ad ecclesie fabricam et alia opera a preposito habeat recipere, ac in fine anni de receptis per eum atque gestis reddere rationem.

XXVI. Item statuimus et ordinamus quod omnes canonici, etiam habentes dignitates, personatus, officia, vel administrationes, necnon et ipsius ecclesie cappellani et clerici, quicumque ad hoc deputati, intersint continue in matutinis, missa, vesperis, et singulis aliis horis canonicis, legitimo tamen impedimento cessante; quodque nullus ipsorum chorum sit ausus exire nisi de licentia prepositi, dum presens erit, seu prioris claustralis aut locumtenentis ejusdem, eo absente. Si quis autem canonicorum, etiam dignitatem, personatum vel officium obtinens, in matutinis, missa aut vesperis defuerit, quia in hiis major diligentia exhigitur atque pena quam in aliis diei horis, nisi justam et legitimam absentie causam habuerit, pittancia vel vinum eidem in prandio sequenti, prioris claustralis arbitrio, subtrahatur, vel alias pena graviori plectatur, aut puniatur, maxime si pro consuetudine habuerit, nec fuerit emendatio subsecuta. Si vero in aliis horis diei canonicis quis predictorum defuerit, castigatione debita in capitulo cum rigore per predictum priorem, cum consilio duorum antiquorum canonicorum, penam et disciplinam sustineat sibi secundum Beati Augustini regulam imponendam; et si aliqui hujusmodi officiis defuerint cappellani, scribantur nomina, et per precentorem mulctentur absentes, et castigentur per hunc modum, videlicet: ut quis eorum in missa vel vesperis defuerit, pro deffectu cujuslibet ipsarum tres obolos, pro deffectu vero matutinarum tres denarios, et pro deffectu cujuslibet ceterarum horarum diei unum denarium monete Arelatis de eorum redditibus solvere teneantur, per precemptorem recipiendos et levandos, et per eum illico tradendos officium operarie exercenti, operi ecclesie applicandos.

XXVII. Item quod, dum processio fiet, omnes tam canonici quam cappellani et clerici dignitatum personaliter intersint. Si quis autem canonicus defuerit, eidem in prandio pittancia subtrahatur, nisi legitime coram priore claustrali se vellet rationabiliter excusare. Si vero cappellanus absens fuerit, solvat unum denarium levandum et applicandum, prout in supra proximo articulo continetur.

XXVIII. Item, quod omnes tam prefati canonici quam cappellani et clerici ecclesie prefate Arelatensis, attendant diligenter ad divinum officium, diurnum pariter et nocturnum, prout decet tam venerabilem ecclesiam tamque famosam, tam in psalmodiando quam cantando et legendo tractum, et congrue, ad bonam intelligentiam, plane et intelligibiliter, exprimendo debite, ac sollempniter accentuando, nec versum sequentem ex versu precedenti operiant, nec in uno choro versum incipiant donec in alio totaliter finiatur; et qui in hiis vitiosi et reprehensibiles extiterint, regulari et rationabili subjaceant discipline.

XXVIIII. Item statuimus et ordinamus, quod cappellani sexdecim, instituendi de novo, missam anniversariorum teneantur celebrare, et eam finivisse dum incipietur

trahi ad tertiam : que missa cum nota celebretur, et sint saltim quinque vel sex ad cantandum : et hujusmodi ex causa iidem sexdecim cappellani habeant et habere debeant annis singulis quinquaginta duos florenos auri de pecunia anniversariorum, ipsis per prepositum ejusdem ecclesie dividendos, et in agendis et anniversariis intersint omnes, dum dicentur in choro.

XXX. Item quod clerici obtinentium dignitates, personatus et officia, ad obsequium ecclesie deputati, bene, diligenter et honeste serviant in choro et altari, ac libros et alia necessaria, prout ad eos spectat, portent et reportent, nec unus per alium se excuset ; quod si non fecerint, per subtractionem victualium ad arbitrium prepositi puniantur.

XXXI. Item, affectantes divini officii diligentem cultum pro viribus observari, auctoritate prefata statuimus et ordinamus quod quilibet canonicus sacerdos suam faciat, tam de horis quam de missa et benedictione mense, per integrum, ebdomadam completam ; quodque quilibet residens in ecclesia memorata in assignata sibi ebdomada circa divina, quatinus commissum ei tangit seu concernit officium, in ordine quo fuerit constitutus, videlicet subdyaconus in epistole, dyaconus in evangelii decantatione, et aliis eis incumbentibus actibus, sacerdos vero in misse celebratione deserviant in personis propriis, diligenter, et idem in aliis juxta suorum graduum exigentiam observetur. Precipimus etiam et mandamus quod dyaconus in hujusmodi misse officio serviens sit jejunus. Verumtamen si forsan predicti subdyaconus, dyaconus aut sacerdos, seu eorum aliquis in hujusmodi sibi assignata ebdomada legitimo impedimento detenti fuerint, procurent sibi per superiores suos alios ydoneos subrogari, videlicet illum qui post eos est in suo stallo, unum alteri subrogando ; et si circa hoc ipsi principales, vel alii eis per superiores, ut premittitur, surrograndi, deprehensi fuerint negligentes, per subtractionem provisionis seu portionis victualium aut distributionum, que ipsos alias de ipsius ecclesie proventibus contigisset vel alias etiam juxta sui ex eadem ecclesia superioris, ad quem pertinet in hac parte delinquentes corrigere, arbitrium puniantur, seu per priorem claustralem, cum consilio precentoris, debite et taliter corrigantur, quod cedat ceteris in exemplum.

XXXII. Item quod nullus canonicus, etiam in dignitate vel officio constitutus, missam celebrare presumat, dum celebrabitur magna missa, nisi forte pro utilitate Ecclesie vel necessitate inevitabili fuerit in tempore precedenti occupatus, vel nisi aliqua notabilis persona superveniat illa hora, que velit missam audire privatam.

XXXIII. Item volumus et precipimus, quod nullus cappellanus etiam per ecclesiam celebret, dum missa dicetur in choro, nisi, ut prefertur, pro reverentia alicujus domini supervenientis, prepositus aut prior claustralis hoc sibi injunxerint faciendum.

XXXIIII. Item ordinamus quod clerici servientes obtinentibus dignitates, officia seu administrationes, interesse teneantur in missa matutinali ; alioquin, si defuerint, a potu vini in sequenti prandio priventur.

XXXV. Item ordinamus, precipimus et mandamus quod omnes canonici ecclesie prefate, etiam dignitates, personatus, et officia atque beneficia obtinentes, juxta ordinationem a nobis super hoc factam, ad claustrum redeant, omnino et continue resideant, in eodem vacantes divino cultui et regularibus institutionibus, nec pretextu suorum beneficiorum aut negotiorum ipsos tangentium, seu alio quesito colore exire possint sine sui prepositi vel sui prioris claustralis, ipso absente, licentia speciali.

XXXVI. Item, quod omnes canonici, etiam prepositus et alii dignitates, personatus et officia obtinentes, et alii conventuales, cujuscumque status seu conditionis existant, simul in refectorio et de eisdem cibariis, et vino comedant et bibant tam presentes quam futuri ; comestioneque durante legatur continue, et sine tumultu serviatur, honestate servata ; nostre tamen intentionis non existit quin aliquando, ubi causa rationabilis persuaserit, prepositus in domo prepositure, super quo suam oneramus conscientiam, et alii dignitates, personatus seu officia oblinentes in domibus suorum dignitatum, personatuum seu officiorum comedere valeant, prepositi vel, eo absente, prioris claustralis licentia petita et obtenta ; silentiumque teneant tam in refectorio et dormitorio quam etiam in claustro, horis quibus, secundum Beati Augustini regulam, colloquium prohibetur ; ibique et alibi a turpibus verbis, jurgiis et litibus abstineant, ut tenentur ; qui vero contrarium fecerit, in capitulo, juxta delictorum seu criminum qualitates, reprehendatur, et regularem subeat disciplinam : et hoc firmiter injungimus preposito et priori claustrali auctoritate qua supra, modo quo possumus fortiori, nam multipliciter invenimus ipsos canonicos in hoc temporibus retroactis multipliciter deliquisse.

XXXVII. Item tenore presentium, auctoritate prefata, inhibemus cappellanis et clericis servitoribus ipsius ecclesie, ne in locis predictis arma aliqua portare presumant ; et si contrarium fecerint, primo arma perdant, et secundum prepositi vel ejus locumtenentis debite puniantur, ac etiam corrigantur.

XXXVIII. Item, quod nullus canonicus, etiam in dignitate, personatu vel officio constitutus, exire audeat cancellos et septa ipsius ecclesie, sine licentia prepositi, vel prioris claustralis, aut locumtenentis ejusdem, preposito absente, et nisi debite et honeste associatus socio, et in habitu condecenti. Si quis autem sine hujusmodi licentia cancellos ipsos seu septa ecclesie exierit, de inobedientia secundum Sancti Augustini instituta regularia puniatur, et ad arbitrium seniorum canonicorum regularem subeat disciplinam ; et quoniam circa premissa aliqui ipsorum graviter delinquere consueverunt, injungimus preposito et priori claustrali ut ad hanc observantiam diligentiam adhibeant efficacem.

XXXVIIII. Item, quod nullus impediat clausuram seu servacionem cancellorum in vespere, nec plus debito et modo consueto et approbato differri faciat, vel in mane festinet ipsos cancellos facere aperiri, prout in hujusmodi visitatione per nos facta ordinavimus, et cum consilio et consensu eorum de civitate ac officiariorum regiorum claudi fecimus, ita quod tempore vindemiarum et messium hora matutina aperiantur, ut illi de villa possint transire per illos, fructus suos recolligendo et portando, sicut est antiquitus fieri consuetum ; monentes nichilominus prepositum, ut ipsos cancellos in statu

pristino ac debito reponi, ac deinceps perpetuo reparari ac manuteneri faciat et procuret.

XL. Item, quod nullus canonicus, etiam in dignitate, personatu vel officio constitutus, de cetero non deferat raubas sive vestes fissas aut nodulatas, nec capucia cum longa corneta, nec cum parva viseria seu stricta supra frontem capitis, ad modum secularis; et quod primas ipsas vestes, quas facere contingerit seu haberi, faciant, habeant et deferant ac fieri faciant de panno nigri coloris, quem colorem, de mente domini nostri pape, eis obtulimus in capitulo eorumdem, et quem colorem sponte, unanimiter et concorditer elegerunt, prout in quodam publico instrumento inferius descripto lacius continetur; nec deinceps sotulares cum rostro seu acutos deferant, aut super pedem apertos. Tenor vero instrumenti, de quo in precedenti statuto fit mentio, talis est *(n° 2883)*.

XLI. Item statuimus et ordinamus quod, eo tempore quo canonici capis non utuntur, defferant superpelicia longa et honesta, cum manicis longis, latis et honestis, prout in ecclesia Avinionensi est fieri consuetum.

XLII. Item, quod nullus eorum curias ecclesiasticas vel seculares sequatur, nisi pro juribus ecclesie vel personis ejusdem, et tunc de superioris sui, prepositi videlicet aut prioris claustralis, ipso absente, licentia speciali.

XLIII. Item, quod omnia jejunia Ecclesie et regule Sancti Augustini inviolabiliter teneant et observent, exceptis pueris et infirmis, debilibus et valde antiquis, cum quibus omnibus prior claustralis, secundum quod viderit, poterit rationabiliter dispensare; nec alias illis diebus jejuniorum approbatis nisi semel in die aliis, preterquam predictis, cibus aliquis ministretur.

XLIIII. Item, quod singulis diebus, extra cenam et prandium, nulli eorum, preterquam personis preexceptis, panis aut cibus aliquis tradatur, nisi causa potus bucella panis forsitan aliquis indigeret : nam multum inhoneste aliqui eorum, antequam ad missam ingrediantur, inhoneste et excessive comedere et bibere consueverunt; quam consuetudinem, ymo potius corruptelam, tamquam malam et inhonestam, ac personis religiosis contrariam reprobamus.

XLV. Item, quod nullus extra clausuram monasterii sive septa sine socio sui ordinis honesto comedere presumat, et de licentia prepositi, vel, eo absente, prioris claustralis.

XLVI. Item, quod aptato dormitorio et capace facto, omnes canonici, etiam dignitates, personatus vel officia obtinentes, preter prepositum ratione cure administrationis sue, dormiant et jaceant in eodem, nisi tamen aliter dominus noster papa de personis dignitates, personatus vel officia obtinentibus dignaretur aliud ordinare; transgressor autem hujusmodi statuti, si quis fuerit, ad arbitrium prepositi, si presens fuerit, alias, ipso absente, prioris claustralis, secum adjunctis duobus canonicis, antiquis et discretis, castigatione debita puniatur.

XLVII. Item illam pessimam consuetudinem satis incongruam et minus honestam reprobamus, videlicet quod canonici vadant ad sepulturas monialium Sancti Cesarii, quotiens contingit aliquam earum decedere, pro animabus absolvendis; et e converso moniales veniant ad obsequia seu funeralia canonicorum : hoc de cetero tam per canonicos quam moniales fieri prohibemus, nec aliqua monialis recipiatur in domibus canonicorum, ut scandalum suspicionis sinistre tollatur.

XLVIII. Item preposito, priori claustrali, et sacriste ducimus firmiter injungendum, ne in vigiliis et festis Nativitatis Domini, beati Trophimi, nec aliis temporibus, quacumque occasione, aliquem permittant ludere cum taxillis, nec etiam viros aut mulieres aliquas chorreare in ecclesia, sive claustro, aut cimiterio, et aliis domus officinis, sicut est hactenus fieri consuetum, cum talia fieri improbent canonice sanctiones.

XLVIIII. Item, quod clerici servientes obtinentibus dignitates, personatus aut officia, in illis diebus in quibus omnes campane debent pulsari, ad campanile ascendant ad pulsandum, cum sit periculosum ibi tam prope altare dictas campanas trahere, potissime dum sacerdos est ad altare, quod satis vituperosum existit, maxime in vesperis et missa.

L. Item, quod nullus canonicus, etiam in dignitate, personatu vel officio constitutus, aliquo quesito colore, presumat aliquod officium seu servitium cujuscumque domini ecclesiastici aut secularis recipere aut acceptare, nisi de licentia prelati, cum consilio et consensu majoris partis capituli : contrafaciens vero, si quis fuerit, privetur beneficio vel officio quod in ecclesia ipsa obtinet, seu alias debite puniatur.

LI. Item, qui non parebit preceptis prioris claustralis in hiis que ad observantiam regule pertinent, et precentoris in hiis que ad decorem divini officii in choro, juxta contenta in ipsius Beati Augustini regula, bene et rigorose puniatur et disciplinetur.

LII. Item, qui renuet exequi quod injunctum fuerit in tabula ad officium chori, et alias divini misterii adimplendi, reprehendatur in capitulo per priorem, et ponatur ad panem et aquam in prandio subsequenti.

LIII. Item, qui socios, vel alios forenses, aut de villa aut aliunde venientes, per ecclesiam vel claustrum lasciviendo vel ludendo ducet, seu ad prandium vel cenam invitabit, nisi alias esset consanguineus vel amicus ordinis, et qui talia convivia non consueverunt frequentare aut alias domum gravare, in capitulo reprehendatur : si autem tales sint, ut premittitur, videlicet amici vel consanguinei, per prepositum in domo prepositure, vel, de sui licentia, in aliis domibus dignitatum, infra tamen cancellos consistentium, recipiantur et tractentur ad honorem ecclesie, prout decet.

LIIII. Item, quod capellani conventuales extra civitatem non proficiscantur absque prepositi, vel, ipso absente, prioris claustralis licentia speciali.

LV. Item, quod si moraturi sint ultra tres dies, dimittant alium ydoneum loco sui, ne divinum officium defraudetur.

LVI. Item, ut hec et alia que de regula Sancti Augustini sunt, et ad eam ac statum religiosorum et honestatis religiose pertinent, melius observentur, precipimus et mandamus quod juxta eamdem regulam cotidie teneatur capitulum, ubi puniantur excessus ac deffectus, clamentur culpe, et reprehendantur et corrigantur inhobedientes et transgressores, et cetera fiant pro qui-

bus capitulum teneri extitit introductum ; fiantque orationes et preces consuete in aliis monasteriis dicte regule pro vivis et defunctis ; legatur Martyrologium, et cetera que in hujusmodi monasteriis paris regule bene dispositis sunt fieri consueta.

LVII. Item, quod prepositus et prior claustralis, et alii, prout ad quemlibet eorum spectabit, ac ipsorum officium requirit, districte teneant et custodiant observantias regulares, et negligentes, transgressores, defectuosos, et rebelles, juxta qualitatem factorum, emendari corrigique faciant et puniri ; sepeque Beati Augustini regula legatur in claustro vel alibi, et simplicibus et ignorantibus cum diligentia exponatur.

LVIII. Item, quod quisquis canonicus, etiam in quacumque dignitate constitutus, teneatur se facere promoveri ad minores et sacros ordines ad preceptum prepositi ; et ad id possit compelli per eumdem, etiam per subtractionem fructuum, portionum et beneficiorum suorum.

LVIIII. Item, quod novicius, qui complevit annum probationis, ex quo in etate legitima fuerit constitutus, expressam professionem facere teneatur ; et ad id per prepositum, etiam, si opus fuerit, per subtractionem victualium, cogi debeat et compelli.

LX. Item statuimus et ordinamus, auctoritate qua supra, quod omnes redditus, proventus, census, fructus, obventiones et cetera emolumenta tam ipsius prepositure quam aliorum quorumcumque redditicum, de quibuscumque beneficiis ad ipsos canonicos quomodocumque spectantibus, exceptis tamen beneficiis tam per dominum nostrum papam quam per nos dignitatibus, personatibus ac officiis ejusdem ecclesie unitis et uniendis, seu etiam pensionibus aliquibus canonicis ad vitam eorum dumtaxat assignatis, per manus prepositi, qui est et qui pro tempore fuerit, aut sui certi mandati recipiantur et leventur : hoc retento quod in beneficiis ipsis, quibus cura imminet animarum, sint vicarie perpetue per vicarios perpetuos gubernande ; volumus autem quod canonici tam per pensiones quam alias beneficiati, qui certis de causis non fuerint amoti seu privati, tempore vite sue hujusmodi pensiones a vicariis recipiant, quamdiu in claustro residentiam facient personalem, et alias non, prout per nos jam extitit ordinatum : ipsis vero cedentibus, vel decedentibus, dicte pensiones ad mensam communem prepositi et capituli communiter devolvi volumus et mandamus.

LXI. Item statuimus et ordinamus quod in aliqua parte ecclesie, sive in sacristia, aut alibi, in tuto loco sit una archa communis, in qua sint tres serrature et tres claves diverse, pro custodia depositorum et bonorum communium, quorum unam prepositus, aliam sacrista, et reliquam prior claustralis ipsius ecclesie habeant, teneant atque servent.

LXII. Item ordinamus quod, quantocius prefati prepositus et capitulum habuerint facultatem, fieri faciant unam portam in latere chori dextri, versus hospitium domini archiepiscopi, que conjungatur ipsius ecclesie choro ex parte una, et ex alia parieti capelle Sancti Rostagni ; que etiam, cum alia porta que est in alia parte ipsius chori, clausa teneatur cum clave horis comedendi et aliis horis usque ad vesperas, quibus in silentio et suis secretis esse debent.

LXIII. Item volumus et ordinamus, quod deinceps per claustrum regulare non transeant animalia, videlicet equi, muli, asini, et alia hujusmodi animalia ; nec intrent illam portam que est subtus cameram prepositi, qua abutuntur aliqui, sepe ibi sua facientes animalia pertransire, nisi forte essent quadrige victualia apportantes, que consueverunt sub camera prepositi exonerari.

LXIIII. Item statuimus et ordinamus quod ponatur porterius continuus, qui continue sit ad dictam primam portam claustri subtus cameram prepositi, maxime horis comedendi, et aliis horis quando in silentio et suis secretis canonici debent esse, ut cesset transitus popularis et tumultus in claustro et ecclesia supradictis.

LXV. Item etiam precipimus et mandamus quod, habita facultate, ordinetur infra claustrum vel clausuram cancellorum una domus vel plures pro cappellanis conventualibus, et aliis qui in ecclesia horis diurnis pariter et nocturnis interesse debent, ubi possint congrue morari, ut ecclesiam hujusmodi continue singulis horis valeant tucius frequentare, et ne prefatos cancellos de nocte in matutinis, prout nunc, oporteat aperire.

LXVI. Item firmiter inhibemus ne de cetero ad serviendum in dormitorio, sive lectos canonicorum faciendum, ponatur layca persona secularis, sed, secundum quod honestas religionis et tam preeminentis ecclesie requirit, clericus honestus ad dictum officium assumatur ; et nisi unus sufficiat, alius adjungatur, ut reperimus fuisse antiquitus observatum, quibus per prepositum expense et salaria ministrentur.

LXVII. Item precipimus et districte injungendo mandamus quod prepositus, archidiaconus, archipresbyter, precentor, et alii qui, ratione suarum dignitatum vel officiorum, infra et circa claustrum domos habent, sine more dispendio a parte murorum civitatis clausuras dictarum domorum et hortorum suorum claudi faciant, et clausos eos teneant, ut omnis scandali et male suspicionis materia ab omnibus excludatur.

LXVIII. Item districtius inhibemus ne de cetero ministrentur vel ab aliquo recipiantur salcisse, prout sabbatinis et mercurinis diebus aliquando per abusum a festo Nativitatis Domini usque ad Septuagesimam dicitur fuisse in consuetudinem deductum seu etiam observatum.

LXIX. Item inhibemus ne in choro ecclesie, et capitulo, ac refectorio ullus audeat suum locum vel gradum dimittere seu transversare ; sed quilibet per ordinem locum secundum tempus sui ingressus teneat, nisi per presidentem ex causa rationabili aliter fuerit ordinatum.

LXX. Item inhibemus districtius injungendo ne aliquis canonicorum, sicut in eorum regula continetur, dicat aliquid suum proprium, sed sint eis omnia communia, nam magister et doctor eorum, sacra testante Scriptura, cepit vivere secundum regulam a sanctis apostolis constitutam, quibus omnia communia existebant ; prepositus vero, qui totam administrationem habet et habere debet, cuilibet caritative, prout secundum Deum et conscientie munditiam melius et honestius poterit, necessaria administret, consideratis qualitatibus personarum et etiam facultatum, nam regula habet : « Non equaliter omnibus, quia non equaliter valetis. »

LXXI. Item volumus et ordinamus quod in ecclesia de Fossis, que prepositure noviter est unita, semper sint

tres canonici, prout ab olim solent esse; quodque omnimodo dispositio et administratio hujusmodi ecclesie et canonicorum ad prepositum spectent, prout hactenus ad archidiaconum pertinebat.

LXXII. Item precipimus et mandamus preposito quod, pro honestate et utilitate omnium, ad communes expensas capituli, provideat de magistro sufficienti, qui juvenes canonicos in lectura et cantu, ac primitivis scientiis erudiat et informet; quem quidem prepositum monemus et hortamur in Domino Jhesu, ut fratres suos concanonicos caritative pertractet et nutriat cum dilectionis fervore, pungat superbos, ungat humiles, et, sicut ille bonus Samaritanus, « vinum et oleum » infundat locis et temporibus oportunis, habens semper oculum ad remuneratorem, non recedendo ab illa sanctissimi Augustini regula, quam in pectore portet impressam; et secundum illam semper illos, sicut bonus pastor, in quantum suum tangit officium, diligat; quod etiam intelligere volumus de priore claustrali, et aliis quibus cura officii imminet vel etiam animarum, eas deducendo per regulares observantias, ut per hec et alia exercitia virtutum mereantur una cum toto grege ad viriditatis eterne pascua, duce Domino, pervenire.

Premissa autem statuta et ordinationes precipimus, in virtute sancte obedientie, stricte et absque diminutione observari et teneri ab omnibus et singulis ipsius ecclesie Arelatensis canonicis et beneficiatis, tam majoribus quam minoribus, etiam in dignitate, personatu, vel officio constitutis, prout ad illos tangit, secundum sui ordinis gradum, officium sive statum, ad decorem et honorem religionis et sancte ecclesie Arelatensis predicte; ipsis et cuilibet eorum nichilominus injungentes, sub obtestatione divini judicii, quatinus integre et inviolabiliter ea, prout ad eos tangit, ut dictum est, observent, et per subditos observari faciant, ad hec dantes operam efficacem.

Nos autem predicta omnia et singula declarandi, corrigendi, reformandi, et mutandi, ac alia de novo seu aliter, si, quando et quotiens nobis videbitur, statuendi et ordinandi potestatem retinemus. In quorum omnium fidem et testimonium de predictis omnibus et singulis publicum instrumentum et publica instrumenta per notarium et scribam nostrum infra scriptum recipi, publicari, subscribi et signari voluimus et mandamus; nostrique sigilli, quo utimur in hujusmodi publicis actibus, quos, vigore facte nobis commissionis, communiter exercemus, appensione muniri ad perpetuam rei memoriam et majorem roboris firmitatem fecimus; volentes ac expresse consentientes quod dicto nostro sigillo apposito durante vel non durante, presenti nichilominus instrumento fides plenaria tam in judicio quam extra perpetuis temporibus tribuatur.

Datum et actum Arelate, in loco capitulari ecclesie Arelatensis prefate, anno a Nativitate Domini M°.CCC°.LX°IX°, indictione VII, die vero XVIII mensis julii, pontificatus supradicti domini nostri Pape anno VII; presentibus venerabilibus viris dominis Raymbaudo de Monteorserio, preposito, Bernardo Comitis, sacrista, Symone de Villata, archipresbytero, Pontio de Cabanis, precentore, Johanne Damiani, infirmario, Petro de Bosco, Stephano Langlada, Hugone Malafaide, Guillelmo Fabri, Guillelmo Bornoni, Petro Stephani et Johanne Rogerii, canonicis ipsius ecclesie Arelatensis, Andrea Ayraudi, priore de Calma, diocesis Claromontensis, licenciato in decretis, fratre Johanne Destel, monacho ordinis Carthusiensis, Jacobo Navassii et Gaufrido Textoris, beneficiatis in ecclesia Arelat. pred., Johanne Ruffi, priore B. M. Principalis, Stephano Blaini, priore S. Juliani, Bernardo Maurelli, vicario perpetuo S. Crucis, Gassino Bonaudi, vicario perpetuo Sancti Martini, Andrea Taoni, priore Sancti Michaelis de Scala, parochialium ecclesiarum Arelatis, Michaele Boisini, et Petro Chapucii, presbyteris de Arelate, ac pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Postque, anno et indictione quibus supra, die vero XXII mensis decembris, pontificatus prefati dni nostri Pape anno octavo, nos Johannes, nuntius et reformator supradictus, qui ab eodem domino nostro Papa tam in dicta Arelatensi ecclesia quam in Romana curia et alibi ubicumque, ea que status ipsius ecclesie reformationem concernunt ordinandi potestatem accepimus, ut in finali clausula litterarum apostolicarum inferius insertarum colligi clare potest, potestatem hujusmodi attendentes, quia multociens, ad preces seu rogatum nonnullorum prelatorum et dominorum ecclesiasticorum, tam regularium quam secularium, in eadem ecclesia canonicos recipi inordinate contingit, plus quam ecclesie ipsius possunt vires suppetere facultatum, propter quod ejus status deprimitur et ecclesia ipsa deformiter est gravata; super hiis igitur, de opportuno remedio providere volentes, auctoritate apostolica, nobis in hac parte concessa,

LXXIII. Statuimus ac etiam ordinamus, deliberatione prehabita diligenti, in ipsa Arelatensi ecclesia certum numerum, scilicet viginti canonicorum, octo videlicet dignitates, personatus vel officia obtinentium, preposito incluso, et duodecim claustralium, qui omnes de dicto numero existant, ac in ipsa ecclesia residentiam faciant personalem; et nullus ultra dictum numerum in canonicum ipsius ecclesie deinceps aliquatenus admittatur.

LXXIIII. Item, cum rationi sit consonum ut qui sustinet onus recipiat emolumentum, ordinamus et auctoritate antedicta statuimus quod prior claustralis habeat et habere debeat annuatim de bonis ipsius ecclesie, una cum pensione duodecim florenorum auri, quam prestat ecclesia Sancti Martini Arelatis, ipsi priori per dominum nostrum Papam assignata, videlicet pro vestiario suo duodecim florenos auri, quos eidem prepositus, annis singulis, prout uni de claustralibus canonicis supradictis, tradere et realiter assignare teneatur.

LXXV. Item, ut hec nostra omnia ordinationes et statuta ad memoriam perpetuo reducantur, volumus, precipimus et mandamus, districtius injungentes, quod ipsa omnia et singula per integrum bis in anno quolibet, presentibus et audientibus preposito et canonicis omnibus, etiam in dignitate, personatu vel officio constitutis, in festis videlicet Beati patris Augustini, ad cujus regule observantiam sunt astricti, necnon Beatissimi Trophimi in eadem ecclesia quiescentis, publice et in alta voce intelligibili, in loco capitulari ipsius ecclesie, per precentorem seu ab eodem deputatum legantur et, nisi in utroque predictorum festorum congrue totaliter legi possint, per dies immediate sequentes et horas oportunas.

scilicet quando capitulum tenuerint, ut supra diximus ordinandum, hujusmodi lectio continuetur, donec sit integre completa. Verum si precentor in legendo negligens fuerit vel remissus, aut aliquis predictorum prepositi et canonicorum in una hora ipsarum lectionum defuerit, pro qualibet vice hujusmodi deffectus eidem panem et vinum unius diei subtrahi volumus et jubemus. Si vero per unam integram lectionem hujusmodi statutorum et ordinationum quis ipsorum defuerit, seu precentor in ipsa lectione facienda, prout dictum est, negligens fuerit aut remissus, nisi causa subsit rationabilis atque justa, talis quicumque fuerit tocius unius septimane pane, vino, pitancia et omnimoda portione, quam si ibidem ac in omnibus et singulis horis diurnis pariter et nocturnis in ecclesia presens esset, percipere deberet, eo ipso sit privatus ; et nichilominus talem per tres dies sequentes, quibus hujusmodi statuta et ordinationes legat et perlegere debeat, in jejunio volumus penitere. Nos autem considerantes quod apud civitatem Arelatensem sine periculo propter guerras et marium discrimina non possumus ad presens commode nos transferre, dirigentes tamen et habentes ad Arelatensem ecclesiam memoratam et ipsius status reformationem oculum nostre mentis, hec ordinationes et statuta, que volumus et mandamus cum supradictis adjungi, et conscribi in formam publicam redigendo, ac illa ab omnibus, prout ad eos tangit, inviolabiliter observari, auctoritate predicta et vigore nobis attribute potestatis facimus, edimus ac etiam ordinamus in civitate Avinionensi, videlicet in domo nostri conventus scita juxta ecclesiam Sancti Agricoli, presentibus discretis viris, Johanne Trulhassii, monacho, Johanne Luppi, donato ejusdem conventus, et magistro Johanne Clerici de Ruysseleto, notario, habitatore Rupismaure, diocesis Avinionensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Tenor vero litterarum apostolicarum, de quibus supra proxime facta est mentio, sequitur in hec verba *(nº 2886)*.

Ego Thericus de Thonatilie, dioc. Treviren., publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, prescriptis statutis et ordinationibus..., cum sic fierent et agerentur,.. presens fui eaque publicavi, et in hanc formam publicam per alium extrahi et grossari feci, aliis negotiis occupatus, factaque collatione diligenti... cum nota originali, hic me subscripsi et signum meum quo utor..., una cum appensione sigilli prefati dni reformatoris apposui consuetum, in fidem et testimonium omnium premissorum.

Arch. du chap. d'Arles, Reg. *Hostiae et Statuts*, fº 193 ss. (vélin, XVe s.) ; Reg. *1776*, t. III, fº 1 ss. (pap. timbré, XVIIe s.). Bonn., *Cart.*, t. II, p. 131-44.

2891 9 août 1369.

Raymbaudo de Monteorserio, preposito.

Chap. d'Arles, Chartes des Chapelles, nº 95.

2892 9 juillet 1370.

... Dna Johanna D. g. regnorum Jerusalem et Sicilie ill. regina regnante, noverint univ. quod, cum quedam jocalia ecclesie S. Trophimi de Arelate, inferius expressata, fuerint olim tempore guerre tradita gratiose Tello Avansati et Petro de Pennis, de Arelate, nomine et pro parte consilii et sindicorum universitatis Arelatis, pro arduis negotiis civitatis predicte, per ven. cappitulum dom. canonicorum ecclesie memorate, et demum ipsa jocalia per dict. consilium fuerint impignorata penes Stoldum Altovitis, de Florentia, habitatorem Avinionis, et Matheum Benini, civem et habitat. Arelatis, pro certa peccunie quantitate, tunc conversa et expensa in arduis negotiis civitatis predicte. Que quidem jocalia per ordinem subsecuntur : et primo unus calix aureus, cum sua patena, ponderis unius marche 3 unciarum et 9 denar. ; item unus ferratus argenteus, cum suo ysopo, pro aqua benedicta portanda, ponderis 7 march. et 5 unciar. ; it. unus calix argenteus, cum sua patena, ponderis 3 march. 1 unc. et 6 den. ; it. alter calix argenteus, cum sua patena, ponderis 2 march. 6 unc. et 18 den. ; it. alter calix argenteus, cum sua patena, ponderis 2 march. et 18 den. ; it. alter calix argenteus, cum sua patena, ponderis 1 marche et 7 unc. ; it. alter calix argenteus, cum sua patena, ponderis 1 marche 1 unc. et 7 den. ; it. alter calix argenteus, cum sua patena, ponderis 6 unc. et 12 den. ; it. una crus cum pede, argentea, ponderis 7 march. 5 unc. et 21 den. ; it. altera crus argentea cum pede, ponderis 1 marche et 3 den. ; it. altera crux cum pede, ponderis 2 march. 1 unc. et 15 den. ; it. altera crux argentea cum pede, ponderis 9 march. 1 unc. et 18 den. ; it. altera crux argentea, ponderis 6 march. 4 unc. et 20 den. ; it. duo flasconi argentei, ponderis 2 march. 4 unc. et 21 den. ; it. una crossa argentea, in cujus pede est modicum ferri, ponderis 11 march. et 5 unc. ; it. altera crossa argentea, ponderis 13 march. et 3 unc. et quarte partis 1 unc. ; it. et due mitre pontificales, quarum una pretiosior est altera. Hinc est quod... congregato ven. cappitulo dicte ecclesie S. Trophimi..., vid. ven. et rel. viris dnis Raymbaudo de Monte orserio, preposito, Symone de Vilata, archipresbitero, Poncio de Cabannis, precentore..., post vesperas..., discr. vir magister Johannes de Ponte, notarius, sindicus... universitatis..., exibuit ibidem realiterque tradidit et restituit... omnia et singula jocalia superius expressata, sana et integra de valore et pondere..., exceptis tamen mitra pretiosiori et una ex crossis supradictis etiam preciosiori, que hoc anno in vigilia festi Nativitatis Domini proxime lapsi, pro sollempnitate ipsius festi, prefato ven. cappitulo fuerunt per tunc sindicos dicte civitatis realiter restitute. Que quidem... Actum...

Étendu de Pons Rodelli, not. d'Arles, 1370-83, fº 43. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 25, qui ajoute que dans led. registre se trouvait, sur une feuille volante, l'inventaire desdits joyaux en langue vulgaire, sous ce titre : « Aiso es l'aventari dels joyels que tent Tello Avansati et Peyre de Pena, per la guara del duc d'Anyo, de mosenhor sant Trofeme ».

2893 29 septembre 1370.

Raymbaudus de Monteorserio, prepositus... Arelaten.

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. I, p. 76.

2894 Arles, 25 mai 1371.

... Vener. et relig. viri dni Raymbaudus de Monte orserio, prepositus, Rostagnus de Granis, archidiaconus, Bernardus Comitis, sacrista, Symon de Villata, archipresbyter, Pontius de Cabanis, precentor, Hugo Malafayda, vestiarius, Guillelmus Fabri, Petrus de Bosco,

Guillelmus Bornoni, Petrus Stephani, prior claustrarius, et Johannes Rogerii, *chanoines d'Arles, signifient à l'archevêque Guillaume que la sacristie n'a plus que 45 florins d'or de revenu et lui demandent de lui incorporer* ecclesiam ruralem et campestrem Sancti Johannis de Malmussana, sitam in Camargiis majoribus ; *ce qui est accordé et accepté par le sacristain*, present. vener. et circumsp. viro dno Aymerico de Garda, thesaurario Bracharen.,...

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 20, orig. parch. BONNEMANT, *Cart.*, t. I, p. 10-1.

2895 20 mai 1372.

Appel d'une sentence de l'official d'Arles par le prévôt. Constitutus (Raymbaudus de Monteorserio, prepositus s. Arelat. ecclesie). Cum SS. in Xpisto pater dns Urbanus pp. V, sunt fere sex anni vel circa, de prepositura Arelaten. ecclesie eidem dno preposito providisset...

Chartrier des Paroisses et du prévôt d'Arles, t. II, n° 235.

2896 Arles, 4 janvier 1372 3.

Transaction entre le prévôt et le chapitre d'Arles.

In nomine Domini. Amen. Anno Incarnationis ejusdem 1372 et die 4 mensis januarii... Litium inimica transactio, dum judiciorum insolubiles evitat anfractus, dumque earum dubium meditatur eventum, controversias resecat et propositionibus intricatis suo salubri remedio finem ponit. Non minor quam sententia sua reputatur auctoritas, tantoque ex ipsius vinculo quid retentum vel datum laudabiliter possiderunt, quanto ex volentis oblatione percipitur quod advocare fortassis poterat rigor sententie ab invito... Sane, cum questio verteretur et verti fortius imposterum speraretur, inter ven. et religiosos viros dnos *Raymbaudum de Monteorserio, licentiatum in decretis, prepositum sancte Arelatensis ecclesie*, ex parte una, et cappitulum ipsius ecclesie, ex parte altera, ratione et occasione administrationis prepositure predicte, quam administrationem reverendus in Xpisto pater dns Guillelmus, miseratione divina patriarcha Jerosolimitanus, et administrator perpetuus sancte Arelatensis ecclesie, certis rationibus, interdixerat prefato dno preposito, et eam commiserat religioso viro dno Guillelmo Bornoni, canonico Arelatensi ; et ob hoc, per appellationem, causa pendebat, ex commissione apostolica, coram rev^mo^ in Xpisto patre dno cardinali Sancti Angeli. Hinc est quod, hac die presenti, congregatis et in unum, ex causa predicta, convenientibus, et more solito cappitulantibus dnis preposito et cappitulo memoratis, videl. prefato dno Raymbaudo, preposito, religiosis viris dnis Bernardo Comitis, sacrista, Stephano de Anglada, archipresbitero, Petro de Bosco, precentore, Guillelmo Fabri, Pontio de Cabannis, Guillelmo Bornoni, Petro Stephani, Johanne Rogerii, Georgio Raimundi, et Olivario Gaydelli ; omnes simul, unanimiter et concorditer, nemine discrepante, excepto prefato dno Guillelmo Bornoni, qui dixit se non concentire, nisi placeret prefato dno patriarche et administratori s. Arelatensis ecclesie..., transigendo et paciscendo, in modum qui sequitur convenerunt. In primis enim convenerunt, pepigerunt et concordaverunt quod dicti dni prepositus et canonici residentes renuncient liti et litibus, mote et motis tam coram supradicto dno cardinali Sancti Angeli quam coram supradicto dno patriarcha et officialibus suis, quam coram quibuscumque aliis..., sic et taliter quod nulla pars alteri, vel e converso, teneatur in expensis vel dampnis... Item, voluerunt et concesserunt dicti dni canonici quod supradictus dns Nicholaus Guilaberti, vicarius et officialis Arelatensis, restituat dicto dno preposito administrationem sue prepositure, plene et libere, sicut primitus eam habebat... Actum Arelate, in cappitulo dicte Arelatensis ecclesie, testibus presentibus dnis Hugone Folquerii, Guillelmo Martini, presbiteris... Et me Pontio Rodelli, cive Arelatensi, publico sacra auct. apostolica notario...

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 220.

2897 7 et 9 avril 1373.

Frater Johannes Eberardi, prior fratrum Prædicatorum de Balma ante Sistaricum, existens personaliter in præsentia relig. dni Raymbaudi de Monte orserio, præpositi Arelaten., coram quo citatus fuerat, tamquam coram judice commissario dom. præpositi et canonicorum Sistaricen. subdelegato per rever. in Christo patrem dom. Johannem olim Carpentoraten. episcopum, nunc autem archiepiscopum Auxitanum, olim conservatorem per Urbanum V papam privilegiorum et jurium ecclesiæ Sistaricen. specialiter deputatum, appellationem interposuit, tum quia conservatoria expiraverat per mortem præfati dni Urbani V^ti^, tum per translationem dicti dni Johannis ad archiepiscopatum Auxitanum.

Protoc. Ludovici Astaudi, not. Arelatis (BONN.) Cf. *Cart.*, t. I, p. 211.

2898 12 août 1373.

Raymbaud de Montorsier, prévôt d'Arles ; *procuration.*

Protoc. de Jacq. Aicard, not. de Mars., f° 80 (Me Decormis).

2899 15 mars 1373 4.

Dni Guill. patriarche Jerosolimitani, administr. perpet. sancte eccl. Arelaten., in quo fuerunt dns Raymbaudus de Monteorserio, licen. in decr., prepositus Arelaten. — *Confirmation par l'archev. et tout le chapitre de l'union du prieuré de Grans* mense prepositure.

Archev. d'Arles. Cartul. de Joh. Stephani, not.

2900 1374.

Dno Raymbaudo de Monteorserio, licenciato in legibus, preposito ; *reconnaissance.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 41.

2901 26 octobre 1374.

Convention entre ven. et relig. virum dom. Raymbaudum de Monteorserio, licent. in decretis, prepositum s. Arelat. ecclesie, *et le chapitre de la même église*, ratione... communis administrationis mense et prepositure et cappituli ecclesie ipsius..., quia propter tenuitatem et exsilitatem fructuum et redditituum, dnis canonicis non administrabatur per dict. d. prepositum sicut administrari

debebat, sepe inter fratres discordie, rancores et malivolentie insurgebant... Congregatis more solito in cappitulo... prefato... preposito, necnon ven. et rel. viris dnis Rostagno de Grams, archidiacono, Bernardo Comitis, sacrista, Stephano de Anglada, licent. in decretis, archipresbitero, Petro de Bosco, precentore, Johanne Damiani, infirmario, Hugone Malafayda, vestiario, Guill. Fabri, priore Vitrole, Johanne de Faiardia, priore S. Crucis, Petro Stephani, priore Marinhane, Joh. Rogerii, priore S. Martini, et Hugone Rostagni, priore S. Laurentii,... tractantibus... ven. viris dnis Johanne de Alzeno, decret. doctore, dechano ecclesie B. Marie de Villanova, dioc. Avinion., et Bertrando de Monteclaro, licent. in decretis, priore de Magnisiaco, vicariis general. in spirit. et tempor. rev^mi patris et domini dni Petri, D. g. s. Arelat. ecclesie archiepiscopi..., beneplacito sedis apostolice semper salvo..., *le prévôt fait abandon au chapitre de l'administration de sa prévôté et de ses revenus, se réservant* beneficium de Fossis, dioc. Arelat.,... prebendam prepositalem,... hospitio prepositali Arelatis...; *tous les ans, à la St-Michel, il indiquera si son intention est de résider ou de s'absenter : dans ce cas, il lui sera alloué 100 flor. d'or à la place des revenus de sa prébende...*

Reg. de Pons Rodelli, not. d'Arles, 1370–83, f° 24. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 1063.

2902 31 décembre 1374.

Raymbaudus de Monteorserio, prepositus.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 216.

2903 Avignon, 13 janvier 1375.

Petrus, miser. div. s^e Arelaten. ecclesie archiepiscopus et princeps, dni n. pape camerarius, relig. viro dno Stephano de Anglada, archipresbitero ecclesie nostre Arelat.; *autorisation pour recevoir la profession de deux chanoines.*

Etendu de Bernard de Pomareda, not. d'Arles, 1360. Bonn., *Cart.*, t. I, p. [illegible]

2904 14 avril 1375.

Dni Raymbaudi de Monteorserio, licenciati in decretis, prepositi Arelatensis, officialis Massiliensis. — *Nombre d'actes comme official de Marseille.*

Prot. d'Étienne Venayssini (M. de Lagets).

2905 29 octobre 1375.

... Nassivit Kabrielam filiam Bertr[andi] Boysseti, et fecit eam batisari dom. Stephanus de Anglada cum dna Causida Pelardita de Arelate.

[illegible] Bertrand Boysset, éd. Ehrle, p. 3[illegible]

2906 24 octobre 1382.

Dno Raymbaudo de Monteorserio, canonico et preposito ; *reconnaissance.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyrargues, n° [illegible].

2907 Arles, 16 décembre 1385.

HOMAGIUM DNI ARELATEN. PREPOSITI.

Const. pers. ven. vir dns Raybaudus de Monte orserio, Arelaten. prepositus, nomine suo proprio et nomine procuratorio tocius capituli Arelat., in presentia serenissime principisse dne nostre Marie et dni nostri regis Ludovici..., pro castris de S. Martino, de Palude majori, cum mero et mixto imperio, et omnibus aliis terris... homagium ligium. Actum in civitate Arelaten., pres. rev. in Xpisto patribus Johanne Carnoten. episcopo, Artaudo episcopo Sistaricen.

Arch. des B.-du Rh. B. 766, f° 55 v°. It. B. 764, f° 107.

2908 12 octobre 1386.

Raymbaudo de Monteorserio, preposito ; *reconnaissance.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 1.

2909 5 décembre 1386.

Sentence rendue par dnus Amelius, tituli Sancti Eusebii sacrosancte Romane ecclesie cardinalis, *condamnant* Petrus de Yspania, presbyter et vicarius perpetuus ecclesie parrochialis de Sallone, *à payer une pension annuelle de 25 livres* coronat. *à la sacristie d'Arles* (*dont le titulaire était* Johannes Damiani) *et à solder l'arriéré depuis 1383 exclusivement.*

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 22, orig. parch.

2910 18 juillet 1387.

Reconnaissance dnis Raymbaudo de Monteorserio, preposito,...

Voir ci-dessus, n° 1682, c. 729 ; t. II, f° 107.

2911 20 janvier 1392.

Raymbaudus de Monte orserio, præpositus ecclesiæ Arelaten. et administrator ecclesiæ de Fossis, arrendavit quamdam robinam dictæ ecclesiæ de Fossis et piscatorium ipsius...

Reg. Antonii Olivarii, not. Arelatis (Bonn.).

2912 Arles, 23-4 octobre 1392.

Appellation du prévôt d'Arles contre les Dominicains.

... Cum dudum istis annis non longe preteritis, dum Arelatensi ecclesie presidebat rever^mus pater et dominus noster dom. F. Narbonensis archiepiscopus, tunc Arelatensis, et camerarius tunc et nunc domini nostri pape, vener. ac honor. vir dom. Raymundus de Albigosio, eximius legum doctor, pro eodem dno nostro camerario, ut ejus vicarius et officialis, archiepiscopatum Arelaten. feliciter gubernaret, et suo pro posse Arelaten. ecclesiam, et capitulum, et totum clerum honoraret et decoraret, ac bonis moribus instrueret, contingit quemdam rever. magistrum in sacra pagina, de ordine Carmelitarum, qui se dicebat de partibus Tholosanis, Arelatem applicare ; et cum idem magister visitasset personaliter ipsum dom. vicarium, prepositum et totum capitulum, contulerunt inter se domini de capitulo, una cum dno vicario antedicto, quod idem magister honoraretur in sermone fiendo aliquo diei festo ; et cum staret de proximo festum Purificationis virginis Marie, quem Predicatores pro vice sua habebant facere, licet fratres Minores consueverint hoc peragere in Arelaten. ecclesia, et non Predicatores, quia jam fuerant prohi-

biti predicare in ea, sed interventu et precibus penes prepositum et capitulum dni Guillelmi de Gardia, Arelatensis quondam archiepiscopi, fuerunt admissi, mandaverunt simul dni vicarius et prepositus cum capitulo, et hoc per prudentem virum dom. Johannem de Via, priorem Sancti Luciani, dictis Predicatoribus quod de eorum beneplacito procederet quod dictus magister sermonem faceret ipso die festo Purificationis, cum nullomodo hoc ad consequentiam trahi vellent, nisi solum in illa die ; ipsi eidem priori responderunt quod pro dicto vicario facerent quod possent, sed pro preposito nec capitulo nichil facerent, ymo minus eos apretiabant quam lutum quod ipsi per carrerias pedibus conculcant. Insinuata responsione per priorem antedictum dno vicario prelibato, abhorruit fastum et superbiam eorumdem, et predicta omnia preposito et capitulo mandavit. Qui prepositus, congregans totum capitulum et clerum infra claustrum in domo capitulari, exposuit eis omnia predicta, exhortans eos ac monens per viscera misericordie Jhesu Christi, ut quilibet videret quid fiendum et agendum super tanta verbali injuria ab hiis, quos opportet subici et humiles existere, contra personas et dignitates tam venerabilis ecclesie ore procassi prolata ; qui, nonnulli etate maturi, scientia prediti, quidam de octuaginta, de LXX, de LX et quinquaginta annis bonam et veram memoriam habentes, dixerunt quod viderunt semper infestos esse et improbos factis et dictis eosdem Predicatores contra capitulum et totum clerum cathedralis ecclesie Arelatensis, inducendo et promovendo multa scandala dum fiebant processiones generales, quia volebant portare crucem suam erectam, cum sit de more et antiqua consuetudine observatum, cum talia et similia fiunt, quod nulla crux erigatur, nisi sola ecclesie cathedralis, dum in dictis processionibus et sepulturis dni canonici et alius clerus ipsius ecclesie simul cum ordinibus proficiscuntur ; reperitur etiam in archibis ecclesie et capituli quod, cum curia Romana degebat Rome, propter jurgia, rixas et alia verbera tam verbo quam facto cum dictis infelicibus Predicatoribus habita, canonicos et etiam dignitates obtinentes, ut excommunicatos et irregulares, pro sua absolutione limina Apostolorum Rome visitare : quare consulebant antedicti probi et antiqui, ut de cetero predicta scandala evitarentur, Loth fratrem Abrahe imitari debere, dicentes : « Ne rixa oriatur inter pastores meos et tuos, perge ad dexteram, et ego ad sinistram » etc., sic autem sit inter nos, si vobis omnibus placet, ne ullo modo cum ipsis in sermone seu alio quovis actu participemus, excludendo eos ne ab ista hora in antea in nostra ecclesia Arelatensi predicant, et ex toto excludantur a sermonibus, sicut alias fuerant exclusi, ut supra prefertur ; et si vobis omnibus placet, statuite. » Omnes unanimiter dixerunt, preter archipresbiterum : « Fiat, fiat ! » Quare dicti capituli et alterius cleri consensum et voluntatem pretensus domini prepositus et archidiaconus, electi per eosdem capitulum et clerum, dno R. vicario antedicto intimarunt ; qui predictus dominus vicarius eorum laudabilem diffinitionem letus et alacer omologavit, approbavit, et etiam confirmavit ; et licet dictus archipresbiter sermonem diei Cinerum commisisset lectori conventus dictorum Predicatorum, idemque auctoritate predicte diffinitionis prohibitus fuisset per vicarium et capitulum ne dictum sermonem facere attemptaret, nec pulpitum ascendere, seu hac de causa ecclesiam intrare, prohibitione non obstante, idem lector, manu armata, cum multitudine arma prohibita gestantium atque ferentium, ecclesiam intravit, pulpitum ascendit, in injuriam non tam ipsius domini vicarii quam capituli et tocius ecclesie antedicte, impedivit et perturbavit totum officium illius sancti diei per factum suum ille predicator, adherentibus sibi complicibus et fautoribus de conventu suo, et etiam multis laycis qui in perturbatione ipsa cooperatores et perturbatores affuerunt. Hec omnia patent tam per publicos processus contra eos agitatos quam penas et mulctas alias in parlamentis publicis prolatas et fulminatas auctoritate ipsius domini nostri camerarii, et etiam domini Raymundi sepe dicti. Vos vero, domine Huguo vicarie antedicte, cum ego predictus prepositus una cum dominis canonicis in camera vestra que superius dicta sunt notificaverimus, et cum honore et reverentia requisiverimus ne sermonem fiendum in festo Sancti Luce, in synodo, committeretis alicui ex predictis Predicatoribus, cum hoc resultaret, per ea que dicta sunt, in nostrum magnum scandalum et jacturam, cum ecclesia sit communis, nec dominus Arelatensis archiepiscopus seu vos in nostri prejudicium, nec nos in prejudicium domini nostri archiepiscopi nec vestrum, potissime dum controversia erga divina versatur, aliquid debemus attemptare ; nichilominus, nobis neglectis et inauditis, disposuistis et decrevistis quod predicator seu quispiam de ordine antedicto in ecclesia nostra cathedrali eumdem sermonem faciat, quod nullomodo, pro conservatione juris nostri, intendimus sustinere, cum nulli injuriam faciat qui utitur jure suo ; insuper etiam requisivimus quod observaretis vel observari faceretis libertates et privilegia nostra, non quod effugere vellimus seu alias disponamus correctionem, sed quod ipsa correctio fiat, ut fieri debet, in claustro per prepositum et capitulum in parvis, mediocribus, et magnis ; in majoribus et superioribus, requirentibus suspentionem et depositionem, hoc debet facere dominus archiepiscopus cum concilio capituli, et in capitulo, non in publico, nisi alias ipsum crimen vel delictum esset publicum vel manifestum : ibi autem esset aliter agendum, et ad jus commune recurrendum ; vos autem, et qui vobiscum sunt cothidie pro nichilo nos citent per publicum servientem dum sumus in oratione in choro, dum in silentio in claustro, dum in studio et lectione ; per publicam autem audientiam nos diffamant, contumaces proclamant, dislacerant nostrum nomen et etiam religionem ; inquirunt et condempnant, ut marsupia evacuent pocius quam vicia purgent, cum in nobis non cadant mulcte pecuniarie, sed penitencie corporales : vos, si ista per vos ipsum non facitis, tamen ut fiant sustinetis et dissimulatis per illum procuratorem fiscalem, qui non solum nos, ecclesiam et ejus servitores conturbat, ymo totam civitatem, suis pravis actibus et nephandissimis exactionibus, que ab avaritia procedunt, que « est servitus ydolorum », contaminavit ; quare dominus noster archiepiscopus nec vos talia debebatis sustinere ; ymo nos omnes, « qui portamus pondus diei et estus », serviendo Deo et ecclesie, horas canonicas diei

ac noctis devote sequendo, fovere, manutenere, et cum canitate tractare deberetis, non bonis nostris expoliare; et ut mages appareat quod non dissimulatis, ymo per vos ipsum hoc factis, et si unus malus, alter pejor, et semper in deterius procedendo, heri, que fuit prima dies synodi, monuistis, absque eo quod in dicta monitione justificationem aliam poneretis, ut quilibet habentes dignitatem, personatum, seu ecclesiasticum beneficium, ut post vesperos deberent convenire in domo archiepiscopali, concepta malitia, honore vestro semper salvo, ut me prepositum et alios dignitatem habentes aversaretis seu alias inhonoraretis, sicuti de animo et voluntate vestra claruit quod sic facere volebatis super ea que dixistis dominis sindicis civitatis presentis, quando vos requisiverunt quod nullo modo, in mei prepositi et tocius capituli scandalum seu prejudicium, aliquem de ordine Predicatorum ad sermonem fiendum in synodo admitteretis, licet ego et alii domini canonici, humilitatem sequentes, mandaverimus dominum Johannem Trosse et dominum Guillelmum Glause, fratres et concanonicos nostros, sedentes eo modo quo potuimus meliori favorem vestrum àtque maliciam̃; ex hoc nichilominus vos contra non comparentes, contumaces reputando, concessistis, ut fertur, litteras opportunas, ymo potius iniquas et injustas, licet per procuratorem nostrum ab audiencia vestra repulsum nec appellare permissum, existendo infra monitionis tempus coram providis viris infra domum archiepiscopalem, in loco ubi consuevistis jus reddere unicuique existendo infra tempus vestre talis qualis momitionis in synodo facte, fuerit legitime appellatum, prout de appellatione constat publico instrumento; quam appellationem per istam, et istam per illam approbamus, rattificamus, et etiam omologamus, et isti et illi volumus et intendimus inherere; et si pretenderetur pretensa monitio facta per vos ut exhigeretis subsidium caritativum acthenus per me prepositum et capitulum, ut pretenditis, promissum, certe a tempore illo citra magna et inaudita dampna per guerras et alias inconveniencias percepimus, et tot et tanta quam plus ferre non valemus, per gentes armorum domini Raymundi de Turena, qui steterunt in istis partibus et adhuc degunt, perpetrantes majora mala quam alia numquam fecerint, devastantes et depopulantes omnia beneficia nostra, sic et taliter quod nullo modo ad presens habemus de quibus nobis in vestimentis et calciamentis providere possimus; non considerantes quod michi preposito, absque mei culpa seu meorum familiarium, evenit incendium camere mee, ascendens ejus reparatio ad quantitatem centum viginti florenorum et ultra, que omnia vobis nota sunt et manifesta; certe petere isto tempore subsidium caritativum, non est caritas, ymo potius crudelitas, cum etiam aliis bonis temporibus domini archiepiscopi de novo intrantes numquam tale subsidium exhigerint, sed misericorditer suo clero remiserint: quare ab omnibus pretensis gravaminibus michi preposito et toto capitulo illatis, et a quibuscumque processibus contra me prepositum, capitulum, seu quemvis canonicum, particulariter seu distincte, conjunctim seu divisim, factis, vel in posterum fiendis, publice vel occulte, seu alio quovis quesito colore, meo nomine, capituli, et canonicorum, seu alio quorumcumque de clero michi in hac parte adherere volentium in hiis scriptis infra tempus legitimum, ad sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum Clementem papam septimum, et ejus sanctam sedem provoco et appello, submittens me, capitulum, singulares canonicos, nec non adherentes clericos, seu bona nostra protectioni, deffencioni et salve gardie ipsius domini nostri pape, petens apostolos sepe, sepius et stanter, de quibus peto instrumentum. Et dominus vicarius et officialis, audito tenore ipsius cedule, verba injuriosa, ut dixit, descripta in eadem, erecta erga ipsum et in diffamationem sui boni nominis et fame, ad animum revocavit, seque multum injuriatum reputavit ex eisdem, nec minus fuit sollempniter protestatus contra prefatum prepositum, ac capitulum, et quoscumque alios sibi in actu predicto adherentes; quos adherentes jussit particulariter nominari in ejus presentia, et nomina cognominaque ipsorum singulariter describi; et ipsam appellationem, tamquam frivolam et inhanem, et ex falsis compositam, non admisit. Et post modicum intervallum dom. Raymundus Petri, presbiter, tamquam unus de clero Arelatensi, adheruit appellationi predicte interposite per dominum prepositum supradictum. Subsequenter, post aliud modicum intervallum, dominus Rostagnus Boerii, presbiter, tamquam unus de clero Arelatensi, ipsi appellationi adheruit: uterque erant presbiteri conventuales Sancti Trophimi. Post que, anno quo supra, et die vicesima quarta mensis octobris, congregato venerabili capitulo ecclesie Sancti Trophimi, de mandato domini Guillelmi Monachi, canonici et prioris claustralis ecclesie supra dicte, in domo que capitulum appellatur, in quo quidem capitulo interfuerunt venerabiles viri domini Hugo Bertrandi, archidiaconus, Johannes Damiani, sacrista, prefatus Guillelmus Monachi, Johannes de Faiardia, Arnaudus Augerii, Guillelmus Glause, Anthonius de Aurosio, Johannes Trosse, Jacobus Tropini, Raymundus Augerii, et Trophimus Tropini, canonici ecclesie prefate, nec non Guillelmus Boeti, canonicus de Fossis, Johannes Verdache, clericus, Bertrandus Florencii, dyaconus, Stephanus de Sero, Raymundus Merserii, et Petrus Dore, habitatores Arelatis, certifficati de appellatione interposita per prepositum prefatum, ipsi adheruerunt; postmodum vero dominus Hugo Rostagni, canonicus dicte ecclesie, ipsi appellationi consentiit eodem die. Omnes appellantes supra nominati constituerunt suos procuratores, videlicet dictos dominos Arnaudum Augerii, Johannem Trosse, Guillelmum Glause, canonicos, et Bertrandum Juliani, presbyterum, priorem ecclesie Beate Marie de Principali de Arelate, magistros Bermundum Amelii, Jacobum Bertrandi et Anthonium Pedagerii, notarios de Arelate, necnon vener. viros magistros Ludovicum Boneti, Guillelmum de Auriaco, jurisperitos, procuratores Romanam curiam sequentes, specialiter.. ad prosequendum ... appellationem interpositam per dict. dom. prepositum.

Reverendus in Christo pater dom. Guido, episcopus Penestren., S. R. E. cardinalis, fuit a Clemente VII in hac causa judex et commissarius expresse deputatus et causa aliquantulum agitata. Sed die 26ª mensis novembris subseq.... appellantes fecerunt et constituerunt

suos procuratores, videl. viros vener. dnos Hugonem Bertrandi, archidiaconum, et Johannem Trosse, canonicum S. Trophimi, ac magistrum Ludovicum Boneti, procuratorem curiam Roman. sequentem, videl. ad componendum et concordandum... cum revmo in C. p. et d. dno Johanne, se Arelat. ecclesie archiepiscopo, ejusque vicario et officiali Arelat., ac procuratore ipsius fiscali, in et super omnibus litibus... ex causa coram revmo in C. p. et d. dno cardinali Penestren. agitata.

Etendu d'Ant. Olivari, not. d'Arles, 1392, f° xix-xlij. Bonn., *Cart.*, t. II, p. 11-4. Cf. *Le Musée*, 1874, p. 141-2.

2913 1er novembre 1392.

Appellation de la sentence portée par le vicaire général et official de l'archevêque contre l'archidiacre et Guillaume Monachi, *prieur claustral de l'église d'Arles, condamnés pour avoir joué* ad taccillos.

Bonnemant, *Cart.*, t. II, p. 281, minute orig.

2914 29 mars 1393.

Ven. vir dom. Raymbaudus de Monteorserio, in decretis licenciatus, prepositus ecclesie cathedralis S. Trophimi Arelaten. ; *acapte*.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 8.

2915 20 mai 1393.

Vener. vir dom. Raymbaudus de Monte orserio, licentiatus in decretis, præpositus ecclesiæ Arelaten. et prior prioratus de Fossis, arrendat Petro Davini, canonico de Fossis, et Raymundo Danielis, presbytero Sancti Amantii, beneficium suum de Fossis, pro pretio CLX. floren. auri, quolibet anno dicti arrendamenti solvendorum,...

Protoc. Antonii Olivarii, not. Arelatis, f° 21 v° (Bonn.).

2916 30 septembre 1393.

... Capitulum [Arelat.] excommunicatum fuerat per dom. Rostagnum Monachi, abbatem de Lirissio, commissarium a dno camerario Pape deputatum, pro exhigendo unam talliam ab universali clero Arelaten. in subventione guerre nunc in Provincia vigentis... ;... canonici... confessi fuerunt Guillo Andree, draperio, et Raimundo Boche, de Arelate,... se eisdem debere, ex causa mutui gratiosi et amoris, et pro solvendo dict. talliam..., vid. xxv flor. auri..., quos solvere promiserunt in pace etc. hinc ad festum Carnisprivii prox. fut., et... loco pignoris tradiderunt et assignaverunt realiter creditoribus pref. quoddam honorabile et pontificale Breviarium usus Arelat. ecclesie....

Protoc. d'Ant. Olivarii, not., 1393, f° 70. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 216.

2917 Arles, 8 octobre 1393.

Transaction entre ven. et relig. virum dom. Raymbaudum de Monteorserio, in decretis licent., ecclesie B. Trophimi Arelatis prepositum, priorem et generalem administratorem parrochialis ecclesie S. Salvatoris de Fossis, agentem ex una parte, et nobilem et relig. vir. dom. Petrum de Galberto, militem ordinis S. Johannis Jerosolimitani, preceptorem et generalem administratorem domus Templi sive bajulie castri de Fossis..., a parte alia, *au sujet de la dîme*.

Protoc. du notaire Ant. Olivarii, 1393, f° 75. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 241-4.

2918 17 février 1394.

Dom. Raymbaudus de Monteorserio, licenciatus in decretis, prepositus ; *acapte*.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° 251.

2919 5 juin 1395.

Raymbaudus de Monte orserio, præpositus Arelaten., constituit suum procuratorem magistrum Ludovicum Boneti, procuratorem curiam Romanam sequentem ; dans præfato procuratori suo potestatem specialiter præstandi juramentum pro dicto constituente coram revmo in Chr. patre et domino dno episcopo Vivariensi, commissario apostolica auctoritate deputato, scil. quod ipse præpositus, tempore quo erat sacrista ecclesiæ Senescensis, aliquem librum non receperit a dno tunc præposito ipsius ecclesiæ Senesc. vel a capitulo seu a quovis canonico ecclesiæ memoratæ ; quodque, si forte probaretur eumdem constituentem quosvis libros juris habuisse, dicit idem constituens quod eos habuit et extraxit de domo episcopali Senesc., ubi erant pignori obligati et qui tunc debebant deportari Avinionem pro vendendo, et de sua propria pecunia redemit, Bononiamque secum deportavit ; erant autem dicti libri tres : unus, Archidiaconi super Decreto ; alter, Speculum juris ; et alter, Summa Ostiensis...

Reg. Ant. Olivarii, not. Arelatis (Bonn.).

ÉTIENNE Langlade, 1397-1420.

Il figure comme archiprêtre du chapitre depuis 1373.

2920 4 mai 1390.

Stephano de Langlada, archipresbitero.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. I, n° [illegible].

2921 17 août 1397.

Stephanus de Anglada, licentiatus in decretis, Arelaten. ecclesiæ præpositus et prior prioratus de Fossis, constituit suos procuratores, videl. discretos Raymundum de Anglada, fratrem suum, et Petrum Sanchedi, alias Artige, presbyterum,...

Reg. Ant. Olivarii, not. Arelatis (Bonn.).

2922 3, 6 décembre 1398, 12 mars 1399.

Dno Stephano Langlade, licenciato in decretis, sancte Arelaten. ecclesie preposito ; *reconnaissance*.

Chartrier de Meyranne, n° [illegible]. Chartrier des Paroisses, t. I, n° [illegible] et [illegible].

2923 8 juin 1399.

Frère Pons Lauber, de l'ordre des Prêcheurs [illegible] *vent d'Arles, est* [illegible] *sur ce texte :* Homo quidam fecit cœnam magnam, *a fait amende honorable pour un sermon* [illegible]

A.

lieu et à pareille époque, l'année d'auparavant. Le sujet de ce sermon qu'il désavoue aujourd'hui était de septem statibus hujus mundi; *le prédicateur s'était laissé aller à parler contre les puissances en général, les nobles, les marchands, les serviteurs de Dieu, etc.; il avait dit du clergé régulier et seculier que plusieurs de ses membres menaient mauvaise vie, foulant aux pieds les commandements de Dieu et de son Eglise, etc.; et finalement il leur avait appliqué le proverbe :* Que d'aqui on devie salhir lo lum, yssie lo fum, *paraissant ainsi rejeter sur la majeure partie du clergé des fautes qu'on ne pouvait attribuer qu'à quelques-uns de ses membres. Ce langage avait été dénoncé à l'auditeur de la Chambre apostolique comme contenant un outrage à l'Église et des allusions par trop directes contre certaines personnalités, qu'on disait même avoir été nommées du haut de la chaire. Dans son nouveau sermon, frère Lautier a déploré amèrement le scandale qu'il avait ainsi donné, désavouant ses paroles, demandant pardon des injures que par inadvertance il avait pu semer dans son discours, et protestant qu'il ne croit pas avoir désigné quelqu'un par son nom...*

Reg. d'Antoine Olivarii, not., 1399, f. 5 (*Le Musée*, 1878), p. 86.

2924 Arles, 6 septembre 1399.

HOMAGIUM DNI STEPHANI LANGLADA, PREPOSITI ARELATENSIS.

In nomine domini nostri Jhesu Xpisti. Anno ejusdem 1399, die 6 m. septembris,... personaliter constitutus ven. vir. d. Stephanus Langlada, prepositus civ. Arelatensis, in presentia d. n. regis Ludovici et comitis..., pro tota temporalitate quam ... nomine sue prepositure..., flexis genibus, junctis manibus, capite discoperto, inter manus dicti d. n. regis Lud. et comitis fecit homagium ligium, et interveniente oris osculo... Actum in domo archiepiscopali civ. Arelatis, presentibus rev. in X. p. d. G. Massilien. episcopo, magnificis viris Raimundo de Agouto, domino Saltus, Isnardo de Glandeves, domino de Coreys, domino de Coyquen, domino de Asseyo, domino Petro de Ancenisio, milite, Antonio de Villanova, dno de Barrema, et Petro de Ventayrolio, domino dicti castri, testibus ad premissa.

Arch. des B.-du-Rh. Reg. B. 769, f. 3. II. B. 756.

2925 1er octobre 1399.

... Dno Guillelmo Glause, canon. eccl. S. Trophimi Arelat., clavarioque et receptori... electo et deputato per rev. dom. Stephanum de Anglada, licentiatum in decretis, ejusdem ecclesie prepositum, vicarium generalem et administratorem pro ven. capitulo... in spiritualibus et temporalibus,...

Voir ci-dessus, n° [illegible], c. [illegible].

2926 16 février 1400.

... Relig. virum dnm Stephanum de Anglada, prepositum eccl. Arelaten., licen. in decretis ac locumtenentem ven. in X. patris dni Hugonis episcopi Andegaven., vicarii et administratoris prefate ecclesie [Arelaten.] in spiritualibus, [pastore carentis].

Voir ci-dessus, n° 1736, c. 748.

2927 22 juillet 1400.

... Relig. viro fratri Stephano, preposito ecclesie Arelaten., O. S. A.,...

Voir la pièce à l'abb. de St Césaire.

2928 11 décembre 1400.

... Maistre Estive de Englata, prevost de l'eglise d'Arle.

Voir ci-dessus, n° 1740, c. 749.

2929 11 janvier 1400 1.

... Ven. dni Stephani de Anglada, prepositi ecclesie Arelaten., locumtenentis... dni Hardoyni episcopi Andegav., vicarii gener. et administr. ecclesie Arelaten.,...

Voir ci-dessus, n° 1741, c. 749-50.

2930 6 juin 1402.

Déclaration du comte de Provence pour payer la dîme.

Ludovicus secundus, D. g. rex Jherusalem et Sicilie, ducatus Apulie, dux Andegavie comitatuumque Provincie et Forcalquerii, Cenomanie, Pedemontis et Ronciaci comes, vicario et judici ceterisque officialibus curie nostre civit. Arelat... Ad audientiam nostram querelose deduxit vener. et circumsp. vir dom. Stephanus de Langlada, prepositus ecclesie Arelat., tam pro se quam pro toto clero dicte civit., quod licet Rex pacificus ore suo prophetico suos « Christos » tangi prohibuerit, nichilominus vos... absque cause cognitione... voce preconis proclamari et preconisari fecistis, sub certis penis, quod nullus ausus sit solvere dicto preposito vel aliis personis ecclesiast. dicte civit. aliquos census, reditus, decimas et primitias, denaria vel alia servitia eis debita..., supplicando humiliter quatenus in reverentiam summi Creatoris, in cujus servitium Ecclesia triumphans habet militare, dignaremur super iis remediabiliter providere. Hinc est quod... ob divini Numinis reverentiam, nolentes ecclesiasticas personas aggravari, quin ymo ab omnibus pressuris omnimode preservari cupientes, volumus et vobis... mandamus quathenus... dictas preconisationes et proclamationes, quas ex nunc revocamus, illico revocetis; et nichilominus e contrario preconisari et proclamari faciatis quod omnes et quicq. eisdem preposito et clero... tenentur solvere..., statim solvant, sub penis formidabilibus... Datum in villa nostra Tarasconis, sub sigillo serme dne nostre genitricis regine nostre, in absentia nostri, die VI mensis junii, per virum magnif. Raymundum Bernardum Glamengi, militem et legum doctorem, collateralem consiliarium nostrum fidelem dilectum, magne regie curie nostre magistrum rationalem, majorem et secundarum appellationum judicem Provincie, anno Domini MCCCCII°, xa indict., regnorum vero nostrorum a° XVIII°. Per regem, ad relationem serrum dom. reginarum, vobis dno judice majori presente, de Baudenant. Regestrata.

Arch. du chap. d'Arles, Chartrier de Meyranne, n° 112, exécution du 8 suiv. BONNEMANT, *Cart.*, t. I, p. 333.

2931 25 juillet 1402.

Stephanus Langlade, in decretis licenciatus, s. Arelaten. ecclesiæ præpositus et capituli ipsius vicarius gene-

ralis, sede vacante, necnon locumtenens dni H. administratoris dictæ s. Arelat. ecclesiæ, providit vicariæ Sancti Amantii, præsentibus nobil. viris Petro de S. Martino, castellano castri Furcharum, Rostagno Isnardi, de Arelate, *etc.*

Protoc. Petri Bertrandi, not. Arelatis (Bonn.).

2932 14 octobre 1402.

Ven. dom. Stephanus Langlade, in decretis licenciatus, prepositus ecclesie Arelatensis (Bonn.).

2933 2 août 1404.

Stephanus Langlade, prepositus; *union de chapellenies.*

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. II, p. 93.

2934 24 novembre 1404.

Stephanus Langlade, prepositus, *et autres, ayant pouvoir du chapitre, ont accordé des privilèges aux habitants de Salon.*

Voir ci-dessus, n° 1759, c. 753-4.

2935 Arles, 21 septembre 1405.

Au service funèbre de la reine Marie, dis lo sermon monssen Steve de Langlada, prebost d'Arle, et fon son introit : « Maria, Jo[hannis] ultimo capitulo » etc.

Voir ci-dessus, n° 1773, c. 758. — Voir Bonn., *Cart.*, t. I, p. 1.

2936 Arles, 21 octobre 1405.

Justification de l'archevêque Artaud présentée au synode, congregatis... ven... dnis Stephano Langlade, in decretis licenciato, preposito,...; *il fut chargé, avec d'autres, d'en témoigner auprès du pape et des cardinaux.*

Voir ci-dessus, n° 1774, c. 758.

2937 17 février 1405/6.

Cause discutée coram ven. et rel. viro dno Stephano Langlade, in decr. licen., s. Arelat. eccl. preposito, commissario per... d. Anthonium, D. g. Bulsinen. episcopum, pro tunc archiepiscopatus Arelat.... vicarium generalem *(1403-4)*.

Voir ci-dessus, n° 1776, c. 761.

2938 Arles, 2 novembre 1410.

Nomination d'un vicaire-général et official, etc., le siège vacant, par le chapitre d'Arles.

Anno Domini MCCCC decimo et die secunda mensis novembris, hora prime vel circa, noverint universi quod, congregato vener. capitulo dom. canonicorum ecclesie cathedralis Sancti Trophimi Arelatensis infra domum capitularem, loco solito et in quo capitulare consueverunt, in quo presentes interfuerunt vener. viri dni Stephanus Langlade, in decretis licentiatus, prepositus, Hugo Bertrandi, archidiaconus, Guillelmus Glause, sacrista, Jacobus Rodelli, archipresbiter, Petrus Davini, precentor, Raimundus Augerii, Egidius de Langlade, prior Beate Marie Majoris, Bartholomeus Comoleti, prior Beati Laurentii, Guillelmus Lemosini, operarius et prior ecclesie de Comis, et Trophimus Bernardi, canonici dicte ecclesie cathedralis Sancti Trophimi; ipsi, inquam, dni canonici capitulantes, et capitulum facientes et tenentes loco predicto, ut est moris, percepto noviter, ut asseruerunt, per eos et intellecto, ac certifficati de morte rev^{mi} in Christo patris et domini nostri dni Artaudi, bone memorie sancte sedis Arelatensis archiepiscopi et principis, noviter, prout Deo placuit, deffuncti, scientes, attendentes et considerantes quod, sede vaccante, totalis gubernatio et administratio dicte sancte Arelatensis ecclesie pertinent et spectant, necnon et provisio super premissis facienda, volentes igitur indempnitati dicte ecclesie, quamdiu sedes vaccaverit, providere, omnes simul capitulantes, ut supra, unanimiter et concorditer, nemine ipsorum discrepante in aliquo, confidentes de bona discretione, scientia, industria, et sagacitate dicti domini Stephani Langlade, prepositi, eundem fecerunt, constituerunt, et solempniter ordinaverunt vicarium generalem in spiritualibus et temporalibus tocius archiepiscopatus Arelatensis. Item et similiter confidentes de scientia, discretione, et industria, ac bona justitia, qua usus fuit venerabilis vir dominus Guillelmus Bruni, decretorum doctor, canonicus Magalonensis, officialis olim Arelatensis, vivente dicto domino nostro Arelatensi archiepiscopo, in hujusmodi officio eumdem dominum Guillelmum in dicto officialatus officio confirmaverunt, et de novo constituerunt, cum plenitudine potestatis eidem per dictum dominum A. archiepiscopum attributa, et cum gadiis, et stipendiis consuetis. Item et similiter confidentes ut supra de scientia, fide, industria, *etc.* venerabilis viri domini Thome de Burgundia, procuratoris fiscalis etiam constituti, eumdem propter affinitatem, que est inter eum et dictum dominum Guilhermum, propter quam et etiam ei compascientes affectu benigno, in procuratorem fiscalem confirmaverunt, et de novo constituerunt, cum potestate, et gadiis ac stipendiis consuetis. Item ulterius prout supra confidentes de scientia, *etc.* dicti domini Hugonis Bertrandi, archidiaconi, eumdem custodem, gubernatorem, et administratorem, pariter et thesaurarium, ac exactorem, et receptorem jurium, et emolumentorum pertinentium et spectantium ad domum archiepiscopalem Arelatis, Bellicadri et Beate Marie de Mari constituerunt, fecerunt, et solempniter ordinaverunt, cum plenitudine potestatis, *etc.* Item et prout supra confidentes de bona diligencia, probitate, *etc.* discretorum magistrorum Anthonii Olivarii, Petri Bertrandi, Johannis Passavini et P. Ysnardi, notariorum dicte archiepiscopalis curie, eosdem in dicto officio confirmaverunt, ac de novo constituerunt, *etc.* Item et similiter prout supra confidentes de scientia, probitate, fide, diligencia *etc.* dnorum Jacobi Rodelli, archipresbiteri, et Hugonis Rostagni, infirmarii dicte ecclesie, ac pariter quamplurimum cupientes providere gubernationi castri Sallonis, et totius temporalitatis terre dicte sancte Arelatensis ecclesie, eosdem dominos Jacobum et Hugonem, et quemlibet ipsorum in solidum, vicarios generales in spiritualibus et temporalibus tocius terre temporalitatis dicte sancte Arelatensis ecclesie constituerunt, fecerunt, et solempniter ordinaverunt, quibus dederunt, et attribuerunt plenam et omnimodam administrationem

dicti castri Sallonis, ac tocius temporalitatis terre dicte sancte Arelatensis ecclesie. — Item ordinantes, constituentes, confirmantes, et facientes omnia et singula officia supradicta ad beneplacitum capituli memorati, litteras oportunas omnibus et singulis, publicum et publica instrumenta concedendo et attribuendo.

Actum in domo predicta, presentibus Petro Isnardi, dominis P. Loysoni, et Anthonio Boerii, presbiteris.

Étendu de Pierre Bertrandi, not., 1409-10, minute originale entre [illegible].

2939 Arles, 13 4 novembre 1410.

Election et postulation de Paul de Sade, évêque de Marseille, comme archevêque d'Arles. Le prévôt, dom. Stephanus Langlade, in decretis licentiatus, *ouvrit la séance par un discours sur la perte que venait de faire l'église d'Arles en la personne de son archevêque Artaud et sur les trois voies canoniques pour l'élection d'un nouveau pasteur : inspiration, scrutin, compromis. On opina unanimement pour la 2de. Au vote le prévôt donna sa voix à Henri d'Avangour, conseiller du roi de Sicile, l'église d'Arles ayant besoin pour se défendre d'un prélat bien en cour ; mais il se rallia au sentiment de la majorité, et adressa la postulation au pape Jean XXIII.*

Voir ci-dessus, n° 1756-4, c. 767-74.

2940 19 oct. 1411 ; 18 avril, 7, 11 nov. 1412 ; 7, 31 juil. 1413.

Dno Stephano de Anglada, S. Langlade, licenciato in decretis, preposito ; *reconnaissances.*

Chartrier des Paroisses, n° 21, [illegible], 300 et 94. Chartrier de Meyranne, n° [illegible]. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 111.

2941 Arles, 18 mai 1414.

Pierre, évêque de Riez et vicaire-général de Jean, cardinal-évêque d'Ostie et administrateur de l'église d'Arles, dispense Étienne Langlade, licencié en droit canon et prévôt de la s° église d'Arles, de la peine portée par un article des Statuts contre les absents aux heures canoniques, ejus administratione et antiquitate attentis. Act... Arelate..., present. d. Gualaesio de Podio Bosono, alias de Freysencto, priore.. S. Geraldi de Roveria, Vapinc. dioc...

Étendu de Pierre Bertrandi, not. d'Arles, 1414. Bonn., *Cart.*, t. I, p. [illegible].

2942 13 février 1416.

Reverende pater. Quia edificia claustri et domorum capitularium presentis ecclesie Arelat. magnam de facto patiuntur dirrutionem nec possint convenienter ex proventibus capituli reparari seu eciam sustineri, atenta tenuitate et modicitate corumdem..., supplicat ideo procurator dicti vener. capituli v. r. p., quatenus ob Dei et sanctorum reverentiam et animarum salutem.. leguata incerta civitatis et diocesis... ad opus et reparationem predicte fabrice... in tribus annis dignemini... assignare...

Concedo ad predictum tempus, reservata parte domino meo cardinali Hostiensi et administratore hujusmodi ecclesie Arelaten. de predictis legatis. P. Nutricis, vicarius.

Bonnemant, *Cart.*, t. II, p. 209, origin. pap. Au dos, copie de la concession accordée par « Petrus Nutricis, in decretis licent., archidiaconus Tharentasien., tocius archiepiscopatus Arelaten. in spirit. et temp.. vicarius gener. » (Étendu de Pierre Bertrandi, 1415).

2943 15 juillet 1416.

...Stephanus Langlade, prepositus, Guillelmus Glause, sacrista, Jacobus Rodelli, archipresbiter, Hugo Rostagni, infirmarius, *les autres chanoines et les bénéficiers, ainsi que le procureur fiscal du cardinal-évêque d'Ostie, administrateur de l'église d'Arles, refusent d'admettre les frères Prêcheurs à la procession de St-Jacques.*

Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 201-4, minute pap.

2944 10 mars 1416/7.

Stephanus Langlade, præpositus, arrendat omnes fructus et redditus beneficii S. Salvatoris de Fossis Hugoni Rostagni, infirmario, et Guillelmo Glause, sacristæ ecclesiæ Arelaten....

Protoc. Petri Bertrandi, not. Arelatis (Bonn.)

2945 8 décembre 1419.

Stephanus Langlade, in decretis licenciatus, prepositus ; *collation d'un prieuré en chapitre.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 111.

2946 18 décembre 1419.

Commission ven. et rel. viro dno Stephano Langlada, licenciato in decretis, preposito ecclesie Arelaten., *pour la profession religieuse d'un chanoine.*

Voir ci-dessus, n° 1831, c. 785.

2947 1420.

Demande au vicaire de l'archevêque de publier la défense aux chars et charrettes de passer le pont du Rhône le saint jour de dimanche.

Arch. de la ville d'Arles (*Le Musée*, 1868, p. 20).

2948 2 septembre 1420.

Stephanus Langlada, in decretis licentiatus, prepositus, *et le chapitre ; option de prébende canonique.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 96.

2949 27 octobre 1420.

... Die dominica post vesperos ecclesie Arelaten., que fuit xxvii mensis octobris, venit ad cameram dni prepositi [Stephani Anglada], jacentis in lecto, infirmitate gravi laborantis, in qua infirmitate stetit per sex menses et ultra... *Appel.*

Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 205-8, minut. pap.

ARNOUL de Rochemaure. 1421-1424.

JACQUES de Pennes. 1421-1440.

Vestiaire de la cathédrale depuis 1410 (n° 1792), Jacques eut l'archidiacre Arnoul pour concurrent à la prévôté ; celle-ci fut mise en sequestre le 17 avril 1422 (voir au 31 oct. 1436). Jacques était auditeur du cardinal de Brogny en 1426 (n° 2957).

2950 13 juillet 1421.

Præsentatio litterarum Johannis episcopi Hostien. administratorisque perpetui s. Arelaten. ecclesiæ, ex parte Arnulfi de Rupemaura, archidiaconi ejusdem ecclesiæ, contra Jacobum de Pennis, ad hoc ut dictus Jacobus de Pennis ipsi Arnulfo de Rupemaura evacuet præposituram dictæ ecclesiæ, cum protestatione dicti Jacobi de Pennis...

Reg. Guillelmi Bertrandi, not. Arelatis (Bonn.)

2951 19 juillet 1421.

Appellatio Jacobi de Pennis, decretorum doctoris, antea vestiarii Arelaten. ecclesiæ, a citatione facta per nobilem ac religiosum virum Arnulfum de Rupemaura, prætensum præpositum Arelat. ecclesiæ....

Reg. Petri Bertrandi, not. Arelatis, f° 8 (Bonn.)

2952 26 janvier 1421/2.

Vener. et relig. vir Egidius Langlade, s. Arelaten. ecclesiæ canonicus, constituit procuratores suos adversus prætensam electionem factam de Jacobo de Pennis, decretorum doctore, per tres canonicos ad præposituram ejusdem ecclesiæ, vacantem per obitum Stephani de Anglada, quatenus factam, ipso Egidio Langlade, quamvis esset Arelatis, non appellato.

Reg. Petri Bertrandi, not. Arelatis, f° 28 (Bonn.)

2953 22 avril 1422.

Isnardus de Aqueria, archipresbyter, et Guillelmus Lemosini, præcentor s. Arelaten. ecclesiæ, erant sequestri bonorum præposituræ Arelat. auctoritate apostolica constituti...

Reg. Petri Bertrandi, not. Arelatis (Bonn.)

2954 12 juillet 1423.

Nobilis Jacobus de Rupemaura, filius alterius Jacobi de Rupemaura, ibidem præsentis, et Bellona, conjuges, instituunt procuratorem relig. virum Arnulfum de Rupemaura, præpositum Arelaten. ecclesiæ, in causa quam habent ad sedem apostolicam pro certa pecuniæ summa, adversus Jacobum de Pennis, ejusdem ecclesiæ canonicum et vestiarium...

Reg. Petri Bertrandi, not. Arelatis (Bonn.)

2955 23 mars 1423/4.

...Discretus vir Johannes Tranchardi, civis Arelaten..., recognovit .. ven. et rel. viris dnis Ysnardo de Aqueria, archipresbitero, et Guillelmo Lemosini, bacc. in decretis, precentori, canonicis eccl. S. Trophimi Arelaten., sequestrariis datis auctoritate apostolica ad regendum preposituram dicte eccl. S. Trophimi, super qua contenditur, quis sit potior inter d. Jacobum de Pennis, decret. doct., per antea vestiarium ipsius ecclesie, et dnm Arnulphum de Rupemaura, per antea ejusdem eccl. archidiaconum...

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, n° 77.

2956 9 novembre 1424.

Dom. Guillelmus Glause, sacrista ecclesiæ Arelaten., erat sequestrarius jurium præposituræ ejusdem ecclesiæ a s. sede apostolica deputatus, lite super dicta præpositura in curia Romana pendente inter rever. patrem dom. Jacobum de Pennis, decretorum doctorem, et relig. virum dom. Arnulfum de Rupemaura, ejusdem ecclesiæ canonicos...

Reg. Petri Bertrandi, not. Arelatis (Bonn.)

2957 4 mars 1425/6.

Canonici ecclesiæ Arelaten. capitulariter congregati, excepto dno Jacobo de Pennis, decretorum doctore, præposito dictæ ecclesiæ, qui « vocari non potuit nec valet in dicto capitulo interesse, attento quod est et fuit diu in Romana curia manens cum rev^mo patre dno cardinali Vivariensi, cujus auditor causarum coram eo pendentium existit », contulerunt prioratum S. Michaelis de Scala, vaccantem per mortem Raimundi Maffredi, cujus provisio ad dict. capitulum spectat, videl. Jacobo de Monte Lauro, presbytero...

Protoc. Antonii Olivarii, not. Arelatis, f° 42 (Bonn.)

2958 6 novembre 1426.

Dom. Jacobus de Pennis, prepositus Arelaten.

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. I, p. 191.

2959 10 mars 1426/7.

Jacobo de Pennis, preposito Arelaten.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 73.

2960 28 avril 1429.

Jacobus de Pennis, decretorum doctor, prepositus; *collation, avec les autres chanoines, de l'église de la Major à Isnard d'*Ameria.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 50.

2961 28 juin 1429.

Dom. Jacobum de Pennis, decretorum doctorem, sancte Arelaten. ecclesie prepositum ; *procès*.

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n° [illegible]

2962 20 novembre 1429.

Lettre de Martin V aux évêques de Castres et de Lodève et à l'official d'Arles, leur donnant commission de réformer le chapitre d'Arles.

Martinus, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Castrensi et Lodovensi episcopis, ac dilecto filio officiali Arelatensi, salut. et apost. bened. Cum monet nos suscepti cura regiminis et authoritas pontificalis inducit, ut pro felici statu ecclesiarum, præsertim metropolitanum, omnium exactæ considerationis indagine perscrutantes, sic ipsarum indemnitatibus consulamus, ut ab eis singulis, sublatis dispendiis et eradicatis erroribus, votivis jugiter gratulentur eventibus, in eis quoque devotæ solicitudinis studio, benedicatur Altissimus et divinorum cultus continuum suscipiat incrementum. Sane dilectus filius noster Ludovicus, tituli Sanctæ Ceciliæ presbiter cardinalis, nobis nuper exposuit quod, licet ipse ecclesiam Arelaten., cujus administrator perpetuus in spiritualibus et temporalibus authoritate apostolica deputatur, prout eidem ecclesiæ tunc

in membris et alias plurimum difformatæ ratione sui administrationis officii astrictus existit, juxta data[m] sibi a Deo prudentiam, in personis quantum sibi possibile fuerat, etiam per suos officiales diligenter reformaverit et provide circa hæc fecerit quæ sibi visa fuere necessaria et etiam oportuna, tamen temporum malitia ac nonnullorum canonicorum et personarum ipsius ecclesiæ rebellione obsistentibus, qui, obedientia et reverentia debitis ac caritativis monitis, exhortationibus et piis requisitionibus præfati cardinalis administratoris suorumque officialium spretis, illis obedire contemnunt, fructus et proventus dignitatum, administrationum, officiorum, canonicatuum et præbendarum et aliorum beneficiorum, quæ ibi obtinent, non illorum onera et divinum cultum amplectantes, ipsi cultui interesse non curant, sed potius rixis, contentionibus et jurgiis, clericali abjecta modestia conversantur, jocalia, ornamenta et alia pretiosa mobilia ipsius ecclesiæ bona neglectui committendo ; necnon regularis observantiæ norma et divino ibidem laxatis ministerio ac sepositis exemplaris vitæ studio et suavi contemplationis ocio, canonici et personæ etiam seculares ipsius ecclesiæ dissolutam vitam ducere ac variis criminibus et excessibus, quæ, proh dolor ! impunita manent, periculose se immergere non formidant, in animarum suarum salutis dispendium, sacræ religionis oprobrium et pernitiosum exemplum plurimorum, ita quod ipsa ecclesia tam in spiritualibus quam temporalibus denuo reformationis præsidium exposcit salutarem. Nos igitur, quorum interest super hiis nostræ vigilantiæ partes impertiri, præfati cardinalis administratoris, qui per se et alios pro ipsius ecclesiæ reformatione, obsistentibus malitia et rebellione præfatis, summam exhibuit diligentiam, in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestræ, de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus ejusdem cardinalis administratoris consilio, auxilio, consensu et authoritate muniti, ad ecclesiam prædictam personaliter accedentes et solum Deum præ oculis habentes, in eadem ecclesia in spiritualibus et temporalibus hujusmodi debitæ visitationis officium authoritate impendere ac solicite exercere curetis, reformationis ejusdem amminiculum propensius exquirendo ; præterea, ut ex visitationis et reformationis hujusmodi studio vigilantiæ fructus committentur optati, vobis omnes et singulos canonicos et personas etiam in dignitatibus, personatibus, perpetuis administrationibus et officiis constitutas, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis aut præeminentiæ, etiam si seculares existant, juxta criminum et excessuum per eos quomodolibet perpetratorum qualitatem et exigentiam, sanctiones quoque canonicas ac regularia dicti ordinis constitutiones et instituta, pro ut eorumdem canonicorum et personarum animarum saluti ac præfatæ ecclesiæ statui et indemnitatibus congruere prospexeritis, eadem authoritate nostra corrigendi, puniendi pœnisque debitis percellendi, necnon canonicos et personas prædictas, si culpæ sive demerita eorum id exposcant, a dignitatibus etiam majore in dicta ecclesia post pontificalem, personatibus, administrationibus et officiis hujusmodi, necnon canonicatibus et præbendis aliisque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura, quæ pro tempore obtinebunt, penitus destituendi et amovendi, ac singula circa visitationem et reformationem hujusmodi occurrentia debito fine terminandi, statuendi quoque et ordinandi, evellendi, ædificandi, dissipandi ac statuta et ordinata innovandi, alterandi, ac in toto vel in parte commutandi, obscura quoque et dubia etiam circa dicti ordinis, salva manente illius substantia, declarandi, interpretandi, disponendi et ordinandi, juxta datam vobis a Deo prudentiam, prout secundum Deum pro communi pace omnium et conservatione regularis observantiæ in eadem ecclesia vobis videbitur utilius expedire. Contradictores quoque et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia juris oportuna remedia, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, compescendi ; necnon canonicos et personas hujusmodi ac quemlibet eorum, si hoc humiliter petierint, ab omnibus excommunicationum, suspensionum, et interdicti aliisque sententiis, censuris et pœnis, quibus forsan ligati habentur, vel quas in eos per vos occasione officii visitationis hujusmodi quomodolibet promulgari contingerit in forma Ecclesiæ consueta, injunctis inde eis pro modo culpæ pœnitentia salutari et aliis quæ de jure fuerint injungenda, eadem authoritate absolvendi, dispensandi quoque cum ipsis super irregularitate, si quam forsan hujusmodi sententiis, censuris et pœnis ligati, non tamen in contemptum clavium, divina officia celebrando ac illis se immiscendo, incurrerunt, necnon omnem inhabilitatis et infamiæ maculam sive notam per eos, præmissorum occasione quomodolibet, contractam penitus abolendi authoritate præfata, tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dictæ ecclesiæ contrariis, juramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate roboratis, seu si ecclesiæ ac canonicis et personis præfatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat quod aliquos præter aut contra eis concessa privilegia sive indulta ad visitandum vel alias admittere minime teneantur. Canonici quoque et personæ ad id compelli aut suspendi vel excommunicari, ipsique et ecclesia prædicti interdicti non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem ; et quibuscumque privilegiis, exemptionibus, indulgentiis et litteris apostolicis specialibus vel generalibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quoad hoc ipsis nolumus aliquatenus suffragari ; volumus autem quod, quilibet ex canonicis et personis præfatis quam a dictis sententiis, censuris et pœnis seu earum aliqua vos absolvere continget, singulis quibus propterea alteri fuerit satisfactio impendenda, illam infra competentem ad id ipsis per vos statuendum terminum peremptorium, impedimento cessante legitimo, impendere debeat et teneatur ; alioquin eodem termino elapso, in sententias, censuras et pœnas hujusmodi relabatur eo ipso profecto, si hujusmodi durante visitationis officii directione aliquem seu aliquos ab obtentis pro tempore dignitatibus, personatibus, administrationibus et officiis, necnon canonicatibus et præbendis aliisque beneficiis

supradictis per vos destitui et amoveri contigerit, destitutiones et amotiones hujusmodi cum universis illas contingentibus circumstantiis nobis vel successori nostro Romano pontifici per vestras patentes litteras vestris sigillis munitas fideliter quantotius intimare curetis, ut providentia sedis prædictæ super hiis remedium impendere valeat ipsi ecclesiæ per amplius profuturum ; præsentibus post biennium, a tempore quo hujusmodi visitationis officium ut præfertur impendere et exercere inceperitis computandum, minime valituris. Datum Romæ, apud Sanctos Apostolos, duodecimo kalendas decembris, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Paris, Bibl. Nat., Baluze LXXXVIII, f°s 228-30, copie.

2963 29 octobre 1430. 22 mai 1431.

Dom. Jacobus de Pennis, prepositus ; *procès, acapte.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Meyranne, n°s 46 et 47.

2964 14 novembre 1430.

Jacobus de Pennis, prepositus Arelaten.

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. I, p. 187.

2965 25 juin 1431.

Jacobus de Pennis, decretorum doctor, prepositus ; *collation, avec les chanoines, d'une chapellenie.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 93.

2966 14 février 1432/3.

Eclaircissement de doutes dans la sentence de l'évêque de Lodève entre rev. patr. dom. Jacobum de Pennis, decretorum doctorem, prepositum s. Arelat. ecclesie, *et le chapitre.*

Voir ci-dessus, n° 1876, c. 800.

2967 10 juin 1433.

Jacobus de Pennis, decretorum doctor, prepositus ; *collation d'un prieuré, avec les autres chanoines.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 352.

2968 28 décembre 1433.

Dno Jacobo de Pennis, decretorum doctore, canonico et preposito sancte Arelaten. ecclesie, regente officialatus curie archiepiscopalis.

Chap. d'Arles. Chartrier des Chapelles, n° 41.

2969 20 mars 1433/4.

Sequuntur statuta facta et ordinata per reverendissimum dominum cardinalem et administratorem sancte Arelatensis ecclesie, super reformatione prefate ecclesie sue.

Cap. i. Imprimis statuimus et ordinamus quod, diebus quibus celebrabuntur anniversaria communia pro defuncto in nostra ecclesia Arelatensi, non pretermittatur propter missam anniversarii magna missa, que debebit dici de die ; et quod potius dicantur due misse, quam si altera, videlicet de die, pretermitteretur, sicut ab aliquibus annis citra, quod dolenter refferimus, extitit pretermissum.

ii. Item, stat. et ordin. quod anniversaria communia celebrentur in futurum diebus illis quibus statutum est per fundatores illorum, etiamsi contingant diebus festivis quatuor capparum, dominicis et aliis sollempnibus exceptis ; quodque, si plura anniversaria eadem die simul occurrant, dicantur ordine successivo, hoc est illa die unum, et in sequenti aliud, donec et quousque omnia anniversaria eadem die concurrentia sint celebrata.

iii. Item, stat. et ordin. quod prepositus et ceteri canonici, dignitates, personatus et officia vel beneficia habentes, teneantur, saltim in infirmitate gravi constituti, nobis et successoribus nostris, vel deputandis a nobis, vel successoribus nostris revelare si quid habeant proprii, et in manibus nostris seu illius deputati expedire claves omnium coffrorum et caxiarum suarum, et hoc sub pena juris ; de quibus bonis fiat illud quod est juris et regule, prout infra in uno capitulo seu articulo, videlicet octuagesimo primo, continetur.

iv. Item, stat. et ordin. quod in claustro, reffectorio et dormitorio a cetero silentium servetur ; et quod canonici, presbyteri beneffciati et alii ecclesie servitores, expleto officio, in choro nec infra illum sint ausi obnugari, aut alias alta voce loqui, presertim ita irreverenter, sicut huc usque consueverunt ; et hoc, quoad dignitates, personatus et officia habentes et ceteros canonicos, sub pena regularis discipline in virtute obedientie ; et quoad alios non canonicos, habeantur pro absentibus.

v. Item, stat. et ordin. quod dicti canonici, presbyteri beneffciati et alii ecclesie servitores a cetero non sint ausi dicere horas suas legendo infra chorum, presertim horis misse et vesperorum, videlicet illa hora qua alii in choro cantant seu cantare debent ; alioquin quod prepositus, si in hoc culpabilis reperiatur, puniatur ad arbitrium nostrum, et, nobis absente, vicarii vel officialis, vel alterius deputandi a nobis ; quodque ceteri canonici vel presbyteri in hiis defectuosi, pro absentibus habeantur, et ut tales punctuentur, et mulctentur per priorem claustralem quoad canonicos, et per precentorem quoad dictos presbyteros beneffciatos.

vi. Item, stat. et ordin. quod dicti canonici et presbyteri a cetero, dum veniunt ad matutinas, chorum intrent saltim ante primum psalmum finitum ; et idem faciant in aliis diei horis, et in magna missa, ante epistolam : alioquin quod habeantur, punctuentur et mulctentur ut absentes.

vii. Item, statuim. quod canonici predicti, presbyteri beneffciati, etc., non portent a cetero cappas de lana laceratas in choro, aut vestes nisi talares cum manicis strictis, tali modo quod possint intromittere manum, et honestis et brevibus collaribus, aut superpellicia alia quam integra et munda ; alioquin quod incurrant eo ipso penam quinque solidorum pro qualibet vice, et nichil lucrentur pro illa die.

viii. Item, stat. et ordin. quod per omnes canonicos, etiam dignitates, personatus et officia habentes, et ceteros presbyteros beneffciatos, et ceteros clericos ecclesie nostre precentori obediatur in hiis que spectant ad officium suum, videlicet quoad divinum officium, et regimen et ordinationem chori ; et quod renuentes illi obedire in premissis, sive sint dignitates, personatus,

officia et canonici, presbyteri beneficiati et clerici, puniantur arbitrio archiepiscopi, aut ejus vicarii aut officialis; et quod pro illa die pro absentibus punctuentur.

IX. Item, stat. et ordin. quod diebus sollempnibus et dominicis, quibus fieri consueverunt et debent fieri generales processiones per ecclesiam et claustrum, etc., presbyteri ecclesiarum parochialium presentis civitatis, qui secundum institutiones ecclesie nostre debent mittere clericos suos vel in propria venire, a cetero veniant ad tales processiones, vel saltim non mittant alios quam clericos, portantes clericalem habitum, et tonsuram, et non minores quatuordecim annis; alioquin quod mulctentur ut absentes pena super hoc statuta, videlicet unius libre cere precentori applicande; et quod ultra dictam penam incurrant penam duorum solidorum applicandorum fabrice ecclesie nostre pro media parte, et fisco nostro pro alia medietate; et hoc intelligimus de illis, qui, confisi de non exactione dicte pene, trahere vellent ad consuetudinem de non veniendo.

X. Item, stat. et ordin. quod sacrista, qui nunc est, et ejus successores, teneat et teneant luminaria decentia in magno altari, et non minores cereos quam medii cartayroni diebus ferialis; in festis vero duarum caparum vel quatuor caparum, aut diebus dominicis, medie libre; et diebus sollempnibus, precipue quando nos aut successores nostros officiare continget, unius libre.

XI. Item, stat. et ordin. quod dictus sacrista, qui recipit redditus et proventûs depputatos pro luminari unius lampadis, que est infra sacrarium supra magnum altare, faciat illam ardere de nocte et de die; alioquin quod, eo monito per prepositum et capitulum, nec hoc facere curante, prior claustralis suppleat super hoc vices ipsius sacriste, et percipiat dictos proventus; verum, quod si dicti fructus non sufficerent ad hoc onus, sit solum astrictus dictus sacrista ad dictum onus quantum ipsi redditus suppetunt.

XII. Item, stat. et ordin. quod administratores anniversariorum communis mense capitularis idem faciant de aliis tribus lampadibus, que sunt extra sacrarium predictum, vel saltim quod ad minus teneant duas accensas; alioquin, quod prior claustralis suppleat deffectum illorum, quemadmodum dictum fuit immediate, hoc salvo quod preposito administrante, si in hoc negligens reperiatur, arbitrio nostro aut nostrorum vicarii vel officialis puniatur.

XIII. Item, statuim. et ordin., et statuendo prohibemus preposito, et aliis dignitates, personatus et officia habentibus, canonicis, presbyteris et ceteris servitoribus ecclesie nostre, presentibus et futuris, ne infra chorum a cetero portent, horis diurnis et nocturnis, capucia cum longa corneta, ymo nec cum brevi, saltim horis misse et vesperorum; alioquin quod ipsa capucia sint eo ipso facto confiscata, et ultra hoc incurrant penam statuti synodalis super hoc alias ordinati.

XIIII. Item, stat. et ordin., et statuendo prohibemus quod clerici sacriste, dum a cetero ponent et deponent reliquias super magnum altare, super illud non ascendant, nec illud pedibus conculcent; et quod ideo habeatur una tabula, que ponetur super ipsum altare, que illud cooperiat et ad longum, ut sic super illud fieri possint ascensus et descensus, positiones et depositiones dictarum reliquiarum; alioquin quod ascendens super altare predictum, non apposita illa tabula, penam incurrat duorum solidorum.

XV. Item, stat. et ordin. quod missa anniversariorum, que dici debet immediate post primam, omni die dicatur cum nota, et per quinque presbyteros beneficiatos, sicut alias fuit statutum et observatum; alioquin quod illam celebrare debens, penam incurrat unius grossi pro qualibet missa; et quilibet aliorum presbyterorum adjuvare debentium, si defficiant vel eorum alter adjuvare, penam medii grossi; et quod in quolibet capitulo Sancti Augustini unus canonicus per prepositum et capitulum eligatur, qui, juramento prestito, reddatur attentus ad videndum dictos deffectus, punctuandum absentes, et exhigendum ab illis dictas penas; statuentes ultra quod quarta pars hujusmodi penarum lucro cedat dicti exequtoris, et ad opus dicte fabrice relique tres partes; et quod, si dictus exequtor negligens fuerit in premissis exequendis, dicta quarta pars sibi adjudicata dicte fabrice applicetur, et ultra puniatur arbitrio nostro seu nostri vicarii vel officialis.

XVI. Item, stat. et ordin. quod missa, que de Nostra Domina debet dici, omni die dicatur per canonicos presbyteros depputandos in dicto capitulo generali; alioquin quod celebrare debens, si defficiat nec fuerit legitime impeditus, penam incurrat unius grossi pro qualibet missa non dicta, dicte fabrice pro tribus partibus applicandi, et quod in eum casum depputetur unus alius canonicus per dictum exequtorem per capitulum eligendum, qui illa die celebret dictam missam, qui emolumentum recipiat quod dictus defficiens debuisset habere; alioquin quod, si illa die non possit dici, dicatur in crastinum ultra aliam missam, et quod dictus exequtor quartam partem habeat dicte pene; quodque, si negligens sit, puniatur modo quo supra.

XVII. Item, stat. et ordin. quod misse ordinarie, que omni die debent dici in dicta ecclesia nostra, dicantur a cetero ordine successivo, et non simul due aut plures misse; et quod primo, post missam aurore, et immediate dicta prima, dicta missa anniversariorum videlicet cum nota dicatur, et quod interim nulla alia missa incipiatur, donec ille, qui dictam missam celebrabit, incipiat dicere *Agnus Dei;* et quod, post dictam missam anniversariorum, dicta missa Nostre Domine statim incipiatur, premissis tamen novem pulsibus sive tonis unius ex magnis campanis pro signo, videlicet per clericum sacriste; qua dicta, alia missa incipiatur bassa, que dici debet in altari Sancti Martialis, et quod dicte relique quatuor misse basse dicantur illo ordine quo voluerit sacrista, et per quemlibet presbyterum in sua capella: alioquin quod defficientes celebrare penam incurrant unius grossi applicandi modo et forma supra dictis; et quod ille, qui interrumpet dictum ordinem, habeatur pro non celebrante, et incurrat similem penam.

XVIII. Item, statuendo prohibemus preposito, et aliis dignitates, personatus et officia habentibus, et ceteris canonicis, ne missas celebrent extra ecclesiam nostram nisi in ecclesiis suorum beneficiorum, et locis et diebus opportunis, dum tamen propter illam missam non fraudent dictam ecclesiam nostram, seu obmittant facere servitium ad quod tenerentur illa die, et primitus licen-

tiam obtinuerint a nobis, si presentes sumus, in absentia nostra a vicario, et, ipso absente, ab officiali nostris, seu ab alio per nos depputando.

xix. Item, statuendo prohibemus quod nullus canonicus sit ausus ire per civitatem sine socio canonico, vel presbytero, vel servitore clerico vel seculari, aut alias honesto, et minus sine licentia prepositi vel prioris claustralis ; quodque nulla talis licentia detur hora dormitionis in estate, aut alia quacumque hora suspecta, et hoc sub pena contra tales ordinata, et quod alias tales puniantur arbitrio nostro, aut, nobis absente, a vicario vel officiali nostris, vel aliis deputandis a nobis.

xx. Item, stat. et statuendo precipimus priori claustrali quod duas portas claustri teneat et tenere faciat clausas de nocte, et etiam tempore estatis de die, et etiam hora dormitionis, et cum clave, et hoc sub pena unius grossi pro qualibet vice, fabrice applicanda pro tribus partibus, et pro quarta illi canonico qui supplebit ejus deffectum.

xxi. Item, stat. et ordin. quod personatus et alii dignitates vel officia habentes, dum presentes erunt in civitate vel diocesi nostra aut prope dictam civitatem ad unam dietam, singulis annis, ante Dominice festivitatis diem, faciant suum O diebus quibus debent, ac quemadmodum fuit laudabiliter observatum, et hoc sub pena trium florenorum currentium, applicandorum fabrice pro tertia parte, sacriste pro luminaribus ecclesie pro alia tertia parte, et fisco nostro pro alia tertia parte.

xxii. Item, stat. et prohibemus statuendo quod nullus ex cappellanis de numero viginti in ecclesia nostra admittatur a cetero ad serviendum per aliquem substitutum ; et quod ipsi principales presbyteri benefficiati personaliter residentiam faciant et personaliter deserviant in dicta ecclesia nostra ; quodque illi, qui hodie sunt absentes, revocentur ad residentiam predictam faciendam, videlicet quod artentur et cogantur facere residentiam, et hoc sub pena privationis cappellanie, quam habent in dicta nostra ecclesia, quam volumus incurri ipso facto per illos presbyteros qui, ad faciendam residentiam per nos, aut officialem vel vicarium nostros vocati, non curabunt venire et residere, ac etiam per illos qui a cetero non residebunt, si per sex menses continuos fuerint absentes : ita quod, nulla monitione expectata, post dictorum sex mensium lapsum, nos et successores nostri, aut vicarius noster disponere possimus et possint de dictis cappellaniis, ac si per mortem dictorum absentium vaccarent ; statuentes ultra quod, si patroni habentes presentare non utantur jure suo infra unum mensem a die quo fuerit eis notifficatum ex nostra parte seu dictorum successorum nostrorum quod locus est presentationi ob causam absentie ante dicte, nos aut nostri vicarii vel nostri successores valeamus et valeant de dictis cappellaniis ordinare, non expectatis dictis patronis.

xxiii. Item, stat. ultra quod dicti omnes et singuli presbyteri benefficiati teneantur interesse omni die in matutinis et ceteris horis diurnis, nisi sint infirmi aut alio legitimo impedimento detenti ; quo casu adveniente, videlicet quod ex causa infirmitatis vel impedimenti supervenientis vellent eorum absentiam excusare, in eum casum stat. et ordin. quod talis excusatio non procedat nec admittatur per precentorem, nisi die illa qua incipient infirmari, vel contingeret dictum impedimentum, et notifficaverint seu notifficari fecerint dicto precentori per aliquem fidedignum, alioquin quod puniantur et punctuentur ut absentes.

xxiv. Item, statuim. et ordin. quod precentor et alius presbyter punctuator depputatus singulis mensibus, videlicet in fine cujuslibet mensis, diligentiam faciant eis possibilem de exhigendo punctuaturas seu deffectus dictorum viginti benefficiatorum, et hoc sub pena quinque grossorum per quemlibet eorum incurrenda pro quolibet mense, in quo fuerint negligentes reperti ; volumusque ideo quod, si super hujusmodi exactione aliquem vocaverint ad judicium in curia nostra, noster officialis in talibus procedat summarie, simpliciter et de plano, neque det terminum longiorem ad solvendum quam octo dierum ; statuentes ultra quod idem precentor et presbyter punctuator, quandocumque contingat quod pecunias aliquas recipiant de dictis punctuaturis, illas reponant infra ceponum, qui est infra sacrarium, infra duos dies naturales a die receptionis, et nichilominus teneantur singulis annis in capitulo Sancti Augustini reddere rationem in capitulo de pecuniis per eos exactis, et hoc sub pena unius floreni per quemlibet eorum incurrenda ; que pena tociens per eos incurratur quociens defficient in premissis, fabriceque applicetur pro tertia parte, et sacriste pro alia tertia, ac fisco nostro pro alia tertia.

xxv. Item, stat. et ordin. quod, diebus sollempnibus et in festis quatuor caparum, in vesperis et matutinis, que statim fiunt post *Benedicamus*, et fieri consueverunt submissa voce et bassa, fiant a cetero et dicantur cantando et alta voce.

xxvi. Item, stat. et ordin. quod, hora misse, nullus dignitatem, personatum, aut officia habens, vel canonicus, vel presbyter de dicto numero viginti exeat chorum, occasione placitandi seu eundi ad curiam nostram archiepiscopalem, neque sit ausus illa hora esse in judicio ; quodque cause ipsorum ventilentur coram nostro officiali, statim post horam vesperorum.

xxvii. Item, stat. et ordin. quod clerici ceroferarii a cetero habeant pro stipendio eorum, videlicet quatuor francos eorum quilibet pro toto anno, de et super juribus et emolumentis dictarum punctuaturarum.

xxviii. Item, stat. et ordin. quod prepositus, quando tenebit administrationem communem, teneatur providere singulis diebus clericis archidiaconi, sacriste, archipresbyteri, precentoris et infirmarii, de pane, vino, et coquina, quemadmodum est fieri consuetum.

xxix. Item, stat. et ordin. quod a cetero dentur viginti floreni currentes per prepositum, quando administrabit, pro vestiario ; et quod illi viginti floreni dividantur equaliter inter canonicos non benefficiatos, ultra summam quam consueverunt habere a vestiario : hoc salvo quod, si contingeret casus in futurum quod solum essent tres canonici aut pauciores beneficium non habentes, eorum quilibet non recipiat de dicta summa viginti florenorum nisi quinque florenos solum et dumtaxat, et quod residuum cedat administrationi.

xxx. Item, stat. et ordin. quod precentor teneatur manutenere, et reparare ac custodire libros chori, illosque recipiat cum bono inventario.

XXXI. Item, stat. et ordin. quod, quam primum possibile erit, orologium in ecclesia habeatur ; quod, eo facto et habito, prepositus et capitulum teneantur illud manutenere.

XXXII. Item, stat. et ordin. quod prepositus, quando tenebit administrationem communem, seu alii administratores bonorum mense capitularis, diligentiam adhibeant in faciendo et procurando laborari et culturari, fodi et putari terras et vineas capituli, et reparari domos et grangias communes bene et debite, saltim pro viribus facultatum.

XXXIII. Item, stat. et ordin. quod prepositus, quando administrabit, teneatur singulis annis coram nobis, seu vicario aut officiali nostris reddere rationem, ac bonum et legale computum de receptis et administratis per ipsum de bonis administrationis mense capitularis, quemadmodum habetur in quadam bulla felicis recordationis Innocentii pape tertii, cujus tenor sequitur per hec verba : « Innocentius, episcopus, servus servorum Dei... » *(voir nos 724 et 2890, § 10).*

XXXIV. Item, stat. et ordin. quod, quemadmodum est fieri consuetum, in quolibet capitulo Sancti Augustini per prepositum et capitulum prior claustralis eligatur, et per nos, aut nostros vicarium vel officialem ad hoc potestatem habentes confirmetur, et ad annum dumtaxat ; hoc salvo, quod, si bene et diligenter ille talis se habuerit in commissis, et alias sit ydoneus, possit iterato eligi et confirmari.

XXXV. Item, stat. et ordin. quod prepositus et canonici cancellos non exeant, sine licentia nostra, aut nostrorum vicarii aut officialis, vel alterius deputati a nobis, vel successoribus nostris.

XXXVI. Item, stat. quod, nobis in civitate presentibus, aut, nobis absentibus, presente vicario nostro, nullus alius possit dare licentiam dictis preposito et canonicis de exeundo extra civitatem et territorium.

XXXVII. Item, stat. et ordin. quod prior claustralis habeat confessiones canonicorum audire vel committere, proclamationes culparum audire, disciplinas regulares injungere, et etiam victualia restringere, vice nostra et nostrorum successorum.

XXXVIII. Item, stat. et ordin. quod sacrista teneat seu teneri faciat ecclesiam mundam. et sacram Eucaristiam decenter et honeste conservet sub clave, quodque vestimenta, calices et vestiaria teneat munda ; alioquin si reperiatur negligens in premissis, et, monitus per prepositum et capitulum, deffectum suum non esmendet, quod eo ipso sit privatus pittancia totius illius diei, et alias puniatur arbitrio dictorum prepositi et capituli, quibus committimus quod supplere possint deffectum dicti sacriste et expensis illius ; quibus etiam negligentibus, volumus quod vicarius aut officialis nostri super hiis provideant de remedio opportuno.

XXXIX. Item, stat. et ordin. quod dictus sacrista a cetero teneat servitores ydoneos et honestos in ecclesia, presertim ad altare, et in habitu condecenti ; et ultra, quod pro missis celebrandis ministret presbyteris benefficiatis et aliis capellaniarum rectoribus, debentibus in dicta ecclesia nostra celebrare, calices, hostias, vinum et aquam, more solito ; quodque dicti capellani et rectores teneantur habere intortitia et candelas pro se ipsis : hoc salvo quod in missis capitularibus et Sancti Martialis idem sacrista etiam provideat de dictis intorticiis et candelis.

XL. Item, stat. et ordin. quod quilibet novus sacrista, infra unum mensem a die adepte possessionis, teneatur inventarium facere de reliquiis, jocalibus, vestimentis, ornamentis et ceteris que sue custodie sunt commissa, presentibus preposito et capitulo antedictis, et singulis annis coram illis, saltim semel, occulata fide representare ; neque sit ausus aliquid de premissis acomodare sine ipsorum prepositi et capituli consensu, et hoc sub pena suspensionis a fructibus sui beneficii per duos menses, quam incurrat ipso facto, applicanda fabrice pro media parte, et pro alia media fisco nostro.

XLI. Item, stat. et ordin. quod precentor diligentiam adhibeat circa lecturam et alia que concernunt officium divinum ; et quod in libris chori signet ubi debent terminari matutinales lectiones, prohibentes ideo quod nulli liceat finire donec venerit ad finem terminatum.

XLII. Item, stat. et ordin. quod idem precentor provideri faciat lectiones a legentibus, et reprehendere defficientes, excitare sompnolentos, et tabulam quolibet sabbato ponere, in qua describat nomina illorum qui in sequenti septimana debebunt officiare.

XLIII. Item, stat. et ordin. quod in armario seu pulpito chori, aut alio loco decenti et securo, dictus precentor debeat libros ecclesie seu chori custodire seu custodiri facere, et inventarium librorum ipsorum singulis annis representare dictis preposito et capitulo, quemadmodum superius dictum fuit de sacrista.

XLIV. Item, stat. et ordin. quod helemosinarius faciat helemosinas consuetas diebus ordinatis.

XLV. Item, stat. et ordin. quod punctuature et punitiones canonicorum, et servitorum, seu clericorum ecclesie, dum et quando continget victualia eis restringi, cedent a cetero dicte administrationi.

XLVI. Item, stat. et ordin. quod hospitalitas de bono in melius teneatur et servetur, pro modo tamen et viribus facultatum.

XLVII. Item, stat. et ordin. quod dignitates, personatus et officia tenentes, et ceteri canonici, et presbyteri viginti, et alii beneficiati et clerici non sint a cetero ausi exire chorum sine licentia prepositi vel prioris, preposito absente, videl. dignitates, personatus et officia, et canonici petant licentiam a preposito, vel, ipso absente, a priore ; ipso vero preposito absente, benefficiati presbyteri, et ceteri clerici teneantur petere licentiam a precentore ; et quod omnes canonici et presbyteri intersint omnibus horis diurnis et nocturnis, cessante tamen legitimo impedimento, alioquin quod dicti prepositus et canonici habentes dignitates, personatus vel officia, si defficiant in matutinis, perdant et perdat eorum quilibet quartam partem sue distributionis illius diei, videlicet pittancie, panis, et vini, et aliam quartam, si defficiant in missa, et si in vesperis parimodo aliam quartam ; quodque canonici claustrales in hiis defficientes perdant pro qualibet dictarum horarum quartam partem sue pittancie, et ultra hoc puniantur punitione regulari ad arbitrium nostrum et successorum nostrorum, aut vicarii vel officialis, vel alterius deputandi per archiepiscopum ; ceteri vero presbyteri benefficiati, si deffecerint in matutinis,

perdant, et perdat eorum quilibet pro deffectu quarumlibet matutinarum tres denarios currentes ; pro qualibet autem missa vel vesperis tres obolos ; et pro defectu cujuslibet aliarum horarum unum denarium ; que pena per precentorem percipiatur et levetur modo, et forma, et sub pena quibus supra.

XLVIII. Item, stat. et ordin. quod prepositus, et alii habentes dignitates, personatus, vel officia, canonici, presbyteri benefficiati, et clerici nostre ecclesie intersint personaliter in singulis processionibus, nisi habeant legitimam excusationem ; alioquin quod canonici claustrales pro illo die habeant dumtaxat panem et aquam a preposito, si tenuerit administrationem, aut ab illis qui tenebunt administrationem ; et prepositus, aut alii dignitates, personatus, vel officia tenentes, si sint in premissis culpabiles, perdant aut perdat unum panem et unam cassiam vini, applicandos administrationi. Cappellani vero penam incurrant medii grossi per dictum precentorem exhigendam, fabrice et candelis pro medietate applicandam.

XLIX. Item, stat. et ordin. quod dicti canonici et cappellani attendant diligenter ad officium divinum, tam psalmodiando quam cantando, et legendo tractim et congrue, ad bonam intelligentiam, plane et intelligibiliter exprimendo, debiteque accentuando, versum sequentem ex precedenti operiendo, precentorique in hiis principaliter obediendo, sub pena obedientie, quoad dictos prepositum et dignitates, personatus et officia habentes, et canonicos pena nostra arbitraria ; quoad presbyteros benefficiatos arbitrio prepositi et capituli predictorum infligenda ; et prioris claustralis quoad clericos ecclesie servitores.

L. Item, stat. et ordin. quod dicti cappellani viginti, pro missa anniversariorum, quam quinque ex eis celebrare habent omni die cum nota, recipiant singulis annis a preposito vel ab administratoribus capituli quinquaginta duos florenos currentes quolibet anno.

LI. Item, stat. et ordin. quod clerici oblinentium dignitates, personatus et officia serviant in ecclesia et intersint omnibus horis diurnis et nocturnis, librosque chori portent et reportent, quemadmodum facere consueverunt, et hoc sub pena substractionis victualium, vel alias ad arbitrium prioris claustralis.

LII. Item, stat. et ordin. quod prepositus, et alii dignitates, personatus et officia habentes, et ceteri canonici presbyteri magnam missam celebrent alternativis septimanis, et quilibet ipsorum per se ipsum, nisi esset impeditus, aut infirmus in sua ebdomada ; et quod canonici diaconi et subdiaconi serviant pro diacono et subdiacono in dicta magna missa, et hoc sub pena substractionis victualium, aut alia arbitraria ad arbitrium nostrum et successorum nostrorum, seu vicarii nostri vel officialis, vel deputandi a nobis aut successoribus nostris.

LIII. Item, stat., ord., et prohibemus statuendo quod nullus canonicus, dignitatem, officium vel personatum habens, vel presbyter de numero viginti, seu alias in dicta nostra ecclesia benefficiatus sit ausus celebrare missam infra dictam ecclesiam nostram dum celebratur magna missa, nisi tamen legitime impeditus pro ecclesie utilitate vel inevitabili necessitate non potuerit ante celebrare vel nisi illa hora aliqua persona egregia superveniret, que missam privatam audire vellet, quo casu volumus quod possit celebrare.

LIV. Item, stat. et ordin. quod nullus canonicorum, aut aliorum quorumcumque subjectorum nostrorum, cujuscumque dignitatis, conditionis, aut gradus existat, sit ausus intrare monasterium monialium presentis civitatis sine nostra licentia, si sumus hic presentes, et in nostri absentia nostri vicarii, et ipso absente officialis nostri, et hoc sub pena excommunicationis late sententie et inobedientie ; cujus excommunicationis absolutionem nobis, si presentes fuerimus, seu dicto nostro vicario, et in ejus absentia dicto nostro officiali, plenarie in articulo mortis retinemus.

LV. Item, stat. et ordin. quod clerici dignitatum, personatuum vel officiorum teneantur juvare presbyterum conventualem ad dicendum missam matutinalem, que omni die dici debet in aurora et cum nota ; et quod juvent per singulas septimanas, sicut ab antiquo fuit observatum ; quodque dicti clerici, postquam intraverint chorum, non sint ausi illum exire, presertim diebus dominicis et festivis, sine licentia sepedicti prioris claustralis, sub pena ad arbitrium dicti prioris infligenda.

LVI. Item, stat. et ordin. quod tempore Paschatis, videlicet inter Pascha et Penthecosten, a cetero dicantur matutine in aurora, vel saltim hora tali quod, illis finitis, possit celebrari missa matutinalis cum nota.

LVII. Item, stat. et ordin. quod prepositus, archidiaconus, sacrista, archipresbyter, precentor, infirmarius, et vestiarius dormiant et comedant in domibus eis assignatis per nostros predecessores infra cancellos, donec super hoc fuerit aliter ordinatum per nos seu successores nostros, aut deputatos per nos aut dictos successores nostros, prout, Deo dante, in brevi, loco et tempore opportunis, vita nobis comite, intendimus facere pro Dei honore, et gloria divini cultus, regularis observantie augmento, et utilitate ecclesie nostre, ac salute animarum, canonicorum nostrorum fratrum in spiritualibus et temporalibus consolatione, quam de presenti facere intendebamus, nisi quia, pro bono universalis Ecclesie, nos oportet ire ad sacrum concilium Basiliense.

LVIII. Item, statuendo prohibemus omnibus dignitatem, personatum, et officium habentibus et aliis canonicis, cappellanis, et aliis ecclesie servitoribus, quod infra ecclesiam, dormitorium, vel claustrum non portent arma, et hoc sub pena confiscationis fisco nostro applicanda, statuentes ultra quod contra tales nostri officiales super hoc inquirant, et eos puniant pena condigna.

LIX. Item, statuendo prohibemus quod nullus sit ausus impedire clausuram cancellorum de vespere, vel facere aperire, et hoc sub pena excommunicationis et inhobedientie.

LX. Item, stat. et statuendo inhibemus dignitatem, personatum et officia tenentibus, et aliis canonicis ecclesie nostre, quod a cetero non utantur vestibus sissis aut nodulatis, seu capuciis cum longa corneta, aut vestibus seu capuciis rubeis seu viridis coloris, et hoc sub pena confiscationis.

LXI. Item, stat. et ordin. quod dignitates, personatus, et officia habentes, et canonici, eo tempore quo non utuntur cappis in choro, defferant superpellicia longa et

munda ; alioquin, si contrarium faciant, predicta superpellicia sint confiscata fabrice et sacriste.

LXII. Item, stat. et ordin. quod nullus dignitatem, aut personatum, vel officia habens, vel canonicus curias sequatur ecclesiasticas vel seculares, aut advocet publice, nisi pro ecclesiis suis et ipsarum jurium deffensione, sine licentia nostra vel nostrorum vicarii vel officialis, aut alterius per nos depputandi, nisi in casibus a jure permissis, sub pena excommunicationis, quam incurrant contrarium facientes ipso facto, a qua non possint absolvi nisi a nobis et successoribus nostris, aut vicario vel officiali nostre ecclesie, nisi in articulo mortis.

LXIII. Item, stat. et ordin. quod dicti canonici dignitatem, personatum, vel officia habentes, canonicis debilibus, pueris, et aliis valde antiquis exceptis, cum quibus omnibus possit prior claustralis, secundum quod eidem videbitur, rationabiliter dispensare, servent jejunia per Ecclesiam et eorum regulam instituta ; alioquin quod claustralibus non jejunantibus nichil detur pro cena.

LXIV. Item, stat. et statuendo inhibemus preposito et aliis dignitatem, personatum, vel officia habentibus, et ceteris canonicis, quod extra cepta ecclesie non comedant vel dormiant, sine licentia nostra aut nostrorum vicarii et officialis, seu alterius per nos deputandi.

LXV. Item, stat. et ordin. quod prior claustralis, et ceteri canonici claustrales comedant in reffectorio, et dormiant in dormitorio communibus, sicut consueverunt, retenta nobis delliberatione et determinatione fienda super hoc de preposito et ceteris personatibus antedictis, prout supra in uno [LVII] capitulo continetur.

LXVI. Item, stat. et statuendo precipimus preposito, priori claustrali, sacriste, et cuilibet eorum, quod infra ecclesiam nostram, seu infra claustrum non permittant choreare, nec ludere ad taxillos ; quodque nullus, cujuscumque status seu conditionis existat, sit ausus in dictis locis ludere ad dictum ludum, seu choreare, et hoc sub pena quinque librarum Turonensium, applicanda fabrice pro media parte, et dicto fisco nostro pro alia media parte, quam eorum quemlibet incurrere volumus ipso facto; et sub pena etiam confiscationis omnium pecuniarum, que in tali ludo prohibito ludentur, quarum medietas cedat denunciatori, et alia medietas fabrice ecclesie nostre predicte.

LXVII. Item, stat. et ordin. quod clerici dignitatum, personatuum et officiorum, diebus quibus debent pulsari omnes magne campane, ascendant campanile pro pulsando ; nec trahant cordas ante altare, propter periculum quod immineret ; alioquin contrarium facientes puniantur in pane et aqua pro illa die, more consueto.

LXVIII. Item, stat. et statuendo prohibemus quod ab inde in antea nullus supradictorum dignitatem, personatum, aut officia habentium, vel canonicus sit ausus esse in servitio alicujus domini ecclesiastici, vel secularis, nisi de et cum licentia nostra, seu vicarii vel officialis nostrorum.

LXIX. Item, stat. et ordin. quod, qui non hobedient priori claustrali in hiis que regularem observantiam concernunt, seu precentori in hiis que concernunt divini officii decorem, hii tales puniantur et disciplinentur punitione regulari et juxta regularia statuta ; prepositus vero puniatur per nos et successores nostros in capitulo, et, nobis absentibus, per vicarium et, ipso absente, per officialem.

LXX. Item, stat. et ordin. quod quicumque renuerit exequi injuncta sibi per tabulam precentoris, ille talis, si sit canonicus dignitatem, personatum, vel officium habens, quicumque ille fuerit, per nos, aut nostros vicarium vel officialem, aut alios deputandos per nos vel successores nostros, in capitulo primo reprehendatur et puniatur ; canonici vero claustrales in pane et aqua puniantur per priorem claustralem ; nichilominus quod pro illa die nichil recipiant de communi administratione, nisi tamen contingeret nos, in ecclesia presentes et sollempniter officiantes, vellemus de descriptis aliter disponere : et ista habeant locum, donec aliud per nos vel successores nostros fuerit ordinatum.

LXXI. Item, stat. et ordin. quod conventuales presbyteri non vadant a cetero extra presentem civitatem sine licentia, et quod, si sint moraturi ultra tres dies, teneantur dimittere presbyterum substitutum, qui suppleat vices ipsius absentis.

LXXII. Item, stat. et ordin. quod dignitates, personatus, aut officia habentes, et ceteri canonici, ad minus qualibet septimana, duobus diebus ad capitulum veniant omnes singuli in capitulo vocem habentes, nisi contingat quod legitimo impedimento seu infirmitate sint detenti, videlicet diebus lune et veneris ; et quod in capitulo diei veneris culpe proclamentur, et fiant regulares punitiones coram preposito, priore claustrali, et capitulo : alioquin non curantes venire, sive sint prepositus, aut alii habentes dignitates, officia et personatus, nichil recipiant tota die illa de bonis communibus administrationis. Si prepositus sit culpabilis, recipiat disciplinam regularem a nobis et successoribus nostris, aut vicario seu officiali, aut aliis deputandis a nobis vel dictis successoribus nostris, et in capitulo.

LXXII [*bis*]. Item, stat. et ordin. quod prepositus, prior claustralis, et alii dignitates, personatus, vel officia habentes, et ceteri canonici districte teneantur, et custodiant observantias regulares, regulamque Beati Augustini sepe legant seu legi faciant in claustro, et exponi propter simplices et ignorantes.

LXXIII. Item, stat. et ordin. quod a cetero habeatur dormidorerius pro servitio canonicorum claustralium, et quod per illum prepositus, vel, eo absente, prior claustralis claudi faciat cancellos noviter factos de mandato nostro ; quodque dicti prepositus vel prior teneant fideliter claves dictorum cancellorum.

LXXIV. Item, stat. et ordin. quod presbyteri conventuales in reffectorio cum canonicis comedentes a cetero dormiant infra clausuram dictorum cancellorum, videlicet in camera que est subtus cameram prepositi ; et quod ipse prepositus, vel alius tenens administrationem communem, provideat illis de lecto.

LXXV. Item, stat. et ordin. quod quamdiu clericus recipietur pro dormidorerio, si canonicis in claustro comedentibus et dormientibus servire velit, secularis ad officium hujusmodi non admittatur.

LXXVI. Item, stat. et statuendo prohibemus archidiacono, sacriste, infirmario et vestiario, ne, sine licentia nostra speciali, aperiant seu aperiri faciant januas, quas de mandato nostro clauserunt, et etiam vicario nostro

et ceteris nostris officialibus presentibus et futuris ne hujusmodi prohibitionem nostram relaxent, seu alius a nobis ; nec fiant alie porte per predictos aut quoscumque alios.

LXXVII. Item, statuendo prohibemus quod nullus canonicus, aut presbyter in ecclesia nostra beneficiatus in capitulo, reffectorio, seu choro audeat locum suum dimittere, et ad alium se transferre, seu de uno choro ad alium transversare, sub pena quod reputetur absens.

LXXVIII. Item, stat. et ordin. quod prepositus teneat in ecclesia de Fossis tres canonicos ad minus, si facultates sufficiant.

LXXIX. Item, stat. et ordin. quod, habundantibus facultatibus capitularis mense, habeatur in ecclesia nostra, expensis capituli, magister, qui doceat et instruat in cantu et lectura, et etiam in primitivis, canonicos juvenes, et ceroferarios clericos, ecclesie nostre deservientes.

LXXX. Item, stat. et ordin. quod, excrescentibus facultatibus capitularis mense, numerus canonicorum vicennarius, qui in eadem ecclesia nostra esse debet, reintegretur et compleatur.

LXXXI. Item, stat. et ordin. quod, decedentibus canonicis dignitates, personatus, et officia obtinentibus in dicta ecclesia nostra, ipsi canonici decedentes possint suos servitores remunerare, et creditoribus satisfacere seu satisfieri mandare de bonis que dimittent ; alioquin quod successor hoc faciat, et, illo negligente, prepositus et capitulum, servato residuo, quod cedat ad opus fabrice ; et de illo residuo dimisso tantum successori dimittatur, quod non opporteat eum manu levare usque ad novos fructus ; vel saltim quod, ubi canonicus decedens super hiis nichil disponeret, eo deffuncto statim eligantur duo canonici per prepositum et capitulum, qui debeant recipere nomine prepositi et capituli omnia bona mobilia vel per se moventia, dimissa per illum canonicum deffunctum, relictis tamen necessariis successori juxta arbitrium illorum electorum ; volentes et statuentes ultra, quod dicti duo canonici jurati omnia premissa vendant, et ex pretio illorum satisfaciant servitoribus et creditoribus quibus deffunctus tenebatur, et residuum, si quod sit, exequiis exsolutis, convertatur infra annum in censuum emptione ; alioquin quod, lapso anno, dictas pecunias reponant in arca communi, de qua dicetur infra [cap. LXXXIX].

LXXXII. Item, stat. ultra quod quilibet canonicus sacerdos teneatur dicere tres missas pro anima illius canonici deffuncti ; et quod ceteri, non presbyteri, teneantur dicere psalterium pro eodem.

LXXXIII. Item, stat. et ordin. quod in festivitatibus magnis seu majoribus anni sacrista trahi et pulsari faciat majores campanas, alioquin quod puniatur arbitrio prepositi et capituli.

LXXXIV. Item, stat. et ordin. quod pincerna, coquus, aygaderius, dormidorerius, et pistor capituli, antequam admittantur ad servitium canonicorum, juramentum corporale prestent in manibus prepositi et capituli de bene, fideliter, atque probe eis serviendo.

LXXXV. Item, stat. et ordin. quod administratio anniversariorum antiquorum a cetero regatur et gubernetur per duos canonicos, per prepositum et capitulum annis singulis eligendos ; qui debeant, anno resoluto et finito, de gestis et administratis per eos cum ipsis preposito et capitulo computare, et in capitulo bonum et legale computum reddere, et reliqua restituere preposito, si tunc generalem administrationem teneret, vel aliis administratoribus nomine prepositi et capituli predicti tenentibus administrationem.

LXXXVI. Item, stat. et ordin. quod prepositus et capitulum teneantur juvare canonicum jura sui beneficii deffendentem, seu alias pro illis agentem, concurrentibus tamen duobus, videlicet quod ad hoc non suppetant sui beneficii facultates, et quod de scientia et consensu ipsorum prepositi et capituli moverit seu deffenderit dictam litem.

LXXXVII. Item, stat. et ordin. quod officium operarii sit perpetuum in ecclesia nostra ; et quod habeat annexas ecclesias de Comis et Beate Marie de Valle, sicut habet de presenti, et habuit a temporibus retroactis.

LXXXVIII. Item, stat. et ordin. quod, vaccantibus a cetero beneficiis spectantibus ad collationem nostram seu dicti capituli nostri, fabrice ecclesie nostre, de et super fructibus prime annate illorum beneficiorum sic in posterum vaccantium, pecunie quantitates super hiis alias taxate, moderatione tamen per nos seu nostri mandato fienda salva, propter minorem valentiam dictorum beneficiorum, solvantur, quorum moderationem et taxationem nobis in posterum reservamus.

LXXXIX. Item, stat. et ordin. quod dicte taxe per nos moderande a cetero exhigantur singulis annis per duos canonicos, in capitulo Sancti Trophimi per prepositum et capitulum eligendos ; et demum in archa communi per illos reponantur ad opus fabrice convertende, per dictum operarium cum duobus canonicis antedictis, qui in hac parte adjuncti erunt dicto operario supradicto.

XC. Item, stat. ultra quod in quolibet die sabbati sacrista ponat in altera parte chori tabellam, in qua sint descripta nomina illorum presbyterorum de numero viginti, et aliorum in dicta ecclesia nostra habentium cappellas, qui in sequenti septimana debebunt celebrare, et quibus diebus ; volentes ultra quod pro qualibet missa non dicta quilibet eorum incurrat penam unius grossi, applicandam dicto sacriste pro medietate, et de alia medietate fiant due partes, quarum una applicetur fabrice, et alia exactori per nos supra ordinato.

XCI. Item, stat. et ordin. quod dicti presbyteri viginti beneficiati in die sanctorum, sub quorum nominibus sunt constructe sue cappelle in dicta ecclesia nostra, teneant illas apertas, mundas atque ornatas in vesperis primis et secundis, ac matutinis, et missa, cum cereis ardentibus ad minus duobus ; et quod preter missam aurore, et post illam teneantur celebrare seu celebrari facere unam aliam missam, et hoc sub pena unius grossi pro qualibet vice, dicte fabrice applicanda.

XCII. Item, stat. et ordin. quod prior claustralis a cetero debeat punctuare dictos prepositum et canonicos, quando non intererunt in officio divino, saltim in matutinis, vesperis, et missa.

XCIII. Item, stat. et ordin. quod a cetero prepositus, quando tenebit administrationem, et eo non tenente illam, administratores bonorum mense capitularis teneantur expendere et convertere singulis annis in reparationibus magis necessariis, ad minus triginta florenos.

XCIV. Item, stat. et ordin. quod canonici, qui a cetero in dicta nostra ecclesia recipientur, offerant a cetero unam cappam de serico, quemadmodum fuit huc usque laudabiliter observatum ; et quod illi canonici jam recepti, qui dictam cappam in eorum ingressu acthenus obtulerunt et non solverunt, infra triennium a die publicationis presentium nostrarum ordinationum computandum, quilibet eorum suam cappam solvant ; et quod ab illis valor in pecunia non recipiatur, nisi de licentia nostra, seu nostri vicarii, nobis absentibus, et cum consilio et consensu prepositi et totius capituli ; et, si non solverent infra dictum triennium, sint ipso facto a fructibus sue prebende suspensi, donec solverint modo quo supra, et fructus cedant administrationi, durante suspensione.

XCV. Item, insuper declaramus non procedere de nostra mente, quod per supra scriptas nostras ordinationes seu penarum adjectiones tollantur punitiones regulares, seu in aliquo prejudicetur juribus, honoribus, preheminenciis et prerogativis dictorum prepositi, archidiaconi, sacriste, archipresbyteri, precentoris, infirmarii, et vestiarii, quos et quas acthenus habuerunt, habent et habere debent in dicta ecclesia nostra ; dolentes ultra quod omnia et quecumque statuta et ordinationes, per quoscumque predecessores nostros in dicta ecclesia nostra, seu eorum vicarios, nosque, seu vicarios nostros facte, sint casse et nulle, nulliusque efficacie seu momenti.

Ceterum, quia inter dictos prepositum et canonicos sunt alique contentiones tam super obedientia quam dictus prepositus post nos ab eis petit, et licentia per eos ab eo petenda, et correctionibus ac mandatis suis suscipiendis, et ceteris deppendentibus ex articulo obedientie predicte, quam etiam nonnullis aliis materiis, quas causa brevitatis hic omittimus ponere, nec illas de presenti decidere valeamus, aliis arduis et festinosis negotiis occupati, specialiter cum simus in recessu nostro apud sacrosanctam synodum Basiliensem, neque sumus intentionis illas decidere nisi cum magna et matura deliberatione, idcirco illorum decisionem suspendimus quoad presens, volentes quod interim dictis ordinationibus nostris utantur, et quod in quolibet capitulo capitulorum generalium annualium Sanctorum Trophimi et Augustini, presentibus dictis preposito et ceteris canonicis palam et publice, alta et intelligibili voce, in loco capitulari, per precentorem seu depputandum ab eo quolibet anno legantur, et quod ab inde in antea et perpetuis temporibus inviolabiliter observentur; nobis insuper facultatem retinentes easdem nostras presentes ordinationes interpretandi, mutandi, tollendi in totum vel in parte, si et quathinus nobis videbitur expedire ad Dei laudem, et reservantes ipsi domino preposito quod per ista sue dignitati non intendimus derogare in aliquo, sed solum ista facimus pro bono pacis et concordie, quas volumus locum habere donec et quousque aliud duxerimus ordinandum, circa que in brevi, Deo duce, intendimus providere in et super capitulis continentibus dictas lites et controversias. — Et protestatur dictus reverendissimus in Christo pater quod, propter premissa seu aliqua premissorum, non intendit derogare seu in aliquo prejudicare libertatibus, franchesiis, honoribus et juribus dignitatis sue archiepiscopalis.

PUBLICATIO PRECEDENTIUM STATUTORUM.

In nomine Domini. Amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, et die sabbati intitulata vigesima mensis martii, reverendissimo in Christo patre et domino domino Ludovico, miseratione divina tituli Sancte Cecilie sancte Romane ecclesie presbytero cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, administratoreque perpetuo sancte Arelatensis ecclesie et principe, presidente, ac monasterii et abbatie Sancti Petri Montismajoris, ordinis Sancti Benedicti, Arelatensis diocesis, perpetuo commendatario feliciter existente, cunctis pateat inspecturis hoc presens publicum instrumentum, tam presentibus quam futuris, quod congregato venerabili capitulo dicte sancte Arelatensis ecclesie, paulo post horam tertiarum, in domo capitulari, in qua consuetum est capitulum congregari, mandato quidem dicti reverendissimi domini administratoris, in quo quidem capitulo presentes fuerunt dictus reverendissimus in Christo pater et dominus dominus administrator, reverendus pater, venerabilesque et religiosi viri domini Jacobus de Pennis, decretorum doctor, prepositus, Arnaldus Bagueti, in decretis baccalarius, archidiaconus, Petrus Sancholi, sacrista, Ysnardus de Aqueria, archipresbyter, Guigo Olivarii, in decretis baccalarius, infirmarius, Johannes Olivarii, precentor, Raymundus Augerii, prior Sancti Laurentii, Stephanus Nigri, prior Sancti Jacobi de Alvernico, Guilhermus Boeti, prior de Marinhana et de Vitrola, Johannes Mugnerii, prior de Comis et prior claustralis, presbyteri, Egidius Bernardi, Anthonius Genoyni, Firminus de Equabus, et Philippus de Donino, novitii, dicte sancte Arelatensis ecclesie canonici, necnon domini Petrus de Gardella, Raymundus Anthonii, presbyteri in eadem ecclesia benefficiati in capite, Raymundus Marini, pro dnis Johanne Cortesii et Richardo Bertrandi, Jheronimus Ymberti, pro domino Thoma de Burgundia, curatus Sancti Martini, pro domino Bernardo Vaque, Jacobus Arnaudi, pro domino Francisco Fabri, Johannes Loysoni, pro domino Johanne Fenaudi, et Jacobus Contestini, pro domino Johanne Gensolis, in eadem ecclesia beneficiatis, procuratores et servitores dominorum de numero viginti presbyterorum benefficiatorum in ecclesia Arelatensi predicta, memoratus reverendissimus dominus administrator, post plura verba consolatoria ad laudem Dei et ejus divini cultus augmentum, ac honorem ecclesie antedicte concernentia, ibidem caritative exposita atque dicta, ordinationes et statuta precedentia in presenti caterno descripta edidit, ore proprio publicavit, eaque precepit et mandavit tenaciter observari, sub penis in eisdem statutis et ordinationibus declaratis. Hac premissa protestatione quod si sint in eis aliqua sue jurisdictioni prejudiciabilia, etiam et capitulo antedicto, juxta antiquas observationes, que reparatione indigerent, quod illa possit corrigere et interpretari absque lesione utriusque partium predictarum, dicti videlicet reverendissimi in Christo patris et capituli ; quam quidem protestationem dicti reverendissimus dominus administrator et capitulum admiserunt, et de premissis petierunt eis et cuilibet ipsorum publicum, si necesse fuerit, fieri instrumentum per nos notarios infra scriptos. Lecte fuerunt dicte ordinationes et publicata statuta predicta in

predicta domo capitulari, presentibus et audientibus dominis canonicis et presbyteris supra dictis, necnon venerabilibus et nobilibus viris dominis Stephano Planerii, in decretis licenciato, archidiacono Ebredunensi, Johanne Blondelleti, baccalario formato in sacra theologia, decano ecclesie Turonensis, Johanne de Pomo, priore claustrali supradicti monasterii Montismajoris, in decretis baccalario, Guillelmo Blegerii, sacrista ecclesie Vasionensis, in utroque jure, Guillelmo de Castellano, in legibus baccalariis, Petro Charnerii, Henrico de Bona, Johanne de Mara, priore Sancti Juliani Arelatis, Glaudio de Monteforti, et Francisco de Bardonenchia, diocesis Gebennensis, testibus ad premissa vocatis, et me Petro Bertrandi, curie archiepiscopalis et metropolitane Arelatensis notario et scriba, qui de mandato dicti reverendissimi in Christo patris domini administratoris et in comitiva providi viri magistri Guillelmi Bertrandi, dicte curie notarii et scribe, de premissis notam sumpsi.

Arch. du chap. d'Arles. Reg. *Recueil de diverses pièces*, f° 163 ss. Reg. *Hosties et Statuts*, f°s 753 ss. et 780 ss. Bonnemant, *Cart.*, t. II, p. 749-57.

2970 31 août 1435.

Sententia de punctuaturis benefficiatorum, *etc.*

Nos Petrus, miseratione divina Lodovensis episcopus et comes Montisbruni, reverᵐⁱ in Christo patris et domini dni Ludovici, eadem miseratione tituli Sancte Cecilie sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis, administratoris perpetui sancte Arelatensis ecclesie, in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis, judex et commissarius . . . .

Item, cum ecclesia hec sancta Arelatensis, imo et tota civitas, aliquo magno orologio pro horis melius dicendis et aliis cunctis in melius reformandis, quod per totam civitatem, imo et partem territorii, audiri possit, indigeant, et pro confectione unius talis orologii seu in augmentum ipsius prefatus reverᵐᵘˢ dominus noster cardinalis Arelatensis centum florenos concesserit et donaverit, et iidem capellani etiam de proprio exposuerint jam fere quinque flor.; et cum, sicut magister Isnardus Vivit, magister dicti orologii, refert, adhuc deficiant circa centum floreni, idcirco sub simili excommunicationis pena, quam pariter ferimus in iis scriptis, volumus, pronunciamus, declaramus, ordinamus, decernimus, precipimus et mandamus, quod de predictis punctuaturis nunc debitis, ante omnia, recipiantur a debitoribus earum in festum beati Michaelis proxime venturum, juxta portionem seu partem cujuslibet ex debitoribus predictis, centum floreni pro dicto orologio, tradendi per dictos precentorem et procuratorem capellanorum predictorum magistro Isnardo, indilate post earum recuperationem, per vener. virum dom. Guilhermum Blegerii, sacristam Vasionensem, cum concilio dict. precentoris et procuratoris dict. capellanorum ordinandum.

Item, considerantes quod etiam alias de dictis punctuaturis fuerint recepti centum floreni pro campana anno preterito in hac ecclesia refacta, et nunc alii centum de dictis punctuaturis pro dicto orologio recipientur, volumus,... precipimus et mandamus, sub dicta pena, quod de omnibus et singulis pecuniis ex dictis punctuaturis usque in presenti debitis seu restantibus ad debendum, expectent et pertineant ad capellanos pro duabus, et ad vener. capitulum predict. pro tertia partibus, exigendis per dom. priorem de Principali Arelatis, quem ad hoc presentium tenore eligimus et deputamus, quique in nostri presentia fidelitatis prestitit juramentum, quos, exceptis pauperibus ad nostram, seu dicti dni vicarii vel officialis Arelat. cognitionem, fideliter colliget et recuperabit, et ven. capitulo unam et alias duas partes integre ad plenum, sub dicta pena, procuratori dict. capellanorum, in et ad utilitatem dict. reparationum, realiter, ut infra cavetur, assignabit....

Arch. du chap. d'Arles, expéd. Bonnemant, *Cart.*, t. II, p. 314-6.

2971 31 octobre 1436.

Venˡᵉˢ et religiosi viri dni Ynardus de Aqueria, archipresbiter, et Guillelmus Lemosini, precentor ecclesie Arelaten., deputati ad regimen sequestri (prepositure sᵉ Arelat. ecclesie) per commissarium apostolicum,... inceperunt ministrare victum seu alimenta dnis canonicis et aliis servitoribus..., quemadmodum prepositus tenens administrationem comunem facere tenetur et debet, die xviiᵃ aprilis a. D. M. IIIIᶜ XX secundi *jusqu'au 16 avril de l'an. suiv.; et Guillaume Glause, sacristain, administra la prévôté l'année qui suivit.*

Étendu de Pierre Bertrandi. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 191-4.

2972 10 janvier 1436/7.

Dnm Jacobum de Penis, decretorum doctorem, prepositum [Arelaten.], *procureur des moines de St-Victor.*

Protoc. de Nic. Aymar, 1436, f° 231 (M. de Laget).

2973 28 janvier 1438.

Les co-seigneurs de St-Chamas, Cornillon et Confoux se sont vainement adressés à l'évêque de Lodève ac egr. decretorum doctori dno Jacobo de Pennis, preposito Arelaten., vicariis...

Voir ci-dessus, n° 1890, c. 804-5.

2974 11 mai 1439.

Nobilis Petrus de Rupemaura, filius nobilis quondam Trophimi de Rupemaura, de Arelate, condit suum testamentum, in quo hæredes instituit vener. Jacobum de Pennis, præpositum s. Arelaten. ecclesiæ, nobilem Alziassium Guigonis, avunculos suos, nobilem Johannem Romei et Nicolaum de Rupemaura, etiam nobilem, æquis partibus...

Protoc. Michaelis Grimaudi, not. Arelatis, f° 16. « Ex codicillo ab ipso nob. Petro de Rupemaura constat præfatum Nicolaum de Rupemaura esse consobrinum suum et Johannem Romei avunculum » (ibid., f° 21). « Dictus Petrus de Rupemaura jam obierat die 21 octobris, cum in eodem Protoc. (f° 54 v°) legatur intimatio codicilli præfati nob. quondam Petri de Rupem., facta per nob. Nicolaum de Rupem. nob. Elziario Guigonis » (Bonn.)

2975 2 janvier 1439/40.

... Confrontatur cum vinea reverendi patris dni Jacobi de Pennis, decretorum doctoris, prepositi sancte Arelaten. ecclesie.

Arch. des B.-du-Rh. Ch. Domin. d'Arles Orig. parch.

2976 9 janvier 1439/40.

Jacobus de Pennis, decretorum doctor, præpositus s[æ] Arelaten. ecclesiæ, in suo ultimo testamento vult fieri retabulum, et unam capellaniam fundat sub honore Sancti Augustini in ecclesia Sancti Trophimi ; hæredem instituit capitulum dictæ ecclesiæ...

Reg. Bernardi Pangonis, not. Arelatis (Bonn.)

2977 10-1 janvier 1440.

Anno a Nativit. Dni 1440, die dominica intitulata decima januarii, Jacobus de Pennis, decretorum doctor, præpositus Arelatensis, obiit. Die lunæ sequenti, ejus cantare fuit solemniter celebratum ; fuerat sepultus die qua obierat.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, 2e p., n° 231 (Bonn.)

2978 1443.

Acquisition de la maison de Jacques de Penne, ancien prévôt de l'église d'Arles, contiguë au palais, pour servir de maison commune. — Elle fut démolie et reconstruite en 1455.

Arch. de la ville d'Arles (*Le Musée*, 1868, p. 21)

GUIGUES Olivier. 1440.

2979 12 janvier 1440.

Die vero martis, quæ erat duodecima ejusdem mensis januarii, anni a Nativitate 1440, capitulum elegit in ejus [Jacobi de Pennis] successorem rever. patrem dom. Guigonem Olivarii, decretorum doctorem, præpositum Piniacensem, commendatariumque infirmariæ dictæ s[æ] Arelaten. ecclesiæ.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, 2e p., n° 231 (Bonn.)

Guigues Olivier figure comme prévôt de Pignans du 8 juil. 1439 au 24 sept. 1456 ; il fut privé (sans effet) de sa dignité par Eugène IV pour avoir adhéré au concile de Bâle. La prévôté d'Arles échut bientôt au suivant.

2980 20 décembre 1444.

Collatio capellaniæ per dom. Guigonem Olivarii, decretorum doctorem, præpositum Piniacen., in spiritualibus et temporalibus totius archiepiscopatus Arelaten. pro rev[mo] in Chr. patre dno Johanne, miser. div. s[æ] sedis apostolicæ prothonotario et s[æ] Arelaten. ecclesiæ administratore, vicarium generalem....

Protoc. Michaelis Grimaudi, not. Arelatis, f° 39 (Bonn.)

2981 26 mars 1446.

Eugenius, etc. dil. filiis decano et archidiacono ecclesie Arelaten., salutem, etc., *pour conférer au cardinal Nicolas* [*Acciapaccio*] *l'infirmerie de l'église d'Arles, qui vaquait par la promotion de Guigue Olivier à Pignans, et que celui-ci néanmoins avait retenue pendant six ans et au delà.*

Arch. Lateran. Eugen. IV. 1446, an. xvi, lib. 212, f° 245 v°.

JEAN III Arbalète. 1440-1479.

2982 ? mars 1440 [/1 ?]

Anno ab Incarn. Dni MCCCC quadragesimo et die mensis marcii, auctoritate apostolica fuit receptus in canonicum et prepositum hujus ecclesie rever. pater dom. Johannes Albaleti, decretorum doctor, canonicus et prior claustralis ecclesie Avinionensis.

Chap. d'Arles. Reg. *Lettres et écritures diverses*, f° 265 : « Receptio et introytus canonicorum s[e] Arelaten. ecclesie et obitus eorumdem ».

2983 29 mars 1441.

Dno Johanni Albareti, decretorum doctori, preposito Arelaten.; *reconnaissance.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 54.

2984 8 mai 1443.

Raynoardus Textoris, apotecarius, confessus fuit se debere rever. patri dno Johanni Albaleti, decretorum doctori, preposito s[e] Arelaten. ecclesie, iii florenos....

Protoc. Michaelis Grimaudi, not. Arelatis, f° 14 (Bonn.)

2985 15 octobre 1444.

Johannes Albaleti, decretorum doctor, s[e] Arelaten. ecclesie prepositus, vicarius generalis dicte ecclesie in spiritualibus et temporalibus per rev. in Chr. patr. et dom. d. P., miser. div. Albanen. episcopum, SS. R. E. cardinalem de Fuxo vulgariter nuncupatum, sedis apostolice legatum, specialiter deputatum in Arelat., Aquen., Ebredun. et aliis provinciis, delegatus, capellaniam dno Conrado de Cruce confert.

Protoc. Michaelis Grimaudi, not. Arelatis, f° 11 v° (Bonn.)

2986 4 octobre 1445.

Dom. Johannes Albaletti, decretorum doctor, prepositus sancte Arelatensis ecclesie ; *procès.*

Archev. d'Arles. Chartrier de Mayranne, n° 45.

2987 3 janvier 1446/7.

Johannes Albaleti, prepositus Arelaten.

Arch. des B.-du-Rh. Ch. des Domin. d'Arles.

2988 2 mai 1447.

Rev. in Chr. pater dom. R., miser. div. Tiberiaden. episcopus, vicarius generalis et renderius tocius archiepiscopatus Arelaten., vendidit rev. patri dno Johanni Albaleti, decretorum doctori, præposito ecclesiæ Arelat., omne jus decimæ sive quarantenum agnorum et edulorum hoc anno natorum, tam in præsenti civitate Arelatis quam in loco de Vaqueriis, ad dom. archiepiscopum Arelat. pertinentem, pretio 140 floren. auri.

Protoc. Michaelis Capucii, not. Arelatis (Bonn.)

2989 Avignon, 4 juillet 1447.

Dnm Johannem Albaleti, decr. doct., prepositum... ; *accords avec le chapitre sur l'administration* bonorum mense capitularis, et anniversariorum. *Passés à Avignon, au palais apostol., en présence du cardinal de Foix, légat.*

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, n[os] 225 et 226.

2990 19 février 1447/8.

Protestatio facta ex parte rev. patr. dni Johannis Albaleti, s^e Arelaten. ecclesie prepositi, in choro ejusdem ecclesie, coram Johanne Olivarii, precentore et locumtenente r. in Chr. p. et d. d. Roberti, archiepiscopi Aquen. et vicarii generalis totius archiepiscopatus Arelaten....

Protoc. Michaelis Grimaudi, not. Arelatis, f° 134 (Boss.)


2991 18 avril 1448.

Johannes Albaleti, prepositus Arelaten., constituit procuratores ad recipiendum ejus nomine jura que habet, ratione dicte sue prepositure, in Bellicadro...

Protoc. Michaelis Capucii, not. Arelatis (Boss.)

2992 4 décembre 1448.

Nos etiam Joannes Arbaleti, decretorum doctor, prepositus s^e Arelaten. ecclesie et vicarius in spiritualibus et temporalibus ac officialis generalis ejusdem, *et trois autres attestent par l'apposition de leurs sceaux la sincérité du procès-verbal de l'invention des reliques des Saintes-Maries de la Mer, dressé par ordre du cardinal de Foix.*



Faillon, *Mon. inéd. de s^t Marie-Madel.*, t. II, c. 1281-2. Blancard, *Iconogr.*, p. 131. Un exemplaire original de cette procédure est conservé au presbytère des Stes-Maries, cahier de parchemin in-4° de 36 feuillets, les 2 premiers et les 4 derniers blancs ; il ne subsiste que six sceaux.

2993 29 avril 1449.

Dom. Johannem Albaleti, prepositum.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 234.

2994 20 mai, 7 juin 1449.

Rev. patri dno Johanni Albaleti, decret. doctori, preposito s. Arelat. ecclesie, vicario gener. et officiali totius archiepiscopatus Arelat., sede vacante, constituto... per ven. capitulum.

Voir ci-dessus, n°s 1956-7, c. 842.

2995 27 juin 1452.

Sentence rendue par Guillermus Ruffi, decretorum doctor, Beate Marie de Insula et Sancti Agricoli Avinion. ecclesiarum prepositus et decanus, ac officialis judexque et commissarius apostolicus, *réglant que les oblations faites à l'église de St-Trophime d'Arles, en dehors des messes solennelles, appartiendront au chapitre, mais devront être employées à la réparation des édifices, du campanile et des vêtements sacrés; celles faites aux messes, tant solennelles que privées, seront la propriété du sacristain; le titulaire actuel,* Bertrandus Grasseti, *est condamné à restituer ce qu'il a perçu depuis un an.*

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 28, orig. parch.

2996 6 juin 1453.

Sur l'appel du sacristain, Petrus de Valle, ecclesie principis apostolorum Rome canonicus, *annulle la sentence précéd. et condamne le chapitre aux dépens.*

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 29, orig. parch.

2997 Arles, 18-21 novembre 1453.

Vener. et relig. vir dom. Bertrandus Grasseti, in decretis baccallarius, *sacristain d'Arles, et le chapitre prennent pour arbitre* dom. P[etrus], Albanen. episcopus, s. Romane ecclesie cardinalis de Fuxo, vigarius et legatus SS. d. n. pape, archiepiscopusque s. Arelaten. ecclesie et princeps, *qui décide : 1° les oblations dites* missales *et les autres offertes aux autels appartiendront au sacristain ; des autres on fera trois parts, deux au chapitre pour la fabrique, la 3e au sacristain pour l'utilité de la sacristie. Les images et les cierges resteront appendus ; l'argent donné à la fabrique sera appliqué à l'œuvre de l'église ; les objets précieux, tels que calices, patènes, croix, images et tous autres d'or ou d'argent, chasubles, livres, parements d'autels, vêtements, appartiendront à l'église ; présents* egreg., vener. et eminent. viris dnis Geraldo de Marinis, camerario, Guillelmo Blegerii, in decretis licent., vicario Arelat., et Garcia de Mota, thesaurario gener. et secretario d. cardinalis et legati,...

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n°s 30-1, orig. parch.

2998 10 avril 1454.

Demande de la sécularisation du chapitre de Saint-Trophime, vivant sous la règle de Saint-Augustin : pro reductione canonicorum dicte ecclesie regulariter in habitum seculare.

Arch. de la ville d'Arles (*Le Musée*, 1868, p. 21 ; 1874, p. 240).

2999 15 avril 1454.

Les syndics de la ville d'Arles n'approuvant pas la sentence arbitrale précéd., en tant que portant préjudice à l'université de la cité, présentent vener. et emin. viro dno Guillermo Blegerii, in decretis licenc., sacriste Vasionen. et vicario generali tocius archiepiscopatus Arelat., nobiles Johannem Porcelleti et Hugonem Blancardi, de Arelate, *élus par le conseil pour gardiens de l'œuvre de l'église et receveurs des oblations qui lui reviennent.*

Chartrier de la sacr. de l'égl. d'Arles, n° 32, orig. parch.

3000 6 mai 1454.

Bertrand Grasseti, *sacristain de l'église d'Arles, cède* operi seu fabrice ecclesie Arelat. rev.que patri dno Johanni Alballeti, decret. doctori, preposito, *et aux autres chanoines ce qui lui revenait des oblations de cire.*

Voir ci-dessus, n° 1921, c. 826-7.

3001 7 mars 1454/5.

Dom. Johannes Alballeti, decret. doctor, prepositus.

Chap. d'Arles. Chartrier des Paroisses, t. II, n° 345.

3002 22 août 1468.

Dom. Guillelmus Juliani, de Arelate, canonicus s^e ecclesie Arelat., existens Avinione ad studium, sicut

Deo placuit, decessit et dies suos clausit extremos, *le 20 précédent ; son frère demande au chapitre qu'on accepte son fils Jacques pour succéder à son oncle : accepté unanimement.*

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. I, p. 236.

3003 12 février 1472.

Inventaire des biens du chanoine Dieulefil.

... Noverint etc. quod cum, sicut ponitur, post mortem dni Petri Dieu lo fes, fuerunt bona ejus inventarisata et demum commissa dno Guillelmo Monerii, canonico, qui de consensu capituli majorem partem illorum, scil. mobilium, vendidit publicum ad inquantum ... Hinc ... constituti in loco capitulari ... dni Anthonius Malcane, sacrista, Petrus de Plano, archipresbiter, et Giraudus Francherii, canonici s° Arelat. ecclesie, commissarii ex parte capituli ut duperant' deputati,... confessi fuerunt habuisse a dno Guill. Monerii, canon., de bonis dni archipresbiteri quondam dni Petri Dieu lo fes, que non fuerunt vendita, primo ea que sunt designata in nota precedenti, tradita dno moderno archipresbitero : Primo duos tratellos de alba, pro mensa pauperum. Item, unum postem nucis, longitudinis x palmorum. It. unum aliud *(sic)* Breviarium sive Vademecum brevis forme. It. quemdam parvum librum in pergameno Ora[t]i[on]um. It. librum Stat[ut]orum. It. librum de Quatuor novissi[mi]s. It. librum Institucionum chori ecclesie Arelat. It. librum profacie Jeremie et sonpniorum Danielli' in papiro. It. librum de aliquibus sanctis. It. alium librum papiri de meditacionibus Passionis. It. unum romencium (*d'abord* romenss) in papiro. It. Thesaurum pauperum in papiro. It. alium librum papiri de vitis aliquorum. It. librum pergameni de Sacramentis ecclesie. It. librum diversarum Orationum. It. librum papiri de Psalmis penitencialibus. It. incohacionum unius Missalis in pergameno. It. Exposiciones euvangeliorum in pergameno. It. librum de *la Bella Dame sans merci*. It. librum debitorum et romancium ipsius dni Petri quondam. It. alium librum memorialium. It. unum alium librum memorialium. It. librum de Fabulis. It. similem librum antiquum. It. asterium continens limitaciones territorii Malmissane. It. prosa nota in pergameno *Juste judex*. It. librum trantenarum beati Gregorii. It. Statuta beati Ludovici. It. unum Breviarium in pergameno. It. liber in papiro cantus organi. It. alius liber de cantu. It. Vitas patrum in xx sesternis. It. liber dictus Alexander. It. Speculum ecclesie. It. Statuta dni Johannis de Lengis, reformationis [= r-toris] apostolici. It. librum passionum notatarum. It. compromissum in causa oblationem [= o-num]. It. copia cujusdam compromissi. It. ordinationes conssilii Basiliensis. It. regula beati Augustini. It. Statuta dni Johannis de Len[g]is. It. inventarium bonorum capituli. It. Statuta provincialia. It. unum Colletarium. It. quinque cloquearia picta cum uno escud' de opere Turchorum. It. unum fausilh manu buatum. It. unum lichet. It. duas stagines, quarum una est fouta (*d'abord* perforata). It. unam lichafroya. It. duo retabila posita in capp[e]lla. It. unam rotam orologii ferream. It. unam peciam ferri albi. It. unum morterium marmoream. It. unum buffetum nucis. It. unam dortam cuppri copertam caper'e' unius broci. It. unum candelabrum de letono et denum dies. It. sex sartellas stangni, signatas signo hoc *(rien)*. It. unam bassinam lothoni. It. unum tyanum de cupro. It. unum stalfarium cupri cum copertorio. It. unum cornetum ferri ad flamandum carnes. It. duos cafures cum fileis guercoris. It. unum circulum cortine pictum, in quo sunt xj JHS, positum [in] ecclesia ad magnum altare. It. duas mappas altaris, que sunt in servicio cappelle. It. unam taceam argenti, cum uno clocheari et uno forcato argenti, ponderan. simul novem uncias et xiij den. It. unam jonam argenti, cum decem clavis et morde... et bocha, ponderan. tres uncias et ix den. It. unum pomum de cristallo. It. quamdam bursam contextam ex auro, cum quatuor ymaginibus, infra quam reperierunt (*d'abord* r-iuntur) quamdam crucem argenteam cum crucifixo de argento, et in pede alius crucifixus cum ymaginibus Marie et Johannis, et infra dictam crucem est de ligno Crucis, ut dicitur, et sunt iiij^or perle in eadem cum suo estud'. It. circa mediam libram zucaris, quum habuit dns Philoppus in suo primo prandio. It. unum sarratorium libri de argento, cum diversis clavellis argenti. De quibus.. dict. dom. Guillelmum... liberaverunt... Actum Arelate... Item plus habuit quatuor platos novos, octo scutellas platas novas, unum pitalfum duorum pichetorum, excambiatos pro quinque platis, octo scutellis et novem scutelloris antiquis. It. unum platum antiquum. It. quosdam alios libros, tres ante quam modo...

Bonnemant, *Cart. du chap.*, t. I, p. 361, minute orig.

3004 19 novembre 1473.

R^mo in Chr. p. et d. d. Philippo, D. et s. sedis ap. g. tit. SS. Marcellini et Petri SS. R. E. presbit. cardinali, s^eque Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe presidente, *réception d'*Alziarius Autrici, *qui fait profession.*

Bonnemant, *Cart. du chap. d'Arles*, t. I, p. 35.

3005 26 décembre 1474.

Inventaire des reliques renfermées dans la sainte Arche.

L'an M.CCCC.LXXIIII et le xxvie jour de décembre, jour que l'on faict feste de monsieur sainct Estienne, a esté beniste l'Arche neufve faicte d'argent doré, et dans icelle ont esté mis les ossements comme s'ensuivent, et ça esté par monsieur le reverendissime Anthoine Guiramandi, moyne de Sainct Victour de Marceille, prieur de Roumette, vicaire général de monsieur Phelippe de Levis, cardinal de la saincte Esglise Roumagne et archevesque d'Arles ; et au dedans la dicte Arche de ciprès on a treuvé l'epitaphe que s'ensuit, escript en parchemin :

« Icy gist le corps de sainct Trophime,
et de la robe de Nostre Seigneur Jhesus Christ,
de la robe de Nostre Dame,
de la couronne d'espine de Nostre Seigneur,
des reliques et ossements des Innocents,
du vin aigre et du fiel que beut Nostre Seigneur,
de l'esponge qu'il feut abruvé,

du pain que Nostre Seigneur rompit et bailla à ses Apostres,
de sainct Jehan Baptiste,
de sainct George,
de saincte Cecile et de ses vestemens,
de sainct Jullian et de son manteau,
de saint Theodouret. »

Ces choses ont esté remises au dict arche neufve, l'an et jour que dessus, presants monsieur Anthoine Samson, autrement dict Maucane, secrestein, et Pierre de Plano, licentié ez droicts, archiprestre, et Guillaume Mounery, prieur de Chasteau Neuf, et Alziar Aultrici, chanoynes d'Arles, et de monsieur Jehan Bastonis, bachellier et conseilher de ceste ville, et ouvrier de la dicte esglise, et de Anthoine Feti, orphévre, qui a faict la dicte arche toute de neuf, comme elle est. MCCCCLXXIIII et le xxvi de descembre. »

Portefeuille de Sire Agard, orphevre d'Arles. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 28.

3006 13 avril 1478.

R. P. D. Johannes Albaleti, decretorum doctor, præpositus s^{æ} Arelaten. ecclesiæ et prior S. Salvatoris de Fossis, arrendavit fructus beneficii sui de Fossis, ad tempus quatuor annorum, pretio cujuslibet anni 180 floren...

Reg. Imberti de Monnay, not. civit. Martici, f° 109 (Bonn.)

3007 Arles, 22 février 1478/9.

Donation d'un verger par le prévôt à l'archiprêtre.

Anno dominice Incarnationis millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo et die vicesima secunda mensis februarii. Noverint universi etc. quod reverendus pater dom. Johannes Albaleti, decretorum doctor, prepositus sancte Arelatensis ecclesie, gratis per se et suos in prepositura dicte ecclesie successores, certis de causis animum suum, ut dixit, moventibus, et amore ac contemplacione relig. et vener. viri dni Petri de Plano, in decretis licentiati, archipresbiteri dicte ecclesie, ibidem presentis, dedit, donavit, cessit et remisit, ac perpetuo desamparavit donatione pura, mera et irrevocabili, que fit et fieri dicitur inter vivos, vim insinuationis judicialis habente, et perpetuo valitura et numquam revocatura, prefato dno Petro de Plano, archipresbitero dicte ecclesie, ibidem presenti, stipulanti et solemniter recipienti pro se et suis in dicto officio archipresbiteratus successoribus, videl. unam particulam viridarii, dicte prepositure, sive unum quadrum dicti viridarii contiguum viridario et coquine dicti archipresbiteratus, continentem sive continens in latitudine duas cannas et tres palmos et in longitudine quinque cannas vel circa, confrontantem ab oriente cum viridario dicte prepositure, a meridie cum carreria publica que est inter ipsum viridarium et menia civitatis Arelatis, ab occasu cum viridario dicti archipresbiteratus, et a borea cum coquina dicti dni archipresbiteri, et cum aliis etc.; dedit, inquam, dictus dom. prepositus eidem per se et suos, etc. ut supra eidem dno archipresbitero, presenti et stipulanti pro se et suis, ut supra, dictam particulam sive quadrum viridarii, una cum omnibus juribus et pertinentiis suis universis, etc., francum in allodio, etc.; de qua se devestivit, etc. et eumdem dom. archipresbiterum investivit, cum pacto tamen quod dictus dom. archipresbiter teneatur et debeat suis sumptibus facere parietem unum inter viridarium dicte prepositure et particulam supra donatam. Renuntiavit etc., juravit etc. De quibus etc. Actum Arelate, in domo dicte prepositure et in camera dicti dni prepositi, presentibus ibidem magistris Colino Alexandre, fabro, et Johanne Bruneti, roderio, civibus Arelatis, testibus etc.; et me Philippo Mandoni, notario publico, etc.

Protoc. de Phil. Mandoni, 1477-8. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 37.

3008 Arles, ? avril 1479.

Fin du n° 2982 : Decessit idem dom. prepositus anno Domini MCCCCLXXIX et die mensis aprilis. *Voir le n° suivant.*

GUILLAUME III Monier, 1479.

3009 2 mai 1479.

Anno 1479, die 2 maii, vacante prepositura s^{e} ecclesie Arelaten. per mortem R. P. D. Johannis Albaleti, decretorum doctoris, ultimi prepositi, qui his diebus obiit in domo sue prepositure, est congregatum capitulum per relig. virum dom. Alziassium Autrici, canonicum, priorem ecclesie S. Martini Arelatis et priorem claustralem ejusdem s^{e} Arelat. ecclesie; et electus est per majorem partem capitulantium religiosus vir dom. Guillelmus Monerii, in decretis baccalarius, dicte s^{e} ecclesie vestiarius, in prepositum ejusdem.

Protoc. Johannis Seguini junioris, not. Arelatis (Bonnemant).

3010 1er octobre 1479.

Cum hodie d. Johannes Boche, canonicus s. Arelaten. ecclesie, obtinuerit licentiam a d. vicario rev^{mi} dni Arelat. archiepiscopi eundi ad studium in grammatica, hinc... rel. et ven. vir d. Anthonius Sanxonis, alias Malcane, sacrista... et ut firmarius communis administrationis mense capitularis.., promisit dicto d. Joh. Bochoni, canonico licet absenti, et nob. Bermoneto Boche, ejus patri, eidem... dare annis singulis, tamdiu quamdiu studebit in scolis grammaticalibus, pro sustentatione sue persone et necessariis victui suo, vid. flor. 16 mon. curr. in Provintia, inclusis in eisdem 6 flor. ejus vestiarii.

Protoc. de Phil. Mandoni, not., 1479-81, f° 45. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 60.

EUSTACHE de Lévis, archev., 1479-1489.

3011 1er août 1485.

Arrentement de la mense capitulaire à l'archiprêtre.

... Convocato et congregato ven. capitulo dom. canonicorum s. Arelat. ecclesie ad sonum campane, ut moris est, mandato ven. et rel. viri d. Nicholai Goerici, canonici et prioris claustralis ejusdem ecclesie, in quo capitulo fuerunt presentes rel. et ven. viri dni Jheronimus Raymundi, archidiaconus, Johannes Monachi, archipresbiter, Geraldus Faucherii, precentor, Sixtus

Sperandieu, infirmarius, dictus Nich. Goerici, prior claustr., Guilhermus Parade, Jacobus Juliani et Johannes Bochoni, canonici dicte s. Arelat. ecclesie..., majorem et saniorem partem dicti eorum capituli facientes...; qui..., nemine ipsorum in aliquo discrepante seu contradicente..., per se et eorum... successores arrendaverunt et titulo veri arrendamenti sive firme tradiderunt et concesserunt prenom. dno Johanni Monachi, archipresbitero,.. arrendanti, stipul. et solemniter recipienti pro se et suis heredibus et imposterum juris et rey successoribus.., videl. omnem communem administrationem mense capitularis dicte s. Arelat. ecclesie, sibi dicto d. Johanni Monachi nuper ad publicum inquantum, tamquam plus et ultimo offerenti ad combustionem unius candele cere in domo capitulari.. liberatam, ac omnes et quoscq. fructus, redditus, proventus, jura et emolumenta S. Martini de Cravo, S. Yppoliti, affaris de Valle quod fuit Jacobi Gaufridi quondam, totum affare B. Marie de Galinhano, S. Michaelis de Capa, S. Vincentii de Canoys, affaris de Coronata, herbagiaque et emolumenta cursorii predicti capituli siti in Cravo, vulgariter appellati Mollets, emolumenta sive rendam herbagiorum Petri de Vitello, bosci de Naberto, ac etiam herbagia seu rendam pratorum seu pasturarum affaris de Galinhano, pensionesque tam peccuniarum quam bladorum beneficiorum de Berra, de Marinhana, de Castronovo, de Ginhaco, de Vitrola, de Alvernico et de Sallone, et... alias pensiones... omnesque census et servitia... tam in Provincia quam in regno Francie, ac etiam laudimia et trezena..., nec non vineas... que fuerunt d. Johannis Pauleti, quondam canonici dicte s. Arel. eccl., tam in Cravo quam in Plano sitas, ac etiam omnes decimas bladorum, leguminum, vinorum, racemorum et aquarum... : ad tempus... 5 annorum incipiendorum die 1ª mensis junii proxime futuri..., pretio vero... 490 flor. pro singulo anno..., flor. singulo pro 16 sol. monete currentis in Arelate computato, solvendorum... de 4 mensibus et in 4 menses flor. 163 et gros. 4, in pace, sine lite et contradictione.

Sequuntur pacta, reservationes, conventiones, capitula inhite inter dictos dnos canonicos et capitulum... et Johannem Monachi, *qui déclare les avoir* ejus manu scripsisse. *Les chanoines se réservent* census, servitia, laudimia et trezena anniversariorum communium...., misse Nostre Domine, luminarie 12 cereorum et pictantie que solvuntur die festi s^t Johannis Bapt...; necnon censum 1 flor. quem servit... Petrus Raynoardi, pastor, pro quodam suo hospitio sito in Celata, quod fuit Stephani de Angelo quondam... *Suivent de nombreuses clauses concernant les distributions à faire aux divers membres du chapitre et la conservation de ses biens. Une seule est précieuse :* De archiepiscopo stulto. Item fuit de pacto quod dict. firmarius dabit et administrabit in festivitatibus SS. Thome apostoli, Johannis euvangeliste et Innocentium, panem et vinum tam pro Θ dni archiepiscopi Innocentium, alias Stulti, et suorum in cena cum congregatione sociorum, quam etiam pro prandio et cena illorum qui ipsis diebus dictum dom. archiepiscopum Innocentium seu Stultum associabunt, ut ex laudabili consuetudine est fieri assuetum.

Etendu de Phil. Mandoni, not. 1475-97. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 38-59.

3012 17 septembre 1485.

Absolution d'un chanoine accusé de meurtre.

Bulle du pape Innocent VIII adressée ven. fr. Mariano episcopo Glandaten., in Romana curia residenti. Apostolice sedis indefessa clementia lapsis, ad eam post excessus cum humilitate recurrentibus, personis ecclesiasticis, presertim sacre religioni astrictis, libenter se propiciam et benignam exhibere, et, dum id humiliter petierint, eis pietatis premium aperire consuevit. Exhibita siquidem nobis, pro parte dil. fil. Guillelmi Parade, canonici ecclesie Arelat., ord. S. August., petitio continebat quod cum ipse superioribus diebus, cum certis aliis sociis suis, hora tarda, solatii causa, cum ensibus, non tamen animo aliquem offendendi, ad locum publicum civitatis Arelat. accessisset, ac ipse et alii socii predicti tentassent ingredi cameram cujusdam meretricis et tandem illam ingressi fuissent, et invenissent in ea lenonem dicte meretricis, ac dictus leno nollet quod ipse et socii sui predicti in dicta camera permanerent, vocatis certis aliis lenonibus per vim compulerunt Guillelmum ac socios predict. ipsam cameram exire, et arma que Guillelmus et socii prefati secum habebant eis eripuerunt; cumque deinde prefatus Guillelmus inde discessisset, tantam injuriam passus, suadentibus id sibi sociis predictis, sequenti die similiter cum armis ad cameram predict. rediere, non tamen animo prefatum lenonem interficiendi, sed injuriam eis illatam in aliqua parte vindicandi, et tandem, cum prefatum lenonem invenissent, ac sibi et sociis suis vellet resistere, illum invaserunt et certis vulneribus taliter vulneraverunt quod die sequenti, sicut Domino placuit, expiravit. Cum autem... ignoretur quis Guillelmi et sociorum predict. vulnus hujusmodi intulerit, ac prefatus Guillelmus de premissis, in quibus aliter quam ut premittitur culpabilis non fuit, doluerit et doleat ab intimis, cupiatque ex magno devotionis fervore in susceptis per eum ordinibus ministrare, ac pro anime dicti defuncti salute Altissimum exorare, pro parte ipsius Guillelmi, qui, ut asserit, de nobili genere ex utroque parente procreatus et ordinem ipsum expresse professum extitit, necdum vicesimum quartum sue etatis annum actigit, ac locum et canonicalem portionem dicte ecclesie in titulum et quamdam perpetuam capellaniam in ecclesia St Cesarii extra muros Arelat.... ex concessione et dispensatione apostolica in commendam obtinet, nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsum a reatu homicidii, si quid incurrit, absolvere secumque super irregularitate... dispensare... de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur. actendentes quod ejusdem sedis exuberans clemencia non consuevit veniam petentibus denegare,... fraternitati tue, cum dictus Guillelmus in Romana curia resideat de presenti,... committimus et mandamus quatenus eumdem G. absolvas in forma Ecclesie consueta, injunctis sibi pro modo culpe penitencia salutari et aliis... Dat. Rome, apud S. Petrum, a° Inc. dom. 1485, 15 kal. octobris, p. n. a. secundo.

Arch. de M^rs de l'Estang, dans l'acte d'absolution de Guillaume Parade par l'évêque de Glandèves, à Rome, le 28 du même mois. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 16, qui ajoute : « Le pape Alexandre VI, successeur d'Innocent VIII, permit aud. Guil. Parade la célébration de la messe, par bulle, donnée à Rome, « apud S. Petrum, an. Inc. dom. 1492, 7 kal. sept., p. n. a. primo ». Les motifs qui

engagèrent ce *très saint Père* à lui accorder cette grâce étoient entre autres que led. Parade « nullum vulnus defuncto intulerat, quodque prefatus leno in media nocte vel circa percussus fuerat, tempore quo nulli vel pauci vigilabant, et quod nulli alii, preterquam ipsi interfectores, huc aderant; insuper quod leno predictus de dicta civitate Arelat. oriundus non erat, neque ibidem filios, uxorem aut aliquem qui de morte sua conquereretur, reliquerat; et quod ipse Guillelmus cupiebat ex magno devotionis fervore in dicto altaris ministerio ministrare ac pro anime dicti defuncti salute Altissimum exorare » (orig. avec sceau en plomb dans les mêmes archives). « Guillaume de l'Estang fut dans la suite archidiacre de l'église d'Arles et mourut le 18 juil. 1516 ».

3013 14 août 1487.

Réception et installation de Guilhermus Viennesii, in decretis bacal. et in s^{e} Arelaten. ecclesia de numero xx beneficiatus, *nommé au canonicat de* Petrus Raymundi *par* Constantinus, D. et apost. sed. g. episcopus Spoletanus, rev^{mi} in Chr. patr. et dom. d. Juliani mis. div. episcopi Hostien. etc., locumtenens et gubernator generalis etc. *en date d'Avignon, le 7 du même mois; les chanoines*, habito prius consilio inter eos, dictum d. Joh. Laurentii in canonicum et fratrem receperunt et admiserunt, et ibidem illico et incontinenti habitum regularem S. Augustini tradiderunt et eo eum induerunt; *on passe de la maison capitulaire à l'église en chantant le* Veni creator; *le récipiendaire* magnum altare.. obsculatus est... cum uno intortitio in manu, et postmodum fuit sibi assignatus locus in choro. *Ensuite* mag. Johannes Borriassii, notarius Avinionis, frater dicti d. Joh. Laurentii, *promet de donner à l'église* unam cappam bonam et novam, *à première réquisition.*

Protoc. de Phil. Mandoni, 1487, f° 76 v°. Suit (f° 77 v°) la profession du nouveau chanoine faite, le 18, « ante magnum altare : Ego frater Johannes Laurentii offerens trado me ipsum Deo et beate Marie, beato Trophimo et beato Stephano, et promitto obedientiam secundum canonicam regulam S. Augustini dompno Eustachio prefate ecclesie archiepiscopo et successoribus ejus quos sanior pars congregationis canonice elegerit ». Bonn., *Cart.*, t. I, p. 29.

GABRIEL DE SCLAFANATIS, 1489.

Il était évêque de Gap depuis 1484 (*Gallia christ. noviss.*, t. I, c. 515-6).

3014 Arles, 4, 7 mai 1489.

Anno 1489, die 4 madii, Gabriel de Sclafonatis, virtute litterarum apostolicarum, adeptus est possessionem prepositure s^{e} Arelaten. ecclesie; et die 7 eorumdem mensis et anni, arrendavit fructus prioratus sui de Fossis....

Protoc. Philippi Mandoni, not. Arelatis, f°s 21 et 24 v° (Bonn.)

GUILLAUME IV DE PÉRIER, 1489-1500.

3015 Rome, 22 avril 1489.

Bulles de Guillaume de Périer pour la prévôté d'Arles.

Voir le n° suiv.

3016 14-5 juillet 1489.

Anno 1489, die 14 julii, procurator R. P. D. Guillelmi de Pereriis, subdecani ecclesiæ Pictaviensis, decretorum doctoris, et virtute litterarum apostolicarum, quas ipse Guillelmus de Pereriis Romæ commorans obtinuit die x. kal. mensis maii ultime præteriti, commendatarii præposituræ s^{æ} Arelaten. ecclesiæ, vacantis per obitum R. in Chr. p. d. d. Eustachii, Arelaten. archiepiscopi et dictæ Arelat. præposituræ etiam commendatarii, requisivit canonicos capitulariter congregatos quod dict. Guillelmum de Pereriis admitterent in suum præpositum; et requisiti canonici responderunt quod, licet præpositura suæ ecclesiæ regi consueverit per canonicum regularem Sancti Augustini, non intendunt tamen sese opponere voluntati summi pontificis. Die immediate sequente, videl. 15 julii, idem procurator, nomine supra memorati Guillelmi de Pereriis, adeptus est possessionem præposituræ s^{æ} ecclesiæ Arelaten....

Reg. D Philippi Mandoni, not. Arelatis (Bonn.)

3017 2 septembre 1489.

Transaction entre les chanoines et les vingt bénéficiers.

Bonnemant, *Cart. du chap. d'Arles*, t. II, p. 39.

3018 1er décembre 1489.

Par une bulle adressée à l'archevêque, le pape Innocent VIII sécularise le chapitre de St-Trophime : ... pauci viri, nobilitate generis et litterarum scientia præditi, aliisque virtutum donis insigniti reperiuntur, qui in ecclesia Arelaten., ordinis S. Augustini,... ordinem ipsum in perpetuum profiteri et ad illius regularis disciplinæ observantiam se obligare velint, præsertim non inscii quod inibi regularia instituta prædicti ordinis servare et animarum suarum salutem commode consequi nequeant....

Saxi, *Pontif. Arelat.*, p. 375-7. Cf. n° 3022.

3019 6 février 1489/90.

Ratification du chanoine Elzéar Autric à son élection au siège épiscopal d'Apt.

Anno quo supra, et die sexta mensis februarii, noverint etc. quod venerabilis et religiosus vir dom. Alziarius Autrici, canonicus et vestiarius sancte Arelatensis ecclesie, ac electus Aptensis, informatus de licentia sibi nuper per dom. locum tenentem generalem Arelatensis archiepiscopi data, petente et procurante, ac instante ven. relig. dno Guilhermo Monerii, sacrista Arelatensi, ejus procuratore, videl. ad consentiendum electioni facte de eodem dno Autrici in episcopum Aptensem, ut latius constat nota sumpta per me sub anno presenti et die tricesima januarii, illam licentiam et omnia in ea contenta ratificavit, approbavit, emologavit et confirmavit, illamque ratam et gratam habuit. De quibus. Actum supra gradus ecclesie predicte Arelatensis, presentibus dnis Jacobo Recubelli, presbitero, et Johanne de Pomayrolis, in decretis bacalario, testibus etc. et me Philippo Mandoni, etc.

Protoc. de Phil. Mandoni, not., 1489, f° 156 v°. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 32. Voir *Gallia christ. noviss.*, t. I, c. 271 et instr. c. 171-2.

3020 15 juillet 1490.

Rev^{mo} in Chr. p. et d. d. Nicholao, mis. div. s. Arelaten. ecclesie archiepiscopo et principe feliciter exis-

tente,... Placidus de Ravaldis, decret. doctor, vicarius gener. archiepiscopi.

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. I, p. 33.

3021 20 août 1492, 7 août 1494.

Deliberationes capituli s^e Arelaten. ecclesie, ratione secularisationis ejusdem.

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. II, p. 1.

3022 30 mai 1498.

Anno Domini M°.CCCC.LXXXXVIII° et die xxx mensis maii, de concensu et voluntate dominorum de capitulo, in quo fuerunt presentes egregii personaliter dni archipresbiter, thesaurarius, Azani, Goerici, Boche, Laurencii, Corente, de Turri, Aguinaudi, fuerunt data statuta nova edita in suppressione habitus, in pergameno scripta, rever^mo domino Arelatensi, una cum bulla dicte suppressionis concessa per sanctissimum dominum nostrum papam Innocentium nomine octavum, et data Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice M°.IIII^c octuagesimo nono, kalendis decembris, pontificatus nostri anno sexto, notario J. Lilius.

Et dicti domini supra dicti dictam bullam, cum statutis, dno rev^mo Arelatensi portaverunt.

Sequuntur pecunie recepte per dom. vestiarium a capitulo Arelatensi, pro redimendo bulam suppressionis habitus, que erat in banco Baptiste de Ponte, campsoris Avinionis : in florenis Alamanie, cxxii ; in uno floreno de las Alia'ss, i; in ducatis, xxi; in scutis regis sine sole, viii ; in duobus scutis cum sole, ii ; in uno scuto veteri, i ; in duobus leonis auri, ii ; in duobus regalibus, ii ; in uno franco a chival, i ; in quatuor magdalenis, iiii^or ; in moneta, gross. v^e. Summa : flor. iii^c lxxxxi, grossi vi.

Arch. du chap. d'Arles, orig. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 331.

3023 7 octobre 1500.

Le Chapitre d'Arles donne à prix-fait l'impression de 300 Bréviaires pour l'église d'Arles, à noble Jean de Riperia, *imprimeur d'Avignon, au prix de 1200 florins. — Not. Pierre* Barberi.

J. D. Véran, *Ann. de la ville d'Arles* (*Le Musée*, 1875, p. 24 ; la date du 7 sept. doit être corrigée à l'aide du même recueil, 1878, p. 76).

Guillaume de Périer mourut en cour de Rome (n° 3026).

JEAN IV Ferrier, archev., 1500.

3024 10 décembre 1500.

Anno 1500, die 10 decembris, adeptio possessionis præposituræ s^æ Arelaten. ecclesiæ, vacantis per obitum d. Guillelmi de Pereriis, pro rev^mo in Chr. p. d. d. Johanne Ferrerii, archiepiscopo ejusdem ecclesiæ, virtute cujusdam reservationis factæ sibi per Romanum pontificem.

Protoc. Egidii Candeleri, not. Arelatis (Bonn.)

LOUIS I de Forbin, 1501-1503.

Louis de Forbin était fils de Jean de Forbin, 1er seigneur de la Barben, frère de Palamède, et de Marthone de Lipassis. D'abord prieur de Ratenelle, au diocèse de Chalon-sur-Saône (1484), il figure comme prévôt de Chardavon de 1487 à 1498.

3025 12 août 1501.

Bulles de Louis de Forbin pour la prévôté d'Arles.

Voir le n° suiv.

3026 26 juillet 1502.

Anno 1502, die 26 julii, immissio possessionis præposituræ Arelaten. ecclesiæ pro nobili et potente viro Johanne Forbini, civitatis Massiliæ, procuratore R. P. D. Ludovici Forbini, decretorum doctoris, præpositi præposituræ Nostræ Dominæ de Chardono, diocesis Vapincensis, qui de præpositura Arelat., vaccante per obitum Johannis [*sic*] de Pereriis, in Romana curia defuncti, fuerat provisus bulla pontificia, data Romæ, pridie idus augusti, anno 1501.

Reg. Johannis Giraudi, not. Arelatis, 1491-506, f° 215 (Bonn.)

JEAN V Ferrier, neveu, 1502-1504.

3027 1502 ?

Lettres de Louis XII pour la prévôté d'Arles conférée au neveu de l'archevêque Ferrier.

Pièces touchant l'annexe, p. 57.

3028 29 décembre 1502.

Anno 1502, die 29 decembris, collatio præposituræ ecclesiæ Arelaten., vacantis per mortem domini de Pereriis, in gratiam d. Johannis Ferrerii, clerici....

Protoc. Egidii Candeleri, not. Arelatis (Bonnemant).

3029 25 octobre 1503.

Permission donnée par le sacristain du chapitre au prieur de St-Julien, d'ensevelir un courrier porteur de lettres décédé subitement, ce même jour, dans la maison de Bernard de Seva.

Reg. d'André Beguini, not. d'Arles (*Le Musée*, 1879, p. 216).

3030 1er avril 1504.

Procuratio facta per d. Johannem Ferrerii, præpositum s^æ Arelaten. ecclesiæ.

Protoc. Andreæ Beguini, not. Arelatis (Bonnemant).

3031 17 mai 1504.

Revocatio facta per d. Johannem Ferrerii, præpositum Arelaten., cujusdam accordii facti inter Ludovicum Forbini, tunc præpositum, et quasdam alias personas....

Protoc. Matthæi Boniparis, not. Arelatis (Bonnemant).

LOUIS Podocatari, Podocator, 1503.

Né à Nicosie (Chypre), il devint recteur de l'université de Padoue, évêque de Capaccio le 14 nov. 1483, cardinal prêtre de Ste-Agathe le 28 sept. 1500, archevêque de Bénévent le 20 janv. 1503.

3032 26 novembre 1503.

Bulles de Louis Podocator pour la prévôté d'Arles.

Voir le n° suivant.

3033 28 avril 1505.

Anno 1505, die 28 aprilis, immissio possessionis præposituræ s^æ Arelaten. ecclesiæ, vacantis per obitum dom. Ludovici Forbini, jurium doctoris, dictæ præposituræ ultimi pacifici possessoris, pro dno Ludovico Sansonis, canonico Arelaten., nomine procuratorio dni Ludovici, cardinalis presbyteri tituli Sanctæ Agathæ, provisi litteris apostolicis, sub datum Romæ, anno 1503 ab Incarnat., VI. kal. decembris.

Reg. Johannis Daugieres, not. Arelatis, f° 67 (Bonnemant).

Le cardinal Louis mourut à Milan, le 25 juillet suiv., et fut transporté à Rome, où il reçut la sépulture à Ste-Marie *del Popolo*.

FAZIO Santori, 1504[1505?]-1510.

Viterbois, il fut pourvu par Jules II, son ancien élève, de l'évêché de Césène, le 22 juil. 1504.

3034 1504[1505?]

Bref de Jules II, qui confère la prévôté d'Arles à Fatio de Sanctoriis.

Pièces touchant l'annexe, p. 59.

3035 12 mars 1506/7.

Nota quod anno Domini millesimo quingentesimo sexto ab Incarnatione, in civitate Arelatensi magna vigebat pestis, et taliter quod fere omnes canonici, subcanonici, et sustituti a civitate Arelatensi recesserunt, et propter eorum recessum ecclesia pene remansit ministris destituta, et divinus cultus fieri non poterat; idcirco capitulum, ne cultus diminuatur, ordinavit quod, durante infirmitate pestis in Arelate, quilibet canonicus, qui intererit in matutinis, quatuor denarios recipiat, in missa vero duos, in vesperis duos. — Solventur autem dicte distributiones de proventibus beneficiorum unitorum mense capitulari. — Ab hac die in anthea, durante peste, fient dicte distributiones et punctuature. Dom. sacrista punctuabit absentes in horis.

Habuit finem dicta ordinatio die prima mensis septembris, quia tunc cessavit pestis in Arelate.

Délibérat. du chap. d'Arles, 1483-510, f° 440. Bonn., *Cart.*, t. II, p. 34.

Fazio reçut le chapeau de cardinal, avec le titre de Ste-Sabine, le 1er décembre 1505 et mourut à Rome le 22 mars 1510; enseveli à St-Pierre.

ARZEMINO Cervet [1]. 1510-1514.

3036 1510.

Bref de Jules II, qui confère la prévôté d'Arles Arzimino Chervet, *après la mort du cardinal* Fatio.

Pièces touchant l'annexe, p. 78. Cf. n° suivant.

1. Le prénom de ce prévôt (que Fisquet appelle Arsène Charnet) n'est pas plus sûr que son cognomen. Comme il était italien, on aura entendu le *C* initial *Ch* et on a écrit Chervet. Il était peut-être de la même famille que le prévôt de 1516.

3037 12 mai 1510.

Anno 1510, die 13 maii, fuit tentum capitulum s^æ Arelaten. ecclesiæ : « Notandum est quod rever. pater dom. Arzeminus Charvet, cubicularius secretus SS^{mi} D. N. Julii pape secundi, commendatarius prepositure ecclesie nostre, heri, qui erat 12 hujus mensis maii, recepit per procuratorem suum possessionem dicte prepositure, constantibus actis per mag. Petrum Bruni, notarium, sumptis, pro cujus favore dictus SS^{mus} D. N. scripsit breve capitulo. »

Délibérations du chap. d'Arles, 1510, f° 768 (Bonnemant).

3038 19 mars 1513.

Bref de Léon X mag. Petro Raynoardi, canonico Arelat., decret. doctori, notario et famil. suo, qui conclavi ultimo interfuit, Roberto [*Guibé*] card. tit. S. Anastasiae presb. inserviendo, nobilem facit et privilegiis decorat. « Probata tua fides » (... infra : Gratis de mand. S. D. B. de Rizonibus...)

Hergenroether, *Leonis X regesta*, 1884, n° 945.

3039 19 mars 1513.

Bref du même au même : creat s. palatii et aulae Lateran. comitem, cum privilegiis. « Ecclesia Romana.... »

Hergenroether, *Leonis X reg.*, n° 1699.

3040 19 mars 1513.

Indults du même au même pour ses bénéfices et son testament.

Hergenroether, *Leonis X reg.*, n°s 946 et 1700.

3041 29 janvier 1514.

Exécution confiée Petro Raynoardi, canon. eccl. Arelaten.

Hergenroether, *Leonis X reg.*, n° 6494.

3042 20 février 1514.

Léon X confère un canonicat à Arles Gabrieli de Mota.

Hergenroether, *Leonis X reg.*, n° 6903.

THOMAS Fedro, *Phædrus*, 1514.

3043 10 mai 1514.

Anno 1514, die 10 maii, adeptio possessionis præposituræ s^æ Arelaten. ecclesiæ pro rever. patre dno Thoma Phedro, canonico basilicæ Principis apostolorum de Urbe, vacantis per mortem R. P. dni Arzimiri Carnet.

Reg. B Petri Pireti, not. Arelatis, f° 438 (Bonnemant).

3044 17 juin 1514.

Léon X Cherubino de Orseria, canon. eccl. Arelaten., confert canonicatum et praebendam dictae ecclesiae a Gabriele de Mota resignatos, *avec pension à celui-ci.*

Hergenroether, *Leonis X reg.*, n°s 9747-8.

3045 18 septembre 1514.

Le même Antonium de Turri, Arelat. et Aquen. eccles. canonicum, constituit collectorem fructuum et provent. camerae apostol. debitorum in provincia Provinciae.

Hergenroether, *Leonis X reg.*, n° 11805.

3046 7 octobre 1514.

Pro parte praepositi et capituli ecclesiae Arelaten., quæ constructione ingens et inter alias illarum partium vetustissima existit, cum fructus mensæ capitularis in decimis consistant et propter inundationem fluminis Rhodani, partes illas sæpius inundantis et territorium destruentis, valde tenues existant, *le même* eidem mensæ capitulari parochialem ecclesiam S. Crucis Arelat., resignatione Johannis Monachi vacantem, perpetuo unit. « Ad exequendum pastoralis officii debitum... »

Hergenroether, *Leonis X reg.*, n° 12146. — Au n° 15840, l'éditeur semble avoir préféré à tort la leçon « Arelaten. » à « Aquen. »

3047 16 septembre 1516.

Rev. in Chr. pater et dnus d. Alziarius Autrici, D. et s. sedis apost. g. prothonotarius, et s. Arelaten. ecclesie canonicus et thesaurarius, eger corpore, condidit suum ultimum testamentum, eligens sepulturam in s. Arelat. ecclesia et prope pillare in quo tenetur aqua benedicta, et in loco sive tumulo in quo fuit et est sepultus quidam, qui fuit sacrista dicte s. Arelat. ecclesie et erat de cognomine Tropini... ; legavit nobili Gaspari Autrici, dicte s. Arelat. ecclesie canonico et thesaurario, post ipsius testatoris obitum, omnes vestes et vestimenta sive indumenta sua... ; legavit nob. Guillelmo Autrici, filio nob. Sebastiani Autrici, domini de Balmetis, ejus fratris, 500 flor....; it. legavit rev^mo dno s. Arelat. ecclesie archiepiscopo et principi 5 gros. pro jure institutionis hereditarie particularis... ; heredes suos universales facit nobiles et venerabilem viros d. Isnardum Autrici, canonicum ecclesie civitatis Apten., et Sebastianum Autrici, dominum de Balmetis, ipsius testatoris fratres, equis partibus....

Protoc. de Guill. Mandoni, not., 1516-7, f° 31 v°. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 36.

JULES Cervet, Cervetti [1], 1516-1524.

3048 27 mai 1517.

Arrendamentum prioratus de Fossis, pro R. P. Julio Chrovet, præposito s^æ Arelaten. ecclesiæ.

Protoc. Petri Bruni, not. Arelatis (Bonn.)

3049 25 juin 1517.

Capitulum libravit dno Raynaldo de Ricavis, archydiacono, centum floren. ad portandum Avinione dno Inghiramo de Inghiramis, procuratori et administratori rev. dni Nycholai Cerveti, prepositi Arelaten., pro pensione annua quam ipsi preposito facit capitulum, et pro duabus solutionibus que debebant fieri, prima scil. in Nativitate beati Johannis Baptiste anni proxime preteriti et alia in Nativitate D. N. J. C. etiam preteriti proxime.

Délibérations du chap. d'Arles, 1517 (Bonn.)

3050 10 juillet 1517.

Nobilis Inghrannus de Inghrannis, civitatis de Vulterius [*Volterra*], tutor et administrator personæ et beneficiorum R. D. Tullii Serveti, s^æ Arelaten. ecclesiæ canonici et præpositi, substituit procuratores....

1. Le cognomen de ce prévôt paraît bien avoir été Cervet, en italien Cervetti, malgré la forme Chrovet et autres ; quant à son prénom, on trouve Jules (le plus souvent), Nicolas et Tullius.

3051 28 septembre 1519.

Capitulum libravit nobili Nycolao Johannis, procuratori nobilis Inguirami de Inguiramis, de Vulteriis, tutoris dni Jullii Cerveti, prepositi Arelaten. ecclesie, videl. 200 floren. pro pensione annua, quam capitulum eidem preposito facit pro ratione et pitancia sua et sui clerici, et hoc pro duobus annis integris et pro quatuor solutionibus proxime preteritis, que debebant fieri in diebus Nativitatis D. N. J. C. et sancti Johannis Baptiste...

3052 20 décembre 1520.

Capitulum solvit procuratori R. D. Julii Cerveti, prepositi s. Arelaten. ecclesie summam 150 floren., pro tribus solutionibus pensionis annue, quam dict. capitulum facit dicto dno preposito....

Protoc. Johannis de Camareto, not. Arelatis (Bonn.)

3053 13 octobre 1522.

Fabricius de Pontecorvo, procurator rev. patris dni Julii Cerneti, prepositi ecclesie Arelatensis... *Quittance pour son prieuré de St-Sauveur de Fos.*

Arch. des B.-du-Rh. Protoc. de Pierre Morlani 1521-2, f° 296 v°.

3054 21 novembre 1524.

Sequuntur ordinationes facte in vener. capitulo s^e Arelat. ecclesie per dnos canonicos..., super servitio ejusdem ecclesie ac super negociis mense capitularis, pro hoc tempore dumtaxat quo, volente Deo, pestis viget in civitate Arelatis....

Arch. du chap. d'Arles, Liasses div., f° 665. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 297.

Jules Cervet résigna au suivant, d'après le n° 3061.

BAPTISTE de Castellane, 1525-1527?

3055 16 janvier 1524/5.

Bref de Clément VII, qui confère la prévôté d'Arles à Baptiste de Castellane.

Voir le n° suiv.

3056 9 mars 1525.

Immissio in possessionem præposituræ s^æ Arelaten. ecclesiæ pro dno Baptista de Castellana, prothonotario sedis apostolicæ, virtute litterarum apostolicarum, sub datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarn. 1524, die XVII. kal. februarii...

Reg. C. Johannis Faucherii, not. Arelatis, f° 328 v° (Bonn.)

3057 13 mars 1525.

Hodie per capitulum fuit receptus in prepositum R. D. Baptista de Castellana ; fuit sibi responsum de fructibus tantummodo et pensione, qui proveniunt dicte prepositure, prout constat penes Mandoni, secretarium capituli....

Délibérations du chap. d'Arles, 1525 (Bonn.)

Baptiste de Castellane aurait été tué dans un combat singulier.

LAURENT DE BRUNET. 1527.

3058 13 juillet 1527.

Johannes, archiepiscopus Arelatensis, confert nobili Laurentio de Bruneto, clerico Arelat., præposituram Arelat., vacantem per mortem R. D. Baptistæ de Castellane; et, iisdem die et anno, præposituræ possessionem adeptus est dict. Laurentius de Bruneto....

Reg. D Johannis Faucherii, not. Arelatis, f° 160 et 161 (Bosv.)

3059 13 juillet 1527.

Procuratorium nobilis et vener. dni Laurentii de Bruneto, præpositi Arelaten. ecclesiæ, pro arrendando prioratu suo de Fossis, spectante ad suam præposituram...

Protoc. Johannis Faucherii, not. Arelatis, f° 62 v° (Bosv.)

3060 14 juillet 1527.

Adeptio possessionis prioratus Sancti Salvatoris de Fossis, pro ven. viro dno Laurentio de Bruneto, præposito sæ Arelaten. ecclesiæ, die præced. proviso de dicta præpositura per Johannem Ferrerii, archiepiscopum Arelat...

Reg. Duranti Ivernati, not. Arelatis (Bosv.)

JULES CERVET, de nouveau, 1527-1539.

3061 Arles, 16 juillet 1527.

Fuit receptus R. D. Julius Serveti per capitulum in prepositum; et fuit sibi responsum de fructibus ejusdem prepositure, prout perantea, antequam resignasset R. P. Baptiste de Castellana, percipere solebat, constantibus actis sumptis per magistros Joannem de Augeriis et Guillermum Mandoni, notarios; et adeptus est possessionem in choro sine habitu, tanquam prepositus et non canonicus....

Délibérations du chap. d'Arles, 1527 (Bosv.)

3062 16 février 1529/30.

PRECIUM FACTUM PRO MISSALIBUS ET BREVIARIIS FACIENDIS, PRO CAPITULO ET ANNIVERSARIIS SANCTE ARELATEN. ECCLESIE, ET MAGISTRO JOHANNE ASMOND, IMPRESSORE LUGDUNI.

ANNO Incarnacionis Domini millesimo quingentesimo vicesimo nono et die decima sexta mensis februarii, noverint etc. quod, in mei notarii etc., existentes personaliter constituti r. p. venlesque dni Petrus Raynaudi, sacrista, et Dominicus Jaqueti, beneficiatus s. Arelat. ecclesie, qui gratis etc., vice et nomine capituli et anniversariorum s. Arelat. ecclesie predicte, et ad decorem ejusdem ecclesie, laudemque et honorem Dei omnipotentis, dederunt ad precium factum discreto viro magistro Johanni Asmond, impressori librorum, habitatori civitatis Lugduni, presenti etc., scil. ad imprimendum et faciendum tricentum Missalia ad usum dicte metropolitane Arelat. ecclesie, sumptibus anniversariorum predictorum, et quatuor centum Breviaria ad usum predictum, sumptibus dicti capituli, cum pactis sequentibus.

Primo fuit de pacto etc. quod dictus magister Johannes Asmond impressor teneatur bene et decenter imprimere et conficere tricentum Missalia ad usum et secundum ritum predicte Arelat. ecclesie de bona papiro, ad instar Missalis per eumdem impressorem impressi, ut dixit, ad usum ecclesie metropolitane Aquensis; quod quidem Missale olim ipse impressor dicto capitulo Arelat., coram me notario et testibus in quodam alio precio facto nominatis, realiter exibuit, per dictum capitulum, ad sui futuram cauthelam, penes eundem retinendum, donec dicta tricentum Missalia fuerint completta et dicto capitulo tradita et expedita.

Item fuit de pacto etc. quod dictus impressor teneatur dicta tricentum Missalia facere et complere, ac dictis dominis portare, exhibere et expedire suis ipsius impressoris sumptibus et expensis, ac periculo et fortuna, ad presentem civitatem Arelat. hinc ad festum nativitatis Sancti Johannis Batiste proxime venturum, scil. alba; et a dicto festo Sancti Johannis ad festum Sancti Michaelis inde sequens teneatur idem impressor de dictis tricentum Missalibus dictis anniversariis dare et expedire realiter et cum effectu ducentum bene et decenter cum postibus et alias ad libitum dictorum dom. canonicorum et beneficiatorum religata, et centum non religata, vulgariter appellata blancs.

Item fuit de pacto quod dicti domini teneantur eidem impressori dare unum aliud Missale ad usum predictum dicte sancte Arelat. ecclesie bene correctum, et dictus impressor predicta tricentum Missalia ad instar illius Missalis teneatur conficere et imprimere prout dictum Missale; dictum exemplar dictus impressor fuit confessus habuisse et realiter recepisse ante presentem contractum, de quo etc., cum pacto etc., exceptioni etc.

Item fuit de pacto etc. quod dicta anniversaria teneantur dare dicto impressori pro predictis tricentum Missalibus, videl. pro quolibet Missali religato quinquaginta grossos monete Provincie, et pro quolibet Missali albo sive non religato viginti sex grossos ejusdem monete, per soluciones infrascriptas.

Item fuit de pacto quod dictus impressor non faciet ultra dicta tricentum Missalia nec alicui nulla de illis tradet, dabit nec vendet, exceptis sex que ultra dictum numerum erit sibi licitum facere de pargameno, et illa dicto capitulo teneatur tradere et presentare.

Item fuit de pacto etc. quod dictus impressor faciet quatuor centum Breviaria ad predictum usum Arelat. bene et decenter de bona papiro, bene correcta juxta formam eidem tradendam per dictum capitulum, et hoc sumptibus dicti capituli.

Item fuit de pacto etc. quod hinc ad predictum festum Sancti Michaelis proximum dictum capitulum teneatur eidem impressori dare et tradere unum aliud Breviarium bene correctum, ad instar cujus ipse conficiet alia quatuor centum Breviaria predicta.

Item fuit de pacto etc. quod dictum capitulum eidem impressori dabit pro quolibet Breviario bene et decenter religato duos florenos monete Provincie, per soluciones infrascriptas.

Item fuit de pacto etc. quod dum dictus impressor portabit dicto capitulo dicta Breviaria complecta et decenter religata, dicta anniversaria teneantur eidem sol-

vere precium Missalium et non ante ; et a die exibitionis et expeditionis Breviariorum in unum annum, dictum capitulum teneatur eidem impressori solvere medietatem precii illorum Breviariorum, et a dicto die in unum alium annum restantem medietatem.

Item fuit de pacto quod dictus impressor teneatur facere et imprimere a son arrist et sine premio libros ad batisandum, cum aliis officiis in talibus neccessariis, ad predictum usum Arelat., vulgariter dictos Batisteris, et etiam alios libros cum quibus decantatur in processionibus, vulgariter dictos de Processionatis ; et illos presentabit dicto capitulo in primis, et tunc inter eumdem et dict. impressorem convenietur de precio, et tunc dict. capitulum erit in obtione illos libros retinendi aut dimittendi ; et quod de dictis libris faciet in competentem numerum ad libitum voluntatis dict. dominorum.

Item fuit de pacto quod dictus impressor teneatur restituere dict. dominis supradict. exemplar dicti Missalis.

Has autem etc. Obligaverunt dicti dni sacrista et Jaqueti bona dicti capituli et anniversariorum... etc. Juraverunt etc. Renunciaverunt etc. De quibus etc. Actum Arelate, in aula domus mei notarii, presentibus Bonifacio Arbaudi et Dorato Calvi, clericis, testibus etc. Et me Guilhelmo Mandoni, notario, etc.

Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 65-71, minute orig. pap. Suit la ratification du contrat par le chapitre, le lendemain 17 : « Actum in capella Nostre Domine subtus sticorscit (!) s. Arelat. ecclesie ».

3063 — 27 janvier 1531.

Curriculum du sacristain Honoré de Quiqueran.

L'an 1512 et le jourt de la festo de Dyu, jou Honorat de Quiqueran syeou nat per la voulounta de Dyou et per lo mes de jun, quant la procecion anavo per villo pourtant lou percieus Cor de Dyu mounseygnur l'archevesque d'Arles Jean Ferryer espanol.

L'an 1528 et le 4[me] de may, suis esté fet partonotari de monc sgn'rt le reverandyssime leguat de Cleremont, et me le fyt donner madamo ma tante du Bart, et ne couta ryen a mon pere de prifet les lettres, quar le dyt seygnet leguat d'Avygnon le dona gratis, sans payer poynt d'arjant.

L'an 1531 et le 27[me] de jhanvyer, jou Honorat de Quiqueran ay pres poussessyon de la sacrestye de seant Turpheme d'Arles et les mesyurs mon respondut des fruys.

Arch. du sacr. d'Arles. *Liber Memorialium negotiorum Johannis de Pomayrolis sacriste sancte Arelatensis ecclesie*, f° 143 v. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 150.

ANTOINE Aube, Albe, 1539-1556.

3064 — 4 août 1539.

Fuit per capitulum admissus et receptus in prepositum rever. dom. Antonius Albe, qui virtute litterarum apostolicarum, per resignationem rev. dni Julii Serveti, etiam prepositi Sancti Desiderii Avenionen. ecclesie, accepit possessionem ; et fuit sibi responsum de fructibus....

Délibérations du chap. d'Arles, 1539 (Bonnemant).

3065 — 29 août 1551.

Installation du chapitre de Notre-Dame-la-Major, prieuré érigé en collégiale par le pape Jules III.

Trichaud, *Hist. de la sᵗᵉ égl. d'Arles*, t. IV, p. 94-6.

3066 — Arles, 4 novembre 1553.

Licence et permission d'imprimer des Diurnaux et Matines à l'usage de l'église d'Arles

L'an mil cinq cens cinquante trois, et le quatre du moys de novembre, en la présence de moy notaire et tesmoings après nommés, personnellement establys reverends et venerables messires Laurens de Brunet, archediacre, comme vicaire general de monsieur le reverendissime messire l'archevesque de la saincte esglise d'Arles, Anthoine Aulbe, prevost, ledᵗ sieur Laurens de Brunet, archediacre, Gaspart Autric, thesaurier, Anthoine Ycard, Anthoine Porcellet, Pierre Sanson, Auriac de Burgo, Françoys Vincens, Honorat Mandoni, Françoys de Varadière, Barthelemy Gilles, Jehan Ycard, chanoines de lad. saincte esglise d'Arles, capitulairement congregés et assemblés pour faire le present contract, lesquels de leurs bons grés, tous de ung accord, sçavoir est led. sieur vicaire au nom dud. sieur reverendissime archevesque, et lesd. sieurs prevost et chanoines au nom de leurd. chapitre, ont bailhé et bailhent par la teneur du present contract licence, autorité, parmition, plein et ample povoir, et toute puissance à messire Jehan Ravel, conventuel de lad. esglise illec present, stipulant et recepvant pour luy et les siens, de faire imprimer de Dieurnars et Mathines sellon le rit et costumes de lad. esglise, et ce avec les pasches et conditions qui s'ensuyvent : Et premierement est de pasche, que led. messire Jehan Ravel porra, et luy sera permis et loisible faire lesd. Dieurnals et Mathines, tant que bon luy semblera, parmys ce qu'il sera tenu les faire de bonnes lettres, tielles qu'est imprimée le Dieurnal de Rome imprimé à Lyon par Vincens Portanaris mil cinq cens quarante sept, et faire lesd. Dieurnals et Mathines sellon le rit et costume de lad. esglise d'Arles. Item est de pasche que led. messire Jehan Ravel porra, et luy sera parmis et loysible vandre lesd. Dieurnals relier huict souls la pièce, et lesd. Mathines aussi reliées trois souls et demy pièce. Item est de pasche que led. messire Jehan Ravel sera tenu relier cent desd. Mathines, et cent Dieurnals de peaul de vaulx, et les dourer, et iceulx bailher aud. chapitre ; et led. chapitre sera tenu luy en bailher trois souls et demy par chescune desd. Mathines, et huict souls par chescun desd. Dieurnals, et ce quand lesd. sieurs dud. chapitre les vouldront prendre. Item est de pasche que avant que led. Ravel fasse imprimer lesd. Dieurnals et Mathines, sera tenu iceulx faire signer aud. sieur vicaire et chapitre ; et sans que soyent signés, ne luy sera parmys ne loysible les faire imprimer. Toutes et chescunes lesquelles choses, ainsi que dessus sont escriptes, ont promis et promettent lesd. parties l'ung à l'autre respectivement, chescune en son endroict, tenir et observer, et n'y contravenir jamais par eulx ni aultres, avec restitution de tous despens, doumages et interests, si une partie par faulte de l'aultre respectivement patissoit, en non tenant et observant l'une à l'aultre lesd. choses

susdictes, chescune en son endroict ; et pour tenir, et garder, et observer toutes et chescunes les choses susdictes, et à icelles ne contravenir, lesd. parties l'une envers l'aultre respectivement, chescune en son endroict, en ont obligé et submis, obligent et submettent, sçavoir est lesd. prevost et chanoines susnommés, tous et chescuns leurs biens dud. chapitre, meubles et immeubles, presents et advenir ; et led. messire Ravel, aussi tous et chescuns des biens, meubles et immeubles, presents et advenir, realement tant aux vigueurs, rigueurs et forces des cours spirituelle d'Arles, et des submissions de monsieur le seneschal de ce present pays de Provence au siège d'Arles, et siège royal d'icelluy, et de toutes aultres cours royales du present pays, et à chescune d'icelles où le present instrument sera exhibé ; et ainsi que dessus tenir et observer, et n'y contravenir l'ont promis et juré lesd. parties l'une à l'autre respectivement, moyenant leurs serments qu'ils ont presté sur les saints Evangiles de Dieu, touchées les sainctes Escriptures ; pour la vigueur duquel ont renoncé et renoncent icelles parties respectivement à tous droictz, et exceptions, deceptions, privilèges et cautelles tant de droict que de faict, et aux ferias de moissons et vendanges, par lesquelles pourroient à ce que dessus contravenir, et par exprès au droict disant la generale renonciation ne valloir. De quoy lesd. parties ont demandé instrument. Faict en Arles, en lad. saincte esglise, presents messire Anthoine Place, prieur de Sainct Laurens, et Trophemon Brunet, escuyer dud. Arles, tesmoins ad ce appellés ; et moy Anthoine Nicholay, soubsigné. Nicolay.

Reg. d'Ant. Nicolay, not., 1553, f° 921 v°. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 535. — « L'an 1554, le 23 juin, même notaire, led. messire Ravel remet cette permission à Mᵉ Masse Bonhome, imprimeur de Lyon. »

Antoine Aube mourut à Arles le 4 septembre 1556.

JEAN VI NICOLAÏ. 1556-1572.

3067 Arles, 4 septembre 1556.

Joanni Nicholay, canonico Avenionen., præposituram Arelaten. ecclesiæ, vacantem per obitum et decessum revdi quondam dni Antonii Aube, dum viveret ejusdem ecclesiæ ultimi et pacifici præpositi, contulit Laurentius de Bruneto, archidiaconus Arelat., vicarius generalis dni Jacobi du Broullat, archiepiscopi Arelat. ; *le nouveau prévôt prit possession le même jour.*

Reg. Insinuation. ecclesiast. dioc. Arel., f° 75 v° et 76 (Bonn.)

3068 Octobre 1560.

Lettres patentes du roi François II, confirmant aux prevost, chanoines et chapitre de l'église d'Arles les droits, privileges, franchises et libertez octroyés et confirmés par les empereurs, comtes de Provence et nos prédecesseurs rois de France... Donné à Orléans... de n. r. le 2e. Dumesnil. P.ler. Flotte.

Arch. du chap. d'Arles, orig. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 331.

3069 20 octobre 1560.

La grande quantité de fêtes obligatoires ayant amené des plaintes de la part des gens pauvres, que l'obligation de les observer empêche de travailler, engage le conseil à faire des représentations à l'archevêque, pour qu'il veuille bien en abolir un certain nombre.

Le Musée, 1868, p. 160.

3070 15 mai 1563.

Sententia super intherinatione rescripti apostolici dni Honorati de Quiquerano.

Jesu Christi nomine invocato ; ipsum solum Deum pre oculis habentes, nos Ludovicus Saunerii, utriusque juris doctor, officialis principalis et generalis civitatis et diocesis Arelatensis, judexque et commissarius causa ac partibus infrascriptis, per reverendissimum dnum dnum harum partium a latere sedis apostolice legatum, seu ejusdem vicelegatum specialiter deputatus ; viso processu inter nobilem et honorabilem virum dnum Honoratum de Quiquerano, presbyterum, canonicum et sacristam Arelatensis ecclesiæ, rescriptum apostolicum a dicto reverendissimo domino legato in forma absolutionis et abolitionis impetrantem, et illius executionem et inthe-rinationem petentem ex una, et sua interesse putantem, ac egregium dnum fisci curie archiepiscopalis procuratorem intervenientem et se defendentem, partibus ex altera, agitato ; viso dicto rescripto apostolico ab eodem dno legato, ipsiusve dno vicelegato, parte dicti nobilis dni de Quiquerano obtento, sub datum Avenione in palatio apostolico, die vicesima sexta mensis februarii, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, nobis pro parte dicti dni de Quiquerano præsentato, et commissionem nostram continente, una cum litteris annexæ supremæ curiæ parlamenti hujus patriæ Provinciæ, eidem rescripto junctis ; visis insuper citationibus, et earumdem executionibus et explutibus, parte dicti dni de Quiquerano factis, requisitionibusque tam dicti de Quiquerano quam dicti dni fisci procuratoris, titulisque et articulis parte ejusdem dni de Quiquerano productis, et attestationibus super eisdem per nos receptis, et ejusdem dni de Quiquerano productis etiam parte, receptis et publicatis præsente dicto dno fisci procuratore, et nihil contra dictas attestationes dicente, nec se ad probandum contrarium admitti petente ; nec non visis dictarum partium hinc inde requisitionibus factis, dictisque et allegatis, ac aliis videndis diligenter inspectis et mature consideratis, ac conclusione in hujusmodi causa facta, ex quibus nobis legitime constat et apparet quod nuper quodam die dominico in Carnis privio de mense februarii ultime [21 februarii], anno præsenti millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, elapso, cum ipse in choro dictæ ecclesiæ, et habitu canonico et sacristæ indutus, una cum aliis canonicis et dignitates obtinentibus, de mane hora tertiarum dictæ diei, ad divina officia psallenda existeret, auditisque ingenti rumore et insultu qui cum armis in eadem ecclesia fiebant, dictus de Quiquerano dicto suo habitu indutus, et sine aliquibus armis, sedandi causa rumores et insultus prædictos, chorum prædictum exiret, quidam armiger seu miles pistoleto præparato munitus, in porta ejusdem chori seu prope illam, in ipsum de Quiquerano impetrantem irruens, ac talia seu similia verba proferens : « Tu es sacrista de Ventabreno? » dictum pis-

toletum contra eumdem de Quiquerano laxasset ut illum occideret, si potuisset ; idem tamen de Quiquerano impetrans ab hujusmodi pistoleti ictu gratia Dei salvatus, videns sibi mortem imminere, dicto armigero seu milite per brachium arrepto, ei pistoletum et deinde ensem quem gestabat abstulit, cumque aliter mortem evitare non valeret, propter ipsum armigerum armatum duabus tunicis ferreis, vulgo dictis jaques de maille, quam alios complices ejus qui, ut præfertur, armatos, rumores et tumultus prædictos in dicta ecclesia fiebant, ac fratrem, et consobrinum ejusdem de Quiquerano lethaliter vulneraverant ; et licet non appareat ex eisdem attestationibus dictum de Quiquerano impetrantem percutisse, nec minus vulneravisse dictum aggressorem, dubitaretque tamen forsan motus ea collera, non tamen animo vindicandi injuriam sibi latam, sed solum animo et intentione se defendendi, et causa mortis evitandæ, in eumdem armigerum plures ictus intulisse, cum dicto ense dicti armigeri aggressoris, ex quibus ictibus non putavit dictus de Quiquerano dictum armigerum interfectum fuisse, cum plures viri catholici qui in eadem ecclesia erant, eodem tempore, volentes propulsare injuriam in dicta ecclesia factam, dictum aggressorem pluribus ictibus et vulneribus confecerunt, ac etiam extra eamdem ecclesiam ejectum per mænia civitatis ejecerunt, ubi tandem expiravit. Igitur ex hiis et aliis causis ex eodem processu resultantibus, et animum nostrum juste moventibus, per hanc nostram sententiam diffinitivam, quam de peritorum consilio, moreque majorum nostrorum pro tribunali sedentes in hiis ferimus scriptis, dicimus, decernimus et declaramus dictum rescriptum apostolicum parte ejusdem dicti de Quiquerano obtentum, tamquam juste obtentum et legitime verificatum, fore et esse exequendum et intherinandum ; et illud intherinando et exequendo, ab hujusmodi homicidii reatu, si illius reus dici possit, ac excessu hujusmodi, nec non excommunicationis, aliisque sententiis, censuris et pœnis ecclesiasticis, per eum præmissa occasione quomodolibet forsan incursis, in utroque foro, hac vice dumtaxat, in forma Ecclesiæ consueta, auctoritate apostolica, qua in hac parte fungimur, eumdem dnum de Quiquerano impetrantem absolvimus et penitus liberamus, injuncta tamen sibi, pro modo culpæ, pœna et pœnitentia salutari, de faciendo celebrare quinque missas altas de agenda mortuorum in dicta ecclesia Arelatensi, cum absolutionibus et deprecationibus fieri consuetis in fine dictarum missarum ; nec non ad jejunandum, per quatuor hebdomadas completas et revolutas, singulis diebus quartæ et sextæ feriæ et sabbato, dictis quatuor hebdomadis durantibus ; suspendendo nihilominus eumdem per mensem a celebratione missarum ; qua pœnitentia attenta, secum super irregularitate, si quam propterea quomodolibet contraxit, quodque clericali caractere, ac aliis per eum rite susceptis, etiam sacris et presbiteratus ordinibus uti, et in illis etiam in altaris ministerio ministrare, ac canonicatum, præbendam et sacristiam prædictam ut prius retinere, nec non quæcumque, quantacumque et qualiacumque, cum cura et sine cura, alias tamen se invicem, et cum dicta sacristia se compatientia beneficia ecclesiastica qualitercumque qualificata, alias sibi canonice conferenda, accipere et retinere libere et licite valeat, auctoritate jam dicta apostolica dispensamus : omnemque inhabilitatis et infamiæ maculam sive notam, ex præmissis quomodolibet insurgentem, ab eodem dno impetrante abolemus ; ipsumque in pristinum et primum in quo ante præmissa quomodolibet erat, statum restituimus, reponimus et plenarie reintegramus, non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, ordinationibus apostolicis, provincialibus seu synodalibus, nec non dictæ ecclesiæ Arelatensis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, privilegiis, indultis et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque, juxta formam et tenorem dicti rescripti apostolici, et potestatem facultatemque nobis auctoritate apostolica jam dicta concessas, ita omnibus melioribus modo, jure et forma quibus possumus et debemus, et sine expensis dicimus et pronuntiamus nos qui supra, et infra scriptus officialis, judex et commissarius præfatus.

Ludovicus Saunerii, offic., judex et commiss. præfatus, præsentibus testibus mag. Faucherii, et fratre Anthonio Folla, et Nicolao Sextoris.

xv. maii 1563, in auditorio curie.

Original en mauvais état. Bonn. *Cart.*, t. I, p. 141-2.

3071 30 septembre 1563.

*A l'*assemblée générale du clergé de France, tenue à Paris, est comparu Me Balthazar de Villeneuve, protonotaire du S. Siege apostolique, dit de Vaultelaust, pour les provinces d'Arles, Auch et Embrun.

Collect. des procès-verbaux, 1778, t. VIII, 1e part., c. 37. — Dans le département général fait sur les bénéficiers, de la qualité de l'édit d'aliénation du temporel, pour le retrait des biens aliénés, Arles est taxé à 13637 l. 10 s. (c. 67).

3072 12 juin 1564.

Simon Gilles, marchant de la ville d'Arles, confesse avoir.. receu du vener. chapitre de la se esglise d'Arles la somme de quatre cent florins, monnoye de ce pays et ce pour semblable somme que led. Simon Gilles auroit payé pour la ransson de mre Barthelemi Gilles, chanoine de lad. eglise, son fils, quand il feust prins prisonnier en la ville de Lion par ceulx de la nouvelle relligion, en revenant de la cour pour les affaires dud. chapitre.

Étendu d'Anth. Nicolay, not., 1564, f° 358. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 216.

3073 1567.

*A l'*assemblée générale du clergé de France, tenue à Paris, *la province* d'Arles deputa Me Pierre Marrchier, recteur de la Selve royale.

Collect. des procès-verbaux, 1767, t. I, p. 43.

Jean Nicolaï céda la prévôté d'Arles au suivant en 1572.

ANDRÉ AUBE DE ROQUEMARTINE. 1572-1605.

3074 Arles, 3 octobre 1572.

Andreas Aube possessionem adeptus est die 3 oct. 1572.

Reg. Augerii de Donis, not. Arelatis (Bonn.)

3075 4 octobre 1572.

Le chappitre a respondu des fruis de la prepositure à Mr le chanoyne André Aube, à luy resinée par Mr Jehan Nicolay, chanoine d'Avignon ; et n'a payé pour la chape et torche que 18 escus de 4 flourins piece, à cause qu'il estoit jà chanoyne, pour ce que l'ordonnance est de 21 escus de 4 flourins piece.

Délibérations du chap. d'Arles, 1572 (Bonn.)

3076 9 juillet 1577.

Nomination de Pierre Saxi, à un canonicat de Saint-Trophime, par le cardinal colégat Georges d'Armagnac, sur la démission de Jean de Quiqueran.

Arch. des B.-du-Rh. Bulles annexées, reg. n° 7, f° 88.

3077 Arles, 31 mai 1579.

... André Albe, prevost de ladite eglise [d'Arles].

Voir ci-dessus, n° 2169, c. 931.

3078 1579-1580.

*A l'*assemblée générale du clergé de France, tenue à Melun, *la province d'Arles députa, avec les évêques de* Toulon *et* de Marseille, Barthélemy Gilles, primicier de l'église d'Arles.

Collect. des procès-verbaux, t. I, p. 117.

3079 21 juillet 1581.

Testament de François de Varadier, archidiacre de Saint-Trophime, qui lègue à l'hôpital 1200 écus d'or, dont la rente fera les honoraires d'un précepteur ou pédagogue idoine... *pour les enfants pauvres.*

Trichaud, *Hist. de la sᵗᵉ égl. d'Arles*, t. IV, p. 113-4.

3080 22 avril 1583.

Intimation de la part des consuls d'Arles à MM. du chapitre de St-Trophime, des ordonnances rendues à Marseille par les commissaires du Roi : ... Il fera deffendre à toute personne de promener dans l'église métropolitaine et autres de la ville ; il sera enjoint à un prêtre de rester en la nef de ladite église pour s'en prendre garde... ; il sera deffendu aux ecclésiastiques de porter habits dissolus et chemises à freses, ainsi que de danser publiquement..., tant au jour de leur première messe que autres...

Reg. Claude Saxy, 1583, f° 36. *Le Musée*, 1878, p. 151-2.

3081 26 novembre 1588.

Office Romain commencé le 26 nov. 1588, suivant le saint concile de Trente, d'après le calendrier Grégorien et par ordonnance synodale... Jean Feutrier, sacrestain de la se église d'Arles.

Liber memorialium, f° 199. Trichaud, t. IV, p. 119-20.

3082 Arles, 15 octobre 1595.

Le dimanche 15e oct. 1595, par mandement de Mr le vicelégat d'Avignon, Mr André Aube de Roquemartine, prévost de la se esglise d'Arles, fit faire prières générales pour le Roy et fit faire une belle procession, maugra les consuls de lhors... ; et fait le soir feu de joye, au-devant de lad. esglise.

Rec. des pièces concern. l'hist. des troubles arrivés en la ville d'Arles..., de 1574 à 1596. *Le Musée*, 1876, p. 6.

3083 18 décembre 1595.

*A l'*assemblée générale du clergé de France, tenue à Paris *en 1595-6*, François de Clairet, archidiacre d'Arles, fut le seul qui se présenta pour la province d'Arles.

Collect. des procès-verbaux, t. I, p. 523.

3084 15 mai 1598.

*A l'*assemblée générale du clergé de France, tenue à Paris, le sr Saxi fut reconnu par l'assemblée pour député de la province d'Arles.

Collect. des procès-verbaux, t. I, p. 633.

3085 24 mars 1601.

Bulles pour Pierre Saxi, *nommé chanoine d'Arles, par Charles Conti, évêque d'Ancône, vice-légat d'Avignon.* Nos tibi asserenti te perpetuam cappellaniam, beneficiaturam nuncupatam sub S. Petri (titulo) in eadem ecclesia, *une autre de St-Simon à N.-D. la Major ; autre de Saint-Barthélemy à St-Julien.*

Arch. des B.-du-Rh. Bulles annexées au Parlement, reg. n° 13.

3086 11 septembre 1603.

Testament de l'archevêque Horace Montano, qui nomme pour executeurs testamantaires... messieurs les prevost et archipretre de *son* esglise.

Voir ci-dessus, n° 2184, c. 941.

3087 12 octobre 1605.

Provisions d'André Aube, pour la prévôté d'Arles.

Petrus Franciscus Montorius, Dei et apost. sedis gratia episcopus Neocastrensis,... in civitate Avenionensi et comitatu Venayssini... vicelegatus, dilecto nobis in Christo *Andree Aube, canonico et preposito ecclesie Arelatensis, in utroque jure baccalaureo*, salutem in Domino sempiternam. Litterarum scientia... Cum itaque canonicatus, et prebenda, ac prepositura ecclesie Arelatensis, ex eo quod dilectus nobis in Christo Bartholomeus Porta, presbiter, cui nuper de illis, tunc per liberam resignationem tuam in manibus nostris sponte factam, et per nos admissam, aut alias certo expresso modo vacantibus, per nos apostolica sibi auctoritate provisum, seu provideri concessum extitit, illos hodie in eisdem manibus nostris sponte et libere resignavit, seu concessioni gratie sibi de illis facte, litteris apostolicis desuper non confectis, ac possessione per eum non habita, necnon omni et cuicumque juri sibi in dictis canonicatu, et prebenda, ac prepositura, quomodolibet competenti, et per eum pretenso, cessit, nosque resignationem seu cessionem hujusmodi duximus admittendam, per resignationem seu cessionem hujusmodi vacaverit, et vacet ad presens ; nos tibi asserenti te in utroque jure baccalaureum existere, premissorumque meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes ;... canonicatum, et prebendam, ac que inibi dignitas post

pontificalem major existit ... preposituram predictos..., apostolica auctoritate, sufficienti ad id a sede predicta facultate muniti, tenore presentium, tibi conferimus, et de illis etiam providemus... Datum Avenione, in palatio apostolico, die 12 mensis octobris, anno Incarn. domin. 1605, pontif. Pauli V. anno 1.

Arch. des B.-du-Rh. Parlement. Reg. nº 13, fº 1077 vº. — Annexe, 29 oct. 1605.

André Aube résigna définitivement la prévôté à Barthél. Porta (nº suiv.) et mourut en janvier 1606.

BARTHÉLEMY PORTA, 1605-1619.

3088 6 décembre 1605.

Nomination de Barthélemy Porta comme prévôt.

Petrus Franciscus Montorius,... vicelegatus, dilecto nobis in Christo *Bartholomeo Porta, canonico et preposito ecclesie Arelatensis, in utroque jure baccalaureo,* salutem in Domino sempiternam. Litterarum scientia... Cum itaque canonicatus, et prebenda, ac prepositura ecclesie Arelatensis, per liberam resignationem dilecti nobis in Christo Andree Aube, nuper dicte ecclesie canonici et prepositi, de illis quos tunc obtinebat hodie per dil. nobis in Xpisto nobilem Claudium Aube, scutiferum Arelaten., et dnm in temporalibus de Roquemartine, nepotem suum, in manibus nostris sponte factam, et per nos admissam, vacaverit et vacet ad presens ; nos tibi asserenti te canonicatum et prebendam ecclesie collegiate Beate Marie de Pomeriis, ville Bellicadri, Arelaten. dioc., et capellam ruralem et sine cura, sub titulo S. Trophimi de Palude, in territorio S. Amantii, dicte dioc., et unam sub Beatarum Marie Jacobi et Salome, et alteram sub S. Joannis Baptiste invocationibus, seu ad altaria, in parochialibus ecclesiis locorum dicti S. Amantii, et de Jonqueriis, dicte dioc., respective sitas..., capellanias obtinere, in utroque jure baccalaurium existere, premissorum meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes..., primodictum canonicatum, et prebendam ecclesie Arelatensis, ac que inibi dignitas post pontificalem major existit ... preposituram hujusmodi... tibi conferimus, et de illis etiam providemus... Datum Avenione, in palatio apostolico, die sexta mensis decembris, anno Incarn. domin. 1605, (Pauli V. an. 1.)

Ibid. Reg. 13, fº 1132. — Annexe, 14 déc. 1605.

3089 10 janvier 1606.

Le chapitre a respondu des fruits a Mr Barthelemy Porta de la prepositure, en payant le droit de chape, duquel Mr le chanoyne Fitignieu a respondu...

Délibérations du chap. d'Arles, 1606 (Bonn.)

3090 20 mai 1608.

A l'assemblée générale du clergé de France, tenue en la salle des ecoles de theologie du couvent des Augustins, à Paris, *se trouva* François de Claret, chanoine et archidiacre d'Arles.

Collect. des procès-verbaux, t. I, p. 783.

3091 14 juin 1609.

Lettre du chapitre de Narbonne à celui d'Arles.

Vestris adducti mercimoniis, viri graves, germanas ecclesias Arelatensem et Narbonensem germanescere in dies gratulamur, veterisque non jacentis fœderis memoriam omine bono, votis fœlicibus, suavi recordatione recentari. Desedit aliquandiu quodam quasi chasmate, non funerata denuo educitur in sublime cognatio prope rediviva, qua necessario devincimur. Sanguinem agnoscimus et sacra ; nobis utrisque idem ab ævo mitiore sacrarium esse voltis ; vestræ sententiæ subscribimus, eamque amplectimur, qua vos seu actorum fide compertum habetis, sive novistis aliunde in Trophimi et Pauli sodalitio coaluisse sorores ecclesias, quibus qui præessent paribus studiis ducerentur, et animorum conjunctione, quasi sub libra aut geminis, non horoscopo varo, mutuis nexibus hærerent ambitiosius hederis. Constans enim apud nos fama est Paulum, de apostolo loquimur, cum in Hispaniam pergeret, in hanc utramque oram divortisse, quosque sibi adjunxerat peregrinationis suæ comites Trophimum et Paulum Sergium, hunc Narbonæ, illum Arelatæ, episcopos instituisse, quorum opera potentissimæ civitates, nuper primum a se religionis christianæ sacris initiatæ evangelici luminis, splendore magis illustrarentur. Hinc certe fit, ut fraterno non solum nomine gloriemur, quod uni Deo Patrique et votis operemur et obsequiis ; sed vel maxume quod ab eodem Doctore per evangelium exculti, quorum institutorum vos cultores rigidissimi estis, eorumdem et nos simus observantissimi. Hæc fuere necessitudinis nostræ augustissima exordia ; hæc mutui amoris et charitatis, quæ « numquam excidit », vincula ; hi nexus, quibus in Christo obligati, « in domo Dei ambulavimus cum consensu ». Spem bonam reportamus, futurumque auspicamur, ut quibus initiis et gradibus adolevit germanus ille fervor, non, tot exactis ætatibus sæculorum, imminutus, iisdem exurgat, et nulla unquam temporis serie remittatur ; at potius, ævo etiam fugiente, velut « aquilæ renovata juventus », inflammescat. Hoc faxint Dii boni, communibus votis urgemus, consignatam nobis per vos et benivolentiæ et sodalitii hujus tesseram fovebimus æternùm, nostrisque adytis et laterculis majoribus tutabimur ; vos, æquo genio, isthoc quoque amoris mutui pignus pari hospitio, poscimus, excipiatis. Valete, viri graves, nosque vestri amantissimos ex animis redamate, quibus

Antiqua, ut ille ait, lege solduriorum vivimus,

Archidiaconus major, et canonici omnes et singuli ecclesiæ sanctæ Narbonensis.

C. de Casalet, archidiaconus major.

Narbonæ, 18 cal. jul., anno partus salutiferi 1609.

(Sur l'adresse) Venerabilibus viris d. d. preposito et canonicis sanctæ Arelatensis ecclesiæ.

Arch. du chap. d'Arles, original. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 325.

3092 6 août 1610.

Réception de M. Beats, deputé pour la province d'Arles, *à l'assemblée générale du clergé, tenue* à Paris.

Collect. des procès-verbaux, 1768, t. II, p. 2.

3093 29 mai 1612.

Barthelemy de Porta, prevost d'Arles, *accompagne l'archevêque Gaspard du Laurens dans sa visite à Saint-Victoret.*

Arch. des B.-du-Rh. St-Victor, liasses, St-Victoret.

3094 Arles, 15 janvier 1613.

... Barthelemy de Porta, prevost, vicaire general en l'archevesché,... scindicz et depputés du clergé du diocese,...

Voir ci-dessus, no 2207, c. 947.

3095 Arles, 11 mars 1613.

...Ont été depputez Mres les prevost,... Porte, prevost.

Voir ci-dessus, n° 2208, c. 947.

3096 1615.

Oresse (Guill.), chanoine de l'église d'Arles. La vraye et fausse Eglise manifestée, où est monstré tant par raisons et marques infaillibles que par la propre doctrine de nos adversaires que l'Eglise Romaine de maintenant est la vraye Eglise de Dieu; *Lyon, S. Rigaud, 1615, in-4°, grav.*

3097 1615.

*A l'*assemblée générale du clergé de France, tenue à Paris, *fut deputé, avec* l'évêque de Toulon, Jacques de Bouchon, sacristain d'Arles.

Collect. des procès-verbaux, t. II, p. 157.

3098 15 juin 1615.

... Par devant Barthelemy de Porta, prevost, vicaire general en l'archevesché,...

Voir ci-dessus, n° 2210, c. 948.

3099 27 juin 1615.

Procuration de Mre Barthelemy Porte, pour résigner sa prévôté à Alexandre Aube, clerc de la ville d'Arles...

Reg. de Saxi, not. d'Arles, f° 578 (Bonn.)

3100 18 décembre 1615.

Sommation faite aux consuls par le chapitre de l'église d'Arles, pour être déchargé de la garde de la ville.

Arch. du chap. d'Arles. Liasses diverses, t. II, p. 75. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 306.

3101 11 juillet 1616.

Procuration passée par Barthelemi Porte, pour resigner sa prévôté...

Reg. de Claude Saxi, not. d'Arles, f° 45 (Bonn.)

3102 10 octobre 1616.

Procuratio ad resignandum præposituram Arelaten. ecclesiæ, per d. Bartholomæum de Porta, præpositum, facta in gratiam Alexandri Aube, clerici Arelatensis...

Reg. de Claude Saxi, not. d'Arles, f° 55 v° (Bonn.)

3103 10 octobre 1616.

Promesse faite par Alexandre Aube de faire obtenir à Barthelemi Porte une pension de 200 écus, s'il est pourvu de la prévoté de l'église d'Arles et que la résignation, qu'en a fait en sa faveur led. Porte, soit admise en cour de Rome.

Reg. de Claude Saxi, not. d'Arles, f° 57 v° (Bonn.)

3104 1617.

La province d'Arles ne nomma aucun deputé *à l'*assemblée générale du clergé, tenue à Paris, à cause de sa pauvreté.

Collect. des procès-verbaux, t. II, p. 298.

3105 19 juin 1617.

Transaction entre le chapitre d'Arles et la communauté de Fourques, au sujet de la dîme.

Arch. du chap. d'Arles, orig. Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 341-51.

3106 12 avril 1619.

Arrantement du prieuré de Fos, passé par Mre Barthelemy Porte, prévot de la se église d'Arles et prieur dud. Fos...

Reg. de Claude Saxi, not. d'Arles, f° 215 (Bonn.)

Barthél. Porta résigna définitivement la prévôté en 1619.

3107 21 janvier 1620.

Quittance réciproque entre Mre Barthelemy Porte, ci-devant prévot de l'église d'Arles, et sieur Claude Aube, seigneur de Roquemartine...

Reg. de Claude Saxi, not. d'Arles, f° 286 v° (Bonn.)

3108 28 juillet 1620.

Alexandre Porte, bourgeois de St-Chamas, en qualité de procureur de M. Barthellemy Porte, pretre et jadis prevost en la se église d'Arles, au nom d'icelluy, prend pocession du prieuré de St Trophime de la Pallun, s'estant pour ce rendu à l'église St Trophime de la Pallun, scituée au cartier de la Pallun, terroir dud. St Chamas...

Rieres Me Gaspar Olivier, not. de St-Chamas (Bonn.)

FERRAND DE MEYRAN. 1619.

3109 19 juin 1619

Provisions de Ferrand de Meyran pour la prévôté d'Arles.

Joannes Franciscus, ex comitibus Guidiis a Balneo, Dei et apost. sedis gratia archiepiscopus Patracensis, illmi et rmi in Christo patris et d. d. Scipionis, mi. di. tituli S. Grisogoni S. R. E. presbiteri cardinalis, Burghesii nuncupati, in civitate Avenionensi et toto comitatu Venayssino pro S. D. N. P. et s. S. A. in spirit. et temp. vicarii gener., et de latere legati, vicarius generalis et vicelegatus, dilecto nobis in Christo *Ferrando de Meyran, clerico civitatis Avenionensis, ac canonico et preposito ecclesie Arelatensis*, salutem in Domino sempiternam.

Litterarum scientia... Cum itaque canonicatus, et prebenda, ac prepositura ecclesie Arelatensis, per liberam resignationem dilecti nobis in Christo Bartholomei de Porta, nuper dicte ecclesie canonici ac prepositi, de illis quos tunc obtinebat, hodie... in manibus nostris factam, et per nos admissam, vacaverit et vacet ad presens. Nos tibi, qui per examinatores legationis nostre Avenionensis examinatus, sufficiens et idoneus repertus fuisti, et in eorum, seu alicujus eorum manibus, professionem fidei catholice, juxta ritum S. R. E. emisisti, asserenti te de nobili genere procreatum, ac in jure canonico bacalaureum existere, et dictum Bartholomeum de Porta habere unde aliunde commode vivere possit, premissorum meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes..., canonicatum et prebendam, ac que inibi dignitas post pontificalem major existit ... preposituram predictos,... apostolica auctoritate, sufficienti ad id a sede predicta facultate muniti, tenore presentium, tibi conferimus, et de illis etiam providemus... Prioratus S. Salvatoris seu S. Gervasii loci de Fossis Martici. Datum Avenione, in palatio apostolico, die 19 mensis junii, anno Incarn. domin. 1619, pontif. Pauli V. anno xv.

Bonnemant, *Cart.*, t. I, p. 649, orig. parch. Arch. des B. du Rh. Parlement. Reg. 18, f° 221. — Annexe, 5 août 1619.

ALEXANDRE Aube, 1619-1628.

3110 26 septembre 1619.

Provisions d'Alexandre Aube pour la prévôté d'Arles.

Paulus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio *Alexandre Aube, canonico et preposito Arelatensi, in altero jurium licentiato,* salutem et apost. bened. Nobilitas generis... Dudum siquidem... Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda, ac prepositatus seu prepositura ecclesie Arelatensis, per liberam resignationem dilecti filii Bartholomei de Porta, nuper ipsius ecclesie canonici et prepositi, de illis quos tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam, et per nos admissam, apud sedem prefatam vacaverint, et vacent ad presens.... Nos tibi asserenti te ex civitate Arelatensi oriundum, ac de nobili et illustri genere procreatum, et in vigesimo primo tue etatis anno, vel circa, dumtaxat constitutum existere, prefatum vero Bartholomeum aliunde commode vivere valere, premissorum meritorum tuorum intuitu, specialem gratiam facere volentes,... canonicatum et prebendam, ac qui seu que in dicta ecclesia dignitas post pontificalem major existit ... prepositatum seu preposituram hujusmodi..., apostolica tibi auctoritate conferimus, et de illis etiam providemus... Datum Rome, apud Sanctam Mariam majorem, anno Incarn. domin. 1619, sexto kal. octobris, pontificatus nostri anno xv.

Arch. des B.-du-Rh. Parlement. Reg. 18, f° 281. — Annexe, 14 novembre 1619.

3111 20 décembre 1619.

Ce vendredy..., le chappitre a respondu des fruits à Mr Alexandre Aube, nouveau prevost,...

3112 23 décembre 1619.

Le chappitre a accordé à Mr le prevost, en considération de ses études, la somme de cent et vinct escus annuellement, oultre et par dessus son cléricat et sa pension...

Délibérations du chap. d'Arles, 1619 (Bonn.)

3113 15 janvier 1622.

Bme Pater, alias canonicatu et prebenda ecclesie Arelatensis, ac... prepositatu seu prepositura dicte ecclesie vacantibus, de illis sic vacantibus devoto oratori Alexandro d'Aube... tunc in vigesimo primo circiter etatis sue anno constituto, apostolica auctoritate provisum..., et ut non obstante dicto etatis defectu... preposituram hujusmodi recipere et retinere libere et licite valeat, dispensatum fuit, cum decreto, quod donec ad etatem legitimam pervenisset, nec stallum in choro, nec locum, nec vocem in capitulo dicte ecclesie haberet, sed interim in aliqua approbata universitate studii generalis theologie seu juris canonico actu operam navaret... *(Il est actuellement diacre, et demande de pouvoir posséder pleinement sa prévôté avec ses fruits, et jouir de tous ses droits.)* Concessum ut petitur. Rome, apud S. Petrum, 18 kal. februarii anno 1. (Greg. XV.)

Ibid. Reg. n° 19, f° 50. — Annexe, 12 mars 1622.

3114 18 août 1622.

Bulles pour Me Gaspard de Varadier, archidiacre d'Arles. — Gregorius, episcopus, s. s. Dei, preposito Arelaten., ac Arelaten. et Aquen. officialibus. *Gaspard avait été pourvu par l'ordinaire, au mois de juillet, sur la résignation de Gabriel de Varadier...* in 17 sue etatis anno ; *doutes. — Provision apostol., avec dispense d'âge.* 1622. 15 kal. sept.

Arch. des B.-du-Rh. Bulles annexées, reg. 19, f° 728 v°. — Annexe, 20 février 1623.

3115 4 mars 1624.

Arrest du bvreav de la chambre ecclesiastique d'Aix, portant exemption de decimes, à tous chapelains et beneficiers du diocese d'Arles : iusques à la somme de soixante livres.

3116 16 décembre 1625.

Arrest dv conseil d'Estat..., portant cassation du susdit jugement...

Bonnemant, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. II, p. 157-76 ; impr.

3117 Arles, 5 mai 1627.

Transaction entre l'archevêque et son chapitre, Alexandre Aube, prevost,... *au sujet de l'Oratoire.*

Voir ci-dessus, n° 2226, c. 954.

3118 16 février 1628.

A l'assemblée générale du clergé, tenue à Poitiers, on lut la procuration de la province d'Arles, *nommant pour députés* l'évêque de Marseille, l'abbé d'Aiguebelle et Me Pierre de Saxi, docteur en theologie, chanoine d'Arles ; *elle fut admise pour les deux premiers :* le sr Saxi exclut de l'entrée de l'assemblée.

Collect. des procès-verbaux, t. II, p. 588.

JACQUES AUBE DE ROQUEMARTINE, 1628-1644.

Il était frère d'Alexandre, son prédécesseur (BONN.)

3119 12 avril 1628.

Ce jourd'hui..., M. l'archidiacre de Varadier, en qualité de procureur de Mre Jacques d'Aube, a présenté ses bulles de la prépositure du chapitre d'Arles, pour estre respondu des fruits ; et, après lecture faicte desd. bulles, luy a esté respondu des fruits de lad. prépositure par Messieurs capitullerement assemblez, en payant les droits accoutumez...

Délibérations du chap. d'Arles, 1628 (BONN.)

3120 15 juillet 1630.

... Le chapitre a nommé vicaire-général, le siège vacant, Mre Jacques Aube, prevost, à condition que dans le mois... il rapportera sa promotion à l'ordre de prestrise...

Voir ci-dessus, n° 2235, c. 956.

3121 Arles, 14 octobre 1630, 26 avril 1631.

Délibérations du chapitre, signées : Roquemartine, prevost.

Voir ci-dessus, nos 2236 et 2239, c. 956-7.

3122 Arles, 8 décembre 1631.

A l'entrée de l'archevêque Jean Jaubert de Barrault, Mr le prevost luy fit une petite harangue.

Voir ci-dessus, n° 2244, c. 961.

3123 Arles, 20 avril 1632.

Jacques Aube de Roquemartine, prevost.

BONNEMANT, *Cart. du chap. d'Arles*, t. I, p. 337. Cf. n° 2247, c. 963.

3124 30 mai 1635.

*A l'*assemblée générale du clergé, tenue à Paris, Sr. Valladier, archidiacre en l'église d'Arles, *fut* admis *comme* surnuméraire.

Collect. des procès-verbaux, t. II, p. 648-9.

3125 9 août 1636.

Rapport sur la vérification du livre Authentique *du chapitre de la saincte eglise d'Arles, fait par* Etienne La Croix et Jean Laymeric, procureurs en la cour, experts nommés et accordés par le sindic des consuls et gouverneurs de la ville d'Arles et par le sindic du chapitre.

BONNEMANT, *Cartul. du chap. d'Arles*, t. I, p. 622-8.

3126 7 avril 1640.

Déliberation du chapitre au sujet de la peste. — ... A esté encore deliberé, sur la proposition faicte par Mr le sacristain, que tous les reliques et joyeaux, et mesmes les papiers plus importans seront portés dans le lieu ou reside la ste arche, la porte duquel lieu sera murée a chaux et sable ; et, pour une plus grande assurance, il sera coupé quelques degrés.

Délibérations du chap. BONN., *Cart.*, t. II, p. 184.

3127 25 février 1641.

*A l'*assemblée générale du clergé, tenue à Mantes-sur-Seine, *parurent comme députés de la province d'Arles*, l'évèque de Toulon et Gaspard de Varadier, archidiacre d'Arles.

Collect. des procès-verbaux, 1769, t. III, p. 8.

3128 1643.

Inscription dans le sanctuaire de St-Trophime.

D.O.M.

SPECTABILIS DOMINUS D. BARTHOLOMEUS GILLES, SANCTÆ HUJUS ECCLESIÆ PRIMICERIUS, PARATUM A PREDECESSORIBUS TUMULUM SIBI ET SUCCESSORIBUS PRIMICERIIS REPARAVIT ANNO MDCXXXXIII°.

Diplôme du roi Charles le Chauve et de sa femme Hermentrude, par lequel ils donnent à St-Maurice de genealogiis regalibus apud Arelatem civitatem nobilem, de quibus metropolitanus Viennensis... haberet stipendia vitæ..., dum isdem metropolitanus, cum subjecto sibi Arelatensi præsule cæterisque præsulibus Provincialium Galliarum, sanctam synodum teneret bis in anno... in prædicta sede Arelatensi...; cœnobium Sancti Genesii... non longe... a muro civitatis præd. Arelat...; episcopus Arelaten. ibi nullam ordinationem faciat, sine consensu et jussione sui metropolitani Viennensis... Facta... donatio in civitate Arelate....

Joan. a Bosco, *Floriac. bibl.*, læv. xyst., p. 55-7 ; LE LIÈVRE, *Antiq. et sainct. de la cité de Vienne*, p. 213-6 ; GUESNAY, *Prov. Massil. ann.*, p. 256-7 ; BOUCHE, *Hist. de Prov.*, t. I, p. 737-8 ; FAILLON, *Mon. de sᵉ Marie-Madel.*, t. II, c. 615-28. Cff. BRÉQ., I, 242 ; Ul. CHEVALIER, *Descr. du Cartul. du chap. de St-Maur. de Vienne*, n° 16. Faux diplôme, fabriqué à Vienne.

3223 (218[a]) 11 mai 878.

Lettre du pape Jean VIII à l'impératrice Ingelberge (An-gae): Ecce Arelatem regni deliciarum vestrarum sani intravimus..., illicque Bosonem principem generum vestrum, communem et filiam domnam Hermengardam alloquentes, omnia prospera et jugiter desiderata invenimus....

Patrol. latina, t. CXXVI, c. 774-5. Jaffé, 3146 (2369).

3224 17 (ou 20) août 977.

Donation par Teucinde, Deo devota, *de l'île de Montmajour*, quae mihi ex commutatione legalium mearum hereditatum, cum voluntate Manassei archipresulis et consensu canonicorum, legibus obvenit *(n° 255)*.

Voir la pièce à l'abb. de Montmajour.

3225 Carpentras, 1[er] mars 982.

Fondation du chapitre de l'église cathédrale de Carpentras par l'évêque Airard, cum consilio et voluntate..., insuper etiam domni Hictarii Arelatensis archiepiscopi,...

Voir la pièce à l'évêché de Carpentras.

3226 25 décembre 1095.

Domnus papa Arelatis diem dominicae Nativitatis, cum diversarum provinciarum episcopis, gloriosissime celebravit.

Bernoldi *Chronicon*, a. 1096 (Pertz, *Mon. Germ. hist.*, Scr. t. V, p. 464 ; *Patrol. latina*, t. CXLVIII, c. 1426). Urbain II passa les fêtes de Noël de 1095, non à Arles (Saxi, p. 114), mais à Limoges (Jaffé, p. 465 ; 2e éd., t. I, p. 682).

3227 (=510) Saint-Léger, 15 juillet 1126.

Les mêmes et soror nostra Belieldis impignoramus tibi Atoni Arelaten. archiepiscopo totum nostrum honorem quem habemus in Sancto Amantio et in ejus territorio... propter solidos octingentos Melgorien. monete. Facta *ut supra*.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 303. Bonnemant, t. III, n° 35.

3228 Arles, 3 mai 1131.

Serment des fils d'Ermesinde à l'archevêque Bernard.

Ego Bertrandus et ego Galterius et ego Alfantus, filii Ermesendis, non auferemus tibi Bernardo Arelatensi archiepiscopo, neque successoribus tuis, castrum Sancti Amantii, forcias que modo ibi sunt vel antea erunt ; et si homo vel femina lo te tolie o tentolie, fideles adjutores essemus, et finem vel concordiam cum illis non haberemus, nisi pro recuperando castro ; et quotiens nos ammonueris, per te vel per nuntium tuum, reddemus supradictum castrum, et de ammonitione non vetabimus, et ammonitori damnum vel injuriam non inferemus, nec consilio nostro inferetur ; et vitam et membra, que corpori tuo juncta sunt, non tollemus tibi, nec homo nec femina nostro consilio. Sicut scriptum est, sic o tenrem et o atendrem, et fideles erimus. Sic Deus nos adjuvet et hac sancta Evangelia. Facta sunt hec juramenta in Arelatensi civitate, in domo archiepiscopi, in mense maio, v nonas ejusdem mensis, anno ab Incarnatione Domini M.C.XXXI, indictione IX[a]. Testes sunt Gaufridus Porcellulus, et Willelmus Porcellulus, et Poncius Cambiatus, Ugo Sancti Cannati, Stephanus Sancti Leoncii, Guiraldus monachus, Poncius de Balcio, presbiter, Gaufridus de Berra, canonicus, et Petrus Guiraldi et Raimundus Willelmi, canonici.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 194 v°. Bonnemant, t. I, p. 5.

3229 Aix, 1166.

Diplôme d'Ildefonse, roi d'Aragon, comte de Barcelone et duc de Provence, en faveur de l'église d'Antibes, in presentia... R. Arelatensis archiepiscop...

Voir la pièce à l'évêché d'Antibes.

3230 (=619) 1168.

Échange de l'honneur de Vaquières contre l'église de St-Gabriel entre l'abbé de St-Victor et l'archevêque d'Arles.

In nomine Domini, anno ejusdem M°C°LX°VIII°, tam presentibus quam futuris pateat hominibus, quod ego P. Massiliensis abbas, et ego Guillelmus de Mezeiras, prior ejusdem monasterii, et totus conventus honorem de Vacheiras, cum omni jure suo, sicut in cartis nostris continetur, vobis, domne R. Arelatensis archiepiscope, quoad vixeritis, concedimus, donamus et laudamus. Verumtamen, quia honor iste diu incultus et quasi deperditus extitit, et vos ad culturam deducere, et expensas in eodem facere oportebit, hoc addimus et concedimus quod, si usque ad quinquennium prefatum honorem vobis et Arelatensi ecclesie perpetuo habere et retinere placuerit, pro concambio hujus honoris, sicut condictum et promissum est, ecclesiam Sancti Gabrielis, cum omni jure suo et pertinentiis, nobis et monasterio Massiliensi perpetuo et libere habendam concedetis, laudabitis et tradetis ; et nos eam ecclesiam recipere et retinere tenebimur. Si autem, intra predictum quinquennium, concambium de predicto honore nobiscum facere vobis non placuerit, predictum honorem de Vacheriis nomine nostro, quoad vixeritis, possideatis et teneatis ; post mortem vero vestram, predictus honor, cum omni augmento et melioratione, absque omni contradictione successoris vestri aut cujuslibet alterius persone, ad monasterium Massiliense libere revertatur. Verum, ut inter vos et nos predicta firmius permaneant, et cartas hujus honoris vobis tradimus ; et si quid, ratione possessionis vel dominici, incommoditatis seu controversie forte contigerit, auctoritatem et defensionem monasterii, cum opus fuerit, prestabimus ; et hanc cartam, et que in ea scripta sunt vobis laudamus, et nostro sigillo firmamus. Hujus rei sunt testes Guillelmus de Mezerias, prior major, Guillelmus de Mostgols, Johannes de Mauros, Fredolus de Moreriis, Bernardus Guillelmi, Stephanus de Calutione : hii omnes sunt monachi ; Petrus Gantelmi, Petrus Ferreoli, Pe. Filiolus, Pe. Fulcho, Dulcianus, qui hanc cartam scripsit.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 115. Bonnemant, t. III, n° 37 bis.

3231 1168.

In Jhesu Christi nomine, anno ejusdem M C LX VIII°, tam presentibus quam futuris pateat hominibus, quod ego R. Arelatensis archiepiscopus honorem de Vacherias, sicut in instrumento vestro per alphabetum diviso con-

tinetur, a vobis fratre dilecto P. Massiliensis monasterii abbate, et ab ipso conventu recipio ; et, tempore procedente, concambium, videl. ecclesiam Sancti Gabrielis, cum omni jure et pertinentiis, vobis et Massiliensi monasterio perpetuo et libere habendam dabo et tradam, et defensor in omnibus existam. Verumtamen, quod hactenus facere distulimus, intuitu religionis monasterii et honestatis, et pro salute anime nostre, placitum pro ecclesia Sancti Honorati, quod inter vos et canonicos nostros condam, nobis mediantibus, factum fuit, vobis et monasterio laudamus et confirmamus : ita tamen ut deinceps non solum a canonicis Arelatensibus, verum etiam a nobis et a successoribus nostris ecclesiam predictam Sancti Honorati, salvo nostro dominio, libere habere et in perpetuo possidere, et retinere valeatis. Et ut fides perpetuo habeatur, hanc cartam laudamus, et sigillo nostro signari et muniri facimus.

Archev. d'Arles. Livre vert, f° 115. — Bonnemant, t. III, n° 37.

3232 13 juillet 1168/9.

Lettre du pape Alexandre III ven. fr. Arelatensi archiepiscopo. Relatum est nobis quod prepositus Aptensis in ecclesia de Vacqueriis cartonem instanter requirat et, cum nichil umquam pro canone inde receperit nisi unum modium, eamdem nichilominus ecclesiam contra jus multipliciter inquietare presumit. *Ordre de l'avertir et de juger la cause, s'il veut la soutenir. Défense en outre de construire dans le territoire de cette église aucun oratoire,* nisi autentico scripto id alicui noscatur indultum. Dat. Beneventi, III° idus julii.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 155 v°. Bonnemant, t. III, n° 39.

3233 13 juillet 1173/1176.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Viennensi, apostolice sedis legato, et Narbonensi archiepiscopis, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis fratris nostri archiepiscopi et canonicorum Arelatensium querelam recepimus, quod dilectus filius noster nobilis vir R. comes Tholosanus ecclesie Arelatensi debitam fidelitatem facere contempnit, quam pater et avus eidem ecclesie fecisse noscuntur. Super quo utique litteras ad ipsum satis diligentes componi fecimus, monentes attentius, mandantes ac precipientes ut memorate ecclesie debitam fidelitatem nulla ratione facere differat vel omittat. Adjecimus etiam quod si hoc, ad diligentem commonitionem venerabilis fratris nostri Nemausensis episcopi, infra mensem post susceptionem litterarum nostrarum, quas ei per manum ipsius episcopi assignari mandavimus, facere forte noluerit, nos vobis in mandatis dedimus ut eum ad hoc faciendum, sublato appellationis remedio, ecclesiastica districcione cogatis. Inde est quod fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus, si predictus comes, a memorato episcopo et a vobis pariter commonitus, Arelatensi ecclesie debitam fidelitatem, infra prescriptum terminum, exhibere neglexerit, vos terram ejus, omni occasione, dilatione et appellatione remota, interdicto subiciatis ; et si nec sic commonicioni vestre acquieverit, in personam ejus excommunicationis sententiam proferatis ; et tam interdictum quam excommunicationem faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Si autem uterque vestrum his interesse non potest, alter nichilominus utriusque vicem non differat adimplere. Datum Anagnie, III. ydus julii.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 431 v°. Livre vert, f° 352.

3234 Après 1173.

Possessions de la mense archiépiscopale sous l'archevêque Raimond.

Quoddam antiquum instrumentum stilo hebraico scriptum invenit quidam prudens Judeus inter cartas suas, in quo multa continebantur que pertinent ad ecclesiam Sancti Trophimi, et ipsum inventum presentavit Raimundo Arelatensi archiepiscopo, quod ipse coram Judeis et Christianis de hebreo in latinum fideliter transferri jussit. Verba autem, que in illo antiquo instrumento scripta erant, sunt hec : « Hec terra, cum castris et cum terminis suis, est archiepiscopi ; pecunie et thesauri, qui inventi fuerint in terra que est in episcopatu suo infra omnes angulos suos, sunt archiepiscopi ; et nobiles viri, qui fuerunt ad proditionem, redierunt ad fidelitatem suam, et recognoverunt eum dominum suum. Hec sunt castra : castrum de Sallone, et Arvernicum et revest de Arvernico, et carboneria de Fabricis hujus civitatis ; Mons Judaicus est suus ; et omnes muri civitatis, qui sunt a Carboneria usque ad portam Asteriorum, sunt archiepiscopi ; castellum etiam Vicariorum, quod est juxta ecclesiam suam, supra curiam et domos dne Emme, est archiepiscopi ; ex alia parte, quando partitus est urbem cum comite, venit ad partem ejus de carreria que venit de burgo, quod est versus monasterium Montis Majoris a septentrione ad Arenas, et inde vadit ad mercatum, et a mercato flectitur per unam corrigiam, et vadit usque ad Verunam, et a Veruna rursus flectitur et descendit usque ad portam Asteriorum : quidquid scilicet infra prefatos muros et terminos istos continetur est archiepiscopi. Domini de Lambisco habent per archiepiscopum Arvernicum, et revest de Arvernico, et homines, et honorem ; et fabricas que vocantur Carboneria ; et Castellum Rotundum habebant Asterii de dominis de Lambisco, et ipsi habebant illud ab archiepiscopo, in quo castro est tertia porta antiqua, et pro ipso castro commutavit archiepiscopus ipsis dominis de Lambisco tertiam partem sue partis de pasterio de Cravo ; habent etiam duas lampridias ab archiepiscopo pro custodia Montis Judaici, et habent ab archiepiscopo villam de Furrariis ad feudum ; et retinet ibi albergam archiepiscopus sibi, et omnibus quos secum adducere voluerit ; comparationem de Vermelio habent Judei ab archiepiscopo. Honorem de Forchors, quem habent Asterii in campis et in vineis, habent per archiepiscopum ; et Judei archiepiscopi habent ibi locum seminandi duo modia de grano. Vineas que sunt versus rupem et versus paludem, et Meiranam, et omnem planum qui est juxta Meiranam, habent domini Massilie per archiepiscopum ; et Meiranam habet Joffredus Rapina per dominos Massilie, et planum habent domini de Confors per dominos Massilie ; et vineas versus rupem prope Forchors habent domini de Gardana per dominos Massilie ; et hec omnia habent domini Massilie ab archiepiscopo, et debent ei facere hominium, et jurare fidelitatem ; medietatem quo-

que, quam habent in mercato, et honorem Trebontii tenent ab ipso, et similiter debent inde ei facere hominium, et jurare fidelitatem ; in piscatione esturjonum de Treboncio habet archiepiscopus medietatem ; et in omni piscatione de Albarone habet medietatem ; de Fossa usque ad mare et en pulmento esturjonum similiter medietatem. In portu hujus ville hoc quod habent Porcelleti, habent per archiepiscopum. Super Judeos habet archiepiscopus quadraginta solidos, et quatuor solidos in lampridis. Porcelleti habent super Judeos triginta duos solidos per archiepiscopum ; et Hugo de Baucio habet super eosdem septem solidos pro una cappa per archiepiscopum ; in piscatione de Adavo habet archiepiscopus medietatem, de omni redditu ; et in villa ipsa habet usaticum de gallinis et de civata ; et in villa de Furcis habet albergum privatum super suos homines. Domini de Poscheriis habent per archiepiscopum quidquid habent in piscatione, et tubibus, et lignis que descendunt per Rodanum de Furcis usque columpnam Sancti Egidii. Castellum quod vendidit vicarius dne Emme juravit ipsa Emma archiepiscopo ; et vicarius habet adhuc domos in Funerario per archiepiscopum ; et medietatem quam habet in mercato et in civitate, et quidquid habet per vicariam, totum habet de archiepiscopo. Castellum de Carboneria, quod est prope monasterium, est de monasterio, et monasterium archiepiscopi est ; et nihil habetur ibi per dominos de Lambisco ».

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 9 v°. Livre vert, f° 35. Bonn., t. I, p. 1.

3235 1177.

Transaction entre les chanoines d'Arles et les Templiers de cette ville, au sujet des dimes terrarum de Triboncio, *par l'intermédiaire* de Raimundus Arelatensis dictus archiepiscopus..., testibus... Ymberto de Aqueria, Arelat. sacrista..., Ugone Ysopo, capellano nostro.

Authentique du chap. d'Arles, f° 109 v°. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 138.

3236 Vers 1185.

L'archevêque Pierre est associé aux prières de l'ordre de Citeaux.

Venerabili domino et patri Petro, venerabili Dei gratia Arelatensi archiepiscopo, frater Willelmus dictus abbas Cisterciensis, et totus abbatum conventus capituli generalis, salutem et orationes in Domino. Suscepimus, ut decuit, cum multa veneratione litteras vestras, domine pater ; et, juxta formam vestre peticionis, concessimus vobis plenam participationem beneficiorum et orationum sociis ordinis nostri, rogantes vos ut de cetero, sicut specialis frater ordinis, ordinem diligatis ; et cum obitus vester Cisterciensi capitulo fuerit nunciatus, quem obtamus, miserante Domino, fore felicem, pro vobis sicut pro uno ex nobis, per totum ordinem, missarum et orationum sollempnia, donante Domino, persolventur.

Archev. d'Arles. Autographe B, p. 108. Bonnemant, t. III, n° 45.

3237 23 décembre 1185/6.

Lettre du pape Urbain III pour faire restituer à l'église d'Arles par les vicomtes de Mazaugues.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Narbonensi et Aquensi archiepiscopis, Uticensi et Avinionensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Querelam venerabilis fratris nostri archiepiscopi et canonicorum Arelatensium accepimus, quod vicecomites de Masage quasdam possessiones ecclesie Arelaten. per violentiam abstulerunt, quas ei restituere contradicunt ; quia igitur sustinere nolumus ut aliqui violenter ecclesiarum jura detineant, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus rei veritatem diligentius inquiratis, et, si ita esse inveniatis, memoratos vicecomites infra viginti dies post harum susceptionem instantius moneatis, ut possessiones ablatas Arelaten. ecclesie cum integritate restituant ; et postmodum, si de jure confidunt, cum predictis archiepiscopo et canonicis, sub vestro examine ordine judiciario experiantur ; et vos causam audiatis, et fine debito terminetis. Si autem monitis vestris acquiescere forte noluerint, vos terras eorum, quamdiu pertinaces fuerint, interdicto subdatis ; et si nec sic resipuerint, personas eorum anathematis vinculo innodetis, et tam interdicti quam excommunicationis sententiam firmiter observetis. Sane si omnes his exequendis nequiveritis interesse, tres vel duo vestrum et nichilominus exequantur. Datum Verone, x° kalendas januarii.

Arch. du chap. d'Arles. Liasses diverses, f° 560. Bonn., *Cart.*, t. I, p. 298.

3238 30 juillet 1189.

Clément III mande à l'évêque de Béziers d'avertir les moines de St-Honorat de ne pas recevoir les personnes frappées d'interdit ou excommuniées par l'archevêque d'Arles et de ne pas leur donner la sépulture ecclésiastique. Ex parte venerabilis fratris nostri archiepiscopi Arelatensis... Datum Laterani, tertio kalendas augusti, pontificatus nostri anno secundo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 46. Loewenfeld, *Epist. pont. Rom. ined.*, p. 242. Jaffé, 16430.

3239 (=**692**?) Arles, janvier 1191/2.

Ego Guillermus Porcelleti juro tibi dno Imberto, Arelaten. archiepiscopo, vitam et membra et corpus tuum, et Arelat. ecclesiam, et castrum de Sallone, et castrum de S. Amantio et totum alium honorem quem modo habet... Et hoc sacramentum et hominium facio tibi propter feudum quem habeo a te et Arelat. ecclesia... Actum... supra portam S. Stephani, anno Dni M.C.XC. primo, mense januarii, in presentia ... Petri prepositi Arelat.,... et militum Poncii de Aqueria, et P[etri] de Aqueria, P. de Veruna.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 311. Bonn., t. I, p. 7.

3240 (=**699**) 10 mai 1194.

Celestinus, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Y. Arelatensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Innotuit nobis, ex fideli relatione multorum, quod cum dominium Burgi Arelatensis ad multos respiciat, eorum plerique naufragantium spolia, mercatorum quoque vel viatorum quorumlibet bona per violentiam rapientes, et alia plurima salutis sue contraria, in multorum injuriam, presumentes, ad eorum satisfactionem nequeunt postmodum

sola personarum excommunicatione compelli, nisi pro delicto illius, qui rapine auctor extiterit, totum Burgum subjicias interdicto. Quia igitur, in hoc casu, per concessionem nostram, naufragantium et oppressorum postulasti gravaminibus misericorditer provideri, fraternitati tue, presentium auctoritate, concedimus ut pro delicto gravi cujuslibet dominorum, si necesse fuerit, et commisse violencie vel rapine quantitas id exposcit, interdicendi burgum, et excommunicandi auctorem, si aliter induci nequiverit, et ad satisfactionem debitam compellendi liberam habeas, auctoritate apostolica, facultatem, ita quod utraque sententia, quoadusque ad cognitionem tuam fuerit satisfactum, plenariam obtineat firmitatem. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, VI idus maii, pontificatus nostri anno quarto.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 76. Bonn., t. II, p. 332.

3241 — 16 décembre 1194.

Reconnaissance des consuls et habitants d'Arles à Ildefonse, roi d'Aragon, comte de Barcelone et marquis de Provence, lequel promet... et quod ecclesiam Sancti Trophimi, possessiones et facultates et omnia jura ejus, et omnes etiam habitantes in ea, manuteneam et defendam in perpetuum....

Arch. des B.-du-Rh. B. 296, original, charte-partie.

3242 — 2 décembre ? 1202.

Bulle du pape Innocent III, cottée double F, de l'an 5e de son pontificat, adressée à l'archevesque d'Arles et a son eglize, par laquelle il leur deffend d'emprumpter aucune somme sans mure deliberation, pour esvicter les abus.

Analyse insérée dans la donation du 1er avril 1682.

3243 — Latran, 5 décembre 1202.

Lettre d'Innocent III au clergé régulier de la province d'Arles, lui mandant d'observer les sentences d'excommunication et d'interdit promulguées par l'archevêque contre les malfaiteurs.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatibus, prioribus et aliis ecclesie prelatis virisque religiosis per Arelaten. provinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Constitutus in presentia nostra venerabilis frater noster Arelaten. archiepiscopus, sua nobis insinuatione monstravit quod quidam ex vobis, pro eo quod per sedem apostolicam sunt exempti, excommunicationis et interdicti sententias in raptores et alios malefactores auctoritate metropolitica rationabiliter promulgatas observare contempnunt. Quare postulavit a nobis ut ipsas faceremus auctoritate apostolica inviolabiliter observari. Volentes igitur indempnitatibus memorati archiepiscopi paterna sollicitudine providere, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus sententias quas ipse in raptores et alios malefactores duxerit rationabiliter promulgandas, irrefragabiliter observetis et faciatis per ecclesias vestras usque ad satisfactionem idoneam observari. Datum Laterani, nonis decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 380, n° 26, original, traces de sceau.

3244 — Aix, mai 1204.

Traité de paix entre Guillaume, comte de Forcalquier, et Ildefonse, comte et marquis de Provence, par l'entremise de Pierre, roi d'Aragon et comte de Barcelone, qui s'éclaire des conseils des archevêques d'Embrun, d'Arles et d'Aix.

Arch. des B.-du-Rh. B. 302, orig., ch. partie ; B. 303, orig.

3245 (=779) — Décembre 1205.

... roborari. Preterea, ad majorem et habundanciorem cautelam, ego M. Dei gratia Arelatensis archiepiscopus, presentem constitutionem juramento firmavi. Et ego G. prepositus, eamdem constitutionem juramento firmavi. Et ego S. decanus, juravi. Et ego B. sacrista, juravi. Et ego W. Bertrandi, archipresbiter, juravi. Et ego Johannes, precentor, juravi. Et ego magister B. canonicus, juravi. Et ego Privatus, canonicus, juravi. Et ego Durantus, vestiarius, juravi. Et ego Rainaldus, canonicus, juravi. Et ego Raimundus de Ameglano, canonicus, juravi. Et ego S. canonicus, juravi. Et ego Bremundus, canonicus, juravi. Et ego Petrus, infirmarius canonicus, juravi. Et ego W. Michael, canonicus, juravi. Et ego Raimundus Fulco, canonicus, juravi. Et ego Poncius de Tarascone, canonicus, juravi. Et ego Rostagnus Bonet, canonicus, juravi. Et ego Bremundus de Vellaus, canonicus, juravi. Et ego Raimundus Ferreoli, canonicus, juravi. Et ego Durantus, canonicus, juravi. Et ego Petrus de Sancto Jacobo, canonicus, juravi. Et ego Ugo Petri, canonicus, juravi. Et ego Guiscardus, canonicus, juravi. Et ego Guillelmus de Valleflorida, canonicus, juravi.

Chap. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 217, « original, auquel sont encore attachés deux sceaux, l'un en cire d'un des pères du concile, dont il n'est plus possible de lire le nom, l'autre en plomb, de Michel de Morèse, archevêque d'Arles ». Bonn., *Conciles*, n° 4.

3246 — 13 décembre 1209.

Diplôme de Pierre, roi d'Aragon et comte de Barcelone, en faveur de l'abbaye de Cisterciennes de St-Pons de Gémenos. Testes... Michael archiepiscopus Arelatensis,...

Bouche, *Hist. de Prov.*, t. II, pp. 153 et 203-4 ; *Gallia christ. nova*, t. I, instr. c. 68.

3247 — 3 mai 1210.

Lettre du pape Innocent IV aux évêques de Nîmes et de Cavaillon et au prévôt d'Avignon, pour maintenir à l'abbé de Montmajour la propriété des marais : cum olim a bo. me. magistro Milone, notario nostro, apostolicæ sedis legato, consulibus civitatis Arelaten. causa commissa fuisset, præpositus et canonici Arelaten., et quidam alii Arelat. diœcesis, sese liti pro defensione partis alterius offerentes, ipsius causæ impedivere processum...

Chanteloup, *Hist. de Montmajour*, p. 300-1.

3248 — Juillet 1210.

Transaction entre l'archevêque Michel et le précepteur de l'Hôpital de St-Thomas.

Anno ab Incarnatione Domini MCCX, mense julii, imperante Romanis Othone semper augusto. Controversia erat inter dom. Michaelem Arelatensem archiepiscopum, et Arnaldum de Campagnolis, domus

Hospitalis Sancti Thome preceptorem, nomine ipsius Hospitalis litigantem. Petebat siquidem dom. archiepiscopus decimam in quibusdam terris dicti Hospitalis, scilicet in condamina de Port Arnalt, et in condamina de Affurana, que fuit Bertrandi Porcelleti, et in terris que fuerunt Guillelmi Boniti, et in terris quas Hospitale habet ad Sanctum Austorgium, et ad Badasacs, et in terris omnibus quas Hospitale habet apud Maillanam ; que preceptor in parte cognoscebat et in parte diffitebatur. Et de his omnibus compromiserunt sollempniter ex utraque parte, sub pena duorum millium solidorum, in Rostagnum de Beedejun et in Guillelmum de Bosco, qui inter eos talem fecerunt transactionem : scilicet quod dom. archiepiscopus habeat medietatem decime integre in tota condamina de Port Arnald, sicut eam tenet Hospitale, et de hac medietate habeat medietatem ecclesia Trencataliarum ; et dom. archiepiscopus faciat quod potuerit ut ecclesia predicta Trencataliarum se teneat inde pro pagata. Preterea dom. archiepiscopus habeat medietatem decime integre in omnibus terris novis et veteribus, quas Hospitale habet in tenemento Maillane, et omnes alie terre predicte, in quibus dom. archiepiscopus petebat decimam, scil. condamina de Affurana que fuit Bertrandi Porcelleti, et terre que fuerunt Guillelmi Boniti, et terre quas Hospitale habet ad Sanctum Austorgium et ad Badasacs, sint libere et immunes in prestatione decime, ita quod archiepiscopus in illis decimam nullo modo petere possit ; et si de cetero Hospitale acquisierit aliquid, ubi dom. archiepiscopus uniquam habuerit decimam, Hospitale non teneatur inde dare nisi medietatem integre decime ; et sic sit finis de decimis, et sit finis de blado quod dom. archiepiscopus amore vel vi ab Hospitali habuerat, preter de ordeo quod hoc anno ceperat, quod integre, non retenta decima, Hospitali restituat ; et oves proprie Hospitalis Sancti Thome, et oves pastorum qui custodierint oves ejusdem Hospitalis, sint immunes et libere a paschario, et similiter vacce et eque, et omnes bestie Hospitalis Sancti Thome sint immunes et libere a pascario, sicut solebant esse cum antecessoribus dni archiepiscopi. Et fuit statutum a predictis arbitris, quod pars illa que hanc transactionem servare noluerit, predict. penam, duorum scil. millium solid., alteri parti solvere teneatur. Actum fuit hoc in presentia Guillelmi Isnardi, tunc temporis consulis, qui rogatu utriusque partis inde cartam fieri et sigillo consulum muniri precepit. Testes vero interfuerunt Stephanus prepositus, Guillelmus prior Sancti Honorati, Martinus de Caunis canonicus, Raimundus Bonaldus canonicus, frater Poncius Ospinellus, frater Stephanus Rossignoll, frater Guillelmus Martinus, Raimundus Ricardus, Poncius de Cumbis, Michael canonicus Tolonen., Imbertus de Sellon, Guillelmus de Castriis, frater Guillelmus Boiseira. Preterea sciendum est quod in eadem transactione fuit dictum et a dno archiepiscopo concessum ut sal proprium Hospitalis Sancti Thome non emptum, sit liberum a montatione. Ego Vincentius notarius omnibus supradictis testis interfui, et hoc instrumentum composui, scripsi et supplevi.

Archev. d'Arles. Liber aureus, n° 196, orig. Livre rouge, f° 417 v°. Arch. du grand prieuré de St-Gilles. Cartul. de Trinquetaille, f° 60 v°. Bonnemant, t. I, p. 267.

3249 Tarascon, 22 avril 1227.

Accord militum et proborum hominum Tharasconis, *et de R. Bérenger, marquis de Provence et comte de Forcalquier, au sujet des fours,* in presentia dni Hugonis, D. g. Arelaten. archiepiscopi.

Arch. des B.-du-Rh. B. 317, orig. ; B. 356, copie fin XIIIe s.

3250 Tarascon, 22 avril 1227.

Le même marquis et comte rend ses bonnes grâces aux gens de Tarascon, en présence du même archevêque.

Arch. des B. du Rh. B. 317, orig., sans bulle.

3251 Tarascon, 22 avril 1227.

Le même marquis et comte renouvelle aux gens de Tarascon leurs antiques libertés et immunités, en présence du même archevêque.

Arch. des B.-du Rh. B. 317, orig. et copie du 18 nov. 1256 ; B. 304, copie du XIVe s.

3252 Arles, 18 février 1227/8.

Raimond Bérenger, marquis de Provence et comte de Forcalquier, approuve le gage de divers châteaux et villes donné par le comte de Toulouse à la commune d'Arles pour 110000 sous. Acta.. in palacio dni Hugonis Arelaten. archiepiscopi, in civitate Arelatensi, in presentia dicti dni archiepiscopi, Guiscardi archidiaconi, Bernardi sacriste...

Arch. des B.-du-Rh. B. 318, orig., sceau et bulle.

3253 Arles, 15 octobre 1228.

Délai de deux mois et demi accordé au comte de Provence, pour l'exécution du traité (n° 944), par l'archevêque Hugues et le podestat d'Arles.

Arch. des B.-du-Rh. B. 318, original avec tresse, copie.

3254 Août 1230.

L'empereur Frédéric II autorise tous ses sujets à vendre et donner à l'église d'Arles.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum esse volumus universis et singulis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod nos Arelatensem ecclesiam volentes oculo benigno respicere et ejus profectibus providere, ad supplicationes quoque Hugonis venerabilis ejusdem ecclesie archiepiscopi, dilecti principis nostri, generaliter indulgemus ut liceat cuilibet de imperio de bonis et possessionibus suis, absque prejudicio et gravamine nostro et imperii, vendere, donare et in ultima voluntate relinquere dicto venerabili archiepiscopo, successoribus suis et Arelatensi ecclesie, non obstante prohibitione seu statuto alicujus civitatis vel alicujus persone ecclesiastice seu civilis. Ad hujus autem rei evidentiam et perpetuam firmitatem, presens scriptum fieri et bulla aurea tipario nostre majestatis impressa jussimus communiri. Datum in castris prope Ceperanum, anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo, mense augusti, tertie indictionis.

Vidimus du pape Clément VI, du 24 janv. 1344.

3255 11 septembre 1230.

Lettre du pape Grégoire IX à l'archevêque d'Arles, lui mandant de réformer l'abbaye de St-Césaire d'Arles : Ex parte Arelatensis ecclesie... Datum Anagnie, tertio idus sept., p. n. a. quarto.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 100, copie.

3256 Marseille, 18 septembre 1230.

Raimond Bérenger, marquis de Provence et comte de Forcalquier, livre à l'évêque de Toulon la 8° partie du château de Solliès, scil. quod si dom. archiepiscopus Arelaten. venerit in partibus istis hinc usque ad Natale Domini proximum, *l'évêque sera tenu de lui livrer ce 8°;* si vero ... non venerit, teneamini tradere ... Guillelmo, preposito Arelaten. Et dictus dom. archiepiscopus, si venerit, vel dict. Guillelmus prepos. teneantur cognoscere et diffinire usque ad Pascha .. ad quem pertineant... Actum fuit in Massilia, in stari dni episcopi Massilien., in presentia et testimonio Guillelmi, prepositi Arelat., et dni B. Massilien. episcopi,...

Voir la pièce à l'évêché de Toulon.

3257 22 septembre 1230.

Documents sur la possession du château de Mornas.

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Agathensi, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Arelatensis archiepiscopus humiliter postulavit a nobis, ut castrum Mornatii, quod nomine ecclesie Romane tenetur, concessum olim a bone memorie M. predecessore suo in feudum nobili viro R. comiti Tholosano, sicut de jure spectat, tam ratione possessionis quam proprietatis, ad Arelatensem ecclesiam, restitui faceremus eidem. Unde, dilecto filio magistro Petro de Collemedio, cappellano nostro, apostolice sedis legato, mandavimus ut inquisita super premissis diligentius veritate, super restitutione castri predicti faciat quod exigente justicia ejusdem ecclesie, prudentia sua viderit faciendum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus si dictus magister legationem forsitan non receperit, tu mandatum super hoc sibi directum auctoritate apostolica exsequaris. Datum Anagnie, x. kalendas octobris, pontificatus nostri anno IIII.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 430 v°. Livre vert, f° 351 v°.

3258 Aix, 15 juillet 1231.

In nomine D. N. J. X. Anno ejusdem secundum carnem M.CC.XXXI, scil. ydibus julii. Nos R. Bereng., D. g. illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalquerii, sollempniter confitemur et in veritate recognoscimus vobis dno Hugoni, Arelaten. archiepiscopo, quod usque in hodiernum diem, a temporibus retro preteritis et etiam de duobus sasonibus proximo venturis, nobis est satisfactum a vobis de censu annuali quod est unius assis durer°, quam nobis et nostris servire tenemini pro Castro veteri annuatim. Renunciantes... ; et de dicto censu per duas sasones continuas proxime venturas, vos... facimus convicium et inmunem. Actum Aquis, in cellario Borgueti. Testes interfuerunt W. Arelaten. prepositus, W. de Bosco, Arelat. canonicus, R. prior de Grimaut, Ancelmus Ferus, B. de Alamannon... Et ego P. Andree, publ. notarius,...

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 444. Livre vert, f° 361 v°.

3259 21 août 1231.

Reverendo in Christo patri et domino T., Dei gratia Agathensi episcopo, vicarius Bellicadri, salutem et reverentiam. Cum, sicut in vestris litteris asseruistis, secundum mandatum dni pape, quod non vidi nec audivi, venerabilem patrem dom. Arelatensem archiepiscopum super facto Mornatii audire proponatis nec dom. senescalcum Bellicadri, cum sit absens, habere valeatis, me rogastis quatinus apud Arelatem ad vos venirem vel aliquem mitterem, loco mei. Ad quod, paternitati vestre respondeo quod in castro Bellicadri et ejus districtu sum tantummodo vicarius dni Senescalci ; et ideo super facto Mornatii, quod castrum est inmediate ecclesie Romane, cum super hoc mandatum non habeam, nichil per me potest comode expediri. Et ideo, vestra paternitas pro malo non habeat, si pro predicto facto ad vos non venero, nec aliquem misero, loco mei. Datum apud Bellicadrum, anno Domini M.CC.XXXI, scil. XII. kalendas septembris.

Lettre insérée dans l'acte du 22 août 1231 (n° 3260).

3260 22 août 1231, 25 février 1231/2.

Anno Domini M.CC. triscesimo I°, v. kalendas martii. Nos Thedisius, Agathensis episcopus, litteras dni pape hoc anno recepimus, que superius continentur. Hinc est quod volentes mandatum dni pape nobis injunctum exequi humiliter et devote, diem assignavimus predicto archiepiscopo, ad quam testes et alias probationes, super possessione seu proprietate castri de Mornatio, posset producere coram nobis. Mandantes nichilominus senescallo Bellicardi, qui tenebat castrum predictum, ut ad eandem diem presens esset, ad dicendum, si vellet et posset, aliquid de jure, et contra testes et probationes archiepiscopi memorati. Cum itaque dies illa demandata fuisset, ad civitatem Arelatensem postea, pro eodem negocio, personaliter accedentes, predicto Senescallo pro eadem causa litteras nostras direximus ; et cum non fuisset inventus, eo quod erat extra Arelatensem provintiam, vicario ipsius mandavimus ut ad presentiam nostram, loco Senescalci, veniret, si vellet, et videret testes et probationes quas idem dom. archiepiscopus produceret coram nobis. Qui vicarius nobis, per suas litteras sigillatas et apertas respondit, quarum tenor inferius continetur : « Rever. *(n° 3259)*... » Fuit igitur consilium sapientum, licet Senescalcum dictum vel aliquem loco ipsius non potuerimus habere presentem, quod testes et alias probationes dni archiepiscopi super possessione seu proprietate castri de Mornatio in formam publicationis recipere deberemus. Propter quod, anno Domini M.CC.XXXI, XI kalendas septembris, apud Arelatem, testes et probationes recepimus infrascriptas. — Raynaldus Yterius juravit et dixit se vidisse et audisse quod R. quondam comes Tholosanus, pater ipsius qui nunc est, recognovit se tenere ad feudum castrum de Mornatio, ab archiepiscopo et ecclesia Arelaten. Et vidit quod dom. comes, in Argentia, juxta castrum de Furcis, in loco ubi fuit ecclesia Sancti Martini, fecit homagium, flexis

genibus, pro dicto castro Mornatii, dno Michaeli, tunc Arelatensi archiepiscopo, positis manibus ipsius inter manus ejusdem archiepiscopi, et juravit ei fidelitatem pro dicto castro ; interrogatus de tempore, dixit quod xxiii. anni sunt elapsi, et plus. Presentes erant R. Paiesius, et Berengarius Audemer, et Bernardus Muiolerius, et multi alii. Petrus de Oliveriis juravit, et dixit idem per omnia quod proximus. Presentes erant Motetus, P. de Thoro, Rn'. de Falnaria, et multi alii. – ...Idem comes promisit archiepiscopo quod ipse archiepiscopus posset levare, si vellet, semel in anno, vexillum suum in capite castri de Mornatio, in signum dominii ; et etiam dixit comes archiepiscopo quod tunc mitteret ibi vexillum suum... ...R. quondam comes Tholosanus, avus istius qui nunc est, recognovit se tenere ad feudum castrum Mornatii ab archiepiscopo et ecclesia Arelaten.; et.. ipse comes in Argentia, juxta castrum de Furcis, in loco ubi fuit ecclesia Beati Martini, fecit homagium, flexis genibus, pro dicto castro Mornatii, dno Ymberto, tunc Arelaten. archiepiscopo, positis manibus ipsius inter manus ejusdem archiepiscopi, et juravit ei fidelitatem pro dicto castro. .. xxxv. anni sunt elapsi et plus... — Guiscardus, archidiaconus Arelat., ...R. pater istius comitis qui nunc est, recognovit se tenere ad feudum ab archiepiscopo et ecclesia Arelat. castrum Mornatii, et... idem comes, in Argentia, supra villam que dicitur Adau, flexis genibus, fecit homagium dno Michaeli, tunc archiepiscopo Arelat., pro dicto castro, et ei fidelitatem juravit ; hoc idem fecit filius ejus R., qui nunc est, mandatus a patre,... xx. anni sunt et plus... — P. de Sancto Yacobo, canon. Arelat., prior S. Laugerii... — ...Idem... quod Guiscardus..., excepto quod nescivit determinare certum locum, nisi... quod hoc fuit in ripa Rodani, inter Furchas et Bellicadrum... — ... R. quondam comes Tholosanus, pater istius comitis..., ...fecit homagium... dno Ymberto..., xxx. anni sunt et plus.... ante ecclesiam B^e Marie de Mornatio, presente populo, et tunc fuit vexillum dni archiepiscopi levatum in capite castri et clamatum pro dno Arelaten. archiepiscopo. — ... Dno Ymberto..., xxxi. annus est elapsus et plus..., supra villam de Furcis, in riparia. — ... Ymbertus de Aygueria...; in recognitione facta dno Michaeli erant presentes... Stephanus prepositus Arelat... — ...Idem quod primus...; alia vice, apud Bellicadrum, idem comes, in domo Raymundi Duranti, juxta Rodanum, flexis genibus, recognovit se tenere castrum Mornatii a dno archiepiscopo dicto et fecit ei homagium..., in eodem anno. — ... Dno Michaeli..., xxiiii^or anni sunt et plus,... supra Furchas ; presentes erant magister Bertrandus, decanus Arelat. et Stephanus prepositus... — ... De recognitione facta dno Ymberto..., prope illum locum ubi fuit ecclesia B. Martini... — *De eadem*, supra Furcas, in cymiterio S. Martini... — Petrus Duranti... dixit idem quod Guiscardus... ; idem testis eo tempore erat cappellanus ecclesie de Adau. — ... Dno Ymberto..., xxviii. anni sunt elapsi et plus,... apud Furcas, juxta locum ubi fuit ecclesia B. Martini,... — ... Dno Ymberto... in villa de Furcis, ante ecclesiam. — Ad probandam etiam intentionem suam, produxit multa instrumenta seu documenta auctentica, in scriptis ; videl. privilegia imperatorum et regum Romanorum, et etiam Romanorum pontificum, que oculis nostris perspeximus, et legimus in prima figura, sine omni vitio. In primis, privilegium dni Conradi, Romanorum regis, in quo multa castra et possessiones, inter que enumeratur expressum castrum Mornatii, archiepiscopo Arelaten. et successoribus ejus confirmat ; et in fine adicitur ibi « concedimus ». Similiter in privilegio dni Frederici, imperatoris anni istius, qui nunc regnat, perspeximus quod inter alia castra et possessiones que idem confirmat archiepiscopo Arelaten. et successoribus ejus, nominat expressum castrum Mornatii, et, enumeratis omnibus, adicit « hec omnia supradicta concedimus et confirmamus ». Idem per omnia continetur in privilegio istius dni imperatoris qui nunc regnat. In alio etiam privilegio istius imperatoris, perspeximus et legimus, « concedimus et confirmamus castrum Mornatii archiepiscopo Arelatensi », enumeratis multis ; et in fine, repetit, « hec omnia supradicta concedimus et confirmamus ». Perspeximus etiam privilegium Anastasii pape III, in quo dictum castrum confirmatur ecclesie Arelatensi. Eodem modo, confirmatur in privilegio Adriani pape IIII. Eodem modo, confirmatur in privilegio Urbani pape III. Eodem modo, confirmatur in privilegio Celestini pape III. Eodem modo, confirmatur in duobus privilegiis Innocentii pape III. Eodem modo, confirmatur in privilegio Honorii pape III. Eodem modo, confirmatur in privilegio Gregorii pape VIIII. Produxit insuper quoddam rescriptum dni Gregorii pape VIIII, in quo erat insertum, de verbo ad verbum, quoddam rescriptum Innocentii pape III, in quo, inter cetera, continebatur expressim, in quo idem dominus papa archiepiscopo Arelaten. et ejus suffraganeis precipiendo mandabat, ut feuda que comes Tholosanus et possessiones tenebat ab ecclesiis ipsorum recuperarent viriliter et potenter. Item, produxit instrumentum comitis Tholosani, avi istius, sigillatum sigillo ipsius et per alphabetum divisum, in quo continetur expresse quod, inter alia que idem comes tenebat ab ecclesia Arelaten., tenebat castrum de Mornatio ab Arelaten. archiepiscopo, et quod inde debebat ei homagium facere et fidelitatem jurare...

Inséré dans l'acte du 6 avril 1232 (n° 3262).

3261 5 avril 1232.

PRUDENTI et discreto viro P. senescalco Bellicadri, T. divina permissione Agathen. episcopus, cum sincera dilectione salutem. Litteras dni pape hoc anno recepimus sub hac forma : « Gregorius (*n° 3257*)... » Cum itaque, auctoritate hujus mandati, de castro Mornatii facere inquisitionem vellemus, vobis et vener. patri W. [=U.] archiepiscopo Arelatensi diem assignavimus, ut summi pontificis exsequeremur mandatum ; quam diem, si bene recolitis, demandastis. Propter quod ad Arelaten. civitatem postea personaliter accedentes, vos citavimus propter causam predictam ; et quia in Arelatensi provincia non eratis, ut nobis vester vicarius per suas litteras intimavit, ipsum citavimus loco vestri. Qui nobis respondit quod non erat vicarius vel procurator in castro Mornatii, et ideo ad videndos testes vel probationes super inquisitione hujusmodi non veniret. Nos itaque, volentes mandatum dni pape exsequi humiliter et devote, testes

et alias probationes archiepiscopi super possessione et proprietate castri de Mornatio recepimus diligenter. Inter quas probationes, multi testes deponunt et dicunt se vidisse ac presentes fuisse quando comes Tholosanus, videl. pater istius, recognovit se tenere in feudum castrum de Mornatio ab Arelaten. ecclesia, et inde fecit homagium et juravit fidelitatem, prius dno Ymberto, archiepiscopo Arelaten., et postmodum archiepiscopo Michaeli. Eandem recognitionem et fidelitatem fecit comes Tholosanus qui nunc regnat, de mandato patris sui, olim dno Michaeli, pro castro predicto. Legimus etiam instrumentum quoddam per alphabetum divisum, productum ab ipso archiepiscopo, sigillatum sigillo comitis Tholosani, avi istius; in quo continetur expresse quod sepedict. castrum in feudum ab Arelaten. archiepiscopo tenetur, et pro ipso facere homagium debet, et juramentum fidelitatis prestare. Adjectum est etiam in eodem instrumento quod comes Tholosanus illud castrum in aliam personam alienare vel transferre non potest. Sunt etiam L. anni et plures, quod est instrumentum illud confectum. Ad idem probandum, multa privilegia regum, imperatorum et Romanorum pontificum, predictus dom. W. Arelaten. archiepiscopus coram nobis produxit. In primis itaque, vidimus et legimus privilegium Conradi, Romanorum regis, in quo hec clausula, inter cetera, continetur : « concedimus et confirmamus » Arelaten. archiepiscopo multa castra, que numerantur ibidem, inter que castrum de Mornatio nominatur expresse. Eadem clausula etiam continetur in privilegio Frederici imperatoris, avi istius, ubi similiter castrum de Mornatio nominatim exprimitur. Eadem quoque clausula in privilegio istius Frederici qui nunc regnat, expresso castro de Mornatio, continetur. In privilegiis preterea Romanorum pontificum, videl. Anastasii III, Adriani IIII, Urbani III, Celestini III, Innocentii III, Honorii III, et Gregorii VIIII, predictum castrum Arelaten. archiepiscopo confirmatur. Et quia, tam per testes quam per privilegia, et instrumentum sigillatum, ut dictum est superius, sigillo comitis Tholosani, evidenter intelligimus sepedictum castrum de Mornatio ad jus Arelatensis ecclesie pertinere, vobis, auctoritate dni pape, mandamus quatinus antedictum castrum de Mornatio dno W. archiepiscopo Arelaten. restituere debeatis. Maxime, quia dom. papa vobis mandavit, sicut in litteris vobis directis vidimus contineri, ut de restitutione dicti castri secundum quod ordinatum esset a nobis vel a magistro P. de Collemedio studeretis implere. Quicquid autem super hoc feceritis, sive facere disposueritis, nobis per latorem presentium rescribere velitis, si placet. Datum apud Agatham, nonis aprilis.

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 430 v°. Livre vert, f° 351 v°.

3262 6 avril 1232.

In nomine Domini. Anno ejusdem Incarnationis M.CC. triscesimo secundo, VIII. ydus aprilis. Tedisius, divina permissione Agathensis episcopus, universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino Jhesu Christo. Presentium insinuatione fieri volumus manifestum quod olim litteras dni pape recepimus sub hac forma : « Gregorius *(n° 3257)* ... ». Volentes igitur mandatum summi pontificis exequi humiliter et devote, super inquisitione castri de Mornatio testes quos voluit producere coram nobis venerabilis pater W. [=U.] archiepiscopus Arelatensis, et alias probationes similiter instrumentorum et privilegiorum, recepimus diligenter; et ne hoc posset futuris temporibus in dubium revocari, ad perhempnem memoriam, per manum publicam scribi predicta omnia, et sigillo nostro fecimus sigillari. Que omnia de verbo ad verbum inferius continentur : *(n° 3260)*... Ego Petrus Lauterii, publicus notarius Agathensis, omnia supradicta de originali transcripsi de verbo ad verbum..., mandato dni Tedisii, episcopi Agath., presentibus, legent. et vident. Petro Nicholao et Guillelmo de S. Cannato, canonicis Arelaten....

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 324 v°. Livre vert, f° 347 v°.

3263 Arles, 25 mai 1232.

Franchise de péages, etc. accordée par Raimond Bérenger à la commune d'Arles. Facta est et insinuata donatio supradicta in presentia dni Hugonis, D. g. Arelaten. archiepiscopi, judicis ordinarii, sedentis pro tribunali in palatio suo et suam auctoritatem interponentis, et in presentia... dni G. Carpentorat. episcopi, Hugonis prepositi, B. sacriste Arelat..., Guigonis prepositi de Barjolis,... Gantelmi vestiarii Arelat.,...

Arch. des B.-du-Rh. C. 371, copie papier.

3264 Pélissanne, 30 juillet 1232.

In nomine D. N. J. X. Anno ejusdem secundum carnem M.CC.XXXII, scil. III. kalendas augusti. Nos R. Bereng., D. g. illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalquerii, de nostro beneplacito et voluntate, remittimus et desamparamus, per nos et successores nostros in perpetuum, vobis Hugoni, D. g. Arelaten. archiepiscopo, recipienti nomine ecclesie Arelaten. et hominum ejusdem eccl., omnia nova pedagia et exactiones, et vectigalia seu toutas, et omnia alia... inventa seu imposita a nobis vel a nostris bajulis seu castellanis, a morte dni Ildefonsi, bone memorie comitis Provincie quondam, patris nostri, et ora, super homines ecclesie Arelat. et Beati Trophimi, videl. de Sallone, de Sancto Amantio, de Granis, de Castro veteri, et de castro Sancti Mittrii et de Vacheriis, de Sancto Martino de Crau, de Alvernico, de Auronis ; ita scil. quod homines predict. castrorum seu locorum gaudeant predicta libertate et franchisia per totam terram nostram quam habemus in Aquen. et Arelat. provinciis. Et quod totum... fideliter observemus et teneamus per nos, et per nostros bajulos et castellanos observari et teneri faciamus, in manu vestra, fide interposita, promittimus. Et ad majorem firmitatem, presentem cartam jussimus sigilli nostri munimine roborari. Actum in castris ante Pellissanam. Testes vocati et rogati fuerunt, R. de Barjolo, canonicus Arelaten., Arnaudus prior de Mejanis, P. de Camarat, canon. Forojulien., Romeus judex Provincie... Et ego P. Andree, publ. notarius,...

Archev. d'Arles. Livre rouge, f° 444 v°. Livre vert, f° 362.

3265 Arles, 24 juillet 1239.

In nomine D. N. J. X. Anno Incarnationis ejusdem M.CC.XXX.VIIII, VIIII. kal. augusti, dno *(n° 1039)*... imp. regnante s. a. Noverint universi presentem paginam inspecturi quod nos R. Berengarius, illustris comes et marchio Provincie et comes Forcalquerii, juramus super sancta Dei evangelia a nobis corporaliter tacta, quod toto tempore vite nostre, erimus fideles deffensores, protectores et conservatores vobis dno J. Dei g. Arelaten. archiepiscopo et ecclesie Arelat., et personam vestram et omnium canonicorum dicte ecclesie, et res et jura, et jurisdictionem vestram et dicte ecclesie, et immunitates, et personas religiosas et loca religiosa, et inmunitates et libertates eorum, servabimus et custodiemus ; hereticos, quocumque nomine senseantur, fautores, credentes, deffensores et receptores eorum scienter, ad mandatum vestrum vel dicte ecclesie, de districtu Arelatis, pro viribus exterminare studebimus, bona fide ; cartam consulatus, et libertates et franquesias militum et proborum hominum de Arelate, bona fide servabimus et deffendemus, secundum vestrum bonum intellectum ; et dominium et jurisdictionem, quod et quam Bertrandus Porcelletus et Rainaudus Porcelletus, et alii dominorum burgi Arelatis et antecessores eorum, habuerunt et consueverunt habere in dicto burgo, et restituemus : exceptis illis que essent contra Deum vel contra universale proficuum civitatis Arelatis, vel majoris partis vel contra aliquod de supradictis. Et omnia predicta adimplebimus ad vestrum bonum intellectum. Sic nos Deus adjuvet et hec sancta Dei evangelia a nobis corporaliter manu tacta. Et hoc juramentum prestamus, propter concessionem et traditionem quam nobis facitis, sicut infra proxime continetur. — Ad hec nos... conced. vobis prenominato comiti ... emol., honere et... nos et vos ... debemus ; et salvo et ret. o. j. suo dominis burgi supradictis, et dominio quod in burgo ipsi et antecessores eorum habere consueverunt in burgo Arelatis. Actum... Arelatis.

Arch. des B.-du-Rh. B. 330, origin. parch.

3266 9 août 1242.

Anno 1242, die 5. idus augusti, ego Raimundus Capardus, confitens personam meam et omnia bona mea esse commissa dno J. Arelatensi archiepiscopo, eo quod, tamquam infidelis, exheredationem suam et Arelatensis ecclesie tractare vidi, et ipsi tractatui interfui et consentivi multociens, et eam sibi non revelavi quam cito deberem, promittens vobis dno Petro Guillelmo, bajulo Sallonis, et per vos ipsi dno archiepiscopo, quod semper ipsi dno archiepiscopo fidelis et obediens ero, et ejus captus et successorum ejus sum, ubicumque sim, *etc.*

3267 11 et 12 août 1242.

Hugues Jehan et Arnaud de Tholose font la même déclaration, et prêtent le même serment.

Archev. d'Arles. Livre noir, f° 114 v° et 115. Bonn., t. I, p. 68 ter.

3268 19 décembre 1242.

Reconnaissance des seigneurs du château de Ménerbes (Menerba) *à Guillaume, comte de Forcalquier*... Quelibet pars cartam per alphabetum divisam habeat, sigillis dni Arelaten. archiepiscopi et dni R. Cavallicen. episcopi... patrocinio roboratam... ; et mei Guillelmi Berengarii, publici tocius jurisdictionis dni J., D. g. s^r Arelat. ecclesie archiepiscopi, notarii...

Arch. des B.-du-Rh. B. 335, orig., ch. partie ; sceau de l'archev. d'Arles sur bande de parch. B. 336, copie fin XIIIe s. B. 2, Reg. *Pergamen.*, f° 21 v°. B. 143, Reg. *Pedis*, f° 32.

3269 (=**1016**) Arles, 11 novembre 1246.

Concile provincial d'Arles tenu par Jean Baussan.

« Il faut lire [à la fin du n° 988, c. 385] MCCXLVI et III. idus decembris [= novembris : l'erreur est dans Labbe, t. XI, II, c. 2348] ; c'est une faute d'impression. Les conciles provinciaux avoient lieu tous les cinq ans : depuis 1246 jusqu'en 1251, il y a justement ce nombre d'années » (Bonnemant, *Conciles*, n° 11).

3270 28 novembre 1248.

Donation par Raimond Bérenger, marquis de Provence et comte de Forcalquier, à Laurent de Pratis, *citoyen d'Arles.* Datum Arelate, in domo archiepiscopali et in camera rev^di dni R. archiepiscopi, et in presentia ipsius R. archiepiscopi,...

Arch. des B.-du-Rh. Reg. *Draconis*, f° 253 v°. Pièce fausse.

3271 16 juin 1251 ?

Raimond, sacristain d'Arles, et autres décident comme arbitres que l'abbé de Montmajour fera remise de la peine encourue par Guillaume, fils du comte de Forcalquier.

Chantelou, *Histoire de Montmajour*, p. 349.

3272 29 novembre 1251.

... Dom. W. filius quondam comitis Forcalcherii, veniens coram W. Forojulien. archidiacono et coram Raimundo Arelaten. sacrista, *arbitres entre l'archevêque d'Aix et l'abbé de Montmajour.*

Archev. d'Aix. Reg. I *Thesaurus*, f° 87. B. 1416, f° 74.

3273 10 juillet 1252.

Innocent IV mande de terminer le débat élevé entre l'archevêque d'Arles et l'évêque de Marseille au sujet des appels.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri ·· archiepiscopo et dilectis filiis sacriste et Amielli canonico Aquen., salutem et apostolicam benedictionem. Querelam venerabilis fratris nostri ·· archiepiscopi Arelaten. recepimus, continentem quod cum contingat interdum a venerabili fratre nostro ·· episcopo Massilien. et ·· officiali ejus ad ipsum archiepiscopum, eorum metropolitanum, ex causa rationabili appellari, dicti episcopus et officialis appellantes non permittunt pro sue voluntatis arbitrio prosequi appellationem suam, in ejus et jurisdictionis sue prejudicium et gravamen. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis [*bis*] causam et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu frater

archiepiscope cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum Perusii, vi idus julii, pontificatus nostri anno decimo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 381, pièce 68, original, bulle sur chanvre.

3274 6 février 1253.

Privilège à l'archevêque d'Arles, de ne pouvoir être cité en justice hors de son diocèse.

INNOCENTIUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Joanni archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quieti tue paterna volentes sollicitudine providere, tibi authoritate presentium indulgemus ut per litteras sedis apostolice vel legatorum ipsius, extra tuam diocesim, supra hiis que infra illam habere dinosceris in causam, trahi non possis absque speciali mandato sedis ejusdem, faciente plenam et expressam seu de verbo ad verbum de hac indulgentia mentionem, presentibus post quinquiennium minime valituris. Nulli ergo... h. pag. n. concessionis...; si quis... Datum Perusii, octavo idus februarii, pontificatus nostri anno decimo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 124, copie.

3275 6 février 1253.

Innocent IV mande à l'évêque de Nîmes de faire observer le privilège précédent. Quieti venerabilis fratris nostri... Datum *ut supra*.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 130, copie.

3276 13 mars 1253.

Innocent IV mande à l'évêque et au prévôt de Marseille et à l'archidiacre de Montpellier, d'obliger les frères Prêcheurs et Mineurs de la province d'Arles, à prêcher le payement des dîmes aux églises, ainsi que le pape le leur avait déjà mandé.

Inséré avec un pouvoir de l'archidiacre de Montpellier à ses collègues (19 mars 1254) dans l'envoi original des lettres apostoliques aux Mineurs et Prêcheurs de la province d'Arles ; Coll. Baluze 381, n° 70. Fragment de sceau en cire brune sur cordelettes de chanvre. Copie peu fidèle et datée du 3 des cal. de mars (27 fév.) dans Coll. Baluze 88, f° 154.

3277 21 août 1255.

Mandement d'Alexandre IV à l'évêque de Nîmes, à l'archidiacre de Montpellier et au prévôt de Sisteron, leur ordonnant de terminer à l'amiable le débat qui s'était élevé entre Jean, archevêque d'Arles, et l'archevêque d'Aix au sujet des limites de leurs diocèses respectifs : mandamus quatenus.... limitare curetis quod de prefatis ecclesiis in jure suo earum aliqua non ledatur..... Datum Anagnie, duodecimo kalendas septembris, pontificatus nostri anno primo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 142, copie.

3278 12 mai 1259.

Alexandre IV décharge l'archevêque d'Arles, d'acquitter usuras *aux créanciers de son église.*

ALEXANDER, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. archiepiscopo Arelaten., salutem et apostolicam benedictionem. Indempnitati ecclesie tue volentes paterna sollicitudine providere, ut ad solvendum usuras alicui creditorum ipsius ecclesie, non obstantibus quibuscumque pactionibus seu promissionibus et litteris, compelli non possis per litteras sedis apostolice, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo.. h. pag. n. concessionis...; si quis... Datum Anagnie, iiii idus maii, pontificatus nostri anno quinto.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 381, n° 79, original.

3279 Orvieto, 23 août 1263.

Permission accordée à l'archevêque d'Arles de ne faire sa visite ad limina *que tous les trois ans.*

URBANUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Arelaten., salutem et apostolicam benedictionem. Sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, in consecratione tua prestitisti corporaliter juramentum quod Apostolorum limina singulis bienniis visitabis ; nos itaque tuis supplicationibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus ut, juramento hujusmodi non obstante, limina eadem tenearis singulis tantum trienniis visitare. Datum apud Urbem Veterem, x kalendas septembris, pontificatus nostri anno secundo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 380, pièce 20, original ; même coll., 88, f° 148, copie.

3280 (=1257) 5 octobre 1267 ?

ANNO Domini millesimo CC°LX°, tertio nonas octobris, nos B. divina permissione sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, cum concilio fratrum nostrorum, et presentis sacri approbatione concilii, constitutiones facimus et statuimus infra scriptas, volentes et precipientes eas inviolabiliter observari.

I. In primis, quod omnia statuta et consilia per reverendos patres quondam sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopos, scilicet dom. Michaelem, dom. Johannem, dom. B. et dom. F. edita, et concilium Valentinum inviolabiliter observentur, mandantes quod omnes episcopi Arelatensis provincie predicta habeant, et subditis suis copiam faciant de predictis.

II. Item, statuimus quod quilibet episcopus in diocesi sua statuat et faciat observari quod unum et idem officium dicatur ecclesie cathedralis ab omnibus clericis secularibus, presertim in ecclesiis parrochialibus, in quibus tantum per seculares deserviatur.

III. Item, statuimus quod sacerdotes extranei non recipiantur absque litteris commendatitiis sui prelati.

IV. *omis.* — V... *ligne 3*, super hoc fuerint ; *6-7*, maturitate ferantur. — VI... *5*, instituti. — VII... *3*, *omet* sine diecesani licentia speciali. — VIII. Item, inherentes consilio Tholosano et Albiensi, vol...; *2*, voluntas cujusque, in ; *7*, valeat ; *9*, reliquerit sine fraude, f. ; *12*, hujus in audaci c... — IX... *7*, s. quantum, a quo et quibus legatum fuerit vel relictum, circa quorum solutionem eos sollicitos ; *12*, quoad legata piis causis et pias ; *15*, leg. in ecclesia publ. ; *16*, leg. omnia supr. — X... *2*, movent ; *5*, cler. vel laicus seu aliqua p. ; *6*, vol. ante ord. — XI... *1*, in decimis ex. j. c. et statuta consiliorum provincialium et legatorum sedis apostolice obs. — XII... *3*, cler. qui exc. ; *4*, *om.* si ; *5*, off. principaliter celebrant ;

9, ab alieno ep. ; *13*, occ. studiose vel etiam negligenter ; *18*, cons. vel non consecrata, vel ; *21*, vel nephario presumpserint ; *26*, mulier etiam si ; *27*, *om.* absolvendi *à fin.* — XIII... *11*, celebrant ; *12-3*, *om.* int. sup. ; *14-5*, subt., aliquid fore fecerint ; *17*, pers. ecclesiasticis vel laicis pred. ; *24*, abs. predictorum, n. — XIV... 2, nul. etiam in ; *4*, neg. nec h. ; *7*, absolutionis ; *11*, ips. facti. – XV... 2, nul. etiam in ; *4*, f. qua c-s u-rius v-r presumatur. — XVII... *6*, proprie sufficiunt. — XIX... *8*, non venerint ad. — XXI... *4*, anim., nisi super hoc licentiam obtinuerint a prelato, don. ; 5, nem. Expliciunt Statuta. *Omet le reste.*

Arch. d'Arles. Reg. *Synodes et droits sinodaux, 1260-1625*, f° 29 ss., copie de la fin du XIV° ou du com' du XV° s., sans rubriques. BONNEMANT, *Conciles*, n° 15. La date du préambule est sûrement fautive.

3281 15 novembre 1268.

Clément IV prie l'archevêque d'Arles de faire remise d'une partie de la portion canonique aux sœurs monasterii Arelaten. ordinis Sancte Clare : ... fraternitatem tuam rogamus et hortamur..., quatinus ad dictas sorores pro divina et nostra reverentia paterne dirigens compassionis affectum, circa remissionem condignam hujusmodi portionis canonice sic te pie gerere studeas... Datum Viterbii, XVII kalendas decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 381, pièce 94, original, bulle sur chanvre.

3282 Saint-Roman, 20 juin 1280.

B., sola miseratione divina Arelaten. archiepiscopus, *commet à P[ierre], archevêque de Narbonne, le soin de vérifier les excuses alléguées par G. évêque de Carcassonne pour ne pas payer 1000 livres tournois déposées chez lui par* magistèr Benenatus de Lavania, *collecteur des décimes au royaume d'Aragon.* — Datum apud Sanctum Romanum, XII kalendas julii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, pièce non cotée (anc. 396), orig.

3283 29 avril 1282.

Privilège de ne pouvoir être excommunié ou interdit.

MARTINUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Bertrando archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Desideriis tuis in hiis libenter annuimus, per que ab indebitis preserveris molestiis et optate quietis solatium consequaris. Tuis igitur supplicationibus inclinati, tibi authoritate presentium indulgemus, ut nullus legatus sedis apostolice vel subdelegatus ab eo in personam tuam excommunicationis aut interdicti sententias valeat promulgare, absque speciali mandato sedis ejusdem faciente plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem ; presentibus post biennium minime valituris. Nulli ... h. pag. n. concessionis... ; si quis... Datum apud Urbem veterem, tertio kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 162.

3284 25 mai 1285.

Lettre d'Honorius IV à l'archevêque d'Arles et à ses suffragants, pour les informer de son élection au Saint-Siège et leur demander leurs prières. Quis [loquetur] potentias... Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo kalendas junii, pontificatus nostri anno primo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 158. (POTTHAST, 22232).

3285 1286 ?

LIBER SINODICUS ECCLESIE ARELATENSIS.

AD honorem sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, ad instructionem et reformationem vite clericorum, et maxime curam habentium animarum in diocesi Arelatensi, nos B. miseratione divina sancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, cum consilio et assensu venerabilium fratrum nostrorum prepositi et capituli Arelatensis, statuta synodalia notavimus de statutis et auctoritatibus precedentium patrum, que huic operi duximus inserenda.

In hoc ergo opere primo tractatur de Baptismo, secundo de Penitentia, tertio de sacramento Eucharistie et Unctione extrema, quarto de celebratione Missarum, quinto de veneratione ecclesiarum, sexto de alienatione rerum ecclesiasticarum et de obligatione ipsarum, septimo de vita et honestate clericorum, octavo de testamentis, nono de sepulturis, decimo de decimis et primiciis, undecimo de sponsalibus et matrimonio, duodecimo de sententia excommunicationis et interdicti, et quomodo infirmis absolutionis beneficium sit impendendum, tertio decimo de perjuriis et penis ipsorum, quarto decimo de Judeis, ultimo quedam ponuntur capitula et precepta non habentia speciales titulos seu rubricas.

Et quia longum esset ad plenum tractare de materiis supra dictis, ea, que pro majori parte ad contentiosam jurisdictionem et causarum strepitum pertinent, obmittentes, in subsequentibus specialiter tractabimus de hiis que ad regimen ecclesiarum et curam pertinent animarum.

Verum quia parum est et prodest statuta promulgari et mandata fieri, nisi ad eorum observationem arceantur improvidi transgressores, ideo nos archiepiscopus Arelatensis districte precipimus et mandamus ut clerici nostre diocesis in sacris ordinibus constituti, et maxime rectores ecclesiarum et capellani curam animarum habentes hec statuta, precepta et prohibitiones synodales frequenter legant, et diligenter intelligant et observent, ut, si super hiis eos delinquere contigerit vel errare, se non possint postmodum per ignorantiam excusare : scituri pro certo quod transgressores hujusmodi pena debita puniemus ; et que de infra scriptis fuerint clericis intimanda, eis per rectores parrochiales presbiteros intimentur ; et ea, que tangunt laicos, eisdem laicis diversis temporibus et diebus, secundum quod opus fuerit, intimentur, et ea ibi maxime ubi populi multitudo ; ut sic clerici in bonis moribus et honestis actibus informentur, et laici ab ecclesiarum et clericorum gravaminibus refrenentur.

. . . .

Item, statuit consilium Valentinum [*1248*, § *15*] ut quod si aliqui excommunicati statuta faciunt, precepta seu banna contra excommunicatores vel denunciatores excommunicationum latarum, quod dictum consilium censuit esse quasi hereticum et a disciplina ecclesiastica

alienum, cum directe fiat hoc in contemptum clavium et elusionem ipsarum, quas ipsi nituntur infringere malitia obstinata, licet excommunicati intelligantur per constitutionem dni Honorii pape. Quia tamen constitutionem illam contempnunt, statuit dictum consilium, quod quicumque statutum, preceptum, bannum vel interdictum furni, molendini, ignis, aque seu aliorum elementorum, seu mandatum fecerint contra excommunicatores vel denunciatores apertum, tacitum vel occultum, denuncientur etiam propter hoc excommunicati, per totam provinciam ; et si moniti infra decem dies non revocaverint, denuncientur excommunicati in vicinis provinciis, si videbitur expedire ; et cessetur a divinis in omnibus locis, ad que venerint taliter excommunicati, quamdiu moram fecerint in eisdem, nec absolvantur, donec satisfecerint competenter de dampnis et injuriis illatis propter hoc ecclesie et personis ecclesiasticis : et hoc est laicis generaliter intimandum.

Item, statutum est in consilio Narbonensi [*1227*, § *12*] ut clerici, occasione patrimonii sui vel persone, nullatenus tallientur, et tam consules quam alii laici ab hujusmodi talliis et exactionibus per censuram ecclesiasticam, si necesse fuerit, compescantur ; et hoc idem de hominibus ecclesiarum et ecclesiasticorum virorum precipitur in consilio Tolosano [*1229*, § *23*] observari.

Item, in Lateranensi consilio [*1179*, § *19*] est statutum quod, si laici a talibus gravaminibus clericorum et ecclesiarum moniti desistere noluerint, tam ipsi quam fautores eorum excommunicationi se noscant subjacere, nec communioni reddantur donec satisfecerint competenter.

Statuit nichilominus predictum consilium Tolosanum [*1229*, § *21*], quod clerici vel viri ecclesiastici, vel etiam religiosi non dent de rebus suis pedagium sive lesdam ; et a felicis recordationis Honorio tertio summo pontifice excommunicationis sententia est prolata contra omnes statutarios vel scriptores statutorum que fuerint contra ecclesiasticam libertatem, nec non potestates, consules, rectores et consiliarios locorum ubi hujusmodi statuta et consuetudines edita fuerint et servata, necnon contra illos qui secundum ea presumpserint judicare, vel in publicam formam scribere judicata : et hoc in ecclesiis publice proponatur.

Quia colligationes, societates, confratrie seu conjurationes, quocumque nomine censeantur, reprobate sunt a canonibus et constitutionibus consiliorum factorum per legatos sedis apostolice in partibus et provintiis istis, et omnino interdicte et cassate, et excommunicatio lata in factores, sicut in Valentino consilio [*1248*, § *20*] continetur, ideo predictis consiliis inherendo, auctoritate predict. consiliorum, districte prohibemus ne aliqui conjurationes, confratrias, colligationes, seu alias quascumque obligationes, fide vel juramento seu qualibet alia firmantia interpositis, facere presumant contra ecclesias vel personas ecclesiasticas, seu contra ecclesiasticam libertatem, penas timentes super hoc in consiliis et canonibus promulgatas : et hoc est in ecclesiis publice proponendum.

Quia periculosum est omnibus sententiam excommunicationis incurrere, et eam sustinere animo indurato, districte precipimus sacerdotibus ecclesiarum parrochialium ut parrochianos suos moneant frequenter singulis annis, ne culpa sua se permittant excommunicationis vinculo innodari, denunciando eis quod quicumque, post legitimam admonitionem, se excommunicari permiserit, in novem libris et uno denario Turonensium puniatur, sicut statutum fuit per dom. Ludovicum regem Francorum in consilio apud celebrato, quod fuit per ecclesiam approbatum.

Item, significetur eisdem parrochianis quod, si per annum contumaciter in excommunicationis sententia permanserint, bona eorum cadent omnia in commissum, sicut ab illustri dno Ludovico Francorum rege regnante, filio predicti dni Ludovici regis, fuit constitutum et preceptum observari in provincia Narbonensi, super quo suas litteras patentes concessit universis episcopis provincie Narbonensis, datas Parisius, anno MCCXXVIII, mense aprili ; que omnia etiam fuerunt postmodum per Ecclesiam approbata.

EXPLICIT SUMMA SYNODALIS.

Archev. d'Arles, reg. *Synodes et droits sinodaux, 1260-1625*, f° 1 et ss., copie de la fin du XVI° ou du com' du XVII° siècle ; en reliant le vol., on a mis en tête de cette pièce : 5 octobre 1260, qui est la date du n° 3280. BONNEMANT, *Conciles*, n° 16, 24 p. — On trouvera le texte complet de ces Statuts synodaux, sous la rubrique : *Incipit Liber synodalis ecclesie Nemausensis editus a dno B. episcopo Nemausensi*, dans les collections des *Conciles* de LABBE (t. XI, 1, c. 1200-34), HARDOUIN (t. VII, c. 903) et COLETI (t. XIV, c. 795-832) ; c'est le pape Alexandre VII qui en procura la copie au premier éditeur, d'après le ms. souvent cité de la biblioth. Chigi. Le préambule est un peu plus long que dans la copie d'Arles. Si les articles de la fin n'ont pas été copiés, ce fut sans doute parce qu'ils n'étaient que la reproduction de canons de conciles antérieurs. Le chap. xv sur les Juifs, annoncé dans le préambule d'Arles et dont le texte fait défaut, y est. Quel est l'auteur primitif de ce recueil canonique, l'archevêque d'Arles ou l'évêque de Nîmes ? Un passage du dernier chapitre semble trancher la question : « Helemosinarum questores ... admitti seu recipi, nisi apostolicas, vel nostras, vel dni Narbonensis archiepiscopi veras litteras exhibeant, prohibemus ». Que l'évêque de Nîmes parle de la sorte, rien de plus naturel, l'archevêque de Narbonne étant son métropolitain ; mais on ne trouverait pas la raison de semblable déférence de l'archevêque d'Arles à son égard. Le copiste d'Arles, qui a fait attention de remplacer partout *Nemausensis* par *Arelatensis*, n'a pas pris garde que, pour mieux cacher son plagiat, il n'aurait dû faire aucune mention du métropolitain de Narbonne dans le passage cité. D'après les dernières recherches de Bonnemant, Raimond Amalric, évêque de Nîmes, fit dresser ces statuts par Pierre de Sampson : sa mort l'empêcha de les publier (*Gallia christ. nova*, t. VI, c. 446). Son neveu, Bertrand Amalric, eut des voix pour lui succéder ; mais son compétiteur, Pierre Gantelmi, prévôt de Marseille, l'emporta en 1274 (*Gallia christ. noviss.*, Mars., n° 1238), et lui-même fut pourvu de l'archevêché d'Arles en 1281 (n° 1321). C'est lui qui a dû adapter à son nouveau diocèse les statuts rédigés originairement pour Nîmes. Il était coutumier du fait, car on a déjà remarqué (c. 532, n. *b*) que le préambule du concile tenu par lui à Avignon en 1282 est emprunté à celui de Bourges de 1276.

3286 1286/7.

Bulle du pape Honorius IV, cottée quatre J, de l'an 2ᵈ de son pontificat, par laquelle il permect à Rostang, archevesque d'Arles, d'emprumpter 2000 liv. et oblige ses successeurs de les payer des biens de l'esglize, si led. Rostang ne le peut faire pendant sa vie.

Analyse insérée dans la donation du 12 avril 1682.

3287 Lunel, 14 mars 1289/1290.

Miseratione divina P. Narbonen. et B. Arelaten. archiepiscopi *mandent aux évêques de Huesca et de Valence et aux précepteurs de l'Hôpital de Saint-Jean de Jérusalem et du Temple d'Aragon, en vertu de lettres apostoliques, de faire remettre à Montpellier les 15000 livres tournois*

déposées chez eux par Benenatus, *collecteur des décimes en Aragon.*

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, pièce non cotée (anc. 395), original scellé sur double queue.

3288 Lunel, 15 mars 1289/1290.

P. Narbonen. et B. Arelaten. divina miseratione archiepiscopi *mandent* Stephano de Muroveteri, rectori ecclesie de Alonziaco,... et Raymundo Petri clerico, *de faire acquitter par les évêques de Huesca et de Valence et par les précepteurs de l'Hôpital de Saint-Jean de Jérusalem et du Temple d'Aragon, 15000 livres tournois qui y ont été déposées par* Benenatus, *chanoine de Narbonne, collecteur des décimes en Aragon.*

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, pièce non cotée (anc. 394), orig. scellé de deux sceaux sur double queue.

3289 Rome, 9 juillet 1312.

L'empereur Henri VII accorde à l'église d'Arles de poursuivre en justice la restitution de ses biens, nonobstant toute prescription contraire.

Henricus septimus, divina favente clementia Roman. imperator semper augustus, universis sacri Roman. imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Imperialem decet celsitudinem ecclesiis sibi subjectis et earum prelatis ac personis ab injuriosis precavere dispendiis, necnon earum comodis et utilitatibus ubilibet per effectum operis providere. Sane venerabilis Galhardi Arelaten. archiepiscopi, principis nostri dilecti, nobis porecta petitio continebat quatinus, cum a retroactis temporibus bona quedam ipsius ecclesie per plures et diversos temporibus suorum in eadem ecclesia predecessorum improvide nimis occupata sint hactenus et detenta, non in modicum eorum prejudicium et gravamen, super premissis sibi providere dignaremur de remediis oportunis. Actendentes igitur quod justis votis fidelium benignus est adhibendus assensus, hujusmodi quoque precibus favorabiliter annuentes, sibi et successoribus suis ac ecclesie Arelaten. predicte de speciali gratia duximus indulgendum, ut per se vel procuratores suos, quos ad hoc statuendos duxerint, possint a quibuscumque personis, cujuscumque condictionis, eminentie vel status existant, in juditio coram competenti judice petere et exhigere sua necnon ecclesie sue predicte bona mobilia et immobilia, res et jura quecumque, non obstante cujuscumque legittimi temporis prescriptione, etiam si quadraginta vel centum annorum curriculis insistat; cujus in singulis ipsius ecclesie casibus tenore presentium ex certa scientia auctoritate imperiali vires favorabiliter evacuamus; quod imprescriptionibus in futurum contra eandem ecclesiam Arelaten. emersuris volumus similiter observari, non obstantibus juribus et legibus quibus posset impediri nostra gratia sic indulta, et precipue legibus dicentibus bona sive jura ecclesiastica quadraginta vel centum annorum spacio legittime posse prescribi: salvis in omnibus predictis juribus imperii Romani aut ejus fisci, quibus per hanc nostre largitatis gratiam beneficium juris comunis adimere non intendimus vel artare. Nulli ergo liceat hanc nostre indultionis et gratie paginam infringere vel ei ausu temerario contrahire; quod qui facere presumpserit, nostre celsitudinis indignationem et penam, quam eidem nostro arbitrio infligendam duxerimus, se noverit incurrisse. In cujus rei testimonium presentes litteras imperialis nostre majestatis bulla aurea jussimus communiri. Datum Rome, apud Sanctam Sabinam, VII° idus julii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 393, pièce 14 (anc. 671), orig. sur parchemin, jadis scellé.

3290 Avignon, 31 octobre 1324.

Gasbertus, permissione divina Arelaten. archiepiscopus, domini pape camerarius, *donne quittance de 1000 florins à Pierre abbé de Cluny.* Datum Avinioni, die ultima mensis octobris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, indictione septima, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri dni Johannis, divina providentia pape XXII, anno nono.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, n° 2, orig.

3291 St-Ruf près Avignon, 3 décembre 1337.

Statut porté par les archevêques d'Arles, d'Aix et d'Embrun et les évêques d'Orange, Saint-Paul-trois-Châteaux, Toulon, Carpentras, Cavaillon, Marseille, Avignon et Vaison, assemblés au monastère de Saint-Ruf, pour que les églises paroissiales participent aux droits de funérailles et aux legs de ceux de leurs paroissiens qui meurent au dehors.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 385, n° 7, original encore pourvu des sceaux des prélats qui ont souscrit. Celui de l'archevêque d'Arles, sur cordelettes vertes, en cire rouge, ovale, représente un prélat assis entre deux animaux (des lions ?), tenant de la main droite la croix. En exergue : GASBERTVS ARCHIEPISCOPVS AREL[ATENSIS].

3292 24 janvier 1344.

Clément VI confirme un privilège impérial pour Arles.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Quoties a nobis petitur quod ecclesiis earumque personis convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Sane petitio pro parte venerabilis fratris nostri archiepiscopi Arelatensis nobis nuper exhibita continebat, quod dudum inclite memorie Fridericus imperator Romanus [= R-norum] et Sicilie rex dum adhuc ageret in humanis, volens Arelatensem ecclesiam oculo benigno respicere et ejus profectibus providere, ad supplicationes quondam Hugonis archiepiscopi Arelatensis duxit generaliter indulgendum, ut liceret cuilibet de imperio de bonis et possessionibus suis, absque prejudicio et gravamine ipsius Friderici et imperii, vendere, donare et in ultima voluntate relinquere dicto Hugoni archiepiscopo ac successoribus suis et Arelatensi ecclesie supradicte, non obstante prohibitione seu statuto alicujus civitatis aut persone ecclesiastice vel civilis, prout in ipsius Friderici privilegio inde confecto ejus bulla aurea bullato, cujus tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dicti archiepiscopi Arelatensis nobis

extitit humiliter supplicatum, ut prefatum privilegium et omnia in eo contenta fulcire apostolico munimine dignaremur. Nos igitur volentes ecclesiam ipsam quantum cum Deo possumus prosequi favorabiliter in hac parte, hujusmodi supplicationibus inclinati, predictum privilegium et omnia et singula in eo contenta rata et grata habentes, illa, prout ad nos, vacante imperio, sicut nunc vacat, spectare dinoscitur, authoritate apostolica, ex certa scientia confirmamus ac etiam innovamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem dicti privilegii talis est *(voir n° 3254)*. Nulli ergo... h. pag. n. confirmationis et innovationis...; si quis... Datum Avinione, nono calendas februarii, pontificatus nostri anno secundo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 176, copie.

3293 24 janvier 1344.

Clément VI confirme, à la prière de Jean, archevêque d'Arles, la concession de droits régaliens faite par l'empereur Frédéric II à Hugues son prédécesseur. — Ratio suadet... Datum *ut supra.*

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 186, copie.

3294 24 janvier 1344.

Clément VI, à la prière du même, vidime et confirme le privilège accordé à l'église d'Arles par Anastase IV son prédécesseur (n° 573). — Quamvis ea que...... Datum *ut supra.*

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 383, n° 152. Orig. bullé.

3295 24 janvier 1344.

Clément VI, à la prière du même, vidime et confirme le privilège accordé à l'église d'Arles par Grégoire IX (n° 953). — Hiis que ecclesiarum... Datum *ut supra.*

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 383, n° 153, orig. jadis bullé.

3296 24 janvier 1344.

Clément VI, à la prière du même, vidime et confirme le privilège accordé par Innocent IV à l'église d'Arles (n° 1096). — Hiis que pro utilitate ecclesiarum... Datum *ut supra.*

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 383, n° 154. Orig. bullé.

3297 6 février 1346/7.

Publication d'un statut du 2e concile de Saint-Ruf.

In nomine Domini, amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo trescentesimo quadragesimo sexto et die VI mensis febroarii, reverendo in Christo patre et domino nostro dno Johanne, permissione divina se Arelaten. ecclesie archiepiscopo existente. Noverint universi quod, cum quedam statuta provinci[a]lia edita in concilio provinciali celebrato in loco seu monasterio Sancti Ruffi, ordinis Sancti Augustini, Avinionen. diocesis, Arelaten. provincie, per reverendos in Christo patres dnos Gasbertum Arelaten., Bertrandum Embredunen. et Armandum Aquens. permissione divina archiepiscopos, et nonnullos episcopos suffraganeos eorumdem, contenta et descripta in quodam publico instrumento scripto manu magistri Guillelmi Deboga, clerici Agenen. diocesis, publici apostolica et imperiali auctoritate notarii, sub anno Domini millesimo CCC°XXX°VII°, indictione quinta, die IIIa mensis decembris, sigillis authenticis dictorum dom. archiepiscoporum, et nonnullorum eorum suffraganeorum in dicto instrumento expressatorum et nominatorum impendentibus communita, fuissent per me Johannem Sabaterii, notarium, mandato vener. et circumsp. viri dni Petri Donadei, legum egregii professoris, rever. patris predicti dni archiepiscopi Arelaten. in spiritualibus et temporalibus vicarii generalis, et officialis curie archiepiscopalis Arelaten., lecta et publicata in curia archiepiscopali predicta, et magister Guillelmus Peytavini, procurator et sindicus prioris et conventus fratrum Augustinorum civitatis Arelatis, de publicatione, lectione et tenore dict. statutorum, et specialiter de tenore cujusdam statuti in dicto instrumento contenti, quod incipit : *Quoniam aliqui suis finibus non contenti*....., cujus tenor sequitur inferius, nomine quo supra et predict. prioris et conventus petierit unum vel plura sibi fieri instrumentum et instrumenta, tociens quociens ea habere voluerit, et sibi visum fuerit expedire, predictus dom. vicarius et officialis sedens pro tribunali in dicta archiepiscopali curia, dicto magistro Guillelmo publicum et publica instrumentum et instrumenta, nomine quo supra, concessit et fieri voluit, cui instrumento et instrumentis decrevit fidem credulam adhibendam ut vero et publico, sicut dicto originali instrumento, in judicio et extra, ubilibet; et in predictis omnibus et singulis auctoritatem suam et dicte curie interposuit, pariter et decretum. Tenor vero dicti statuti in dicto instrumento contenti, talis est : « Quoniam... *(cc. 616-8 et 643)* ...interdicto ». Lectum et publicatum fuit statutum hujusmodi..., presentibus testibus dominis et discretis viris Jacobo Saladini, Poncio de Bosco, Poncio Filioli, Guigone de Filhano, jurisperitis, Guillelmo de Pomareda, Poncio Revelli, Hugone Lunderi, notariis, Johanne Blancardi, Guillelmo Bertrandi Abraym, Petro Centullionis, et pluribus aliis, et me dicto Johanne Sabaterii....

Arch. des Augustins d'Arles, orig. parch. Bonn., *Conc.*, n° 21.

3298 Avignon, 28 mai 1351.

L'archevêque d'Arles nomme Bertrand Passalesii *prévôt de la monnaie de Mondragon.*

Stephanus, miseratione divina sacrosancte Arelatensis ecclesie archiepiscopus, major dominus et parierius castri Montis Draconis, diocesis Aurasicensis, Bertrando Passalesii, dicti loci Montis Draconis, salutem et sinceram dilectionem. De fide, providentia et legalitate tuis accepto testimonio laude digno, te prepositum operariorum et monetariorum sicle nostre loci Montis Draconis, cum potestate plenaria puniendi et corrigendi eosdem, nisi in casibus inferius insertis, harum serie ordinamus, maxime quia concorditer per dictos operarios et monetarios loci predicti fuisti electus ad officium prepositure supradicte; mandamus tibi expresse quod statim receptis presentibus, hujus suscipiens officium prepositure, sic illud ad honorem et fidelitatem nostri et dicte nostre Arelaten. ecclesie studeas diligenter et fideliter exercere, ac bonum et pacificum statum ipsorum monetario-

rum et operariorum, prout in nostris manibus prestitisti corporale ad sancta Dei evangelia juramentum, quod possis predicta commendari, et te statim ad predictum prepositure officium recipiant et admitant, absque contradictione quacumque, ad honorem et fidelitatem nostri et nostre ecclesie Arelaten. et in omnibus que expectare noscuntur ad illud et pertineant et intendant. Casus vero qui ad nos et nostram Arelatensem ecclesiam predictam ac nostros officiales predictos spectant et quod retinemus sunt hii : videl. false monete, homicidii, furti, incendii atque raptus, et crimen lese majestatis, quos extendi volumus et declaramus ad personam nostram et officialium quorumcunque nostrorum. Precipientes expresse universis et singulis vassallibus officialibus tam dicti castri Montis Draconis quam aliorum locorum totius terre et jurisdictionis nostre nobis quomodolibet subjectis et eorum districtus, ne te seu alium qui pro tempore fuerit, in exercendo dictum officium perturbent quomodolibet seu impediant, imo et prestent sicque requisivimus auxilium, consilium et favorem ; et nihilominus vicariis, bajulis, judicibus, clavariis et aliis officialibus nobis subjectis damus harum serie expressius in mandatis quod sub pena centum librarum contrafacientibus quomodolibet irrevocabiliter exigentur, attenta forma privilegiorum eisdem concessorum supra eorum franquesiis, privilegiis et libertatibus efficaciter observatis, et supra concessis te prefatum prepositum ac operarios, monetarios, uxores et liberos ac familiares seu eorum aliquem operantem et non operantem impedire seu molestare quomodolibet presumant, seu fieri permittant, imo prepositum suum exercere officium absque contradictione quacumque, permittant prepositum, monetarios, seu operarios ipsis franquesiis, libertatibus et privilegiis gaudere pacifice et quiete, exceptis casibus per nos superius expressatis. Volentes quod si aliquod vulnus seu vulnera illata fuerint in persona cujuscumque per dictos monetarios, operarios, quod capi et detineri possint per curiam nostri archiepiscopatus et officiales ejusdem, quousque cognitum et sententiatum fuerit per medicos aut idem vulnus sit mortale aut non ; nam si mortale est, servetur casus exemptus ; ubi vero non mortale judicatur, restituatur et remittatur incontinenti dicto preposito pro justitia facienda de eodem ; universis et singulis portaneriis, pedagaeriis, lesderiis, cestaralariis, passuum et locorum custodibus infra terram nostre jurisdictionis subjectis constitutis inhibentes expresse quod observatis franquesiis eorum libertatibus libere et sine molestia quacumque ipsos monetarios et operarios, familiares et eorum bona, mercaturas et alias res que transire contigerit per loca, passus predictos absque exactione pedagii, lesde, cestaralagii, portus, costume vel alterius servitutis cujuscumque libere permitat, sub pena centum librarum supradictarum toties quoties contra fecerint vel venerint committenda. Datum in Avenione, die vigesima octava mensis madii, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo.

Inséré dans la confirmation du chapitre, du 20 janv. 1357.

A.

3299 Avignon, 18 novembre 1353.

Bulle d'Innocent VI, autorisant Étienne, archevêque d'Arles, à exercer sa juridiction sur ses hommes du château de Salon.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Stephano archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuper venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Sabinensi duxerimus injungendum, ne in causa seu causis que inter te, officiales et ministros tuos ex parte una et dilectos filios homines castri de Sallone, ad Arelatensem ecclesiam ut asseritur pertinentis, tue Arelatensis diocesis, ex altera, coram eo ex commissione nostra apud sedem apostolicam vertitur inhiberet, sibique intimaverimus nostre intentionis existere quod tu a quibuscumque innovatis vel innovandis cessares donec dicte causa seu cause existerent terminate ; ac postmodum pro parte tua fuerit nobis humiliter supplicatum, ut cum dicti homines pretextu dicte intimationis nostre, que ad ipsorum dicitur noticiam pervenisse attemptari multa inconvenientia et tibi ac jurisdictioni tue prejudicialia non formident et per hec a jurisdictione tua reputent se exemptos, providere tibi super hiis ad hoc ut dicti homines ab obedientia tua et ecclesie tue se non retrahant nec reddantur ad committenda maleficia promptiores, de oportuno remedio dignaremur. Nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse et esse quod tu, premissis non obstantibus, jure tuo utaris et jurisdictionem tuam exerceas in omnibus et per omnia sicut prius. Nulli... n. declarationis...; si quis... Datum Avinione, decimo quarto kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 188, copie.

3300 Arles, 20 janvier 1357.

Le chapitre d'Arles confirme le choix fait par l'archevêque Étienne de Bertrand Passalesii *pour prévôt de la monnaie de Mondragon.*

In nomine Domini, amen. Recte quidem aguntur omnia et perfecte in quorum exordio versatur principaliter nomen Christi. Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo et die vicesimo mensis januarii, decima indictione, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri dni Innocentii divina providentia pape sexti anno quinto. Cum actus hominum vetustas deleat, eorumque mentes paulatim subintret oblivio, condecens est ut negocia hominum memorie commendanda scripturarum custodie comitantur, quatenus earum assertio veritatem rei geste futuris temporibus attestetur et nulla inter posteros possit dubietas resultari. Serie igitur hujus presentis et publici instrumenti cunctis presentibus et futuris pateat et sit notum, quod congregato venerabili capitulo dom. canonicorum s^{e} Arelaten. ecclesie loco et more solitis, in presentia reverendi in Christo patris et domini dni Stephani, digna Dei providentia s^{e} Arelaten. ecclesie archiepiscopi, in quo quidem capitulo fuerunt fere omnes dni canonici

dicte ecclesie presentes, quorum nomina sunt hec : et primo dom. Salvator Olivarii, decretorum doctor, prepositus, Joannes de Castro, sacrista, Joannes Damiani, elecmosinarius, Simon de Vilata, archipresbiter, Pontius de Clareto, Hugo Malefayda, Durantus de Montanea, operarius, Joannes Bonifilii, Guillelmus Pagani, Arnaldus Servati, Petrus de Bosco, Guillelmus Fabri, Petrus de Villanova, Gregorius Magistri, Hugo Petri, Raymundus Gavandanii, Pontius de Cabanis, Bernardus Comitis, infirmarius, Rostagnus Guiranni, Giraudus de Antissaco, Joannes de Faiardia et Raymundus de Bogiaco, s^e^ Arelatensis ecclesie canonici ; quibus dnis archiepiscopo et canonicis congregatis et capitulantibus ac de negotiis ipsius ecclesie ad Dei laudem, divini cultus augmentum, morum reformationem et ecclesie ipsius utilitatem prospere dirigendis sollicite et cura pervigili cogitantibus, tractantibus et pariter cum maturitate qua convenit conferentibus, inter alia prefatus dom. archiepiscopus exposuit se ad continuationem et conservationem juris, possessionis, libertatum et privilegiorum dicte Arelaten. ecclesie, cui preest, conces[s]isse Bertrando Passalesii, preposito ac operariis et monetariis monete sicle ipsius dni archiepiscopi de Monte Dracone, Auraycen. diocesis, litteras suas patentes in pergameno scriptas suoque pontificali sigillo munitas, quas ibidem exibuit et ostendit ac de verbo ad verbum legi et publicari fecit et quarum tenor de verbo ad verbum inferius est insertus. Verum cum predictus Bertrandus Passalesii, tam nomine suo quam ceterorum monetariorum qui predictis litteris gaudere possunt et debent, requisiverit et requiri fecerit sepe et sepius ipsum dom. archiepiscopum quatenus ad eternam memoriam predictas litteras et contenta in eis per suum capitulum faceret confirmari. Eapropter ipse dom. archiepiscopus predictos canonicos suos requisivit et ortatus fuit, quatenus si eis videtur utile et expediens predictas litteras et contenta in eis approbent et confirment ; et incontinenti prefati dni canonici, visis dictis litteris earumque tenore percepto simul et pariter, nemine discrepante, per se et omnes suos successores cum authoritate ipsius dni archiepiscopi et ipse dom. archiepiscopus cum voluntate, beneplacito et assensu dict. canonicorum predictas litteras et contenta in eis amologaverunt, approbaverunt et expresse confirmaverunt, obtinereque voluerunt robur inconcussum perpetue firmitatis ; quas quidem litteras presenti instrumento inseri voluerunt, que si forte in futurum casu aliquo perirent, amitterentur, vel alias de ipsis originaliter constare non posset, nihilominus tamen earum transsumptum presenti instrumento insertum et omnia et singula in presenti instrumento a capite usque ad finem ejusdem contenta valere et vim, robur et efficatiam obtinere perpetuo voluerunt et deliberatione provida pariter decreverunt ; et insuper omnes alias et singulas libertates, immunitates, gratias, prerogativas et privilegia olim concessas et concessa monetariis predictis vel eorum predecessoribus per ipsos dnos archiepiscopum et canonicos seu eorum predecessores potentialiter et de novo confirmaverunt, renovaverunt et confirmata, renovataque et valitura esse perpetuo voluerunt, ac si omnia ipsa privilegia, ipseque omnes et singule libertates, immunitates, gratie, et prerogative de verbo ad verbum essent inserta vel inserte in instrumento presenti, non obstante quod ipsa privilegia, ipseque libertates, immunitates et gratie in totum vel in partem eis non utendo vel per contrarium usum aut alias perierint vel eis lapsu temporis sit vel esse reperiatur prescriptum : quibus omnibus non obstantibus predicta privilegia, predictasque libertates, gratias et immunitates de plenioris gratie indulto voluerunt debitum sortiri effectum et obtinere robur perpetue firmitatis. Tenor vero litterarum de quibus supra fit mentio talis est : *(n° 3298)*. De quibus prenominati dni archiepiscopus et canonici capitulantes voluerunt et concesserunt per nos notarios publicos subscriptos et nostrum quemlibet eisdem preposito et operariis ac monetariis supranominatis fieri unum et plura et quotquot voluerint publicum et publica instrumenta. Acta fuerunt hec Arelate, infra claustrum predicte ecclesie, videl. in loco ad faciendum capitulum per dictos dnos canonicos consueto,... presentibus rev^do^ patre dno Golferio, Dei gratia abbate monasterii Sancti Stephani de Vallibus, Xantonen. diocesis, vicario et officiali Arelatis, dno Raymundo Tolosani, thesaurario Ulixbonensi, et magistro Petro Radulfi, notario publico, ac magistro Pontio Rodelli, notario publico,... Et me Joanne Aubrieti de Mondris, clerico Lingonen. diocesis, publico apostolica et imperiali authoritatibus notario,... Rursus ego Pontius Rodelli, civis Arelaten., publica apostolica et imperiali dictique dni Arelaten. archiepiscopi authoritatibus notarius,...

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 192, copie.

3301 8 juin 1364.

Lettre du pape Urbain V ven. fratr. Arelaten., Aquen., Ebredunen. et Viennen. archiepiscopis, eorumque suffraganeis, ac dil. fil. eorum archiepiscoporum et suffraganeorum vicariis et officialibus, necnon abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, aliisque prælatis et rectoribus ecclesiarum, *etc.*, *leur recommandant frères* Hugo de Cardilio *et Jean Richard, franciscains, nommés inquisiteurs de la foi en Provence.* — Dat. Avenione, VI idus junii, anno II.

Bouche, *Histoire de Provence*, t. II, p. 396.

3302 Apt, 14 mai 1365.

Lettre des membres du concile d'Apt, accordant des indulgences à la chapelle de St-Barthélemy à Arles.

Universis *(n° 1620)*... n. infra scriptarum p. et civitatum ac d. presentes litteras visuris et audituris, m. d. P. p. J., administrator ecclesie Cavallicen., G... E. et Johannes A. a., Johannes Aurasic., Johannes Carpentoraten., G. M., Johannes V., J. Tricastrin. et G. T., provincie Arelaten., B. D., P. Senessen., L. N. et S. V., provincie Ebredunen., R. A., P. R. et Geraldus Cistaric. episcopi provincie Aquen., sal. in illo qui est omnium vera salus et gaudium sempiternum atque bonis o. ha-e. R. p., p. g. s., q. s. mundum i... yma... n. p. r., in beatissimo u... desid. cunctis... ha-m i. s. gloriosis, v. honorificentiam p. christianus. Cupientes igitur ut quedam capella, que sub vocabulo Beati Bartholomei apostoli, in nostra dicti archiepiscopi Arelaten. ecclesia,

per nos dict. archiepiscopum Arelaten. constructa et ordinata, atque dotata et munita reliquiis predicti sancti apostoli et beate Margarite, Undecimque milium virginum, quas de remotis et diversis partibus nos dictus Arelaten. archiepiscopus deportavimus, custodiendas in eadem, etiam et precipue ut s^a Arelaten. ecclesia metropolitana supradicta, in qua, prout fama celebris detulit ad posteros, habentur capita sanctorum Trophimi, ipsius ecclesie patroni, et Stephani prothomartyris atque unius Innocentis, et parasibs in qua sancti apostoli cum domino nostro Jesu Christo cenam die Paraceve sumpsisse dicuntur, etiam et calix Novi Testamenti et plures alie diversorum sanctorum reliquie, que pro sanctis et pretiosis jocalibus, multis patratis miraculis temporibus retroactis, ibidem conservantur, congruis honoribus frequententur ; quodque in eisdem ecclesia et capella Deum q. C. f. eo d. s. et libentius confluant ad easdem, quo in illis f. u. c. orreis ad s. se n. recepturos : de omnip. D. m. et precelse Dei genitricis Marie, et b. P. et P. a., sanctorumque Bartholomei, Trophimi, Stephani prothomartyris, Margarite et Undecim milium virginum predict., omniumq. civ. supernorum mer. gloriosis et intercessione confidentibus omnibus, vere penitentibus et conf., q. p. et d., hujusmodi metropolitanam ecclesiam Arelat. et S. Bartholomei capellam supradictas visitantibus et causa devotionis confluentibus ad easdem, tociens quociens eas ad honorem divini nominis et reverentiam predict. reliquiarum in eis, ut premittitur, existentium, devote visitaverint, nos patriarcha ac archiepiscopi et episcopi supra dicti, Apte, in sacro generali concilio provinciali mandato apostolico congregati, quilibet nostrum, in singulis festivitatibus predict. sanctorum... XL, singulis vero diebus octavarum festivitatum earumdem XX dies de injunctis sibi penitentiis, auctoritate predicti concilii, tenore presentium in Domino misericorditer relaxamus. In quorum ... fidem et testimonium premissorum, presentes nostras litteras fieri fecimus et sigillorum nostrorum pontificalium appensione muniri. Actum et datum in ecclesia Aptensi, in celebratione predicti sacri concilii generalis, die quarta decima mensis maii, anno a Nativit. Dom. mill^o trecentesimo sexagesimo quinto, pontif... p. et d. n. d. U. d. providentia p. V....

Archev. d'Arles. Chartrier de Marignane, n° 190. BONNEMANT, *Conciles*, n° 23, qui ajoute : « Les prelats, qui avoient assisté au concile d'Apt, avoient fait mettre leur sceau sur le repli de cette charte et à coté des sceaux étoit le nom de l'évêque respectif, en cet ordre : *Arelaten.*, *Aquen.*, *Ebredunen.*, *Aurasicen.*, *Carpentorat.*, *Massilien.*, *Vasionen.*, *Tricastrin.*, *Tholonen.*, *Dignen.*, *Senecen.*, *Nicien.*, *Vencien.*, *Apten.*, *Regen.*, *Sistaricen.* Les sceaux n'existent plus ; il ne reste que les trous par où passoit le cordon qui les tenoit suspendus... Le sceau et le nom du patriarche de Jérusalem, administrateur de l'évêché de Cavaillon, ne paroissent point ; je crois qu'ils se trouvoient avant ceux de l'archevêque d'Arles, mais que le sceau aïant été enlevé comme les autres, le trou... et le nom... sont dans le pli qu'il a fallu faire à cette charte pour la relier dans le chartrier susdit... »

3303 Arles, 23 octobre 1370.

Sequitur stat[ut]um synodale ordinatum et edictum in sancta synodo celebrata in ecclesia Beati Trophimi Arelat., congregato ibidem clero tocius civitatis et dyocesis. Arelat., se[u] majore parte eorum, per rever. in Xpisto patrem et dominum dom. G. s^e Arelat. ecclesie archiepiscopum in eodem presentem, plubicatum alta voce in eorum presencia per me Guillelmum Alziassii, in ipsa synodo celebrata anno Domini mill'o CCCLXX, notarium plubicum et curie archiepiscopalis Arel , die XXIIJ mensis octobris.

MULTI subditorum Arelaten. ecclesie rectorum negligentia contepnere sanxio[n]es canonicas non verentur et se inmiscunt in divinis officiis et participare cum aliis fidelibus orthodoxis non desinunt, prelati autoritate vel ejus judicis ordinarii procul pulsa, in ipsorum animarum et sibi adherencium evidens detrimentum. Quapropter animabus nostrorum subditorum volentes salubriter providere, in presenti synodo statuimus quod omnes et singuli rectores ecclesiarum civitatis et dyocesis Arelat. litteras quascumque excommunicationem et agravationem continentes, a nobis vel ordinario nostro emanandas ab inde in antea, in suis ecclesiis in missarum sollempniis exequantur et excequi non postponant, juxta ipsarum litterarum seriem et tenorem, presente populo sibi subdito in divinis, ne contenta in ipsis litteris populus valeat ignorare, sub pena decem solid. fisco nostro aplicanda, et per quemlibet ipsorum rectorum comitenda totiens quociens venire contingerit contra tenorem presentis statuti et irremissibiliter exigenda... Que... ressitavi in presentia dicti cleri et Johannis de Portaurosa...

BONNEMANT, *Conciles*, n° 24, orig. papier ; en marge : « Statutum synodale contra presbiteros ».

3304 1372-1373.

Actes du procès porté en appel de sentences successives de l'official d'Avignon et de Nicolas de Crémone, auditeur du sacré palais, devant Pierre cardinal-prêtre du titre de Saint-Laurent in Damaso, *représentant du Saint-Siège, par Louis* Calverii, *procureur des co-seigneurs du péage du sel sur le Rhône à Avignon, d'une part, et Guillaume patriarche de Jérusalem, administrateur de l'église d'Arles, d'autre part, celui-ci prétendant au droit de faire entrer à Avignon, sans rien payer, des chargements de sel, même* causa negotiandi, *celui-là prétendant au contraire que ledit administrateur devait payer même pour le sel destiné à l'usage de sa maison, parce que le Saint-Siège était devenu co-seigneur dudit péage. L'official avait prononcé et l'auditeur du sacré palais avait confirmé que l'église d'Arles devait être indemne de tout péage pour le sel apporté à Avignon, même dans un but de négoce.*

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f°s 196-217, copie. Les procédures sont inachevées. La commission donnée au cardinal de Saint-Laurent est du 14 octobre 1373.

3305 1373.

Appellatio pro Stephano Marmerii, priore ecclesie de Bellis extra muros Arelatis et pape cappellano, excommunicato eo quod in ultima synodo non comparuisset.

BONNEMANT, *Conciles*, n° 25, minute orig. papier.

3306 Avignon, 27 septembre 1374.

Petrus, miseracione divina archiepiscopus Arelaten., dni pape camerarius..., *proroge à la Saint-Martin le*

terme de payement des sommes dues à la Chambre apostolique par Jean, abbé de Cluny. — Datum Avinioni..., die XXVII septembris, anno a Nativitate Domini millesimo CCCmo septuagesimo quarto, indictione XIIa, pontificatus domini nostri Gregorii pape XI anno quarto. — Helias de Vodio.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, n° 8, orig.

3307 7 mai 1375.

Lettre du pape Grégoire XI aux archevêques d'Arles, Aix, Embrun, Vienne et Tarentaise, et à leurs suffragants, leur reprochant leur négligence à sévir contre les hérétiques, et leur envoyant l'inquisiteur François Borrilli *et le nonce Antoine, évêque de Massa.* — Dat. Avenione, nonis maii, anno V.

Bouche, *Histoire de Provence*, t. II, p. 398 ; cf. p. 399.

3308 8 novembre 1375.

Quittance de 200 florins donnée à Jacques, abbé de Cluny, par Pierre évêque de Montpellier, trésorier du pape et lieutenant reverendissimi in Xpisto patris domini Petri, eadem miseratione archiepiscopi Arelaten., dni pape camerarii, nunc a Romana curia absentis...

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, n° 9, origin.

3309 Avignon, 6 mars 1381.

Quittance donnée par Pierre, archevêque d'Arles, camérier du pape, à Jacques, abbé de Cluny, pour 432 florins d'or 23 sous, reliquat de quatre ans de services dus à la Chambre apostolique.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, n° 374, orig. scellé.

3310 Avignon, 2 décembre 1387.

François, évêque de Grenoble, camérier du pape, mande à Jean Lavernha, *préchantre de l'église de Lodève et collecteur apostolique, de ne plus inquiéter Jean, abbé de Cluny, pour l'acquit de 50 francs d'or dus par Jacques son prédécesseur à la Chambre apostolique et dont celle-ci avait été désintéressée lors du décès dudit Jacques.*

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 388, n° 470, origin.

3311 Aix, 15 août 1390.

Assemblée des trois États de la province, à laquelle assiste l'archevêque d'Arles.

Bouche, *Histoire de Provence*, t. II, p. 417-20.

3312 Avignon, 24 août 1390.

François, archevêque d'Arles, camérier du Pape, proroge jusqu'à Noël le terme de payement des sommes dues par Jean, abbé de Cluny, à la Chambre apostolique.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, n° 379, origin.

3313 Avignon, 6 avril 1392.

François, archevêque de Narbonne, camérier du Pape, proroge jusqu'à l'Ascension le terme de payement des sommes dues par Jacques, abbé de Cluny, à la Chambre apostolique.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 389, n° 380, origin.

3314 31 octobre 1401.

Sentence arbitrale de François, archevêque de Narbonne et camérier du Pape, entre Aimon, évêque de Grenoble, et le chapitre de cette ville.

C. U. J. Chevalier, *Notice analyt. sur le Cartulaire d'Aimon de Chissé*, 1869, p. 17-8.

3315 9 août 1404.

Autorisation donnée aux bénéficiers de l'église Saint-Trophime de se rassembler et tenir chapitre.

Ms. de la biblioth. d'Arles, n° 420, pièce 3.

3316 22 octobre 1410.

STATUTA CONDITA IN SYNODIS DIOCESANIS ECCLESIE ARELATENSIS.

Anno Domini millesimo CCCC. decimo, die ultima et secunda sancte sinodi, que post festum Sancti Luce in ecclesia Arelatensi celebratur, vicesima secunda mensis octobris, dom. Guillelmus Bruni, vicarius et officialis Arelaten., in ipsa sancta sinodo presidens, publice et intelligibiliter revocavit omnes et quascumque licentias datas super casibus domino nostro archiepiscopo reservatis, tam in foro penitenciali quam contencioso. — Item, statuit et ordinavit quod quicumque perpetui beneficiati in civitate et diocesi Arelatensi, ultra unum beneficium obtinentes, debeant et teneantur fidem realiter facere et docere de eorum titulis, vigore quorum ipsa obtinent beneficia, dicto dno vicario et officiali Arelaten., infra unum mensem a die presenti in antea computandum, et sub pena decem librarum fisco curie archiepiscopalis Arelatensis aplicanda.

Voir les sources de ces synodes à la fin du n° 3335.

3317 28-9 avril 1411.

Synodus ecclesie Arelatensis post festum Pasche celebrata per vener. et circumsp. dom. Franciscum Clerici, licentiatum in decretis, decanum Sancti Vincentii subtus Vergeyum, ordinis Cluniacen., diocesis Eduen., vicarium generalem pro reverm° dno J. miser. div. episcopo Ostiensi, S. R. E. cardinali et vicecancellario, administratoreque perpetuo se ecclesie Arelaten., et pro eo officialem Arelaten., anno Domini millesimo quadringentesimo undecimo, die XXVIII et die XXIX aprilis. — Dictus dom. vicarius et officialis Arelaten., pro salubri provisione, infra scripta edidit statuta, ... : — .... Volentes aliqua in subditos statuere, per que eorum reformetur negligentia, ac aliquorum imbecillitas seu ignorantia eruatur, etiamque animarum periculis, quibus ad eterna possent labi supplicia, occurrere volentes cum medella, statuta seu ordinationes a nostris in eâ parte subditis eficaciter observandas, consilio et matura deliberatione prehabitis, facimus et edimus infra scriptas. In primis statuimus quod omnes et singuli presbiteri in missis per eos celebrandis specialem faciant commemorationem pro prospero statu sancte matris Ecclesie et sanctissimi in Christo patris et domini nostri dni J. divina providentia pape XXIII, ac etiam domini nostri regis Ludovici, et pro tranquillitate et conservatione tocius

populi christiani, dicendo orationes consuetas. — Item, revocamus presenti nostro statuto omnes et quascumque litteras commissionis curarum animarum per predecessores nostros concessarum ; easque et ipsarum effectum tollimus, cassamus, et irritamus, ita quod amodo nullus sit ausus eis uti sub pena centum solid. erario nostre curie aplicandorum. — Item, revocamus etiam presenti nostro statuto omnes et quascumque litteras seu gratias per predecessores nostros quibuscumque de non residendo in suis beneficiis concessas, easque et earum effectum tollimus, cassamus et annullamus, ita quod amodo eis uti seu gaudere non valeant ; quin ymo monemus semel, secundo, tercio, canonice et perhemptorie omnes et singulos cujuscumque gradus, status seu condicionis existant, in suis beneficiis seu officiis personalem residentiam non facientes, quatinus infra sex menses proxime sequentes veniant in eorum beneficiis et officiis facturi residentiam personalem, assignantes eisdem et ipsorum cuilibet duos menses pro primo termino, et alios duos menses pro secundo, et reliquos duos menses pro tertio et perhemptorio terminis ; alioquin, lapso ipsorum sex mensium spatio, mora et culpa eorum exigente, ad declarationem penarum juris et a jure latarum procedemus ut fuerit racionis. — Item, pari forma revocamus omnes et quascumque litteras et commissiones per nostros predecessores quibuscumque nostrarum civitatis et diocesis concessas super collatione et receptione ordinum ; easque et earum effectum cassamus et annullamus, ita quod amodo eis nullus uti seu gaudere valeat seu presumat, sub pena c. solid. — Item, vestigiis predecessorum nostrorum inherentes, hoc presenti statuto prohibemus ne aliqui presbiteri curati seu curam animarum habentes, perpetuo vel ad tempus, possint seu audeant committere prefatam curam eis commissam alteri cuique, pretextu eorum absentie, ultra quindecim dies, absque nostra speciali licentia, et hoc sub pena xv. solid. erario nostre curie pro qualibet vice applicandorum. — Item, partim inherendo vestigiis predecessorum nostrorum, statuimus et ordinamus quod omnes et singuli, tam seculares quam regulares, pluralitatem beneficiorum incompatibilium obtinentes veniant coram nobis docturi quo titulo illa obtineant, infra LX dies proxime futuros, sub pena privationis eorumdem ; ad cujus declarationem contra negligentes seu remissos, eorum mora, culpa et contumacia exigentibus, procedemus prout fuerit rationis. — Item, cum redditus, census, servitia, proventus et emolumenta dignitatum, personatuum, officiorum, ecclesiarum parrochialium, et aliarum tam regularium quam secularium, cappellaniarum, hospitalium, reclusoriarum et elemosinariarum plerumque pereant propter negligentiam seu deffectum ipsorum et ipsarum rectorum et beneficiatorum, volumus igitur, statuimus et ordinamus, eorum providendo indempnitati, ut omnes et singuli ipsorum et ipsarum rectores et beneficiati sibi faciant recognosci omnia et singula predia tam rustica quam urbana, et quecumque alia jura corporalia seu incorporalia, que sub earumdem dominio dignitatum, personatuum, officiorum, ecclesiarum, cappellaniarum, hospitalium, reclusoriarum et helemosinariarum predict. in emphiteosim, seu in feudum, aut ad pensionem annuam tenentur ; et ipsas recognitiones penes se habeant et habere procurent, infra annum proxime futurum ; et quantum in eis fuerit perficiant et compleant operis per effectum infra dictum tempus, sub pena suspencionis perceptionis suorum fructuum et emolumentorum dict. beneficiorum ad et per sex menses, in ipsis recognitionibus perficiendis et complendis convertendorum : non intendentes in presenti nostro statuto includere eosdem rectores seu beneficiatos, qui a modernis possessoribus seu quasi possessoribus recognitiones habuerunt et habent ; et dictas recognitiones factas et faciendas volumus per eos suis futuris successoribus fideliter reservari, ut sic per eas eorum jura conserventur. — Item, vestigiis predecessorum nostrorum inherentes, statuimus et ordinamus quod omnes et singuli cappellani curati et alii curam animarum habentes debeant pronunciare alta et intelligibili voce in eorum ecclesiis, populo presente in divinis, semel in mense, statutum provinciale quod incipit : *Quoniam aliqui* etc., sub pena v. solid. pro qualibet vice qua omiserint publicare, ut prefertur, dictum statutum. — Item, innovantes ordinamus quod omnes et singuli cappellani curati, et alii curam animarum habentes pronuncient et pronunciare debeant alta et intelligibili voce, in eorum ecclesiis, populo congregato ad divina, in qualibet die dominico, statutum provinciale hujus tenoris : « Statuimus quod illorum corpora morientium, qui cessaverunt per annum confiteri, seu Corpus Eucaristie recipere, nec non publicorum usurariorum, raptorum, sortilegorum, divinorum et aliorum a jure prohibitorum corpora in loco sacro, absque ordinarii licentia, non sepeliantur » ; et hoc sub pena v. solid. pro qualibet vice, qua omiserint dictum publicare statutum, erario nostre curie applicandorum. — Item, ordinamus quod omnes et singuli presbiteri, curam animarum habentes, eorum parrochianis non confessis semel in anno ingressum ecclesie interdicant, et eis qui sacramentum Eucaristie non receperint in Pascha, nisi a receptione ipsius abstinuerint consilio sui proprii sacerdotis ; et id in eorum ecclesia publice denunciare teneantur. — Item, propter abusum quo aliqui curati favore vel amore excommunicatos nominatim nunciare pretermittunt, dicendo : « Denunciamus vobis excommunicatos omnes quos alias vobis denunciavimus », statuimus et ordinamus quod omnes et singuli excommunicati quolibet die dominico in eorum ecclesiis parrochialibus publice per presbiteros curatos ipsarum ecclesiarum nominatim et expresse denuncientur, et publicentur seriatim, sub pena x. solid. pro qualibet vice qua prefatam publicationem pretermiserint, fisco nostre curie applicandorum. — Item, vestigiis inherentes predecessorum nostrorum, statuimus et ordinamus quod omnes et singuli cappellani curati seu alii quicumque curam animarum habentes dent, seu tradant et assignent nomina et cognomina excommunicatorum, qui per annum et ultra in excommunicationis sententia quavis auctoritate lata permanserint, nobis, ut animarum saluti providere valeamus, et hoc infra mensem proxime futurum, sub pena excommunicationis ; et illud idem faciant in qualibet synodo Pasce Domini amodo celebratura.

3318 26 avril 1412.

Lettre de Jean XXIII aux évêques d'Avignon et de Nîmes et au doyen de l'église de Gap, leur mandant, sur plainte de Jean, évêque d'Ostie, vice-chancelier de la sainte Eglise romaine, administrateur de l'archevêché d'Arles, de réprimer les déprédations commises par des particuliers sur des biens appartenant à la mense dudit archevêché. — Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sexto kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 224, copie.

3319 9-10 mai 1413.

Synodus sancte ecclesie Arelatensis post festum Pasce Domini in ecclesia predicta celebrata per reverum in Christo patrem et dominum dom. Johannem de Trembleyo, miser. div. prothonotarium se sedis apostolice, vicarium generalem revermi in Christo patris et domini nostri dni Johannis, divina providentia episcopi Ostiensis, S. R. E. cardinalis et vicecancellarii, administratorisque perpetui sancte ecclesie Arelatensis, anno M.CCCC. XIII, diebus nona et decima mensis maii. — Subsequenter vobis omnibus inthimatur quod omnes licentie, olim de non residendo in ecclesiis et beneficiis ecclesiasticis concesse, nunc specialiter et expresse revocantur. — Item, quod dict. revocationem in vestris ecclesiis publice nuncietis, et quod nullus amodo extra dicta sua beneficia residere audeat, sub pena excommunicationis et c. solid. coronatorum, nisi a nobis seu a domino nostro administratore obtineat licentiam specialem. — Item, de mandato dni vicarii prelibati arrestantur et ponuntur ad manus dicti domini nostri administratoris omnes fructus, redditus et proventus omnium cappellaniarum simplicium in civitate et diocesi Arelatensi consistentium, in quibus quidem cappellaniis cappellani instituti non resident, nec eisdem deserviunt, ut tenentur; et hoc denuncietis populo vestro, ut nullus ipsorum eis respondeant in aliquo, sub pena excommunicationis predicta [1]. — Item, quod omnes qui curam habetis animarum, si per prefatum dominum nostrum administratorem seu ejus vicarium data vobis fuerit primitus de non residendo licentia, unum locumtenentem bonum et sufficientem, alibi tamen curam animarum non habentem, prefato domino nostro administratori, seu ejus vicario vel officiali presentetis et presentare debeatis infra octo dies proximos; et quod non sit alterius lingue quam occitane, nisi de speciali licentia prefati domini nostri administratoris, seu ejus vicarii. — Item, quod omnes cappellanias fundatas in vestris ecclesiis, et parrochiis, ac ipsarum valorem, et nomina obtinentium, et a quibus deserviuntur, et a quibus non, singulariter et dispositive in scriptis transmittere debeatis clavario vel procuratori fiscali curie officialatus Arelaten. infra unum mensem proxime futurum, sub pena excommunicationis predicta, et c. solid. curie predicte applicandorum. — Item, de mandato dicti domini, moneo vos omnes et singulos ut hospitalitatem debitam observetis. — Item, quod fontes baptismales mundos et clausos teneatis; item, quod altaria, vestimenta, mappas et alia ecclesiastica ornamenta preparata, honesta et mundata teneatis. — Item, quod personas excommunicatas evitetis; et in vestris parrochialibus ecclesiis, singulis diebus dominicis et festivis, excommunicatos publice denuncietis; eosque instantissime moneatis ad redeundum Ecclesie unitati. — Item, quod nulla matrimonia clandestina sollempnizetis, nisi de licentia prefati domini nostri administratoris, seu ejus vicarii vel officialis, aut ejus locumtenentis, nec etiam alia matrimonia, nisi editis tribus bannis per tres dies dominicos seu festivos et sollempnes, cum intervallo aliquo inter quoslibet ipsorum dierum, et hoc sub pena excommunicationis, et c. solid. prefate curie aplicandorum, nisi dispensatum esset super dictis bannis per dominum. — Item, quod infra unum mensem proximum omnia nomina et cognomina excommunicatorum parrochianorum vestrorum, et per quantum temporis in hujusmodi excommunicationibus extiterint, dicto clavario vel procuratori fiscali in scriptis tradatis et assignetis, sub pena excommunicationis, et c. solid. fisco dicte curie aplicandorum. — Item, quod quilibet vestrum curam habens animarum in parochia sua statuta provincialia et synodalia habeat; et si non habet, procuret habere, et eadem clavario vel procuratori fiscali infra unum mensem, sub pena predicta, ostendere teneatur. — Item, quod quilibet curatus in ecclesia sua, quolibet die dominico et festivo, populo legere, et in lingua materna explicare debeat in majori missa unum statutum provinciale seu synodale, sub pena excommunicationis predicta. — Item, de mandato quo supra prohibeo vobis omnibus et singulis, tam presentibus quam futuris, qui in civitate et diocesi Arelaten. beneficia ecclesiastica tenetis, ne aliquis vestrum de cetero proventus integros ecclesiarum suarum arrendare presumat, nisi ex speciali licentia prefati domini nostri administratoris, vel ejus vicarii seu officialis prius obtenta, et hoc sub pena excommunicationis predicta, et amissionis medietatis proventuum beneficii hujus quod contra inhibitionem presentem contigerit arrendari. — Item, injungitur vobis et mandatur quod missas et orationes alias dici et fieri statutas pro statu sancte matris Ecclesie et domini nostri Regis, necnon et dicti dni nostri administratoris continuetis, prout alias extitis ordinatum. — It. etiam injungitur vobis ut, infra xv dies proximas, tres missas quilibet vestrum dicat, videl. unam Sancti Spiritus, aliam Beate Marie, et aliam mortuorum, pro salute corporis et anime dicti revermi patris domini nostri administratoris. — Item, inhibetur vobis omnibus et singulis, ne aliquis vestrum a presenti civitate recedere presumat, nisi prius solverit synodum et cathedraticum dicto dno clavario, vel ejus locum tenenti, sub pena excommunicationis, et xxti solid. dicte curie applicandorum. — Intimatur omnibus quod die sabbati quatuor temporum post festum Penthecostes Domini celebrentur in hac ecclesia cathedrali Arelatensi generales ordines: quare volentes promoveri vel ordinari veniant, ad se faciendum examinari, die jovis post dictum festum, in palacio archiepiscopali Arelatensi.

1. *En marge* : Non recitatur iste, quia dominus noluit.

3320 17-8 avril 1414.

Synodus sancte ecclesie Arelatensis post festum Pasce Domini, anno MCCCCXIIII°, in ipsa ecclesia Arelaten. celebrata per reverum in Christo patrem et dominum dom. P. miser. div. episcopum Regensem, vica-

rium generalem in spiritualibus et temporalibus rever^mi in Christo patris et domini nostri dni Jo. eadem miseratione episcopi Ostiensis, S. R. E. cardinalis et vicecancellarii, administratorisque perpetui s^e ecclesie Arelatensis. — In hac sancta synodo Sancto Spiritu congregata reprimere volentes omnino malicias, astucias, atque fraudes, et maliciis viam precludere toto posse, juxta dictum Apostoli precipientis non solum a malo abstinere, sed « ab omni specie mali », ideo, pro salvatione animarum et reformatione vite, et morum conversatione in nostris subditis, statuimus, ordinamus et observari precipimus que sequuntur : Et primo, cum publice utilitatis intersit ne crimina remaneant impunita, et ut peccandi materia auferatur, illorum presertim qui in peccatis nutriuntur, et nutriri consueverunt, adhibitis fraudibus, dolis et maliciis inter eos, statuimus, volumus et ordinamus, atque precipimus in virtute sancte obedientie quod nullus presbyter, dyaconus, subdyaconus, seu quivis alius in minoribus constitutus, tam in civitate quam in diocesi Arelatensi, audeat seu presumat dare, convenire, pactisare, transigere, seu pascisci per se vel alium seu alios, ejus nomine, cum officialibus curiarum temporalium cujuscumque nominis, status, gradus seu conditionis existant, quod possint seu possit tenere seu recipere focarias seu meretrices publicas vel secretas, seu ad illas ire pro peccato carnali committendo cum eis ; quod si fecerint, ex tunc ut ex nunc tam dans quam recipiens sententiam excommunicationis incurrat ipso facto ; nec recipiens seu recipientes datum seu data, traditum seu tradita per prefatos peccatum predictum committere volentes, faciant illa sua, etiam si ab illis libere concedatur ; a qua quidem sententia absolvi non possint, nisi prius facta restitutione receptorum, facienda dno archiepiscopo pro tempore existenti, seu ejus vicario vel officiali, etiam pro tempore existentibus ; decernentes ex nunc ut ex tunc et e converso dictas conventiones, pacta, transactiones ac permissiones, et data seu donata quecumque premissorum occasione, tam conjunctim quam divisim, factas et facta in preteritum, et faciendas seu facienda in futurum, fuisse et esse nullas et nulla, factas et facta contra preceptum divinum, et nutrientes seu nutrientia animas in peccato mortali, et juramenta inde sequuta, cum vergant in periculum animarum et dispendium salutis eterne. — Item, statuimus et ordinamus, ac observari precipimus in virtute sancte obedientie per omnes et singulos subditos nostros, quod nullus seu nulli audeat seu audeant intrare monasterium de Mosteriis Sancti Cezarii, etiam si sit presbyter, religiosus, vel alias cujuscumque status, gradus seu conditionis existant, nisi de licentia petita et obtenta dni archiepiscopi, seu ejus vicarii et officialis pro tempore existentium, aut dne abbatisse dicti monasterii pro tempore existentis, nisi sint de illis personis in quibus naturale fedus nichil permittit sevi criminis suspicari, sicut sunt pater, mater, frater et consanguineus germanus, patruus, avunculus et nepotes, cum frequentatio mulierum et presertim monialium sit prohibita de jure ; quod si contrarium fecerint, sic intrantes pari, ut supra, excommunicationis sententia innodamus, absolutionem ipsius reservantes ut supra. — Item, predecessorum nostrorum vestigiis inherendo, statuimus quod nullus subditorum nostrorum ecclesiasticorum audeat seu presumat ludere ad aleas seu taxillos ; quod si fecerint, preter excommunicationis sententiam, quam ipso facto incurrunt per statuta predecessorum nostrorum, penam xxv. solid. incurrant, tociens quociens luserint, et venerint contra hujusmodi statutum, nisi saltim ad modicam summam, eam recreationis vel spacii in esum et potum convertendam, et non aliter, et non patenter seu in locis publicis. — Item, cum, Deo permittente, adeo sint attenuati et rari presbiteri et alii clerici beneficiati in ista civitate et diocesi, et quod in synodis celebrandis non est ipsorum copia, sicut perantea erat, nec sit honestum quod dom. archiepiscopus pro tempore existens, seu ejus officialis, synodum celebrantes, cum paucis existant, presertim super negociis ecclesiarum et virorum ecclesiasticorum pertractandis, eapropter statuimus et ordinamus, ut supra, quod canonici ecclesie cathedralis etiam non beneficiati, ac viginti presbiteri in dicta ecclesia intitulati, et omnes alii et singuli presbiteri residentes in presenti civitate, quocumque titulo sive causa, etiamsi curati beneficiati non existant, in singulis synodis sint et teneantur esse, et personaliter interesse [1]. — Item, statuimus quod nullus presbyter, dyaconus, subdyaconus, vel alius in minoribus constitutus, clericaliter vivens, audeat portare seu defferre vestem a parte posteriori vel a lateribus sissam ; quod si fecerit, vestem ipsam amittat, et nostre curie confiscetur.

3321 27-8 avril 1417.

Synodus sancte ecclesie Arelatensis in eadem ecclesia, ut moris est, celebrata anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo XVII^mo et die martis post dominicam *Ego sum pastor bonus*, intitulata xxvii. mensis aprilis, per vener. et emin. virum dom. Johannem Martine, Gebennen. et Lausanen. ecclesiarum canonicum, tocius archiepiscopatus Arelatensis vicarium generalem. — Die mercurii xxviii mensis predicti aprilis, secunda synodi, fuerunt publicata sequentia statuta de mandato supra dicti dni vicarii generalis. — Vestigiis predecessorum nostrorum inherentes et, quantum cum Deo possumus, si opus sit, revocantes, statuimus et ordinamus quod litteris quibuscumque delegatorum, subdelegatorum, conservatorum, subconservatorum et aliorum quorumcumque auctoritate apostolica concessorum, extra tamen Romanam curiam, non pareatur, nec aliqualis fiat exequutio per quoscumque priores, rectores seu curatos, et quoscumque subditos nostros, et in civitate et diocesi Arelaten. degentes, in presenti videl. civitate, nisi consulatur rever. in Christo pater et dominus dom. administrator hujus ecclesie, si presens sit, aut ejus vicarii seu officiales pro eo presidentes ; extra tamen civitatem predictam, predicti non pareant nec quomodolibet exequantur, nisi facta sibi prius fide de litteris apostolicis bullatis, vel per instrumentum publicum seu vidimus transcriptum ipsarum continentem, sub pena excommunicationis, et c. solid., pro quolibet et vice qualibet, ut maliciis et fraudibus, que possent in talibus committi, obvietur. Cui publicationi dom. Jacobus de Pennis, vestiarius ecclesie Arelatensis, non consentiit

1. Ce statut fut révoqué par l'évêque de Riez, vicaire général d'Arles, le 4 mai 1414 (n° 1831).

nomine suo et sibi adherere volentium, de nullitate hujus statuti protestando. — Ulterius, dictus dom. vicarius generalis habuit omnia alia statuta pro publicatis, causa brevitatis ; de quibus procurator fiscalis petiit instrumentum.

3322 19-20 octobre 1417.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie in eadem ecclesia, ut moris est, celebrata anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, et die martis post festum Beati Luce, intitulata decima nona mensis octobris, per vener. et emin. virum dom. Guillelmum Bruni, decretorum doctorem, priorem ecclesie de Mornassio, Auraycen. diocesis, officialem Arelatensem. — Supradictus dom. officialis revocavit omnes curas animarum acthenus concessas ; item, revocavit omnes licencias concessas de non residendo, excepto dno Jacobo Roddelli. — Die mercurii xx octobris edidit ordinationes que sequuntur.

Et primo, quod nullus vicarius, prior, rector seu curatus quarumcumque ecclesiarum civitatis vel diocesis Arelaten. non sit ausus recipere aliquem presbyterum extraneum, nec ad servicium ordinis sacerdotalis admittere, nisi facta fide de litteris ordinum et presbyteratus, sub pena excommunicationis. — Item, quod similiter nullus vicarius, prior, rector seu curatus ecclesiarum predict. sit ausus aliquem fratrem de ordine Mendicantium recipere de extra civitatem et diocesim Arelatensem, ac admittere ad confessiones audiendas, nisi de expressis licentia et mandato dicti dni officialis.

3323 12-3 avril 1418.

Sinodus sancte Arelatensis ecclesie celebrata, ut moris est, anno millesimo quadringentesimo decimo octavo, et die duodecima aprilis, per Guillelmum Bruni, decretorum doctorem, canonicum Magalonensem, priorem de Mornacio, officialem Arelatensem. — Die xiii aprilis, secunda sinodi, qua fit major sollempnitas, de mane, post majorem missam et sermonem factum ibidem, dictus dom. officialis ibidem presidens, cum vestibus sacris, ut moris est, honestatibus clericorum volens providere, statuit quod nullus presbiter nullusque clericus, aut alia quevis persona ecclesiastica, cujuscumque status vel preeminencie fuerit, audeat vel presumat portare publice vestem superiorem scissam vel apertam a lateribus et retro, sub pena perditionis dicte vestis.

3324 Avignon, 7 janvier 1419.

Collation, par le cardinal Jean de Brogny, de la chapellenie de St-Barthélemy, Ste-Marguerite et des Onze mille vierges, fondée dans la métropole d'Arles.

Baluze, *Vitæ pap. Aven.*, t. I, c. 1478. Cf. n° 3302.

3325 2, 4 mai 1419.

Synodus sancte ecclesie Arelatensis celebrata die secunda mensis maii, anno millesimo quadringentesimo XIX°. — Tenor statutorum editorum per vener. et emin. virum dom. Johannem Dyonisii, in decretis licenciatum, archidiaconum Aginnen., vicarium et officialem Arelaten., in sancta synodo Pasce. — Cum Dominus dari precipiat decimas et primicias atque solvi, statuimus et districte precipimus quod quilibet curatus seu curam habens animarum in civitate et dyocesi Arelatensi, semel in mense, prima dominica cujuslibet mensis, solempniter et publice moneant suos parrochianos utriusque sexus, ut de eorum bladis, leguminibus, racemis, agnis, edis, porcellis, et aliis rebus decimabilibus debitas decimas et consuetas persolvant et satisfaciant integre, et sine diminutione aut retentione quacumque, nam contrarium facientes committunt peccatum mortale, et veniunt excommunicationis vinculo innodandi ; ut sic terreantur a quacumque retentione decimarum predictarum, et eas integre persolvant, ut decet. — Item, cum Christiani, non venientes ad suam ecclesiam parrochialem pro audiendo divina et precepta ac mandata Ecclesie, de subito per ignorantiam vel inadvertentiam possunt labi in errorem seu peccatum, etiam illa non servando, statuimus ut quilibet curam animarum gerens suos parrochianos inducat et moneat publice, ut intersint in eorum ecclesiis parrochialibus, saltim dominicis diebus et festis sollempnibus, pro divinis ibidem audiendis, ac etiam audiendis preceptis et mandatis sancte matris Ecclesie injunctis et injungendis, ut sciant quid debeant observare et a quibus cavere, et suam ecclesiam parrochialem, a qua celesti pabulo reficiuntur, valeant honorare : et si qui sint alii parrochiani, moneantur ut transeant ad eorum proprias ecclesias parrochiales, atque vadant pro premissis. — Item, quia cum deffectu statutorum tam provincialium quam synodalium, curam gerentes animarum possint in quamplurimis hesitare et eorum officium secure ad salutem animarum exercere non possint, volumus, statuimus et districte precipimus quod omnes et singuli curam gerentes animarum teneantur habere infra mensem statuta provincialia et synodalia, ad minus pro majori parte recollecta per recollende memorie dom. Rostagnum Capre, hujus sancte ecclesie Arelaten. archiepiscopum, sub pena xxv. solid. erario nostre curie exsolvendorum. — Item, volumus et injungimus quod curam habentes animarum debeant eorum litteras suarum curarum exhibere dno clavario domus archiepiscopalis Arelaten. infra x. dies proximos, sub pena x. solid. erario nostre curie aplicandorum. — Item, innovamus et renovamus statuta synodalia transactis temporibus edita, que, gratia prolixitatis vitande, non recitamus. — Actum Arelate, in ecclesia Arelaten. cathedrali, dum celebraretur prima dies ipsius synodi. — Item, synodus pro secunda die fuit prorogata ad jovis propter festum crastinum Sancte Crucis ; et inde jovis, quarta die mensis maii, secunda die seu ultima ipsius synodi, prefatus dom. vicarius et officialis Arelaten., presidens, edidit statutum quod sequitur. — Item, predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, statuimus, et statuendo ordinamus *(n° 3320)*... Sⁱ Sezarii,... reservantes nobis tantum modo, vel superiori nostro.

3326 22-3 octobre 1420.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie celebrata anno millesimo quadringentesimo vicesimo, post festum Beati Luce, die vicesima secunda mensis octobris, per vener. virum dom. Stephanum Valaycii, in decretis licenciatum, priorem Beate Marie de Chaucio, diocesis Uti-

censis, officialem Arelatensem. — Die xxiii. dicti mensis octobris, que fuit ultima synodi, ipse dom. officialis statuta edidit et precepit observari que sequuntur. — Et primo, statuimus quod quicumque deinceps litteras excommunicatorias contra aliquem duxerit obtinendas, illas portare teneatur ad ecclesiam parrochialem dicti excommunicati, ubi registrentur et publicentur, ut est moris, et deinde incontinenti easdem etiam portare teneatur ad omnes alias ecclesias, etiam religiosorum ejusdem civitatis, loci vel castri, ut etiam ibidem vitetur ; et nisi dictus impetrator premissa servaverit, expensas omnes amittat ; et hoc idem fieri volumus per absolutum, de litteris absolutoriis. Quod quidem statutum denunciari volumus per curatos, superaddentes exinde ut iidem curati teneantur omnes excommunicatos preteritos seu nomina eorum infra decem dies communicare aliis ecclesiis per modum supra dictum, donec presens statutum suum debite oblineat votum. — Item, statuimus et irrefragabiliter ordinamus, ut quicumque litteras excommunicatorias contra aliquem a nostra curia obtinuerit in futurum, teneatur continuare alias sequentes litteras agravatorias usque ad brachium seculare inclusive, infra tres menses inmediate sequentes ; alias perdat idem impetrator omnes expensas ex hoc factas ; superaddendo amplius quod, si per alios duos menses inmediate sequentes dictus impetrator adimplere premissa distulerit, ex tunc, eo non vocato, possit idem excommunicatus ab eadem sententia absolvi, salvo jure parti super principali ; et hoc idem, et sub eisdem penis, observari volumus circa excommunicationes jam latas. Quod quidem statutum volumus denunciari quolibet die dominico, donec omnibus notorium existat. — Item, precipimus et injungimus omnibus curatis ut habeant et observent illud statutum provinciale xxvi^{tum} de presbiteris interessendis in testamentis etc. et de restitutionibus incertis per episcopum distribuendis, et de vocandis episcopis seu locatenentibus eorumdem in distributionibus legatorum. — Item, statuimus et precipiendo mandamus omnibus medicis corporum, christianis videl. sub excommunicationis pena, quam incurrant ipso facto, judeis vero sub pena segregationis, quam incurrant ipso facto, quatinus constitutionem illam Innocentii tertii, que incipit *Cum infirmitas corporis*, habeant inviolabiliter observare, cujus tenor sequitur et est talis : « Cum infirmitas corporis (Gregor. IX *Decretal.* lib. V, tit. xxxviii, cap. 13)... contingerit... medicos prius advocent... competenter. » Quam quidem constitutionem volumus et mandamus per curatos in eorum ecclesiis publicari, et etiam de superabundanti eosdem medicos specialiter moneri supervolumus et expresse.

3327 28-9 avril 1422.

Synodus Pasce in Arelatensi ecclesia celebrata, presente et presidente Stephano Velaycii, officiali Arelaten., anno millesimo quadringentesimo vicesimo secundo et die xxviii. aprilis. — Die xxviiii aprilis, secunda synodi, fuit edictum per dictum dom. officialem sequens statutum : — Quia ab experto didicimus quod sunt quam plures juvenes et simplices tam magnum sacramentum, sicut est matrimonium, in Deo et Ecclesia defraudantes, qui, ante etatem quatuordecim annorum in masculo, duodecim vero in femella, sibi de facto prestant ad invicem, licet de jure non possint, consensum matrimonialem, in grande prejudicium et spretum Ecclesie, et suarum animarum non modicum detrimentum : ea propter huic morbo pestifero providere volentes, statuendo precipimus et mandamus ne de cetero ante etatem predictam talia fiant ; si qui vero contrarium fecerint seu tractaverint, vel dederint consilium vel favorem, sententiam excommunicationis incurrant ipso facto ; nec etiam curati talia matrimonia sollemnizent de cetero sub eadem pena, sine nostra vel superioris nostri licentia speciali et mandato ; notarii vero nullas super hoc conficiant de cetero litteras, nisi constito eis prius de etate legitima, de quo in eisdem litteris specialem faciant mentionem ; et in pede litterarum ponant : « Constat de legitima etate » ; adhicientes quod curati civitatis et diocesis Arelaten. hujus statuti copiam recipere et habere debeant infra proximos quindecim dies, sub pena v. solid. pro quolibet, fisco nostre curie aplicanda, ne ignorantiam valeant pretendere de premissis.

3328 9-10 mai 1424.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie celebrata in eadem ecclesia per dom. Stephanum Velaycii, priorem de Chaucio, officialem Arelaten. pro rever^{mo} in Christo patre et domino dno Johanne, miser. div. episcopo Ostiensi, S. R. E. cardinali et vicecancellario, administratore perpetuo s^{e} Arelaten. ecclesie, post festum Pasce et dominicam *Ego sum pastor bonus*, juxta laudabilem consuetudinem ecclesie antedicte, diebus martis et mercurii intitulatis ix. et x. mensis maii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto. — In dicta synodo supra dictus dom. officialis revocavit omnes curas animarum, quarum terminus concessionis finit in dicta synodo, etiam et licentiam de non residendo, exceptis excipiendis, juxta ejus declarationem. — Item, renovavit statutum de non intrando monasterium dom. monialium Sancti Cezarii, sub pena et modo et forma in eodem statuto contentis.

3329 24-5 octobre 1424.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie celebrata in eadem ecclesia per virum vener. et emin. dom. Falconem de Chona, licenciatum in decretis, canonicum ecclesie Carpentoraten., officialem Arelaten. pro rever^{mo} in Christo patre et domino dno Ludovico, miser. div. archiepiscopo et principe dicte s^{e} Arelatensis ecclesie, videl. diebus martis xxiiii^{ta} et mercurii sequenti xx quinta mensis octobris, incontinenti post festum Beati Luce evangeliste, anno a Nativitate Domini millesimo IIII^{c}.XXIIII^{to}. — [In dicta synodo nulla edita sunt statuta ; quod si edita quæ fuerint, non reperiuntur in regesto quem præ manibus habeo].

3330 24, 26 avril 1425.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie post festum Pasce Domini, anno millesimo quadringentesimo vicesimo quinto, diebus xxiiii^{ta} et xxvi^{ta} mensis aprilis. — Die xxiiii^{ta} mensis aprilis, vener. et circumsp. vir dom. Falco de Chona, officialis Arelaten. pro r^{mo} d^{no} Ludo

vico archiepiscopo, in dicta sancta synodo presidens, sequentia statuta fecit atque renovavit; que observari voluit, jussit atque mandavit, sub penis in eisdem statutis contentis ; quorum quidem statutorum tenor talis est : — Quoniam decet domum Domini sanctitudo, viteque et morum honestas requirit, que precipue in viris ecclesiasticis requiruntur ad doctrinam et informationem tam virorum et personarum ecclesiasticarum quam plebeorum Christi fidelium hujus alme urbis Arelaten. et sue diocesis, aliqua renovari et aliqua de novo statuta synodalia ordinari : idcirco ante dictus dom. officialis sequentia ordinavit et renovavit statuta, ut seriose describitur infra. — In primis siquidem dictus dom. officialis, certis suadentibus causis rationabilibus, revocavit omnes animarum curas in dictis civitate et diocesi Arelaten. commissas, saltim illas que non fuerunt comisse de tempore dni archiepiscopi moderni. — Item, similiter revocavit omnes licencias datas de non residendo in suis beneficiis. — Item, exinde expresse prohibuit et vetuit omnibus viris ecclesiasticis hic in presenti synodo existentibus et personaliter constitutis, ne aliquis ipsorum respondeat pro alio in vocatione beneficiatorum, nisi ab eodem domino officiali obtinuerit de hoc licenciam specialem, sub pena v. solid. pro quolibet. — Item, ulterius vetuit et expresse prohibuit ne aliquis hic pro dicta sancta synodo celebranda congregatorum ab hac civitate recedat, sine expressa licencia dni officialis memorati, sub pena predicta. — Item, similiter revocavit omnes licencias et comendas retrolapsis temporibus per predecessores suos seu alios, quovis modo factas et concessas. — Item, ulterius statuit, prohibuit et vetuit ne aliquis presbiter seu alius quicumque infra sacros existens audeat seu presumat in civitate et diocesi Arelaten. tenere puerum masculum vel femellam pro baptisando ad fontes, excepto casu necessitatis, absque dicti dni officialis expressa licentia, et hoc sub pena xxv. solid. pro quolibet, et vice qualibet. — Item, ulterius statuit et ordinavit quod omnes et quicumque existant, habentes seu obtinentes unum vel plura beneficia, cappellaniam seu cappellanias in civitate aut diocesi Arelaten., teneantur de suis titulis facere fidem dicto dno officiali infra proximos quindecim dies, sub pena privationis beneficiorum et cappellaniarum ; quam penam omnes et singulos noticiam dicti statuti habentes, eo ipso quod defecerint et alter eorum defecerit, voluit incurrere. — Item, ulterius ut supra statuit et ordinavit quod quicumque habens seu obtinens beneficium in civitate et diocesi Arelatensi requirens residenciam personalem, illam infra quindecim dies proximos facere teneatur, sub pena privationis ipsorum beneficiorum. — Item, ulterius ut supra statuit et ordinavit quod quicumque habens seu obtinens cappellaniam in civitate et diocesi Arelaten. eidem deservire seu deserviri facere teneatur a cetero, laudabiliter, in divinis, juxta mentem et ordinationem ipsarum cappellaniarum fundatorum, sub pena v. solid. pro quolibet, et vice qualibet qua deffecerit in premissis. — Item, ut supra statuit et ordinavit quod quilibet curatus civitatis et diocesis Arelaten., seu ejus locumtenens teneatur et debeat quolibet die dominico seu festivo, in missarum sollempniis publicare, alta et intelligibili voce, omnes et quoscumque excommunicatos, contra quos littere eī fuerint presentate, et cujus mandato et ad cujus instantiam sunt excommunicati, ut saltim per hoc rubore confusi ad gremium sancte matris Ecclesie remeare cogantur, et hoc sub pena v. solid. pro quolibet et vice qualibet qua defecerint in premissis. — Item, ut superius statuit et ordinavit quod quilibet curatus civitatis et diocesis Arelaten., seu ejus locumtenens teneatur et debeat dicto dno officiali portare infra xv. dies proximos nomina et cognomina excommunicatorum, qui in excommunicatione fuerunt per unum annum et ultra, ad hoc ut contra tales possit procedi tamquam contra de fide suspectos, et hoc sub pena v. solid. pro quolibet. — Item, ulterius ut supra statuit et ordinavit quod quelibet persona, que tenuerit seu teneat aliquam aliam personam excommunicatam pro quacumque causa, et ipsam sic excommunicatam non posuerit ad brachium seculare infra tres menses proximos a die date excommunicationis, quod talis excommunicata persona, solvendo seu depponendo debitum pro quo esset excommunicata, possit absolvi, et absolvatur absque aliquali expensarum solutione ; quas expensas talem creditorem voluit et ordinavit perdere, propter ejus tarditatem in non faciendo poni talem excommunicatam personam ad brachium seculare, ut premittitur, infra dictos tres menses. Quod statutum voluit et ordinavit singulis diebus dominicis et festivis, dum missarum celebrantur officia et populus ibidem convenit ad divina, per curatos, priores, seu eorum vicarios publicari, ne aliquis de premissis ignorantiam pretendere possit, sub pena xxv solid., quam penam ex nunc quilibet eorum et vice qualibet incurrat, si deffecerit vel deffecerint in premissis. — Item, ulterius ut supra statuit et ordinavit quod nullus presbiter seu alius quicumque infra sacros existens a cetero audeat seu presumat portare vestes nimia brevitate seu longitudine notandas, ac etiam collaretos nimis altos, ac capucia cum longa corneta, laycorum more, sub pena v. solid. pro quolibet et qualibet vice, et amissionis talium vestium et capuciorum ; quam penam voluit eos et eorum quemlibet vice qualibet ex nunc incurrere. — Item, ut superius statuit, prohibuit et expresse vetuit quod nullus a cetero audeat seu presumat intrare monasteria seu conventus dom. monialium civitatis Arelatensis, pro stando, loquendo, seu solaciando cum monialibus, sine licentia petita et obtenta predicti dni officialis, aut dom. abbatissarum monasteriorum predict., sub pena excommunicationis, et x libr. pro quolibet et vice qualibet, personis necessaria in dictis monasteriis verisimiliter ministrantibus dumtaxat exceptis. — Item, ulterius renovavit statuta ab evo composita et ordinata de toxico, concubinariis, et non tenendo pueros in lectis ante etatem duorum annorum, et de solvendo decimas et premicias ecclesie, sub penis in eis contentis. — Item, ulterius ordinavit et statuit quod quilibet curatus civitatis et diocesis Arelaten. teneatur habere copiam presentium statutorum et ordinationum, et in eorum ecclesiis diebus dominicis et festivis publicare, sub pena excommunicationis et x solid. pro quolibet et vice qualibet, saltem statutum concernens excommunicatos, et etiam statutum penultimum. — Lecta et publicata fuerunt precedentia statuta, supra dicti dni officialis jussu atque

mandato, in dicta sancta synodo. — Quibus sic actis, ibidem incontinenti in dicta sancta synodo existens et personaliter constitutus vener. et relig. vir dom. Guillelmus Lemosini, canonicus et precentor dicte s[e] ecclesie Arelaten. ac procurator capituli ecclesie ejusdem, et quantum precedentia statuta prejudicare possent dicto capitulo Arelatensi, eisdem non consenciit. — Dom. officialis dictis per dictum dom. Guillelmum Lemosini minime consenciit, et fuit sollemniter protestatus contra eum et dict. capitulum de usurpacione juris et honoris dni archiepiscopi Arelatensis.

3331 4 février 1426.

Lettre de Martin V à l'archevêque d'Arles, pour lui recommander venerabilem fratrem Sagacem episcopum Carpentoratensem, tunc Caven(ien)sem episcopum, *qu'il a choisi pour succéder à Jacques, évêque de Carpentras.* — Ad cumulum tue cedit salutis... Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, secundo nonas februarii, pontificatus nostri anno nono.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 236, copie.

3332 19-20 octobre 1428.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie in eadem ecclesia, ut moris est, celebrata anno millesimo quadringentesimo vicesimo octavo, diebus xix et xx mensis octobris, per dom. Falconem de Chona, officialem Arelaten. pro rever[mo] dno Ludovico, cardinali Sancte Cecilie, dicte s[e] Arelaten. ecclesie perpetuo administratore. — Die vicesima dicti mensis octobris, secunda die dicte synodi, statim post sermonem ad clerum factum per quemdam fratrem Minorem oriundum de Volobrica, dictus dom. officialis statuta synodalia tam per eum quam suos predecessores dudum facta renovavit, et ulterius sequentia duo statuta confirmavit ac de novo fecit, quantum opus est, alia super hiis facta lacius specificando. — Et primo, ad sedandum oblocutiones que fiunt contra viros ecclesiasticos habitus inhonestos defferentes, cum omnes, et presertim ecclesiastice persone, per extrincecos habitus hostendere debeant intrinsecam morum honestatem, idcirco nos dictus officialis, alia super hiis edita statuta confirmando, et de novo, quantum opus est, statuendo, ordinamus quod amodo quilibet ecclesiasticus, et precipue in sacris ordinibus constitutus, portet et defferat vestes convenientes, et congruas suo ordini in colore et alias, cum moderatis colletis brevibus et condulatis, et alias talares et non aliter nec alias, sub pena perdicionis habitus, et pena xxv. solid. pro quolibet et vice qualibet, comodis curie archiepiscopalis Arelaten. applicanda. — Item, ulterius statuimus quod quilibet ecclesiasticus portet et defferat disploidem sive gipponem coloris et longitudinis suis statui, ordini et gradui convenientes, cum colletis ejusdem coloris et brevibus, taliter quod non excedant colletum vestis superioris cum condulis, et etiam in omnibus suis partibus ejusdem coloris et non alias, sub dicta pena.

3333 29 novembre 1428.

Lettre de Martin V à l'archevêque d'Arles, pour lui recommander dilectum filium Bartholomeum, electum Aurasicensem, tunc decanum ecclesie Sancti Petri Avinionensis, decretorum doctorem, capellanum nostrum et causarum palatii apostolici auditorem..., *successeur sur le siège d'Orange de Guillaume, transféré à l'évêché de Cassano* [1]. — Ad cumulum tue cedit salutis... Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio kalendas decembris, pontificatus nostri anno duodecimo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 88, f° 232, copie.

3334 2 octobre 1430.

Martin V recommande à l'archevêque d'Arles Guillaume, ancien archidiacre de Lodève, qu'il a choisi pour succéder à Barthélemy, évêque d'Orange, mort en cour de Rome. — Ad cumulum... Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, vi. nonas octobris, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 384, n° 197, orig. bullé sur chanvre.

3335 23-4 octobre 1431.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie in eadem ecclesia, ut moris est, celebrata anno millesimo IIII[c]. tricesimo primo, diebus vicesima tertia et vicesima quarta mensis octobris. — Die secunda synodi dom. Falco de Chona, officialis Arelaten. in dicta sancta synodo presidens, statutis per eum alias factis in eorum robore et firmitate remanentibus, sequentia statuta fecit et condidit, atque observari jussit, mandavit et ordinavit sub penis in eisdem statutis contentis ; que quidem statuta illico, presente vener. clero civitatis et diocesis Arelaten., de mandato dicti dni officialis, lecta et publicata fuerunt. Quorum quidem statutorum tenor sequitur infra. — Et quia dictus dom. officialis recolit se alias statuisse quod quilibet prior, curatus, seu vicarius curam habens animarum teneretur, per se seu ejus locumtenentem, omnium excommunicatorum nomina et cognomina in sua parrochia existentium, infra certum tempus in dicto statuto contentum, tradere cum effectu dicto dno officiali, seu dno procuratori fiscali sue curie, ut proinde saluti dict. excommunicatorum provideret, quod minime facere curarunt, in contemptum dicti statuti et periculum suarum et ipsorum excommunicatorum animarum : idcirco statuit iterato quod quilibet premissorum priorum, curatorum, seu vicariorum nomina et cognomina omnium excommunicatorum in suis parrochiis existentium, et quo tempore, et quorum instantia sunt excommunicati tradant predicto dno officiali, seu procuratori infra unius mensis spatium, sub pena xxv. solid.; quam penam voluit eos et quemlibet ipsorum ex nunc, si premissa facere neglexerint, incurrere. — Item, ulterius statuit et ordinavit quod omnis et quicumque existant, habentes seu obtinentes unum vel plura beneficia, cappellaniam seu cappellanias in civitate aut diocesi Arelaten., teneantur de suis titulis facere fidem dicto dno officiali infra proximos xv. dies, sub pena privationis beneficiorum et cappellaniarum ; quam penam omnes et singulos noticiam dicti statuti habentes, eo ipso quo deffecerint et alter eorum deffecerit, voluit incurrere. — Item, ut supra statuit *(n° 3330)*... deffecerint in pre-

1. Le manuscrit porte fautivement *Cassavensem*.

missis. — Item, statuit (*ibid*)... cellebrabuntur... convenerit... eorum quemlibet et v. q. voluit incurrere, si... — Item statuit et ordinavit quod quilibet premissorum, diebus quibus supra, teneatur et debeat publicare et denuntiare statutum provinciale, quod incipit : *Quoniam aliqui suis finibus non contenti*, etc., prout alias fuit publicari ordinatum, pro conservatione.

Cætera desiderantur.

Archev. d'Arles. Reg. *Sinodes et droits sinodaux, 1260-1625*, f°s 38, 39, 53, 67, 73, 81, 84, 91, 101, 111, 124, 127, 131, 157, 174. BONNEMANT, *Conciles*, n° 27.

3336 10 février 1431/2.

Bulle d'Eugène IV au cardinal Louis Aleman.

Voir ci-dessus, n° 1714, c. 738.

3337 25 avril 1433.

Lettre de créance de Louis III au concile de Bâle.

SACROSANCTE sinodo universalis ecclesie Basilee in Spiritu sancto congregate, Ludovicus tercius, Dei gracia rex, ac serenissime et illustrissime principisse et domine dne Johanne secunde, Dei gracia Hungarie, Jherusalem, Sicilie, etc. regine, filius unicus, suusque in prefato Sicilie regno heres et successor, Calabrie et Andegavie dux, et Provincie, Forcalquerii, Cenomanie et Pedemontis comes, pacem in caritate Xpisti cum recomendacione devota. Ad vestri sacri cetus presenciam reverendissimum, ac reverendos in Xpisto patres, venerabilesque, circumspectos, egregios et nobiles viros J. Antiochenum patriarcham, J. Forojuliensem, ·· Dignensem, ·· Venciensem, N. Tholonensem episcopos, ·· Sancti Honorati Lirinen. et M. Fosse nove abbates, Andream Botarci, decretorum doctorem, canonicum Aquen. et collectorem apostolicum in patria nostra Provincie, Gasparem de Perusio, utriusque juris doctorem et advocatum consistorialem, magistros Martinum Berruer, bacalarium in theologia, Turonen. et Cenomanen. canonicum, et Johannem Blondeleti, etiam in theologia bacalarium, decanum Cathalanen. et ecclesie Cenomanen. scolasticum, amicum, consiliarios et oratores meos carissimos devote transmitto, quibus auctoritatem, potestatem, facultatem generalem et speciale mandatum prebui atque dedi, doque et prebeo per presentes interveniendi et comparendi, ac se nomine meo in consilio presentandi, interessendi, petendi, consultandi, deliberandi, concludendi, consenciendi, faciendi, gerendi et adimplendi omnia et singula que pro augmento et exaltacione fidei Xpistiane, conservacioneque et reformacione status sancte matris Ecclesie fuerint opportuna, et que tractabuntur in consilio supradicto, consensumque in et pro illis meo nomine prestandi, prout et quemadmodum oratores ceterorum catholicorum secularium principum solent et debent in talibus intervenire, consultare, deliberare ac assentire, et que in persona propria facere valerem seu possem, etiam si mandatum exigerent speciale ; promittens in verbo et fide regalium, sub ypotheca et obligacione omnium et quorumcumque bonorum meorum presencium et futurorum gratum habere, ratum et acceptum quicquid per eosdem oratores in premissis actum fuerit, et nullo modo contradicere, nec contravenire ; pro quorum robore presentes litteras proprie manus mee subscriptione, et sigillo meo munitas eisdem oratoribus duxi concedendas. Datum C.......ne, die vicesimo quinto mensis aprilis, undecime indictionis, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio. — *Signé :* Loys. — *Sur le repli :* Per regem, in suo consilio, B. de Castillione. — Pro curia. — Reg^ta, Jac.

BONNEMANT, *Conciles*, n° 26, original parchemin, le sceau disparu.

3338 23, 25 novembre 1443.

Nota quod die sabbati XXIII hujus mensis novembris, hora vesperorum Sancti Trophimi, intravit d. senescallus Sallone et recepit possessionem ejusdem pro dno nostro Rege ; et lune XXV hujus mensis, ante prandium, recepit spiritualitatem et temporalitatem dni archiepiscopi ad manus dicti dni nostri Regis : et fuit preconisatum per Arelatem, ut in preconisatione penes mag. Ulphardum Petri existente continetur.

Protoc. Joan. Meriani, not., 1444 (*Le Musée*, 1874, p. 206). Les jours de la semaine indiqués concordent avec 1443, et non avec 1444 ; cet acte est d'ailleurs antérieur au n° 1938, du 7 août 1444.

3339 30 novembre 1445.

Consecrata fuit ecclesia fratrum Minorum de Arelate, martis XXX hujus mensis novembris, die festi Sancti Andree, hora tertiarum, per rev. in X^o pat. et dom. d. Robertum [*de Diamans*], episcopum Tiberiadensem, vicarium in spiritualibus rev^mi in X^o patris et domini dni Johannis de Bellavalle, eadem miseratione divina administratoris perpetui s^e Arelaten. ecclesie ; et etiam cimiterium illius ecclesie, existentem inter ecclesiam et carreriam ab occidente.

Protoc. Joan. Meriani, not., 1445 (*Le Musée*, 1874, p. 207).

3340 Avant 1450.

FORMA CELEBRATIONIS SYNODORUM DIOCESIS ARELATENSIS ET PENSIONES QUE DEBENTUR RATIONE SYNODI ARCHIEPISCOPO ARELATENSI.

NOTA quod omnes priores, cappellani, presbiteri, abbates, abbatisse et religiosi beneficiati tenentur venire ad sanctam synodum bis in anno, videl. diebus martis et mercurii post dominicam *Ego sum pastor bonus*, item similiter post festum Beati Luce, diebus martis et mercurii. — Prima die cujuslibet synodi, dictis prioribus, cappellanis, presbiteris, abbatibus, abbatissis et religiosis beneficiatis civitatis et diocesis Arelatis in sancta Arelatensi ecclesia congregatis, dom. presidens in s^a synodo, confestim post celebratam majorem missam, monet omnes pro s^a synodo ibidem congregatos ne alter ipsorum pro altero absente, nisi prius petita licentia et obtenta, respondeat, sub pena excommunicationis ; item, quod nullus beneficiatus, qui in s^a synodo interesse tenetur et venerit causa ipsius, recedat a presenti civitate, nisi post celebratam die crastina dictam synodum more solito, et nisi per prius solverit dno clavario domus archiepiscopalis pensiones et alia jura per eum, ratione beneficii vel pene, debitas et debita, sub prefata excommunicationis pena ; item, quod qui-

libet presbiter in sª synodo presens se disponat, ut crastina die missam celebret et preces effundat ad Deum pro bono statu et felici reverᵐⁱ dni Arelaten. archiepiscopi, et pro animabus bone memorie presulum deffunctorum, qui dicte ecclesie Arelaten. prefuerunt, et etiam illorum qui helemosinam de argento, que eis die crastina erogabitur, reliquerunt; et deinde quilibet intersit in majori missa cum superpelliciis, necnon in absolta que fit confestim pro mortuis. — Sicut premissum est peractis quibus supra, dyaconus dni prepositi legit ibidem et alta voce vocat per ordinem nomina omnium qui interesse debent : qui presentes non sunt, punctuantur in margine uno puncto ; ceteri vero, qui comparent, respondent singuli : « Adsum, domine », et non punctuantur. — Continuo completa vocatione, procurator fiscalis coram dno presidente comparet, et accuzat contumaciam omnium absentium, quos petit declarari incidisse in penam prime diei, que est quinque solid. pro quolibet; presidens omnes dictos absentes vocatos et punctuatos, quia non comparuerunt, pronunciat contumaces, et declarat singulos dictam penam v solid. incurrisse.

Sequenti die, secunda synodi, qua fit major solemnitas, de mane, statim post majorem missam celebratam conventualiter in eadem ecclesia et absoltam pro defunctis, fit sermo ad clerum in latino per aliquem religiosum aut alterum, et datur illi qui facit sermonem unus florenus et ejus socio unus grossus : que omnia solvit clavarius domus archiepiscopalis, una cum prandio. — Finito sermone, iterato vocantur illi qui precedenti die fuerunt absentes ; et qui non intersunt in dicta synodo iterato punctuantur; eorumque contumacia per supra dict. procuratorem fiscalem accusata, per dict. presidentem reputantur contumaces, et declarantur ipsorum quilibet penam secunde diei, que est x solid., incurrisse, eorum legitimis excusationibus reservatis. Hec esmenda recuperatur per clavarium dni archiepiscopi, licet male recuperetur, quia quasi omnia beneficia, sive major pars vaccat. — Hiis peractis, dom. presidens statuta jam facta pro publicatis habet vel publicari facit ; aliquando addendo illis aliqua, vel etiam quedam de novo statuit.

Sequuntur nomina illorum qui faciunt pensionem dno archiepiscopo in synodo Pasche.

Et primo, prior Sancti Pauli de Curtosaxo prope Bellicadrum, IIII solidos coronatorum ; dictus prioratus est unitus abbassie monasterii de Fonte extra muros Nemausenses. — Item, prior Sⁱ Dionisii prope Bellicadrum, x sol. coronat. solvere tenetur. — It. prior S. Laurentii de Junqueriis prope Bellicadrum, xv denar. coron. — It. prior S. Vincentii de Junqueriis prope Bellicadrum, xv den. coron. — It. prior S. Dyonisii prope S. Amantium, debet xviii den. coron. — It. prior de Baucio debet x sol. coron. Item, prior de Rotz, xii regal. — It. prior de Granis prope Salonem, iii sol. et ix den. coron. — It. vicarius S. Petri de Molegesio, ii sol. et vi den. coron. — It. prior S. Johannis de Malmussana in Camargiis, iii sol. coron. — It. prior S. Vincentii Arelatis, ii sol. et vi den. coron. — Item, nota quod abbatissa Sancti Laurentii Avinionis debet de pensione annuatim, ad causam prioratus S. Lamberti prope Lauratam, Arelaten. diocesis, in festo Pasche Domini, iiii sol. cum dimidio ; item, in festo Penthecostes, iiii sol. cum dim. ; in festo Omnium sanctorum, iiii sol. cum dim.; et in festo Nativitatis Domini, iiii sol. cum dim.

Sequitur de synodo Sancti Luce euvangeliste.

Et primo, debet dom. preceptor Sancti Petri de Campo publico prope Bellicadrum, ordinis Sancti Johannis Jherosolimitani, pro ecclesia parrochiali, que vocatur S. Petri de Campo publico, que est juxta domum predictam et unita dicte preceptorie per bone memorie dom. archiepiscopum Arelatensem, prout de unione constat in libro Viridi, fº 301 ; et reservavit sibi dictus archiepiscopus unam marcham argenti fini solvendam per dictum dom. preceptorum et suos successores in perpetuum eidem, seu clavario suo, in dicta synodo. — Item, dom. prior S. Martini de Ipiolis, Tholonen. diocesis, debet annuatim in dicta synodo B. Luce xx sol. currentes ; tamen non tenetur venire ad synodum, nisi tantum solvere. — It. prior de Baucio pariter, sicut in alia synodo, debet x sol. coron. in dicta synodo B. Luce. — It. prior Sancti Johannis de Malmussana, prout etiam in alia synodo, debet iii sol. coron. ; dictus prioratus est unitus sacriste ecclesie Arelatensis. — It. prior S. Petri de Granis debet iii solidos ix den. coron. — It. vicarius S. Petri de Molegesio debet in dicta synodo ii sol. vi den. coron. — It. prior de Rotz debet xii den. regal. : tamen numquam solvit. — It. prior S. Vincentii de Arelate debet in dicta synodo S. Luce ii sol. et vi den. coron. — It. prior S. Dionisii prope Bellicadrum debet in dicta synodo x sol. coron. — It. prior S. Laurentii de Junqueriis prope Bellicadrum debet xv den. coron. — It. prior S. Laurentii prope Bellicadrum debet in dicta synodo xv den. coron. — It. prior S. Pauli de Curto saxo prope Bellicadrum debet, in prenominata synodo B. Luce evangeliste, iiii sol. coron. — It. prior S. Leodegarii prope S. Amantium in Martico, xviii den. coron., et hoc in sepedicta synodo B. Luce euvangeliste.

Sequitur pensio cere in dicta synodo Beati Luce.

Et primo, dom. prior Beate Marie ville de Mari, qui est ordinis Sancti Benedicti, et deppendet ab abbatia S. Petri Montismajoris, idem dom. prior debet in dicta synodo xii libras candelarum cere fine : communiter solvit idem pro dictis candelis duos grossos cum dimidio pro libra. — Item, rector Hospitalis dicte ville de Mari unam libram cere debet in dicta synodo. — It. prior S. Sisti prope Bellicadrum debet in dicta synodo tres libras cere. — It. prior S. Petri de Pesulo, Arelatis prope Judeam, debet in dicta synodo unam libram cere, et est unitus cum ecclesia S. Martini. — It. prior S. Genesii de Columpna in Camargiis est monachus, et deppendet ab abbatia de Croas, et debet in dicta synodo unam libram cere. — It. prior Beate Marie de Principali Arelatis debet in dicta synodo B. Luce vii libras cere, quia, dum fuit unita per reverᵐᵘᵐ dom. Ludovicum cardinalem, nunc administratorem perpetuum ecclesie Arelatensis, quedam cappellania fundata in eadem ecclesia per quondam Guibertum Rodelhe, creavit dict. pensionem de una libra, quia ante non faciebat nisi sex libras, et scias quia dicta cappellania valet plus quam prioratus in triplo. — It. dna abbatissa de Molegesio debet in eadem synodo B. Luce euvangeliste unam libram cere. Item, nota quod dna abbatissa de Molegesio debet

annuatim x sol. currentes, videl. in festo Pentecostes Domini medietatem, et aliam in festo Omnium sanctorum : tamen non solvit nisi pensionem cere. — It. prior S. Petri de Tranquetalhiis, monachus, deppendet ab abbassia S. Egidii ; debet xx libras cere : tamen nichil umquam solvit, quia asserebat quod dom. archiepiscopus debet alia in recompensationem.

Archev. d'Arles. Reg. *Sinodes et droits sinodaux, 1260-1625*, passim a f° 38 ad 176 et a f° 315 v° ad 319. BONNEMANT, *Conciles*, n° 30.

3341 (1914ª)

ÆNEÆ SYLVII PICCOLOMINI (PII II papæ)
De gestis Basileensis concilii lib. I.

... Medius erat inter omnes primoque loco ut judex fidei, totiusque disputationis moderator et arbiter Ludovicus cardinalis, et archiepiscopus Arelatensis, prælatus cum multis virtutibus insignis, tum præcipue fortis et constans..... Ludovicus cardinalis Arelatensis, vir omnium constantissimus, et ad gubernationem conciliorum generalium natus, oratorum omnium, qui locuti fuerant, verba resumpsit..... Cumque oratores ubique Eugeniani novam doctrinam prædicent, Romanum pontificem supra universalem ecclesiam extollentes, ne ignorantium animæ capiantur, conclusiones tres primas publicare non omittetis, apostolum Paulum imitati, qui Petro ad veritatem Evangelii non ambulanti neque ad horam cessit..... Hic cum Arelatensis fecisset loquendi finem, omnes in eum affixis vultibus admirationem stupore prodebant. Deinde laudare hic memoriam, ille doctrinam, hunc esse unum, qui dignissime præsideret, qui et confutare objecta nosset, et (ut præsidentem decet) impenetrabilem se convitiis exhiberet..... Alii quidem eum, alii vestimentorum fimbrias deosculabantur secutique ipsum complurimi, prudentiam ejus magnopere commendabant, qui licet origine esset Gallicus, Italos tamen hac die summa homines astutia superasset. Communis tamen omnium opinio fuit, hoc Spiritus sancti magis quam ipsius Arelatensis opus fuisse..... Cogitarat Arelatensis quod erat futurum, plurimasque sanctorum reliquias tota urbe perquiri jussit, ac per sacerdotum manus in sessione portatas, absentium episcoporum locum tenere : quæ res maxime devotionem adauxit in tantum, ut vocato postmodum de more Spiritu sancto nemo lacrymas continuerit.

Lib. II..... Sed neque illum preces neque domesticorum funera flectere potuerunt, volentem potius cum vitæ periculo salvare concilium, quam cum periculo concilii salvare vitam : sciebat enim, quoniam se recedente pauci remansissent, facileque committi fraus in ejus absentia potuisset..... Primus omnium electorum [Felicis V] cardinalis fuit Arelatensis, vir et constantiæ insuperabilis et prudentiæ incomparabilis, cujus virtuti haud adscribere titubaverim, quæcunque in concilio gesta sunt, quia nec sine illo prælati perseverassent, nec alicujus principis umbra protexisset..... Sessio mox secuta est. Divina autem officia cardinalis Arelatensis celebravit, quo nemo ceremonias novit melius..... Ut igitur cardinalis Arelatensis inter missarum solemnia communicasset, vocati sunt ad altare communicaturi, etiam secundum ordinem electores,..... Devotionem maxime cardinalis adaugebat, qui pontificalibus indutus vestibus, nudato et calvo capite Dominicum Corpus quibusque ministrabat, confessionemque in re tali solitam singulis repetebat, ac secutus piissima Salvatoris Domini nostri Jesu Christi vestigia, quemlibet deosculabatur, hortatus plurimum, ut quam quisque posset, pura anima susciperet Dominum. Quam rem sic ordinate, sic solemniter, sic devote peregit, ut ex videntibus nemo tenuerit lacrymas, nisi qui pectus habuit aut saxeum aut ferreum,..... Quos inter Cracoviensis archidiaconus diminutionem [cibariorum] tulit. Cui cum oves et arietinæ carnes afferrentur, substractæ aviculæ sunt, orante in porta famulo, ut quod plus esset, id domino dimitteretur : sperabat namque ex ariete partem, ex ovibus autem non sperabat : dominus tamen aviculam præoptasset. Ideoque cum spolium sensit, utique conquestus est, publiceque testatus, nunquam se diem, postquam sacerdos fuit, tulisse pejorem. Ac cum rogaretur ne admirationem haberet, quoniam id obtigisset cardinali [Arelatensi] : « Proh, inquit, cardinalem mihi æquiparas, hominem Gallicum, parcum, eventrem, aut (ut verius loquar) non hominem. Ego apud eum meo infortunio sum locatus ; omnia quæ facit, perlustris mihi cortina indicat, nec adhuc aut bibere eum, aut comedere vidi ; et, quod mihi molestius est, insomnes noctes, insomnesque dies ducit (quanquam nulla est apud nos dies) ; aut legit semper, aut negotiatur ; nulla ei minor, quam ventris, est cura ; mihi nihil cum eo commune est.

Ejusdem *Historiæ de Europa* cap. XLII.

... In Arelate, ad sepulchrum Ludovici cardinalis Sanctæ Ceciliæ, ejus urbis episcopi, quem Basileæ in consessu Patrum præsidentem vidimus, magna miraculorum opinio orta est, et invalidorum frequens undique concursus spe sanitatis factus.

GUIDONIS PAPÆ, Gratianopol. senat., decisio LXXXIV.

... Vidi etiam reverendissimum in Christo patrem dom. Ludovicum Alamandi, cardinalem Arelatinensem, cujus corpus jacet in civitate Arelatin. et ibi claret miraculis, qui decessit ab humanis de anno Domini 1449.

Decisiones GUIDONIS PAPÆ ; Lugduni, 1610, in-fol., p. 92.

WERNERI ROLLEWINKII *Fasciculi temporum* a. 1434.

... Ludovicus Alamandi, episcopus Arelatensis, vir sanctæ vitæ, et miræ patientiæ, singularisque columna concilii Basileensis, cui diu præcedit, multis corruscat miraculis.

PARISIENSIS SENATUS *Super pragmatica sanctione* admon. XVII.

... Post obitum suum claruerunt miraculis Andegavensis episcopus Michael, Arelatensis episcopus, prælati alii.

JACOBI BERGOMENSIS *Chronici* liber XV.

... Ludovicus Arelatensis, vir doctissimus atque eloquentissimus, qui Basileensi synodo ex consensu omnium Patrum præfuit his temporibus, cum multa edidisset opuscula, et quidem digna, non sine magna sanctitatis opinione decessit, et eam ob rem ad ejus sepulchrum magna miraculorum opinio orta est, et infirmorum magnus concursus.

3342 20-1 octobre 1450.

Synodus sancte Arelaten. ecclesie post festum Beati Luce celebrata per vener. et emin. virum dom. Guillelmum Blegerii, in decretis licent., sacristam Vasionen., vicarium et officialem per ven^{le} capitulum s^{e} Arelat. ecclesie..... constitutum et ordinatum, de anno videl. Incarnac. Dni M^{o}CCCC^{o} L^{mo} et martis xx^{a} et mercurii xxj octobris.

Abbas, prior et monachi Montismajoris. — * Prior et canonici Sancti Genesii. — * Abbas et monachi Beate Marie de Ulmeto. — * Prior et monachi Podii Rotondi prope Romaninum. — Abbatissa et moniales Sancti Cesarii. — Abbatissa et moniales de Molegesio de Arelate. — Cappellanus B^{e} Marie de Principali. — Cap. S^{e} Crucis. — Cap. S^{i} Laurencii. — Cap. S^{i} Andree. — Cap. S^{i} Martini. — Cap. S^{i} Petri de Pesulo. — Cap. S^{i} Mauricii. — * Cap. S^{i} Salvatoris de Troillia. — Cap. B^{e} Marie de Cappella. — Cap. S^{i} Luciani. — Cap. S^{i} Juliani. — Cap. S^{i} Ysoderii. — Cap. B^{e} Marie de Majori. — Cap. B^{e} Katherine de Scuteria. — * Fratres milicie et cap. prope Cavalariam. — Cap. B^{e} Marie Magdalene. — Cap. S^{i} Johannis de Mosteriis. — Cap. S^{i} Michaelis de Scala. — Cap. S^{i} Vincencii. — Minister Sancte Trinitatis. — Cap. S^{i} Georgii. — Cap. B^{e} Marie de Pulcroloco. — * Prior S^{i} Cesarii. — Abbatissa et moniales de Tharascone, pro prioratu S^{i} Honorati. — Prior S^{i} Petri de Fabregoleto. — Cap. S^{i} Jacobi. — Cap. S^{i} Desiderii. — * Cap. S^{e} Eulalie prope portale de Aura. — * Cap. B^{e} Marie de Bellis. — Prior et cap. B^{e} Marie de Mari. — Prior et canonici S^{e} Trinitatis. — Cap. S^{i} Ferrioli. — * Cap. S^{i} Petri de Meianis. — * Prior et cap. S^{i} Johannis de Neiano. — Cap. S^{i} Cicilie de Mensefrigido. — Cap. S^{i} Cicilie de Rainelïano. — * Cap. S^{i} Cesarii de Juncta. — Cap. S^{i} Vincencii de Canoynis. — Cap. S^{i} Leodegarii. — Cap. S^{i} Michaelis de Capa. — Cap. S^{i} Johannis de Malmissana. — Cap. S^{i} Vincencii de Albarono. — Cap. S^{i} Mederii. — Cap. S^{i} Genesii de Columpna. — * Fratres Sancti Thome et cap. S^{i} Petri de Gallico. — Cap. B^{e} Marie de Cappella. — Cap. S^{i} Sepulcri de Clausona. — Prior et cap. S^{i} Michaelis de Barsiniaco. — Cap. B^{e} Marie de Medenis. — Cap. S^{i} Stephani de Heremo. — Cap. B^{e} Marie de Comis. — Prior et monachi S^{i} Romani de Acu. — Cap. S^{i} Vincensii de Junqueriis. — Cap. S^{i} Laurencii de Junqueriis. — * Cap. S^{i} Sixti de Ruppe. — Cap. S^{i} Pauli de Curtosaxo. — Cap. S^{i} Michaelis de Junqueriis. — Prior et monachi S^{e} Pasce de Bellicadro. — Prior S^{i} Petri de Cappella. — Prior S^{i} Michaelis de Capella. — Cap. B^{e} Marie de Pomeriis et S^{i} Nazarii. — Cap. S^{i} Lazari. — * Cap. S^{i} Petri de Campo publico. — * Cap. S^{i} Dyonisii. — Prior B^{e} Marie de Adano. — Cap. S^{i} Jacobi de Saniano. — Cap. S^{i} Martini de Furchis. — * Prior S^{i} Genesii de Corregia [1]. — Cap. S^{i} Petri de Molegesio. — Cap. B^{e} Marie de Mailhana. — Prior S^{i} Petri de Malhana. — * Cap. B^{e} Marie de Briansono. — * Cap. S^{i} Lamberti. — Cap. S^{i} Gabrielis. — Cap. S^{i} Phillipi. — Prior et cap. B^{e} Marie de Lanciaco. — Cap. S^{i} Juliani de Treboncio. — Cap. S^{i} Johannis de Ingresio. — Prior et cap. B^{e} Marie de Moreriis. — Cap. S^{i} Romani subtus Baucium. — Cap. S^{i} Vincencii de Baucio. — Cap. B^{e} Marie de Castelleto. — Prior et cap. S^{i} Andree subtus Baucium. — Prior B^{e} Marie de Montepavone. — Prior et cap. S^{i} Genesii de Ponte. — Cap. B^{e} Marie Magdal. supra pontem. — * Fratres et cap. hospitalis S^{i} Johannis de Castilhono. — Cap. B^{e} Marie de Castelleto [1]. — Cap. B^{e} Marie de Galinhano. — Cap. S^{i} Salvatoris de Fossis. — Cap. S^{i} Supplicii. — Cap. B^{e} Marie de Fossis. — Cap. S^{i} Cesarii de Fossis. — Cap. B^{e} Marie de Buco. — Cap. B^{e} Marie de Castro Mictrio. — Prior et cap. S^{i} Mictrii. — Cap. S^{i} Ludovici de Ferrariis. — Cap. B^{e} Marie de Castronovo. — (*Add.* * Cap. B^{e} Marie de Retz.) — Cap. B^{e} Marie de Marinhana. — Prior S^{i} Michaelis de Ginhaco. — Prior S^{i} Victoris de Cella. — Cap. S^{i} Geraldi de Vitrola. — * Prior B^{e} Marie de Lennoio. — Cap. B^{e} Marie de Roynhaco. — Cap. S^{i} Trophimi de Vellaucio. — Cap. S^{i} Martini de Vellaucio. — Prior et cap. B^{e} Marie de Berra. — Cap. B^{e} Marie de Cornellione. — Cap. S^{i} Amancii. — Cap. S^{i} Leodegarii. — Cap. S^{i} Johannis subtus Anhanam. — Prior et cap. B^{e} Marie de Miromari. — Cap. S^{i} Petri de Granis. — Cap. B^{e} Marie de Sallone. — Cap. B^{e} Marie de Cugio. — Cap. S^{i} Jacobi de Alvernico. — Cap. B^{e} Marie de Valle. — Cap. S^{i} Martini de Paludemajori. — Prior S^{i} Ypoliti. — Cap. B^{e} Marie de Olla. — Cap. B^{e} Marie de Auricula. — Cap. B^{e} Marie de Vallelonga. — Cap. S^{e} Fidei de Vacqueriis. — Cap. B^{e} Marie de Insula subtus Barbigale. — Cap. S^{i} Martini de Velaucio. — Cap. S^{i} Laurencii de Sallone.

... In dicta s^{a} synodo B^{i} Luce, supradictus dom. Guillermus Blegerii, vicarius et officialis, exortatus fuit omnes presbyteros ibidem presentes, ut effundere habeant preces apud Deum pro bono statu sanct^{mi} domini nostri pape Nicolay quinti, bonoque statu ill^{mi} principis domini nostri regis Regnati, et pro anima quondam bone memorie rever^{mi} dni cardinalis Arelaten. nuper defuncti, cujus anima requiescat in pace, ac pro animabus illorum qui in Domino decesserunt et in dicta ecclesia requiescunt. — Item inhibuit omnibus de clero ibidem presentibus, ne recedant a presenti civitate sine licencia dicti dni vicarii petita et obtenta, sub pena exc. et decem libr. — Item, quod nullus respondeat pro alio, absque licencia ipsius dni vicarii. — Item, quod omnes conveniant die crastina in presenti ecclesia bona hora cum decentibus habitibus ad serviandum et celebrandum more solito. — Item, vocatis ibidem per (*add.* Jeronimum Raymundi) canonicum, nomine capituli, omnibus supra in synodo descriptis, fuerunt non comparentes reputati et pronunciati contumaces, requirente ven^{li} viro dno Monono Boissardi, presbytero in s^{a} Arelat. ecclesia beneficiato, domus archiepiscopalis clavario, et declarati per dict. d. vicarium incidisse penam v solid. pro prima die, eorum legitimis excusacionibus reservatis, presentibus... notariis...

Postque autem, die mercurii, que fuit intitulata xxj dicti mensis octobris, fuit facta secunda vocacio per me notarium... et comparente.. dno clavario et non respondencium absencium contumacias accusante ; ideo non comparentes fuerunt reputati contumaces et declarati per dict. d. vicarium incidisse in penam x solid. pro secunda die. De quibus etc....

BONNEMANT, *Conciles*, n° 28, minute orig. foliotée 433-6. On a marqué de deux points (··) ceux qui n'ont pas répondu au double appel ; ils sont indiqués ici par un astérisque.

1. *Le ms. porte :* Co'tegia.

1. *Lire :* Castilhono.

3343 11-2 mai 1451.

Synodus sancte Arelaten. ecclesie post festum Pasche Domini celebrata *(n° 3342)* vic.que et off. Arelat. pro rev^mo in X. p. et d. dno P. episcopo Albanen., S. R. E. cardinali de Fuxo vulgariter nuncupato, archiepiscopo et principe s^e Arelat. ecclesie prefate..., presente ven^li clero civitatis et diocesis Arelat.

Abbas... Rotundi... Moligesio... Trollia... Capella... St Juliani de Burgo Novo... Ysidori... B^e Marie de Scut... Cavalleriam... Mousteriis... Cap. St Petri de Fabrigoleto... Neiana... Cecilie... Canoys... Malmussana... Capella... Vincencii... Curte Saxo... S^e Prisce de B... Capella... Dionisii... Cap. St Genesii de C... Malhana... Philippi... Triboncio... Galhinhano... Ferrariis... Prior et cap. B. M. de Marinh... Lemacio... Cornillione... Vaqueriis... Berbegale...

... orent pro statu s^e matris Ecclesie et dni nostri pape atque re^mi dni cardinalis de Fuxo, archiepiscopi et principis moderni dicte s^e Arelat. ecclesie et suorum predecessorum animabus, ac pro tota Xpistianitate. — *Suivent les prescriptions ci-dessus.* — Et deinde vocatis ibidem per Guillelmum Monnerii, canonicum dicte ecclesie, personis ecclesiasticis suprascriptis, dict. vicarius, instante procuratore fiscali, vid. d. Stephano Paqueti, superius punctuatos non comparentes reputavit contumaces...

Le lendemain, dict. vicarius... inhibuit omnibus ecclesiasticis in dicta synodo convenientibus ne ab ista civitate recedant quousque tradiderint eidem dno procuratori fiscali nomina et cognomina excommunicatorum quorum curam gerunt, et illorum qui in Quadragesima proxime preterita non fuerunt confessi et in die Pasche Domini Eukaristie sacramentum non receperunt, et hoc sub pena excommunicationis.

Boyss., *Conc.*, n° 28 bis, minute orig., foliotée 437-9. On a également marqué de deux points les absents : ce sont à peu près les mêmes que dans le synode précédent. De plus, on a mis en marge de certains bénéfices : « Dni est », c'est-à-dire qu'ils dépendent de l'archevêque. En face des trois abbesses : « Lis pendet » : on était en procès. Ailleurs : « Capituli sunt ».

3344 9 juin 1452.

Déclaration faite par Eustache de Craus, du diocèse de Genève, préservé de la peste, qui a fait dans son pays près de 5.000 victimes, par l'intercession de s^t Louis Aleman, au sujet de son oblation.

Reg. Guill. Raymundi, not., 1452, f° 165 (*Le Musée*, 1878, p. 85-6).

3345 Arles, 8 mai 1453.

Pierre de Foix, cardinal-évêque d'Albano, etc., archevêque d'Arles, convoque les évêques de Marseille, Vaison, Toulon et Orange, leurs chapitres et les abbés non exempts au concile provincial qui se tiendra à Arles le 8 novembre pour la réformation de la province.

Paris, Bibl. Nat., Coll. Baluze 388, n°s 318-321, 4 originaux. Voir le texte du n° 1995.

3346 25-6 octobre 1463.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie in s^a Arelaten. ecclesia celebrata anno M^cIIII^cLXIII^o, diebus xxv^ta et xxvi^ta mensis octobris.

Die xxv^ta mensis octobris, rever. pater dom. Ymbertus de Laya, in decretis licenciatus, vicarius et officialis Arelaten., in dicta synodo, coram ven^li clero in eadem congregato, precepit, statuit et ordinavit quod nullus ecclesiasticus de cetero audeat vel presumat in ecclesia vel locis publicis deferre birretum rubeum, nec vestem ausatam videl. in spatulis, aut capellum cujuscumque coloris, nisi fuerint in itinere constituti, aut alia causa legitima et urgens eos excusaverit, sub pena amissionis birretorum et vestium. — Item, precepit omnibus et singulis curatis et curam animarum exercentibus, quathinus, singulis diebus dominicis, in eorum ecclesiis populo in divinis congregato publicent et denuncient omnes et singulos excommunicatos descriptos in eorum regestris, absque dissimulatione quacumque, et hoc sub pena v. solid. — Item, statuit et ordinavit idem dom. vicarius, sub pena v. solid., quod omnes et singuli presbiteri curati et curam animarum exercentes, singulis diebus dominicis et festivis, dum missarum celebrabuntur sollemnia, publicent quod parentes eorum liberos anniculos de nocte cum eis ponere in eorum lecto non presumant causa dormiendi, donec pervenerint et compleverint annum et diem, nisi in cunabulis, et hoc [sub] pena excommunicationis, quam in contrarium facientes, trina monitione premissa, incidere volumus et ad hoc publicari. — Item, statuit et ordinavit, sub pena predicta, quod omnes curati diebus festivis predictis publicare et pronunciare habeant pro excommunicatis omnes universos et singulos hereticos, usurarios et concubinarios manifestos ; et si quos noverint, euvangelica monitione premissa, desistere qui a presenti reprobata, iniqua et inhonesta vita noluerint, nominatim et singulariter pro excommunicatis publice pronuncient, donec ad vite melioris frugem pervenerint. — Item, statuit et ordinavit quod quilibet curatus teneatur, singulis diebus dominicis et festivis, prohibere et cohibere univ. et sing. excommunicatos et interdictos sibi subditos ne habeant se ingerere in divinis, dum pervenerint ad offertorium intra missarum solemnia ; et quos noverint excommunicatos vel interdictos, eis nominatim precipiant ut ecclesiam exeant ; alias si obstinati hoc facere contradixerint, poterit tunc sacerdos libere et impune relinquere divinum officium, ad majorem ipsorum excommunicatorum confusionem et ruborem. — Item, statuit et precepit quod nulli presbyteri curam animarum exercentes audeant seu presumant curam animarum recipere nec regimen illius exercere, nisi prius receperint litteras de regimine cure a rever^mo dno archiepiscopo seu ejus vicario, infra decem dies proximos a die statuti hujusmodi publicationis in antea computandos, et hoc sub pena xxv solid. coronatorum et excommunicationis pro quolibet. — Item, statuit et ordinavit idem dom. vicarius quod nulli presbyteri regulares vel seculares audeant seu presumant tenere pueros seu levare in sacra fonte, nisi prius petita licentia et obtenta a dicto dno vicario in presenti civitate Arelat., et in loco Sallonis a dno officiali ejusdem loci, vel ab aliis ab eisdem potestatem habentibus, et hoc sub pena excommunicationis et xxv. solid. coronatorum pro quolibet, et vice qualibet. — Item, verisimiliter statuit et ordinavit idem dom. vicarius, quod nullus beneficiatus habens curam

animarum audeat illam per alium exerceri facere, sed per se ipsum hoc faciat et exerceat, nisi prius petita licentia et obtenta a dicto dno vicario, seu ejus locumtenente, et hoc sub pena predicta pro quolibet et vice qualibet. — Item, hortatur prefatus dom. vicarius omnes exemptos, et monet omnes et singulos presbyteros sibi subditos infra civitatem et diocesim Arelat., ut habeant pronunciare pie et devote, dum eorum missas celebrabunt, pro felici statu illust[mi] dni ducis Calabrie, ut Deus det sibi victoriam de inimicis suis, videl. orationem *Omnipotens Deus, tu nosti* etc., et nichilominus celebrare unam missam in honore Beatissime virginis Marie pro premissis obtinendis. — Item, statuit et ordinavit quod priores ecclesiarum ac hospitalium, et rectores cappellaniarum quarumcumque, et reliqui beneficia ecclesiastica obtinentes, in principio sui regiminis faciant inventarium, cum publico instrumento, de omnibus bonis, mobilibus, instrumentis, privilegiis et recognitionibus, vaseis hereis et ferreis ; et illis qui nunc possident beneficia expressata, et non fecerint inventarium, precipit ut hinc ad futuram synodum Pasche Domini habeant recognitiones et inventaria conficere, et in dicta synodo recognitiones et jura suorum beneficiorum vel cappellaniarum, aut eorum copiam in forma probante ipsi dno vicario, vel nomine ipsius presidenti presentare, ad reponendum in archivis domus archiepiscopatus, pro conservatione et augmento beneficiorum predict., et hoc sub pena suspensionis a perceptione fructuum, seu aliorum quorumcumque jurium dict. beneficiorum ; qui fructus interim, durante suspensione, arbitrio curie applicabuntur in utilitatem beneficii, donec satisfactum fuerit statuto ; preterea rectores in premissis negligentes penas alias non evadant. — Et dictus dom. vicarius, certis de causis animum suum moventibus, tollit et suspendit presens statutum ultimum et ejus effectum, donec aliud per eum fuerit ordinatum, quo cavetur : *Item statuit et ordinavit quod priores ecclesiarum ac hospitalium*, etc.

3347 17-8 avril 1464.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie diebus xvii et xviii aprilis post festum Pasce Domini, in s[a] Arelaten. ecclesia celebrata per rever. patrem dom. Bertrandum Merleti, decretorum doctorem, officialem curie archiepiscopalis Arelatensis, sub anno M.IIII[c]LXIIII[to].

Sequuntur statuta die xviii[va] mensis aprilis in s[a] Arelaten. ecclesia, et coram clero ibidem congregato, publicata. — Statuit quod omnes benefficiati, quorum beneficia de jure, statuto, consuetudine vel fundatione requirunt residentiam personalem, in eisdem beneficiis personalem residentiam faciant, sub pena l solid. coronatorum, quam incurrant ipso facto, ex quo ultra unum mensem a dictis benefficiis se absentaverint, nisi a nobis aut altero nostro vicegerente licenciam litteratorie de non residendo obtinuerint, exceptis canonicis ecclesie cathedralis, qui de jure in eadem ecclesia personaliter residere tenentur ; proviso tamen quod in suis ecclesiis cultus divinus, prout ipse requirunt jure, statuto vel fundacione, non minuatur, ymo debito modo impendatur per alios sufficientes et ydoneos, de nostra tamen licentia seu alterius, ut premissum est, vicegerentis. Volumus tantum hunc statutum ad beneficia curam animarum habentia extendi [1]. — Item, statuit quod nullus presbyter regimen animarum accipere et regere habeat absque sua seu alterius sui vicegerentis licentia, sub pena excommunicationis et xxv solid. coronatorum.

3348 23-4 octobre 1464.

Synodus sancte Arelatensis ecclesie diebus xxiii. et xxiiii. mensis octobris post festum Sancti Luce euvangeliste in s[a] Arelaten. ecclesia celebrata per rever. in Christo patrem dom. Isnardum Grassensem episcopum, sacrique monasterii Sancti Honorati insule Lirinensis perpetuum commendatarium, rever[mi] in Christo patris et domini Philippi archiepiscopi et principis s[e] Arelaten. ecclesie in spiritualibus et temporalibus vicarium generalem, sub anno M.IIII[c]LXIIII[to].

Haller (Joh.), *Concil. Basiliense*, 1897, t. II, pp. 211, 214. Joannes de Segovia, op. cit., III, 34 (*Mon.* cit., t. II, p. 232-3).

3635 16 décembre 1432.

Congrégation générale du concile de Bâle. Lecta fuerunt decreta publicanda in proxima sessione, quorum primo lecto, mag. Petrus de Trillia [*cf. n*^{os} *3626-7*] proponendo dixit... quia... monentur in scriptis dni cardinales ad ipsum s. concilium venire, et forsan dom. Arelatensis erit ita oppressus, quod non poterit venire, petens ipsum dom. cardinalem Arelat. exnunc haberi pro excusato et ejus excusacionem redigi in scriptis, etc.

Haller (Joh.), *Concil. Basiliense*, t. II, p. 295.

3636 Fin décembre 1432.

Allegatis autem racionibus, quare venire ad concilium non poterant, excusati reputati sunt cardinalis Arelatensis... episcopique alii plures.

Joannes de Segovia, op. cit., IV, 2 (*Mon.* cit., t. II, p. 285).

3637 6 mars 1433.

Autre. Dom. cardinalis Placentinus excusavit dnos cardinales Arelaten. et S. Sixti, adherentes concilio, quod placuit, cum familiaribus, attento quod alias exhibuit mandatum pro ipsis (Haller, *t. II, p. 364*).

3638 7 mars 1433.

Autre. Dom. Petrus de Trillia [peciit excusari] dom. cardinalem Arelaten. et familiares suos.... *(p. 366)* [1].

1. Dans le synode tenu par Louis Aleman le 20 mars suivant (n° 2969), il est question de son prochain départ pour le concile (§§ 57 et 95).

3639 Bâle, 16 juin 1433.

Autre. A l'encontre de la dissolution du concile par le Pape, duo dni cardinales eciam presentes non consenserunt illi dissolucioni nec se subscripserunt, videl. dni S. Petri ad Vincula et Arelatensis *(p. 430). Cf. n° 3631.*

3640 21 août 1433.

Autre. Lecte fuerunt littere dni ducis Mediolani, recessum dni cardinalis Arelaten. de Urbe concernentes, etc. *(p. 469)* [1].

3641 [Après septembre 1433.]

Jacobus Alberti *rapporte au concile de Bâle qu'il a vu à Gênes le cardinal de Saint-Sixte, qui s'était échappé de Rome,* adductus mandato ducis Mediolani in galea ad hoc parata, in qua et cardinalis Arelatensis [*cf. n° 1877*]. Horum vero duorum cardinalium... recessus, quia papa invito, magnum concilio dedit nomen, ut bona de ipsius gestis in tota Ecclesia foret existimacio, quantaque ejusmodi fama crescebat concilii, minuebatur et pape.

Joannes de Segovia, op. cit., VI, 2 (*Mon.*, cit., t. II, p. 459).

3642 Bâle, 16 novembre 1433.

Réunion chez le cardinal légat. Super requesta dni postulati ad ecclesiam Massiliensem [2], lecta hujusm. requesta et scrutatis votis singulorum dominorum, fuerunt XXVIII vota quod non committatur alicui quam in concilio, et totidem quod committatur dno cardinali Arelatensi, juxta deliberaciones aliarum deputacionum...

Haller (Joh.), *Concil. Basiliense*, t. II, p. 522.

3643 Bâle, 20 novembre 1433.

Congrégation génér. Placuit et fuit conclusum super supplicacione dni Ludovici episcopi Venciensis, intellectis deliberacionibus ss. deputacionum, quod rev^{mus} pater dom. cardinalis Arelaten. postulacionem, que asseritur facta de episcopo Vencien. pred. ad ecclesiam Massilien., in quantum eam viderit admittendam, admittat et pred. dom. episcopum Vencien. a vinculo, quo eidem astringitur, absolvat, sine tamen prejudicio cujuscunque, etc. *(p. 526).*

3644 Bâle, 4 juin 1434.

Rev^{mus} dom. Ludovicus, tituli Sancte Cecilie, S. R. E. cardinalis, Arelatensis vulgariter nuncupatus, *est incorporé au concile de Bâle,* juracione consueta... Die autem sue incorporacionis, quarta junii, cardinalis Arelatensis alloquebatur synodum, gracias Deo agens, quoniam videret eam sanctam et magnam congregacionem diu videri a se desideratam, qui licet multos fuisset passus labores propter ejus adventum ad ipsam, regraciabatur tamen, quod venisset incolumis ; post exitum vero suum ab Urbe retardasset viam, propter reformacionem ab eo factam ecclesie et diocesis sue in spiritualibus et temporalibus. Qui propter respectum concilii magnos recepisset honores et obsequia : namque dux Mediolani

1. Voir le texte dans Mansi, *Coll. concil.*, t. XXX, c. 605.
2. Louis de Glandevès, évêque de Vence, postulé par le chapitre de Marseille (voir *Marseille*, n°s 730-1) ; ci-dessus, c. 801 ; Haller, pp. 235, 281 et 510.

miserat pluries galeam suam, ut eum ab Urbe recedentem reciperet, et usque ad Januam venisset in ea et abinde in alia noviter disposita usque ad domum suam ; insuper rex Francie, qui se concilio recommendabat, rogans intendi ad reformacionem, totaque curia sua tempore sui transitus Vienne constituta singulariter honoraverant eum, obviam sibi venientibus plus quinque millibus equitum multisque principibus ; dux quoque Sabaudie magnopere honoraverat eum, hiis aliisque honoribus multis factis eidem ob reverenciam Ecclesie, concilii et collegii cardinalium. Qui contestatus, quod ab inicio concilii semper fuerat animo presens, offerebat se pro concilio et patribus in omnibus possibilibus laborare, et si non cum tanta diligencia, cum omni tamen fidelitate.

Joannes de Segovia, op. cit., viii, 17 (*Mon.* cit., t. II, p. 704-5).

3645 Bâle, 6 juin 1434.

Cardinalis Arelatensis *est mentionné comme présent au concile de Bâle* (viii, *13 : II, 698*).

3646 Bâle, juin 1434.

Mense preterea isto, commissum fuit in generali congregacione sancte synodi Basiliensis ut Sancte Crucis, legatus, Arelatensis et Sancti Petri cardinales, synodalem habentes auctoritatem, possent deberentque avisare et inquirere de omnibus que tam in imperio quam in quibuscumque regnis et dominiis contra libertatem ecclesiasticam et in prejudicium cleri a tempore iniciati preteriti scismatis per summos pontifices concessa extitere (viii, *19 ; II, 710*).

3647 Bâle, 24 juillet 1434.

Après le discours de l'abbé Isidore au concile, on députe pour conférer avec les ambassadeurs grecs les neuf cardinaux, dont Arelatensis.

Haller (Joh.), *Concil. Basiliense*, 1896, t. I, p. 336, cf. p. 279.

3648 Bâle, 27 août 1434.

Cardinalis Arelatensis post hunc [cardinalem Sancti Petri] alloquitur, dicens... [quod] vacandum et intendendum esset cum omni sollicitudine ad reformacionem, *plutôt que de passer le temps à protester.*

Joannes de Segovia, op. cit., viii, 14 (*Mon.* cit., t. II, p. 699).

3649 Bâle, janvier 1435.

La commission, chargée d'examiner la validité de l'élection de Louis de Palude *au siège épiscopal de Lausanne, rappelle sa consécration* per cardinalem Arelatensem (ix, *14 ; II, 778*).

3650 Bâle, 17 février 1435.

Conférence avec les Grecs, in conventu Augustinensi, videl. in stupha s. deputacionis pacis, coram... dnis cardinalibus... Arelatensi...

Haller, ouvr. cité, t. I, p. 344.

3651 Bâle, avril 1435.

Le concile débattant la question de savoir si c'est le pape ou le concile qui concède des indulgences, cardinalis deinde Arelatensis, pro justificanda deliberacione sacrarum deputacionum, referens avisa deputatorum, publice legi fecit conclusionem habitam inter eos.

Joannes de Segovia, op. cit., ix, 18 (*Mon.* cit., t. II, p. 785).

3652 Bâle, 15 mai 1435.

Nouvelle conférence avec les ambassadeurs grecs, in ecclesia Basiliensi, rev^mis^... Ludowico tituli S. Cecilie Arelatensi... S. R. E. cardinalibus...

Haller, ouvr. cité, t. I, p. 358.

3653 Bâle, juin 1435.

Le cardinal d'Arles figure parmi ceux qui exhortent le concile super provisione [annatarum] facienda pape et cardinalibus.

Joannes de Segovia, op. cit., ix, 20 (*Mon.* cit., t. II, p. 800).

3654 Bâle, juin 1435.

Le cardinal d'Arles est subrogé à la cause de la canonisation de Pierre de Luxembourg (ix, *26 ; II, 808*).

3655 Bâle, juin 1435.

Le légat et le cardinal d'Arles sont chargés d'indemniser ceux qui mutaverant pecunias pro negocio Grecorum (ix, *26 ; II, 810*).

3656 Bâle, 22 septembre 1435.

Supplique remise au vice-chancelier, le cardinal d'Arles.

Haller, ouvr. cité, t. I, p. 95.

3657 Bâle, 4 octobre 1435.

Lettre du cardinal Cesarini à Eugène IV ; il accepterait de représenter le pape au concile, mais vellem pocius esse associatus, quam solus... Videretur eciam michi bonum, quod reverendissimus dominus meus dom. Arelatensis adjungeretur, quia videns de se fiduciam capi fidelius laboraret *(p. 388 ; cf. p. 96)*.

3658 Bâle, 13 janvier 1436.

Le cardinal d'Arles est au nombre des prélats chargés par le concile d'élire des ambassadeurs au pape.

Joannes de Segovia, op. cit., ix, 38 (*Mon.* cit., t. II, p. 839). — Louis fut élu, le 20 janv., pour être l'un de ces ambassadeurs (Martene, *Ampl. coll.*, t. VIII, c. 928).

3659 Bâle, février 1436.

Le cardinal d'Arles et d'autres sont nommés pour accorder comitem de Rupe et dominum de Montericuto, *dans le pays de Bâle* (ix, *40 ; II, 843*).

3660 Bâle, mars 1436.

Dans la discussion sur l'Immaculée Conception, de omnium consensu, judex fidei, cardinalis Arelatensis, conmisit *les différentes personnes chargées de soutenir les unes l'affirmative, les autres la négative* (ix, *41 ; II, 846*).

3661 12 septembre 1436.

Lettre d'Eugène IV dil. fil. Ludovico, tit. S. Cecilie presbit. cardinali. Dilecte fili, salutem etc. Retulit nobis

dil. fil. nob. v. Simon Caroli, miles ac Francorum regis orator, bonam voluntatem tuam ad obsequendum et complacendum nobis. Quam si, prout confidimus, cognoverimus per effectum, reperies nos minime ingratos. Circa recuperationem vero bonorum dudum tibi in civitate ista [*Bologne*] ablatorum, parati sumus ministrare tibi justitiam cum omni favore honesto et possibili, prout idem Simon latius poterit referre. Dat. Bononie, etc.

HALLER, ouvr. cité, t. I, p. 429.

3662 (Novembre 1436.)

Mémoire au pape contre le concile : ...item procurare apud regem Renatum, quod substrahat fructus beneficiorum dno Arelatensi, nisi recedat a concilio *(p. 438)*.

3663 Bâle, décembre 1436.

Le légat du pape ayant présenté un vœu pour transférer à Avignon le concile œcuménique, au cas où les Grecs ne voudraient pas venir à Bâle, le cardinal d'Arles allegavit votum cedule [legati pape] non conveniens.

JOANNES DE SEGOVIA, op. cit., x, 23 (*Mon.* cit., t. II, p. 918).

3664 Bâle, 6 décembre 1436.

Contrairement à l'avis des légats du pape, le cardinal d'Arles se prononce pour le choix par le concile du lieu du futur concile œcuménique, auctoritate universalis Ecclesie et sacri concilii Basiliensis illam representantis.

JOANNES DE SEGOVIA, op. cit., x, 25 (*Mon.* cit., t. II, p. 923). Voir aussi pp. 934, 935, 961, 963 : le cardinal d'Arles fut en contestation continuelle avec le légat du pape sur cette question.

3665 Bâle, 15 janvier 1437.

Discussion au sujet du lieu d'un concile pour l'union avec les Grecs. On hésitait à recevoir les orateurs du roi de Portugal ; le légat s'en fâcha, et sic surgens voluit abire et vix per dnos cardinales S. Petri et Arelatensem retentus fuit. *La majorité des voix se porta sur Avignon ; le légat et le cardinal de St-Pierre ne voulaient ni conclure ni consentir :* dom. cardinalis Arelatensis conclusit et dom. legatus in contrarium protestatus est.

HALLER, ouvr. cité, t. I, p. 103.

3666 Bâle, avril 1437.

Contestation entre le cardinal d'Arles et l'archevêque de Tarente, chacun d'eux voulant chanter la messe d'ouverture de la session.

JOANNES DE SEGOVIA, op. cit., xi, 7 (*Mon.* cit., t. II, p. 961-2).

3667 11/2 mai 1437.

Mémoire à l'empereur Sigismond. Avignon ayant été choisi pour lieu du concile et le cardinal de St-Pierre refusant de conclure, revmus dom. cardinalis Arelaten. requisitus juxta ordinationem s. concilii electionem predict. in sui forma conclusit *(p. 445)*... Dom. cardinalis Arelaten. requisitus eandem cedulam concordie, salvis protestationibus per promotores factis, nomine s. concilii more solito conclusit *(p. 446)*... Ipsa concordie cedula... per dom. Arelatensem sic conclusa extitit : « salvis instructionibus et facultatibus pref. dno abbati Bonevallis et Raymundo Taloni .. per s. concilium datis » *(p. 448)*... Dni presidentes ad decretacionem suam pretensam, scandalosam et a seculo non auditam in sessione publica s. concilii, presidente pref. revmo dno cardinali Arelaten., in loco separato et non consueto procedere non formidarunt.

HALLER, ouvr. cité, t. I, p. 451.

3668 Bâle, 19 mai 1437.

Arelatensis autem cardinalis, premittens se pro concilio loqui, ex preteritis repetens affirmabat se non credidisse de missione illorum trium [Dignensis et Portugalensis episcoporum et Nicolai de Cusa in Graeciam], nec audiisse eoque se mirari. *(Il s'agissait d'actes faussement bullés du sceau du concile).*

JOANNES DE SEGOVIA, op. cit., xi, 16 (*Mon.* cit., t. II, p. 983).

3669 31 mai 1437.

Lettre de l'archevêque de Crète à celui de Tarente, datée d'Avignon : ... ut magis populum animarent, dicunt isti episcopi quod non transibit mensis post datam peccuniam quod dom. Arelatensis huc veniet cum omnibus suis sequacibus (HALLER, *t. I, p. 458*).

3670 Bâle, 26 juillet 1437.

Dans un débat sur les annates, le cardinal de Saint-Pierre dit qu'il ne croyait pas comdempnatos fuisse predecessores omnes prelatorum modernorum qui solvissent annatas cardinali Arelatensi et patruo suo, cujus ipse rexerat camerariatus officium. Illico autem respondebat Arelatensis numquam se recepisse aut exegisse pecuniam de annatis.

JOANNES DE SEGOVIA, xii, 3 (*Mon.* cit., t. II, p. 1000).

3671 20 août 1437.

Lettre des envoyés du concile à Constantinople : ... modum autem mittendi dictas peccunias et sine custu scribo revmis dnis Arelatensi et Lugdunensi ego Lausanensis [episcopus] (HALLER, *t. I, p. 464*).

3672 Bâle, septembre 1437.

Le concile de Bâle ayant adressé une citation au pape, et l'empereur et les électeurs demandant que cette citation ne fût pas envoyée de crainte d'un schisme, le cardinal d'Arles entre autres parla longuement contra gesta per papam et pro concilio.

JOANNES DE SEGOVIA, xii, 7 (*Mon.* cit., t. II, p. 1017).

3673 Bâle, 21 septembre 1437.

Legatus Arelatensis *est en tête de la commission chargée par le concile de Bâle d'élaborer les instructions des ambassadeurs à l'empereur...* (xii, *8 ; II, 1020*).

3674 Bâle, 1er octobre 1437.

Arelatensi demum in adversum prorogacionis dicente plura et replicante legato, quidam dixerunt : « Placet ». Arelatensi autem se excusante, patriarcha Aquilegiensis juxta concordata conclusit... (xii, *10 ; II, 1098*).

3675 Bâle, 23 décembre 1437.

Le cardinal d'Arles énumère les obstacles apportés par le pape à l'union avec les Grecs (xii, *40 ; II, 1113*).

3676 Bâle, janvier 1438.

Les cardinaux délibèrent sur la suspension du pape in domo Arelatensis...; primus ille dicebat pro voto suo non suspendendum esse pape processum, quin ymmo procedi oportere ad justificacionem, probando vera esse contenta in monitorio...

Le 17, il expose aux envoyés des électeurs de l'Empire la réponse qui doit être donnée publiquement.

Joannes de Segovia, op. cit., xiii, 5 (*Mon. conc. gen. saec. XV*, 1886, t. III, p. 12-3).

3677 Bâle, 24 janvier 1438.

Les ambassadeurs du duc de Milan et des princes d'Espagne demandaient qu'on différât le procès du Pape : post quorum peticionem Arelatensis presidens respondebat ex adverso multa instancium peticioni minime conferencia. *Il répond encore à diverses objections des ambassadeurs* (xiii, *20 ; III, 64-5*).

3678 Bâle, 31 janvier 1438.

Cardinalis Arelatensis *est au nombre des députés nommés par le concile pour administrer le temporel de l'église Romaine* (xiii, *8 ; III, 30*).

3679 Bâle, 14 février 1438.

Habita desuper deliberacione in sacris deputacionibus, mense jam transacto post Juliani [legati pape] recessum, (...) est ut Ludovicus tituli Sancte Cecilie, S. R. E. presb. cardinalis, Arelatensis vulgariter nuncupatus, unicus esset concilii presidens juxta decretum xvii sessionis, cum esset primus omnium residencium in concilio prelatorum. *Le nouveau président exhorta les Pères à délibérer mûrement. Ses lettres de présidence furent insérées dans le registre* papalis processus (xiii, *16 ; III, 50*).

3680 Bâle, fin mars 1438.

Le cardinal d'Arles continue à s'opposer à la remise du procès du pape, ne papa ex firmata dilacione amplius superbiret (xiii, *29 ; III, 112*).

3681 Bâle, avril 1438.

Le roi de France ayant fait prier le concile de Bâle de surseoir au procès du pape, Arelatensis cardinalis dicebat regem tempore scripture litterarum illarum adhuc nescire de crudelitatibus per papam attemptatis (xiii, *25 ; III, 101*).

3682 Bâle, septembre 1438.

Le duc de Milan s'étant plaint du concile, perlecta dicta littera ducis, continuo Arelatensis predicens ex quo justum esse putabatur, unumquemque honorem suum defendere, quod concilium experiebatur, eciam in minimis audiri, clamantibus tanquam dicturis pro honore suo : non igitur male existimandum foret, si sancta synodus, que diucius pro bono universalis Ecclesie permanserat, responderet, quando sue detrahebatur honori, nec bene ageretur ejusmodi que vera minime erant, duci scribere, de quo tamen credebat, quod bono zelo faceret, que in concilio volebat fieri (xiii, *49 ; III, 149*).

3683 Bâle, 5 mai 1439.

Le cardinal d'Arles repousse les objections de ceux qui voulaient faire surseoir au procès du pape (xiv, *35 ; III, 272-5*).

3684 Bâle, mai 1439.

Le cardinal d'Arles est un des principaux à activer le décret de tribus veritatibus fidei *(sur les pouvoirs respectifs du concile et du pape) (III, 275-8).*

Sex omnino diebus, et ante prandium et ante cœnam, protracta res disputando est. Medius erat inter omnes primoque loco, ut judex fidei totiusque disputationis moderator et arbiter, Ludovicus cardinalis et archiepiscopus Arelatensis.

Eneas Sylvius, De gestis conc. Basileensis, l. ii. Voir le texte du décret dans Raynaldus, *Ann. eccles.*, a. 1439, n°s 19-21.

3685 Bâle, 16 mai 1439.

Le cardinal d'Arles répond à toutes les objections soulevées contre la proclamation des propositions relatives à la suprématie du concile et les fait adopter en confirmation des décrets du concile de Constance (xiv, *36-7 ; III, 275*)[1].

3686 Bâle, 24 mai 1439.

Comme les ambassadeurs de plusieurs princes priaient le concile de ne pas consommer le schisme, Arelatensis respondere cepit premittens, quod nomine suo, velut autem patres Christus alloqueretur, dicebat illis : « Non turbetur cor vestrum neque formidet, non derelinquam vos orphanos ». Dicebat autem consequenter quod carmen hoc de mutacione concilii ex parte pape cantatum fuisset continue ab octo annis, jamque super hoc concilium respondisse in epistola synodali neque ageretur quitquam in contemptu principum. Credebat autem ipse oratores bono zelo moveri ad avisamenta laudata per eos, sed oportebat considerare periculum Ecclesie in futurum, quia, si fieret prout avisabant, papa volens dissolvere concilium, semper erigeret aliud ut postea practicaretur de tercio fiendo, per quem modum subiceretur ecclesia et papa seculari judicio, ut aliqui nomine principum dicentes esse media pacis, secundum illa vellent ecclesiam regulare... Nec, ut Panormitanus dixerat, pro triumpho habendo patres bellarent, cum nullam causam particularem prosequerentur, sed illa tria opera propter que fuerant congregati, quibus opus non erat tanquam partem cum papa contendere, sed inceptum perficere opus reformacionis in capite et in membris. Dixerat rursus multa dimisisse eos in arbitrio concilii per ipsam cedulam, quasi alias non competerent eidem, et tamen sciebat generalem synodum habere immediate potestatem a Christo *(III, 294).*

3687 Bâle, 12 juin 1439.

Le cardinal d'Arles répond au protonotaire Louis, que le concile doit persister fermement à Bâle, mutacioni concilii sine causa non acquiescentes. *Il hâte la réponse donnée aux ambassadeurs des princes d'Allemagne le 13 juin* (xv, *11 ; III, 304-5*).

1. Cf. Raynaldus, *Ann. eccles.*, a. 1439, n° 25.

3688 Bâle, 13 juin 1439.

L'évêque de Lubeck se plaignant de ce que, dans la réponse faite aux ambassadeurs allemands par le concile, multa essent aspera, contineri nimis de vino et modicum de oleo..., *le cardinal d'Arles repartit que la réponse* daretur sub bulla, que, licet extrinsecus amara videretur, intrinsecus tamen propter utilitatem dulcis esset ; super congregacione vero assignanda deliberaretur.... *Il affirma encore* synodalem responsionem non alias credendum, quam conceptam fuisse a Spiritu sancto, cum primo tot factis disposicionibus, invocato divino auxilio, omnes patres in id consenserant unanimiter (xv, *11 ; III, 315-6*). — *Le cardinal d'Arles intervient activement dans la discussion qui suit, jusqu'aux conclusions notant le pape d'hérésie (ibid., 321).*

3689 Bâle, 25 juin 1439.

Avant la déposition du pape, Arelatensis, synodali auctoritate sibi concessa, absolvit omnes presentes incorporatos ab omni sentencia juris generaliter et hominis eciam specialiter lata, sed in quibus requirebatur satisfaccio et sentencia lata erat ab homine nisi satisfacerent cum reincidencia infra xv dies imposita illis penitencia, ut singuli celebrarent missam de Spiritu sancto vel celebrari facerent (xv, *15 ; III, 324*). — *Le cardinal d'Arles propose la nomination des orateurs à envoyer aux princes chrétiens, pour expliquer la déposition du pape et l'opportunité de l'élection d'un nouveau pape* (*III*, 327).

3690 Bâle, 30 octobre 1439.

Le cardinal d'Arles vient en tête des délégués désignés par le concile comme électeurs du pape (*III*, 423). — *Après publication des décrets du concile,* electores prestiterunt omnes, verba necessaria juramenti dantes et genibus flexis tangentes librum ewangeliorum, quem Arelatensis tenebat in manu. Ipse vero Arelatensis prestitit ante eos, perlecta juramenti forma et preloquens, aggravando supra se juramentum penamque ejus, si prece, precio, odio vel favore intendebat eligere, sed juxta necessitatem temporis eum per quem crederet Ecclesiam relevari (*III*, 425).

3691 Bâle, 30 octobre-5 novembre 1439.

Le cardinal d'Arles préside le conclave pour l'élection d'un pape et fait une exhortation. Il obtient quelques voix, ainsi que le cardinal de Foix. Il annonce au peuple l'élection faite, en lit le rapport et donne la bénédiction finale (xvi, *7 ; III, 427*) [1].

3692 Bâle, 13 novembre 1439.

Le cardinal d'Arles justifie sa conduite, prohemians notissimum fore omnibus, quam fideliter Ecclesie et fidei servivisset, in concilio permanens tempore famis et pestis, nullius temporanee potestatis formidans indignacionem et si periculi tempore firmus, quanto moderno pocius felicitatis. Quapropter non credebat facta sua sinistre imputari debere. *Il fait ensuite l'éloge du nouveau pape* (xvi, *12 ; III, 448*).

1. Voir le récit d'Æneas Sylvius dans Raynaldus, *Ann. eccles.*, a. 1439, n° 33-5.

A.

3693 Bâle, 17 novembre 1439.

Le cardinal d'Arles lit le décret de confirmation de l'élection à la papauté d'Amédée, duc de Savoie (xvi, *11 ; III, 444*).

3694 Bâle, 18 novembre 1439.

Le cardinal d'Arles est au nombre des ambassadeurs chargés par le concile de notifier au duc de Savoie son élection. Les ambassadeurs partent le 3 décembre a domo Arelatensis per medium civitatis circuitum facientes... Tercio autem die recessus eorum, occurrit Argensis episcopus electi ex parte suasurus, priusquam sibi presentaretur eleccio, declarandum per concilium fore de provisione papalis status, ne infamia sicut aliis accresceret, committi symoniam in provisionibus et aliis ad papam pertinentibus. Commissionem cum seorsum exposuisset in via aliquibus sibi familiarius notis, remissus ad Arelatensem paulisper manentem retro, responsum ab eo accepit, quoniam Ecclesia honorasset ducem, eligendo eum in papam, decebat hoc eidem intimari ; ipse tandem respondere posset, quod sibi videretur (xvi, *13 ; III, 449*).

3695 Bâle, 27 novembre 1439.

De sero autem convenientibus electoribus in domo Arelatensis, proposita materia de modo providendi pape et aliis loco annatarum, dictum est quod intendendi ad hoc per concilium non esset opportunum tempus, sed quemadmodum per Arelatensem fuerat suasum in conclavi de neccessitate eligendi ipsum ducem, propterea quod concilium indigeret pro mittendis ambassiatis et aliis neccessitatibus quadraginta milibus florenorum, neque per alium provideri posse, nisi per eum et quia oporteret procurari obedienciam si primo avisaretur de onere, multi per hoc retrahi possent (*III, 448*).

3696 15 décembre 1439.

Le cardinal d'Arles annonce au duc de Savoie son élection comme pape. Il presse son acceptation. Après qu'il eut accepté, Arelatensis... ut in pontificali anulum sive sigillum piscatoris eidem tradens, dixit se investire eum de papatu universalis et Romane ecclesie... — *C'est encore le cardinal qui intronise le nouveau pape* (xvi, *14; III, 451 ss.*)

3697 Bâle, 6 janvier 1440.

In die vero Epiphanie, post missam cardinalis Arelatensis, habunde commendans dicionis Sabaudie excellenciam, ipsius commemorata origine..., pape personam.... laudabat, quoniam magna cum justicia et pacifice dominia Sabaudie gubernasset xlvi annis (xvi, *15 ; III, 455*).

3698 8 janvier 1440.

Félix V nomme le cardinal d'Arles suum et apostolice sedis legatum... ad presidendum in dicto concilio... (xvi, *16 ; III, 463*).

3699 Bâle, avril-juin 1440.

Discussions dans le concile au sujet de la bulle de présidence accordée au cardinal d'Arles par Félix V ; elle est cassée et annulée par le concile (xvi, *21 ; III, 472*).

3700 Bâle, 24 mai 1440.

Au couronnement de Félix V, le cardinal d'Arles exerce l'office de l'évêque d'Ostie (XVI, *28 ; III, 495*).

3701 Bâle, septembre 1440.

Le cardinal d'Arles s'oppose à la conclusion d'une délibération du concile ayant pour objet de se réserver la juridiction sur ses membres (XVI, *22 ; III, 478*).

3702 Bâle, 13-18 septembre 1440.

Le cardinal d'Arles s'oppose à la réprobation par le concile de la neutralité des électeurs de l'Empire (XVI, *31 ; III, 503*).

3703 Bâle, 12 octobre 1440.

Le cardinal d'Arles prononce une allocution de neccessitate creacionis cardinalium deque virtutibus et ydoneitate publicandorum... (XVI, *34 ; III, 513*).

3704 Bâle, 4 février 1441.

Arelatensi cardinali concessa est facultas, usque ad beneplacitum concilii duratura, ut ejus auctoritate posset omnes et singulos qui post suspensionem et deposicionem olim Eugenii in ejus pretensa curia atque Ferrariensi et Florentino conciliabulis interfuerant, sibique tamquam pape et illis adheserant obedierantque ipsis conciliabulis, tamquam scismaticorum et hereticorum per eos abjuratis et Basiliensi concilio pro vero concilio generali in Spiritu sancto legittime congregato, universalem Ecclesiam representante, recognito, ab excommunicacionis... sentenciis... absolvere... *etc. (Il avait reçu précédemment ce même pouvoir pour 40 jours* (XIII, *40 ; III, 145*).

3705 Bâle, février 1441.

Le cardinal d'Arles est envoyé par le concile à la diète de Mayence (XVII, *5 ; III, 552*).

3706 Mayence, 5 mars 1441.

Arrivée à la diète de Mayence des cardinaux d'Arles et de Saint-Martin (XVII, *8 ; III, 560*).

3707 Mayence, mars 1441.

La diète de Mayence déclare qu'elle ne peut recevoir Arelatensem cum cruce neque collegas duos in habitu cardinalatus, et quoniam Maguntinus privilegium haberet tanquam legatus natus, ut eo presente legatus crucem non ferret. *Sur leur refus, le consulat de Mayence leur retire le sauf-conduit qu'il leur avait délivré, en leur donnant toutefois 8 jours pour se retirer* (XVII, *8 ; III, 560-4*).

3708 Mayence, 21 mars 1441.

Le cardinal d'Arles, cruce domi relicta, *vient à la diète de Mayence. Le chancelier de l'archevêque de Mayence lit ses lettres de légation, tout en protestant ne pas recevoir pour cela la dite légation. L'archevêque d'Arles plaide la cause du concile de Bâle*, dicens autem neccesse fore manuteneri auctoritate concilii Basiliensis, obediendo ejus ordinacioni, flexis genibus, per viscera misericordie Jhesu Christi obsecravit omnes astantes ut ad hec conarentur quatenus diebus nostris Ecclesie auctoritas non periret (XVII, *9; III, 564-5*).

3709 Mayence, 24 mars 1441.

Nicolas de Cusa allègue, dans son discours à la diète de Mayence, que perjurium denique imponendum erat cardinali Arelatensi, qui contraveniens juramento per eum facto revelasset tractata in collegio cardinalium (XVII, *10 ; III, 567*).

3710 Mayence, 28 mars 1441.

Après le discours du cardinal de Saint-Calixte, jam solis occasu, Arelatensis respondit ad imposita eidem, quod perjurasset revelans secreta conclavis sui quidem revelacione minime indigencia, cum essent notoria, multis eciam litteris sub plumbo ipsius Eugenii illa continentibus, velut decretalis esset ad perpetuam rei memoriam desuper expeditis et in orbem communicatis, simul cum notificata eleccione ipsius olim Eugenii. Commemorabat insuper dilapidaciones et crudelitates ipsius, aliaque multa exaggeracione magna et qua intencione voluit ecclesiasticus fieri papa Felix, quantaque spes esset obtenta obediencia Ecclesiam auxilio ejus suscipere reformacionem, defendique ecclesiasticam liber tatem. Obtinuerunt autem adversarii ut crastino audirentur (XVII, *22 ; III, 687*).

3711 Mayence, 29 mars 1441.

Jean de Carvajal soutient à la diète de Mayence la nécessité du consentement du pape pour la validité du concile et il remarque : quod autem allegabatur de majori parte, aliquando sic fuerat, quod episcopi et majores fuissent pro parte legatorum, sed Arelatensis cum suis e contra ymmo unus scutifer, et quando XXX pro una et XXX erant pro altera, si superveniret unus familiaris, prevalebat et Sancti Calixti sic dixisset cardinali Arelatensi : « Videte, cum quibus remanetis ad regimen Ecclesie » (XVII, *23 ; III, 690*).

3712 13 mai 1441.

Le cardinal d'Arles revient de la diète de Mayence. Le lendemain, ut vero faciente exordium et finem imponente cardinali Arelatensi, qui laudans dimissionem habitus et crucis, causas pleno exposuit sermone quare ita fuisset expediens, utile, honestum et quam maxime neccessarium. *Le cardinal de Palerme fait ensuite l'éloge du cardinal d'Arles*, quod basis et columpna esset concilii (XVII, *7 ; III, 556*).

3713 1443 ?

Æneæ Sylvii (Pie II) epistola Ludovico Alamandi.

Aeneas Sylvius, S. P. D. reverendissimo in Christo patri et domino colendissimo, Ludovico cardinali Arelatensi. — Recepi nuper litteras tuas admodum longas, et cum his fuerunt capitula pacis et ligæ inter Eugenium et regem Arragonum concordatæ. Post hæc significabas recessum illorum cardinalium ex Basilæa, quos abiisse invitos asseruisti. Cupiebasque ut omnia Majestati Regiæ reserarem. Sed jam omnia ex Italia erant sibi

nota, nec latet regem nostrum plerosque principes esse, qui magis sua quærunt, quam illa quæ sunt Jesu Christi. Nonnulli tamen mirantur, in quorum numero meipsum pono, quur Gallici, qui propter regimen Siciliæ partem alteram sequebantur, nunc, illa perdita, in pristina sententia perseverant. Cum dici solet effectum tolli cessante causa : sensissemus nos Gallicorum mentem si Joannes Offenburgensis literas in Franciam deferendas diligenter misisset. Sed timeo ne fuerit piger in republica, qui solet in privata diligentissimus esse. Scripsit nuper Serenitas Cæsarea sacro concilio in favorem Henrici viri optimi et literati, ut eum Frisingensi ecclesiæ præficeret episcopum. Existimavi tantum principem exauditum iri : præter spem accidit ut preces ejus rejecti fuerint. Interim electus est per capitulum, sive jure sive injuria, cardinalis Sancti Martini. Is recursum habebit ad vos confirmationis causa : rursus scribit Cæsareum culmen, ut supersedere velitis, confirmationemque differatis. Ego itidem suadeo et precor itidem propter bonum sacri concilii, ne spernatis hanc petitionem sicut primam : debetis enim hunc tantum principem ad quem cæteri omnes oculos dirigunt, quique nec muneribus nec precibus ad aliquam injustitiam movetur, vobis et concilio favorabilem facere. Ne irritantes suam Clementiam cogatis eum iter flectere. Scis præterea, quantum apud eum possit magnificus Caspar cancellarius, qui si vobis faverit, nihil est quod alios timere habeatis. Allicite igitur hunc virum et beneficiis devincite, maxime hoc tempore quando conventus Nurenbergensis instat, qui per totam christianitatem est vulgatus, quando et Carnaial et alii instant, ut rex se pro altera parte declaret. Et cardinalis Sancti Angeli apud Ungariam pro viribus dominum suum tuetur, quando Eugenius nec congregari aliud concilium, nec fieri declarationem vult, nisi pro se fiat : nec enim ambigo quin rex Arragonum aliter respondisset in factis Ecclesiæ, nisi per ipsum fuisset perturbatus. Videbitur in brevi conventum fieri, ad quem si rex non ierit, prout timetur, saltem mittit plenum mandatum, sicut ejus literæ in orbem missæ decantant. Et si vota venientium consonaverint, ad congregationem indubitati concilii procedetur. Id si nequeat obtineri, declaratio fiet quam Deus bonam det. Sed ad hoc oportet nos principem hunc affectum habere, ejus preces exaudire et servitores suos promovere. Maximeque vobis est opus cancellarii votis annuere, ut ejus frater obtineat ecclesiam Frisingensem, nam si confirmatio cardinalis non maturetur *(sic)*, aderunt viæ quæ vestram partem juvabunt plurimæ, et vos postea in conventu Nurenbergensi majorem favorem habebitis. Et præsertim si eo miseritis oratores qui potestatem habeant Regiæ Majestati complacere, non autem verba dare quæ ventrem non implent. Quod autem suades ut facta Ecclesiæ regi commendem, ego non sum tanti. In eo tamen gaudeo quod hunc principem religiosum video, et nullius mali avidum. Electores essent in hanc rem hortandi qui consultores sunt et membra imperii, non Æneas qui vermiculus est, et cujus verba in fumum transeant. Vale et me ut soles inter servitores ama. Ex Gretz.

Æneas Sylvius Piccolomini, Epist. clxxxiii, dans : *Epistole* (Lovanii, 1483), signat. p 3 ; (Lugduni, 1497) ; signat. o 4 ; *Opera* (Basileæ, 1551 et 1571), p. 753-4.

3714 *16 septembre 1450-3 juillet 1451.*

Miracula domini Ludovici, cardinalis Arelatensis, olim legati ac presidentis sacri Basiliensis concilii, qui mortuus est anno Domini 1450.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Incipit quedam summaria informacio seu inquisicio per nos notarios subscriptos de miraculis que Omnipotens altissimus in diversis utriusque sexus personis, diversis egritudinibus et languoribus agitatis, meritis et intercessione revermi in Xpisto patris et dni dni Ludovici Alamandi, miseracione divina tituli Ste Cecilie sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, Arelatensis vulgariter nuncupati, administratoris perpetui sancte Arelaten. ecclesie, commendatariique venerabilis monasterii Montismajoris ac prioratuum de Chiriaco, Minaten., Contamine et Palloniaci, ordinis Sancti Benedicti, Gebennen. diocesis, recolende memorie, operari dignatus est, recepta ex commissione nobis facta per venerabilem et egregium virum dom. vicarium et officialem ecclesie archiepiscopalis Arelaten., et ad instanciam venerabilium et relligiosorum virorum dom. canonicorum et capituli dicte sancte ecclesie Arelaten., necnon et cleri ejusdem ac nobilium, burgensium et populorum ejusdem.

Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo et die xvj mensis septembris, obiit in Salone, videlicet in conventu fratrum Minorum dicti loci, Arelaten. diocesis, reverendissimus in Xpisto pater, gloriose memorie, dominus Ludovicus Alamandi, cardinalis Arelatensis, et in crastinum, que fuit xvij dicti mensis, fuit portatus Arelatem et ibidem, videl. in ecclesia sua cathedrali et infra sacrarium, a parte dextra cornu magni altaris, extitit tumulatus, et deinde exequie honorabiliter facte fuerunt ut decet.

1. Contigit quod, post paucos dies infra novenam, homines loci Sancti Amancii, qui locus est de temporalitate dicte Arelaten. ecclesie, volentes facere eorum debitum et celebrari facere unum solemne cantare[1], neque habentes in promptu ceram ad hoc necessariam, mutuo ideo receperunt cereos omnium confratriarum ipsius loci et illos ponderari fecerunt ad fines tantundem restituendi quantum reperiretur minus, completo et perfecto dicto cantari. Et sic illud fieri fecerunt et dictos cereos omnes ardere fecerunt a principio usque ad finem cantaris, spacio duarum horarum cum dimidia vel circa ; perfectaque missa et factis solempnitatibus debitis, predictos cereos extinxerunt et iterato illos ponderari fecerunt, et tandem comperti fuerunt tantum ponderare et aliquid ultra quantum fecerunt ante dictam illuminacionem. Quod ideo miraculum ascriptum fuit per homines ipsius loci, qui ita nobis infrascriptis notariis retulerunt, venientes causa devocionis ad presentem civitatem Arelaten. ad visitandum tumulum dicti gloriosissimi quondam dni cardinalis Arelaten.

2. Die dicte sepulture, dom. Petrus Romerii, alias Raffin, presbiter Arelaten., qui presens fuit in exequiis dicti dni cardinalis et juvit ad corpus suum tumulandum, quique longo tempore ante febricitaverat, retulit

1. *D'abord* officium.

[r°] in verbo veritatis quod ex post non febricitavit, meritis et intercessionibus, prout credebat, ipsius rev^{mi} dni cardinalis, cujus corpus tetigerat ipsum tumulando.

3. Certaque die post, cum Guillelmus Caroli, hospes diversorii Mutonis Arelaten., intrasset quandam cameram sue domus, reperit lectum illius incendiatum in aliqua sui parte, sic quod ex fumo hujusmodi incendii quasi extitit attonitus, sic quod non poterat dict. ignem seu incendium quoquomodo extinguere, prout neque potuissent quicumque illuc occurrentes. Que videns, recommendavit domum suam Deo et beatissime virgini Marie ac dicto dno cardinali, flexis genibus et devote; et incontinenti dictum incendium seu ignis existens in dicto lecto et camera ex seipso cessavit et ultra non processit, licet vigeret boreas fortis et ventus validus, adeo quod si dictus ignis processisset, dubitabatur de incendio tocius illius camere; et propterea promisit tenere unam lampadem ardentem per unum integrum annum ante tumulum ejus.

4. Guiberta Anfosse, uxor Bernardi Galotarie, de Arelate, incedens paralitica cum potenciis, audiens dictum miraculum cere factum in dicto loco Sancti Amancii, vovit se Deo et dicto rev^{mo} dno cardinali; devocioneque speciali mota, quadam die se transtulit ad dict. ecclesiam Arelaten. et ibidem prope dict. tumulum missam unam celebrari fecit ad laudem Dei et beatissimi ac gloriosissimi dicti rev^{mi} dni cardinalis, et missa dicta, supra dict. tumulum devote se posuit et prostravit, et postquam ibi fuit per aliquod satis modicum spacium, surrexit a dicto tumulo sanata et curata visibiliter a predicta infirmitate, dimissisque dictis potenciis, incolumis recessit, postquam gracias egisset Deo et dicto glor^{mo} dno cardinali, ad domum suam.

5. Catherina, uxor Ade de Monstruil, de Arelate, que per plures annos quandam infirmitatem in capite contraxerat, que interdum auferebat ab ea visum, quadam nocte, ut retulit, existens in lecto suo, somniavit quod si ipsa se recommendaret Deo et dicto glor^{mo} domino bono corde et devote, quod ipsa curaretur, sed pro tunc de eodem sompnio ipsa nullam fecit extimacionem, quia nondum aliqua miracula audiverat facta fuisse ad ipsius glor^{mi} domini preces et intercessionem, et ideo stetit per octo dies adhuc in eodem statu; postque recordata de dicto suo somnio, se vovit prout somniaverat dicto glor^{mo} domino, promittendo sibi unum caput cere; quo voto emisso, incontinenti recuperavit sanitatem, nec expost predictam infirmitatem passa fuit.

6. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, Janneta, uxor Hugueti Parrotini, de Arelate, eciam retulit in verbo veritatis, cum quidam ejus filius, Anthonius, etatis duorum annorum vel circa, perantea febribus laborasset, tandem contigit in personam ipsius pueri quoddam accidens, propter quod mortis colorem suscipiens pulsum amisit et oculos clausit, [79] ita quod per circumstantes mortuus reputabatur, propter quod mater ipsius flens et lacrimans puerum ipsum ad dict. ecclesiam kathedralem portari fecit, et licet mortuus reputaretur, illum supra dict. tumulum posuit, dicto gloriosissimo dno ipsum filium suum devote recommendando; quo facto et transacto aliquo modico temporis spacio, multitudine populi presente et vidente, subito incepit sudare et deinde pulsum et colorem recipere, et eodem contextu fuit sanitati restitutus, de quo ipsa mater et circumstantes videntes miraculum Deo et dicto glor^{mo} dno cardinali gracias egerunt: que facta fuerunt die jovis XIX^{a} mensis januarii anni predicti.

7. Die XXV^{a} dicti mensis januarii, Monneta, uxor Petri Vacerii, et Petrus ejus maritus, de Arelate, eciam retulerunt quod, cum eorum filia, nomine Martheta, etatis duorum annorum cum dimidio, per septem dies passa fuisset fluxum ventris, quod pocius de ejus morte quam vita sperabatur, illam ideo voverunt et recommendaverunt Deo et precibus prefati glor^{mi} dni cardinalis, promittentes unam ymaginem cere, si eadem eorum filia restitueretur sanitati; quodque ilico dicto voto emisso, ipsa eorum filia, que adeo gravata extiterat, eodem contextu incepit melius esse et paulo post restituta fuit pristine sanitati.

8. Eodem anno et die XXVIJ^{a} dicti mensis januarii, cum Thomas Arquini, filius Arnulphi Arquini, de Arelate, adeo fuisset impotens, de persona sua contractus, quod non poterat incedere sine potenciis, cum quibus incedebat, haberetque digitos adeo complosos quod cum manibus non poterat aliquid porrigere ori, se Deo recommendavit et dicti ejus parentes similiter recommendaverunt Deo et ipsius dni cardinalis precibus et intercessione; et tandem apportatus per dictos ejus parentes super dict. tumulum ejusdem glor^{mi} domini, ibi aliquantulum supra illud jacuit; transactoque satis modici temporis intervallo, a dicto tumulo surrexit et eodem contextu se reperit totaliter a dicta infirmitate curatum, multitudine populi presente, de quo omnes egerunt gracias Deo et dicto rev^{mo} dno cardinali.

9. Eadem die post vesperas, cum magister Hugonetus Perrerii, faber ejusdem civitatis Arelaten., stetisset prout referebat per novem septimanas jacens infirmus et de corpore suo ita impotens et contractus, quod pati non poterat ut in aliqua parte sui corporis per aliquem tangeretur, et ob hoc quando volebat se volvere in eodem loco, necessarium sibi erat unam cordam superius alligatam habere, quam recipiebat dum volvere se volebat de uno latere ad aliud et cum maximo dolore; tandem Deo et precibus predicti glor^{mi} dni cardinalis se recommendans, supra dict. tumulum se apportari fecit, ubi per aliquod intervallum temporis jacuit, et tandem ab illo surrexit incolomis et sanatus, multitudine populi eciam presente.

10. Dicta die, Gisla, uxor Petri Suriacii, alias de Sancto Cesareo, de Arelate, habens quendam filium gravissime infirmum habentemque apostema sub humero sive astella a parte sinistra, ita quod de convalescencia ipsius nulla spes erat; tandem illum Deo et dicto gloriosissimo dno cardinali [v°] recommendavit ipsumque recipiens supra dict. tumulum portavit et paulisper, multis videntibus, ipse puer convaluit a dicta infirmitate.

11. Die XXVIIJ^{a} dicti mensis januarii, Monnonus de Novis, civitatis predicte Arelaten., retulit eciam in verbo veritatis quod, cum Johannonus, ejus filius, in vigilia Nativitatis Domini proximo elapsa, febres pestilenciales et apostema contraxisset, stetissetque jacens in lecto tribus diebus et tribus noctibus sine dormiendo et absque eo quod quidquam comedisset, de cujus morte plus-

quam de vita sperabatur ; tandem contigit quod nocte tercia dictus pater solus jacens in camera, prostratus ad terram, ipsum filium vovit Deo et dicto revmo dno cardinali, promittens dare pro eo unum cereum, si dictus filius viveret et recuperaret sanitatem ; et facto voto, exivit cameram et repperit dict. filium juxta ignem jacentem, qui jam dormire incipiebat, et sciscitatus est horam qua dormire inceperat et repperit quod fuit illa hora qua fecerat votum suum, adyciens quod post hujusmodi dormicionem statim febres ipsum reliquerunt et dictum apostema crepuit, ita quod infra duos dies ipse filius fuit a predicta infirmitate totaliter sanatus.

12. Predicta die, Johannes de Granis, alias de Bernoyen, ejusdem civitatis, etatis sue xxiiijor annorum vel circa, retulit quod, cum ipse esset a sex septimanis citra de uno brachio contractus et impotens, sic quod illud brachium minime movere poterat, ne[c] se de eo quoquomodo juvare, dicta die accessit ad tumulum prefatum et supra illud se devote posuit ; cumque ibidem per aliquod breve spacium petisset bono corde orando, inde surrexit, in presencia plurimorum, sanatus de dicto brachio, illud supra caput suum ponens et volvens circumcirca in signum sanitatis.

13. Die xxxa ejusdem mensis januarii, Johannes Cortilli, de Salone, habitator Arelaten., retulit in verbo veritatis quod, cum ipse a duobus diebus citra de uno latere et eciam in tibiis fuisset adeo infirmus quod se vix sustinere poterat, vovit se bono corde Deo et dicto glormo dno cardinali et fecit se ad tumulum suum adduci, supra quod se prostravit humiliter, et post infra modicum temporis spacium, inde surrexit de tota infirmitate predicta liberatus, populo presente in multitudine copiosa.

14. Die siquidem dominica ultima predicti mensis januarii, cum Petrus Millo, habitator Carpentoraten., carens visu in oculo sinistro a vigilia Mathei apostoli citra, audivisset in dicta Carpentorat. civitate miracula que Arelate operabatur Altissimus precibus ejusdem glormi dni cardinalis, venit peregrinus ad dict. tumulum ad finem visum in eodem oculo recuperandi ; cumque Arelatem applicuisset, se posuit supra tumulum ipsum, flexis genibus orans per spacium fere unius hore, infra quod spacium visum in eodem oculo integrum recuperavit, presentibus et videntibus multis qui de hoc Deo et dicto glormo dno cardinali gracias egerunt.

15. Anno quo supra et die prima mensis februarii, cum Johannes Regis, [*80*] habitator Arelaten., fuisset ut retulit a decem septimanis citra de manibus pedibusque et toto corpore contractus et impotens, ita quod non poterat sine potenciis incedere, fecit se adduci ad tumulum prefati dni cardinalis et pura mente se vovit Deo et eidem glormo domino, qui modici temporis spacio supra illum tumulum stetit et fuit ilico sanatus atque per se inde recessit, glorificans Deum.

16. Die secunda ejusdem mensis februarii, Rostanus Fabri, de Nemauso, etatis lx annorum vel circa, retulit quod, cum ipse fuisset cecus a duobus annis citra, vovit se Deo et eidem glormo dno cardinali, specialique devocione motus ad majorem ecclesiam Arelaten. se adduci fecit, ubi confessus fuit ibique in altari prope dict. tumulum missam ad laudem Dei fecit celebrari, seque prostravit supra illum tumulum et complevit novenam, infra quam visum totaliter recuperavit.

17. Tercia quoque die dicti mensis februarii, Guillelmus Durant, habitator Avinionen., etatis lx annorum, retulit in verbo veritatis quod, cum ipse stetisset cecus per tres annos et a mense may citra de duobus brachiis et toto corpore contractus et impotens, adeo quod se juvare aut induere non poterat ; audiens predicta miracula, se Deo et dicto glormo domino commendavit, promittens ejus tumulum visitare, promissioneque facta, recuperavit visum et pristinam sanitatem, venitque ad dict. tumulum et suam oblacionem fecit, graciasque egit de premissis Deo et dicto glormo dno cardinali.

18. Eodem die, Anthoneta, filia Robini Cotiere, de Balneolis, etatis xiij annorum vel circa, et dictus Robinus, ejus pater, attestati fuerunt quod, licet ipsa Anthoneta surda a xij annis fuisset, nichil penitus audiens, dict. pater de predict. miraculis certificatus per relacionem multorum ita affirmancium, ideo dict. ejus filiam ad ejusdem glormi dni cardinalis tumulum adduxit et Deo ac glormo dno devote eam vovit, que demum, cum stetisset supra dict. tumulum, subito auditum recuperavit, presente populo in magna quantitate, de quibus gracias egerunt.

19. Dicta die tercia mensis februarii, Andreas Brunelli, de Terraschone, retulit se fuisse contractum genibus et tibiis per septem septimanas et vovit se, emissoque voto se fecit portari per aquam ad dict. ecclesiam stetitque supra tumbam seu tumulum, et statim, ut retulit, recuperavit sanitatem et reversus fuit Terraschone per terram.

20. Die sexta mensis februarii, Johannes Guillelmi, Augusten. civitatis, retulit in verbo veritatis quod, cum ipse una cum certis aliis peregrinis esset die mercurii proxime preterita supra mare prope insulas Arearum, de partibus Provincie in quodam navigio civitatis Massilie de urbe revertendo, ventus validus maximaque tempestas in mari consurgens, eos et dict. navigium tanta fluctuacione vexaverunt quod ex vi ventorum arbor ipsius navigii subito fracta fuit, omnesque in eo existentes submergi dubitabant, sicque propter temporis asperitatem patronus eorum illius navigii regimen relinquens, ipsos hortatus fuit ut recurrerent ad Deum et sanctos, quoniam nesciebat quid ultra [*v*o] faceret. Cumque unus ex eisdem peregrinis hoc dici audivisset, prorupit pie in hec verba : « Amici mei, Arelate ante recessum meum vidi quendam hominem impotentem ac contractum per quatuor homines portari ad tumulum glormi cardinalis Arelaten., qui statim supra illud positus, per illius sancti merita recuperavit sanitatem et rediit per se ad domum, quare eundem sanctum cardinalem deprecemur ut intercedat pro nobis, quoniam ejus precibus Deus salvabit nos ». Quo per astantes audito, omnes Deo et eidem glormo dno cardinali se voverunt, et incontinenti facto voto, quedam nebula de partibus Nicie veniens eos cooperuit, ventusque et tempestas cessarunt, et convaluit tranquillitas, ita quod salvi venerunt ad portum salutis ; propterea idem Johannes salvus effectus, ad hanc presentem civitatem Arelaten. devocionis causa personaliter se transtulit, Deo et glormo domino gracias agens de dicta gracia eidem facta.

21. Eodem die, Petrus Timolay, de Bellicadro, retulit se habuisse guttam a festo Omnium Sanctorum proxime preterito usque nunc, sic quod stetit contractus in lecto per tres septimanas et deinde gutta descendit renes, crura et tibias : vovit se herique venit per aquam, stetit supra tumulum et hodie sanatus est intercessione ipsius glor^{mi} dni cardinalis.

22. Die octava dicti mensis februarii, cum Katherina, uxor Petri Maurini, commorantis in Tharaschone, multas infirmitates hactenus fuisset passa, ut retulit, et illas tenuisset longo tempore secretas, tandem non valens illas occultare diucius, cum jam esset adeo effecta debilis quod ultra super ejus tibiis se non valebat sustinere, quin ymmo oportebat ipsam jacere continue in lecto ; tandem audiens miracula que dietim noviter faciebat Altissimus ipsius glor^{mi} dni cardinalis meritis gloriosis, tandem quia propter ejus infirmitatis gravitatem, ad tumulum prefati glor^{mi} dni se transportari pati non poterat, se ipsam ideo portari fecit apud ecclesiam Sancte Marthe Tharasconen., et ibidem stans ante crucifixum, se Deo et eidem glor^{mo} dno cardinali speciali devocione commendavit, vovit et promisit, si contingeret ipsam suis precibus consequi sanitatem, ejusdem dni Ludovici glor^{mi} limina visitare ; et hujusmodi voto sic emisso, ilico senciens se sanitati restitutam, inde recte surrexit et ut astantibus clarius miraculum appareret, ambulavit et cucurrit circum circa altare quod erat ibidem ; posteaque una cum marito rediit ad domum, venitque postea ad tumulum ipsius glor^{mi} dni cardinalis, Deum glorificans ac dicto glor^{mo} dno cardinali gracias agens.

23. Die nona mensis februarii, Aleyseta, relicta Jacobi Tardivi quondam, de Arelate, retulit quod, cum ipsa a sex septimanis citra quandam gravem infirmitatem, pleneosym vulgariter dictam, in uno latere persone sue contraxisset, ex illaque infirmitate jacens in lecto et hesterna die plus de morte quam de vita dubitans, recepisset Extreme unctionis sacramentum ; tandem devote recurrit in corde [*81*] suo ad Deum et ipsius glor^{mi} dni preces, promittens se daturam quamdiu viveret in humanis, unam cannam olei quolibet anno pro lampadibus ecclesie Arelaten. illuminandis, si ad preces ipsius glor^{mi} dni recuperaret sanitatem : ob quod hodie hora terciarum cum fecisset ad ejus tumulum se adduci, stans desupra paulisper, incontinenti recuperavit sanitatem et rediit suis precibus ad domum, presente et vidente populo in multitudine copiosa.

24. Eadem die, Hugonetus, filius Johannis de Prato, civitatis Arelaten., dictusque Johannes et Peyrona mater ipsius Hugoneti, attestati sunt in verbo veritatis quod, cum ipse filius a die veneris proxime preterita citra stetisset infirmus in lecto quibusdam febribus et apostemate pestilencialibus, et de ejus morte dubitassent ; tandem, dicta die nona, de mane recurrentes ad Deum bono corde, ipsum dicto glor^{mo} dno cardinali voverunt et ad tumulum suum adduxerunt, supra quod stans per modicum temporis intervallum ipse Hugonetus fuit repente et verisimiliter primeve sanitati restitutus, ita quod febres eum ilico reliquerunt et apostema evanuit.

25. Veneris XIJ^{a} dicti mensis februarii, Anthonius Morayroni, de Arelate, retulit quod, cum Martheta, ejus filia, visum totaliter amisisset, ipse pater recurrens ad Altissimum et ipsius dni glor^{mi} preces, tandem ipsa die dict. filiam suam adduxit ad ipsius dni glor^{mi} tumulum, supra quem stans modico tempore, visum integre recuperavit.

26. Cum Floreta Badossone, uxor Boneti Roberti, ville de Mari, Arelaten. diocesis, a tribus mensibus citra in suis coxa et tibia sinistris quandam infirmitatem passa fuisset, adeo quod non poterat se sustinere, accidit finaliter quod, die XV^{a} ejusdem mensis februarii, devocione mota, in quadam quadriga se portari fecit ad dict. tumulum et prostrata super illum, se Deo et eidem glor^{mo} dno cardinali devote de bono corde recommendavit et postea infra breve temporis spacium inde surrexit ab illa infirmitate sanata, vidente populo in magna quantitate et gracias de miraculo hujusmodi Altissimo et ipso glor^{mo} dno cardinali agente.

27. Die XVIJ^{a} dicti mensis februarii, Maria uxor Egidii Veyrerii, de Balneolis, retulit in verbo veritatis quod, cum ipsa a quatuor annis citra guttosa extitisset et impotens de persona, ita quod cum potenciis, cum quibus incedebat, cum magna difficultate incedere poterat ; auditis tandem miraculis ipsius dni cardinalis, se ad ejus tumulum portari fecit super quandam asinam, confessioneque per eam facta et recepto Eukaristie sacramento in ecclesia Arelaten., post missam quam in altari prope tumulum hujusmodi celebrari fecerat, se supra ipsum tumulum posuit et ilico ab illo surrexit sana et incolomis, dimissisque ibidem potenciis, abiit, multitudine populi presente et vidente.

28. Die XXIJ^{a} ejusdem mensis februarii, Johannes Fabri, alias Velpe, hospes signi B^{te} Marie, in porta Manhanesii Avinionen., retulit quod, cum ipse fuisset a VIJ annis citra contractus et impotens de persona a zona inferius, auditisque predict. miraculis, fecisset se in quadam quadriga [*v°*] de Avinione ad Arelatem portari, et in crastinum in dicta Arelaten. ecclesia confessus et penitens Eukaristie sacramentum recepisset in missa quam celebrari fecerat, postea se devote prostravit supra ipsius dni glor^{mi} cardinalis tumulum, Deo et ejusdem dni precibus se recommendans, et incontinenti de illo surrexit plenarie sanitati restitutus, videntibus multis.

29. Nobilis Johannes de Stagno, alias Parade, civitatis Arelaten., retulit in verbo veritatis quod, cum Martheta ejus filia, apostema subtus aurem sinistram cum febribus validis contraxisset, jacuissetque propterea in lecto, ita quod de ejus morte plusquam de vita sperabatur, fuitque per ejus patrem adducta et posita supra illius glor^{mi} dni sepulchrum, et stans supra illum spacio trium vel 4^{or} horarum, ilico febres eam reliquerunt et apostema evanuit, sanataque inde surgens et ambulans ad domum cum patre rediit incolomis et sana.

30. Die XXVIJ^{a} mensis februarii supradicti, quidam Johannes Chappelier, de patria Borbonii, necnon Johannes Benedicti, Bartholomeus Carbo, Guillelmus Lapierdis et Andreas Chapplerii, habitatores de Balniolis, Uticen. diocesis, attestati fuerunt in verbo veritatis quod, cum dict. Johannes Chappelier a die octava ante festum Nativitatis Domini fuisset mente captus, demens et furiosus, adeo quod propter ejus ferocitatem et furiam ipsum oportuit cathenis ferreis mancipari ; postmodumque cum dicti Johannes Benedicti, Guillelmus et Bartholo-

meus et Andreas, qui antea cum eodem Johanne sodalem amiciciam contraxissent, audiverunt predicta miracula divulgari, pietate moti eundem Johannem dementem, ejus salutem cupientes, ad corpus ipsius glor^{mi} dni adducere proposuerunt; et tandem habita licencia a viguerio dicti loci, una cum eodem Johanne bene ligato, viam veniendi arripuerunt versus presentem civitatem Arelaten.; cumque per duos dies, propter ipsius dementis furiositatem, fuissent per eum licet ligatum nimium vexati, contigit quod tercia die post dict. eorum recessum, eundem Johannem Altissimo et dicto glor^{mo} dno cardinali speciali devocione voverunt, et incontinenti voto emisso demens ipse subito fuit mentis sue compos effectus, ita quod ex tunc solutis ligaminibus venit cum eisdem sociis sponte et mansuete ad dict. tumulum dicti glor^{mi} dni cardinalis, dictamque suam peregrinacionem complevit cum magna devocione et fecit ibidem novenam, jacendo interdum supra dict. tumulum; qua novena completa, rediit ad patriam, consolatus et compos mentis effectus, Altissimo reddens laudem et gracias, ac prefato glor^{mo} dno cardinali.

31. Die tercia mensis marcii, processionaliter a loco Salonis venerunt numero VIJ^{c} et XXXVJ persone tam mares quam femine, ad presentem civitatem Arelat., pedes pro visitando limina ecclesie cathedralis et sepulchrum dicti glor^{mi} dni cardinalis, cum maxima devocione; inter quas fuerunt aliqui pedibus nudis incedentes et alii in camisia ceterisque depositis vestimentis, unum castrum cere cum XIJ intorticiis [*82*] magnis portantes et afferentes, necnon eciam et secum deferentes cereas candelas et intorticia cere, ita quod nullus fuit quin aliquid obtulerit.

32. Eadem die, paulo post ex loco Sancti Amancii venerunt eciam processionaliter cum intorticiis et candelis cereis usque ad numerum LX, et totidem a loco de Miro Mari illis vicino, distantibus a presenti civitate per septem leucas.

33. Predicta die, post solis occasum ex loco de Pellissana, Arelat. diocesis, distante a presenti civitate per octo leucas, venerunt processionaliter pedes prout supra cum intorticiis, candelis et cereis persone dicti loci numero LX^{ta}.

34. Die vero sequenti quarta mensis marcii, applicuit in dicta civitate Arelaten. processio hominum utriusque sexus loci de Genasio, diocesis Avinionen., distante ab hac civitate per octo leucas, numero videl. LIIIJ^{or} personarum, cum intorticiis et candelis ut supra.

35. Die XVIIJ^{a} dicti mensis marcii, Johannes filius Bernardi Roser, alias Roton, fornerii presentis civitatis, etatis 4^{or} annorum vel circa existens, supra quamdam trabem seu petram fusteam more puerorum ludens, desuper dict. fusteam petram, que erat reposita supra quoddam lapideum mortarium, taliter quod pro mortuo fuit elevatus a terra; fuitque postmodum per aviam et sororem portatus supra tumulum prefati dni cardinalis, preces effundentes lacrimabiliter eidem glor^{mo} dno cardinali, et tandem infra spacium unius hore a dicto sepulchro surgens cum dictis suis avia et sorore, ad domum paternam rediit sanus et incolomis.

36. Dicta die, inter terciam et quartam horam post meridiem, ex loco de Urghone, Avinionen. diocesis, a presenti civitate distante per septem leucas, venerunt pedes processionaliter cum intorticiis et candelis persone dicti loci utriusque sexus numero LX^{ta}.

37. Secutive vero, in crastinum que fuit veneris XIX^{a} dicti mensis marcii, Johannes Bovis, habitator de Balneolis, etatis LXX annorum, ut asseruit, qui spacio 4^{or} annorum visu caruerat et cecus totaliter extiterat in dicta civitate, applicuit sub ductu alterius videntis et peccata sua fuit confessus; deindeque supra dict. tumbam prefati dni cardinalis per duos dies stetit devote, per intervalla prostratus et die tercia tunc immediate sequenti visum recuperavit, presentibus dno episcopo Trojano et pluribus aliis ibidem existentibus.

38. Deindeque, XXIIJ^{a} die ejusdem mensis marcii, a loco de Aquaria, distante a presenti civitate per VJ leucas, venerunt processionaliter pedes cum devocione centum XXXIII persone dicti loci utriusque sexus, cum intorticiis, cereis et candelis accensis ut supra.

39. Rursus XXVIIJ^{a} ejusdem mensis marcii, Petrus Segalerii et Bartholomeus Justini, de Berra, Aquen. diocesis, duxerunt ad presentem civitatem Arelaten. Guillelmum Justini, fratrem dicti Bartholomei, de manibus et pedibus ligatum, [*v°*] furiosum et mente captum, referentes in verbo veritatis quod, cum ipsi Guillelmus et Bartholomeus fratres venirent de nocte a loco insule Marthirii apud locum predict. de Berra per terram, contigit quod dict. Guillelmus, qui forcius ambulabat et longe antecedebat dict. fratrem suum, erravit in via totamque noctem consumpsit, ambulans per campos et quo tenderet ignorans, ita quod in crastinum circa horam terciarum domum propriam applicuit, a mente alienatus et furiosus effectus; propter quod ipse Bartholomeus ipsum voverat Deo et precibus dicti dni cardinalis, ipsumque ideo duxerunt supra quandam quadrigam ligatum atque coegerunt supra dict. tumulum jacere per intervalla temporum et finaliter compertum fuit quod, facta ibidem novena, ipse Guillelmus fuit et est sane mentis, Altissimo Domino nostro et predicto dno cardinali gracias afferentes.

40. Die XXIX^{a} dicti mensis marcii, eciam applicuit in hac civitate Petrus Courtasier, loci de Baux, Uticen. diocesis, referens quod, cum a duobus annis elapsis citra per medicos et alios leprosus reputaretur et ob hoc dubitaret a consorcio aliorum separari, Altissimo ideo se recommendavit et precibus dicti dni cardinalis, de quo audiverat multa miracula, et ob hoc venerat ad jacendum ad tumulum predict. cum confidencia quod ejusdem dni cardinalis precibus liberaretur; narravitque ultra quod, cum supra dict. tumulum se prostrasset, quadam nocte per circumstantes fuit cognitus quod leprosus fuerat, ideo a dicto tumulo ejectus fuit; nichilominus alia vice clam et occulte ad dict. tumulum de nocte rediit et ab illo repulsus iterum alia vice rediit ad illum et tandem, novena completa, fuit compertus sanatus et a dicta lepra totaliter, ut dicebat, mundatus, pluribus videntibus et mirantibus de hujusmodi miraculo, Deo et dicto glor^{mo} sancto gracias agentibus et laudes.

41. Postque, die tercia mensis aprilis, applicuit processio loci Sancti Remigii, Avinionen. diocesis, in qua fuerunt numerate persone utriusque sexus CCCCC et VII pedes incedentes, cum intorticiis et candelis ut supra.

42. Consequenter vero, die octava mensis aprilis, applicuit in hac civitate nobilis Laurencius de Aramone, condominus ejusdem loci, Uticen. diocesis, attestans quod septimana precedenti ex bocio seu morbo epidimie jacuerat infirmus, unde de vita sua nulla spes erat, cum jam loquelam amisisset et quod ideo in corde suo Deo et precibus prefati dni gloriosi cardinalis se voverat; votoque emisso ilico visum fuit sibi quod quedam umbra ante faciem suam transiverat, post cujus transitum incepit sudare et paulo post dict. bocium ulterius non processit et a febre liberatus a lecto surrexit; propter quod venit ad visitandum tumulum dicti gloriosi dni cardinalis, deferens ejus sudarium super caput, gracias Altissimo et dno cardinali predicto referendo.

43. Eodem die, applicuit hic processio de Novis, Avenionen. diocesis, post solis occasum, in qua numerate fuerunt centum viginti persone utriusque sexus, intorticia et candelas portantes accensas ut supra.

44. Die octava dicti mensis aprilis, nobilis Beatrix de Comis, uxor [*83*] nobilis viri Ludovici de Turri, Tollensis diocesis, applicuit in presenti civitate Arelaten., et ilico se transtulit ad dict. ecclesiam kathedralem et sepulchrum dicti dni cardinalis, factaque ibidem oracione sua et oblacione largita, quam fecerat eidem glor^{mo} dno cardinali, prostravit se et jacuit supra dict. sepulchrum per aliquod temporis intervallum, ab eoque demum consurgens publice narravit qualiter duo anni effluxi erant vel circa, ipsa existente in domo sua prope ignem, quedam infirmitas sive tremor invasit et arripuit eam in tibia et inde per latus gradatim ad cor accessit, propter quem dolorem evanuit et cecidit in terram, ita quod oportuit eam portare supra lectum, ubi fuit per aliquot dies; quodque iterum eadem infirmitas post lapsum xiii mensium eam invasit, et similiter infra duos vel tres menses iterum in tantum quod ipsa infirmitas bis in die ipsam invadebat; cumque unus qui eam diligebat eidem mandasset certa miracula que Altissimus operatus fuerat precibus et intercessionibus, ut tenebatur, predicti gloriosi dni cardinalis, exinde devocione mota se ideo devote et bono corde vovit ipsi dno cardinali, promisitque dict. ejus sepulchrum visitare si graciam sibi acquireret sanitatis; narrans ultra quod, voto hujusmodi sic emisso, predicta infirmitas ipsam non invasit et quod postquam ipsa surrexerat a dicto sepulchro ipsa sentiebat se sanatam et curatam a dicta infirmitate, de quo reddebat gracias Deo ipsique dno glor^{mo} cardinali.

45. Narravitque ultra ipsa Beatrix de Comis quod, cum aliquibus diebus precedentibus uxor nobilis Enofrii de Brinonia, habitator dicte ville Arearum, condominusque loci de Galberto, unum filium peperisset et infra octo dies post partum puer ipse fuisset adeo infirmus quod videbatur esse in extremis, dicti ejus parentes, audientes gloriosa miracula antedicta, Deo et dicto glor^{mo} dno cardinali eundem puerum ipsorum in extremis laborantem devote recommendarunt et voverunt; quo voto emisso, paulo post idem puer incepit convalescere et melius esse, et deinde infra duarum horarum spacium fuit idem puer ita hilaris et letus ac si nullam habuisset infirmitatem; propter quod scientes dicti parentes ipsam Beatricem huc venturam, ipsam rogarunt ut oblacionem cere faceret, quam ipsa eorum nomine obtulit et portavit, Deo gracias agens et eidem dno cardinali.

46. Die decima dicti mensis aprilis, Johannonus de Valle, filius Johannis hospitis diversorii Cappelli ville Tharasconen., qui spacio xiiii annorum furiosus fuerat et mente captus, et propterea pedibus et manibus cathenatus tenebatur in quadam camera domus paterne, ductus fuit per dict. patrem suum ad presentem civitatem, et presentatus atque positus supra dict. tumulum, fecitque ibidem novenam, et tandem, completa novena, restitutus fuit et est pristine sanitati, et sane mentis effectus qua fruitur in presenti.

47. Eadem die x^{a} dicti mensis aprilis, applicuit hic Johannes Alberti, oriundus de Tharascone, qui moratur in loco de Barbentana, nudus incedens, non loquendo donec suam fecit oracionem ante tumulum prefati dni cardinalis, qui postea narravit quod nudus ex dicto loco Barbantane [*v*°] venerat ex eo quia, cum die dominica precedente lusisset cum certis suis sociis in eodem loco Barbentane, invitatusque fuisset pro cena per quasdam mulieres leves condicionis, tandem cena facta sensit se in stomacho multum gravatum et ilico loquelam amisit, fuitque per aliquot dies sine loquela, non bibendo neque comedendo, ob quod in sua mente recolens miracula que Altissimus operabatur ad preces dicti glor^{mi} cardinalis secundum famam, quantum plus devote potuit, ipsi glor^{mo} dno cardinali se recommendavit, vovendo et pollicendo quod, si ipsum curari contingeret, in propria persona dict. tumulum visitaret, nudus et sine loquendo, comedendo nec bibendo per totam diem, quodque voto emisso, ilico evomuit unum morsum spongie pilis nigris mixtum, et sic incontinenti sensit se alleviatum et penitus curatum.

48. Die xi^{a} dicti mensis aprilis, Victor Bosqui, de Bessa, Aquen. diocesis, qui ut retulit impotens fuerat de uno latere et guttali infirmitate adeo depressus quod vix poterat se sustinere supra terram, se vovit oracionibus dicti dni gloriosi cardinalis et, voto emisso, ad hanc civitatem applicuit et, postquam votum reddidit et supra dict. tumulum jacuit, infra biduum fuit restitutus sanitati, ob quod disposuit facere novenam, agendo gracias Altissimo et dicto glorioso dno cardinali, qua perfecta rediit ad locum suum curatus et sanus.

49. Ipsa eciam die, Catherina, filia cujusdam hospitis de Portu Mauricio ripparie Januen., etatis x annorum vel circa, muta a natura seu que nunquam locuta fuerat, per Margaritam ejus matrem fuit ad hanc civitatem adducta et supra dict. tumulum reposita; et facta ibidem devota oracione, post modici temporis intervallum, filia ipsa loqui incepit in ydiomate dicte patrie, pluribus ibidem existentibus, videntibus et audientibus, loquiturque bene et distincte, verba sua proferendo ac si a principio sue nativitatis loquelam emisisset, et deinde quamdiu fuit in hac civitate continuavit in loquela.

50. Die xiii^{a} dicti mensis aprilis, cum quedam parva puella, filia Blasii Peregrini, presentis civitatis Arelaten., febribus et aliis infirmitatibus depressa ac pro mortua reputata, hora octava post meridiem ipsius diei vel circa fuit per ipsius filie parentes portota supra dict. tumulum prefati dni glor. cardinalis et, cum jacuisset ibidem fere spacio quarte partis unius hore vel circa, repente respiravit et

restituta fuit sanitati, qua hora plures utriusque sexus predict. miraculum videntes et dicte filie circumstantes realiter viderunt quod custodia existens in altum supra majus altare, in qua reponitur et custoditur Corpus Xpisti, vertebatur et volvebatur, ea hora qua clausum fuit dict. miraculum, absque eo quod per aliquem tangebatur.

51. Deinde vero, die lune xix^{a} ejusdem mensis aprilis, venerunt processionaliter ex villa Bellicadri ad hanc civitatem persone utriusque sexus ultra numerum vij^{c}, cum intorticiis et aliis magnis solennitatibus.

52. Qua die, paulo post pulsum dicte processionis, applicuit quidam loci de Gravisione, Avinionen. diocesis, in camisia et nudis pedibus, [*84*] deferens unum intorticium et tres ymagines cere, referens quod quedam filia Gaufridi mercerii ipsius loci, que ex bocio expiraverat et habuerat faciem coopertam, cum dict. Gaufredus ejus pater, flens et lacrimans, Deo et dicto glor^{mo} dno cardinali devotissime recommendaret et interim dicta ejus filia, que reputabatur vita functa, in sudario sueretur, subito ipsa filia respiravit et demum convaluit ex dicta infirmitate.

53. Die vero xxiii^{a} ejusdem mensis aprilis, que fuit veneris sancta, Berengarius Fereioli, loci de Fornesio, Uticen. diocesis, venit et applicuit hic, nudus in camisia et pedibus nudis, ad regraciandum et reddendum gracias Altissimo et prefato dno cardinali, quia quendam ejus filium, Petrum nomine, qui febribus ante laboraverat in tantum quod quadam die fuerat reputatus mortuus, ipse Berengarius pater, postquam illum recommendavit eidem glor^{mo} dno cardinali, infra duas horas post votum emissum idem Petrus ejus filius respiravit, et demum infra duos dies a dicta infirmitate curatus fuit, prout idem Berengarius pater denunciavit in verbo veritatis.

54. Die lune xxvi^{ta} ejusdem mensis aprilis, applicuit processio loci Castri Raynardi, Avinionen. diocesis, in qua processione fuerunt computate centum lx^{ta} persone; et paulo post applicuit eciam processio Sancti Mictri, Arelaten. diocesis, numero personarum sexaginta.

55. Ipsa enim die, venit ad hanc civitatem Dorvina, uxor Johannis Garnerii, de Bernucio, Nemausen. diocesis, deferens secum quandam parvulam ejus filiam, Glaudiam nuncupatam, etatis duorum annorum, referens qualiter quodam die precedente, cum ipsa mater accessit ad quendam suum ortum extra menia dicti loci situatum, et secum duceret dict. ejus filiam et duos alios ejus filios, illosque seorsum dimisisset prope quendam puteum ibidem constructum, profunditatis trium cannarum, ipsaque mater intenderet circa collectionem herbarum comestibilium, contigit quod ipsa parva filia sua infra dict. puteum casu cecidit, matre predicta non precavente; et post hujusmodi casum de hoc avisata per dictos ejus filios, ad portam dicti orti multum turbatissima et semidesperata subito venit ad effectum vocandi aliquos pro adjutorio habendo; quam portam clausam invenit ab extra, taliter quod exire non potuit ab eodem orto; quod videns, subito ad dict. puteum reversa, infra illum beneficio cujusdam partice seu virge fustee intravit et ut melius potuit dict. filiam submersam et mortuam traxit ab aqua, quam in suo crure cum magno persone sue discrimine sustinuit, tenendo fortiter se ad dict. perticam, donec Altissimo concedente supervenerunt nonnulle persone que matrem et filiam submersam a dicto puteo extraxerunt; et post hujusmodi matris et filie extractionem, iidem extrahentes eas exuerunt seu expoliaverunt, aliisque vestibus et lintheis albis et calidis induerunt. Cum autem non proficeret hoc eidem filie, ipsam ejus filiam et partum ventris Altissimo et prefato glor^{mo} cardinali vovit, ut dixit, ffactoque voto predicta filia respiravit, propter quod veniebat peregrina et dict. ejus filiam a mortuis suscitatam [*v*^{o}] ducebat secum ad referendum graciam et laudes Altissimo omnium creatori et ipsi glor^{mo} dno cardinali.

56. Successive vero, die xxvii^{a} dicti mensis aprilis, applicuerunt in hac civitate processiones locorum insule Marticii, de Farreriis et de Junqueriis, in quibus fuerunt computate ccccc et xix persone.

57. Anno premisso et die prima mensis madii, applicuit in eadem civitate Arelaten. processio ville Tharasconis, in qua numerate fuerunt persone utriusque sexus ij^{m} cccc, cum intorticiis et candelis accensis.

58. Eadem die, circa solis occasum, applicuit processio loci de Saltu, cum luminaribus et intorticiis magnis, in qua fuerunt computate persone lxii.

59. Paulo enim ante, applicuerat processio loci de Podio Emerancii, Vasionen. diocesis, numero personarum xxxvii.

60. Die vero lune tercia diei mensis madii, Anthonius Borgesii, alias Bressani, piscator et habitator presentis civitatis Arelaten., portavit in suis manibus quendam ejus filium, etatis octo dierum vel paulo plus, quem supra dict. tumulum posuit, Deo agens gracias et dicto glorioso dno cardinali de gracia eidem impensa in persona dicti filii sui, narrans palam et publice quod, cum Peyrona ejus uxor fuisset pregnans de dicto filio suo tempusque pariendi evenisset, die Pasche proxime preterita inter decimam et undecimam horas noctis ipsius diei, cumque dicta uxor liberare se non posset et propter partus dolorem esset in angustia magna, finaliter tamen dict. filium mortuum, prout reputabatur, peperit, qui cum a ventre exeundo dicte matris sue primo emisisset pedem unum et brachium unum, et sic per dictos pedem et brachium per matronam fuisset repertus et a ventre extractus, pro mortuo fuit tentus et potissime cum dicta matrona abscidisset sibi umbilicum, prout est moris, et nullus sanguis a corpore dicti infantis emanasset, sicque stetit mortuus per quartam partem unius hore, propter quod ipse Anthonius pater et alii circumstantes ipsum puerum mortuum una cum matre tunc semimortua Deo et dicto dno glorioso cardinali voverunt et devote recommendarunt; quo voto emisso, paulo post et infra horam, dict. puer spiritum vitalem recepit taliter et in tali forma quod gracia Dei et precibus dicti glor^{mi} cardinalis dicta mater mortis periculum evasit et dict. filius eorum vivit.

61. Die mercurii xij^{a} dicti mensis maii, nobilis Johannes Germani, de Claromonte de Loudeva, peregrinus venit referens quod, cum per aliquod tempus in tibiis et pedibus passus fuisset intantum quod nedum ambulare poterat, sed neque surgere a lecto; audiensque famam dict. miraculorum, devotus effectus extitit prefati glor^{mi} dni cardinalis, seque eidem vovit et oportunitate captata

portari se fecit usque ad dict. ecclesiam Arelaten. et illam ingrediens adjutus potenciis fusteis accessit ad dict. sepulchrum, votum suum reddendo et complendo; dictaque die supra dict. sepulchrum jacuit, in crastinumque rediit ad illud et jacuit in eodem, et inde surrexit et ambulavit, relictis dictis potenciis, incolumis et sanus. [*85*]

62. Preterea die veneris XIIIJ^a ejusdem mensis maii, Guillelmus de Faravilla, etatis LX annorum vel circa, de Avinione, habitator loci de Aramone, Uticen. diocesis, venit ad visitandum sepulchrum prefati glor[mi] dni cardinalis, incedens nudus, attestans quod quatuor menses erant elapsi quod non viderat de oculo nec audiverat de aure dextris, et quod ideo se voverat eidem dno cardinali et quod nudus prout fecit, et supra dict. visum et auditum oculi et auris predict. recuperavit, agens propterea gracias et laudes Deo et prefato dno cardinali.

63. Ulterius die dominica penultima dicti mensis maii, applicuit in hac civitate Hugo Robaut, de Sancto Martino Vallis de Tramis, Glandaten. diocesis, qui retulit qualiter, Deo disponente, fuerat spacio quatuor annorum morbo lepre adeo infectus quod fuit separatus a suo loco et in quodam nemore, eidem loco satis propinquo, dicto tempore stetit, ita quod vix poterat loqui, habens guttur impeditum, scannas in manibus et brachiis, et bocellas in facie et diversis sue persone partibus; et contigit quod ante Carnisbrivium proxime elapsum per tres menses vel circa in somno venit sibi in mente quod se voveret Deo et corpori sancto predicti dni cardinalis, quod tamen ignorabat, cum nil audivisset de eodem, ob quod sic stabat cogitando super hujuscemodi somnio. Tandem vero tractu temporis, transeunte per dict. nemus prope mansionem dicti leprosi quodam homine de Saltu secunda septimana Quadragesime proxime elapse, idem leprosus ab ipso transeunte homine indagavit unde veniebat: qui sibi respondit quod de corpore sancto, et replicante dicto infecto de [quo] corpore sancto veniret et ubi erat, idem homo dixit quod erat corpus dni cardinalis Arelaten., qui nominabatur dom. Ludovicus Alamandi, tumulatus in ecclesia cathedrali civitatis Arelat.; hiisque auditis, prefatus Hugo, memor somnii predicti, devote ideo se voverat eidem corpori sancto et post tres dies, facto dicto voto, idem Hugo incepit sanari, taliter quod scanne et bocelle ceciderunt, et demum sanus et mundus remansit, bene loquens et ambulans, et ideo votum suum reddidit Deo et dicto glor[mo] dno cardinali, mundusque et sanus recessit.

64. Anno quo supra et die decima mensis junii, nobilis Caspar de Vamulle, de Sancto Gallo, Constantien. diocesis, retulit quod nuper uxor Petri Bulchier, burgensis de Berna, Lausanen. diocesis, a tribus mensibus citra certo tempore fuisset impotens de persona sua et jacuisset, jamque in lecto ex dicta infirmitate per octo dies et ultra, audiens hujusmodi miraculum vovit se et promisit mandare certam oblationem ad tumulum ipsius glor[mi] dni cardinalis; et voto hujusmodi emisso, infra tres horas fuit sanata et ideo per dict. nobilem Casparem misit dict. ejus oblacionem, videl. XVIJ libras cere.

65. Postea equidem XXVIJ^a mensis junii predicti, Vitalis Christofori, filius Jacobi Xpistofori, de Simidrio [*Sommières*], Nemausen. diocesis, etatis sue duorum annorum cum dimidio, fuit portatus ad tumulum dicti sancti per Michaelem Xpistofori, ipsius Vitalis avunculum, et Johannem Purcardi, de Simidrio, qui retulerunt quod, die XXIII^a mensis maii proxime preteriti, dum quedam ejusdem [*v°*] pueri soror ex peste staret mortua in domo et sudariata, et dictus Vitalis ejus frater simili morbo in extremis laboraret, parentes dict. liberorum disposuerunt expectare mortem dicti Vitalis, ut ambo, scil. soror et frater, eodem tumulo in una fossa ponerentur; ac dum pater in crepusculo noctis vel circa et nonnulli ibidem existentes incepissent dict. Vitalem in cunabulo sic egrotantem in manibus eorum, statim illa hora qui diu tractus mortis habuerat decessit: qui sic mortuus fuit in dicto cunabulo repositus, fueruntque per parentes ejus sibi clausi oculi et os, ut est fieri consuetum: et cum dictus ejus pater, cum aliis ibidem existentibus, vellet eundem puerum sic mortuum in sudario ponere, ejus pueri noverca, pestilencialibus febribus in lecto laborans, rogavit astantes ut permitterent quod ejus febris accessus seu aggressus finem reciperet, quoniam volebat dict. puerum mortuum mundare et deinde in sudario includere, incontinenti ipsa a febre relicta est; quo audito pater ipsius pueri eum, ut premittitur, mortuum cooperuit et vicini vigilantes, sororem et puerum mortuum videntes, dicto puero sic mortuo aquam benedictam dederunt, vigilaruntque super eum nocte tota; pater quoque ipsius pueri vovit eundem dicto sancto, promittens quod si ejus permissione reviveret, portaret ipsum ad tumulum ejusdem beati Ludovici; et cum febris in aurora dict. novercam ipsius pueri reliquisset, surrexit circa horam prime et voluit dict. puerum mundare et in sudario ponere, cum patre ejusdem pueri; qui cum faciem ejus discooperuisset, ipse puer vivus peciit a patre suo panem, qui recepit eum cum gaudio, reddens gracias Deo et dicto glor[mo] sancto, et ejus filiam sic mortuam solam tumulari fecit; dieque eadem XXVII^a junii, dict. avunculus ipsius pueri, una cum quadam ejus filia eciam in extremis laborante et eidem sancto recommissa et vota, ad dict. tumulum adduxit cum oblacionibus factis.

66. Die penultima mensis predicti junii, retulit Dominicus Clementis, de Terraschone, quod cum ipse cum quodam Gabriele Forneni antecedenter die mercurii sancta proxime preterita ad claudendum portas ville Terraschonis iret, quidam Petrus Boneii, alias Rappeya, ejusdem ville, una cum suo socio invasit dictos Clementis et Forneni, sicque in eorum conflictu dictus Clementis ipsum Rappeya in capite dè ense suo nudo taliter vulneravit quod ibi pro mortuo remansit. Qui Clementis propterea fuit incarceratus infra durissimos carceres, fuitque sibi relatum quod dictus Rappeia ex ictu illo erat mortuus, juxta relacionem medicorum et cyrurgicorum; qui Clementis hoc audiens, dubitans de statu suo, recommendavit dictum Rappeya, ejus adversarium, ipsi sancto Ludovico et vovit quod, si evaderet mortem et posset idem Clementis a carceribus liberari, ipse Clementis veniret ad dict. tumulum nudus, absque bibendo, comedendo et loquendo cum oblacione sua; et, ut retulit, statim habuit nova quod dictus Rappeya convalescebat, qui paulo post sanatus fuit et ipse a dict. carceribus, ubi stetit per XVII dies, relaxatus fuit, reddens

gracias Deo et ipsi sancto, venitque eadem die ad dict. tumulum cum oblacionibus suis nudus.

67. Ulterius equidem, die tercia julii, Georgius Achardi, castri Sancti Stephani de Civeriis, Nicien. diocesis, retulit quod ipse fuit impotens [86] de altero ex brachiis suis, videl. sinistro, habuitque fistulam in eo per xx^ti annos et ultra ; et audiens miracula que operabatur Altissimus dicti sancti intercessione, de Quadragesima proxime preterita recommendavit se precibus ipsius beati Ludovici et promisit venire ad ejus tumulum et portare sibi unum brachium cere duarum librarum ; et statim repperit se melioratum, et infra breve tempus fuit a dicta egritudine sanatus, et dicta fistula omnino curata et clausa extitit ; et eadem die tercia julii ad idem tumulum venit et portavit dict. brachium, reddens gracias Deo et ipsi glor^mo dno cardinali.

Secuntur nomina et attestaciones quatuor notariorum subscriptorum in transsumpto extracto a processu originali.

In testimonium vero quod presens breve transsumptum extractum fuerit a processu originali, ego Yvvo Rousselli, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, curieque archiepiscopalis et metropolitane Arelaten. scriba, una cum notariis subscriptis hic signum meum apposui consuetum manuale. Y. Rousselli.

Similiter attestor ego Bernardus Pangonis, notarius publicus de Arelate, qui hic mea propria manu me subscripsi et signeto meo manuali signavi. B. Pangonis.

Similiter ego Johannes Meriaci, civitatis Trecoren. oriundus, civis et habitator Arelaten., publicus ubique terrarum imperiali ac hic et ubique in predictis comitatibus Provincie et Forcalquerii regia auctoritatibus, ac eciam curie archiepiscopalis Arelaten. notarius et scriba juratus, una cum notariis supra et infra scriptis presens signum meum consuetum manuale hic apposui in testimonium premissorum. J. Meriaci.

Et quoniam ego Yvvo Beuff, apostolica et imperiali auctoritatibus notarius ac archiepiscopalis et metropolitane Arelaten. curie scriba, in hujusmodi brevis transsumpti collacionem presens interfui, ideo una cum aliis notariis supra scriptis signum meum manuale hic apposui consuetum in testimonium veritatis premissorum. Y. Beuff.

Vienne, Biblioth. impér. et roy., ms. palat. 3520 (anc. Lunæl. Q. 59), f°s 78-86 r°; provient de l'abbaye bénédict. de Mondsee. Le titre est en rouge.

3715 — 25 septembre 1450.

Capitulum [Lugdunen.] die vicesima quinta mensis septembris, anno Domini millesimo IIIJ^c quinquagesimo... Qua die prenominati dni capitulantes unanimiter canonicatum seu canonicalem portionem dicte ecclesie, ad presens vacantem per decessum rev^mi in Christo patris et domini dni cardinalis Arelatensis, quondam dicte ecclesie canonici, dederunt et contulerunt Carolo de Caro, subformario dicte ecclesie, presenti et acceptanti.

Arch. du Rhône. Fonds du Chapitre. Actes capitul., v. XIX, f° 312.

3716

Prosa de beato Ludovico Alamandi, cardinali Arelatensi.

Variantes du n° 1915 : — Vers 5-6, G. indiciis Innumeris, prece pia. — *9,* Insignis. — *11,* villa. — *12,* dixeris. — *19,* et l. — *20,* Mens p. — *35,* sit. — *46,* quod sit b. — *48,* sit.

Antyphona de beato Ludovico.

Salve, presul summe, Ludovice Alamandi, robur Ecclesie, plebis amor, cleri milicia, inimicis vena venie, rege stantes, jacentes erige et in pacis nos viam dirige.

℣ Sancte Dei Ludovice, pastor Ecclesie.

℟ Ora pro nobis Deum.

Oratio. — Deus, qui largiflue bonitatis consilio Ludovici Alamandi, confessoris tui atque pontificis, laudabilis vite meritis, Ecclesiam tuam adornasti et innumeris decorasti miraculis, concede propicius ut omnes auxilium ejus devotissime deplorantes, de quacumque tribulacione seu infirmitate tueantur et ab omnibus membrorum doloribus, gracia tua preveniente, se senciant liberari. Per Xpistum D. n.

Alia antyphona.

Sacerdos, cardinalis, pontifex, virtutum gloriose opifex, per tua merita celorum janua sit nobis aperta.

℣ Ora pro nobis, beate cardinalis Ludovice.

[℟] Ut digni efficiamur promissionibus Xpisti.

Oracio. — Deus, qui beatum cardinalem pontificemque tuum miraculis decorasti, presta nobis supplicibus tuis, ut ejus precibus et meritis ab omnibus infirmitatibus nostris liberemur atque ab imminentibus periculis corporis et anime protegamur, et gloria perfrui mereamur eterna. Per Xpistum D. n. Amen.

Alia antyphona.

Sacerdos et pontifex Arelatensis ecclesie, et virtutum opifex cardinalis gloriose, pastor bone in populo, in patria Provincie qui placuisti Domino vivens religiose, intercede pro nobis in celis victoriose ad Dominum Deum, cantans melodiose alleluia.

℣ Ora pro nobis, beate Ludovice cardinalis.

[℟] Ut per te liberemur ab universis malis.

Oracio. — Deus, qui meritis et intercessionibus beati Ludovici confessoris tui atque urbis Arelatis pontificis, et Sancte Cecilie cardinalis, dignaris mortuos suscitare, [87] cecos illuminare, claudis gressum et surdis auditum restituere, mancis incolomitatem ac de cunctis languoribus te pie invocantibus veram sanitatem prestare, concede propicius, ut omnes qui ejus devote implorant auxilium, peticionis sue salutarem consequantur effectum. Per Xpistum D. n.

Alia antiphona.

Gaudeat urbs Arelatensis inclita, tanti sui gloriosissimi antistitis decorata miraculis, que in ejus decessu tantum donum taleque gaudium evidens et manifestum suscepit.

℣ Ora pro nobis, beate Ludovice, cardinalis Arelaten. confessor.

[℟] Ut digni efficiamur promissionibus Xpisti.

Oracio. — Deus, qui sancte memorie beati Ludovici Alamandi, cardinalis hujusque sancte ecclesie Arelaten. presulis gloriosissimi, meritis et intercessione multos a mortis ergastulo resurgere, claudis gressum, cecis visum, surdis auditum, mutis loquelam, leprosis mundiciam, infirmis sanitatem prestare et de quacumque tribulacione ad te clamantes eripere dignatus es, concede propicius, ut ejus meritis et precibus contra cuncta nobis

adversancia optata remedia consequamur. Per Xpistum Dominum nostrum. Amen.

ALIA ORACIO.

Domine Jhesu Xpiste, qui dixisti : in paciencia vestra possidebitis animas vestras, obsecro te, Domine, ut sicut aurum in fornace per pacienciam probasti electum tuum atque sanctissimum confessorem dominum Ludovicum Alamandi, ita illum nobis concedere digneris intercessorem in celis, quem verissimum pastorem constituisti in terris, qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia.

Vienne, Biblioth. impér. et roy., ms. palat. 3520, f° 86 v°.

3717

[PROSA DE BEATO LUDOVICO ALAMANDI.]

GAUDE, presul sanctitatis,
Inclite Ludovice,
Insignisque civitatis
Arelatis nomine
Cardinalis deitatis
Presignite munere.

Gaude, pater, caritatis
Fulgens amplitudine,
Virtutumque claritatis
Prepollens [a] mirifice ;
Donis quippe comprobaris,
Prestante tunc numine [b].

Gaude, doctor veritatis,
Canonice sophie
Atque splendor castitatis,
Zelator justicie ;
Gemma nostra clericalis
Factus es dignissime.

Gaude, quia lux solaris
Te perfudit glorie,
Ab omnibus veneraris
Miraculorum ordine,
Nunc in celis collocaris
Cum sanctorum agmine,

Gaude, stella salutaris,
Lumen fundens gracie,
Portus vie tutus maris
Predicaris benigne,
Sic pro nobis depreceris
Jhesum, natum Marie.

℣ Sacerdos Dei, Ludovice, pastor eggregie, ora pro nobis Deum.

[℟] Ut digni efficiamur promissionibus Xpisti. [*v°*]

Oratio. — Deus, qui presentem ecclesiam novo partu decoratam mirifice sublimasti, atque devotissimum antistitem tuum gloriosum Ludovicum Alamandi, miraculis coruscantem, egris sanitatem, cecis visum, claudis gressum concedere voluisti, fac nos, quesumus, ejus precibus gloriosis ab omnibus preservari nocivis et eterne beatitudinis gaudia consequi sempiterna. Per Xpistum Dominum nostrum. Amen.

Vienne, Bibl. imp. et roy., ms. pal. 3520, f° 87 r° *(A)*. Munich, Bibl. roy., ms. lat. 4423 (anc. Aug. S. Ulr. 123), f° 144 *(B)*. Ce dernier doit être une copie du précédent, car il se compose de mélanges recueillis par frère Simon Weinhart, de Füssen *(Faucen.)*, moine de St-Udalric d'Augsbourg, qui séjourna deux ans (1481-2) au monastère de Mondsee.

3718

ALIUD CARMEN [DE EODEM BEATO].

LUDOVICE lucens, tuos si pandere miros
Signorum cumulos attrisque [c] promere celsos,
Aut mentis arduos censere singula fagos,
Sileo non validus te tollere laudibus equis,
Tardaque licet Gallas personarit nominis aures
Fama tui, cujus laudem si lingua sileret,
Mensuram ad meriti, tamen tibi nobile laudes
Reddet opus meritas, te nec spes certa relinquet,
Laudis habere satis, cum summi orator in altis
Pontificis sedeas, cujus tibi dextera sacras
Presens effudit opes, huic qui pociora merenti
Impendet majora tibi nomenque decusque.

ALIUD CARMEN.

En nova cardineo virtus sata lumine terris,
En nova de superis animis data gracia puris,
Ecce Sabaudigenum decus atque insignis origo,
Stirps Alamande residens Ludovicus in astris,
Qui jacet hoc templo, faciens miracula vulgo.
Quisquis ad hunc sanctum devoto corde cucurrit,
Detulit auxilium medius, testante popello.
Gaudia ferte animis, cives gregis Arelatensis,
Accensasque afferte faces ac dona beato,
Vosque viatores meritos facitote precatus,
Ut dedit iste aliis, vobis dabit auxiliumve.

ALIUD CARMEN.

Agmine sidereo de cujus luminis haustu
Astra jubar rapiunt liquidum secas aera pennis,
Sublimibus volans ab alis es Alamagnus
Ludovicus lucens regia celsa manu.

Sancte, qui tanti mensuram nominis imples, [*88*]
Quod gemmas gemmis nobilitate genus,
Dulcis, pacificus, mitis, pie, grate, pudice,
Nunc videas populum altus ab arce tuum.

Corpore formose, sed mente magis generose,
Flores etate virgo floridus flores
In superum requie pulsa caligine nitens,
Effice me meritis tempus in omne meum.

Vas redolens morum, malo scire ponere lorum,
Nomen ab eterno posteritate ferens,
Ad tua me fluctus projectum littora portent,
Occurramque oculis intumulatus tuis.

Vienne, Biblioth. impér. et roy., ms. palat. 3520, f° 87 v°.

3719

EPISTOLA AD BEATUM LUDOVICUM CARDINALEM ARELATENSEM.

Glorioso cardinali beato Ludovico Alamandi, archiepiscopo Arelatensi, devotam visitacionem.

UBI es, alme presul ? An te flens ridensve quesitem ? Si fletu, in pietate compassioneque fondor, tue bonitatis recolendam culturam agens ; si risu, hoc dulcorosorum mirabilium tuorum inspectu[s] digne parit. Intus es, extra sum, quorsum te queram ? Certe, antistes beate, silenciosum nomen tuum in terris non redditur, e vestigio rectos superflagrans tis fama gressus meos tuum ad dignissimum tumulum Arelate perduxit, miliari gencium circumdatum, tui suffragii concursum prestolancium. Hic devota corpus sacrum visitacione constipamus, animam vero superno numine laureatam, tanquam nobiscum viventem amplectimur ; et quem benefactorem dudum quasi nudiustercius vita comite possedi, nunc patrocinantem glorificatum super astra contemplor. Responde, celse presul, aut michi respondendi fas tribue : Quibusnam exutus humanitate gradi-

a. A prepollenti. — *b*. A neupmine. — *c*. astrisque ?

bus sidera conscendisti? Extimabamus enim te prelatorum aliorum communi more sarcofagatum, mortuorum tamen compereris mirabilis frequensque suscitator, et oculorum incipiencium mori valitudinarius multiphariusque rectificator; extinctus longe propalabaris, sed mutis facunda eloquia, cecis visum, surdis auditum, eciam sic natis mancis, claudis, contractis, podagris et impotentibus validitatem, leprosis incolumitatem, furiosis et demoniacis pacificum sensum, desolatis solamen restituere te comperio, et cunctorum languorum fructuosa erogare remedia. Vivis ne? profecto celebs vivus et si qua quis dignitate vite etheree sanctitatis [v^o] scalam scandere promeruerit, te pia nitidaque vita michi funditus agnita beari merito deposcit. Nec alienum judicavi, quamvis novum te beatum vocari. Numquid benigne mansuetudinis ritus adeo te reddidit illustratum, ut tractatorem suavissimum te quisque mel semper ore gerentem personarent? Qua quidem pro mansuetudine affluunt xpisticolarum conciones oracionum et benedictionum rependia tue beatificacioni jacientes. An tuam etatem quis humillima paciencia procellerit? Secularia dirigebas, que rota Yrionis volubiliora sunt. Illa tamen in directos tramites perducebas, spiritualia dum tractabas, in hiis omnibus presidens constitutus, materiam ecclesiasticam qua vermis conscientie disserpit diuturnioribus lustris exagitans, obprobria, ludibria, minas, infamaciones, detractiones, derisus, contumelias et injurias quis connumerabit, quibus lacessitus crebro permansisti? Amena tamen responsa pro materiis diris rependebas, nec pauco, sed annorum protacto discursu. Hoc humilime genus observasti, nunquam elato, turgido, procacive responso violatum. En Frankfordie norunt cuncti publicis verbalibus injuriis, caniciem tuam venerandam, emulorum obtrectacione quasi plexam. Tu vero exacerbantes injurias nullo verbo repellens, ad discussionem principalis materie, auctoritatem Ecclesie, respondens processisti. Quidam unde prelatus attinens tuus, contumeliam tantam tolerare non valens, pacienciam tuam increpans, obprobrianti magnanime ait falsa dicta prompsisse, quem attinentem tu repellens inquisti : « Equo tolerare numquid animo debeo verbales injurias, cum Jhesum, cujus res agitur, nedum verba, sed verbera dira conflixerunt? » Nunc autem, celse presul, premia tua pro hiis sunt, ut pro tui sacri tumuli osculo vix genti supersit facultas : nam concursus tantorum illum invadit et procube supineque occupat, ut fas approximacionis semper illi non sit. Nudos et camisiis solum amictos in turmis te venerantes conspicio; super poblites multi alii pie super artus serpentes tua limina colere adveniunt, misericordiam Dei tua media prece sonore acclamantes. Hec ideo tibi interjecta verbalis turpedo in magnificatam laudem commutacionem deduxit. Heu! mi sacer, heroum dominantumque voluntates te omni beneficiali subvencione annis multiplicatis denudarunt, unde vergere in egestatem reverenda etas tua visa est, sed superaddita calamitate, quidam predunculi te a Germania redeuntem fere cunctis restantibus opibus exuerunt. Ea quis frigidiori paciencia longeve tolerare potuisset, quam has tu jacturas leto animo preteristi? Nunquam horum te obrepsit alia objurgacio quam semper laus Dei in verbis tuis effloruerit. Merces ideo tua est, ut penthametri tempore a felici tis celorum advolatu jam plusquam sex turnum pendent oblativa ensenia tumulum tuum dignanter adornancia. Et vacuis manibus neminem vidi, quin pro deperditis munera e cunctis regionibus ad te ditandum afferantur. Nulli preterea licet inimicabaris, adversabantur fere cuncti principes tue pacificacioni pro veritate decertanti, malivolencie jaculis undique emissis. Nunc qui tuam opitulacionem acclamare forcius valebit, hic dilectior inter omnes habebitur. O pater beate, quidquid perjurie passus sis, pauperum pater esse non desiisti; ideo misericors misericordiam consecutus es. Equidem reor aut te Job equiparari aut parumper ab eo distare, qui nunquam motus, equalis semper in paciencia fuisti, fragilitatem humanam et superans et in beatam inconvincibilemque naturam connectans, nil rancoris detinuisti, sed parcendo Stephani more pro persecutoribus semper orasti. [89] Supersunt testes veraces, denique contestes insurgunt, tuam continenciam a tuis primordiis explorati; et sic in scala virtutum celica gradum minimum non obmittis, qui humilitate, largitate, castitate, paciencia, sobrietate, caritate, fervida diligencia, nec minus constancia floruisti. Laudaris in Deo, in terris nec minus laudaberis, pacem et unionem Ecclesie tuo ministerio formatam remansisse. Si autem in te virtutes magnificasti, non degenerasti : magnificam enim stirpem tuam antiquitate milicie cognominis Alamanorum Sabaudi genar' re et fama immaculatam, quam secutus es, ut illius preclarum nomen nunc validius sublimes et gracie superne tuos conjunctiores efficias. Cum igitur beatus intra sis, extra vero peccator sim, janitorem excita, cives sanctorum commone, intemeratum Virgineum uterum allice, Redemptoremque exora, ut meis exuar mesticiis, eterneque vite post hanc particeps effectus, te triumphantem videre merear in celis. Amen.

Tue felicitatis devotissima creatura,
Vincencius de Ruppe.

Vienne, Biblioth. impér. et roy., ms. palat. 3520, f° 88.

PIERRE DE FOIX.

3720 27 septembre 1418.

Le pape Martin V assigne 1000 flor. auri de cam. nob. v. Matheo de Fuxo, militi Burdegal. dioc., propter ejus necnon Petri, tit. S. Stephani in Celiomonte presbyt. cardinalis, et Johannis comitis Fuxi, ejus germanorum, Rom. Ecclesiæ servitia prestita.

Arch. Vatic. Reg. 352 (Mart. V. an. I II), f° 204.

3721 Florence, 2 mars 1419.

Die jovis IIa martii, revmus pater dom. cardinalis de Fuxo intravit Florentiam, veniens de Avenione.

Acta Consistor. 1409-33, arm. x, f° 92a; arm. XII, p. 115.

3722 Florence, 15 avril 1420.

Die XV aprilis, dom. cardinalis de Fuxo recessit de Florentia ad partes proprias (*f° 106b; p. 130*).

3723 Rome, 16 décembre 1423.

Dom. cardinalis de Fuxo, veniens de partibus suis, intravit Romam et sic sunt XII cardin. : ... de Fuxo... *(f° 143)*.

3724 Rome, 31 janvier 1424.

Provisum monasterio de Lusato, Cluniac. ord., Riven. dioc., vacanti per lapsum vel revocationem commende de ipso facte r. p. d. cardinali de Fuxo, qui eidem renuntiavit... *(f° 144ᵇ)*.

3725 12 mars 1424.

Ne, propter dissolutionem Senensis concilii, reformatio universalis Ecclesie et Romane curie impediatur aut retardetur, *le Pape signifie* se Antonium episcopum Portuen. et Petrum tit. S. Stephani in Celio Monte presbyt. ac Alphonsum S. Eustachii diacon. cardinales, super hoc ad recipiendum... informationes... deputavisse.

HARDT (von der), *Magn. œcumen. Constantien. conc.*, t. I, p. 166-7.

3726 20 mai 1424.

Orta dudum inter Petrum, tit. S. Stephani in Celiomonte presbyt. cardinalem, et Petrum Gaytani, litterarum penitentiarie nostre scriptorem, qui se gerit pro clerico Arelat. dioc., super prioratu seculari ecclesie S. Geruncii de S. Geruncio, Conseran. dioc.,... materia questionis, *le Pape atteste que le clerc a abandonné la cause et renoncé à son droit.*

Arch. Vatic. Reg. 350 (Mart. V. an. VI-X), f° 89 v°.

3727 (1966) 8 janvier 1425.

D. lune VI idus januarii, factus est legatus de latere in regno Aragonie et terra regis Aragonum subditisque r. p. d. cardinalis de Fuxo.

Acta Consistor. 1409-33, arm. X, f° 152ᵃ.

Bulle du pape Martin V : Christus Dei filius... (Petrum, tit. S. Stephani in Celio monte presbyt. cardinalem, legatum ad Alphonsum regem Aragonum mittit, pro statu Rom. ecclesie, tanquam legatum a latere.) Dat. Rome, apud Ss. Apostolos, VI. idus jan., anno VIII.

BZOVIUS, *Ann. eccles.*, t. XV, p. 658.

Le ms. I. 552 de la bibliothèque Borghèse à Rome renferme les « Acta legationis Petri tit. S. Stephani in Cœliomonte presbyt. cardinalis de Fuxo nuncupati, qui per Martinum V. P. M. missus est ad Alphonsum Aragonie regem pro exstirpando Panischolen. schismate aᵒ Dⁱ 1425 ». Des fragments en ont été publiés, d'après un autre exemplaire, par RAYNALDUS, *Ann. eccles.*, an. 1425, nᵒ 1 ; 1427, nᵒ 21 ; 1429, nᵒˢ 2-6 ; BZOVIUS, *Ann. eccles.*, an. 1426, nᵒ 5 ; 1427, nᵒ 13 ; 1430, nᵒ 1 ; et CONTELORIUS, *Martini V. vita*, 1641, pp. 4, 24, 32, etc.

3728 8 janvier 1425.

Bulle de Martin V dil. fil. Petro tit. S. Stephani in Celiomonte presbytero cardinali, in regno Aragonie et omnibus aliis partibus, insulis, civitatibus, terris et locis carissimo in Xᵒ filio nostro Alfonso Aragonum regi ill. subjectis, apostolice sedis legato. Cum te in regnum... *Il lui donne l'autorisation de se réserver la nomination à 20 bénéfices ecclésiastiques et de pourvoir à leur vacance (Reg. 350, f° 93-4).*

3729 8 janvier 1425.

Pouvoir d'absoudre dans le territoire de sa légation et en dehors tous ceux qui après le concile de Constance ont adhéré à Pierre de Luna (f° 114).

3730 8 janvier 1425.

Faculté de permettre l'exportation des marchandises, exceptis armis, ferro, lignaminibus et aliis prohibitis, ad Alexandrie et alias partes et terras ultramarinas que per soldanum Babylonie detinentur *(f° 115ᵃ).*

3731 8 janvier 1425.

Autorisation de recevoir les résignations de bénéfices (non réservés au St-Siège, ni du patronage des laïques ni conventuels) et de les conférer par permutation (f° 115).

3732 8 janvier 1425.

Pouvoir d'autoriser les ecclésiastiques séculiers à dire les heures canoniques ad usum Rom. curie, nec ad alium usum dicendi coarctari valeant *(f° 116ᵃ).*

3733 8 janvier 1425.

Autorisation pour une fois de renouveler les privilèges accordés par les pontifes Romains (ibid.).

3734 8 janvier 1425.

Autre quascq. personas a juramentis per eas prestitis absolvendi illaque ipsis relaxandi *(ibid.).*

3735 8 janvier 1425.

Faculté de dispenser 50 ecclésiastiques pour se faire ordonner prêtres à 22 ans révolus (f° 116ᵇ).

3736 8 janvier 1425.

Autre d'absoudre tous ecclésiastiques de naissance illégitime, qui ont été promus aux ordres sacrés sans dispense et en ont rempli les fonctions (ibid.).

3737 8 janvier 1425.

Autre d'autoriser tous ecclésiastiques à recevoir les ordres mêmes sacrés en dehors des Quatre-Temps et à être promus à deux le même jour (f° 117ᵃ).

3738 8 janvier 1425.

Autre de donner à chacun le pouvoir de tester et de disposer librement de ses biens, même provenant de revenus ecclésiastiques, mais non de l'autel (ibid.).

3739 8 janvier 1425.

Autorisation d'interpréter les constitutions des pontifes Romains et des légats du St-Siège touchant le gouvernement de l'Eglise, les mœurs des prélats et du clergé (f° 117).

3740 8 janvier 1425.

Faculté d'accorder à 200 personnes la permission de visiter le saint Sépulcre et autres lieux et oratoires de Terre-Sainte (f° 117ᵇ).

3741 8 janvier 1425.

Pouvoir de dispenser 100 personnes des cas de la compétence du grand pénitencier (ibid.).

3742 8 janvier 1425.

Autre de dispenser pour une fois cum 200 viris et totidem mulieribus, dummodo nobiles et graves persone sint, *du 3e ou du 4e degré de consanguinité ou d'affinité, en vue du mariage (f° 118^{a}). — Autre pour 60 (f° 118^{b}).*

3743 8 janvier 1425.

Permission d'entendre et de terminer sommairement les causes portées devant son tribunal (f° 118^{a}).

3744 8 janvier 1425.

Pouvoir de dispenser les bâtards, en vue de succéder aux biens de leurs parents et alliés, sauf préjudice des héritiers naturels (ibid.).

3745 8 janvier 1425.

Autre de dispenser tous religieux de l'irrégularité contractée en célébrant en état d'excommunié, non tamen in contemptum clavium *(f° 118^{b}).*

3746 8 janvier 1425.

Autre de dispenser hac vice cum 100 viris et totidem mulieribus, *qui ont contracté mariage, ignorant qu'ils étaient liés par le 4e ou le 3e degré de consanguinité ou d'affinité (ibid.).*

3747 8 janvier 1425.

Autre d'absoudre sacrilegos incendiarios et effractores ecclesiarum et monasteriorum, ac raptores, *sauf restitution (f° 119^{a}).*

3748 8 janvier 1425.

Autorisation de conférer, durant sa légation, jusqu'à 50 bénéfices ecclésiastiques de ses familiers (f° 119).

3749 8 janvier 1425.

Pouvoir de réformer, dans les limites de sa légation, studia generalia nec non collegia in eis fundata *(f° 119^{b}).*

3750 8 janvier 1425.

Autre d'accorder omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad constructionem ecclesiarum nec non hospitalium reparationes... manus porrexerint adjutrices..., tot annos et tot quadrigenas quot per constitutiones cancellarie ordinatum extitit *(f° 120^{a}).*

3751 8 janvier 1425.

Autre d'avoir dans le lieu de sa résidence duos probatos presbyteros penitentiarios et confessores, *qui pourront absoudre des cas de la compétence des* minores penitentiarii *(f° 120).*

3752 8 janvier 1425.

Autre d'absoudre les personnes qui ont exporté, sans permission du St-Siège, des marchandises et autres choses défendues à Alexandrie d'Egypte et aux pays maritimes détenus par le soudan de Babylone et autres infidèles (f° 120^{b}).

3753 8 janvier 1425.

Autre de dispenser cum illegitime natis, si fuerint bone vite, ut ad sacros ordines promoveri valeant *(ibid.).*

3754 8 janvier 1425.

Autre d'autoriser à conserver deux bénéfices incompatibles durant trois ans (f° 121^{a}).

3755 8 janvier 1425.

Autre de dispenser de l'excommunication et de l'irrégularité personas ecclesiasticas que, simoniaca pravitate interveniente, sacros ordines receperunt vel beneficia adepte sunt *(f° 121).*

3756 8 janvier 1425.

Autre d'accorder à 100 personnes que leur confesseur leur octroie pleine rémission de leurs péchés à l'article de la mort (f° 123^{b}).

3757 8 janvier 1425.

Autre d'absoudre et de dispenser de tous les cas non réservés au St-Siège (f° 252^{b}).

3758 8 janvier 1425.

Autre de concéder tabellionatus officium *à 40 personnes âgées de 25 ans, même dans les ordres sacrés ou mariés (f° 253^{a}).*

3759 8 janvier 1425.

Faculté audiendi et terminandi *toutes causes dévolues au St-Siège, pourvu qu'un des plaideurs... (f° 256^{b}).*

3760 27 janvier 1425.

A la prière du cardinal Pierre, le Pape l'autorise ut S. Laurentii in Damaso de Urbe, quod titulus tui cardinalatus existit (*sic*), ac Convenarum, Lombarien. cathedrales, quas ex concessione et dispensatione apostolica obtines, nec non quascq. alias etiamsi archiepiscopales existant, que... in futurum obtinebis, ecclesias, ac monasteria aliaque loca ecclesiastica... per personas idoneas usque ad decennium visitare et procurationes... debitas recipere (*f° 91*).

3761 27 janvier 1425.

Le Pape charge de l'exécution de la bulle précéd. l'évêque d'Aleth (Electen.) *et les officiaux de Nantes et de Lectoure (f° 91^{b}).*

3762 8 février 1425.

Pendant sa légation, le cardinal Pierre pourra absoudre les personnes du pays que sacras moniales actu fornicario violarunt (*f° 93^{a}*).

3763 Rome, 21 février 1425.

Martin V assigne au même une pension annuelle 200 mutonum auri parvorum in regno Francie currentium, *sur les fruits de la prévôté de l'église de Maguelonne,* de qua dudum tibi apostolica fuit auctoritate provisum, *dont il n'avait pas pris possession et qu'il avait, le jour même, résignée entre les mains du Pape (Reg. 355, f° 169^{b}).*

3764 21 février 1425.

Le Pape charge de l'exécution de la bulle précéd. les évêques de Nîmes et d'Avignon, ainsi que l'abbé de Saint-Sauveur d'Aniane, au dioc. de Maguelonne (f° 168b).

3765 2 mars 1425.

Dom. cardinalis de Fuxo recessit de curia, legatus ad regnum Aragonie et non participabat.

Acta Consistor. 1409-33, arm. x, f° 154ª.

3766 7 mars 1425.

Le Pape commet les évêques d'Aleth et de Conserans, avec l'official de Rieux (Riven.), *pour veiller à l'exécution de la bulle n° 3726* (*Reg. 350, f° 90*).

3767 (1967) 30 mars 1425.

Die veneris III kal. april., provisum ecclesie Lombarien. de persona Geraldi de Ama el¹, revocata commenda facta r. p. d. cardinali de Fuxo ad biennium, fructibus tamen eidem d. cardinali per idem tempus reservatis.

Acta Consistor. 1409-33, arm. x, f° 154ª.

3768 1er juillet 1426.

Lettre de Martin V Petro tit. S. Stephani in Celio monte presbyt. cardinali, Sedis apostol. legato. Decens reputamus... Cum palatium in civitate Montisflasconis situatum ipsa structura et bonitate aeris excellens sit et magnis viris convenire videatur, nos volentes tam tibi quam prefato palatio providere, predict. palatium, quod etiam aliqua reparatione indiget, tibi per te quoad vixeris tenendum et etiam providendum motu proprio concedimus (*Reg. 350, f° 257b*).

3769 1er juillet 1426.

Lettre du même au même : ...Cum in tue legationis officio magna cum laude verseris, ut ad nostram notitiam deductum est, nos tibi ut... legationis etiam officium in dominiis nob. vir. Johannis Fuxi, Mathei Convenarum et Guastonis Longeville comitum, germanorum tuorum, exercere valeas concedimus facultatem, cum omnibus facultatibus tibi a Sede apostol. concessis (*f° 257b*).

3770 9 janvier 1427.

Lettre de Martin V Petro tit. S. Steph. in Monte Celio presb. cardin., in dominiis nob. vir. Johannis Fuxi, Mathei Convenarum et Gastonis Longeville comitum, germanorum tuorum, nec non nob. mulieris Elisabeth tue et dict. comitum genitricis, apost. Sedis nuntio.... Cum nunc decreverimus te de regno Aragonum... absentare, propter que ad dominia tuorum divertere proponis, te in Lascurren., Aduren., Aquen., Oloren., Tarvien., Convenarum, Lombarien., Riven., Conseran. et Appamiarum civitatibus et diocesibus aliisque dominiis pred. nostrum et apost. Sedis nuntium constituimus, tibi... concedentes quod plena potestate legati a latere... gaudeas (*f° 277*).

3771 (Avant 1er avril 1427.)

Bref de Martin V à l'évêque de Valence (*Espagne*). Cupientes ut finis apponatur litibus vigentibus inter te, pro tua ecclesia Valentin., et cives et communitatem Valent., commisimus Petro, tit. S. Steph. in Celio monte presb., et Alfonso, S. Eustachii diac. cardinalibus, *lesquels lui ont transmis leur jugement, qu'il lui envoie pour y donner son consentement.* Ro[me].

Arch. Vatic. Arm. XXXIX, vol. IV, f° 113.

3772 30 avril 1427.

Provisum ecclesie Tarviensi, vacanti per obitum..., reservata annua pensione 500 flor. auri de cam. usque ad triennium dno cardinali de Fuxo, de consensu d. Raymundi.

Acta Consistor. 1409-33, arm. x, f° 175ª.

3773 19 juin 1427.

Lettre du pape Petro tit. S. Steph. in Celio monte presb. cardin., in regno Aragonie... apost. Sedis legato. *Il lui donne le pouvoir, dans l'étendue de sa légation, de dispenser de l'empêchement d'honnêteté publique* propter sponsalia... (*Reg. 351, f° 1b*).

3774 19 juin 1427.

Pouvoir de réserver 20 bénéfices et de les conférer à des ecclésiastiques qui en soient dignes (ibid.).

3775 19 juin 1427.

Autre de réserver jusqu'au 1er janv. 100 bénéfices, auxquels nommera le roi Alphonse d'Aragon (f° 3).

3776 (Août? 1427.)

Bref de Martin V au cardinal de Foix, légat en Aragon : Sentientes antea regem Aragonum esse contentum quod in regnum ejus intrares et ibidem legationis officium exerceres, tibi super hoc scripsimus ; et novissime receptis litteris tuis, cum copia earum quas scripsisti regi prefato et responsionis sue, respondemus quod placet nobis ut ingrediaris dict. regnum ; significamus tibi quod ad sententiam contra regem non processimus nec procedemus quamdiu erimus in spe reductionis sue, ad quam eum coneris inducere. Ro[me].

Paris, Arch. Nat., LL. 4ª, f° 64. Rome, Arch. Vatic., arm. XXXIX, vol. IV, f° 172 ; v. VI, f° 132.

3777 22 septembre 1427.

Provisum monasterio de Fuxo, ord. S. August. canon. regul., Appamiarum dioc., vacanti per resignationem d¹ Raymundi episcopi Tarbien., procuratoris et procuratorio nomine d¹ Petri cardinalis de Fuxo, in manibus d¹ B. cardinalis Placentin., de speciali mandato D. N. Pape specialem potestatem habentis et eam recipientis et admittentis,...

Acta Consistor. 1409-33, arm. x, f° 179 v°.

3778 Rome, 5 mai 1428.

D. N. transtulit... in consistorio secreto, ad relationem r. p. d. P. cardinalis de Fuxo ; — ...commendavit ad relationem predicti d. cardinalis de Fuxo.

Acta Consistor. 1409-33, arm. x, f° 184 v°.

3779 (11 septembre 1428.)

Bref de Martin V Alfonso Aragonum regi. Pergrate fuerunt nobis littere tue, quas nuper accepimus de manu Petri, tit. S. Stephani in Celio monte presbit. cardinalis, apostol. Sedis legati, et pergrata relatio nobis facta de tua dispositione nobis et Ecclesie totis affectibus obsequendi ; et vicissim in futurum uberior erit usus nostre benivolentie, qui fuit intermissus aliquo temporis intervallo. Ceterum ad te venit Rogerus, episcopus Aduren., ex parte prefati cardinalis, informati de nostra intentione super appunctuamentis petitionum tuarum, talibus que non dubitamus tibi grata fore ; nam que aliena sunt ab omni ratione dignitatis nostre velle et optare non debes. Ro[me].

Paris, Arch. Nat., LL. 4a, fº 67. Rome, Arch. Vatic., arm. xxxix, vol. IV, fº 180 vº-1 ; v. VI, fº 153. Raynaldus, *Ann. eccles.*, aº 1428, nº 1.

3780 (1428/9.)

Bref de Martin V aux citoyens de la ville de Valence : cupientes ut finis apponatur controversiis vigentibus inter Johannem episcopum Valentin. pro sua ecclesia et universitatem vestram, auditis his que pro parte ipsius episcopi et vestra fuerunt proposita coram nobis pro sedatione discordie, commisimus Petro, tit. S. Stephani in Celiomonte presbit., et Alfonso, S. Eustachii diac. cardinalibus, ut partes audirent et inter eas concordiam amicabiliter pertractarent. Qui, post plures tractatus habitos cum procuratoribus ipsius episcopi et vestris in Romana curia existentibus, retulerunt nobis judicium suum, juxta contenta in capitulis per eosdem cardinales ordinatis. *Ordre d'y donner leur assentiment d'ici au 1er mars.*

LL. 4a, fº 38 vº. Arm. xxxix, vol. IV, fº 197 vº-8.

3781 28 janvier 1429.

Lettre de Martin V au cardinal Pierre de Foix, qu'il envoie de nouveau en légation au royaume d'Aragon : Attendens quod in castro Paniscole nonnulla clenodia, jocalia, vasa aurea et argentea, libri, calices, paramenta et bona alia consistunt, quedam vero... occupata, impignorata, vendita, que ad apostol. cameram pertinent, postquam ipsi de Paniscola ad obedientiam reducti fuerint, *il se chargera de récupérer tous ces biens* (*Reg. 351, fos 93b et 99*).

3782 28 janvier 1429.

Cum ad regnum Aragonie eum iterum remittit, omnes facultates ei concessas renovat (*ibid.*)

3783 28 janvier 1429.

Lettre du pape à Alphonse, roi d'Aragon. Rediens a serenitate tua... *Il lui donne* castrum et villam Paniscolle, Dertusen. dioc., ad R. E. pertinentia, per quondam Petrum de Luna ab ordine S. Marie de Montesia distractum ac ipsi Ecclesie applicatum (*fº 94a*).

3784 28 janvier 1429.

Lettre du même au cardinal Pierre : Sperans, sicut relatione multorum informatus est, quod rex Aragonie operam dabit ut schismatici ad apostol. Sedis gremium reducantur, *il l'autorise à lui faire remise des* censibus sive responsionibus *dus* R. E. pro insulis Cicilie, Sardinie et Corsice (*fº 94*).

3785 28 janvier 1429.

Lettre au même : Quando pro reductione schismaticorum in castro Paniscole generale parlamentum tenebit et convocabit ad illud personas ecclesiasticas et seculares, *il pourra autoriser leur confesseur à leur accorder la rémission de tous leurs péchés à l'article de la mort* (*fº 94b*).

3786 28 janvier 1429.

Pour subvenir à ses dépenses, le Pape assigne au cardinal 3500 flor. à prendre super introitibus, in partibus sue legationis ad apostol. cameram pertinentibus, *à raison de 500 flor. par mois* (*fº 96a*).

3787 28 janvier 1429.

Il lui donne le pouvoir d'absoudre des sentences et peines encourues pour injures, offenses ou dommages au Pape ou au St-Siège (*fº 96*).

3788 28 janvier 1429.

Mandat de séparer de la mense archiépiscopale de Saragosse loca de Armyo et de Arcos, Cesaraugust. dioc., *et d'en faire don* Francisco de Armyo, civi Valentin., *secrétaire du roi Alphonse, pour le récompenser de ses services* (*fº 97a*).

3789 28 janvier 1429.

Autre de confirmer au même la jouissance d'une maison appartenant au chapitre de Valence et une autre petite à l'archidiacre Alzazree (*fº 97*).

3790 28 janvier 1429.

Le roi d'Aragon ayant signalé au Pape que les revenus des églises métropolitaines et cathédrales de l'île de Sardaigne étaient tellement amoindris que des prélats étaient réduits à mendier, Martin V autorise son légat à en unir deux ou trois (*fº 97b*).

3791 28 janvier 1429.

Mandat au cardinal légat de remettre in statu quo ante *ceux qui hésitaient à plaider en cour de Rome, par crainte de l'édit du roi,* quo prohibitum erat ne ad dict. curiam pro prosequendis negotiis accederent (*fº 98a*).

3792 28 janvier 1429.

Pouvoir d'ériger en abbaye le monastère S. Vincentii extra muros Valentin., Cisterc. ord., *dépendant de celui de Poblet* (Populeto), Terracon. dioc., *qui, fondé par les ancêtres du roi,* adeo bonis et numero personarum prestet quod dignitatis abbatialis honore mereretur decorari [1] (*fº 98b*).

1. Cette érection ne semble pas avoir eu lieu ; voir Janauschek, *Origin. Cisterciens.* (1877) t. I, p. lxxxij.

3793 28 janvier 1429.

Ordre de casser certains contrats de gage passés par Pierre de Luna, lequel avait accordé contre argent des bénéfices ecclésiastiques à certaines personnes, qui se trouvent remboursées du capital (*f° 99b*).

3794 28 janvier 1429.

Autorisation d'assigner tam Egidio Munionis quam et aliis cum eo in Paniscola residentibus *des pensions annuelles sur la chambre apostolique, jusqu'à ce qu'ils soient pourvus de bénéfices vacants dans ces parages* (*f° 100a*).

3795 28 janvier 1429.

Pour subvenir à ses dépenses, le légat est autorisé à engager omnia jura ad eum ratione capelli sui cardinalatus pertinentia *jusqu'à concurrence de 3000 florins* (*f° 100b*).

3796 28 janvier 1429.

Autre de pourvoir de aliqua persona idonea et Rom. ecclesie devota, *le siège de Valence, vacant par la mort de l'évêque Hugues, dont le remplacement avait été réservé au St-Siège* (*f° 100b*).

3797 28 janvier 1429.

Autre d'assigner au roi d'Aragon, en récompense de son concours pour ramener errantes ab unitate fidei in castro Paniscole, *la première année des fruits de tous les bénéfices à vaquer dans le ressort de sa légation* (*f° 101b*).

3798 28 janvier 1429.

Autre d'imposer sur tous les ecclésiastiques (l'ordre de St-Jean de Jérusalem excepté) caritativum subsidium, *dont le montant sera remis au même roi après le retour à l'unité de l'Eglise des gens de Peñiscola* (*f° 102*).

3799 28 janvier 1429.

Autre de pourvoir au remplacement d'Hugues, abbé du monastère B. M. de Rosis, ord. S. Bened., Gerunden. dioc., *provision réservée au St-Siège* (*f° 103b*).

3800 28 janvier 1429.

*Sur la demande du roi d'Aragon, il autorise son légat à créer un vicaire général ou official forain, qui sera chargé d'*Orisla, Alacant *et autres lieux du diocèse de Carthagène, situés dans le royaume de Castille et soumis à l'interdit depuis 4 ans et plus par l'ordinaire, que la guerre empêche de s'y rendre en sécurité* (*f° 104*).

3801 28 janvier 1429.

Le Pape établit le cardinal de Foix légat du Siège apostol. in regno Aragonie et omnibus partibus ditioni Alphonsi regis Aragonum subjectis, *pour recevoir* Egidium Munionis et ejus sequaces et quosvis alios in castro Peniscole, Dertus. dioc., existentes, ad unitatem Ecclesie, si redire voluerint (*f° 104a*).

3802 28 janvier 1429.

Autorisation de confirmer la nomination faite ou à faire par le roi Alphonse à 33 bénéfices ecclésiastiques (*f° 106-7*).

3803 28 janvier 1429.

Autre de conférer un ou plusieurs bénéfices personis in castro Paniscole existentibus, postquam ad R. E. unitatem redierint, *et un à 10 personnes* benemeritis *dans le ressort de sa légation* (*f° 107b-9a*).

3804 28 janvier 1429.

Le roi travaillant efficacement à la réduction des schismatiques, le légat devra l'absoudre ainsi que tous autres des biens pris à la chambre apostolique (*f° 109*).

3805 28 janvier 1429.

Martin V renouvelle au cardinal de Foix les pouvoirs de nonce contenus dans la bulle du 9 janv. 1427 (*n° 3770; f° 111a*).

3806 28 janvier 1429.

Faculté de remettre les injures, offenses et dommages faits au St-Siège par désobéissance aux lettres apostoliques, obstantibus edictis regiis (*f° 111*).

3807 28 janvier 1429.

*Permission de confirmer un prêtre du diocèse de Valence dans la rectorie d'*Alcon, *dont la nomination était dévolue au St-Siège* (*f° 111b*).

3808 28 janvier 1429.

Pour lui permettre de satisfaire promptement au roi d'Aragon pour la somme accordée avec lui, et ut ipse etiam ad reducendos schismaticos ad obedientiam nostram animetur, *le légat est autorisé à engager les revenus de la chambre apostol. dans ces parages* (*f° 117b*).

3809 1er mars 1429.

Faculté de conférer le bénéfice d'un de ses familiers devenu vacant à un autre (*Reg. 358, f° 291*).

3810 (Mai? 1429.)

Bref de Martin V à Jean, roi de Castille et de Léon. Il raconte tous les méfaits d'Alphonse, roi d'Aragon, qui, en dépit de ses serments, a soutenu Pierre de Luna et, à sa mort, lui a substitué Gilles [*Munoz*]. In qua perfidia ne perseveraret dudum ad ipsum misimus Petrum, tit. S. Stephani in Celiomonte presbyt. cardinalem de Fuxo, apostol. Sedis legatum, consanguineum ejus, quem non admisit : ex quo necessarium nobis est adversus hunc regem procedere... Dat. Rome.

Arch. Vatic. Reg. 359, f° 3 v°-5 et 169-72. Arm. xxxix, vol. V, 2° p., f° 5 v°-9.

3811 (Août? 1429.)

Bref de Martin V à son légat Pierre de Foix. Recepimus a te binas litteras, alteras datas xxx julii, alteras kal. augusti, ejusdem fere continentie, in quibus summe consolati sumus : primum quidem, de conclusione facti de Paniscola agamus Deo gratias ; consecuti enim sumus optimum fructum profectionis tue. Magistrum Alphonsum de Borgia, pro quo supplicas, habebimus cum tempus erit recommissum [1]. Interea summe placuit nobis

1. D'après Gams (et Eubel) le futur Calixte III fut pourvu, le 20 août 1429, de l'évêché de Valence (Espagne), vacant depuis le 1er avril 1427.

audire bonam dispositionem erga nos Alfonsi regis Aragonum : itaque nullo modo timeas quod aliquid agamus, ad cujusque requisitionem, quod possit vergere in prejudicium suum. Insuper noveris civitatem Bononien. rediisse ad obedientiam nostram et ditionem, non sine gravibus tamen expensis, cum oporteat nos solvere stipendia etiam illis qui contra nos militarunt. Ferentini.

Arch. Vatic. Reg. 359, f° 13. Arm. xxxix, vol. V, 2ᵉ p., f° 97 v°.

3812 Peniscola, 24 août 1429.

Instrumentum resignationis cardinalatus, in manibus cardinalis legati Petri de Fuxo, facta per Dominicum de Bona fide, ord. Cartusien.,... in castro Paniscole et in camera principali.

TROMBY, *Stor. dell' ord. Cartus.*, t. VIII, ap. I, p. lxiij-iv.

3813 (Septembre? 1429.)

Bref de Martin V à son légat Pierre de Foix. Recepimus tuas litteras, quibus significas nobis voluntatem Alfonsi regis Aragonum esse, prout etiam ipse nobis scribit, quod ecclesie Majoricen. provideatur de persona fratris Galcerandi Alberti, et propterea postulat tibi super eo mitti facultatem. Nos in his litteris non nihil admirati sumus mutationem voluntatis regie : nam, a principio quo facta Paniscolen. concordata sunt, scripsisti nobis, prout etiam tunc Alfonsus de Borgia, regius in ea re et tuus commissarius, nobis per plures litteras intimavit quod ecclesie Majoricen. preficeretur Egidius Munionis, electus nunc Majoricen. *Il lui a envoyé le pouvoir* (facultatem, quam audivimus una cum nuntio in mari submersam) ; mittimus nunc tibi bullas nostre provisionis, *pour les remettre à Gilles (Muñoz), avec l'espoir que le roi y consentira.* Rome.

Arch. Vatic. Reg. 359, f° 54 v°. Arm. xxxix, vol. V, 2ᵉ p., f° 100 v°.

3814 Tortose, 19 septembre 1429.

Concile des évêques de la province de Tarragone tenu à Tortose (Dertusa) *par le cardinal légat Pierre de Foix.*

COLETI, *Concilia*, t. XVII, c. 145-54 ; AGUIRRE, *Concil. Hispan.*, t. V, p. 321-40.

3815 (Novembre? 1429.)

Bref du même au même. Recepimus binas a te litteras, scriptas Dertuse, alteras die XVII octobris, in quibus erant copie duorum brevium, alteras vero die XVIII. Quoad priores litteras, scias fuisse nobiscum Ferentini tres secretarios, quorum Cincius et Poggius asserunt se illa brevia non scripsisse ; Melchior de Scribanis, qui erat tertius et junior, defunctus est et is forsan illa scripsit : sed nos non meminimus eidem talia commisisse. In secundis litteris videmus te multum mirari de litteris per nos scriptis regi Castelle (*n° 3810*) : sed nequaquam te mirari decet, nam eodem tempore, quo te ad regnum Castelle audivimus contulisse et Henricus cardinalis Anglie, apostol. Sedis contra Bohemos legatus, cum mare transisset cum gentibus, quas pro causa fidei conduxerat, relictis Bohemis, ivit cum illis gentibus contra regem Francie, ex quo rex per multas litteras graviter nobiscum conquestus est. Erant eodem tempore et littere ex plurimis locis que narrabant Alfonsum regem Aragonum ducere exercitum contra prefatum Castelle regem et te una cum eo proficisci, dicebaturque a multis te ire in favorem regis Aragonum : ex quo etiam Johannes cardinalis Rothomagen., motus summo honore quo afficitur ad personam tuam, tibi super ea re scripsit, dicens a multis profectionem tuam culpari. Nos nihil certum sciebamus ; verentes ne rex in hoc se reputaret offensum, scripsimus ei cum negotia Paniscole nondum essent conclusa, preter intentionem nostram illud tuum iter esse, ne si quid forsan adversi ei accidisset, habere posset aliquam conjecturam de nobis conquerendi. Sed debuimus nos certos reddere de accessu tuo ad informationem nostram et clarificandas mentes aliorum, etiam antequam te moveres, ut essemus animo quieto, citiusque a te quam aliis possemus scire et profectionem tuam et causas cognoscere, que ita tunc laudavissemus, prout nunc re cognita laudamus. Quod de regno Francie subdis non fuisse in tempore succursum, scire debes non stetisse per nos quominus pax illa tunc fieret ; ut enim nosti, misimus illuc legatos tunc cardinales de Ursinis et S. Marci, dein episcopum Bononien., qui nunc est tit. S. Crucis in Jerusalem presb. cardinalis, multosque preterea multiplicatis vicibus. De ecclesia Valentin. gratum est nobis quidquid fecisti, et hec et reliqua per te gesta summe placent, postquam est satisfactum plene regie voluntati. De discessu vero tuo, placet nobis quod revertaris et, quamvis accessus tuus ad curiam esset nobis valde exoptatus, utilis et quodammodo necessarius, propter imminentes Ecclesie fluctuationes, tamen cupientes satisfacere desiderio tuo, tibi commorandi in terris dominii fratrum tuorum per sex menses postquam finis tue legationis exiverit, ac utendi potestate legati de latere perinde ac si infra terminos dicte legationis existens, concedimus facultatem ; coneris tamen, quamprimum poteris, ad presentiam nostram accedere. Insuper contenti sumus quod illi, quos ut scribis missurus es in Siciliam et Sardiniam, exequantur per te eis commissa ac si legationis officio fungereris. Displicuit nobis legere quod non bene valeres. Rome.

Arch. Vatic. Reg. 359, f° 58. Arm. xxxix, vol. V, 2ᵉ p., f° [illegible]

3816 10 janvier 1430.

Bulle de Martin V. Dudum litteris Petri, tit. S. Stephani in Celio monte presb. cardin., apostol. Sedis ad partes illas legati de latere, moti, de persona Egidii ecclesie Majoricen. duximus providendum. Cum itaque dictus cardinalis, hujusm. provisionis forsan ignarus, de persona Galcerandi Alberti, mon. ord. S. Ben., eidem ecclesie vigore cujusd. facultatis sibi per nos, ut dicebat, concesse de facto duxerit providendum, nos declaramus hujusm. per nos de persona dicti Egidii factam provisionem debere sortiri effectum.

Arch. Vatic. Reg. [illegible]

3817 12 avril 1431.

L'abbé de Vézelay et les ambassadeurs de l'Université de Paris invitent les princes et les prélats à venir au concile général de Bâle. Dans la lettre envoyée Cardinali de Fuxo *on substitue à la formule :* De vobis enim scrip-

tum est : Vos estis lux mundi.... *celle autre :* Cum, teste Gregorio, non sit opus Deo acceptius quam zelus animarum quem nuper in celeberima paternitate vestra super reductione contendentium de papatu non parum fervere cognovimus ; unde dominationi vestrae honorandissimae majorem super praemissis scribendi sumpsimus audaciam, sperantes per medium vestri in praesenti concilio cuncta Dei Ecclesiae nociva funditus extingui cum exemplum huc accedendi praebueritis, verisimiliter multitudinem praelatorum ad vestra vestigia insequendum trahi confidentes....

Mon. concil. gener. saec. XV, 1857, Script. t. I, p. 71. Cf. Haller (Joh.), *Concilium Basiliense*, 1897, t. II, p. 7.

3818 23 février 1432.

Congrégation générale du concile. Item littere, que diriguntur... dnis cardinalibus de Fuxo et S. Eustachii... expedite fuerunt cuidam religioso ordinis Cistercien.... (Haller, *t. II, p. 41*).

3819 29 juillet 1432.

Item, ad exhortacionem dni legati factam per dom. presidentem, mag. Aydemarus de Rossilione, alter promotorum concilii, fuit electus pro eundo in Avinionem ad dnos cardinales S. Eustacii et de Fuxo, similiter ad comitem Fuxi..., quibus pro parte concilii habebit deferre litteras, etc. *(p. 179)*.

3820 Septembre 1432.

... Cum illis diebus xix essent cardinales [Basileae], quantum ad quinque vel sex illorum non tam firma de adhaesione concilii habebatur noticia, de Ursinis, de Fuxo, de Anglia, Sancti Marcelli, de Veneciis et de Comitibus.

Joannes de Segovia[1], Hist. gestorum... synodi Basiliensis, iii, 33 (*Monum. concil. gener. saec. XV*, t. II, p. 230).

3821 6 septembre 1432.

Dans la 6ᵉ session, le cardinal de Foix est traité de contumace, puis excusé (voir nº 3634).

3822 22 septembre 1432.

Item scribatur dno Francorum regi, dno cardinali de Fuxo et comiti de Fuxo super adherencia concilii, et eciam ut favere velint dno cardinali S. Eustacii circa officium vicariatus civitatis, etc. ... — Ad providendum super comissione facta, ut dicitur, per dom. papam dno cardinali de Fuxo de hujusmodi vicariatu, in contemptum et lesionem concilii,... fuerunt nominati... (Haller, *t. II, p. 226*).

1. Jean de Ségovie, théologien de Salamanque, était alors archidiacre de Villaviciosa (Oviédo). Félix V, à la nomination duquel il contribua, lui donna le chapeau de cardinal (du titre de Sainte-Marie « trans Tiberim ») le 12 octobre 1441 ; il eut ensuite l'administration de l'évêché de Saint-Jean-de-Maurienne le 13 oct. 1451, qu'il échangea contre l'archevêché de Césarée (in partibus) en 1458 (*Répert. d. sourc. histor. du moyen âge*, t. I, cc. 1238 et 2682). Il finit ses jours au château épiscopal d'Ayton (Savoie) ; il y mourut le 24 mai (ou mars) 1463 et fut enterré dans la chapelle (Franç. Mugnier, Les Savoyards en Angleterre..., dans *Mém. et doc. publ. p. la soc. Savois. d'hist. et d'archéol.*, 1890, t. XXIX, p. 411-4 ; tir. à part, p. 259-62).

3823 26 septembre 1432.

Item placuit quod scribatur... dno cardinali et comiti de Fuxo, pro adhesione commissionis facte dno cardinali S. Eustacii de regimine civitatis Avinionen. et comitatus Venaycini *(p. 230)*.

3824 27 septembre 1432.

Placuit quod littere ambe mittende dno cardinali de Fuxo, tam exhortatorie quam comminatorie, simul et semel presententur ipsi dno cardinali, in favorem commissionis facte dno cardinali S. Eustacii, super regimine civitatis Avinion. [et] comitatus Venaicini (*p. 232*).

3825 12 décembre 1432.

Dans sa 17ᵉ session, le concile de Bâle reçut l'adhésion du comte d'Armagnac à la commission donnée au cardinal de Saint-Eustache dans Avignon et le Comtat Venaissin : ex adverso autem [recepit] litteras cardinalis de Fuxo et comitis fratris sui, quorum ambasiatores Coseranensis et Apamiarum episcopi cum themate : « Hiis autem fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra », proposuerunt, extollentes papalem auctoritatem, attentos avisatosque facientes patres, quod abscisso capite non esset sperandum de sanitate corporis. Pecierunt autem se informari de statu concili quodque sancta synodus de hac eadem re informare deberet et ut supersederetur circa pape processum, offerentes dominos suos interposituros se pro pace tractanda inter concilium et papam ; postremo revocari dict. commissionem factam cardinali Sancti Eustachii, patribus commemorantes, ut quemadmodum instabant servanda esse decreta concilii, deberent et ipsi decreta servare pape, qui commiserat regimen Avinionis et Venesini comitatus domino suo cardinali de Fuxo. *Le concile répondit par une fin de non-recevoir à toutes ces demandes et invita de nouveau le cardinal à s'unir à lui.*

Joannes de Segovia, op. cit., iv, 2 (*Mon.* cit., t. II, p. 285).

Lecte fuerunt littere dni cardinalis de Fuxo et ejus fratrum comitum, continentes credenciam in personas dom. episcoporum Conseranen. et Appamiarum, eorum ambassiatorum ; quibus lectis, dom. episcopus Conseranen. proposuit... — In fine autem sue proposicionis peciit nomine dni cardinalis de Fuxo commissionem factam dno cardinali S. Eustacii, de regimine civitatis Avinion. et comitatus Venaycini, ad pristinum statum reduci, attento quod ante hujusmodi commissionem dominus noster eundem cardinalem de Fuxo ad hujusmodi regimen deputaverat, etc. (Haller, *t. II, p. 291*).

3826 13 décembre 1432.

Super responsione danda oratoribus de Fuxo, in dicta deputacione fuit avisatum quod vocentur ad concilium dni cardinales de Fuxo et S. Eustacii, et scribatur dno cardinali de Fuxo, quod medio tempore nichil attemptetur, etc. *(p. 294)*.

3827 19 décembre 1432.

Item facta est responsio per dom. cardinalem legatum ...ambassiatoribus dom. cardinalis de Fuxo et dom. comitum de Fuxo et Convenarum ejus fratrum... Et

fuit ordinatum quod vocarentur dni cardinales de Fuxo et S. Eustacii, et dum ambo venerint, concilium providebit super commissione regiminis Avinionis, etc.; medio tempore supersedeatur a via facti, etc. Item mittetur notabilis persona, pro parte concilii, ad prefatos dominos de Fuxo, ad informandum eos de bona voluntate concilii. — Placuit hujusmodi responsio dictis ambassiatoribus... et promiserunt instare apud dominos suos pro adherencia concilii... *(p. 299)*.

3828 2 janvier 1433.

Le concile de Bâle envoie des ambassadeurs à de nombreuses personnes, notamment ad cardinalem de Fuxo et comites fratres ejus, super materia Avinionensi et Venesini comitatus : episcopus Cavallicensis et abbas Sancti Ambrosii [ambasiatores].

JOANNES DE SEGOVIA, op. cit., II, 6 (*Mon.* cit., t. II, p. 293).

Placuit etiam quod dom. episcopus Cavallicen. et dom. abbas S. Ambrosii vadant ad dom. cardinalem de Fuxo et ejus fratres comites de Fuxo et Convenarum (HALLER, *t. II, p. 302*).

3829 5 juin 1433.

Retulerunt preterea dicti abbas [Bonevallis] et Aydemarus se non publicasse litteras vocacionis ad concilium cardinali de Fuxo, eo quod jam mittere disposuerat Cosseranensem...

Recepit insuper sancta synodus oratores suos Cavallicensem episcopum et abbatem Sancti Ambrosii Mediolanensis, referentes ad quinque per eos exposita cardinali de Fuxo et fratribus suis de Fuxo et Convenarum [1] comitibus cardinalem respondisse, quod placeret eis semper esse pro ecclesia et pro concilio in quibus possent, quodque cardinalis ipse venire intendebat ad concilium et cum multitudine prelatorum; qui licet primo suasisset prelatis, quod circa materiam concilii attendere eos oportebat quicquid papa mandaret, sed postquam per eum fuerat statutum Basilee concilium celebrari, nemini quicquam dixisset de uno vel de alio; item eo, quia non fuisset impletum, quod suis oratoribus per concilium dictum fuerat, videl. ejus nuncios cum plenitudine potestatis ad eum fore venturos, ideo non intendebat acceptare viam justicie, similiter nec id quod offerebatur, ut ad pacem habendam ipse avisaret congruam viam. Ad quintum vero, quod fratres sui intendebant mittere ad concilium plenam ambasiatam, sed nec ipse venire nec illi mittere intendebant, nisi prius capta possessione legacionis Avinionensis.

JOAN. DE SEGOVIA, IV, 30 (*Mon.*, t. II, p. 362).

Dni episcopus Cavallicen. et abbas S. Ambrosii Mediolan. de gestis pro parte concilii apud dom. cardinalem et fratres suos de Fuxo,... suam gradatim fecerunt relacionem... — Lecte fuerunt peticiones facte per ambassiatores concilii a dnis cardinali de Fuxo et comitibus ejus fratribus, similiter responsiones per dict. dominos facte prefatis dom. nunciis concilii. — Quibus dom. oratoribus per dom. cardinalem legatum, pro et nomine concilii, de laboribus extitit regraciatum.

1. *On a imprimé par erreur :* Conenarum.

Item lecte fuerunt littere dni cardinalis de Fuxo, per quas dixit adherere velle et adheret concilio, quarum copie fiant et mittantur ad deputaciones; et de lectura earundem promotores pecierunt instrumentum (HALLER, *t. II, p. 420-1*).

3830 16 octobre 1433.

Au cours de la discussion de la bulle Deus novit *au concile de Bâle, Jean* Faci, *provincial des Carmes, allègue que la ville d'Avignon ayant demandé un chef, le pape l'avait écouté,* nec tunc ulla fiebat mentio per papam quomodo ad personam cardinalis de Fuxo, sed providerat et de episcopatu Avinionensi et de rectoria civitatis atque comitatus Venesini... (JOAN. DE SEG., VI, *18; Mon., II, 497*).

3831 12 juin 1435.

Johannes, abbas Cistercii, ex parte cardinalis de Fuxo presentavit litteras illius atque processum factum super canonizacione sancte memorie Petri de Luczemburgo, Sancti Georgii ad Velum aureum olim sancte Romane ecclesie dyaconi cardinalis... (IX, *146; II, 808*).

3832 (Novembre 1436).

Mémoire au Pape contre le concile : ...Item mittere episcopum Cavallicen. ad regem Francie...; et mittat ad Avinionem ad suadendum dno cardinali de Fuxo, prout in instructionibus advisabit; et quod ipse episcopus Cavallic. habeat certificare dict. dominum de Fuxo de ecclesia Urgellensi.

HALLER (Joh.), *Concilium Basiliense*, 1896, t. I, p. 437-8.

3833 19 décembre 1436.

Sauf-conduit délivré aux ambassadeurs du concile de Bâle vers les Grecs par Pierre, évêque d'Albano, cardinal de Foix, vicaire général du pape dans Avignon et le Comtat Venaissin.

JOANNES DE SEGOVIA, X, 33 (*Mon.* cit., t. II, p. 940).

3834 31 mai 1437.

Lettre de l'archevêque de Crète à celui de Tarente, président du concile. Il en a reçu des lettres datées du 7 : has autem litteras, inmediate detuli ad dom. cardinalem [de Fuxo], qui vere et diligencior et ferventior factus extitit ad nostrum propositum, et ita promittit rem conducere ad optatum finem (HALLER, *t. I, p. 455*).

3835 26 septembre 1437.

Décret du concile de Bâle qui interdit l'aliénation de la ville d'Avignon et la reçoit sous sa sauvegarde, ainsi que Pierre, évêque d'Albano, cardinal de Foix, légat du Saint-Siège, qui ad ipsius civitatis Avinionensis et comitatus Venesini predicti gubernacionem deputatus est, quique pro expedicione subsidiorum sancte matri Ecclesie prestitorum in eadem civitate Avinionensi ad prosequendum unionem Graecorum fideliter et efficaciter laboravit, huic sancte synodo se obsequentissimum exhibendo... *(Mon., II, 1025)*. — *Cf. n° 3691.*

3836 11 mars 1443.

Accord entre Pierre cardinal de Foix, légat du Siège apostolique, et maître Charles de Poitiers, seigneur de Saint-Vallier, au sujet des localités de Bollène, Paternio et Bedarride cédées par Pierre de Luna à Geoffroi Le Mengre, maréchal de France.

Arch. Vatic. Reg. 385, f° 213 b. Le pape Nicolas V, à la prière du dauphin Louis, mande à Pierre, évêque d'Albano, d'approuver cet accord, le 7 mars 1447.

Sur la bibliothèque formée — au détriment de l'église Romaine (*n° 3781*) — par le cardinal Pierre de Foix des débris de celle de Pierre de Luna à Peñiscola, voir Baluze, *Vitæ papar. Avenion.*, t. I, c. 1281-2, et L. Delisle, *Cabinet des mss.*, t. I, p. 493-7.

3837 12 mai 1447.

Bulles de la légation du cardinal Pierre de Foix à Avignon et au Comtat-Venaissin.

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri *Petro, episcopo Albanensi, in civitate nostra Avinion. et comitatu Venayssini*, et districtu pertinentiisque eorumdem, pro nobis et Romana ecclesia, in temporalibus vicario generali, salutem et apostolicam benedictionem. Dum onus universalis gregis Domini superna dispositione nobis injunctum, attenta meditatione prospicimus, licet nobis potestatis plenitudo commissa sit, fines tamen humane possibilitatis excedere non valentes, videntes etiam quod nequimus circa singula per nos ipsos exsolvere debitum apostolice servitutis, nonnunquam fratres nostros S. R. E. cardinales, viros electos ex pluribus, scientia preditos et virtute, in quibus timor Domini sanctus permanet, in sollicitudinis partem assumimus, ut ipsis vices nostras supplentibus, et ipsorum cooperatione laudabili alleviantibus nostri oneris gravitatem, ministerium nobis commissum, favente divina gratia, facilius et efficatius exequamur. Sane, licet ad cunctorum Christi fidelium provincias, civitates, comitatus, terras et loca, intente mentis aciem extendamus, civitatem tamen nostram Avinionis ac comitatum Venayssini, cum eorum districtu et pertinentiis, terris et locis, tam temporaliter quam spiritualiter nobis et apostolice sedi immediate subjectis, et eorum populos universos, ipsius Romane ecclesie speciales fideles et devotos, precordialiter intuemur, et super eorum regimine felici, prospero, paciffico et quieto, affectamus specialiter providere. Attendentes itaque quod tu, potens quidem opere et sermone, quem in magnis expertum et in arduis, eximia probitate et fidelitate probatum, gratiarum Dominus elargitor, magnitudine, industrie claritate, maturitate consilii et morum elegantia, et aliis virtutum titulis insignivit, affectibus geritur, prout indubitanter tenemus, cedare fluctuantes turbines, justitie terminos colere, humiliare superbos, rebelles et inobedientes compescere, et errantes ad viam reducere veritatis, quod nos absentes, repugnante natura, non possumus, assistente tibi divina gratia, prudenter, diligenter et fideliter exequeris ; matura super hoc cum ven. fratribus nostris S. R. E. cardinalibus deliberatione habita, te in nostris civitate Avinionis, comitatu Venayssini, districtu, pertinentiis predictis, ad nos et dictam ecclesiam spectantibus et pertinentibus, pro eadem ecclesia vicarium generalem in temporalibus, cum pleno apostolice sedis legationis officio, usque ad ejusdem sedis beneplacitum, constituimus, et etiam depputamus ; tibi civitatem Avinionis et comitatum Venayssini, cum eorumdem districtu et pertinentiis, necnon personas, cives, habitatores, et incolas, cujuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existant, nostro et dicte ecclesie nomine, regendi, gubernandi, administrandi, et prout celestis gratie infusio, et tua prudentia ministrabit, reformandi, corrigendi, occupata recuperandi, necnon ad statum pristinum reducendi, et in eis jurisdictionem tibi commissam exercendi ; civiles et criminales causas, juxta terminos tui vicariatus, etiam secundarias, et primas appellationes dumtaxat que ad te interponentur, in civitate, comitatu et districtu, vel eorum aliquo, quovismodo, per te vel alium seu alios, audiendi, examinandi, discutiendi, decidendi, et earum discutionem et decisionem alii vel aliis, communiter vel divisim, generaliter vel specialiter, infra terminos tui vicariatus, prout tibi videbitur, committendi, et ad te, cum placuerit, revocandi ; homagia et juramenta fidelitatis recipiendi ; omnesque et singulos, cujuscumque excellentie, auctoritatis, nobilitatis, preheminentie, conditionis aut status existant, quos, justitia suadente, privandos videris, contra quos procedere valeas, prout justum fuerit, privandi ; ac eos et quemlibet eorum, suis dignitatibus, honoribus, comitatibus, baroniis, dominiis, civitatibus, et terris, feudis, retrofeudis, vicariatibus, officiis, jurisdictionibus, juribus, et rebus omnibus depponendi, et amovendi, eaque dicte ecclesie confiscandi, et etiam applicandi et incorporandi ; ac in civitate, comitatu atque districtu predictis, rectores, vicerectores, potestates, capitaneos, viguerios, subviguerios, castellanos, judices, clavarios, procuratores, custodes portarum, notarios, et quoscumque alios temporales officiales nostros, in ipsis, vel eorum aliquo, acthenus depputatos, generales et speciales, et officia predicta, et omnia et singula, generalia et specialia, et quelibet ipsorum, quocumque titulo vel nomine censeantur vel nuncupentur, creandi, constituendi et suspendendi, removendi, depponendi et privandi, justitia, ut prefertur, suadente, et destituendi, ac culpabiles, civiliter vel criminaliter, per te, vel alium seu alios, puniendi ; et querelas contra ipsos, per quoscumque, prout et quando videbitur expedire, propositas et proponendas, audiendi summarie et de plano, simpliciter et sine strepitu et figura judicii ; et esmendas et satisfactiones debitas fieri faciendi ; ac inter quoscumque milites, barones, dominos temporales et nobiles, ac personas alias seculares, necnon communitates et universitates, ac populos, et omnes alios et singulos, discordes et dissidentes, civitatis et comitatus, et districtus predictorum, pacem et concordiam reformandi ; et inter eos treugas indicendi, ipsosque ad eas et earum observationem, quibuscumque penis, districtionibus, et sententiis, ac censuris, prout tibi videbitur, compellendi ; concordes in unitatis et caritatis vinculo confirmandi, et quibuscumque dominis, universitatibus et singularibus personis, pro statu, honore, pace et tranquillitate hujusmodi, necnon confusione hostium et rebellium prefate ecclesie, pro

illis temporibus, ac sub pactis, modis et conditionibus, et capitulis, atque penis, de quibus tibi videbitur expedire, tractandi, firmandi et concludendi; obligationes, confederationes, pactiones, conventiones, societates, et ligam, contra dictam ecclesiam, vel contra bonum pacis, et statum illarum partium paciffìcum, seu in prejudicium sive dampnum civitatis, comitatus, et districtus, ac pertinentiarum predictorum, seu incolarum hujusmodi, vel alicujus eorum, inhitas vel inhiendas, cassandi et annullandi, ac penas super illis adjectas vel adjiciendas, et juramenta prestita, relaxandi; occupata injuste ab occupatoribus et detentoribus quibusvis, capiendi et recuperandi; ejectos et expulsos a locis, bonis, rebus et juribus suis quibuscumque, et inique privatos, ad loca, bona, res et jura eorum propria reducendi, restituendi et reintegrandi; necnon super quibuscumque delictis, forefactis et rebellionibus, per quascumque universitates, vel singulares personas, commissionis aut vicariatus tui tempore committendis, disponendi, componendi et concordandi, absolvendi, reintegrandi, restituendi; infamiam abolendi; necnon delinquentes hujusmodi ad nostram et dicte sedis gratiam et obedientiam reducendi; et super inhabilitatibus et infamiis quas propterea incurrerunt, dispensandi; et processus, penas, multas, prout ad publicum nostri esse spectare dinoscitur, remittendi; ac universitates et personas hujusmodi, ad statum pristinum reintegrandi et reducendi; generalesque et particulares exercitus, in auxilium ejusdem ecclesie, et pro tuitione status paciffici civitatis, comitatus, et districtus ac pertinentiarum predictorum hujusmodi, et cujuslibet eorumdem, ac viccariorum eidem ecclesie subjectorum, contra quoscumque rebelles et hostes ejusdem ecclesie, ac etiam indevotos et inhobedientes, et status paciffici predicti perturbatores quoscumque, et ex causis aliis quibuscumque, et quandocumque tibi videbitur, indicendi, faciendi et congregandi; presidia et exercitus, ac cavalcatas, hujusmodi, necnon ad militaria, et quecumque alia per eos, aut eorum aliquem, debita et debenda servitia, tam realia quam personalia, et ad parlamenta generalia seu particularia, totiens quotiens, et prout opus esse cognoveris, requirendi, et cognoscendi, convocandi; hostes insuper, rebelles, et contradictores quoslibet, per privationis, et amotionis, deppositionis, relegationis, ac proscriptionis, perpetue vel temporalis, sententias, prout ad ipsam Ecclesiam pertinet, sublato appellationis obstaculo, compescendi; parlamenta etiam generalia hujusmodi, in civitate, comitatu, et districtu predictis, seu aliquo tempore, quotienscumque et quomodocumque, pro statu et honore nostro, ac dicte ecclesie, ac pace et tranquillitate civitatis, et comitatus, et districtus predictorum, tibi videbitur expedire, vocandi et faciendi, ordinandi quomodolibet, et statuendi, et reali exequutioni mandandi; necnon omnia et singula, hujusmodi viccariatu durante, faciendi, gerendi et exercendi, ac terminandi, que ad hujusmodi viccariatus officium pertinere noscuntur, de consuetudine vel de jure, ad honorem et statum nostrum, et prefate ecclesie pacem, et tranquillitatem omnium tuo regimini commissorum, civitatis, comitatus et districtus predictorum, necessaria et utilia facere prospexeris. Non obstantibus privilegiis, ac indulgentiis, tam apostolicis quam imperialibus, ac statutis et ordinationibus civitatis, comitatus et districtus hujusmodi, contrariis quibuscumque; per que nullum cuicumque persone, cujuscumque preheminentie, dignitatis, excellentie, conditionis aut status fuerit, seu collegio, et universitati, in hac parte volumus suffragium afferri. Concedentes plenam et liberam hujusmodi serie facultatem. Nos insuper processus, sententias, censuras et penas, quos et quas fieri, proferri, vel infligi, aut promulgari, et omnia que rite fieri per te contingerit, rata habebimus, eaque, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari. Ut igitur premissa omnia et singula plenius et utilius valeas exercere, universis et singulis civitatis, comitatus, ac districtus et pertinentiarum predictorum rectoribus, vicerectoribus, potestatibus, vigueriis et subvigueriis, capitaneis vigueriarum, armigerarum gentium, equitum et peditum capitaneis et marescallis, provisionatis ad nostra et prefate ecclesie stipendia, vel servitia, militantibus, presentibus et futuris, ceterisque officialibus, castellanis, et aliis quibuscumque, nostris et prelibate ecclesie subditis, cujuscumque status, dignitatis, ecclesiastice vel mundane, ordinis vel conditionis existant, damus, tenore presentium, districtius in mandatis, ut tibi, ac depputandis a te, hujusmodi Viccariatus officio durante, efficaciter pareant et intendant. Tu igitur, divina gratia et sedis apostolice confisus, onus hujusmodi, cum meritorii negotii, devota mente ac animo leto suscipiens, te in illius exequtione, taliter verbo et opere studiosum te exhibeas, quod de tuis fructuosis laboribus, celesti tibi favente gratia, sperati fructus adveniant; tuque, per sollicitudinis tue cure ministerium, que pias causas gerendo, pro retributione impenditur, palmam et gloriam consequi merearis. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, quarto ydus maii, pontifficatus nostri anno primo.

Arch. des B. du-Rh. B. 1241, fos 903-908 (Procès du Rhône, 1500.)

3838 — 16 août 1449.

Petrus, mi. di. episcopus Albanensis, S. R. E. cardinalis de Fuxo vulgariter nuncupatus, in civitate Avinion. et comitatu Venayssini, pro SS. D. N. Papa et sancta Romana ecclesia, in temporalibus vicarius generalis, ac in Arelaten., Acquen. et nonnullis aliis provinciis, civitatibus et diocesibus a latere sedis apostolice legatus... (*Ibid.*)

3839 — 21 janvier 1464.

Lettre du roi Louis XI à son tres cher et féal cousin *le* cardinal de Foix, *pour empêcher les habitants d'Avignon de ravitailler les Barcelonais.*

R. Rey, dans *Bull. de l'acad. Delphin.*, 1898-9, 4e sér., t. XII, p. 435-6.

3840 — Avignon, 3 août 1464.

Testament religieux et politique du cardinal Pierre de Foix. Il n'y est pas question de l'église métropolitaine d'Arles, qu'il avait administrée pendant plus de 12 ans :

elle avait été l'objet de ses largesses le 13 mars 1462 (n° 2012 et l'err.)

Publié par M. Labande et l'abbé Requin dans le *Bull. histor. et philol. du com. d. trav. hist. et scient.*, 1899-900, p. 274-98. — Le 26 du même mois, Louis XI écrivait aux consuls d'Avignon : « Nous avons sceu la maladie de nostre chier et féal cousin le cardinal de Foix, dont avons esté et sommes tres desplaisans ; et pour ce qu'il est a doubter que de la dicte maladie il voise de vie a trespas... » (R. Rey, p. 457-8). Peu de jours après (le 31), Jean de Foix écrivait au roi : « M^r le cardinal mon oncle est en grant aage et tousjours maladif, mesmement a esté puis naguères en tel point qu'il est cuidé de morir et est a presumer qu'il ne vivra guères » (p. 344). La nouvelle de la mort du cardinal, arrivée le 13 décemb. suiv. (n° 2016), parvint au roi le 22 du même mois (p. 438).

3841 Rome, 19 avril 1493.

L'archevêque Nicolas Cibo commet son vicaire général, Jacobus Dragatius, de Spalato, *pour exécuter la bulle du pape Innocent VIII sécularisant le chapitre de la métropole d'Arles (n° 3018).* Datum et act. Romæ, in domibus nostræ solitæ residentiæ.

Lettres insérées dans l'acte suivant.

3842 23 août 1493.

Statuts et institutions du chapitre sécularisé d'Arles, dressés par Jacobus Dragatius, Dalmata, juris utriusque doctor, sacros. R. E. protonotarius, vicarius in spirit. et tempor... d. Nicolai,... s. Arelaten. ecclesiæ archiepiscopi et principis, generalis ac ipsius... commissarii et delegati apostolici subdelegatus et.. judex apostolicus ; prius facta translatione et reductione de dicta s. Arelat. ecclesia, per antea regulari, in sæcularem, et retento ac instituto in ea numero xx canonicorum, cum plenitudine juris canonici, et xx subcanonicorum, qui antea capellani de numero xx dicti sunt, duorum conventualium, ac retentis certis dignitatibus, personatibus, ac quibusdam de novo creatis et erectis, et quibusdam extinctis et supressis, prout visum fuit convenire decori ecclesiæ prædictæ et expedire utilitati illius ; nec non visis et examinatis per nos statutis et constitutionibus præfatæ ecclesiæ, ex quibus luculenter apparuit pauca in ipsa ecclesia fore statuta et consuetudines quæ sæcularibus personnis conveniant. *Suivent la bulle d'Innocent VIII (n° 3018) et la commission de l'archevêque (n° 3841)*... Statutorum et institutionum tenor sequitur ; *en voici les rubriques : 1.* De summa Trinitate et fide catholica ; de pœna eorum qui Deum blasphemant. — *2.* De constitutionibus. — *3.* De rescriptis. — *4.* De scrutinio. — *5.* De electione. — *6.* De consuetudine. — *7.* De presbyteris et aliis ecclesiæ servientibus. — *8.* De officio sacristanoni et campanerii. — *9.* De officio præpositi. — *10.* De officio archidiaconi. — *11.* De officio sacristæ. — *12.* De officio archipresbyteri. — *13.* De officio præcentoris. — *14.* De officio premicerii. — *15.* De officio thesaurarii. — *16.* De officio vicarii. — *17.* De officio ordinarii. — *18.* De majoritate et obedientia. — *19.* De ætate et qualitate. — *20.* De procuratoribus. — *21.* De oneribus sublatis infirmario et vestiario. — *22.* De distributionibus cothidianis. — *23.* De presbytero de numero viginti. — *24.* Quando pulsari debeant campanæ pro horis canonicis et missis. — *25.* De prima. — *26.* De tertia et sexta. — *27.* De modo et hora pulsandi pro *Ave Maria* et missa matutinali. — *28.* Quibus horis intrandum sit in chorum ac de non exeundo ab eo sine licentia. — *29.* Quod infirmi, senes vel pro negotiis communitatis ecclesiæ occupati non punctuentur. — *30.* De modo, forma et honestate servandis intrando chorum. — *31.* Cum quali habitu introiri debeat in chorum quando horæ dicuntur. — *32.* De horis canonicis et quomodo cantari debeant. — *33.* De modo punctuandi. — *34.* De pecuniis provenientibus ex punctuaturis, singulis mensibus exigendis, et quibus applicandæ sunt. — *35.* De punctuaturis. — *36.* De cærimoniis in choro servandis. — *37.* De non deambulando, confabulando aut colloquia tenendo infra ecclesiam, dum missæ minores et horæ canonicæ in choro cantabuntur. — *38.* De silentio servando in choro et de non dicendo horas privatim. — *39.* De modo standi in choro et in processionibus incedendi. — *40.* Quando in horis et divinis officiis scandala committi intelliguntur. — *41.* Quod defectus commissi in choro cantando vel legendo corrigantur per præcentorem. — *42.* De dicendo primam et *Pretiosa* in choro sine intervallo, et quod Martyrologium sanctorum et Obitus defunctorum per totum annum legantur. — *43.* De dicendo sextam incontinenti post tertiam et nonam post majorem missam. — *44.* De dicendo completorium post vesperas sine intervallo. — *45.* De officio B. Mariæ virginis semel in septimana celebrando. — *46.* De processionibus ordinariis et quomodo fieri debeant. — *47.* De modo in processionibus incedendi. — *48.* De sermonibus ordinariis. — *49.* Quibus diebus d. Arelaten. archiepiscopus in sua ecclesia teneatur missas majores celebrare et alia divina officia facere. — *50.* Qui assistere debeant dno archiepiscopo, quando propria in ecclesia missas et alia divina officia celebrabit in pontificalibus. — *51.* De missis majoribus per canonicos alternatis septimanis, secundum gradum eorum et ordinem tabulæ, celebrandis et de pœna contra transgressores. — *52.* Quod canonici non audeant missas celebrare extra ecclesiam cathedralem, nisi certis casibus exceptis. — *53.* De missis majoribus pro absentibus vel infirmis celebrandis. — *54.* De missis matutinalibus diebus solemnibus celebrandis. — *55.* De missis matutinalibus singulis diebus celebrandis. — *56.* De missis festivitatum sanctorum occurrentium in Quadragesima celebrandis cum nota. — *57.* De missis B. Mariæ diebus sabbatinis Quadragesimæ cum nota celebrandis. — *58.* De missa B. Mariæ singulis diebus celebranda. — *59.* De missis cappellaniarum quæ non sunt de numero viginti. — *60.* De missis ordine successivo, et secundum quod descriptæ erunt in tabula, celebrandis. — *61.* Quod hii qui celebrare intendunt missas peculiares descriptas in tabula, teneantur in capitulo generali eorum animum declarare, si illas velint celebrare aut non. — *62.* De choreriis. — *63.* De chrismate et sacra unctione. — *64.* De sacra Eucharistia, quod sit semper in ecclesia et quomodo servari debeat. — *65.* De capitulo generali semel in anno celebrando. — *66.* De capitulis ordinariis bis in septimana tenendis. — *67.* Quod hii qui ob aliquam justam causam suspecti reputabuntur in capitulo, ad mandatum majoris partis capituli a loco capitulari pro illa vice exire debeant. — *68.* Quod quando aliquis canonicus

in capitulo aliqua proponet quæ secreta velit teneri, nullus ea pandere præsumat. — *69.* De lampadibus ecclesiæ et de administratione olei pro eisdem. — *70.* De cereo paschali fiendo. — *71.* De ultimis voluntatibus canonicorum. — *72.* De archa communi anniversariorum. — *73.* Qua hora dicendum sit officium defunctorum. — *74.* De archa communi capituli et clavibus ejusdem custodiendis. — *75.* De pecuniis legatis et legandis pro fundationibus anniversariorum ad alios usus non convertendis. — *76.* De compotis reddendis. — *77.* De vita et honestate clericorum. — *78.* Quod possessiones, domus, prædia ac alia bona immobilia, legata vel alias acquisita et in futurum acquirenda anniversariis communibus, non dentur ad novum accapitum nec alio quovis modo alienentur.... — Lecta et publicata, ac de verbo ad verbum fuerunt declarata... statuta et ordinationes... in loco capitulari..., nobis ac dnis Hyeronimo Raymundi, archidiacono, Johanne Monachi, archipresbitero, Geraldo Faucherii, præcentore, Sixtono Sperandey, primicerio, Elziario Autrici, thesaurario, Gaulfrido Azany, priore .. de Marignhana, Jacobo Julianeti, Guilh. Parade, Nich. Golrici, Ludov. Sanxonis, Franc. Feranaudi, Joh. Laurentii, Desid. de Porta, Jac. Boche et Guilh. Vianesii, canonicis... expresse consentientibus...

Statuta sanctæ metropolitanæ ecclesiæ Arelatensis, extracta ex exemplari facto super proprio originali eorumdem, mandato rev[di] patris dni Baptistæ de Castellana, præpositi ejusdem ecclesiæ, ex Reg. Johan. Faucherii, not. Arelat., f° 328. L'exempl. du prévôt se trouvait dans les archives des Dominicains d'Arles ; la copie de Laur. Bonnemant (1 f.–59 p. in-4°) a été reliée à la fin de notre exemplaire de Saxi.

3843 23 août 1518.

Joannes Ferrer fit coadjutor Joannis archiepiscopi Arelatensis.

Rome, Arch. Consistor. 108, f° 34 v°.

3844 1518.

Pro Joanne Ferrer, coadjutoria ecclesie Arelat.

Rome, AB. Leo X, 8, t. XXI, p. 331.

3845 13 octobre 1518.

Joannes Ferrer junior, coadjutor Arelat., solvit.

Rome, S. C., 31, f° 58 v°.

3846 14 mars 1519.

Electo Arelatensi pallium datur.

Rome, Arch. Consistor. 108, f° 61 v°.

3847 16 janvier 1531.

Nobilis Guillelmus Raynaudi, frater domini de Aligno, fuit receptus capitulariter in sacristam et canonicum s[e] Arelatensis ecclesie, in locum quondam rev. dni Petri Raynaudi, qui ante ejus mortem dicte sacristie renunciavit per procuratorem in manibus dni legati Avinionis ; fuitque sibi responsum de fructibus ; solvitque facem et 12 scutos solis, quos dom. archidiaconus restituit nobili Guillelmo de Bruneto, pro pari summa quam capitulum receperat a nob. Laurentio de Bruneto, ejus fratre.

Délibérations du chapitre d'Arles.

3848 17 juillet 1535.

Collatio thesaurarie s[e] Arelatensis ecclesie, vacantis per obitum nobilis Gasparis Autrici, pro nobili Laurentio de Bruneto, fratre nobilis Johannis de Bruneto.

Reg. de Jean Faucheri, notaire.

3849 13 août 1538.

Dominus Mathias Ferrerii, archidiaconus Arelatensis, recognoscit se habuisse a R. P. dno Cherubino de Orseria, episcopo Dignense, archypresbitero Arelatense, 100 scutos pensionales, quos episcopus predictus facit predicto archidiacono, antea archipresbytero, ratione dicti archipresbyteratus.

Reg. d'Antoine Nicolai, notaire.

3850 5 novembre 1543.

Reverendo in Christo patri Joan. Ferrerio, archiepiscopo Arelatensi, Dionysius S. P. D. — Ingens tua in me humanitas est, antistes dignissime, qui me suavissimis litteris tuis rogare dignatus sis, cui ex imperio nihil non potes injungere. Utinam vero famulatu idoneo voluntati erga te meæ manus mea industriaque serviret.... — Tharasconæ, nonis novemb. 1543.

3851 1543.

R. patri Joan. Ferrerio, archiepiscopo Arelatensi, Dionys. S. P. D. — Recepi litteras tuas, præsul dignissime, quas tu ad me non minus eleganter copioseque quam humaniter perscripsisti.... — Vale, Tharasc. 1543.

Opera omnia R. patris D. Dion. FAVCHERII, monachi Lerinensis et civis Arelatensis..., dans Vinc. BARRALIS, *Chronol... s. insulæ Lerinensis* (1613), 2° part., p. 288. — On trouve plus haut (p. 265-9) un « Sermo ejusdem habitus Arelate ad clerum », la même année (de dignitate officioque sacerdotali).

3852 25 juin 1544.

Vente passée par nobles Gaucher de Quiqueran, baron de Beaujeu, et Pierre de Quiqueran, eslu evesque de Senez, freres, des terroirs de Manusclat et Samboil en Camargues, en faveur de m[re] Antoine Albe, prévot de S[t] Trophime, pour le prix de 4000 écus d'or, dont 1400 écus sont pour payer au banquier les bulles de l'évesché de Senez, avec pacte de rachapt.

Jean de Rodez, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3853 14 octobre 1555.

Nouveau bail passé par le chapitre de l'église d'Arles a m[re] Antoine Aube, prevot de lad. église, d'un mas et affar en Crau, partie au pati de Langlade et partie joignant le pati de Cottenove, sous la cense de six deniers et la dîme au vingt-cinquain.

Mathieu Drac, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3854 6 juillet 1560.

Ad instanciam procuratoris fisci et animarum Arelatis, querelantis, Laurentius de Bruneto, archidiaconus et vicarius generalis, et Ludovicus Saunerii, officialis Arelaten., cum appareat nob. et vener. virum dom. Andream Aube, diaconum et canonicum s[e] Arelat. ecclesie, ludisse ad taxillos in die festo S[t] Petri et tempore

quo celebrabantur divina officia et magna missa et infra claustra ejusdem ecclesie, et etiam ad cartas in aliis pluribus locis, contra etiam prohibitiones sibi alias factas, et nichilominus ludendo plures blasphemias contra Jhesum Christum, salvatorem nostrum, protulisse, suasque horas canonicas omisisse propter ludum, in habituque non decenti incedere, pro aliquali predict. excessuum reparatione, condempnant eumdem dom. Andream Aube ad manendum in camera clericorum palacii archiepiscopalis per sex dies continuos et completos, dict. cameram pro clauso carcere eidem assignando, a quo exire non presumat, sub pena carceris per tres menses, et ad jejunandum ibidem die presenti 6a julii et 4a feria sequenti, in pane et aqua; et nichilominus ad dicendum bene et devote totum Psalterium ex ordine, a principio usque ad finem, per modum penitentie; residuum vero penitentie remittendo suo confessori, eumdem in expensis cause condempnando; prohibendo eidem sub pena triplicata in statuto synodali contenta et alia pena arbitraria ac suspensionis perceptionis fructuum sui canonicatus per tres menses, ne de cetero presumat de die nec de nocte ad taxillos et cartas ludere cum dno Johanne de Quiquirano, canonico dicte ecclesie, nec cum quacumque alia persona. Dicti querelans et querelatus acquieverunt dicte sententie

Dossiers généalogiques de M. le baron du Roure.

3855 — 7 avril 1573.

Testament de noble Pierre Aube, sr du Thoret, par lequel il veut être enseveli dans le chœur de la ste église d'Arles, où est enseveli noble Antoine Aube, son frère, prevost et chanoine de lad. église, et Catherine de Villeneuve, sa mère...

Ant. Nicolay, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3856 — 6 février 1576.

Fondation d'un anniversaire à St Trophime, faite par mre François de Varadier, archiprêtre, pour le repos de l'âme de dame Catherine de la Tour, dame de St Andiol, sa mère. Ibid.).

3857 — 27 octobre 1576.

Procuration de mre André Aube, prevôt, en faveur de noble Pierre Aube, seigr du Thoret et de Roquemartine, son frère. (Ibid.)

3858 — 2 février 1580.

Testament de mre François de Varadier, archidiacre de l'église d'Arles, dans lequel il fait des légats à dlle Magdeleine de Varadier, dame de Venasque, sa sœur; item à nobles Laurent, Elie, François, Philippe et Bertrand de Varadier, ses neveux, fils de feu Gaspard de Varadier, escuyer de St Andiol, son frère; item à Honoré de St Martin, écuyer, fils de Charles de St Martin, sr de Chamlevrier, et de dlle Anne de Varadier, sa nièce; item à Me Pierre de Varadier, son frère, juge d'Arles; item à François et Gabriel de Varadier, ses neveux, fils dud. Pierre; item à Louise Aube, sa belle-sœur, femme de Mre Gabriel de Varadier, chevalier de l'ordre du Roy, sr de St Andiol; fait héritier Pierre de Varadier, fils dud. sr de St Andiol, et lui substitue le susd. Gabriel, fils dud. juge...

Antoine Claret, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3859 — 14 mai 1584.

Procuration de frère Claude Aube, commandeur d'Omps et de Comps, à mre André Aube, prévôt, son frère.

Jean Bruni, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3860 — 18 janvier 1589.

Instrumentum informationis facte per Sylvium de Sancta Cruce, archiepiscopum Arelatensem, in quo memoratur Franciscus Cotelli, procurator sedis Arelatis et adjunctus.

3861 — 20 décembre 1590.

Mariage de ... demlle Laudune de Porcellet, fille de feu Jacques de Porcellet, escuyer, seigr de Fos, et de dame Daufine Aube, autorisée de sad. mère, de mre André Aube, prevost de la ste église d'Arles, vicaire general de l'archeveque, et de noble Honoré de Porcellet, escuyer de Fos, ses oncles.

Jean Bruni, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3862 — 3 mars 1600.

Lettre (en italien) du cardinal d'Ossat à l'archevêque d'Arles, Horace Montano, qui venait de l'aviser de la dissolution du mariage de Henri IV avec Marguerite de Valois.

A. Degert, dans *Rev. de Gascogne*, 1894, t. XXXV, p. 449.

3863 — 26 avril 1605.

Testament de mre André Aube, prevost de la scte église d'Arles, dans lequel veut estre enseveli au tombeau où l'est mre Antoine Aube, vivant prevost son frere; fait héritier Claude Aube, seigr de Roquemartine, son neveu.

Claude Saxi, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3864 — 28 mars 1611.

Rdus dnus Gaspar a Laurentiis, stæ Arelaten. ecclesiæ archiepiscopus, contulit primam clericalem tonsuram nobili Alexandro Aube, filio nob. Claudii Aube et domicellæ quondam Ludovicæ Porcelletæ, hujusce civitatis Arelaten.

Arch. de l'archev. d'Arles. Miscellanea, t. I, fo 648 vo.

3865 — 16 août 1644.

Transaction entre noble André Aube, seigr de Roquemartine, et mre Jacques Aube de Roquemartine, protonotaire apostolique, ci-devant chevalier de l'ordre de St Jean de Jérusalem, frères de feu Alexandre Aube, prevost de la ste église d'Arles, et de feu Marguerite Aube, tous quatre enfants de feu noble Claude Aube, seigr de Roquemartine, et de feu dlle Louyse de Porcellet...

Esprit Mercurion, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3866 — 22 juillet 1653.

Procuration de messire Jacques de Boche pour résigner la sacristie de la ste église d'Arles entre les mains

du Pape, en faveur d'Henri de Boche, son petit-neveu, âgé de 13 ans.

3867 10 novembre 1653.

Procuration de noble André Aube, seigr de Roquemartine et du Thouret, à mre Louis Aube, protonotaire du St Siège apostolique et prevost de l'église d'Arles, son fils.

François Monnier, not. (Dossiers généalog. du baron du Roure.)

3868 15 juin 1664.

Testament de dame Louise de Grille Roubiac, marquise de St-Andiol... ; fait des legs à mre Gaspard de Varadier St-Andiol, archidiacre de la ste église d'Arles, son fils ; à dlle Marie de Varadier, sa fille ; a frere Nicolas de Varadier St-Andiol, chevalier de Malthe, son fils ; a sœurs Catherine et Anne de Varadier, ses filles, religieuses a la Visitation Ste-Marie d'Avignon ; fait héritier mre Laurent de Varadier, marquis de St-Andiol, son fils. (Ibid.)

3869 18 janvier 1677.

Le chapitre a deliberé d'insérer dans le livre capitulaire le sacre de Mgr l'eveque de Grasse, prevost de nostre compagnie, fait le 17 de ce mois dans nostre eglise par Mgr le coadjuteur, ayant pour adsistans Mgrs les evesques de Cavaillon et de Vaison. Les reliques furent exposées. L'autel du consacré feust dressé à l'endroit où l'on met ordinairement le trone de Mgr l'archevesque ; et le mesme jour le chapitre feust le complimenter en corps. *Signé :* Boche, sacristain. Laugeiret, secretaire.

Délibérations du chapitre d'Arles.

3870 10 novembre 1694.

Daniel Marchus Delfinus, vice legatus Avenionen., *autorise Jean-Baptiste de Varadier St Andiol, acolyte et archidiacre de l'église d'Arles, de se faire ordonner sous-diacre, diacre et prêtre* extra tempora.

3871

QUELQUES PARTICULARITEZ DU THRÉSOR DE L'ÉGLISE DE SAINT-TROPHIME DE LA VILLE D'ARLES.

Une custode de vermeil fort ancienne, faite en forme de clocher.

Un calice de vermeil, dont la coupe paroit fort ancienne, ayant presque la figure d'un cone renversé, le pied estant tout émaillé. *(Sur un bouton de forme hexagone, qui est audessous du nœud dud. calice, sont gravés en petits caractères et en émail noir, ces mots :* ✠ veñ : pr̄ : fr̄. Ps : Ri ⁝ Asaliti ⁝ ord. pd̄. hūc calicē ꝯuētui limosi d̄dicau. *J'explique ainsi ces mots :* Venerabilis pater frater Petrus Raimundi Asaliti, ordinis Predicatorum, hunc calicem conventui Limosi [*de Limoux en Languedoc*] dedicavit. *Le caractère des lettres et le goût de l'ouvrage me font croire que ce calice est du commencement du XVe siècle*[1]. L. BONNEMANT).

1. Cette date contient une erreur : « Petrus Raymundi Asalhiti » vivait au commencement du XIVe siècle et non du XVe. Il se fit dominicain au couvent de Carcassonne en 1305 et fut en dernier lieu prieur de celui de Toulouse en 1320 (C. DOUAIS, *Les frères Prêcheurs en Gascogne*, 1885, p. 460).

Quatre cueillers d'un bois trés fin, dont le dedans est peint et doré, et dont l'on se servoit lorsqu'on donnoit aux fidèles la communion sous les deux espèces.

Un tableau d'un pied de longeur en forme de dyptique, estant double, se pliant en forme d'un livre, composé de plusieurs figures en bas reliefs gravées sur une pierre fine semblable à l'agathe. Au milieu de l'un est J. C. et de l'autre la Sainte Vierge, et tout au tour sont plusieurs mots grecs sous chacun de ces mystères. Il y a aussi des petits busts des prophètes de l'Ancien Testament, et quelques saincts de l'église Grecque, comme S. Demetrius, S. George, S. Théodore, et autres. Les figures sont d'un assez bon goût, mais pourtant un peu gothiques..... [1].

Sur le portail de l'église Métropolitaine qui a esté batie par l'archevesque Virgilius, c'est-à-dire dans le VIIe siècle, se voit la figure de St Trophime, qui a son pallium qui est différent de ceux d'aujourd'hui ; il est long, et va jusques aux genoux, et au dessus sont gravés les deux vers rapportés par Saxi [*p. 1*].

BONNEMANT, *Cartul.*, t. I, p. 29.

1. Dans sa « Visite genneralle » (no 3363) l'archevêque Gaspard du Laurens en constata ainsi l'existence : « Diptiques. Deux tables d'agate garnyes d'argent et couvertes de boys en forme d'un livre ». BONNEMANT en a fait un dessin sommaire, p. 74-5 du même volume, sous ce titre : « Ichnographia Diptyχων in ste ecclesiæ Arelatensis sacrario asservatorum. IV. non. maii 1760. Ego Laurentius Bonnemant curavi et descripsi ». La meilleure description sera le cadre ci-après, les nos impairs des légendes, dont la liste suivra, se rapportant à la partie gauche et les pairs à la droite du spectateur ; dans le dessin les titres en grec sont dans un petit cartouche au-dessus de ceux en latin. Les notes ci-dessous relatives aux inscriptions sont dues à M. le chan. A. Devaux, doyen de la faculté cathol. des lettres de Lyon, et celles concernant les saints au R. P. Hipp. Delehaye, bollandiste.

23	25	27	41	29	35
32	28	24	26	30	34
31					37
36	5	7	9		38
33	4	6	8		39
	11		15		
40		1			42
	10		12		
43	13		3		45
		2			
	22		14		
44					46
	19	17	21		
47	16	18	20		49
					50
48					
51	53	55	57	59	61
52	54	56	58	60	62

1. IIC XC ΠΙΚ. Dominus noster Jesus Christus.[1]
3. HI METAMOPOΦO CΠ C. Transfiguratio D. N. J. C.[2]
5. HCHCTABOPOCIIIC CI. Crucifixio D. N. J. C.[3]
7. H AΠOKAΘIAOCHCCI. E cruce ablatio.[4]
9. H AΠOKAΘIAOCHCCI. Alia e cruce ablatio.
11. O EΠATAΦHOC C I. Sepultura D. N. J. C.[6]
13. H ANACTACHC. Resurrectio D. N. J. C.[7]
15. H ΔIOAIIBOCOHOEI. Angelus stans ad tumulum.
17. H ANAΛIIΨIICIHCHI. Ascensio D. N. J. C.[8]
19. H ΠE[N]TIKOCTHI CICHI. Pentecostes.[9]
21. H KIMHCICITHCHEP. Sepultura seu dormitio B. V. Mariæ.[10]
23. Elias propheta.
25. Ysaias.
27. Zacharias.
29. Jonas.
31. Eliseus propheta.
33. Daniel propheta.
35. David.
37. Salomon.
39. Zacharias.
41. Johannes Baptista.
43. S. Valius.[11]
45. S. Johannes Os aureum.
47. S. Johannes Elemosinarius.
49. Ses. Manasius.
51. S. Vitus.
53. S. Sabbas.
55. S. Eptimius.[12]
57. S. Macharius.
59. S. Honofrius.
61. Ses Nicolaus.
2. MHP—ΘS. Mater Dei.[13]
4. TAIHATOPANO. Præsentatio B. M. Virginis.[14]
6. O XHEPETHCMOCCI. Annuntiatio.[15]
8. HCIEPHCHICCTHCΠ. Nativitas D. N. J. C.
10. H BAΦHTHCHC C H. Baptismus D. N. J. C.[16]
12. H ΠOΠATH H THC HEP. Purificatio B. V. Mariæ.[1]
14. H BAΠOΦOPOCCH. Ingressus D. N. J. C. Jerusalem.[2]
16. O ΔΗΠONOCOMIOEI[ΔΗC]. Cœna D. N. J. C.[3]
18. H ΞAPAΔOCHCT O. Ductio D. N. J. C. ad carcerem.[4]
20. O EPXOMENOC EI. Accessio D. N. J. C. ad Calvarium.[5]
22. HPEIPEPECHCTI. Sepultura B. V. Mariæ.
24. S. Michel.
26. S. Gabriel.
28. S. Petrus.
30. S. Paulus.
32. S. Johannes evangelista.
34. S. Lucas.
36. S. Marchus.
38. S. Matheus.
40. S. Andreas.
42. S. Jacobus.
44. S. Bartholomeus.
46. S. Simon.
48. S. Thomas apostolus.
50. S. Philippus.
52. S. Mercurius.
54. S. Dimetris.
56. S. Minas.
58. S. Georgius.
60. S. Theodorus Ol'ios.[6]
62. S. Theodorus Stratellis.[7]

Bonnemant a fait suivre son dessin de ces remarques : « Les Diptyques, dont on voit ici le plan, ont été, sans doute, à l'usage de quelque église Grecque, et peut-être ont-ils été apportés à Arles par quelque chrétien de retour des Croisades. Ils ne sont pas dans leur forme primitive, la bordure d'orfèvrerie, qui règne autour de chaque compartiment, ayant un air moderne. Je ne saurois décider de quelle matière sont les figures des Mystères et des Saints qui sont représentez dans ces Diptyques : il me paroit qu'elles sont d'une pierre assez recherchée et approchante de l'agathe. On lit dans la bordure qui règne tout autour et au dessus de la figure des Saints, leurs noms en latin et en caractère gothique. Il est probable que ces dénominations latines ont été substituées aux grecques qui se trouvoient dégradées, ce dont il peut y avoir encore quelques vestiges au dessous de la bordure, ce que je n'ay pu vérifier, la bordure étant fichée avec des petits clous aux extrémités des cadres. Les Saints, qui sont dans les cadres, sont tous de l'église Grecque et il paroit que l'église, à qui appartenoient ces Diptiques, regardoit la pénitence de Salomon comme assurée, y a donné une place parmi les saints qui y sont représentés. Les représentations et les légendes des Mystères sont en bon état ; les légendes et les caractères sont du grec du moyen âge, ont quelque chose de barbare qui n'approche presque pas même du grec vulgaire d'à présent ; l'orthographe, la déclinaison et la terminaison des noms est *(sic)* fort vitieuse. S'il étoit permis de se livrer sans réserve aux conjectures, je dirois que c'est [un] franc établi en Orient et y exerceant la profession de sculpteur, qui a fait cette pièce. Quoy qu'il en soit, le dessein de toutes les [figures de] ces Diptyques est parfaitement dans le goût grec du temps au quel ils se rapportent, que je crois être le XII[e] ou XIII[e] siècle, et quoiqu'assez heureuse, vû la petitesse des figures, répond tout à fait à ce goût. »

1. Ἰ[η]σοῦς Χ[ρι]στὸς ἡ[μῶν] Κ[ύριος]. — 2. ἡ μεταμόρφωσις. — O intercalé entre ρφ. pour la prononciation. CI σωτῆρος ἡμῶν est omis. — 3. En grec classique : ἡ σταύρωσις Σ[ωτῆρος] ἡ[μῶν] (ou peut-être Ἰ[ησοῦ], mais moins bien). — CH (au lieu de CN, confusion épigraphique entre H et N fréquente dans ce Diptyque), à exponctuer ou bien à considérer comme ἡ σ[ωτῆρος] ἡ[μῶν], répété à la fin. Le B est la consonnification de υ de σταύρωσις (prononcé auj. *stavrosis*) ; O intercalé entre BP dans la prononciation. Quant à HI suivant le C, c'est l'équivalent de *i*, ce qui prouve l'embarras du scribe à une époque où η se prononce *i*. — 4. ἡ ἀποκαθήλωσις σ[ωτῆρος] ἡ[μῶν], le déclouement de N. S. — 5. Comme le n° 4. — 6. ὁ ἐπιτάφιος σ[ωτῆρος] ἡ[μῶν]. — Le premier A pour I, comme dans le latin populaire *pataphium*. H équivalent de I. [C] rétabli, comme indispensable au sens. — 7. ἡ ἀνάστασις, comme en grec classique. — 8. ἡ ἀνάληψις ἡ σ[ωτῆρος] ἡ[μῶν]. — 9. ἡ Πεντηκοστή. — Le premier I=H ; HI=η (prononcé *i*, comme au n° 5). Quant à la finale CICHI, c'est peut-être la réduplication de CI (HI=I), σ[ωτῆρος] ἡ[μῶν] ; mais a-t-on jamais dit « Pentecôte de N. S. » ? — 10. ἡ κοίμησις τῆς ὑπερ[αγίας]. — Interversion de THCI en THIC=τῆς. Premier I=οι ; troisième I=η ; HI=η, I=υ (pron. *i*). — 11. Peut-être « Valens » (Οὐάλης). — 12. Sans doute mauvaise transcription d' « Euthymius ». — 13. μ[ήτ]ηρ Θ[ε]οῦ. — 14. Texte altéré ; peut-être, mais sous toutes réserves, pour τὰ εἴσοδα τῷ ν[α]ῷ = les prémices au temple ! On sait que la fête est appelée anciennement ἡ ἐν τῷ ναῷ εἴσοδος et aujourd'hui τὰ ἐν τῷ ναῷ εἰσόδια. — 15. ὁ Χαιρετισμὸς σ[ωτῆρος] ἡ[μῶν], « la salutation de N. S. » ? Peut-être confusion avec Χρηματισμός (oracle). XH pour le simple X ; E=AI (prononcé *è*). — 16. ἡ βάπτισις σ[ωτῆρος] ἡ[μῶν]. — ΦHT = HT, η introduit pour la prononciation, et dès lors Π, étant libre, redevient le φ primitif (bapha).

1. ὑπαπα[ν]τη ἡ τῆς [ὑ]περ[αγίας]. — υ (prononcé I) au lieu de H. ΠΑ au lieu de ΠΟ. ΠΑ[N] au lieu de ΠΑ. — 2. ἡ βαϊοφορός ἡ σ[ωτῆρος ἡμῶν] en sous-entendant ἡμέρα (le jour où l'on porte des palmes). — HH = η. — 3. ὁ δεῖπνος ὁμοιοειδής (le repas commun). — ΠON pour ΠN, pour faciliter la prononciation (cf. n. 2 et 3). — 4. ἡ παράδοσις τῷ [δεσμωτηρίῳ] (la livraison à la prison). — 5. ὁ ἐρχόμενος εἰ[ς τὸν Κρανίον τόπον] (celui qui marche vers le Calvaire). — 6. T. ὁ ὅσιος ; peut-être Theodosius ὁ ὅσιος du 11 janv. — 7. T. στρατηλάτης, Théodore le Stratélate.

3e SUPPLÉMENT

3872 30 juillet-2 novembre 1297.

Pe. de Ferrerii, decanus ecclesie Anniciensis, religiosso et discreto viro priori de Auriolo, salutem et mandatis apostolicis obedire. Literas santisimi in Xpisto patris et domini dni Bonifacii, sacro sancte Romane eclesie et universalis eclesie sommi pontificis, nos recepisse noveritis in hec verba :

Bonifacius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Pe. de Ferreriis, decano eclesie Anniciensis, salutem et apostolicam benedixionem. Cum, sicut accepimus, non nulli de Provincie partibus contra Siculos et alios in Sicilie regno rebelles et hostes impugnando, nostrum ac karissimi in Xpisto filii nostri K[aroli], Sicilie regis illustris, servicium fideliter prosequentes, per ipsos rebelles et hostes mutilati membris, orbati luminibus et alias debilitati viribus dignoscantur, pro quibus educandis prefatus rex dicitur pregravari ; nos pium arbitrantes et congruum propiciacionis eis dextera subveniri, ne talibus personarum *(bis)* discriminibus impediti necessariorum effectus experiri cogantur, ab aliis non adjuti ; discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus mutilatis, orbatis et debilitatis predictis facias, actoritate nostra, a monasteriis et ipsorum monasteriorum prelatis et conventibus, exemptis et non exemptis, in Provincie ac Folc[alquerii] comitatibus, et etiam in Massilia civitate, dyocesim et provinciam constitutis, consideratis facultatibus monasteriorum ipsorum, et quod propterea nimium non graventur, super quibus tuam intendimus conscientiam honerare, de victu nessessario congrue, prout expedire videris, provideri. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione interposita, compessendo ; non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras sedis ejusdem, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem. Datum apud Urbem Veterem, III kalendas augusti, pontificatus nostri anno III°.

Nos igitur infra scripti hominis, qui in manus ipsorum hostium incidens, nedum dapna rerum et persone pericula miserabiliter est perpessus, utpote orbatus luminibus, juste cogitantes, tanquam qui tenemur apostolici mandati vigore, necessitati ipsius et incommoditatibus subvenire, actendentes quod prioratus vester pro sustentatione unius sufficiens in facultatibus noscitur habundare ; discretionem vestram requirimus, monemus et exortamur atente, vobis nichilominus actoritate qua fungimur in hac parte districtius injungentes, quatinus veram in vobis esse religionem per compassionis ad sic aflictum hominem evidentiam hostendentes, Johannem Boterii, de Massilia, de bonis ipsius prioratus infra XV dies a tempore vobis facte presentationis presencium computandos, et extunc in antea singulis diebus de sex denariis Coronatorum quoad vixserit provictui necessariis, prout persone ipsius qualitas exigerit, ob sedis apostolice reverentiam providere curetis. Ipsorum autem dierum XVcim priores IIIIor pro primo secuturos, IIIIor pro secundo, subsequentes alios quatuor pro tercio et residuos alios vobis peremptorio termino assignamus. Que si facere neclexseritis, ut prefertur, exnunc prout ex tunc ingressum ecclesie vobis interdicimus actoritate premissa ; quod si per octo dies pertinaciter sustinueritis, mandatis premissis parere contemptibiliter non curantes, in vos post predictos VIIIto dies, quorum priores duos pro primo, alios duos pro secundo et reliquos pro tercio et peremptorio termino assignamus, ex nunc prout ex tunc excomunicationis sententiam eadem actoritate ferimus in his scriptis. Comitimus autem. . . . . et... actoritate premissa mandamus, ut ad dictum prioratum personaliter se conferens, premissa vobis insinuet et in vestri defectum, presencium exsenplum prioratus portis affigat, ne per vos possit ignorancia allegari, et per publicum instrumentum vel per licteras suo sigillatas sigillo de incinuatione seu publicatione premissis certificare procuret. In quorum omnium fidem presentibus nostrum fecimus appendi sigillum. Datum Aquis, IIIJ nonas novembris, anno Domini mill'o CC°X°CVII°, predicti dni pontificis pontificatus anno III.

Minutes Johannis Mayorgas, notarii publici, non folioté, aux archives de Barbegal (communiqué par M. le baron du Roure).

3873 1298.

Charte aux archives de St-Nicolas de Bari (Pouille), expédiée per magistrum Petrum de Ferreriis, decanum Anicien., cancellarium dicti regni [Sicilie].

Barbier de Montault (X.), *Œuvr. compl.*, t. XIV, p. 209.

3874 19 décembre 1383.

François de Conzier, camérier de Clément VII.

Arch. Vatic. Reg. Avinion. Clem. VII, t. 34, f° 178.

3875 13 octobre-10 décembre 1405.

Anno quo supra et die jovis x mensis decembris..., dom. Stephanus Rigoleti, alias Gallicis, custos Sancte Crucis Lugdun., ut procurator et nomine procuratorio dni Ludovici Alamandi, bacalarii in decretis, presentavit supradictis dominis in dicto capitulo, in presentia dni Johannis Joly, collectoris apostolici, quasdam litteras apostolicas sub expectatione (?) canonicatus et prebende ecclesie Lugdun. ac dignitatis que primum in ipsa ecclesia vacaverunt, nec non processum super eisdem licteris apostolicis factum et per dom. decanum ecclesie Sancti Petri Avinion. concessum. Que quidem lictere apostolice sic incipiunt : « Benedictus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio decano ecclesie Sancti Petri Avinion., salutem et apostolicam benedictionem. Dignum arbitramur et congruum » etc. ; et est data dict. litterarum apostolicarum ut sequitur : « Datum Sallon., Arelaten. dyocesis, III idus octobris, pontificatus nostri anno decimo ». Data vero dicti processus talis est : « Datum et actum Avinion., in domo habitationis nostre, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinto, indictione terciadecima, die vicesima mensis novembris, pontificatus dicti domini nostri dni

Benedicti pape XIIJ anno duodecimo ». Quas licteras apostolicas et processum dicti domini cum reverencia debita receperunt et inde pro presentatis habuerunt et tenuerunt ; presentibus magistro Antonio Mathei, licenciato in legibus, milite in ecclesia Lugdun., dno Johanneto de Jonas, thesaurario in dicta ecclesia, et pluribus aliis testibus, etc.

Arch. du Rhône. Fonds du Chapitre. Actes capitul., v. VII, f° 60.

3876 26 juin 1410.

Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo et die jovis xxvj mensis junii..., attendentes dicti domini [canonici] et considerantes quod multi et intolerabiles deffectus fiunt in ecclesia Sancti Stephani, ob deffectum servitorum ejusdem ecclesie, et tam in missis quam aliis horis nocturnis pariter et diurnis, idcirco dicti domini de et super premissis providere volentes, vocari fecerunt coram ipsis in dicto capitulo dom. Johannem de Tymolenco, presbyterum, nunc procuratorem et factorem dni custodis, cui dicti domini preceperunt et injunxerunt ut ipse deserviri faciat in dicta ecclesia Sancti Stephani ad evictandum dictos deffectus juxta statuta ecclesie Lugdunen., et cum numero in dictis statutis contento, nisi per ipsos dominos de minori numero super hoc dispensetur. Qui dictus dom. Johannes promisit et ad sancta Dei evangelia juravit quod in dicta ecclesia Sancti Stephani deserviri faciet bene et laudabiliter pro posse; et si sint aliqui servitores qui defficiant, quod ipsos dictus dominus nominabit, ad finem quod per ipsos dominos privantur et in ipsa ecclesia melius deserviatur.

